2 *de animantibus* (*bestiis l. 25. saepius spectat ad tempus agendi; potius ad modum e. g. l. 19. 25*): **a** *varia exempla; -i sunt*: **α** *qui celeriter vel sine longa mora moventur*: VERG. Aen. 12, 85 circumstant -i aurigae (propere *cod. R, sed cf.* SERV. festini, veloces). OV. met. 7, 647 venit Telamon -us (properans *var. l.*). TAC. hist. 4, 79, 2 Cerialis -o agmine subvenit (*nisi ad 1aα, ut*: ann. 1, 50, 1. 3, 45, 1). ann. 6, 44, 1 *Artabanus non* ultra moratus ... pergit -us. 16, 11, 2 *quidam venis abscissis* -i ... balneis inferuntur. PORPH. Hor. epist. 2, 2, 72 festinat ... -us redemptor. Ps. ASCON. Verr. p. 211, 3 festinantem et -um (*explicatur* alacer, *v. vol. I, 1473, 2*). CLAVD. DON. Aen. 12, 285 p. 587, 19 CARM. de Iona 25. PAVL. PETRIC. Mart. 4, 502 cornipedes -i. GILD. Brit. 6 chron. III p. 30, 8 exercitu. *de properantibus ad mortem*: CE 1994, 12 (*loq. parentes infantis defuncti*) ⟨ut eode(m)⟩ iremus -es ad nostrum inmaturu(m) tuendum. **β** *qui celeriter agunt*: TAC. hist. 3, 55, 2 *Vitellius* diffidentia -us festinare (*inf. hist.*) comitia. 4, 68, 3 *Domitianus* spe ac iuventa -us (*opp.* moras nectens). ann. 1, 65, 4 *in periculo* sibi quisque -us et lentae adversum imperia aures. 5, 1, 2. MART. CAP. 1, 2 si ... concepta *unde* ... profluxerint -us scrutator inquiris. EVCHER. epist. ad Val. p. 715^{A} *deo te in adoptionem vocante* non -us urgeris, ne condicionem tantam ... mors festina praeripiat?

b *variis structuris indicatur, ad quid aliquis -us sit: inf.*: TAC. ann. 4, 52, 1 *homo* quoquo facinore -us clarescere. *gen.* (*nisi dat. l. 36. al.*): TAC. ann. 4, 59, 3 a libertis ... apiscendae potentiae -is. 11, 26, 2 Claudium, ut insidiis incautum, ita irae -um. 12, 66, 1 Agrippina ... oblatae occasionis -a (*de eadem* 14, 7, 2 vindictae -am). ARNOB. nat. 5, 9 p. 260, 23 *Iuppiter* incautus et -us obreptionis (obiect- *trad.*). *praepos.* ad: HEGES. 5, 7, 2 non fuit -us ad delicti gratiam Caesar (prosp- *var. l.*).

adv. ✻**properē.** *compar. et superl. non leguntur, sed nota* CASSIOD. hist. 5, 35, 2 ad imperatorem quam -e pervenerunt (*Sozom. 4, 23, 1 σπουδῇ*). *de mensura*: CHAR. gramm. p. 276, 11 (*ex Romano*) -e produci debet, ut abundē, honestē. *de latinitate*: CHAR. gramm. p. 276, 13 (*ex Romano*) nec abunde, ut nec -e, putant quidam dici debere, quamvis Maro (*p. 1989, 70*) ... -e dixerit pro properanter. *de notione* (*cf. p. 1987, 42. 1989, 2. 1990, 6. vol. VIII 502, 83*): SYNON. Cic. p. 441, 1 -e. praepropere. mature. cito. ocius. ... properanter. festinanter. ... statim *eqs.* (*ibid. vix recte* sensim. caute *eqs.*). PRISC. gramm. III 89, 13 (*pro syn.*) cito, -e, celeriter, actutum. GLOSS. *σπουδαίως.* festinanter. velociter vel festinato. GLOSS.^{L} V Abba PRO 71 -e: prope celeriter (pròpe *ortum esse a* -e *et inde emanasse definitionem adi. per* proximum *p. 1987, 44 putat Oroz Arizcuren, Emerita 41, 1973, 444sqq.*). *legitur in versibus inde a* PLAVTO, CAECIL., TER. (*frequentant* SIL. [*31^{ies}*], IVVENC. [*decies*]), *in prosa oratione inde a* CATONE, QVADRIG., VARRONE, CAES., *maxime apud rerum scriptores et* APVL.; *deest e. g.* CIC., VITR., VAL. MAX. [*in codd. variat e. g. cum* properus *p. 1987, 49,* properare *p. 1978, 43,* prope PLAVT. Stich. 338 LIV. 22, 19, 8. *et saepius* (*restit. e. g.* AMM. 18, 6, 8, *falso trad.* PLAVT. Amph. 1062 LIV. 33, 8, 7), prospere PACVV. trag. 16 APVL. met. 2, 31, 4 (*falso trad.* PLAVT. Epid. 397 *pro* prosper(a)e); *restituitur pro* proprie ACC. trag. 301 (*in falsa var. l.* LVCR. 6, 842). *loco mutilo* SALL. hist. frg. 3, 96C, 13. *e coni. dub.* LVCR. 6, 149 (*Marullus*; propter *trad.*). 6, 1281 pro⟨pe⟩re (*K. Müller*). *ceterum falso trad. p. 1978, 14. 1065, 14.*]

i. q. modo propero, i. fere celeriter, festinanter (*accedunt adv. notionis affinis maxime apud* PLAVT., *sc.* celere [celeriter] Curc. 283 Rud. 1323 [*cf. p. 1989, 1. 31*], cito Cas. 744 [*cf. p. 1990, 30*], ocius Cist. 639, subito Curc. 283 Trin. 1175, *ceterum* festinanter *p. 1990, 1; opp.* placide PLAVT. Mil. 220; *nota* -e properare *p. 1989, 12. 19. 24,* -e festinare AMM. 26, 8, 11): **I** *accedente vel praevalente respectu temporis, quo aliquid fit*: **A** *fere i. q. sine mora, brevi* (*simul spectare potest ad celeritatem ipsius motus vel actionis [cf. II], ut saepe sub 1a et b, 3a; saepissime in iussis, monitis sim., v. 1 infra et e. g. p. 1989, 18sqq. 31. 34sq.*): **1** *cum imperat.* (*subaudiendus est imperat. vel coni. iussivus p. 1989, 9sq.*): **a** *verborum eundi sim.*: PLAVT. Aul. 264 sequere -e me ... strenue. Cas. 744 -e cito intro ite et cito deproperate (OV. met. 6, 201 [*v. app. crit.*]. *cf.*

[Krylová]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

l. 7). Trin. 1008 fac te -e celerem, recipe te ... domum. TER. Hec. 808 -e curre ad Pamphilum ([SCHOL. Ter. p. 148, 10 velociter]. AVSON. 2, 5 [155 S.], 3. *cf.* IVVENC. 4, 775 transcurrite). NEP. Epam. 4, 3 egredere -e. SEN. Ag. 300 facesse -e. **b** *verborum ferendi, ducendi, arcessendi sim.*: PLAVT. Most. 391 haec hinc -e amolimini. TER. Haut. 744 ancillas ... traduce huc ad vos -e. VERG. Aen. 12, 573 ferte faces -e. SEN. Oed. 334 huc -e admove *victimas*. 823 ite, -e accersite, famuli, *pastorem* (*nisi* ite -e *coniungas, cf. p. 1988, 75*). *verbo subaudiendo*: TRAG. inc. 139 tela, famuli, tela -e (*sed* -e ⟨ferte⟩ *L. Müller*). STAT. Theb. 11, 559 huc aliquis -e sceptrum. **c** *quorumlibet verborum*: PLAVT. Bacch. 368 pandite atque aperite -e ianuam (Trin. 1174). 728 cape stilum -e. Curc. 121. 688 argentum -e propera vomere. Men. 946 medice, -e, quidquid facturu's, face (PS. CATO dist. 2, 5 fac sumptum -e). Rud. 1323 eloquere -e celeriter (Stich. 334. ACC. trag. 301 [proprie *trad.*]. *item de nuntiando*: SEN. apocol. 7, 2 vers. 1 exprome [exprime *trad.*] -e, sede qua genitus cluas. STAT. Theb. 7, 13 -e monitūs ... parentis ede). HOR. carm. 3, 19, 9 da lunae -e novae (*sc. propinando; cf. vol. V 1, 1666, 71*). *al.*

2 *in protasi condicionali negativa* ni(si) -e: *in minis, monitis sim.*: PLAVT. Curc. 535 nisi tu mihi -e properas dare *pecuniam depositam* ..., vitam propera ponere. LIV. 2, 36, 4 *poenam* maiorem instare, ni eat -e ac nuntiet consulibus. 36, 28, 6 ni -e fit, quod impero. *al.* SIL. 15, 554. TAC. ann. 11, 30, 2 (*Narcissus ad Claudium*) ni -e agis, tenet urbem *C. Silius*. *cetera exempla*: PLAVT. Aul. 393 occidor, nisi ego intro huc -e propero currere (*versum secl. multi, v. Stockert, comm. 1983, ad l.*). LIV. 2, 23, 10 *non* temperatum manibus foret, nisi -e consules ... intervenissent. 25, 37, 14 ni Marcius -e receptui dedisset signum. CVRT. 5, 9, 10 SIL. 14, 535. TAC. Agr. 16, 2 nisi Paulinus ... -e subvenisset, amissa Britannia foret. ann. 1, 23, 2 PRISC. periheg. 660.

3 *in variis structuris*: **a** *respicitur motus*: **α** *-e ire, venire, adire sim.* (*exempla selecta post* SEN.): PLAVT. Cist. 638 orare, ut aliquis intus prodeat -e ocius. Stich. 338 celeri curriculo fui -e a portu (*cf.* VARRO frg. Non. p. 263, 5 extemplo rus [eas *trad.*] in curriculum contuli -e pedes). Trin. 1122 nunc mi is -e conveniundust (*cf.* 1175 ita subitost -e quod eum conventum volo). PACVV. trag. 16 nonne hinc vos -e ... amolimini? BELL. Afr. 39, 2 *Caesar Hispanis* imperat ..., ut ad ... collem -e accurrerent (AVR. VICT. Caes. 14, 11). SALL. Iug. 71, 4 -e cognitis insidiis ad regem pergit (APVL. met. 5, 4, 6). *al.* VERG. Aen. 9, 801 manus *Teucrorum* ... -e coit omnis in unum. LIV. 6, 17, 8 denuntiatum *est legatis* ... facesserent -e ex urbe (TAC. ann. 16, 34, 2). 27, 9, 10 redirent *legati* ... -e in colonias (SVET. Iul. 3 Tib. 72, 2. *al.*). *al.* SEN. nat. 4, 13, 9 unguentarios Lacedaemonii ... -e cedere finibus suis iusserunt. SIL. 17, 503 acies -e retro ... ruebat. TAC. hist. 2, 48, 1 irent -e neu remanendo iram victoris asperarent (ann. 13, 19, 4). ann. 15, 11, 3 missis ... ad Corbulonem precibus, veniret -e (AVSON. 27, 2 [397 S.], 8. SYMM. epist. 6, 62 AMM. 27, 12, 6). *et saepius*. **β** *-e ferre, ducere, movere sim.*: PLAVT. Amph. 215 uti ⌞-e⌟ ... exercitus deducerent (⌞ ⌟ properiter *Loewe-Goetz*, properatim *Seyffert; metro consuluerunt alii aliter*). Truc. 654 ille abit; ego ⌞-e⌟ ... ovis ... in urbem detuli (⌞ ⌟ *cod. F saec. XV*; perpera *ceteri*). CAECIL. com. 110 gubernator -e vertit prosumiam (SIL. 2, 205 currūs). QVADRIG. hist. 35 consules -e (properatim *Lindsay propter lemma Non., v. p. 1990, 34*) exercitum redducunt. SALL. Catil. 57, 3 *Q. Metellus Celer* ubi iter eius *Catilinae* ... cognovit, castra -e movit (TAC. hist. 1, 67, 2. *cf.* castra commovere: AMM. 27, 2, 4. 30, 5, 13 prop⟨er⟩e. *sim.* signa (com)movere: AMM. 22, 2, 2. 23, 2, 7). LIV. 4, 47, 2 dictator ... signa inferri -e iussit signiferumque ... cunctantem occidit. *al.* LVCAN. 1, 205 *Caesar* per amnem signa tulit -e (AMM. 26, 9, 1). 9, 761 iussit signa rapi -e Cato. PRVD. c. Symm. 1 praef. 16. **γ** *-e mittere, arcessere sim.*: SALL. Iug. 58, 5 *Metellus* equitatum ... ad castra -e misit (LIV. 4, 46, 9 speculatores -e missi. 10, 4, 12. *al.* CVRT. 4, 15, 6. *al.*). 62, 4 Metellus -e cunctos ... adcersi iubet (SIL. 11, 204). LIV. 1, 41, 2 Servio -e accito (SIL. 4, 217). 21, 45, 4 revocato ... -e Maharbale (SIL. 2, 47. 6, 241). 8, 11, 9 iuventute -e excita. 29, 24, 2 legatis -e, priusquam res volgaretur, remissis (*hinc* FRONTIN. strat. 2, 7, 4 dimisit -e legatos). SVET. Claud. 36 senatum ... -e convocavit.

b *cetera exempla* (*selecta inde a* SEN.): **α** *cum variis verbis*: PLAVT. Curc. 283 subito -e et celere obiectumst mihi negotium. Stich. 329 auxilium -e latumst *foribus pulsatis*. Truc. 560 *amator se perdens* mea quidem opera ... *non* minus -e quam pote[st] peribit. *al.* SALL. Iug. 86, 1 Marius postquam plebis animos adrectos videt, -e ... navis onerat. hist. frg. 3, 98 B, 11. VERG. Aen. 6, 236 his actis -e exsequitur praecepta Sibyllae *Aeneas*. LIV. 25, 41, 1 *dux* arma -e capere milites ... iubet (SIL. 7, 527). 27, 47, 2 *Hasdrubal* receptui -e cecinit (30, 34, 11). *al.* GERM. 137. SEN. Herc. f. 1242 arma ... flagito mihi -e ... reddi (SIL. 2, 376). TAC. hist. 1, 55, 1 insita mortalibus natura -e sequi, quae piget inchoare. ann. 15, 60, 1 proximam necem ... Nero adiungit adeo -e, ut ... non illud breve mortis arbitrium permitteret. PS. QVINT. decl. 2, 4 p. 24, 8 (*syn.* festinanter). APVL. met. 2, 6, 3 festinus ... memet expedio et 'salve' -e addito ... perniciter evolo. 3, 24, 2 abiectis -e laciniis (*cf. gr. 13, 4 σπεύδων*). COD. Iust. 7, 53, 1 (*a. 206*) nimis -e iudex pignora ... distrahi iussit ante rem iudicatam. *et saepe*. **β** *cum verbis nuntiandi sim.*: TER. Ad. 320 cesso eram hoc malo inpertiri -e? (SCHOL. Ter. Bemb. cito). SALL. Catil. 28, 2 Curius ... -e ... Ciceroni dolum ... enuntiat. 46, 1 omnia -e ... consuli declarantur. NEP. Hann. 12, 4 imperavit ei *puero*, ut ... -e sibi nuntiaret *eqs.* (SYMM. epist. 4, 20, 1). PLIN. nat. 7, 177 adnuntiavere. *al.* **γ** *cum ellipsi verbi*: PLAVT. Mil. 220 arripe opem ... ad hanc rem; -e[m] hoc, non placide decet. 805 adcura, ⌞sed -e⌟ opus est (-e *Brix*, properam *et* properas *trad.*; ⌞ ⌟ at properato *Soubiran, Prosodie et métrique du Mil., 1995, 198*).

B *fere i. q. praemature, ante tempus suum, praepropere* (*cf.* nimis -e *l. 4*): MANIL. 2, 763 quae -e dederint praecepta magistri (*antea*: praeposterus ordo). TAC. ann. 3, 56, 4 *Tiberius ad senatum scripsit Drusum non* -e, sed per octo annos capto experimento, ... noti laboris participem sumi. TERT. adv. Marc. 3, 4 p. 380, 31 *deus Marcionis* post creatorem ... tam tarde revelatus, ante Christum vero eius tam -e. SERV. Aen. 1, 565 *Dido* satis -e dixit 'Aeneadas' (praepropere *Serv. auct.*). HEGES. 4, 7 p. 252, 18 nos defuimus petitioni, dum pacem speramus et fatigare vos -e nolumus. *respicitur mors*: CE 654, 4 (*a. 385*) raptus -e ... obiens iuvenalibus annis.

II *mero respectu modi celeris (sc. fere neglegitur, quando quid fiat; paucissima certiora, cetera v. sub I): spectat ad motum localem*: TER. Hec. 371 una *ancillarum* ... interea -e praecucurrit. SIL. 3, 450 Rhodanus ... -e in pontum ... ruit incitus. APVL. met. 4, 11, 4 sequi -e ... *non* potest *latro vulneratus*. 5, 4, 3 *Cupido* ante lucis exortum -e discesserat. *cetera exempla*: SIL. 3, 61 haec -e spectata duci, nam multa fatigant. AVSON. 6 (320 S.), 20 difficile est se noscere; *γνῶθι σεαυτόν* quam -e legimus, tam cito neglegimus. AMBR. epist. 9, 68, 13 libido ... velut festuca est, cito accenditur, -e consumitur.

adv. **properiter.** *compar. et superl. non leguntur. inter adv. in* -ter PRISC. gramm. III 71, 5 pro[s]periter. *de notione*: NON. p. 154, 28 properatim et -r: celeriter, properanter (*post Quadrig. p. 1989, 49, Pompon. et Caecil. p. 1987, 24 sq. affert* PACVV. *et* ACC. *infra*). GLOSS. celeriter. propere. [*e coni. dub.* PLAVT. Amph. 215 *p. 1989, 46.*]

i. q. propere; respiciuntur quae fiunt: **1** *sine mora* (*simul spectare potest ad celeritatem motus vel actionis, e. g. l. 39. 41*): PACVV. trag. 332 mihi classem imperat ... in altum ut -r deducerem. ACC. trag. 629 remis ... nixi -r navem in fugam transdunt. APVL. met. 1, 22, 8 quibus *litteris* pro[s]periter lectis. 5, 29, 1 *Venus* -r emergit e mari suumque protinus ... thalamum petit. 6, 26, 4. 7, 25, 1 -r inscensum ... me, *sc. asinum*. 10, 27, 3. IVL. VAL. 2, 28 *Darius* fugam capessit et curru sese, quam -r possit, praesentibus liberat. 3, 30. IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 6, 15 (*antea*: Manichaeos Traducianosque) nimis prop⟨eri⟩ter vestrum, *sc. Traducianorum*, nomen admiscui (*corr. Weber, Sitz. Ber. Wien. Ak. 693, 2002, 197*). **2** *ante suum tempus (cf.* nimis -r *l. 45); respicitur mors praematura*: SEPT. SER. carm. frg. 16 animula miserula ⌞-r abi⟨i⟩t⌟ (propter iter obit *sim. trad.; inde, ut vid.,* AVSON. 10, 27 [186 S.], 1 amita Veneria -r obiit [abiit *Green*]).

compos.: im-, praeproperus; *?*perpropere, properipes. *Krylová.*

propēs, -pedis *m.* *est gr. πρόπους* (*v.* propus *infra*) *tamquam compos. a* pro *et* pes *latinitati redditum ita ut e. g. vol. V 1, 39, 25 sqq.* dasipes *Pol. Silv. pro* dasypus *Plin. nat.* ISID. orig. 19, 4, 3 (*inde* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2606 [cod. Paris.]) -s funis, quo pes veli alligatur, quasi pro pedes (*affert Turpil. com. 215* propedon [*sic fere trad. apud Isid. et in Gloss.*], *pro quo viri docti vix recte restituerunt* propedem *syllaba prima producta miraque et formatione et notione; v. sub* propus).

[prōpetit: protulit, produxit GLOSS. *vix recte trad.* ('prompsit?' *Goetz*).]

prōpetrare: mandare, quid perficiatur; nam impetrare est exorare et perpetrare perficere PAVL. FEST. p. 227. *a* pro *et* patrare; *exempla desunt.*

prōpexus, -a, -um. *p. p. p. verbi a* pro *et* pectere *compositi, quod aliis formis non legitur; cf.* impexus.

1 *de barba vel crinibus pectendo promissis*: barba -a: VERG. Aen. 10, 838 *Mezentius se reficiens* fusus -am in pectora b. (-plex-, -spex- *var. ll.*; in pectore *codd. vet., def.* SERV. *coll. Aen. 6, 339, sed cf. infra* OV., SIL.; *explicatur*: SERV. *ad l.* in pectus fusam habens [auct. *addit*: -am ... quis ante hunc?]. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2653 sq. -am [-lex- *cod. Paris.*]: deductam. immissam [-mir- *trad.*]). OV. fast. 1, 259 *Ianus* manu mulcens -am ad pectora b. SIL. 13, 310 *Campanos supplices* -is in pectora b. verrere humum. SCHOL. Iuv. 4, 103 ('barbato') *rex* -am ... b. habuit (*opp.* adtonsam). *exempla cetera*: STAT. Theb. 2, 97 -a ... mento canities *senis* (*cf.* VERG. *supra et Aen. 6, 299 sq.*). TAC. hist. 4, 61, 1 *Civilis* -um rutilatumque crinem ... deposuit (*addas coni. dub.* ACC. trag. 255 *p. 1949, 66,*

[Bk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nisi obstare putes SERV. auct. *p. 1990, 68*). **2** *transfertur ad piscem barba -a praeditum* (*cf. homines pexos vol. X 1, 906, 3 sq.*): AVSON. Mos. 134 tu ..., -i ... iubas imitatus, gobio, barbi (prospexi(t) *var. l.; ad rem cf. e. g. Cic. Att. 2, 1, 7* mulli barbati). *Bk.*

prophān- *v.* profan-.

†**prophēta** (prophētēs), -ae *m.* (*f. v. l. 19 sqq.*), *προφήτης. vocem veriloquii causa ad* praefari *sim. revocare videntur* TERT. *p. 1992, 12 et* ISID. *l. 43. scribitur* prof- *in inscr. e. g. l. 21 et* PS. DAMAS. epigr. 33, 8. CIL VI 846 (*saec. IV?*). XI 4964, 2, *in codd. ant. e. g.* VET. LAT. cod. 100 exod. 7, 1 (*et ubique*). cod. 177 Ier. 14, 15 (*al.; rarius etiam exhibet* proph-, *sc.* Os. 6, 5. *al.; item e. g. cod. Wirc.* PRISCILL. tract. [*v. ed. Schepss in indice p. 212*]). cod. 3 Matth. 7, 12 (*al., sed saepius exhibet* proph-; *item e. g.* cod. 5). *al.*; profh- COLLECT. Arian. hom. 2, 4 (*et saepe in eodem cod. Veron.; ibid.* 2, 1. *al.* prof-), *cf. etiam e. g. l. 20*; prope- *p. 1994, 55. abbreviari olim putabatur* pf, *v.* INSCR. Dessau 4262 (*solvitur* P(ublii) f(ilius) INSCR. relig. Mithr. Vermaseren 501); *ad compendia recentiora cf. Lindsay, Notae lat., 1915, 438.* NOT. Tir. 55, 47 -a. *de genere: fere est generis masc., quapropter dubitanter ad* 2. prophetis *traximus formas nom. et acc. fem.* -es, -en *partim positas pro gr. προφῆτις, -ιν* (*v. p. 2004, 14 sqq.*); *ceterum v.* VET. LAT. II Esdr. 9, 26 (cod. 125) profhetas tuas (*falso pro* tuos). TERT. *p. 1993, 45.* CIL VIII 21624 (*saec. II/III, ut vid.*) Valentiae Ianuariae -ae. HIER. *p. 1994, 8.* RVFIN. *p. 1992, 32.* OP. imperf. in Matth. 27 p. 772 *Ioh. baptista* matrem suam fecit ipse -am. *de formis: sing.: nom.* -a *occurrit passim* (*cf. vocat.* -a IVL. VAL. 1, 3 p. 3, 1), -es VET. LAT. deut. 13, 1. *al.* (cod. 100. *al.; sed* -a exod. 7, 1 [*ibid.*]. *al.*). TERT. apol. 19 frg. Fuld. 1 (*et saepe apud eundem; multo rarius* -a). IREN. 3, 11, 4 HERM. vulg. mand. 11 NOVATIAN. trin. 6, 2. HIER. vir. ill. 40, 2 (-es *ter,* -a *semel; cf. p. 2005, 18*). *al.,* -is *p. 1994, 68 et* VET. LAT. deut. 13, 5. 18, 20. 22 (cod. 100), *gen.* -is VET. LAT. deut. 13, 3 (*ibid.*), *acc.* -am *passim,* -en TERT. resurr. 28, 3. *al.* (*sed multo saepius* -am). ORIENT. comm. 1, 413 *et in var. l. e. g.* HIER. epist. 41, 2, 1 VVLG. II reg. 24, 11. *al.* (*addasne exempla generis fem. p. 2004, 16 allata?*), -em HERM. vulg. mand. 11 (*bis*; -am *var. l., quod solum trad. editurque paulo post ibid.; cf. etiam infra p. 2004, 18*), *abl.* -e TERT. adv. Marc. 4, 35 p. 540, 15 (*v. p. 1995, 25*); *?gen. plur.* -orum VET. LAT. act. 3, 25 (cod. 55; *si recte ed.*). *de mensura*: prŏ- IVVENC. 1, 125 (*et saepe*). DAMAS. epigr. 1, 3 (*e codice, ubi* proph-; prof- *mavult Ferrua*). PRVD. cath. 4, 59 tituli 85. *al.*; prō- PS. DAMAS. epigr. 1, 6. 21, 4 CYPR. GALL. exod. 1226. num. 256 (*sed* prŏ- *ibid. e. g.* gen. 302. 347). *de notione*: HIER. in Ier. 5, 56, 2 '-as', hoc est 'nebeim' ([*hebr.*]. *ibid. iterum.* in Zach. 13, 2). AVG. quaest. hept. 2, 17 nihil ... aliud esse -am dei nisi enuntiatorem verborum dei hominibus. EVCHER. instr. 2 p. 160, 5 -a: praedictor (*inde* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2002). ISID. orig. 7, 8, 1 de -is: quos gentilitas vates appellant, hos nostri -as vocant, quasi praefatores, quia porro fantur et de futuris vera praedicunt; ⌊qui autem [a] nobis -ae, in veteri testamento videntes appellabantur⌋ (*cf.* VVLG. I reg. 9, 9). GLOSS. I 85, 136 -a. ⌊roreus⌋. pr(a)esagus. pr(a)esciens. providus. sagax. vatis. praevisor (⌊ ⌋ *latetne* videns?). GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2003 sq. -a: futura pr(a)edicans. ante pr(a)evidens. *al., cf. e. g. p. 1992, 6 sqq. legitur in versibus apud* CAES. STRAB. *et inde a* IVVENCO, *in prosa orat. inde a* FESTO, APVL. *et passim apud scriptores christ. inde a* VET. LAT., TERT.

i. q. προφήτης (*quod gr. respondet, nisi alia adnotavimus; negleximus* VVLG., *ubicumque similia exhibet ac* VET. LAT.; *fere pro syn. ponitur* vates *p. 1993, 18 et e. g.* HERM. vulg. mand. 11 [*sed disting. p. 1992, 25*], praedicator *p. 550, 60 sq. [cf. p. 1996, 12], disting.* hariolus *p. 1993, 20 et e. g.* VVLG. Is. 3, 2): **I** *exempla rem illustrantia* (*cf. l. 39 sqq.*): **A** *de quibuslibet sacerdotibus vel vaticinantibus* (*imprimis Aegyptiorum*): CAES. STRAB. trag. 2 capita viridi lauro velare imperant -ae ⌊sancti⌋, caste qui purant sacra (⌊ ⌋ sancta ita *trad., metro consulunt alii aliter; explicat* FEST. p. 229 -as ... nominat antistites fanorum oraculorumque interpretes). APVL. met. 2, 28, 1 Aegyptius -a primarius, qui mecum ... pepigit reducere ... ab inferis spiritum (*cf. de eodem 2, 28, 3* sacerdos. 2, 28, 6 -a ... herbulam ... pectori eius *mortui* imponit. 2, 29, 4). mund. praef. p. 288 -ae quidam deorum maiestate completi effantur ceteris, quae divino beneficio soli vident. Plat. 1, 3 p. 186 *Plato* astrologiam adusque Aegyptum ivit petitum, ut inde -arum etiam ritus addisceret. VET. LAT. deut. 13, 1 (Tert. scorp. 2, *sim. al.*) si ipse -es exsurrexerit in te (*de pseudopropheta ut saepius, cf. e. g. p. 1996, 18*). III reg. 18, 19 (Lucif. Athan. 1, 17; *deus ad Heliam*) congrega ... -as ⌊confusionis⌋ ... et -as lucorum (HIER. in Ezech. 13, 1. *al.*; ⌊ ⌋ *i.* Baal *ut*: VET. LAT. III reg. 18, 22 [Lucif. Athan. 1, 17] -ae huius B. *al.; cf. e. g. p. 2006, 50*). IVL. VAL. 1, 3 p. 3, 1 o -a *Nectanabe* (*de eodem e. g. ibid.* p. 3, 30 -es ex Aegypto. *1, 2 p. 2, 21* matheseos sciens). FIRM. math. 3, 6, 7 *quicumque habuerint hunc horoscopum,* erunt ... -ae neocori aut praepositi templis (*cf.* 8, 21, 11 *hi* erunt sacerdotes haruspices -ae. *sim. saepius apud eundem*). LACT. inst. 7, 14, 16 saecularium -arum congruentes cum caelestibus voces finem rerum ... adnuntiant. RVFIN. Clement. 1, 5, 1 hierofantis vel -is, qui adytis praesunt *in Aegypto* (*cf.* CIL VI 846 [*saec. IV?*] *quidam* pater, ierofanta, -a Isidis). *al.*

B *de iis, qui praedicant nomine dei Iudaeorum et Christianorum* (*de anima l. 32, de elatis per ecstasin divinam l. 13. 61 [cf. p. 1994, 66], de Aaron -a Mosis p. 1993, 6. ad rem v. e. g. Friedrich al., Theol. Wörterb. z. NT VI 781 sqq.*): **1** *vario usu*: **a** *generalia quaedam et munus illustrantia*: VET. LAT. Sirach 44, 3 (*in laude patrum*) homines magni virtute et prudentia sua praediti, nuntiantes in dignitate -arum. 46, 16 sq. Samuhel -a domini renovavit imperium et unxit principes ...; (17) in lege domini iudicavit congregationem ... et in fide sua probatus est -a. Matth. 13, 57 (cod. 1, *sim. al.*) non est -a ignobilis nisi in patria. TERT. apol. 18, 5 quos diximus praedicatores, -ae de officio praefandi vocantur. anim. 11, 5 Saulem ... dei spiritus ... vertit in alium virum, id est in -en, cum dictum est: '...' (I reg. 10, 11). carn. 2 l. 16 (*ad Marcionem*) si -es es, praenuntia aliquid; si apostolus, praedica publice (*item disting.*: HIER. epist. 18^{B}, 5, 2 *quidam* hanc esse differentiam *inter a. et -as* volunt, ut, quicumque mittantur, et -ae sint pariter et a., ad quos vero mittentis sermo non ponitur, tantum -ae sint. RVFIN. Orig. princ. 4, 2, 7 *spiritus sanctus* ministros veritatis, -as et a., inluminabat. *al.*). adv. Marc. 3, 16 p. 403, 16 ob officium -ae, nuntiantis scilicet divinam voluntatem. IREN. 4, 20, 8 non ... solum sermone prophetabant -ae, sed et visione et conversatione et actibus, quos faciebant secundum id, quod suggerebat spiritus. LACT. inst. 1, 4, 1 -ae ... unum deum praedicant. 4, 11, 1 deus iustos et electos viros sancto spiritu inplebat, -as, in media plebe constituens, per quos peccata ingrati populi ... increparet *eqs.* 7, 14, 17 (*sim.* epit. 66, 1) quae ... a -is et vatibus futura esse dicantur (*item disting.* v. *pagani*: 7, 23, 5 non modo -ae, sed etiam v. et poetae et philosophi. *cf. p. 1991, 43*). PRISCILL. tract. 3, 60 Abel -a, ex quo sanguis -arum sumpsit exordium. HIER. in Ezech. 13, 3 cum -arum nomen ... bonis malisque commune sit, in eo differunt, quod boni -ae esse dicuntur sapientes, mali autem stulti *eqs.* in Ier. 2, 111, 3 illam sequamur regulam, quod omnes -ae in typum domini salvatoris pleraque gesserint. RVFIN. sent. Sext. 441 fidelis anima casta et sapiens -a veritatis dei est (*gr. προφῆτις*). *al.*

b *de iis, qui fuerunt temporibus regum Israhelitarum* (*sc. usu sollemni et strictiore*): **α** *de -is maioribus et minoribus q. d.*: VET. LAT. Sirach 49, 12 duodecim -arum ossa pullulent de loco suo (TERT. adv. Iud. 5, 4 *deus* per Malachiam, unum [*cod. T,* angelum *add. cett.*] ex d. -is, dicit: '...'. IREN. 4, 17, 5. HIER. praef. Vulg. reg. p. 6, 10 liber d. -arum, qui apud illos *Hebraeos* vocatur Thareasra [*sim.* ISID. orig. 6, 1, 6]. *al., e. g. p. 1995, 64; cf.* -ae minores: AVG. civ. 18, 29 p. 294, 10 [*inde* ISID. orig. 6, 2, 26] duodecim -arum, qui propterea dicuntur m., quia sermones eorum sunt breves in eorum comparatione, qui maiores ideo vocantur, quia prolixa volumina condiderunt. CASSIOD. inst. 1, 3, 5. *al.*). Dan. 9, 2 (cod. 177) numerum annorum, qui factus est sermo domini ad Ieremian -am ([*cf. Ier. 29, 10*]. *item de singulis*: Agg. 1, 12 [cod. 176] verba Aggaei proph⟨etae⟩. Luc. 4, 17 [cod. 3. *al.*] liber -ae Eseiae. *et passim*). act. 10, 43 (cod. 5, *sim. al.*) huic *Christo* omnes -ae testimonium per(h)ibent. HIER. epist. 53, 8, 16 *Danihel,* extremus inter quattuor -as (ISID. orig. 6, 2, 26. *cf.* -ae maiores: AVG. civ. 18, 34 p. 306, 5 Daniel et Hiezechiel, ... duo ex -is m. *al.*). *al.* **β** *de aliis*: VET. LAT. IV reg. 6, 12 (cod. 115) Helisseus -a populi Israel (*de eodem*: TERT. adv. Marc. 4, 23 p. 497, 22 AMBROSIAST. in Col. 2, 4, 2. PS. PAVL. NOL. exc. Bob. p. 460, 4 H. -a figuram Christi gerebat. *al.*). II par. 9, 29 (cod. 109, *sim.* Priscill. tract. 3, 65) h(a)ec scripta sunt in verbis Nat(h)an -(a)e (*de eodem*: Sirach 47, 1 ⌊surrexit N. -a⌋ in diebus David [⌊ ⌋ *gr. ἀνέστη N. προφητεύειν*]. TERT. adv. Marc. 3, 20 p. 412, 2. *al.*). 21, 12 (*ibid.*) venit ad eum *regem* scriptum ab Aelia -a (*item de Helia*: Sirach 48, 1 [*v. p. 1994, 72*]. PEREGR. Aeth. 16, 1 civitatem sancti -ae H., id est Thesbe. LVCIF. Athan. 1, 16 H. domini -am. *al.*). *et saepe. respiciuntur -arum collegia, conventus sim.*: VET. LAT. I reg. 10, 5 (cod. 115; *Samuhel ad Saul*) obviabis choro ⌊-arum⌋ descendentium de Bama (⌊ ⌋ *per ecstasin prophetantium, cf. p. 2006, 27; huc etiam spectat e. g.* 10, 11 [Tert. anim. 11, 5, *sim. al.*] an et Saul in -is?). 19, 20 (cod. 91. *al.*) viderunt ecclesiam -arum, et Samuhel stabat instanter super eos. III reg. 22, 6 (Lucif. reg. apost. 8, *sim.* cod. 92. *al.*) convocavit rex Israel omnes -as suos, quasi quadringentos viros. IV reg. 2, 15 (Orig. in Matth. 17, 10 p. 180, 4) viderunt eum *Heliseum* filii -arum, qui erant in Iericho (Am. 7, 14 [cod. 175; *Amos ad deum*] non eram -a neque filius -ae sum ego, sed pastor. TERT. adv. Iud. 13, 17 [*sec. IV reg. 6, 4 sq.*]. VVLG. IV reg. 2, 7 quinquaginta viri de f. -arum. *al.; ad rem cf.* HIER. epist. 125, 7, 3 f. -arum, quos monachos in veteri legimus testamento). *al.*

c *de variis viris futura praenuntiantibus, voluntatem dei praedicantibus* (*de mulieribus p. 1993, 63. 1994, 8; cf.* LIB. gener. chron. I p. 133, 333 -arum nomina: Adam. Noe. Abraam. Isaac. Iacob. Moysen. Aaron. Hesu Nave *eqs.*): **α** *qui fuerunt ante Christum*: Ⓘ *de quibuslibet*: VET. LAT. gen. 20, 7 (Hier. hom. Orig. in Ier. 1 p. 587^{C} Op. imperf.

[Schröder]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in Matth. 1 p. 613) -a est et orabit pro te (*sc. Abraham ut*: IREN. 4, 5, 5 -a ... cum esset A. et videret in spiritu diem adventus domini. 4, 21, 1 quoniam patriarcha nostrae fidei et velut -a fuit, ... apostolus docuit [*sc. Gal. 3, 5–9*]. PRISCILL. tract. 3, 59 A. -ae sinum [*sec. l. 9; cf. Luc. 16, 22*]. *al.; cf. p. 1992, 73*). exod. 7, 1 (cod. 100, *item* Aug. quaest. hept. 2, 16; *deus ad Mosen*) dedi te in deum Pharaoni et Aron, frater tuus, erit tuus -a (AVG. *ibid.* 2, 17 Pharaoni ... dicitur Moyses datus deus et secundum analogian -a Moysi A., sed ad Pharaonem. *cf. p. 1992, 73*). Tob. 4, 13 (PRISCILL. tract. 1, 39, *sim. al.*) Noe ⌊-a fuit⌋, Abraham, Isac et Iacob et omnes patres nostri, qui ab initio saeculi profetaverunt ([*gr. aliter, Vulg. deest*; ⌊ ⌋ *cod. 148. al.* prophetavit]. PRISCILL. tract. 3, 58. AVG. civ. 18, 38 p. 313, 16 N. patriarcha, quem -am quoque non inmerito dixerim. *al.*). Sirach 46, 1 Iesus Nave successor Mosi in -is (*de eodem*: PRISCILL. tract. 1, 37 -a domini. *cf. p. 1992, 74*). TERT. adv. Marc. 4, 20 p. 484, 13 (*respicitur Ios. 3*) decursum *Iordanis* plane et Iesus docuerat -is transmeantibus stare (*de sacerdotibus Israhelitarum; an latet* -es *sec. l. 13?*). 4, 28 p. 518, 15 Balaam -es in arithmis (*sc. num. 22, 6*) arcessitus a rege Balac (CYPR. Fort. 10 l. 42. QVODV. prom. 2, 12, 22 B. -am ex gentibus, licet unius veri dei vatem. *al.; aliter* AMBROSIAST. in I Cor. 13, 2, 1 B. profetavit, cum -a non esset, sed ariolus [*cf. num. 22, 5*]). *al., e. g. supra p. 1992, 27.* Ⓘ *de Mose* (*cf. l. 51 sqq.; a -is distinguitur p. 1994, 32*): VET. LAT. Os. 12, 13 (cod. 176) in -a reduxit dominus Israhel ex (A)egypto. TERT. apol. 19 frg. Fuld. 1 primus ... -es, M. (*cf. e. g.* LVCIF. non parc. 1 l. 31 M. primus -arum). resurr. 28, 3. IREN. 2, 2, 5 fideli famulo dei M. et -ae. LVCIF. non parc. 2 l. 2 audi, quid fieri deus statuerit de te per gloriosum -am M.: '...' (deut. 13, 1 sqq.). RVFIN. Orig. in num. 6, 3 p. 34, 15 qui *M.* utique maximus est et eximius -arum. *al.* Ⓘⓘ *de David rege et psalmista* (*a -is distinguitur e. g. p. 1995, 50*): VET. LAT. Matth. 13, 35 (cod. 4. *al., sim. al.*) quod dictum est per -am dicentem: '...' (*psalm. 77, 2*). PS. CYPR. mont. 2. HIL. hymn. prooem. 1 (vers.) felix -a D. primus ... Christum ... nuntians. OPTAT. 2, 21 p. 58, 6. AMBR. spir. 2, 10, 108 spiritu videns sanctus -a D. AVG. civ. 17, 15 p. 237, 17 quot et quanta rex D. idemque -a de Christo ... prophetaverit. CHROMAT. in Matth. 1, 2 *D.*, rex nobilis ac -a, Christum aeternum regem ac verum -am ... figuravit. *et saepe.* Ⓘⓥ *de LXX interpretibus* (*cf.* AVG. civ. 18, 43 p. 322, 11 spiritus ..., qui in -is erat, quando illa dixerunt, idem ipse erat etiam in septuaginta viris, quando illa interpretati sunt): AVG. civ. 18, 43 p. 323, 4 quidquid est in Hebraeis codicibus et non est apud interpretes septuaginta, noluit ea per istos, sed per illos -as dei spiritus dicere. *ibid.* p. 323, 7. 18, 44 p. 324, 23 septuaginta interpretes idemque -ae.

β *qui fuerunt aetate Christi: de Iohanne baptista*: VET. LAT. Matth. 11, 9 (cod. 4, *sim. al.*) quid existis? videre -am? dico vobis: etiam plus quam -am. 21, 26 (cod. 2, *sim. al.*) omnes ... habent eum sicut -am. Luc. 1, 76 (cod. 3. *al.*) tu, puer, -a altissimi vocaberis. TERT. carn. 21 l. 23 Helisabeth -am portans ... infantem (-a *var. l.*). GAVDENT. serm. 17, 3 ultimus quidem, sed maximus -arum. *al.* *de ipso Christo*: VET. LAT. Matth. 21, 11 (cod. 5, *sim. al.*) hic est -a Iesus a Nazaret Galilaeae. Luc. 7, 16 (cod. 2. 3. *al.*) -a magnus surrexit in nobis. 24, 19 (cod. 2, *sim. al.*) fuit vir -a potens in factis et dictis. Ioh. 4, 19 (cod. 2. *al.*) dicit illi *Ch.* mulier *Samaritana*: 'domine, video, quia -a es' (*inde* IVVENC. 2, 278). act. 3, 22 (cod. 5, *sim. al.; verba Petri*) Moyses (deut. 18, 15) ... dixit ad patres nostros, quia '-am vobis suscitabit dominus deus vester de fratribus vestris tamquam me: ipsum audietis' (*cf. e. g.* TERT. adv. Marc. 4, 22 p. 494, 14 sqq. AMBR. in psalm. 118 serm. 8, 53, 2 ipse est verus -a. COLLECT. Arian. c. Iud. 2, 1 -a est sui patris et d(e)i). *al.* *de apostolis et variis*: TERT. adv. Marc. 4, 24 p. 502, 10 tam *erat* ... apostolus Moyses, quam et apostoli -ae (*de iisdem*: HIL. in Matth. 24, 9 qui *a.* de futurorum revelatione -ae sunt. EPIPHAN. SCHOL. Didym. in I Ioh. 4, 1 p. 64, 19 a. frequenter in testamento novo -ae nominantur [*affert I Cor. 14, 32*]. *al.; distinguuntur e. g. p. 1992, 15. 1994, 46*). LIB. gener. a. 334 chron. I p. 133, 168 (*inter* nomina -arum) Simeon, qui Christum in manibus tulit (AVG. civ. 17, 24 p. 254, 16 *Iudaei* habuerunt -as ... eo *Christo* iam nato S. senem et Annam viduam ... et ipsum Iohannem novissimum). *al.*

γ *qui fuerunt in ecclesia christiana*: Ⓘ *respicitur munus vel dignitas ecclesiae primitivae*: VET. LAT. act. 13, 1 (cod. 5, *sim.* 50. *al.*) erant ... in Antiochia ... -ae et doctores. I Cor. 12, 28 (cod. 75, *sim.* 77. *al.*) quosdam posuit deus in ecclesia primum apostolos, secundum -as, tertio magistros (*cf. explicationes*: VICTORIN. POETOV. in apoc. 10, 2 post illos *apostolos* ... ecclesiis datum *est* solatium propheticarum scripturarum interpretandarum, quos interpretes -as dixit. AMBROSIAST. *ad l.* 2 specialiter erant -ae et scripturarum interpretes et futura dicentes, sicut erat Agabus [*v. act. 21, 11*]. PELAG. *ad l.* p. 200, 17 sq. -ae sunt et, qui explanant obscura -arum, et, qui homines exhortantur. *al.*). Eph. 4, 11 (*ibid.*) *dominus* ipse dedit quosdam quidem apostolos (-us *cod. 75*), quosdam autem -as, quosdam autem euangelistas *eqs.* (*cf. explicationes*: MAR. VICTORIN. *ad l.* quos ... -as intellegimus? quos Christus dono -as esse fecit, illos scilicet, qui de deo tractant et spiritu pleni divinam exponunt disciplinam. AMBROSIAST. *ad l.* 1 apostoli episcopi sunt; -ae vero explanatores sunt scripturarum. HIER. *ad l.* p. 500[A] non illos *-as,* qui futura vaticinentur, quales in veteri legimus testamento, sed qui infideles et imperitos arguant atque diiudicent. *al.*). AMBROSIAST. in I Cor. 14, 27 *ut* haberent -ae tempus scripturas disserendi, qui sunt totius ecclesiae inluminatores. HIER. epist. 108, 8, 2 (*inde* ISID. orig. 15, 1, 18) cubiculum quattuor virginum -arum (*spectat ad act. 21, 9 παρθένοι προφητεύουσαι*). VINCENT. LER. comm. 12, 2 ecclesiasticus ... magister et ipse interpretandis -arum mysteriis -a. *al.*

Ⓘⓘ *respicitur Montanus cum suis* (*cf. e. g. p. 2005, 16*): TERT. adv. Prax. 1 p. 228, 8 *Praxeas* falsa de ipsis -is ... adseverando ... *episcopum Romanum* coegit ... litteras pacis revocare. pudic. 21 p. 269, 24 qui ipsum paracletum in -is novis habeo. FILASTR. 49, 2 quosdam ... suos -as, id est Montanum ... et Priscillam et Maximillam, adnuntiant. *al.* Ⓘⓘⓘ *respiciuntur episcopi, doctores, sc. fere per comparationem*: AVX. Maximin. c. Ambr. fol. 306[v], 36 *sicut David,* ita et iste *Vlfila* beatus tamquam -a est manifestatus et sacerdos Christi ordinatus, ut regeret et ... aedificaret gentem Gothorum. VINCENT. LER. comm. 17, 9 quis Christianorum non paene ut -am ... veneratus est? (*sc. Origenem ut*: 17, 13 tanti doctoris, tanti -ae). *al.*

2 *notione praedicantis et praedicationis confusa respicitur id, quod a veteris test. -is dictum vel scriptum est* (*metonymia pleniore de libro l. 40; saepe collective; plur.* -ae *spectat ad totum vet. test. l. 45*): **a** lex et -ae *sim.*: VET. LAT. Sirach prol. *lectio* l. et -arum et aliorum librorum. Matth. 5, 17 (cod. 3. *al.; verba Christi*) nolite putare, quoniam veni solvere l. aut -as. 22, 40 (*ibid.*) in his duobus mandatis, *sc. ut diligas deum et proximum tuum,* universa l. pendet et -ae. Luc. 16, 16 (cod. 2. *al.*) l. et -ae usque ad Iohannem. FILASTR. 88, 1 scripturas canonicas, id est l. et -as. RVFIN. Orig. in exod. 7, 8 p. 215, 10 libros l. et -arum. *et saepe. in titulo libri*: AVG. retract. 2, 58, 1 contra adversarium l. et -arum (*cf. superscr. et subscr. codicum huius operis*). **b** Moses et -ae *sim.*: VET. LAT. Luc. 16, 29 (cod. 3. *al.; Abraham ad divitem*) *fratres tui* habent M. et -as, audiant illos. Ioh. 1, 45 (*ibid.*) quem scripsit M. ⌊in lege⌋ et -ae, invenimus Iesum (⌊ ⌋ *om.* cod. 2). TERT. anim. 57, 11 ut M. et -is crederetur. adv. Marc. 4, 34 p. 538, 2 M. et -as, unum deum praedicantes creatorem. IREN. 2, 34, 1 M. adsentire et -is. *al.* **c** *exempla varia*: VET. LAT. Luc. 4, 17 (cod. 5 *sec. gr. ipsius cod.*) porrectus est illi *Iesu* -a Esaias (*cett. plerique et* VVLG. liber -ae *sim. sec. lect. gr. sollemnem. item meton. de libro legendo, tenendo sim.*: TERT. adv. Marc. 4, 13 p. 456, 26 evolve ... -as. HIER. epist. 39, 1, 3 aut -a aut euangelium semper in manibus. *al.; cf. e. g. p. 1995, 17 sqq.*). TERT. apol. 47, 2 quis poetarum, quis sophistarum, qui non de -arum fonte potaverit? anim. 2, 4 si etiam ad ipsos -as adisse credibile est indagatorem quemque sapientiae (*cf. p. 2000, 61; item fere respicitur totum vet. test.*: adv. Hermog. 45, 1 -ae et apostoli non ita tradunt [*disting. etiam* IREN. 3, 19, 2. HIER. epist. 61, 3, 2 scripturas probare, ... -as vel a. intellegere. *al.*]. AVG. civ. 2, 19 p. 76, 32 legant nostra et per -as et per sanctum euangelium *eqs. al.*). adv. Hermog. 44, 1 plane a philosophis ⌊recedis, sed⌋ (recessisse *codd.*) tamen et a -is. adv. Iud. 13, 3 ut hoc ... esset adimpletum, id est -a: '...' (*Is. I, 7*; per -am *var. l.; cf. p. 1995, 44*). HIER. epist. 48, 4, 2 quantae difficultatis sit divinam scripturam et maxime -as intellegere. *al.*

C *transfertur ad: poetas (vel philosophum) divino spiritu instinctos*: VET. LAT. Tit. 1, 12 (cod. 75, *sim. al.*) quidam ex illis *Cretensibus* proprius eorum prop(h)eta[t], *sc. Epimenides* (*cf. e. g.* HIER. in Ezech. 13, 1 Paulus poetam graecum -am vocat). IREN. 4, 33, 3 Homerus proprius ipsorum *Valentinianorum* -a (poeta *var. l.*), a quo eruditi talia invenerunt. *infantes modo natos, qui fletu dolores sibi futuros praenuntiant*: AVG. serm. 167, 1 (*inde* CAES. AREL. serm. 181, 3) quando plorabat *puer* nascens, -a suae calamitatis erat (*postea*: nondum loquitur, et iam prophetat). *herbarum peritos quosdam* (*conferasne p. 1991, 62?*): PS. APVL. herb. 1 l. 71 *plantago* a Graecis dicitur arnoglossa; ... -ae *dicunt* ura egneumonos (*i. οὐρὰ ἀχνεύμονος*), Aegyptii asaer *eqs.* 2 l. 31. herb. interpol. 119 l. 6 Graeci *herbam apium dicunt* selinon, ... -ae hema Horu (*i. αἷμα Ὥρου*). *sim. saepe apud eundem.* PS. MVSA herb. Vett. l. 179. *hyoscyamum, sc. herbam, quae alienat mentem* (*cf. vol. VI 3146, 13 sq.*): PS. APVL. herb. interpol. 4 adn. 26 Democritus *herbam dicit* 'triambion', Pythagoras '-is' (*i. -ης, v. Diosc. gr. Vind. 4, 68*).

II *exempla potiora digesta sec. iuncturas*: **A** *verbales*: **1** *-a pro agente*: VET. LAT. deut. 13, 1 (Lucif. non parc. 2 Aug. hept. 5, 19) si surrexerit in te -a (34, 10 [cod. 100. *al.*]. Sirach 48, 1 surrexit Helias -a quasi ignis. Luc. 9, 8 [cod. 2. 3. 4. *al.*]. *al.*). 18, 22 (cod. 100, *sim.* Ind. capp. bibl. deut. 83 p. 311) quaecumque locutus fuerit -es ([VVLG. praedixerit]. Luc. 24, 25 [cod. 2. 6. *al.*]. LACT. inst. 5, 1, 15. *al.*). Matth. 11, 13 (cod. 3. *al.*) -ae et lex usque ad Iohannem prophetaverunt (*item fere*

[Schröder]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Luc. 16, 16 [cod. 5; *verbum om. cett. et Vulg. sec. gr.*]. IREN. 4, 20, 5 l. 107. *et saepe, v. e. g. p. 2006, 22*). TERT. adv. Iud. 7, 1 quem *Christum* -ae venturum canebant (IVVENC. 2, 104 COMM. apol. 345. *al.*). 13, 16 *hoc* praedicat -a *Isaias* (IREN. 2, 35, 2 quod omnes -ae unum deum ... praedicaverint. LACT. inst. 1, 4, 1. *al.*). VVLG. II par. 18, 9 -ae vaticinabantur coram eis (Ier. 14, 14 falso -ae vaticinantur in nomine meo. *al.*). *al.*

2 *-a in iuncturis praepos.*: per: VET. LAT. Matth. 2, 5 (cod. 2. 3. *al.*) sic ... scriptum est per -am: '...' (Luc. 18, 31 [*ibid.*] omnia, quae scripta sunt per -as). 2, 15 (cod. 3. *al.*) quod dictum est a domino per -am dicentem: '...' (2, 17 [*ibid.*]. AVG. civ. 20, 30 p. 483, 1. *et saepe*). Rom. 1, 2 (Ambrosiast. *al.*) quod ante promiserat per -as suos (QVODV. symb. 2, 4, 1 Christum olim promissum per -as. *al.*). TERT. idol. 15, 6 haec ... spiritus sanctus ... praececinit per antiquissimum -en (prophen *cod. A*) Enoch (MAXIMIN. Aug. coll. c. Maximin. 8 p. 726). adv. Iud. 4, 4 sicut per -as praedicatum est (adv. Marc. 1, 20 p. 316, 13 creatoris ... praedicantis per -as suos. VICTORIN. POETOV. in apoc. 11, 1. *al.*). VVLG. I reg. 28, 6 *dominus* non respondit ei ... per -as. *al.* in *c. abl.*: VET. LAT. II par. 13, 22 (cod. 109) cetera ... scripta sunt in -a Abedo ([Priscill. tract. 3, 65 *et* VVLG. in libro ... -ae]. Luc. 24, 44 [cod. 2. 3. *al.*]. Ioh. 6, 45 [*ibid.*]. TERT. adv. Iud. 13, 2 sic ... scriptum est in -a: '...' [*Mich. 5, 1. 3*]. RVFIN. Orig. in gen. 3, 5 p. 44, 23. *al.*). act. 13, 40 (cod. 5. *al.*) quod dictum est in -is (CYPR. epist. 59, 5, 3 sicut ... in duodecim -is ponit et dicit. HIER. hom. Orig. in Is. 7, 2 p. 281, 5. *al.*). Hebr. 1, 1 (cod. 75, *sim.* cod. 78. *al.*) deus locutus patribus in -is (TERT. adv. Marc. 3, 6 p. 384, 27. 4, 13 p. 457, 5. *al.*). TERT. adv. Marc. 4, 35 p. 540, 15 ad deum operantem in -e (-is *ed. princ.*). *al.* *quibuslibet*: VET. LAT. III reg. 13, 20 (cod. 115) factum est verbum domini ad (at *cod.*) -a(m) ([*Lucif. non conv. 3* pseudoprophetam]. Ier. 37, 5 [cod. 177]. AVG. civ. 17, 8 p. 223, 21. *al.*). TERT. adv. Hermog. 18, 1 materiam *creationis* ... apud -as intellegendam (MAR. VICTORIN. adv. Arium 2, 3 l. 58 lecta *est dei* substantia a. -am David [FAVSTIN. trin. 3, 1. *al.*]. LVCIF. Athan. 1, 35 l. 29 a. Amos -am ... scriptum *esse* [RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 116, 15. *al.*]. *al.*). adv. Iud. 13, 8 venisse iam Christum secundum -as (adv. Marc. 3, 6 p. 384, 12 *creatore* adnuntiante ... Christum suum s. Iohelem -am. HIL. in psalm. 68, 25 dolens est, qui s. -am 'pro nobis dolet' [*Is. 53, 4*]. *al.*). adv. Marc. 4, 7 p. 435, 21 adversus legem et -as docebat (adv. Prax. 16 p. 258, 15 *id* credunt ... a. -am dicentem: '...'. CYPR. Fort. 10 loqui. *al.*). *al.*

3 *exempla varia*: VET. LAT. deut. 18, 15 (cod. 100. *al.*) -am ... suscitabit tibi d(omi)n(u)s (18, 18 [*ibid.*]. *al., fere in sacris script.*). iud. 6, 8 (*ibid.*) misit dominus virum -am ad filios Istrahel (II par. 24, 19 [cod. 109]. Matth. 23, 34 [cod. 2. 3. *al.*]. LACT. inst. 4, 11, 7 *deus* desiit -as mittere ad eos *Israhelitas. al.*). II par. 20, 20 (cod. 109) credite -is eius *domini* (IV Esdr. 7, 130. TERT. anim. 57, 11 ut Moysi et -is crederetur. *al.*). Matth. 5, 17 (cod. 6) non veni solvere ⌊legem aut -as⌋, sed adimplere ([⌊ ⌋ *subaudiendum in aliis codd., ubi et* inplere]. TERT. adv. Iud. 9, 24 Christus, veniens adimplere -as. *al.; cf. e. g. l. 49. p. 1994, 50*). *al.*

B *nominales*: **1** *gen.* -ae, -arum *pendet e subst.*: VET. LAT. Agg. 1, 12 (cod. 176) verba Aggaei proph(etae) (Ioh. 12, 38 [cod. 3. *al.*] ut verbum Esaeiae -ae impleretur [cod. 4. *al. et* VVLG. sermo ... -ae]. IVVENC. 2, 357. *al.*). II Macc. 2, 13 (rec. L, V, *sim. al.*) libros et -arum et David (*al., v. vol. VII 2, 1278, 72 sqq.*). Matth. 26, 56 (cod. 3. *al., sim. al.*) ut impleantur scripturae -arum (act. 13, 27 [cod. 5. 50 *sec. var. l. gr.*; voces -arum cod. 51 *et* VVLG.]. HIER. in Ier. 6, 98, 1. *al.*). Luc. 1, 70 (cod. 3, *sim. al.*) per os sanctorum -arum (act. 3, 21 [cod. 5. 50. *al.*]. TERT. scorp. 2 p. 150, 13 VVLG. Zach. 8, 9. *al., e. g. supra p. 739, 54*). TERT. apol. 19 frg. Fuld. 4 Thales ... turbatus ... vocibus -arum (adv. Marc. 4, 13 p. 457, 19 v. -arum ... praedicatum *Christum*. IVVENC. 2, 703 voce -ae *Ionae*. GAVDENT. serm. 8, 43. *al.; addas l. 52*). adv. Marc. 4, 15 p. 468, 12 deo -arum (LVCIF. Athan. 1, 39 l. 44 d. apostolorum, d. -arum ac martyrum. RVFIN. Orig. princ. 2, 5, 4 p. 138, 15. AVG. c. adv. leg. 1, 16, 27 hoc reprehendit in d. -arum, quod in d. invenit apostolorum. *al.*). 4, 17 p. 477, 2 et legis et -arum eloquia (*al., v. vol. V 2, 416, 34 sqq.*). MIN. FEL. 35, 1 de oraculis -arum cognita (FIRM. err. 20, 5. *al.*). LACT. inst. 4, 19, 9 Osee ... primus duodecim -arum (LVCIF. non parc. 1 l. 31 Moses p. -arum. PS. PHILO antiq. 35, 6 omnium. *al.; item gen. partit.*: GAVDENT. serm. 17, 3 *Ioh. baptista* ultimus quidem, sed maximus -arum [RVFIN. hist. 1, 2, 4 Moyses m. et vetustissimus -arum. *al.*]. EVSEB. GALLIC. hom. app. 4, 4 *Paulus* praecipuus -arum. *al.*). IVVENC. 1, 214 *deus* ⌊-ae⌋ femineam sancto conplet spiramine mentem *Annae* (⌊ ⌋ *fere i. q. prophetico*). GAVDENT. serm. 9, 23 et lex et omnis sanctorum -arum doctrina (HIER. epist. 51, 4, 6 [*Epiphan.*] d. apostolorum et -arum et legis *eqs.* PAVL. NOL. epist. 9, 4. *al.*). VVLG. III reg. 20, 35 vir quidam de filiis -arum (IV reg. 2, 3. 5. *al.*). *al.* **2** *gen. subst. pendet e* -a: VET. LAT. III reg. 18, 22 (Lucif. Athan. 1, 17) -arum domini unus (Sirach 46, 16 Samuhel -a d. LVCIF. reg. apost. 7 l. 91 verum d. -am. PRISCILL. tract. 1, 37. *al.*). II Macc. 15, 14 (rec. L. *al.*) Hieremias dei -a (HERM. vulg. mand. 11 PELAG. in Rom. 1, 2 p. 8, 22 RVFIN. Orig. in num. 9, 1 p. 54, 11. *al.*). LACT. inst. 7, 17, 4 mendaciorum -a (*gen. obi. ut*: HIL. in psalm. 126, 5 evertendae civitatis [*item gerund.*: trin. 6, 20]. *al., e. g. p. 1994, 60*). *al.* **3** *in appositione iuxta subst.*: *masc.*: VET. LAT. iud. 6, 8 (cod. 100. *al.*) virum -am (Luc. 24, 19 [cod. 2, *sim. al.*] vir -a potens in factis et dictis). IV reg. 21, 10 (Lucif. reg. apost. 8) locutus est dominus in manu puerorum suorum -arum ([VVLG. servorum s. -arum]. Bar. 2, 20. Dan. 9, 6 [Cypr. laps. 31; VVLG. *sim. ac supra*]. III Esdr. 8, 83. *al.*). Ezech. 38, 17 (cod. 177, *sim.* Hier. *ad l.*) per manus servorum meorum -arum Istrahel (Dan. 9, 6 [cod. 177. *al.; cf. l. 8*]. VVLG. IV reg. 9, 7. *al.*). LACT. epit. 3, 2 de -is unius dei praedicatoribus. AVG. in Rom. imperf. 4, 3 Christi praenuntiatores -ae (*v. supra p. 738, 43 sq.*). *al.* *fem.*: HIER. epist. 108, 8, 2 *v. p. 1994, 8.* **4** *epitheta*: CAES. STRAB. trag. 2 -ae sancti ([*v. p. 1991, 58*]. VET. LAT. sap. 11, 1. Luc. 1, 70 [cod. 3. *al.*]. act. 3, 21 [cod. 5. 50. *al.*]. IVVENC. 1, 125. LVCIF. non parc. 13 l. 31 sanctissimus -a Hieremias. GAVDENT. serm. 9, 23. AMBR. spir. 2, 10, 108 s. -a David. *al.*). VET. LAT. Matth. 7, 15 (cod. 3. *al.*) attendite a ⌊falsis -is⌋ (*resp. gr. ψευδοπροφήτης ut*: HERM. vulg. mand. 11 sic probabis -em dei et ⌊f. -em⌋ [*Pal. mand. 11, 7* pseudopr-]. CYPR. sent. episc. 5 p. 438, 14. *al., e. g. l. 27; cf. l. 24*). Luc. 7, 16 (cod. 2. 3. *al.*) -a magnus, *sc. Christus* (LACT. inst. 7, 17, 1. *al.; aliter p. 1992, 49*). TERT. adv. Marc. 5, 17 p. 637, 25 (*cf. Eph. 2, 20*) super veterum -arum fundamentum aedificatio (IREN. 4, 33, 9 l. 166. IVVENC. 1, 234 -arum v. praedicta. *al.*). HERM. vulg. mand. 11 ⌊mendax -es⌋ ([⌊ ⌋ *Pal. 11, 1* pseudopr-]. *ibid. iterum* [*gr. loco utroque ψευδοπρ-*]. HIER. in Ezech. 13, 1 [*opp.* -ae sancti]. *al.*). LACT. inst. 4, 30, 8 veri -ae et ipse *Christus* ([*opp.* falsorum -arum]. LVCIF. reg. apost. 7 l. 91 v. domini -am [*opp.* pseudoprophetas]. AMBR. in psalm. 118 serm. 8, 53, 2 [*de Christo ut e. g.* RVFIN. Clement. 1, 16, 1]. PELAG. in I Cor. 14, 37 p. 212, 10. *al.*). QVODV. prom. 2, 21, 39 Balaam -a gentilis. *al.*

deriv.: prophetalis; *cf.* prophetissa. *compos.*: compropheta. *cf. Onom.* *Schröder.*

※**prophētālis,** -e. *a* propheta. *scribitur* -f- *in codd. vet.* CONC.[S] I 5 p. 4, 32. PETR. CHRYS. serm. 146, 6 (-fit- *cod. A*). *al.* *legitur apud Christianos inde ab* HIL., *sc. fere in prosa oratione* (*in versibus* CYPR. GALL. num. 262 VEN. FORT. Mart. 1, 97); *frequentatur ab* HIER. *et* IVLIANO, *deest* AVG.

i. q. ad prophetam vel prophetas pertinens (*neutr. pro subst. de dicto prophetae l. 68*): **1** *ratione sollemni, sc. fere de iis, quae prophetae habent, adhibent, faciunt, sentiunt sim.*: **a** *de rebus* (*partes animantium v. sub b*): **α** *variis: corporalibus*: HIL. in Matth. 2, 2 fit ... sanctificatum habitu -i (*i. vestitu Iohannis baptistae*), quidquid in nobis ... fuerat ... sordidum (HIER. in Is. 5, 20, 1 l. 26 h. -is populi delicta plangentis. in Zach. 13, 4 l. 104 [*antea*: habitus prophetarum]). HIER. in Is. 12, 42, 10 l. 106 (*ad 42, 16; in imag.*) per semitas -es ambulare eos *caecos, i. gentes,* faciam (*postea*: ut ... in veteri testamento Christi lumen aspiciant). IVLIAN. in Am. 6, 3 *David* -bus delectabatur ... unguentis. *incorporalibus*: HIL. trin. 8, 33 virtutes (*I Cor. 12, 28*), in quibus sunt curationes infirmitatum ..., gubernationes -es *eqs.* AMBR. in psalm. 118 serm. 13, 11, 1 verecundiae. HIER. in Am. 7, 10 l. 319 nomine. Didym. spir. 28, 125 futura praecinere, et alia quae -is operationis sunt. in Ezech. 7, 13[b] l. 819 postquam recesserit a Iudaeis visio -is (CYRILL. hom. pasch. 17, 3, 2 [*gr. προφητικῆ*]. *al.; cf.* PETR. CHRYS. serm. 146, 6 Ioseph -bus somniis incurrit zelum [*gen. 37, 5*], Christus propheticis v. suscepit invidiam [*Matth. 13, 57*]). adv. Iovin. 1, 33 *Ezechiel* semper in officio -i est (in Is. 5, 21, 6 l. 30). in Is. 2, 3, 4 l. 7 iuxta consuetudinem -em loquente propheta (IVLIAN. in Os. 13, 9 l. 134. *al.*). in Matth. 11, 9 l. 73 privilegium -e *Iohannis baptistae.* in Os. 4, 4 l. 92 gratiam (PS. HIER. epist. 7, 4 p. 109[D]. *al.; cf. p. 1999, 21 et* RVFIN. Orig. in exod. 4, 5 p. 176, 27 huius gratiae, id est -is doni). BACHIAR. fid. l. 202 praescientia. *al.* **β** *de scriptis, dictis, doctrina sim.*: HIL. in Matth. 23, 4 de resurrectionis *mortuorum* condicionibus nihil scripturis -bus contineri. myst. 2, 4, 3 gentilem ignorantiam doctrinis -bus copulari (VEREC. in cant. 4, 17 l. 35). GAVDENT. serm. 8, 14 eloquio (HIER. epist. 96, 9, 4 [*Theophil.*]. in Mich. 2, 11 l. 524). HIER. in Dan. 9, 24 l. 249 vaticinium (in Is. 8, 27, 11 l. 37 VEREC. in cant. 6, 14. *al.*). epist. 18[A], 12, 2 sermo (in Ier. 1, 63, 2. CASSIOD. in psalm. 22, 3 l. 82 lex et -is s. *al.*). 107, 3, 2 libris. in Os. 12, 12 l. 304 absque ratione et ordine -i. in Zach. 14, 10 l. 348 iuxta illud -e et euangelicum (*sc. Ier. 31, 15 et Matth. 2, 18*). IVLIAN. in Am. 3, 3 l. 70 denuntiationem. ALC. AVIT. c. Eutych. 1 p. 21, 30 nec patriarchalibus factis nec dictis -bus. ISID. orig. 7, 10, 7 quamvis hoc mysterio -i adnuntiasset *Caiphas* (*cf. Ioh. 11, 51*). *al.*

b *de animantibus eorumve partibus sim.; -es sunt*: **α** *ipsi homines vel anima, spiritus sim.*: HIL. in psalm. 63, 1 *psalmus* simplex est et -i spiritu editus (trin. 10, 50 HIER. epist. 68, 1, 4. BACHIAR. fid. l. 40 Moysi ... -is s. gratia condonatur. *et saepius; cf. p. 1999, 15 sq.*). HIER.

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

epist. 65, 21, 5 a -i choro (CASSIOD. in psalm. 16, 15 l. 321). tract. in Is. p. 107, 16 Ozias, quem Origenes interpretatur principem animae -is (Ps. MAX. TAVR. hom. 10 p. 244B VEREC. in cant. 8, 5 l. 2). CONC.S I 5 p. 4, 32 quemvis sanctum virum et -em et apostolicum. **β** *sensus vel partes corporis (sc. fere positae pro sensibus, actione, potestate sim. praeter l. 12)*: HIER. epist. 54, 17, 1 -i ore *Debborae.* 108, 10, 6 oculis -bus *Christum* ... venturum esse cernebat *David* (IVLIAN. in Am. 1, 1 l. 46. *cf.* in Ioel 1, 15 l. 284 sensibus acie -i ... ventura cernentibus. CASSIOD. inst. 1, 5, 2 *Didymum caecum* -i lumine ... videntem). in Ezech. 25, 1 l. 117 facies. in Hab. 2, 2 l. 174 duas virgas, quas Hiezechiel (*37, 17*) tenet in -i manu. Ps. FVLG. RVSP. serm. 55 p. 925B ad mensam caput *Iohannis baptistae* allatum est -e.

2 *ratione peculiari de eo*: **a** *quod prophetis contingit, fit: de opere prophetas explicantis*: HIER. in Ezech. prol. l. 5 ad Hiezechiel ... transire ... et extremam ... manum operi imponere -i (lib. 6 praef. l. 12). in Is. 18 praef. l. 85 volumini *meo.* *de gratia vel contumelia, qua prophetae afficiuntur*: IVLIAN. in Os. 9, 10 reatum religionis violatae et contumeliae -is. CASSIOD. in psalm. 101, 19 l. 461 pauper ille ... quasi -i honore decoratus (PALLAD. hist. mon. I 22 p. 301C -i eum *abbatem* venerari h.). 142, 4 l. 83 nec -is nec regni reverentia. **b** *cuius propheta mentionem facit*: HIER. epist. 66, 8, 5 *si* adamaveris captivam mulierem, id est sapientiam saecularem, ... lava eam -i nitro (*spectat ad Ier. 2, 22*).

prophētāns *v.* propheto.

prophētātio, -ōnis *f.* *a* prophetare. *scribitur in codd. vet.* -phet- VET. LAT. I Thess. 5, 20 (cod. 75), -fet- VET. LAT. Matth. 13, 14 (cod. 1). PRISCILL. tract. 1, 35. 3, 71. [*falso trad. p. 1999, 54.*]

i. q. prophetia (*sic* GLOSS. I p. 163): **1** *quae fit dictis, scriptis; significatur potius*: **a** *id quod prophetatur, praenuntiatur*: VET. LAT. Matth. 13, 14 (cod. 1) inplebitur super eos -o Eseiae dicens *eqs.* (*gr. προφητεία, cod. 3. al. et Vulg.* prophetia. *sim. cum gen. prophetantis*: PRISCILL. tract. 3, 71 divinas sanctorum ... -es. TYCON. reg. 4 p. 43, 27 Hieremiae. AVG. civ. 17, 24 p. 254, 27. *al.*). Ps. PHILO antiq. 28, 6 ut cognoscatis predestinatas -es. AVG. in psalm. 78, 9 ista -o est, non optatio (*sim.* 78, 14. 82, 11). *al.* **b** *actio vel facultas prophetandi*: VET. LAT. I Cor. 12, 10 (Pelag. *al.* = VVLG.) alii operatio virtutum, alii -o *datur* (*gr. προφητεία, Tert. adv. Marc. 5, 8. al.* prophetia. *cf.* PELAG. *ad l.* hoc est, ut futura praedicat). I Thess. 5, 20 (cod. 75. *al.; nisi ad a*) spiritum nolite extinguere, -es nolite spernere (*gr. προφητείας, cod. 77. al. et Vulg.* prophetias). HIER. in Ier. 4, 59, 4 huiuscemodi ... -o (*sc. ex somniis*) non est in nomine domini, sed in nomine Bahal. *al.*

2 *quae fit praefiguratione*: IREN. 4, 33, 10 unusquisque *prophetarum* ... -em manifestabat, omnes ... unum *Christum* praeformantes (*postea*: praefigurabant). AVG. civ. 10, 32 p. 458, 11 erat ipsa ... res publica *hebraeae gentis* in -em et praenuntiationem civitatis dei. OP. imperf. in Matth. 1 p. 620 *David* -o fuit Christi.

1. prophētēs *v.* propheta. **2. prophētes** *v.* 2. prophetis.

prophētīa, -ae *f., προφητεία.* *de origine*: GREG. M. in Ezech. 1, 1, 1 cum ideo -a dicta sit, quod futura praedicat (*sed aliter p. 1998, 5*). *scribitur in codd. vet.* -phet- VET. LAT. Matth. 13, 14 (cod. 3. *al.*). I Cor. 12, 10 (cod. 75). PRISCILL. tract. 3, 69. *al.,* -fet- *e. g.* VET. LAT. Matth. 13, 14 (cod. 8). HIL. trin. 5, 27 PRISCILL. tract. 1, 32. *al.,* -fit- VET. LAT. Matth. 13, 14 (cod. 2). Rom. 12, 6 (cod. 75). *legitur in sacris scripturis, ceterum in prosa orat. inde a* TERT. (*sc. apud Christianos praeter p. 1999, 12*), *in versibus apud* COMM. *solum.* [*loco corrupto* PAP. Mnemosyne 51, 1998, 719 -arum (*gr. τῶν καταλογάδην*), *dub.* TERT. monog. 4, 3, *v. p. 2003, 24.*]

i. q. actio, effectus, facultas prophetandi, προφητεία (*quod gr. respondet, nisi aliud indicavimus*). *fere pro syn. accedit* praenuntiatio *p. 1998, 68. 1999, 63,* vaticinium *l. 71 sq.* (*cf.* -ae v. *p. 1998, 30*), vaticinatio *p. 1998, 28.* **I** *pertinet ad dicta, scripta* (*saepissime quibus praenuntiantur futura; quibus quid explicatur e. g. l. 71 sqq. p. 1998, 6 et sub B3*):

A *definitiones et generalia quaedam* (*simul ad II spectat p. 1998, 2; cf. p. 1998, 68. 1999, 40*): IREN. 4, 20, 5 -a est praedicatio (*v. p. 546, 70*) futurorum, hoc est eorum, quae post erunt, praesignificatio (*cf. l. 70. 72. al. et* AMBR. patr. 2, 7 adnuntiatio f. AVG. in psalm. 131, 11 omnis -a imago f.). ANON. proph. p. 177 quae -ae membra habent responsionem? septem, id est exstasis, visiones, somnia, per nubem *eqs.* (*sim.* ISID. orig. 7, 8, 33). ZENO 1, 37, 1 -a ... semper figuris variantibus loquitur. HIER. in Ier. 4, 29, 3 aliud est ... historiam, aliud -am scribere (*cf. p. 1998, 27 et e. g.* AVG. gen. c. Manich. 2, 2, 3 secundum historiam facta narrantur, secundum -am futura praenuntiantur). in Is. 5, 16, 1 omnis ... -a aenigmatibus involvitur *eqs.* (*postea*: vaticinium). ANON. in I Cor. 51A -a dupliciter accipitur: aut in vaticinio futurorum aut in explanatione eorum, quae per argumenta scripta sunt in prophetis. EVCHER. instr. 1 p. 127, 23 -ac genus duplex est, doctrinae unum, aliud divinationis; sed divinatio praeteritis temporibus magis viguit, doctrina praesentibus. IVNIL. 1, 4 quid est -a? rerum latentium praeteritarum aut praesentium aut futurarum ex divina inspiratione manifestatio. CASSIOD. in psalm. praef. 1 l. 2 -a est aspiratio divina, quae eventus rerum aut per facta aut per dicta quorumdam ... pronuntiat. l. 62 est ... -a magnificum nimis et veriloquum dicendi genus ... divina inspiratione profusum. GREG. M. in Ezech. 1, 1, 1 recte -a dicitur, non quia praedicit ventura, sed quia prodit occulta. *al.*

B *cetera exempla; significatur potius*: **1** *id quod prophetatur* (*de singulis enuntiatis l. 12 sqq. et e. g. l. 35 sq. 68. p. 1999, 12; generaliter l. 42 sqq. et e. g. l. 61. 74 sqq. p. 1999, 11; metonymice l. 31. v. etiam ad 2*): **a** *fit -a in nomine dei Iudaeorum Christianorumque* (*de gnosticorum deis sim. v. sub b*): **α** *apud Iudaeos usque ad aetatem Christi*: Ⓘ *de singulis enuntiatis*: Ⓐ *prophetarum veteris test.*: TERT. adv. Marc. 4, 6 p. 433, 9 si *Christus* impleverit -as eius *creatoris.* 4, 42 p. 564, 1 Marcion ... respiciens psalmi -am (*seq. psalm. 21, 19*). resurr. 22, 3 evolverem -as, si dominus ipse tacuisset; nisi quod et -ae vox erant domini. virg. vel. 5, 9 separatum est nomen (*sc. 'mulier'*) a -a (*respiciuntur verba Adae, gen. 2, 24*). VET. LAT. III Esdr. 1, 28 verbum -ae (prophetae *var. l.*) ex ore domini (*cf.* IV Esdr. 15, 1 loquere ... sermones -ae, quos inmisero in os tuum, dicit dominus). Matth. 13, 14 (cod. 12. *al., sim.* VVLG.) implebitur ... -a Esaiae (*Is. 6, 9 sq.*). IREN. 5, 28, 3 (*spectat ad gen. 2, 1 sq.*) hoc ... est et ante factorum narratio, quemadmodum facta sunt, et futurorum -a. PRISCILL. tract. 3, 56 Enoc, quem in testimonium -ae apostolus Iudas adsumpsit. TYCON. reg. 4 p. 41, 29 Ninive ... in sequenti -a (*Ion. 3, 4*) peritura describitur. AMBR. patr. 2, 7 -a magis quam benedictio est (*spectat ad gen. 27, 27 sqq. ut*: RVFIN. patr. 2, 3 -am ..., per quam, quae eis eventura sunt, praesignantur. *al.*). HIER. in Is. 5, 16, 1 l. 3 quod interpretamur, non est historia, sed -a. 9, 30, 1 l. 22 post -am contra Ariel ... nunc alterius vaticinationis exordium est. AVG. civ. 17, 17 p. 242, 4 humilitatem passionis suae per -am Christus eloquitur (*seq. psalm. 21, 17 sq.*). VICT. VIT. 1, 22 ut ... -ae vaticinium conpleretur (*seq. Dan. 3, 38*). *al.* *metonymice de lectione e prophetis sumpta*: GREG. TVR. Franc. 8, 7 quo *episcopo* incipiente -am. Ⓑ *Iohannis baptistae aliorumque, qui in novo test. memorantur* (*ipsius Christi l. 39*): HIER. hom. Orig. in Luc. 10 p. 58, 6 (*ad l, 67 sqq.*) plenus spiritu sancto Zacharias duas -as generaliter nuntiat, primam de Christo, alteram de Ioanne (*cf.* p. 64, 17 *Iohannem* -am patris ... audire [*gr. τοῦ πατρὸς προφητεύοντος*]). 11 p. 70, 12 -a illius *Iohannis baptistae* eum *Christum* ... praecinebat. AVG. c. Parm. 2, 12, 26 (*spectat ad Ioh. 11, 51*) speciosa non erat -a in ore Caiphae. ORIG. in Matth. ser. 88 p. 203, 25 (*ad 26, 34*) post Christi -am de eo *Petro* negaturo ter. *al.* Ⓒ *LXX interpretum* (*cf. e. g. p. 1993, 34*): AVG. civ. 18, 44 p. 324, 29 per septuaginta interpretum -am.

Ⓘⓘ *generaliter de scriptis vel dictis omnium vel singulorum prophetarum*: TERT. adv. Marc. 1, 10 p. 303, 13 hoc, *sc. deum nosse, homines nullis* ... Moysei libris debent; ante anima quam -a *fuit.* IREN. 4, 32, 2 prius testamentum ... -am futurorum continens. HIL. myst. 1, 1, 4 per omne ... tempus universa -a ... cognitioni adsumendae ab eo *Christo* carnis indulta est. HIER. epist. 53, 8, 2 Numeri ... nonne ... -ae Balaam ... mysteria continent? *al.* *spectat ad partem scripturarum sacrarum, quae ab aliis partibus fere distinguitur*: PS. TERT. haer. 6 p. 222, 20 *haereticus quidam* -as et legem repudiat (HIL. in Matth. 4, 15 in ipso *Christo* ... lex et -a omnis impletur. HIER. hom. Orig. in Ier. 2, 2 p. 293, 7 sive in -a, sive in lege, sive in euangelio, sive in apostolo. AVG. civ. 16, 37 p. 184, 17 lex et -a est Isaac [*i. is pro illis ponitur, sc. in benedictione Iacob*]. *al.; cf. p. 1994, 24*). GREG. TVR. Franc. 4, 16 p. 149, 14 positis ... tribus libris super altarium, id est -ae, apostoli atque euangeliorum. *al.*

β *in ecclesia christiana*: Ⓘ *catholica, apostolica*: Ⓐ *primitiva* (*cf. etiam p. 1999, 34 sqq. et e. g. p. 1999, 19*): VET. LAT. I Tim. 4, 14 (Ambrosiast. = VVLG.) *gratia* data est tibi per -am cum inpositione manuum presbyterii (*cf.* AMBROSIAST. *ad l.* 2 -a est, qua eligitur quasi doctor futurus idoneus). apoc. 1, 3 (cod. 51, *sim.* VVLG.) beatus, qui ... audit verba *huius* -ae (*cf.* 22, 7 [Primas. = VVLG.] verba -ae libri huius [*sim. al. in eodem capite*]). VICTORIN. POETOV. in apoc. 10, 2 (*spectat ad I Cor. 14, 29*) *Paulus* non de catholica -a dicit inaudita et incognita, sed iam praedicata. *al.* Ⓑ *posteriore*: TERT. ieiun. 16 p. 296, 17 (*ironice ad psychicum*) deus ... tibi venter est ... et ructus -a. LVCIVS Cypr. epist. 78, 2, 2 patimur securi de praemio caelesti ... ad -am, quam litteris tuis (*sc. Cypr. epist. 76*) spiritu sancto plenus spopondisti. PALLAD. hist. mon. I 23 *Posidonii monachi* praenuntiationem, quam -am vocant.

Ⓘⓘ *haereticorum, sc. fere Montani cum suis* (*aliter l. 73*): TERT. coron. 1, 4 superest, ut etiam martyria recusare meditentur, qui -as ... spiritus sancti respuerunt. adv. Prax. 1 p. 228, 6 -as Montani, Priscae, Maximillae. *ibid.* p. 228, 12. FIRMIL. Cypr. epist. 75, 7, 3 falsam illorum -am. FILASTR. 78 *haeretici quidam* -as cottidie adserunt et -as fieri praedicant. *in iunctura* nova -a (*generaliter de doctrina p. 1999, 3. 5*): TERT. ieiun. 1 p. 274, 21 propter hoc n. -ae recusantur (*item plur.*: adv.

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Marc. 5, 16 p.631, 2 veteres ac n. -ae. FIRMIL. Cypr. epist. 75, 7, 3. *al.*). adv. Marc. 3, 24 p.419, 25 n. -ae sermo (adv. Prax. 30 p.288, 11). monog. 14, 5 n. -a secundum matrimonium *abstulit.* resurr. 63, 9 per n. -am de paraclito inundantem. HIER. vir. ill. 41 (*e Serapione Antioch.*) falsi huius dogmatis, id est n. -ae ... insaniam. *al.*

b *fit -a in nomine variorum deorum: haereticorum*: TERT. adv. Marc. 4, 25 p.503, 22 *deus Marcionis* nihil praemiserat ..., non -as, non parabolas, non visiones, *ut Christum suum praenuntiaret.* IREN. 2, 35, 2 *gnostici* prophetas ex diversis diis -as fecisse dicunt. 4, 35, 2 his -is, quae sunt a demiurgo. *paganorum vel quorumlibet*: AVG. civ. 5, 9 p.202, 27 *Cicero* omnem -am ... conatur evertere. EXPOS. mundi 63 dolus ... in ipsa *statua, sc. Colosso Rhodensi,* fuit secundum -am ... Sibyllae.

2 *actio prophetandi* (*etiam ad 3 referre possis l. 20sqq.*; verbum *vel* sermo -ae *v. supra l. 2. p. 1998, 17sq. 61*): **a** *varia exempla*: TERT. bapt. 10, 5 quod caeleste in Iohanne fuerat, spiritus -ae (HIL. trin. 10, 21. *et saepe; cf.* VET. LAT. apoc. 19, 10 [cod. 51. *al.*] testimonium ... Iesu ⌊spiritus est et -ae⌋ [VVLG. s. est -ae]). castit. 4 l.40 proprie ... apostoli spiritum sanctum habent, qui plene habent in operibus -ae (PRISCILL. tract. 5, 81). ieiun. 8 p.284, 8 (*spectat ad act. 10, 44sqq.*) ut in centurionem Cornelium ... dignatio spiritus sancti cum charismate insuper -ae festinasset, *eqs.* (*cf.* -ae gratia: RVFIN. hist. mon. 1, 1, 6 CASSIAN. inst. 4, 23. *al.*; -ae donum: PS. FVLG. RVSP. pro fid. 9 l.514 GREG. M. moral. 8, 66. *al.*). HIL. in Matth. 6, 5 *pseudoprophetae* gloriam sibi ... praesumunt in doctrinae -a et daemoniorum fuga. trin. 8, 30 *non* in occulto est spiritus donum ... per operationem virtutum ... vel per -am, ut per doctrinae intellegentiam intellegamur ex deo eruditi. VVLG. I par. 15, 22 Chonenias ... princeps Levitarum -ae praeerat ad praecinendam melodiam (*de eodem* 15, 27 princeps -ae [*item de alio* Ier. 51, 59]. *de re parum liquet; conferasne p. 1992, 59sqq. 2002, 60?*). AVG. civ. 18, 33 p.304, 3 *Hieremias* tetendit ... -am usque ad quintum mensem captivitatis. SEDVL. op. pasch. 2, 12 Iohannes baptista ... -ae munus exercens (CASSIOD. in psalm. 50, 14 l.431). MVTIAN. Chrysost. hom. 27 p.387 si ... qui daemonas excludebant et -as operabantur (*spectat ad Matth. 7, 22 ut ibid.* qui -as et signa fecerunt). *et saepe.* **b** *exempla doctrinam Pauli apostoli illustrantia*: VET. LAT. I Cor. 14, 6 (cod. 78, *sim. al. et* VVLG.) si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, nisi si vobis loquar aut in revelatione aut in scientia aut -a aut in doctrina? 14, 22 (cod. 75. *al.* = VVLG.) -a ... non infidelibus, sed fidelibus, *sc. in signum est.* FIRMIL. Cypr. epist. 75, 4, 2 (*ad I Cor. 14, 30*) tacere praecipitur primo in -a loquenti, si secundo fuerit revelatum. ANON. in I Cor. 064 (*ad 14, 1sqq.*) notandum, quoniam '-am' doctrinam dicit. RVFIN. Orig. in Rom. 9, 3 l.115 -a ... dicitur apud Paulum, cum quis loquitur hominibus ad aedificationem et ... ad ... consolationem.

3 *facultas prophetandi* (*v. etiam ad 2*): TERT. anim. 9, 3 quia spiritalia charismata agnoscimus, post Iohannem *baptistam* quoque -am meruimus consequi (*respicitur Matth. 11, 13*). VET. LAT. Rom. 12, 6 (cod. 75. *al.* = VVLG.) habentes ... donationes ..., sive -am ... sive ministerium *eqs.* (I Cor. 13, 2 [cod. 75. *al., sim. al. et* VVLG.] si habeam -am et noverim mysteria omnia. IREN. 1, 13, 4. *al.*). I Cor. 12, 10 (cod. 75. *al.*) alii ... per spiritum datur sermo sapientiae ..., alii -a (*cf. p. 1997, 36*). *al.*

II *pertinet ad quamlibet significationem (de notione v. ad IA):* *per praefigurationem*: CLEM. ad Cor. 12, 8 non tantum fides, sed et -a fuit in muliere[m] *Raab* (*cf. 12, 7* palam facientes, quia per sanguinem domini salus erit omnibus credentibus *eqs.*). IREN. 4, 21, 2 non solum operationes (*Rousseau*; prophetationes *trad.*) patriarcharum, sed etiam partus Rebeccae -am fuisse duorum populorum. HIL. in Matth. 32, 6 emitur ager figuli (*Matth. 27, 7*) ...; magnum hoc -ae sacramentum. AMBR. Iac. 2, 2, 8 (*spectat ad gen. 27, 14*) *Iacob attulit ovem* vel sacrae -ae munera, quia patriarchae *Isaac* cibum nullum credidit dulciorem esse quam Christum. AVG. catech. rud. 19, 14 horum sanctorum ... non solum sermo, sed etiam vita ... -a fuit huius temporis. civ. 17, 5 p.213, 17 -a facti ..., non verbi. c. Pelag. 3, 4, 8 *Sarra* ipsius liberae matris *Hierusalem* (*Gal. 4, 26*) -am figuramque gestabat. MVTIAN. Chrysost. hom. 27 p.405 (*syn.* praenuntiatio). *al.* *per revelationem*: AMBR. in Luc. 2, 31 (*ad 1, 60*) per -am Elisabet didicit, quod non didicerat a marito. AMBROSIAST. in I Cor. 14, 26 'revelationem habet', id est subest ei -a occultorum, quae ad omnium mentem perveniat favente spiritu sancto.

appendix syntactica et stilistica: **1** *accedunt structurae indicantes*: **a** *quis (qui liber) prophetet, sc. per gen. p. 1998, 13sq. 20 et saepe.* **b** *de quo vel qua re prophetetur: praepos.*: TERT. adv. Marc. 4, 7 p.434, 25 de loco (HIL. trin. 5, 27. *al.*). 5, 5 p.586, 27 super illo (HIER. epist. 20, 4, 2). VET. LAT. I Tim. 1, 18 (cod. 77. *al.* = VVLG.) secundum praecedentes in te -as (FACVND. defens. 9, 1, 3. *al.*). HIER. in Ezech. lib. 10 praef. l.1 contra unam provinciam (in Is. 9, 30, 1 l.22). PAVL. NOL. epist. 47, 2 circa personam Iudae. *gen.*: IREN. 4, 20, 11 futurorum (5, 28, 3 AVG. epist. 140, 69. *al.*). AMBROSIAST. in I Cor. 14, 26 occultorum. HIER. in Ezech. lib. 9 praef. l.1 Tyri. AVG. nupt. et concup. 1, 13, 14 Christi (serm. 24, 2). *al.* *acc. c. inf.*: HIL. in Matth. 12, 4 *Christus* eos admonet -ae ..., sabbatum ... sacerdotes violare *eqs.* 30, 3. AVG. civ. 15, 18 p.97, 16 -a est exorturum populum *eqs.*

2 *accedunt adi.* (*selecta*; nova -a *v. p. 1998, 74*): FIRMIL. Cypr. epist. 75, 7, 3 falsam (AVG. epist. 199, 21. *al.*). VVLG. Iudith 6, 5 veram (VINCENT. LER. comm. 18, 6. *al.; cf.* SEDVL. op. pasch. 2, 7 p.204, 21 verax). AVG. civ. 10, 32 p.457, 13 sancta (CASSIOD. in psalm. 71, 19. *al.*). c. Petil. 3, 37, 43 fidelissimas. un. eccl. 8, 22 p.256, 23 divina (QVODV. temp. barb. 2, 4, 4. *al.*). *al.*

3 *iuncturae verbales* (*exempla selecta*): **a** -a *ponitur pro subi.*: VET. LAT. Matth. 13, 14 (Iren. 4, 29, 1) -a Esaiae dicens (AMBR. obit. Theod. 52. *al.*). HIL. trin. 5, 34 loquitur (HIER. chron. a. Abr. 1983. *al.*). ZENO 1, 34, 8 praedicavit. AVG. civ. 17, 8 p.225, 31 praesignat. c. Faust. 12, 6 praenuntiasse (in psalm. 150, 2 l.36. *cf.* adnuntiare: EPIST. pontif. 931 SB Münch. 1940, 2 p.6, 27 MAX. TAVR. 29, 2). *al.* **b** -a *ponitur pro obi.* (*addas e. g. p. 1999, 46sqq.*): TERT. adv. Marc. 4, 6 p.433, 9 impleverit (orat. 1 p.180, 10 AVG. epist. 93, 9. *al.; cf.* adimplere: TERT. adv. Marc. 4, 7 p.434, 25 RVFIN. Orig. in num. 13, 7 p.118, 22. *al.*; complere: ZENO 1, 61, 2 HIER. epist. 22, 5, 3. *al.*; replere: COMM. apol. 225). IREN. 2, 35, 2 prophetas ... -as fecisse (5, 26, 2 HIER. in Ier. 2, 98, 1. *al.*). RVFIN. Orig. in num. 13, 7 p.118, 13 proferre (AVG. in Rom. imperf. 4, 5. *al.*). 14, 2 p.122, 25 -ae ..., quae ... prophetantur. *al.*

4 *pendet* -a: **a** *e subst., sc. per gen.* (*exempla selecta; cf. e. g. p. 1999, 15sqq.*): TERT. anim. 4, 1 auctoritate (HIL. in Matth. 30, 3. *al.*). HIL. in Matth. 30, 1 sermo (HIER. epist. 18^, 15, 1. *al., v. p. 1998, 18. 1999, 2*). AMBR. spir. 2 prol. 6 oraculum (LEO M. serm. 66, 2). AVG. epist. 140, 21 praedicatione (CASSIOD. in psalm. 68, 30 l.605). **b** *e praepos.*: TERT. adv. Marc. 3, 19 p.408, 15 secundum (4, 8 p.437, 24 HIL. in Matth. 8, 4. *al.*). HIER. in Is. 4, 11, 11 l.65 iuxta (PS. AVG. quaest. test. app. nov. 4. *al.*).

*deriv.: ?*prophetialis.

***?prophētiālis** (-īālis*?*), -e. *a* prophetia. *ad prophetiam pertinens* (*si recte restituitur*): TERT. adv. Val. 28, 1 dividunt ... patrocinium ⌊-e⌋ in Achamoth, ⟨in⟩ semen, in demiurgum (⌊..⌋ *sic ed. 1539*; prophetiare *codd.*, prophetiarum *dubitanter Kroymann. ad rem cf. Iren. 1, 7, 3* dividunt prophetias *eqs.*). *Ottink.*

***prophēticus,** -a, -um, *προφητικός*. *scribitur* -fet- *in codd. ant. e. g.* TRACT. in Luc. 5, 2 (-phet- *ibid.* 5, 1). HIL. trin. 1, 17. *al.* AVX. Maximin. c. Ambr. fol. 307^r^, 5. PRVD. cath. 7, 179 (*cod. A,* -phet- *B*), -fit- *cod. Wirc. saec. V/VI* PRISCILL. tract. 4, 75 (*item, sed manu pr. correctum* 5, 81. *al.; cf.* -fitec- *cod. Veron. saec. VII* SVLP. SEV. Mart. 6, 2 [*sed* -phetic- *ibid.* 9, 4]). *legitur inde a* VET. LAT. II Petr. 1, 19 (*item* VVLG.; *ceterum deest sacris script.*), TERT. *non nisi apud script. christ.; in poesi apud* PRVD., COMM. *solos.* [*in codd. confunditur hic illic cum* prophet(i)a, *e. g.* IREN. 2, 32, 4 HIL. trin. 12, 26 (*loco dub. l. 67*).]

i. q. προφητικός (*quod gr. resp., nisi alia adnotavimus*): **I** *strictius spectat ad prophetas testamenti veteris (novi p. 2001, 33) eorumque praedicationes* (*etiam e. g. ad Mosen l. 58. 62. p. 2002, 58. al., David p. 2001, 24. 41. 2002, 63. al., Salomonem p. 2001, 20. 44*): **A** *de ipsis praedicationibus earumve argumento* (*cf. B1d; fere spectant vel ab interpretibus christ. referuntur ad res futuras* [*cf.* AVG. quaest. hept. 7, 31 dicta -a ..., id est quibus futura praenuntiaverunt], *sed aliter e. g. l. 59. 72. p. 2001, 24; neutr.* -um *pro subst. l. 66. p. 2001, 29sqq.*): **1** *generatim de libris prophetarum vel de quibuslibet praedicationibus* (*fere de toto test. vet. e. g. l. 61. p. 2001, 7*): **a** *exempla varia*: VET. LAT. II Petr. 1, 19 (Aug. gen. ad litt. 4, 23 p.123, 15. *al.; sim.* VVLG.) habemus certiorem -um sermonem, cui bene facitis intendentes (IREN. 2, 34, 4 -us s. de protoplasto ait: '...' [*gen. 2, 7*]. PRISCILL. tract. 10, 128 -i s. eloquia. *al.; cf. p. 2001, 13. 16*). TERT. anim. 2, 3 germanae et ... -ae paraturae (*fere de toto vet. test., cf. Waszink ad l.*). adv. Marc. 2, 19 p.360, 29 ut nihil de arcanis adtingam significantiis legis *Mosaicae,* spiritalis scilicet et -ae et in omnibus paene argumentis figuratae (5, 13 p.622, 12 si *Paulus* ... spiritalem confirmat l., utique et -am, utique et figuratam). IREN. 1, 18, 1 l.4 de -is ... quaecumque transformantes coaptant *Gnostici* (*neutr. plur.* -a *pro subst. ut*: 1, 27, 2 ex -is ... praenuntiantibus adventum domini. *al.* CASSIOD. hist. 1, 5, 1 [*dub.*; -t(ic)is *trad.*, -tiis *coni.; Sozom. 1, 3, 4 προφῆτων*]. *iuxta pron.*: IVLIAN. in Ioel praef. cum ad haec -a, vel abdita, vel si competentius remota [nemora *trad.*] dixerimus, ... percontator accederem). VICTORIN. POETOV. in apoc. 6, 1 scriptura -a (10, 2 [*cf. p. 1993, 69*]. AMBR. Abr. 2, 1, 1 ad revelanda -arum s. aenigmata. *al.*). LACT. inst. 2, 10, 11 (*de cataclysmo*) quae omnia -ae litterae docent (ORIG. *p. 2001, 47*). PRISCILL. tract. 10, 127 *ut Christianus* hoc -is vocibus adpraehenderet, quod *eqs.* (11, 143 RVFIN. Orig. in cant. 1 p.90, 16 PRVD. perist. 10, 631. *al.*). AMBR. epist. 5, 18, 1 possumus ex -is libris colligere,

[Wick]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quemadmodum *eqs.* (*al., v. vol. VII 2, 1278, 75 sq.*). obit. Valent. 4 -i threni ... exordio. HIER. hom. Orig. in Luc. 39 p. 218, 10 error eorum de -a, quam non intellegunt, lectione subrepsit ([*cf. gr. ἀναγινώσκοντές τινες τὰ προφητικά*]. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 205, 1 -ae l. paginas. *al.; cf. l. 15*). QVODV. c. Iud. pag. Ar. 18, 10 proferte codices -os, o Iudaei! *al.*

b *distinguuntur aliae partes sacrarum script.*: TERT. resurr. 33, 1 satis haec de -o instrumento; ad euangelicum nunc provoco (HIL. myst. 1, 23, 4 secundum -a et e. promissa. trin. 1, 17 ex -is adque e. praeconiis. TRACT. in Luc. 5, 1 'verbum d(e)i', non Mosaycum et -um solum, sed e. verbum. *al.; cf. e. g. l. 13. 43. 45. p. 2002, 35*). IREN. 1, 8, 1 vel parabolas dominicas vel dictiones -as aut sermones apostolicos (HIL. trin. 12, 26 a. ⌊ac -arum⌋ praedicationum dicta [⌊ ⌋ *om. codd. TB,* ac -tarum *var. l.*]. 12, 50 sermo nullus aut -us aut euangelicus aut a. RVFIN. Orig. in gen. 2, 6 p. 37, 23 non ex saecularium auctorum, sed ex -is atque a. voluminibus. AVG. serm. 45, 1 lectionis. *al.; cf. e. g. p. 2002, 33 sqq. 70 sq.*). RVFIN. Orig. in lev. 13, 2 p. 468, 26 sermo legis et sermo -us. PETR. CHRYS. serm. 22, 6 psalmorum cytharae, -a organa, apostolorum voces. *al.*

2 *speciatim*: **a** *de certis locis e sacris script. allatis*: TERT. adv. Marc. 4, 25 p. 506, 12 -ae vocis (*Is. 1, 3*) exprobrantis ignorantiam in deum humanam (HIL. trin. 1, 7 -is v. [*sap. 13, 5*]. PRISCILL. tract. 4, 75 unicum divinae sententiae modum -is v. adpraehendens ... pascharum diem posuit *deus [cf. exod. 12, 14]. al.; cf. l. 34*). 5, 13 p. 620, 16 adeo ... Iudaeos incesserat *Paulus,* ut ingesserit -am increpationem: '...' (*Rom. 2, 24 sec. Is. 52, 5*). PS. CYPR. mont. 3 Sion ... montem ex -o dicto (*psalm. 2, 6*) constat esse sanctum (8. *al.* HIL. trin. 10, 69 ex d. -o [*deut. 30, 13; antea*: haec a profeta ... d.]. COMM. apol. 548 non de voce mea, sed d. -a dixi. *al.*). 9 p. 115, 18 verbum -um fructum resurrectionis ... spiritaliter intellegendum dicentis: '...' (*Is. 2, 3 = Mich. 4, 2*). AMBR. incarn. 7, 67 *dubitare* de hoc -o ([*sc. Is. 1, 13 sq.; opp.* euangelicum hoc]. *cf. p. 2000, 68 et* illud -um: obit. Theod. 40 completum est -um i.: '...' [*Zacch. 14, 20*]. HIER. hom. Orig. in cant. 1, 2 p. 30, 5 AVG. civ. 8, 24 p. 361, 19. HIL. AREL. vita Honorat. 24 l. 18 quid ... dicam, nisi i. -um, quod '...'? [*psalm. 137, 8*]. *et saepius*). *al.* *e novo test.* (*cf. e. g. l. 61. p. 2002, 7*): TERT. carn. 23 l. 1 adimpleri -am vocem Simeonis super adhuc recentem infantem dominum pronuntiatam: '...' (*Luc. 2, 34*). VICTORIN. POETOV. in apoc. 11, 5 (*ad apoc. 11, 11 sqq. tempore praeterito positum*) diligenter ... sequi oportet -am praedicationem et intellegere (HIL. in Matth. 2, 2 [*respicitur Matth. 3, 1 sqq.*] -ae istius p., *sc. Ioh. baptistae*). **b** *de rebus personisve, quae in praedicationibus prophetarum memorantur*: AMBR. epist. 7, 36, 4 quam *aquam* effundunt nubes -ae (*eccles. 11, 3*). obit. Valent. 32 ille -us pauper, de quo scriptum est: '...' (*psalm. 33, 7*). spir. 2, 10, 108 -arum ... arborum (*spectat ad Nah. 3, 12*). PETR. CHRYS. serm. 98, 7 alas euangelicae columbae – ⌊-ae⌋ – deargentatas (*i. immo -ae, sec. psalm. 67, 14; cf. Olivar ad l.*). MAX. TAVR. 22ª, 1 (*respicitur prov. 30, 20*) -a meretrix (*disting.* euangelicae mulieri, *Ioh. 4, 5 sqq.*). ORIG. in Matth. ser. 27 p. 47, 25 (*Matth. 23, 29* sepulchra prophetarum) circa aedificia sepulcrorum -orum, id est circa diligentias -arum litterarum ... atque librorum. *al.* -us Christus, *sc. in vet. test. praedictus*: TERT. adv. Marc. 4, 10 p. 447, 1 (*ad Dan. 7, 13* filius hominis) nonne sufficit ad probationem -i Ch.? 4, 41 p. 561, 24 -us ... Ch.

B *vario usu*: **1** *de rebus* (*sc. fere incorporeis praeter p. 2002, 49 sqq. 54 sq.*): **a** *de instinctu divino, visionibus a deo missis sim.*: TERT. anim. 47, 2 a deo ... ea *somnia* deputabuntur ..., si qua honesta sancta -a revelatoria aedificatoria vocatoria (AVG. epist. 199, 39 ut illius *Ioseph* s. -i [*gen. 37, 9 sqq.*] veritas adimplenda Christo ... servaretur). adv. Marc. 5, 15 p. 628, 25 spiritalis et -ae gratiae atque virtutis (IREN. 4, 33, 6 *pseudoprophetae* non accepta a deo -a g. ... fingunt se prophetare. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 109, 2 donum -ae g. *al.*). HIL. in Matth. 29, 2 indigos instinctu -o. GAVDENT. serm. 20, 9 ut ... de ipsis *Petro et Paulo* rectissime praesumamus -o spiritu praedicatum: '...' ([*psalm. 132, 1*]. HIER. epist. 130, 14, 5 [*respicitur act. 5, 1 sqq.*] Petrus ... dei iudicium -o s. adnuntiat. AVG. quaest. hept. 6, 9, 3 non ... hoc iudicio humano, sed -o s. fecit Iesus *Nave. al.; paulo aliter p. 2002, 44*). RVFIN. Orig. in gen. 11, 3 p. 106, 10 si semper scruteris -as visiones. AVG. quaest. hept. 7, 49, 12 omnia scientem fecisse et dixisse Gedeon ex revelatione -a. *al.* *neutr.* -um *pro subst., sc. obi. int.*: PS. AMBR. serm. Sess. 3, 2 *sine caritate* -um sentire nihil est et leve nosse mysteria.

b *de dignitate, officio, fide sim. prophetarum* (*prophetiae p. 2002, 1*): TERT. adv. Marc. 3, 5 p. 382, 6 divinationi -ae magis familiare est id, quod prospiciat, ... iam visum atque ita iam expunctum ... demonstrare (*ad rem cf. p. 2002, 12*). 4, 18 p. 478, 15 quae *portio spiritus sancti* ex forma ⌊-i moduli⌋ in Iohanne *baptista* egerat praeparaturam viarum dominicarum (⌊ ⌋ *sec. quem quisque muneri suo praepositus est*). GAVDENT. serm. 21, 4 eum *David* -a fide vitam praesumpsisse post mortem (*cf. psalm. 118, 175* vivet anima mea). RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 106, 2 *Iona fugiens* mendacii ministerium declinabat dignitati -ae in omnibus deferens (*cf. gr. p. 505ᴮ ἐζηλοτύπει τῆς προφητείας τὸ ἀξιόπιστον*). 1, 110 illi *Ionae* fortassis et venia fuit ... officium differre -um ([*gr. p. 508ᶜ τὴν προφητείαν*]. Orig. in cant. 3 p. 221, 6 usque ad Iohannem baptistam ⌊-a⌋ finiuntur ⌊o.⌋ [*gr. ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται sec. Luc. 16, 16*]. AVG. gen. ad litt. 11, 1 p. 334, 25 in verbis dei vel cuiusquam personae in o. -um adsumtae). hist. 2, 3, 3 (*cf. act. 11, 27*) in qua *ecclesia Antiochensi* erant etiam -i ordinis viri quam plurimi (*gr. τῶν ... προφητῶν*). *al.*

c *de modo praedicandi tali, ut prophetiae*: **α** *sensu occulto, figurato sim. praeditae sint, aegre intellegantur* (*cf. e. g. supra p. 2000, 62 sq. 71*): TERT. adv. Marc. 3, 5 p. 382, 1 duas ... causas -i eloquii adlego agnoscendas ...: unam, qua futura interdum pro iam transactis enuntiantur ...; alia species erit, qua pleraque figurate portenduntur *eqs.* (*al., v. vol. V 2, 414, 22 sqq.*). 4, 25 p. 504, 10 obscuritatis -ae. AMBR. epist. 4, 12, 10 *Zabulon significat* profluvium ... nocturnum ..., id est -um (*cf. 5, 19, 5* nocturna profluvia, id est prophetarum obscuriora aenigmata). RVFIN. Orig. in num. 18, 4 p. 175, 21 -o stilo (*postea*: involuto satis et obscuro sermone). AVG. civ. 18, 32 p. 303, 10 ubertatem copiarum spiritalium ..., quas per terrenam fecunditatem more -o figuravit *Habacuc* (*sc. 3, 17*). 20, 16 p. 444, 3 amat -a locutio propriis verbis translata miscere ac sic quodam modo velare, quod dicitur. **β** *ad res futuras pertineant*: TERT. virg. vel. 5, 5 hoc nomen (*sc. 'virgo'*) tum unum illi *Evae* fuit, et quando nihil -o modo dictum est (*ut est gen. 2, 24*). 5, 9 (*in eadem re*) convertit iam ad -am rationem. **γ** *certa partitione dividantur*: AMBR. epist. 6, 31, 1 (*respicitur gen. 1, 1 sqq.*) divisionem egregie advertisti -am, vel potius divinam; non enim sua Moyses, sed ... revelata sibi scripsit. GREG. M. in Ezech. 1, 2, 1 usus -ae locutionis est, ut prius personam, tempus locumque describat, et postmodum dicere mysteria prophetiae incipiat.

d *de auctoritate, doctrina sim. prophetarum eorumve praedicationum* (*disting. saepe* euangelicus *et* apostolicus): FIRM. err. 24, 9 quicquit nobis investigantibus sanctum dei verbum -a tradidit disciplina (PAVL. NOL. epist. 8, 1 *adhaerere* -is et apostolicis d.). HIL. coll. antiar. p. 43, 11 doctrinis et -is et apostolicis (trin. 4, 5 *non solum* d. -ae, sed et euangelicae adque apostolicae ... contraire. *al.*). in Matth. 4, 14 -a et apostolica auctoritas (trin. 8, 23 *non* tantum ... ex -a, sed ex euangelica a. AMBR. off. 3, 14, 89 [*respicitur Marc. 6, 18. al.*] *Ioh. baptista recusavit* inclinare regi -am a. RVFIN. Orig. in exod. 7, 8 p. 215, 15 non sine -a a. AVELL. 2, 53 *decernere statuta* -ā et euangelicā atque apostolicā a. *al.; v. etiam l. 75*). AVX. Maximin. c. Ambr. fol. 307ʳ, 5 secun⟨dum⟩ euangelicam et apostolicam et -am regulam. *al.*

e *de mente prophetae et variis rebus, quas prophetae habent, sentiunt sim.*: TERT. adv. Marc. 4, 40 p. 560, 24 (*respicitur Is. 63, 1 sqq.*) spiritus ... -us, velut iam contemplabundus dominum ad passionem venientem (IREN. 2, 34, 3 testatur ... -us s. ... dicens: '...' [*psalm. 148, 5 sq.*]. VICTORIN. POETOV. in apoc. 4, 4 non solum s. -us, sed et ipsum verbum dei. *cf. p. 2001, 60 nec non* mens -a: RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 91, 27. Orig. in lev. 13, 1 p. 467, 11 illuminata per spiritum -a mens). FIRM. err. 24, 4 ex ore -o vox iubentis *dei* auditur (COMM. apol. 352 *deus* de semet ipso per o. -a clamat: '...' [*Is. 50, 5 sq.*]. *al.; cf. e. g.* lingua -a: AMBR. epist. 7, 37, 3 l. -ae ... sermones. AVG. c. Faust. 4, 2 p. 270, 1 *patriarcharum prophetarumque* non tantum l., sed et vita -a fuit [*sim.* 22, 24 p. 618, 29]). AMBR. Hel. 16, 61 fletu -o (*sec. Ier. 48, 32; cf. e. g.* PAVL. NOL. epist. 20, 3 -i gaudii verba [*sc. psalm. 80, 2*]). in Luc. 2, 71 (*cf. Matth. 3, 4*) cibus ... -us, *sc. mel et locustae* (*cf. p. 2003, 2 et 2, 72* cibus ... prophetarum). AVG. serm. 26, 12 baculus -us mortuo non suffecit (*cf. IV reg. 4, 31*). IVLIAN. in Os. 3, 1 l. 27 ut -a esset societate contenta *meretrix.* *al.*

2 *de hominibus eorumve coetu*: TERT. coron. 7, 3 Moyses, -us, non poeticus pastor (*sc. aliter ac Hesiodus*). AMBR. incarn. 5, 42 -us vir, *sc. Iob* (*cf. p. 2003, 5*). HIER. epist. 65, 6, 1 -us chorus *psalmum 44 cantaturus* (*aliter de ipsis prophetis*: CASSIOD. inst. 1, 3, 4 *Danihel* apud Hebreos nequaquam -o c. recipitur). PS. AVG. serm. 55 (= PS. MAX. TAVR. hom. 107), 1 rex -us, *sc. David.* *al.* *transfertur ad totum populum Israhel*: AVG. epist. 102, 15 *Israhel* speciali quodam mysterio gens -a fuit.

II *laxius spectat ad*: **A** *homines varios, qui actione, sanctitate, auctoritate sim. prophetis priscis similes videntur esse* (*fere c. respectu laudis*): TERT. pudic. 21 p. 269, 17 (*ironice ad adversarium*) exhibe ... -a exempla, ut agnoscam divinitatem *tuam* (*ad rem cf. carn. 2 l. 16* si prophetes es, praenuntia aliquid). PS. ATHAN. Lucif. epist. 4 l. 37 epistulas et libros *Luciferi* ..., in quibus perspeximus imaginem apostolicam, fiduciam -am *eqs.* (*cf.* AVELL. 2, 89 -o et euangelico atque apostolico more *scripsit Lucifer*). EVAGR. vita Anton. 16 p. 867 *Antonius* cum -a fiducia exaltans vocem aiebat: '...' ([*mire resp. gr. τῇ Αἰγυπτιακῇ φωνῇ*]. *addas l. 70*). AMBR. epist. 5, 24, 13 tu, *Marcelle,* ... conformatus in apostolum Christi, adsumens -am auctoritatem *eqs.* (AVG. quaest. hept. 6, 19 *LXX inter-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pretes a. -a ex ipsa mirabili consensione interpretati esse perhibentur). PAVL. NOL. epist. 23, 6 (*cf. Ezech. 4, 9sqq.*) quod *Victor*... -is nos cibis pasceret (*cf.* 23, 7 ut totam iuxta dei verbum confectionem -i panis inpleret *Victor*). SVLP. SEV. Mart. 6, 2 ei *diabolo* -a voce respondens *Martinus.* EVGIPP. Sev. 25, 3 lorica ... ieiunii ... per virum -um (*sc. Severinum*) ... armaverat *castella. al.* **B** *eventus vel quaslibet res sec. interpretationem christ. futura praenuntiantes, praefigurantes sim.* (*cf. p. 1999, 51*): AVG. civ. 17, 10 p. 229, 9 figuram *Christi* -a unctione gestabant *reges.* c. Secundin. 22 ipsa *sterilitas Sarrae* -a fuit (*postea*: cui *Sarrae* virginitas Mariae). IVLIAN. in Os. 12, 3 l. 65 (*respicitur gen. 25, 25*) *ut Iacob nondum natus* -um inierit cum fratre certamen, *sc. ei postea primogenita erepturus.* PS. PETR. CHRYS. serm. 159, 2 (*cf. Is. 1, 3 nec non Ps. Matth. euang. 14, 2*) regem Christum adpositum ante duo illa -a iumenta, duorum videlicet populorum typum figuramque gestantia. *al.*

neutr. prophēticum, -ī *pro subst. v. p. 2000, 66. 2001, 29. 66.*

adv. ✻**prophēticē.** *legitur apud scriptores christ. inde a* TERT., *frequentatur ab* AVG. [*confunditur c.* prophetia TERT. monog. 4, 3 *v. l. 24.* AVG. bon. coniug. 26, 34 (*var. l. dub.* PRIMAS. in apoc. 11, 11 l. 187).]

i. q. modo prophetico (*ponitur iuxta verba praeter l. 36; augetur per adv.* omnino AVG. trin. 3, 10, 25 l. 136): **1** *respiciuntur praedictiones, visiones sim. prophetarum (vel quaevis dicta ita accepta), sc. potius eo, quod*: **a** *rebus futuris comprobantur*: TERT. monog. 4, 3 *deus posuit* legem de futuro, siquidem ⌊-e⌋ dictum est: 'et erunt duo in unam carnem' ([*gen. 2, 24*; ⌊⌋ -facie *var. l.*, -phetiae *ed. princ.*]. virg. vel. 5, 10 [*in eadem re; postea*: de maritorum ... condicione praedictum]. 6, 6. AVG. civ. 17, 19 p. 246, 4 *cum,* quae ad eius *Christi* passionem pertinent, -e dicerentur [*sc. psalm. 68, 22; postea*: in euangelio patuit]. in psalm. 109, 16 dictum est ... figurate, -e. quaest. hept. 1, 51 FVLG. RVSP. ad Tras. 3, 27, 1. *al.; cf. l. 42*). IREN. 4, 20, 5 haec -e significabant prophetae. HIER. in Eph. 3, 5 p. 479^ Iacob de eo *Christo*... -e loquitur: '...' ([*gen. 49, 10*]. in Mich. 2, 11 l. 546. *cf. l. 52*). AMBR. in Luc. 2, 48 Moyses -e posuit, quia 'orietur stella ex Iacob' ([*num. 24, 17*]. in psalm. 118 serm. 10, 3, 3). HIER. epist. 34, 2, 2 (*respicitur psalm. 126, 2*) cum ... -e populus arguatur ad templum ... frustra consurgere. CONSVLT. Zacch. 2, 7, 12 quid esset in nostro baptismate purificationis futurum, -e demonstravit *Is. 1, 16. al.* *per ellipsin verbi*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 3, 15, 3 (*ad verba Ioh. baptistae, Matth. 3, 14* tu venis ad me?) et hoc -e: sciebat enim, quod se praecedente insequetur Christus (*sc. in mortem; gr. p. 352^C καὶ τοῦτο προφητικόν*). AVG. in psalm. 58, serm. 1, 1 'ne corrumpas' (*58, 1*), optime et -e (*postea*: impletum est). **b** *instinctu divino vel intercessione prophetae fiunt*: IREN. 4, 20, 5 l. 112 *deus* visus quidem tunc per spiritum -e, visus autem et per filium adoptive. *ibid.* l. 191 uti non solum dicatur -e deus ..., sed et ut videatur (RVFIN. Clement. 3, 45, 6 non -e dixi, quae dixi [*postea*: a quibusdam ... didici]. AVG. quaest. hept. 1, 67 [*respicitur gen. 24, 51*] prophetam esse Abraham ... et -e a domino dictum *esse,* quod per illum dictum fuerat. *cf. l. 50*). AVG. civ. 18, 43 p. 323, 13 per utrosque dicere voluit ... spiritus, sed ita, ut illi *prophetae* praecederent prophetando, isti *interpretes LXX* sequerentur -e illos interpretando (20, 29 p. 479, 25 *in eadem re*). in Iob p. 563, 25 (*27, 3* spiritus dei in naribus meis) hic ostenditur -e eum *Iob* dicere, quae dicit, et -e cognoscere, quia isti consolatores eius dolo pleni sunt. trin. 3, 10, 25 l. 136 (*ad gen. 22, 16* dominus dicit) -e omnino angelus loquitur et prorsus aperit, quod per angelum deus loquatur. *al.* **c** *sermone obscuro proferuntur, difficiles intellectu sunt* (*qui color et supra hic illic agnosci potest, e. g. l. 26sq.*): AVG. c. Faust. 19, 30 *in test. vetere sancti* futuram eius *finis occulti, quo eorum libri spectant,* revelationem videbant et ... vel -e (-ae *var. l.*) tegebant vel -e tectum sapienter intellegebant.

2 *respiciuntur quaelibet res, quae sec. interpretationem christ. ad futura spectant*: **a** *per praefigurationem*: AVG. civ. 18, 44 p. 324, 13 si per illam civitatem *Nineve* recte accipitur ecclesia gentium -e figurata (c. Secundin. 23 p. 941, 12 serm. 89, 3). 18, 52 p. 338, 22 illa re gesta in Aegypto (*sc. decem plagis*) istas persecutiones *Christianorum* -e *non* significatas esse (gen. ad litt. 10, 5 p. 301, 16 quaest. hept. 1, 166. *al.; aliter l. 29*). epist. 82, 25 dei providentiā praenuntiandis rebus futuris -e constituta *esse vetera sacramenta.* gen. ad litt. 11, 38 p. 372, 4 haec ... dei verba (*sc. gen. 3, 16*) figurate et -e (-ae *var. l.*) multo commodius intelleguntur. quaest. hept. 1, 70 (*respicitur generatio Ismahel, gen. 16*) illa fuisse facta -e ([*sc. sec. Gal. 4, 24*]. 7, 36 [*respicitur iud. 6, 21; postea*: per ignem donum spiritus sancti significatur, quod ... Christus effudit super nos]). *al. apud eundem.* **b** *quolibet modo*: AVG. bon. coniug. 26, 34 *sancti patres* -e coniungebantur (-ti(c)ae *var. ll.; postea*: in ipsa prole *nihil,* nisi quod in carne venturo Christo proficeret, requirebant). doctr. christ. 3, 48 quidquid ibi (*sc. in vet. test.*) narratur, non solum historice ac proprie, sed etiam figurate ac -e acceptum interpretandum est. serm. 41, 7 l. 235 ubi ... ille *psalmista* (*34, 14*) proximum nominavit, tu Christum nomina, quia et ille Christum ita -e nominavit. CHROMAT. serm. 31, 1 *Bethleem sive 'domus panis'* -e dudum nomen acceperat, quia ⌊panis de caelo⌋ erat *Christus* (⌊⌋ *sec. Ioh. 6, 41; sim.* in Matth. 4, 3). FVLG. RVSP. ad Monim. 2, 14, 1 Manichaeo asserente in libris veteris testamenti nihil de Christi ... adventu -e contineri (*postea*: propheticis ... significationibus; mysticam explanationem). *al.* *Wick.*

1. prophētis *v.* propheta.

2. ✻**prophētis,** *acc.* -idem (*vel* -in *sim.*) *f.,* *προφῆτις.* *scribitur* prof- *in codd. ant.* VET. LAT. Luc. 2, 36 (cod. 2. *al., sed* proph- cod. 5). *de formis: inter certiores trad. nom.* -is VET. LAT. exod. 15, 20 (cod. 330 *et var. l.* VVLG.). Luc. 2, 36 (cod. 2. *al.*). CYPR. GALL. iud. 209. ISID. expos. in iud. 2, 1 (*in var. l. e. g. l. 40*), *acc.* -idem *l. 27. 49sq. et sec. gr. προφήτιδα l. 51,* -in *passim in var. l., v. infra, abl.* -ide *in var. l.* HIER. *l. 32; dubitanter tamquam vulgares vel corruptas huc traximus formas nom.* -es (RVFIN. Orig. in Ios. 3, 4 p. 305, 20 QVODV. prom. 2, 17, 31 *et l. 38* [*in var. l. e. g. l. 34*]) *et acc.* -en, -em (-en VET. LAT. apoc. 2, 20 [Tert. pudic. 19. *al.; gr. resp. προφῆτιν ut* RVFIN. hist. 5, 18, 4]. CYPR. GALL. iud. 215 [-ent *var. l.; ceterum in var. l. e. g. l. 27*], -em VET. LAT. apoc. 2, 20 [Tycon.] *et in var. l. e. g. l. 30*), *sc. quatenus ad feminas pertinent* (*ceterum v. s. v.* propheta). *prima syllaba producitur in versu neglegenter scripto* CYPR. GALL. iud. 209 (*sed corripitur ibid.* 215). *legitur apud Christianos inde a* VET. LAT. [*in codd. saepe confunditur cum* propheta (-es) *et* prophetissa, *v. infra et Gryson, Rev. Bibl. 96, 1989, 328sqq.*]

i. q. προφῆτις (*quod gr. resp.; pro syn. est* prophetissa *e. g. l. 44. 54; ponitur in appos. l. 42*): **1** *respiciuntur quae memorantur in sacris script.*: **a** *in vetere test.*: VET. LAT. II par. 34, 22 (cod. 109, *sim.* VVLG.) ab[h]iit Elcias ... ad Ollam -idem ([-en, -in, -am, -an, -idem, -issam *codd. Vulg.*]. VVLG. IV reg. 22, 14 ierunt ... ad O. -en [-em, -am *al. var. ll.*, -idem *edd. vet.*]. *al.*). Is. 8, 3 (Iren. 4, 33, 11) veni ad ⌊-en⌋, et peperit filium (⌊⌋ -em, -am *var. ll.; sim.* Novatian. trin. 28, 7 [-en, -in, -issam *edd. vet., codd. non exstant*]. *Cyrill. hom. pasch. 17, 3, 3. al. et Vulg.* -issam. *de eadem* HIER. in Is. 3, 9, 6 l. 24, *ubi codd. exhibent* -ide [*quod def. Gryson, loco cit. p. 333*], propheta de, prophetissa *vel sim.*). VVLG. iud. 4, 4 Debbora -s (-es, -issa *var. ll.*), ... quae iudicabat populum in illo tempore (*de eadem*: CYPR. GALL. iud. 209 *illo* tempore ... -s D. regnat. *al.*). *al.* **b** *in novo test.*: VET. LAT. Luc. 2, 36 (cod. 2, *sim.* 14. *al.*) et fuit Anna -s, filia Fanuel *eqs.* (Hier. Orig. in Luc. 17 p. 108, 9 -es [-issa *var. l., quod item praebent cod. 3. al. et Vulg.*]. *de eadem*: TERT. ieiun. 8 p. 283, 24 A. -es [*ed. princ.*, -is *cett., sc. inde pendentes*] ..., quae infantem dominum et agnovit et multa super eo praedicavit. HIL. in psalm. 14, 4 A. -es [-is *cod. unus a. corr.*]. AMBROSIAST. in II Cor. 9, 9, 1 [-issa *var. l.*]. HIER. hom. Orig. in Luc. 17 p. 108, 7 venit -es mulier [-is, -issa *var. ll.*]. *al.*). apoc. 2, 20 (Tert. pudic. 19, *sim. al. et* VVLG.) Iezabel, quae se -en dicit (*cod. 51 et Primas.* prophetissam (esse)). HIER. in Is. 3, 8, 1 l. 53 quidam prophetissam (*v. l. 29*) sanctam Mariam interpretantur, quam -in fuisse non dubium est ([-en *codd. plerique,* -in, -e, -am, -issa(m) *cett.*]. *ibid.* l. 80 M. -s [-es, -issa *var. ll.*]).

2 *respiciuntur posteriores, sc. haereticae*: TERT. castit. 10 l. 31 per sanctam -idem Priscam ita euangelizatur, quod *eqs.* (resurr. 11, 2 paraclitus per -idem P., *sc. dixit*: '...'). IREN. 1, 13, 3 *sectatrix quaedam Marci haeretici* loquitur deliriosa ... et exinde -idem semetipsam putat. FIRMIL. Cypr. epist. 75, 10, 2 quaedam mulier, quae in extasin constituta -en (-in, -em *var. ll.*) se praeferret. RVFIN. hist. 5, 18, 4 si ... videam -en accepisse aurum ..., quomodo eam -en putem? (*ibid. 3* prophetissas).

compos.: cf. pseudoprophetis.

✻**prophētissa,** -ae *f.* *a προφῆτις potius quam a* propheta *sec.* diaconissa *sim.* *scribitur* prof- VET. LAT. Luc. 2, 36 (cod. 8. *al., sed* proph- cod. 3. *al.*). GLOSS.[L] I Ansil. PR 2010 -a: vatis f[o]emina. *legitur in prosa orat. christ. inde a* VET. LAT. [*saepe falsa var. l. pro* 2. prophetis, *v. l. 22.*]

i. q. prophetis (*gr. respondet προφῆτις, nisi alia notavimus; saepius in appos. iuxta subst., v. e. g. l. 64. p. 2005, 5. 9*): **1** *respiciuntur quae memorantur in sacris script.* (*cf.* LIB. gener. chron. I p. 133, 334 [*sim.* LIB. gener. a. 334] mulieres -ae: Sarra, Rebecca, Maria soror Moysi, Debbora, Oliba, et sub Christo: Anna, Helisabet, Maria, quae genuit Christum): **a** *in vetere test.*: VET. LAT. iud. 4, 4 (cod. 100) Debbora ⌊profetiss[u]a⌋, uxor Labidoth, haec iudicabat Istrahel in tempore illo (⌊⌋ *gr. γυνὴ προφῆτις,* Rufin. Orig. in iud. 5, 1 mulier -a. *de eadem*: AMBR. vid. 8, 45 [-tis *cod. unus*]. AVG. civ. 18, 15 p. 275, 1. *al.*). IV reg. 22, 14 (Lucif. non parc. 7) abiit Chelchias sacerdos ... ad Ollam -am, uxorem Selle ([*Vulg. v. l. 28*]. VEREC. in cant. 9, 1 Osiae temporibus regis, quando O. -a prophetiae spiritum fuerat adsecuta. *cf. l. 65*). Is. 8, 3 (Cyrill. hom. pasch. 17, 3, 3. *sim. al. et* VVLG.) accessit ad -am et in utero accepit et peperit filium (*de eadem*: HIER. in Is. 3, 7, 14 l. 92 Emmanuel de -a uxore eius *Isaiae* esse generatum in typum domini salvatoris. 3, 8, 1 l. 44 -ae, id

[Schröder]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

est spiritui sancto. *al.*). AMBR. epist. extra coll. 14, 57 -a Maria ... leprae maculis inhorruit (*cf. num. 12, 10; de eadem*: AVG. serm. 363, 4 hoc *cantavit* M. -a et filiae Israel cum ea [*cf. exod. 15, 20*]. *al.*). HIER. epist. 65, 1, 4 Anna -a (-tes *cod. unus*) generat filium levitam, prophetam, iudicem, *sc. Samuhel.* in Ezech. 13, 17 l. 320 (*cf. l. 62*) adversus filias populi ⌊-as⌋ iubetur faciem suam ponere (*de iisdem*: hom. Orig. in Ezech. 3, 6 p. 354, 1 istae ... -ae, *sc.* effeminatae animae [*cf. ibid. 3, 3 p. 352, 1 sqq.*]). **b** *in novo test.*: VET. LAT. Luc. 2, 36 (cod. 3. *al. et* VVLG.; *de Anna, v. p. 2004, 37; item* PEREGR. Aeth. 26. AVG. in euang. Ioh. 32, 6 A. vidua -a. *al.*). RVFIN. hist. 3, 39, 9 (*spectat ad act. 21, 9 infra p. 2007, 18*) per Philippi ... euangelistae ⌊filias -as⌋ haec ... tradita esse (⌊ ⌋ *gr. θυγατέρων tantum; cf. l. 24*).

2 *respiciuntur posteriores: usu sollemni*: PS. TERT. haer. 6 p. 224, 5 quam *puellam* quasi -am sequitur *Philumenes.* PS. AMBR. serm. 46 (Corp. Christ. 69, 257), 27 duabus feminis -is, Priscillae et Maximillae (*Montanistis ut*: RVFIN. hist. 5, 14. 5, 18, 3. 5, 18, 6. 5, 18, 7 -a ignoscit martyri latrocinia? [*gr. resp. προφήτης, ut ibid. iterum et* 5, 18, 11 *ter, sc. usu magis generali, quem accuratius reddit Hier. p. 1991, 27*]). THEOD. MOPS. in I Tim. 2, 12 ('docere ... mulieri non permitto') necessaria ... erat illo in tempore huiusmodi praeceptio, quando et ⌊-ae⌋ divinae gratiae dign⟨a⟩e existimabantur (*si recte restit.*; ⌊ ⌋ prophetase *codd. exstantes*). *transfertur ad quaslibet mulieres propter fidem laudabiles* (*sec. act. 21, 9 infra p. 2007, 18*): HIER. epist. 7, 6, 2 o beata domus *vestra,* in qua morantur Anna vidua, virgines -ae, geminus Samuhel.

compos.: pseudoprophetissa.

prophētizo, -āvī, -āre. *vix a verbo perraro προφητίζειν, cf. enim l. 38; subesse vid. imperat. gr. προφήτευσον formae* -a (*v. l. 32*), *unde aliae formae ortae sunt sec.* euangelizare *sim.* (*cf.* hymnite [*unde* hymnio] *ab ὑμνεῖτε*). *scribitur in codd. ant.* prof- VET. LAT. Matth. 26, 68 (cod. 3. 4. 8. *al.*; proph- cod. 10). Marc. 14, 65 (cod. 5. 8. 13; proph- cod. 10). Luc. 22, 64 (cod. 2. 3. *al.*; proph- cod. 4. 8. *al.*). *legitur in prosa orat. christ. inde a* VET. LAT., *sc. imprimis imperat.* -a (*ut vitetur forma ambigua q. e.* propheta?). [*edebatur olim pro* prophetare HIER. hom. Orig. in Ier. 2, 11 p. 299, 6 (*v. Migne 25, 604*^{C}).]

i. q. prophetare (*imprimis c. respectu praedicandi [sc. nomine dei] sub I, praenuntiandi sub 2, divinandi l. 44. 55. 74; respiciuntur veteris test. prophetae, sed Christus l. 43. 55. p. 2006, 5, alii l. 45. p. 2006, 1. al.; gr. ubique resp. προφητεύειν, in variis versionibus Vet. Lat. et Vulg. fere* prophetare, *quod adnotare sprevimus. pro syn. est* prophetare *l. 46. 50. 63. al.,* vaticinari *l. 75* [*cf. l. 54. al.*]): **1** *intrans.*: **a** *exempla varia*: VET. LAT. Ezech. 11, 13 (cod. 176) cum -rem. 21, 9 (*ibid.*) -a et dices: '...' (*simili forma*: 21, 28 [*ibid.*] -a et loqueris: '...'. *al.; cf. e. g. l. 52*). Marc. 14, 65 (cod. 8, *sim. al. et* VVLG.) coeperunt quidam ... faciem eius *Christi velatam* colaphis agere et dicere: -a (cod. 10. *al.* -a nobis. *cf. l. 55*). I Cor. 11, 5 (cod. 75) omnis ... mulier orans vel -ans non velato capite deturpat caput suum (*11, 4 ibid.* prophetans). CONC.^{S} I 5 p. 326, 3 rec. Q ⌊hanc *Mariam*⌋ Esaias -ans ostendit dicens: '...' ([*Is. 7, 14*]. *nisi* ⌊ ⌋ *ἀπὸ κοινοῦ positum est, ut ad 2a pertineat; p. 326, 19 rec. B* prophetando ostendebat). CHRON. Alex. chron. I p. 124, 277 -verunt ... sub Ozia Amos et Esaias (*ibid. 278. al.* prophetaverunt). *al.*

β *de rebus*: Ⓘ *de ipso vinculo necessitudinis sim.*: CIC. Lig. 8 propter -am cognationem (*al., v. vol. III 1477, 49 sq., ubi addas* CVRT. 5, 3, 12 Medates ... Dareum -ā c. contingens. 6, 11, 20). MANIL. 2, 671 *signa quaedam* affines signant gradibusque -is accedunt unaque tenent sub imagine natos. SIL. 10, 565 non coniunx native aderant *funeri,* non iuncta -o sanguine turba virum (TAC. ann. 2, 71, 2. 4, 75 in Domitio ... -um Caesaribus s. delegerat *Tiberius*; nam is aviam Octaviam ... praeferebat. *al.*). TAC. hist. 3, 59, 2 -a adfinitas Ceriali cum Vespasiano *erat.* AVG. civ. 15, 16 p. 93, 12 ipsi *consobrini* inter se propter tam -am consanguinitatem fratres vocantur et paene germani sunt. *in imagine*: MANIL. 2, 379 est illis *astris* foedus sub lege ⌞-a⌟, quod non diversum genus est coeuntibus astris (⌞ ⌟ *i. propinquitatis; cf. 384* cognata iacent generis sub legibus astra). Ⓘⓘ *variis, sc. adi. pro gen. poss.* (*cf. p. 2020, 25*): OV. fast. 3, 204 bella -a (*sc. inter Romanos Sabinosque; cf.* MIN. FEL. 25, 3 *Romulus* cum soceris suis bellum miscuit, -um sanguinem fudit). STAT. Theb. 2, 302 *Eriphyle* nihil auguriis adiuta -is (*cf. 4, 187 sqq. et* SCHOL. sive quia auguris uxor est, vel ⌞his prodigiis, quae paulo ante clipei casu [*2, 256 sqq.*] contigerant⌟ [⌞ ⌟ *sc. ut ad p. 2021, 73 pertineat*]). VERS. metr. Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 133, 14 -o scelere.

2 *familiaritate, caritate, studiis iisdem sim.*: *de amicis comitibusque regis*: CIC. Tusc. 5, 100 est praeclara epistula Platonis ad Dionis -os (*cf. Ps. Plat. epist. 7 inscr. τοῖς Δίωνος οἰκείοις τε καὶ ἑταίροις*). NEP. Paus. 2, 2 complures Persarum nobiles atque in his nonnullos regis -os (Con. 2, 1 contulit se ad Pharnabazum, ... generum r. *Persarum* et -um. LIV. 30, 42, 6 Sopatrum ex purpuratis et -is r. esse). CVRT. 3, 3, 21 dextra laevaque regem ducenti ferme nobilissimi -orum comitabantur (*cf. 14* cognatos regis). 3, 3, 25 -orum amicorumque coniuges. *al.* DARES 8 Panthus Priamo et -is prodit ea, quae ... audierat. *varia exempla potiora*: CAES. civ. 1, 5, 1 nec docendi Caesaris -is eius spatium datur. IVV. 1, 71 *matrona quaedam* instituit ... rudes melior Lucusta (*sc. venefica famosa*) -as ... nigros efferre maritos (*huc traximus sec.* SCHOL. *ad l.* 1 '-as' ... dicit tamquam a Lucusta doctas. *aliter ibid.* 2 -as: quidam uxorem dicunt '-as'. *an ad I?*). TERT. carn. 1 l. 2 fidem resurrectionis ante istos Sadducaeorum -os sine controversia moratam. DARES 40 parentibus ... nec non liberis coniugibus consanguineis amicis -is. DIDASC. apost. 43, 9 intendens Petrus ad -um Simonis diabolum, dixit: '...' (*act. 8, 20 sq.*). RVFIN. hist. mon. 1, 1, 5 quanto ... *Iohannes* se ab humanis curis et conloquiis sequestrabat, tanto illi vicinior et -ior deus erat (*cf. versa vice*: AVG. civ. 9, 17 p. 392, 15 deo quanto similior, tanto fit quisque -ior). AVG. civ. 9, 1 p. 369, 7 quo pacto daemones ... possint quasi -iores et amiciores diis bonis conciliare homines bonos. *al.*

B *similitudo, condicio fere eadem* (*cf. iam* TER. *p. 2019, 66; accedit dat. l. 27 sq. 32. al., gen. l. 34, praepos.* inter *l. 36*): **1** *de rebus*: RHET. Her. 4, 22, 30 *adnominationes quaedam* non habent tam -am in verbis similitudinem, et tamen dissimiles non sunt. 4, 33, 45 abusio est, quae verbo simili et -o pro certo et proprio abutitur ([*postea*: finitima v.]. *in eadem re*: CIC. orat. 94). *al.* CIC. inv. 2, 165 vitanda sunt non ea modo, quae his *virtutibus quibusdam* contraria sunt, ... verum etiam illa, quae -a videntur et finitima esse, absunt autem longissime. *ibid.* unicuique virtuti finitimum vitium reperietur, ... ut audacia, quae fidentiae ... finitima est, superstitio, quae religioni -a est. de orat. 2, 185 *ut iudices* ad eos motus deducantur, si qui finitimi sunt et ⌞-i his⌟ ac talibus animi permotionibus (⌞ ⌟ de -is *pars codicum*). VARRO ling. 10, 8 -iora genere inter se verba similem s⟨a⟩epe pariunt errorem (*velut 'nemus' et 'lepus' iisdem litteris desinentia, sed diversi generis*). PLIN. nat. 37, 132 (*inde* ISID. orig. 16, 13, 7) candida est *gemma quaedam,* ... crystallo -a (-a(n)s *var. ll.*). SCAVR. gramm. VII 21, 7 'hiems' carere p littera debet, quia in ceteris casibus nusquam p nec b -a eius respondet (*cf. 14, 3* b cum p ... consentit). GELL. 7, 16, 11 *'deprecari',* quod Graeci -a significatione *παραιτεῖσθαι* dicunt. AVG. civ. 7, 11 p. 288, 16 puto inter se -iora esse causas rerum atque primordia (*quibus duo dei, Iuppiter Ianusque, praesunt*) ... quam continere mundum et mammam dare animalibus (*quibus unus Iuppiter*). quant. anim. 34, 77 nihil inter omnia, quae creavit, deo esse -ius *quam animam.* BOETH. arithm. 2, 31, 1 qui ... de natura rerum -is investigantes rationibus quique in matheseos disputatione versati, quid ... esset proprium, ... ediderunt. *al.* *neutr. pro subst.*: CIC. inv. 2, 165 audacia non contrarium, sed appositum est ac -um *fidentiae,* et tamen vitium est. **2** *de animantibus*: AVG. civ. 11, 26 p. 497, 26 (*de homine*) tametsi non aequalem, immo valde longeque distantem, ... tamen qua deo nihil sit ... naturā -ius, imaginem dei (*postea*: ut sit ... similitudine proxima). 13, 18 p. 229, 13 (*ad Matth. 18, 4*) multi sunt, qui volunt se humiliare 'sicut puer ille', sed qui prae omnibus factus fuerit -ior puero illi, ipse erit omnibus 'maior' (*sc. in caelo; gr. παραπλήσιος*). ORIG. in Matth. 15, 10 p. 376, 8 (*antea: Christus* 'bonitatis illius *dei* imago' est [*sap. 7, 26*]) plus filius *dei* -us est patri in omnibus bonis quam omnes filio (*cf. gr. p. 375, 32 προσεχῆ*).

C *locus ordine constitutus:* *in serie numerorum*: FAV. EVL. 16, 4 Plato (*Tim. 35^{B} sqq.*) cum ... dupli ac tripli distantias -ioribus pro rata parte numeris inferciret (BOETH. arithm. 2, 54, 4 [*de serie 6, 8, 9, 12 vel sim.*] si maximus ... numerus ad eum, qui sibi -us erit, talem habeat differentiam, qualem idem ipse maximo -us ad parvissimum [*cf. gr. 2, 29, 2 ὁ μέγιστος πρὸς τὸν ὑπ' αὐτὸν ... αὐτὸς οὗτος πρὸς τὸν ἐλάχιστον*]). 23, 4 hemiolius ... -ior (*sc. quam diplasius*) ex duobus ac tribus est numeris, cum minorem summam maior alia collata media minoris superat portione (*i. 3 = 2 + $^{1}/_{2}$ · 2*). BOETH. arithm. 2, 1, 5 ex quadrupla (*sc. 8, 32, 128*) -ior aequalitati (*i. 8, 8, 8*) proportio tripla (*sc. 8, 24, 72*) redacta est. 2, 46, 4 ex uno cybo (*sc. 2 · 2 · 2*), qui -ior est, una medietas (*sc. 12*) duo latera colligit, ex alternatim vero posito (*sc. 3 · 3 · 3*) unum (*cf. ibid.* medietas ..., quae iuxta octonarium est, ... mutuatur duo latera ex -o sibi octonario. *ibid. medietas* duo latera a -o sibi ... cybo colligit). *in serie propositionum*: BOETH. anal. pr. 66a37 si non -a interrogent *syllogizantes,* sed quam maxime longe media (*gr. τὰ σύνεγγυς*).

D *gradus dignitatis, aestimationis sim.*: AVG. civ. 8, 9 p. 334, 18 eos omnes *philosophos deum creatorem agnoscentes* ceteris anteponimus eosque nobis -iores fatemur. 11, 2 p. 463, 7 (*antea*: illud ... hominis, quod ... ceteris, quibus ... constat, est melius, *sc. mens*) *homo* ea sui parte est -ior superiori deo, qua superat inferiores suas. -ior *dicitur is, qui iuris potioris est*: NOVELL. Iust. 18, 10 *si reus* ex hypotheca aut aliis causis ... -ior est quam ille, qui causam movet (*gr. κυριώτερος*).

E *quaelibet vicinitas; respicitur*: **1** *quod cuidam statui, condi-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cioni vel actioni vicinum est (*accedit dat. vel praepos.* ad): AVG. civ. 5, 12 p. 215, 13 longe virtus Catonis veritati videtur -ior fuisse quam Caesaris. VEREC. in cant. 5, 4 (*verba Ezechiae regis*) 'non videbo ultra hominem de cognatione mea' (*Is. 38, 11*), quia cognationi divinae -us fieri concupisco. BOETH. anal. pr. 69a23 -ius esse accidit scientiae **(***respicitur propositio quaedam syllogismi; sim. ibid.* 69a28. 69a30; *gr. ter ἐγγύτερον. cf. 69a33* propius [*gr. ἐγγύς*]**)**. in herm. comm. pr. 2, 10 p. 147, 2 -ior est huiusmodi prolatio ad veritatem, quae aliquid finitum ponit, ea prolatione, quae aliquid infinitum. *ibid.* l. 5 illa, quae aliquid significant, -iora sunt ad enuntiationem faciendam his, quae nihil significant. *al.* **2** *quod obvium vel accommodatum, aptum est sim.* (*sc. in logica*): BOETH. in herm. comm. pr. 2, 14 p. 215, 23 verius ... et -ius est dicere de bono, quoniam bonum est, quam dicere de bono, quoniam malum non est (*cf. p. 2026, 1*). in Porph. comm. sec. 2, 3 p. 176, 2 in significationibus evenit fere, ut sit aliquid, quod intellectui significatae rei -ius (-is, -us, -um *var. ll.*) esse videatur (*cf. l. 5* convenientius). top. Arist. 105a8 *neque ea considerare oportet,* quorum -a est demonstratio, neque quorum valde longe (*gr. σύνεγγυς*).

adv. **propinquē.** *legitur apud* PLAVT. *et excepta fort. l. 36 inde a saec. IV, sc. imprimis compar.* -ius; *superl. deest, sed cf.* tam -e *l. 27. al.* [*afferebatur olim e* PS. MAX. TAVR. serm. 72 p. 679^{D} -e (*v. nunc* LEO M. serm. 85, 1 propinqui).]

i. q. modo propinquo, prope (*accedit dat. l. 58* [*fort. addas l. 38 et var. l.* ei AVG. immort. 15, 24 p. 126, 13]): **1** *ponitur iuxta verba* (*verbo supplendo l. 36. 69*): **a** *potius respicitur, quam vicinum aliquid sit*: **α** *pertinet ad locum* (*cf. etiam l. 50*): PLAVT. Truc. 499 vide, quis loquitur tam -e **(**iam -e *et* iam -a *codd.; cf. p. 1954, 13 sq. nec non* CONC.^{S} II 3, 1 p. 206, 8 nobiscum colloqui ... -ius [*cf. gr. I 1, 7 p. 91, 22 ἐγγύτερον, I 2 p. 55, 14* propius]**)**. 575 eccam adest -e; credo audi[vi]sse haec me loqui (*cf. p. 1953, 21 sq.*). AVG. cons. euang. 2, 19, 47 cum sedisset *Iesus,* accessisse -ius discipulos eius. 3, 21, 58 in tanto intervallo erant *mulieres,* ut et iuxta (*Ioh. 19, 25*) dici possent ... et a longe (*Luc. 23, 49 Matth. 27, 55*) in conparatione turbae -ius circumstantis. serm. 277, 14 si ... ad eos *oculos* aliquid -ius admoveris (*antea*: si ab eis aliquid multum in longinquo removeris; *postea*: propius admovendo oculos). ADNOT. Fronto p. 106, 23 (*in pagina, quae praeter notas marg. legi nequit; fort. latet versus vet.*) ⌞Atticis⌟ -e thymus (*acc. plur.*; thymum *legunt alii*) serpyllumque Hymmettium ⌞ruminantibus viris⌟ (⌞ ⌟ *abl. absol.; dat. intell. van den Hout, comm. 1999, ad l., ut* -e *inducat comparationem*). VITA Eugen. 13 p. 613^{C} *Eugenia* iubetur adduci -ius (*cf. rec. vet. p. 395, 7 praefectus* suis eam iussit aspectibus sisti). *in imag.*: VEN. FORT. epist. (carm. 5, 1) 7 (*ad episc. quendam*) ipsa vobis tenacius *esse,* quae sunt caelo -ius. **β** *pertinet ad similitudinem* (*cf. l. 39*): AVG. immort. 15, 24 p. 126, 11 sqq. si *corpus a summo bono* tam -e sumeret speciem, id esset, quod anima: nam hoc interest eoque anima melior, quo sumit -ius (*et ter ibid.; antea*: nec ista propinquitas loco, sed naturae ordine dicta sit). mus. 5, 5, 9 in quinque et septem ... *semipedes* divisio *versus heroici* facienda est; nam *ita* ... certe -ius sibi accedunt membra, quam in quaternario et octonario numeris accederent. GREG. M. moral. 14, 57 (*verba Christi; allegorice explicatur Iob 19, 20, ut subluceat vis localis*) *apostoli,* qui meae fortitudini -ius inhaerere debuerunt, passionis meae tempore timore consumpti sunt. **γ** *pertinet ad tempus: ad punctum temporis mox futurum*: MAX. TAVR. 61, 1 diem festum advenire -ius cernimus. ISID. sent. 1, 25, 8 quanto -ius finem mundi diabolus videt, tanto crudelius persecutiones exercet. *ad spatium temporis continuum, non intermissum*: BOETH. herm. 17a14 unum quiddam est et non multa 'animal gressibile bipes' – neque enim eo, quod -e dicuntur, unum erit **(**[*gr. σύνεγγυς*]. *de pluribus oratione coniunctis, ut in eadem re*: in herm. comm. pr. 1, 5 p. 74, 16 continue ... et sibimet -e. p. 74, 19 -e et continue. *aliter l. 61***)**.

b *potius respicitur, quam aptum, conveniens aliquid sit*: AVG. loc. hept. 2, 96 *pro 'ἐπονομάσω'* (*LXX exod. 20, 24*) -ius ... dicitur 'cognominavero' quam 'nominavero'. BOETH. in categ. comm. 1 p. 186^{D} si, quid sit Socrates, aliquis velit ostendere, -ius substantiam Socratis ... monstrabit, si dixerit eum esse hominem, quam si animal (*cf. ibid. aliquis* -ius designabit, quid sit id, quod diffinivit, *si speciem quam si genus dicat. pro syn. est* convenientius, *opp.* longinquius). *ibid.* p. 188^{A} tam -e redditur de quolibet individuo equo nomen equi quam de quolibet individuo homine hominis nomen. in herm. comm. sec. 4, 10 p. 338, 22 (*antea*: longe minus veritatis aut falsitatis capacia sunt nomina infinita, *ut 'non homo'*) -ius (-ior *var. l.*) ad veritatis vel falsitatis finita (*ut 'homo'*) intellectūs, *sc. sunt, accedunt sim.* GREG. M. dial. 4, 4, 9 ut ... infirmantibus prodesse -ius ... possim.

2 *ponitur compar.* -ius *iuxta adi., ut significetur fere i. q. magis*: PHYSIOGN. 46 discernes, ... cui animalium *aliquis* sit ⌞-ius similis⌟ (⌞ ⌟ -us similis *et* -ior *var. ll.; 'num* propinquus et similis?' *Foerster*). BOETH. in herm. comm. pr. 2, 14 p. 215, 28 si illa *opinio* vera est -ius ..., illa erit falsa -ius (*antea p. 2025, 12; cf. e. g. herm. 23b17* magis ... vera).

deriv.: propinquitas, propinquo. *compos.*: perpropinquus. *cf. Onom.* *Burch.*

propio, -āvī, -ātum, -āre. [*ab adv.* propius; *v. Mignot, Les verbes dénom. lat., 1969, 310. Fo.*] GLOSS. -vit: proximavit. *cf. etiam p. 2015, 69.* [*falsa var. l. pro* appropriavit VET. LAT. I Macc. 11, 4 (rec. V cod. A), *editum est olim pro* propinquaret GREG. M. in euang. 39, 10 (*v. Migne 76, 1300^{C}*); *pro* properare *coni. Dombart* COMM. apol. 979 *et* 983, *Mazzuchelli* CORIPP. Ioh. 4, 589, *v. p. 1982, 50 sq. 53; vix recte distinctum est* PRISCILL. tract. 6, 104 ⌞de -to⌟ inimici transitu (⌞ ⌟ depropi⟨ti⟩ato *Paret, Priscillianus, 1891, 130*); *per mendum typographi* -atur *pro* propit- PS. ALEX. c. Dind. coll. *ed. Pritchard, Class. et Mediaev. 46, 1995, 267 l. 33.*]

i. q. propiorem fieri, propinquare (*vicina indicantur per dat. l. 20 sqq., per acc. l. 23*): RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 202, 7 ubi magis ac magis -are (approp- *var. l., 'fort. recte' Baehrens*) sensibus eius *animae* coeperit *sponsus* (*vel vox eius*). IVLIAN. in Ioel 1, 15 l. 315 ('prope est dies domini') -antibus malis. in Os. 7, 8 l. 157 ut non -asse, sed quasi senectutis annos eam (*canitiem*) implevisse ostenderet. PAVL. NOL. carm. 19, 226 -ante (propitiante *var. l.*) deo cunctis mox iudice terris. 20, 409 *vitula* -ta iugo. 26, 414 nec domibus nostris -ent mala (proprient *vel* properent *var. ll.*). VEN. FORT. carm. app. 2, 54 facit hoc voto se -are polo *Sophia Iustino nupta.* SEV. MALAC. euang. 8, 45 deo vicum -ante. 8, 135 demonstrans Christi -are ministros. *Wieland.*

***propior,** -ius. [*formae gradationis ad* prope (*q. v.*) < *prok^{w}e *pertinentes; in forma prisca superlativi* proximus (*Leumann, Gramm. 1977, 498*) *vestigium litterae* -k^{w}- *servatum est,* -p- *derivandum videtur a* propinquus (*q. v.*), *quod coniungitur et loco adi. cum* prope *et ideo etiam loco gradus positivi cum* propior, proximus. *Fo.*] *de origine: cf.* DIOM. *supra p. 1952, 14.* NOT. Tir. *v. p. 1952, 7. abl. sing.* -i *non trad. nisi falsa var. l.* OV. met. 5, 598 *p. 2027, 16. superl.* proximus *v. p. 2031, 52 sqq. legitur inde a* PLAVTO, TER., LEGE agr. (CIL I^{2} 585); *in sermone gr. p. 2030, 17.* [*confunditur in codd. saepissime cum* proprius, proprior, *v. quae congesserunt Neue-Wagener, Formenlehre II 206 sq.* (*falso* propr- *in codd. ant. e. g.* VERG. georg. 2, 122 Aen. 3, 531 LIV. 42, 58, 3 SCHOL. Cic. Bob. p. 156, 27); *ceterum variat maxime cum* prior BELL. Alex. 19, 1. LEX Iul. de vi (coll. Mos. 9, 2, 3). SEN. nat. 1, 4, 4. *al.* (*falsa var. l. e. g.* PAVL. dig. 22, 5, 4; *cf. p. 1322, 73*).]

i. q. vicinior, propinquior sim. **(***cf.* GLOSS. -r: *ἐγγύτερος. haud raro vi compar. debilitata de eis, quae quodammodo vicina videntur, v. complura sub IIIB2 allata et e. g. p. 2028, 14; struct. sollemnes: dat. passim [cf. acc. p. 2028, 26, praepos.* ab *p. 2028, 30], abl. mensurae l. 48. p. 2028, 59 et e. g. p. 2031, 45; respectus indicatur p. 2028, 69. 2029, 41. 2030, 20. al.*; -s est *c. struct. verb. v. p. 2029, 16. 2030, 21 [vix addas p. 1959, 72. 1960, 37]; neutr. pro subst. v. p. 2027, 47. 2028, 21. 2030, 46. 74***)**: **I** *vi locali* (*syn.* vicinus *p. 2027, 15. 70, cf.* iuxta *p. 2028, 10, opp. e. g.* inferior *p. 2027, 13,* longius *p. 2027, 49. 59,* ulterior *p. 2027, 22. 2028, 17 sq.; struct. indicantes locum v. sub A2; ceterum accedit abl. mensurae l. 52. p. 2027, 55. 61. 2028, 7. al.*): **A** *usu communi*: **1** *non indicatur, unde aliquid minus distet*: **a** *praedicative*: **α** -em esse: PLAVT. Trin. 1154 hunc (*socerum futurum*) priorem aequumst me habere: tunica -r palliost (*in proverbio, v. Otto, Sprichw. n. 1324*). PLANC. Cic. fam. 10, 24, 4 aliquanto ... -s esse, quod ad Caesarem attinet, videbamus (*v. Shackleton Bailey, 1977, ad l.*). SALL. hist. frg. 2, 45 quae *domus* -r erat. VERG. Aen. 12, 407 magis ac magis horror crebrescit -sque malum est. LIV. 2, 14, 8 quia nullum -s perfugium erat. 8, 13, 4 quorum ager -r erat. 25, 32, 5 -r erat ... Hasdrubal. *al.* VITR. 9, 1, 13 quae *signa* sunt -a. VELL. 2, 80, 1 -r fuerat *Lepidus quam Caesar.* SEN. Thy. 501 praeda cum -r fuit. nat. 1, 13, 2 si infra solem nubes fuerit et -r. epist. 73, 16 deus ad homines venit, immo quod est -s, in homines venit. SIL. 4, 781 violentior hic est, hic hostis -r. MART. 1, 76, 12 (*in imag.*) quid tibi cum Cirrha? ... Romanum -s ... forum est. *al.*

β *varia exempla*: VERG. Aen. 3, 531 *navigantibus* portus ... patescit iam -r. 8, 280 devexo interea -r fit Vesper ⌞Olympo⌟ **(**[*i. caelo*]. OV. epist. 5, 67 fit -r ... ratis. 18, 91 quo magis accedo -aque litora fiunt. met. 11, 722 fluctibus actum fit -s corpus. Pont. 1, 2, 152 busta ... fiant ut -a. *al.***)**. OV. epist. 12, 144 'Hymen' clamant ...; quo -r vox haec, hoc mihi peius erat (*item pro praedicato sine copula*: PLIN. nat. 2, 60 Martis stella, ut -r, ... sentit radios. TAC. Germ. 41, 1 -r ... Hermundurorum civitas. ann. 2, 14, 4 -em iam Albim quam Rhenum. *al.*). met. 2, 22 *Phaethon* consistit ... procul, neque enim -a ferebat lumina. 12, 389 stabat ... -r *Peleus.* LIV. 44, 25, 3 quo -r admoveretur terror. MANIL. 1, 72 iam sole regresso, iam -e. LVCAN. 6, 506 donec *luna* supposita -r despumet in herbas. PLIN. nat. 1, 2, 13 sq. quare eadem *sidera* altiora alias -a videantur (CLAVD. DON. Aen. 2, 730 p. 246, 18 flamma per tenebras -r videtur, quam est). VAL. FL. 4, 443 sensi ... supremam *Argonautarum appropinquantium* ... pugnam iam

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-r. 7, 462 ubi ... cessit ab ore pudor -rque implevit Erinys *Medeam.* SIL. 1, 496 postquam -r vicino lumine fulsit *Hannibal* (*cf.* 11, 338 cum frons -r lumenque ... micat). 4, 824 tu laevos -r collis accede. 12, 487 -r qua moenibus instat collis. 14, 411 -r quae *navis*... bella capessebat. STAT. Theb. 12, 306 (*Iuno ad Lunam*) adsueto -r premat orbita terras. silv. 5, 1, 38 deus, qui ... humanos -r Iove digerit actus, *i. Domitianus. al.*

b *attributive*: **α** *de rebus corporeis, locis, vel animantibus* (*numine, ingenio l. 13. 32*): LVCR. 4, 313 cum -r caliginis aer ater init oculos prior. CAES. civ. 1, 40, 3 -e ⟨ponte⟩. BELL. Afr. 49, 2 quo -e loco fuerat, eo celerius occurrerat (OV. met. 15, 637 sq. fast. 1, 109 [*de quattuor elementis*] flamma petît altum, -r locus aëra cepit *eqs.* Pont. 4, 10, 42. SEN. nat. 7, 17, 3 quia ex l. -e visuntur *sidera*). Alex. 6, 3 haec -r *aqua*..., illa inferior. VERG. Aen. 6, 51 *Sibylla* adflata est numine ... iam -e dei. OV. epist. 18, 177 quo -s nunc es, flamma -e calesco (met. 3, 372 SEN. Oed. 122). ars 2, 61 -e freto (*cf. 59* vicino sole). 2, 85 cera deo (*i. sole*) -e liquescit. met. 5, 598 insisto -is margine fontis (*per enallagen*; -i *et* ripae *var. ll.*). Ib. 28 terra ... -r *exilii* (Pont. 1, 8, 73. 3, 9, 3 t. fruar ut -e. STAT. silv. 4, 7, 17 me natum -e t.). trist. 2, 185 mitius exilium ... -sque. LIV. 5, 15, 4 -r interpres *prodigii quam oraculum Delphicum.* 22, 24, 6 -r ... atque ... imminens ... castris tumulus apparuit *Hannibali.* 24, 34, 8 -es *naves* (*opp.* quae procul erant). 25, 39, 7 a ... -bus castris. 42, 58, 3 -r solito pulvis. 45, 34, 3 in -es *civitates* (*opp.* ulteriores). GERM. 234 -e ... signo (*gr. 233 ἐγγύθι, Cic. Arat. 4* prope). SEN. Med. 521 Acastus instat. :: -r est hostis Creo (*nisi praedicative*). Phaedr. 36 *Spartanos canes* nodo cautus -e liga, *ne latrent* (*cf. 31* laxas canibus tacitis mittite habenas). Thy. 602 Phoebi -is Indus. LVCAN. 2, 721 nondum lux rubet *solis orientis* et flammas -bus eripit astris. PLIN. nat. 2, 139 *fulmina quaedam* ex -e materia cadunt (*opp.* e caelo decidentia). 3, 50 colonia Luca a mari recedens -rque Pisae. SIL. 4, 285 *iaculum* -em transvolat hostem. 4, 452 gyro ... artato Garamas iaculis -bus instat (*cf.* 9, 656 *Varronem* telis -bus hostes egere). 5, 307 -r ... coruscae lux galeae ... tardaverat iras *hostis irruentis.* STAT. silv. 5, 3, 167 -e sinu (TAC. Agr. 23). MART. 5, 5, 2 ingenio frueris qui -e dei (*sc. imperatori ministrans*). 10, 23, 4 (*in imag.*) *non* metuit Lethes iam -is aquas. TAC. hist. 1, 61, 1 -e transitu. *al.* *per enallagen*: SEN. Ag. 107 quisquis ... timidus ... mari credere cumbam remo terras -e legit (*cf.* Med. 792 cum Thessalicis vexata minis caelum freno ⟨-e⟩ legit *luna* [*v. vol. VII 2, 1832, 82 sqq.*]). SIL. 16, 512 metae -bus aegros (*i. cursores via fatigatos*) urebat finis stimulis (*nisi ad p. 2031, 23 trahas*). **β** *de actione, eventu, statu*: OV. met. 9, 668 si non miracula ... Crete -a tulisset. CVRT. 5, 4, 15 ad -s periculum conversurum agmen (CLAVD. 26, 3 -e periclo omnibus attonitis *Argonautis. al.*). LVCAN. 3, 422 non illum *lucum* cultu populi -e frequentant. PLIN. nat. 2, 215 cum ... -e nisu vim suam exercet *luna* (*opp.* longius recedente). VAL. FL. 5, 168 tum gemitu -e ... audiri ... Titan vociferans. SIL. 15, 6 *ne Tartessos* -a ... bella pavescat. 16, 615 -bus ausis (*i. bello Italico potius quam Carthaginiensi*). STAT. Theb. 5, 120 quodsi -bus actis est opus (*sc. e vicinitate petitis*). *al.*

c *neutr. plur. pro subst.* (*cf. p. 2028, 21*): VERG. Aen. 5, 168 Cloanthum ... -a tenentem *nave sua* (*sc. cursum a saxis minus distantem*). VITR. 9, 1, 13 -a (*bis; opp.* quae longius a sole essent).

2 *cum structuris indicantibus, cui aliquid vicinius sit vel unde minus distet*: **a** *dat.*: **α** *praedicative*: Ⓘ -em esse (*cf. supra p. 2026, 50; de rebus passim, de animantibus l. 57 sq. 65. 67 sq.*): CIC. fam. 12, 17, 1 ex Syria ... quaedam nuntiata sunt, quae quia tibi *Ciliciam administranti* -a sunt quam nobis *eqs.* BELL. Alex. 19, 1 qui *pons* -r erat Pharo. 73, 1 quae *loca* multo erant -a ... castris. OV. Pont. 1, 2, 130 ut -r patriae sit fuga nostra. LIV. 22, 45, 6 id *cornu* erat flumini -s. 23, 33, 2 quod -r Italiae ac mari tantum Ionio discretus erat *Philippus.* 26, 44, 3 ut *milites* -es subsidiis ... essent. 44, 40, 4 flumen erat ... -s hostium castris. *al.* MANIL. 3, 228 ut -s nodis aliquod vel longius astrum est (*sim.* 3, 340). GERM. 492 austro -r sol est aquilone relicto. CELS. 6, 6, 9[B] qui *angulus oculi* tempori -r est. 7, 7, 7[B] quanto ... angulo *oculi* -s id foramen est. *al.* SEN. nat. 1, 4, 4 ut solis imago ... -r (*W,* prior *cett.*) ... nobis sit. CVRT. 6, 4, 7 quae *caverna* -r est fonti. 7, 7, 4 quae septentrioni -a sunt (propria(e) *sim. var. ll.*). 8, 9, 12 quae -a sunt mari. MELA 1, 113 qua mari -r est *lacus. al.* LVCAN. 2, 349 cur ... sit civili -r Cornelia bello *quam Marcia*? PLIN. nat. 17, 186 quanto -r fuerit uva terrae. *al.* *forma* quo -r (*cf. l. 74 sq.*): OV. met. 7, 563 quo -r quisque est servitque fidelius aegro. 10, 460 *Myrrha* iam ducitur intus *in thalamum patris*; ... quo ... -r sceleri est, magis horret. CELS. 2, 1, 11 ceteri venti, quo vel huic *austro* vel illi *aquiloni* -es sunt, eo magis vicinos ... affectus faciunt. *al.* SEN. nat. 4, 10 aer quo -r est terris, hoc crassior. *al.* Ⓘⓘ *varia exempla*: GERM. 482 hic *orbis* boreae -r, contrarius excipit austros (*item pro praedicato sine copula*: MELA 1, 77 Celenderis Sarpedoni -r. 2, 122 Corsica Etrusco litori -r. PLIN. nat. 16, 231 media pars arborum crispior et, quo -r radici *eqs.* 17, 142 salix ... fecundior, quo terrae -r. *al.*). SEN. Herc. f. 791 ut -r stetit *Hercules* ... antro. Phoen. 612 qua latus iam -s orienti dedit *mare* (*nisi adv.*). nat. 1, 15, 2 quem *ignem* -r terris diu paverat *aer.* 6, 27, 4 -a terris ferunt capita *oves* (LVCAN. 8, 180 -r ... mari Cynosura feretur *quam Bootes*). MELA 1, 53 sol hieme terris -r et ob id fontem eius *Nili* minuens tunc altius abit. 1, 70 Pyramus *fluvius* Isso -r Mallon praeterfluit, Cydnus ultra ... exit (prior *fere trad.*). PLIN. nat. 2, 62 *planetae* terris ... -es aut caelo repente cernuntur. 5, 89 *civitas quaedam* dimidio -r Petrae quam Damascus. *al.*

β *attributive*: BELL. Alex. 19, 2 fortiorem illum *pontem* -emque oppido ... tuebantur. VERG. georg. 2, 122 quos Oceano -r gerit India lucos (*cf.* SERV. quae est iuxta Oceanum). HOR. epist. 1, 10, 28 certius accipiet damnum -sve medullis (*in imag.*). OV. met. 2, 207 *equi Solis* praecipites spatio terrae -e feruntur. 2, 303 -a ... manibus antra. 4, 202 Iunae terris -is imago. fast. 2, 345 sponda ... sibi -e recumbit. LIV. 4, 27, 3 Lanuvio -em locum. FEST. p. 178 alteram *porticum*... theatro Marcelli -em, ... alteram theatro Pompei proximam. CELS. 7, 7, 8[F] inter oram ... et -em ei lineam (propriorem *trad.*). 7, 7, 14[D] *oculi* angulum tempori -em. MELA 3, 73 *sinus* Persicus vocatur dictis regionibus -r, Arabicus ulterior. 3, 76 duo ... amnes, Tigris Persidi -r, ulterior Euphrates. LVCAN. 2, 269 fulminibus -r terrae succenditur aer. 4, 54 omnis -r mergenti sidera caelo aruerat tellus. *al.*

γ *neutr. plur. pro subst.* (*cf. p. 2027, 47*): TAC. hist. 5, 2, 3 Assyrios convenas ... Hebraeas ... terras et -a Syriae coluisse (*dat. intellegendum vid. coll. e. g. p. 2035, 72; inde restituitur* 5, 16, 1 laeva ac -a flumini[s] Transrhenani tenuere).

b *varia ratione* (*vix recte trad.* -r est ad *loco corrupto* APVL. mund. 11 p. 314): *acc.* (*sec. praepos.* propius *p. 1962, 4; cf. p. 2030, 55. 2031, 38, vix huc p. 2027, 3*): HIRT. Gall. 8, 9, 4 qui *ordo* -r hostem ... conlocatus esset. SALL. Iug. 49, 1 ipse -r montem ... suos conlocat. LIV. 33, 9, 4 media acies, quae -r dextrum cornu erat. 37, 56, 6 pars Cariae ..., quae -r Rhodum insulam ... est. *praepos.* ab (*cf. p. 2029, 32. 2031, 42, fort. et p. 1960, 32*): SEN. nat. 1, 4, 3 quicumque iuxta te steterint, *in speculo concavo* inversi tibi videbuntur et pr⟨op⟩iores a te quam a speculo. epist. 14, 8 *litus* ⟨id, a quo⟩ -r Charybdis maria convolvit (⟨ ⟩ ita quo *vel sim. trad.*). 74, 4 quisquis ab igne *fulminis* -r stetit. LVCAN. 8, 229 Phoebi surgentis ab igne iam -r quam Persis eram. PLIN. nat. 2, 165 quo quid humilius sit, -s a centro esse terrae.

B *usu peculiari*: **1** *de via, qua locus petitus minus distare videtur, sc. fere i. q. brevior* (*vix huc p. 2027, 33; cf. l. 66. p. 2029, 6. 29*): OV. met. 12, 284 socium ... spatio stantem -e (AVIEN. Arat. 159 s. -e ... succedunt ora Draconis. *cf. l. 12*). LIV. 22, 2, 2 -em viam ... petit ([*opp.* longius ... iter]. STAT. Theb. 2, 496 fert via per dumos -r [SCHOL. compendiosior]. *in imag.*: GRATT. 5 prius ... erat error ...; post alia -e via ... profecti *homines eqs.* 218 qua -r peteret via *artes quasdam.* SEN. epist. 33, 11 utar via vetere, sed si -em ... invenero *eqs. cf. p. 2029, 29*). PLIN. nat. 6, 101 secuta aetas -em cursum tutioremque iudicavit, si *eqs.* (*cf. postea*: compendia invenit mercator). 6, 167 tertium *iter est*... LX (milibus *passuum*) -s, sed asperum montibus. TAC. ann. 12, 28, 1 qui dextris et -bus compendiis ierant. -s est *c. inf. vel acc. directionis* (*nisi trahas ad adv.* -ius): LIV. 36, 41, 3 -s esse ex Graecia in Asiam quam ex Italia in Graeciam traicere. PEREGR. Aeth. 17, 3 quoniam de Antiocia -s est Mesopotamiam. **2** *de pugna comminus commissa* (*de vulneribus ea inlatis* TAC.): LIV. 7, 10, 5 gladio ad -em habili pugnam (9, 35, 5 [*opp.* eminus rem *gerere*]). SIL. 5, 442 adspirare viro -emque addere Martem. 9, 611 nec cuiquam virtus -a capessere bella; longinquis audent iaculis. 17, 408 inde ensis -rque acies et comminus ora admota. TAC. ann. 6, 35, 2 -bus vulneribus pedites adflictabant *hostes.*

II *vi temporali* (*significantur fere quae non longe distant; de ipsa distantia brevi l. 66. p. 2029, 6. 29 [cf. l. 37]; accedit dat. e. g. p. 2029, 10. 14 et passim sub B, acc. p. 2029, 6, praepos.* ab *p. 2029, 32, abl. mensurae p. 2029, 6. 12. 31, abl. respectus l. 69, inf. p. 2029, 17; opp.* prior *l. 68,* superior *l. 64 sq.,* vetus *p. 2029, 22; syn.* praesentior *l. 70*): **A** *vario respectu*: **1** *attributive*: LEX agr. (CIL I[2] 585) 71 quod pequniae ob eam rem -e[m] die exactum er⟨it atque uteiq⟩ue in h(ac) l(ege) s(criptum) est. CIC. Att. 15, 3, 2 (*1* accepi ... duas epistulas tuas; ... ad superiorem ... prius) venio ad -em (*sim.* 15, 13, 4 epistulae superiori ... respondi; nunc ... -i ... quid respondeam?). VERG. Aen. 9, 275 te ..., mea quem spatiis -bus aetas insequitur. OV. met. 3, 541 vos ..., acrior aetas, o iuvenes, -rque meae. 6, 316 a facto -e priora renarrant. LIV. 6, 12, 2 -es temporibus harum rerum auctores (25, 11, 20 -es aetate memoriae rerum). 24, 32, 3 ad -s praesentiusque malum cautiores esse. GRATT. 232 -is pignora lucri. VAL. MAX. 8, 7, 2 *Catonis* mirifica proles -r aetati nostrae, Cato *minor.* PROC. dig. 23, 4, 17 ut -e tempore quam legibus constitutum est, reddatur *dos* (TAC. dial. 21, 7 quamquam -bus t. natus sit, videtur mihi inter ... Appios studuisse *Asinius*). VAL. FL. 4, 638 rupes Cyaneae -r⟨que⟩ labor. SIL. 3, 714 implerat ... viros pugnae -is amore. 4, 54 (*sublucet vis localis*) -a

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pericula vallo iungebant *Scipionem et Hannibalem* magnaeque aderant primordia cladis (11, 225 Decio -a p. mentem flammarant tempusque ... cernebat adesse. 12, 330. 15, 599 postquam gravior moles ... periclo poscebat -e virum). STAT. Theb. 6, 443 *auriga* spe -e calet. silv. 1, 6, 65 iam noctis -bus sub umbris. *al.* **2** *praedicative*: VARRO ling. 7, 3 quod intervallum multo tanto -s nos quam hinc ad initium Saliorum (*nisi cogites de praepos. p. 1962, 4 illustrata. cf. p. 2028, 26*). HOR. sat. 2, 6, 40 septimus octavo -r iam fugerit annus, ex quo *eqs.* LIV. 8, 38, 4 ubi -em spe dimicationem vidit, ... legiones educit. 24, 28, 2 nec spem salutis nec perniciem -em umquam civitati ulli fuisse. VELL. 2, 53, 1 *Ptolomaeus* tum puero quam iuveni -r. VAL. MAX. 5, 5, 3 *v. l. 35.* CELS. 7 praef. 4 esse ... chirurgus *Drusus* adulescens aut certe adulescentiae -r. 8, 5, 4 quanto -s esse sanitati debet *os.* SEN. apocol. 2, 4 vers. 2 iam medium curru Phoebus diviserat orbem et -r nocti fessas quatiebat habenas. TAC. dial. 18, 1 *Ciceronis laudem* -em nobis quam *oratoribus antiquis.* VET. LAT. Rom. 13, 11 (cod. 78. *al.* = VVLG.) nunc ... -r est nostra salus quam cum credidimus (*gr.* ἐγγύτερον ἡμῶν). *al.* *pendet inf.* (*cf. p. 1960, 31 et e. g.* facilis *c. inf. pass. vol. VI 1, 60, 50 sqq.*): STAT. Theb. 12, 223 *Argia* vadit atrox visu nil ... pavescens ... -rque timeri. **3** *neutr. plur. pro subst.*: CIC. Sest. 13 ut quaesturam Macedoniae relinquam et ... ad haec -a (*i. tribunatum*) veniam (Phil. 8, 15 ad -a veniamus. Tusc. 1, 116). nat. deor. 3, 80 sed haec vetera ..., -a videamus (div. 1, 43. 2, 22 abeamus a fabulis, -a videamus). TAC. ann. 3, 63, 3 ceteros obscuris ob vetustatem initiis niti; ... -a Sardianos *referre.* PS. QVINT. decl. 4, 4 cum partus ... multa praestaret, -a prospera, laetos incipientes annos.

B *spectat ad mortem instantem (senectutem vicinam l. 36. 37):* *de rebus*: SALL. or. Cottae 9 ego, cuius aetati mors -r est. TIB. 2, 3, 38 (*35* praedam saecula laudant) hinc caedes mors -rque venit. GRATT. 465 quae robore *morbo* pestis acrior aut leto -r via? PHAEDR. 3 epil. 10 vita morti -r fit cotidie. SEN. epist. 30, 16 consideremus ..., cum aliqua causa moriendi videtur accedere, quanto aliae -es sint. 108, 27 quod superest *vitae,* segnius ... est et -s a fine. VAL. FL. 4, 514 leti ... metu -is. *al.* (*cf. et p. 2027, 33*). *de hominibus*: HOR. carm. 3, 15, 4 -r desine funeri inter ludere virgines. OV. met. 7, 163 abest gratantibus Aeson iam -r leto. VAL. MAX. 5, 5, 3 quamquam fato iam suo quam ullius officio -r erat *Drusus.* SEN. Oed. 776 inter senem iuvenemque, sed -r seni *Laius occidit.* dial. 6, 21, 6 accessit ... fato -r. STAT. Theb. 4, 39 rex tristis ... -rque abeuntibus annis ... incedit Adrastus. *al.*

III *varia vi incorporali spectat ad*: **A** *vinculum necessitudinis, caritatis, favoris sim., quo ligantur animantes inter se* (*cum patria l. 50. 51; accedit abl. respectus l. 48. 73. al.*): **1** *vario usu*: **a** -em esse: TER. Haut. 988 dum istis *parentibus* fuisti solus, dum nulla alia delectatio quae -r esset, te indulgebant ...; nunc filia postquamst inventa *eqs.* (*huc spectare vid.* GLOSS. -r: delectabilior). Phorm. 808 (*801 puellam* cognatam ... esse nobis) ut -r illi quam ego sum ac tu homo nemost (*item accedit dat.*: CIC. Quinct. 97 quibus *liberis* -r P. Quinctio nemo est. OV. epist. 20, 158 -r certe quam pater ipsa sibi est. met. 2, 369 *Cygnus* tibi materno quamvis a sanguine iunctus, mente tamen, Phaethon, -r fuit. trist. 1, 2, 7 oderat Aeneam -r Saturnia Turno. PHAEDR. 3 prol. 54 ego, litteratae qui sum -r Graeciae *quam Phryx Aesopus.* MART. 11, 43, 10. *al.*). CIC. Phil. 5, 6 an potest cognatio -r ulla esse quam patriae? off. 1, 53 -r est eiusdem gentis, nationis, linguae *societas* (*opp.* illa infinita *hominum s.; cf.* 3, 69 societas est ... omnium inter omnes, interior eorum qui eiusdem generis sint, -r eorum qui eiusdem civitatis). SENT. centur. (Chart. lat. ant. V 280) 4 quod ... ageretur de proximitate, uter eorum -r esset ad possidenda bona *defuncti.* QVINT. decl. 376, 4 *orba pauper* indulgentiā -r est *mihi.* *al.*

b *exempla cetera*: **α** *de rebus*: CIC. leg. 1, 25 est ... homini cum deo similitudo; quod cum ita sit, quae ... esse potest -r certiorve cognatio? ([*nisi ad a*]. LEX Iul. de vi [coll. Mos. 9, 2, 3] qui sobrinus est ei reo ⌊-eve⌋ c. coniunctus [⌊ ⌋ -e vere, proprioreve, qui priore vel *trad.*]. FEST. p. 154). OV. met. 9, 550 (*Byblis fratri*) iunctior esse ... et vinclo tecum -e ligari (trist. 3, 3 nec me complexus vinclis *amicitiae* -bus esses). CVRT. 6, 7, 32 quo -e gradu amicitiae me contingis (STAT. Theb. 2, 225 procerum manus omnis et alto quis -r de rege gradus. MARCIAN. dig. 48, 11, 1, 1 [*e lege Iulia*] a sobrinis prop[r]iore g. cognatis. COD. Iust. 9, 41, 11 pr. [*a. 290; opp.* ad ulteriorem g.]. *al.*). 9, 2, 7 *ignobilem quendam* in -em ... amicitiae locum admotum. LVCAN. 8, 499 pignora sunt -a tibi (*sc. soror*). STAT. silv. 5 praef. -em usum amicitiae (TAC. ann. 2, 28, 1 cui -r cum Tiberio usus erat). Ach. 1, 479 patrii -r cui ⌊linea⌋ caeli, *sc. quam Achilli*? (⌊ ⌋ *ordo cognatorum*). TAC. ann. 4, 40, 2 esse illi *Liviae* matrem et aviam, -a consilia. *al.* **β** *de animantibus* (*cf. l. 68. al.*): HOR. epist. 1, 9, 5 munere ... fungi -is ... amici. OV. epist. 3, 28 *Aiax Achilli* gradu -r sanguinis. RVT. LVP. 1, 19 neminem illi -em cognatum quam te fuisse. VAL. FL. 2, 229 soror, ... coniunx, -rque ... nata parensque. 3, 205 regis amicitiam et famuli -is honorem. STAT. Theb. 2, 437 -r ... fluat de sanguine iuncto Iuppiter (*sc. per Argiam uxorem a Iove ortam*). MART. 1, 70, 15 *nulla est ianua,* -r quam Phoebus amet doctaeque sorores. IVV. 6, 510 vivit *uxor* tamquam vicina mariti, hoc solo -r, quod amicos coniugis odit (*ironice*). TAC. ann. 6, 46, 1 sanguine et caritate -r *nepos Tiberio.* *al.*

2 *technice de cognato quodam quinti gradus* (*cf. p. 1957, 28 sqq.; ad rem v. Röhle, Zeitschr. Sav. Stift., Rom. Abt. 98, 1981, 341 sqq.; huc spectant, si recte restit.,* TAC. ann. 12, 64, 2 [*v. p. 1332, 20*] *et* NOT. Tir. 81, 55 prope subrius [*v. Heraeus, Arch. Lat. Lex. 12, 1902, 90 adn.*]): GAIVS dig. 38, 10, 1, 7 quinto gradu sunt ... -r sobrino, -r sobrina – isti sunt patrui magni, ... materterae magnae filius filia (proprior *F ante corr.; item pro subst. masc.*: PAVL. dig. 38, 10, 10, 16 p. 357, 18 [*e Sab.*] -em sobrino. sent. 4, 11, 6 sexto gradu veniunt ... ⌊-is sobrino⌋ filius, filia [⌊ ⌋ propri(or)i(s) sobrini *codd.*]). COD. Iust. 6, 15, 2 (*a. 290*) cum -em sobrinum, id est natum a consobrina, ... proponas (*item trad. adi.*: 6, 59, 2 [*a. 294*] si pater tuus -i sobrino tuo ... successit. INST. Iust. 3, 6, 5 [*trad.* proprior, *etiam apud* THEOPHIL.; *cf.* GLOSS. iurispr. ἄδετ Π 53 προπρίων· μέγας]).

B *similitudinem, condicionem fere aequalem* (*syn.* similis *l. 27; passim c. dat. eius, ad cuius similitudinem acceditur, dat. subaudiendo l. 25, c. acc. l. 55, sine tali indicatione l. 30. 33; quo respectu intellegatur similitudo, indicatur per abl. l. 30. 33. 38. 40, acc. l. 34, praepos. l. 28. 41*; -s est *sim. c. acc. c. inf. v. l. 54. 59, cf. fortasse inf. p. 1960, 31*): **1** *indicatur comparatio* (*particula* quam *praeter l. 25*): CIC. Verr. II 4, 112 omnia quae sceleri -a sunt quam religioni. VARRO rust. 2, 9, 8 cibatus canis -r hominis quam ovis *cibo.* LIV. 10, 4, 9 pastorum sermo agresti an urbano -r esset. 27, 17, 10 Indibilis ... locutus *est* ... -r ... excusanti ... quam glorianti. VELL. 2, 35, 2 *Cato,* homo Virtuti simillimus et ... ingenio diis quam hominibus -r. 2, 91, 3 Egnatius per omnia gladiatori quam senatori -r. COLVM. 6, 2, 14 qui *mores bovis* sunt -es placidis quam concitatis. PLIN. nat. 37, 110 comitatur eam *topazum* similitudine -r quam auctoritate callaina *gemma. al.* QVINT. inst. 10, 1, 78 *Lysias est* puro ... fonti quam magno flumini -r. *al.*

2 *exempla cetera*: **a** *de animantibus*: CIC. Brut. 317 cum Hortensio mihi ... rem esse, quod et dicendi ardore eram -r et aetate coniunctior. VERG. georg. 3, 58 *vacca* faciem tauro -r. PANEG. in Mess. 180 aeterno -r non alter Homero *quam Valgius.* SEN. epist. 17, 10 tu locupletibus -r es. PLIN. nat. 34, 67 *Tisicrates sculptor* Lysippi sectae -r, ut vix discernantur complura signa. VAL. FL. 1, 58 talibus hortatur iuvenem -rque iubenti conticuit. SIL. 15, 30 *Virtus* ore incessuque viro -r. STAT. Ach. 2, 95 *Achilles* modeste incohat ... -r ... coacto. QVINT. decl. 328, 17 nisi *pater* pr⟨op⟩ior securo est. TAC. ann. 13, 34, 2 Armenii ... similitudine morum Parthis -es. *al.* EVTR. 10, 16, 3 *Iulianus* in quibusdam philosopho -r. *al.*

b *de rebus*: **α** *vario usu*: CIC. off. 2, 22 quae *res* virtuti -es sunt. AETNA 559 *ignis Aetnae est* ⌊caelo⌋ -r, vel quali Iuppiter ipse armatus flamma est (⌊ ⌋ *igni caelesti*). HOR. sat. 1, 4, 42 siqui scribat uti nos sermoni -a. CELS. 4, 25, 2 potio esse debet egelida et frigidae -r (frigida proprior *trad.*). 5, 26, 5 quo ... -s huic illive figurae vulnus est. SEN. nat. 4, 4, 2 cui *nivi* aer -r est. COLVM. 2, 10, 23 siccam tenuique -em terram. 2, 10, 35 colore ... discernitur *cicera a cicercula,* nam est ... nigro -r. PLIN. nat. 9, 91 cetera, quae idem *auctor* rettulit, monstro -a possunt videri. 23, 141 *mespila quaedam* malo -em vim habent. *al.* QVINT. decl. 251, 4 *poenam* leviorem ... et beneficio -em. TAC. Germ. 30, 3 *pugnantium* velocitas iuxta formidinem, cunctatio -r constantiae est. *al.* AMM. 22, 2, 5 somnio ... -s videbatur *Iulianum* ... principatum ... absque ulla publicae rei suscepisse iactura. *al.* *pendet acc.* (*cf. etiam p. 2028, 26*): LIV. 44, 9, 5 inductio *iuvenum armatorum ludis facta* ... erat ... -r ... gladiatorium armorum usum. **β** -em vero esse (fieri *l. 62; cf.* veri similem esse): OV. fast. 4, 801 num (nunc, hoc *var. ll.*) ... est v. -s ... per flammas saluisse pecus? (*item c. acc. c. inf.*: LIV. 8, 37, 5 -s ut sit v. ... ab Samnitibus arma inlata *non esse.* 9, 36, 3. 40, 50, 7. TAC. ann. 1, 6, 2 [*opp.* credibile *non* erat]). LIV. 4, 37, 1 quod -s v. est. 23, 12, 2 quae *fama* -r v. est. CELS. 1 prooem. 63 v. quod -s est. PLIN. nat. 11, 47 -r vero prior existimatio fieret. *al.*

C *locum ordine constitutum:* *in serie definitionum*: CIC. top. 39 (*definitur aqua pluvia*) ultimo genere *sic* ..., sed -e, in quo quasi ius arcendi continetur, *sic* (*simul spectat ad l. 71*). *in serie auctorum*: QVINT. inst. 10, 1, 86 secundus ... est Vergilius, -r tamen primo, *Homero,* quam tertio. *in cognatione: v. l. 6.*

D *quamlibet vicinitatem; significatur potius*: **1** *quod magis pertinet ad rem, de qua agitur, ei convenit, aptius est sim.* (*c. dat. l. 72. p. 2031, 6; praepos.* ad *indicat finem p. 2031, 10. 13*): **a** *de argumentis rebusve significantibus* (*cf. l. 64*): CIC. Cluent. 30 ut ad ea, quae -a huiusce, *i. Cluentii,* causae et adiunctiora sunt, perveniam. OV. epist. 16, 328 exemplo tangi non -e potes (LACT. inst. 4, 29, 7). ars 2, 511 ad -a vocor (*eadem* fast. 6, 83; *vix ad II. item neutr. pro subst.*: QVINT. inst. 5, 10, 90 ex longe positis ad -a ... argumenta ducuntur). VAL. MAX. 1, 7, 8 -bus ...,

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ut ita dicam, lineis ... somnium certo ⌞eventu admotum⌟ est (⌞ ⌟ *e coni. dub.,* adventu admonitum *trad.*). TAC. hist. 4, 77, 3 nuntiate Vespasiano vel, quod -s est, Civili ..., relictum a vobis in acie ducem. GELL. 16, 14, 5 commodius ... -sque visum est 'festinare' esse quasi 'fessum esse' (*opp.* nimis coactum atque absurdum). **b** *de variis*: CIC. Att. 14, 19, 1 *Brutus* exsilium meditari, nos autem alium portum -em huic aetati videbamus (*sc. mortem; nisi ad II*). OV. Pont. 4, 9, 71 quod ... ab rerum cura -e vacabit *consuli.* SEN. epist. 20, 8 hoc cura ..., ut contentus sis temet ipso ...; quae potest esse felicitas -r? QVINT. inst. 10, 1, 88 -es alii *scriptores quam Ennius* atque ad hoc de quo loquimur magis utiles (*sunt qui explicent vi temporali*). 12, 10, 13 falsum utrumque, *quod Ciceroni obicitur*; sit tamen illa mentiendi -r occasio. TAC. hist. 2, 8, 1 (*de falso Nerone*) *quidam* citharae ... peritus, unde illi super similitudinem oris -r ad fallendum fides. APVL. flor. 20, 2 Musarum creterra ... quanto crebrior ... *bibitur,* tanto -r ad animi sanitatem. *al.*

2 *quod vicinius tangit, sc. vehementius movet sim.* (*de causa, affectu sim.; c. dat. l. 19 sq.*): CIC. Sest. 40 sua ∴ sibi -a esse pericula quam mea. OV. met. 13, 578 cura deam -r luctusque domesticus angit Memnonis amissi (STAT. silv. 3, 4, 50 tunc -r iam c. deae, quae forma capillis optima *eqs.*). LIV. 7, 21, 3 -r dolor plebi fenoris ingravescentis erat (VAL. FL. 1, 547). 37, 33, 7 dies, *quibus ancilia moventur,* P. Scipionem -e etiam religione, quia Salius erat, diiunxerant ab exercitu. SIL. 4, 772 -r metus armati ductoris ab ira. QVINT. decl. 306, 28 -es admovet stimulos vir fortis. *al.*

3 *qui propensior est in affectum, habitum sim. vel quod magis expositum est malo cuidam* (*c. dat. praeter l. 33. 38*): LIV. 2, 64, 6 quia paucitas *militum* damno sentiendo -r erat (*cf.* VEG. mil. 4, 39, 3 incerta navigatio est et discrimini -r). SEN. contr. 10, 4, 9 si misericordiae -es fueritis. VAL. MAX. 1, 1, 10 *quidam* -r publicae religioni quam privatae caritati *virgines Vestales Caere pervexit.* PLIN. nat. 35, 26 vir rusticitati -r quam deliciis. TAC. ann. 1, 24, 3 *milites* vultu, quamquam maestitiam imitarentur, contumaciae -es. 3, 30, 2 *Sallustius* copia ... et adfluentia luxu -r. 16, 9, 2 *centurio Silanum* irae quam timori -em cernens. 16, 35, 1 *Thrasea* reperitur laetitiae -r. COD. Iust. 5, 49, 2 (*a. 294*) qui magis ad suspicionem ... -r sit (proprior *trad., sed* ἐγγύτερος *Basilic. 38, 2, 8*). EVTR. 10, 18, 2 civilitati -r et ... liberalis fuit. HEGES. 3, 3, 2 p. 187, 22 *Eleazarum* parandae magis sibi potentiae intentum quam communi usui -em (*var. l.* propriorem *vix recte tuetur Ussani*). 3, 5, 2 p. 193, 12 populus ... -r lasciviae. *pendet acc.* (*cf. p. 2028, 26*): LIV. 35, 10, 5 quo maior *Scipionis gloria,* eo -r invidiam.

4 *qui (quod) minus abest a statu vel actu quodam* (*c. dat. praeter l. 42. 47*): SALL. or. Phil. 10 an exspectatis, dum ... urbem invadat *Lepidus*? quod multo -s est ab eo quo agitat statu, quam ex pace ... ad arma civilia. LIV. 3, 35, 4 *Appius Claudius* -r ... petendo quam gerendo magistratui erat. TAC. Agr. 6, 4 ludos ... duxit, uti longe a luxuria, ita famae -r. ann. 1, 34, 1 Germanicus, quanto summae spei -r, tanto impensius *eqs.* PS. QVINT. decl. 8, 17 *non opus est exanimis hominis inspectione*; brevior via sanitatis humanae, -r nostrae salutis utilitas est. SCHOL. Cic. Bob. p. 91, 3 quae *ancillae* prop[r]iores ministerio fuerant Pompeiae, uxoris Caesaris. CARM. de Iona 63 quis culpae -r, quis causa procellae, discere. *vix huc trahas* -s (factum) est, ut *p. 1959, 72 sqq. 1960, 37 sqq.*

adv. **propius** *v.* prope.

superl. ▩**proximus,** -a, -um. *derivatur ab adv.* prope PRISC. gramm. II 97, 15. *de forma* -im- *vel* -um- (*cf.* MAR. VICTORIN. gramm. 4, 72 gylam ..., proxymum dicebant antiqui ..., *vos* voces istas per V ⟨vel per I⟩ scribite; *v. Leumann, Gramm. 1977, 88 sq.; cf. supra p. 1952, 2*): *in titulis antiquioribus praeter l. 58 scribitur* -um-, *saepe etiam forma* proxsum-, *v. CIL I² p. 782*; -im- *longe praevalet in posterioribus, sc. forma* proxsim- CIL I² 1847 XII 1024. *al.,* proxim- *passim, e. g.* CIL VI 31541ᵏ (*a. 8 a. Chr.*). 31542ᵃ (*a. 7/6 a. Chr.*); *conservant* -um- *e. g.* LEX Salpens. (CIL II 1963) 1, 43. 2, 43. *al.* Manc. (CIL VIII 15902) 2, 26 (*item* 4, 16. *al., sed* -im- 3, 6), *formis corruptis* broxu- CIL XIII 5086b (*v.* Année Épigr. 1995 n. 1138b), ⟨pr⟩oxxum- CIL XII 3112. *variant codd. antiqui, e. g. A* PLAVT. Cas. 1013 -um- (*ut* Trin. 487. *al.*; -im- Most. 1062 Trin. 1058. *al.*), *A* TER. Eun. 612 -um- (*al.,* -im- *e. g.* Hec. 341), *V* FRONTONIS p. 85, 7 -um- (*ut* p. 88, 23; -im- p. 73, 27. 89, 3, *ut A omnibus locis*), *V* GAI inst. 2, 72 -um- (*al.,* -im- *e. g.* 1, 164), *saepius tamen exhibent* -im- *idque nimirum apud auctores posteriores passim, e. g.* VET. LAT., COD. Theod. *abbreviatur* p *vel* prox *in formulis p. 2033, 21. 22. 2038, 36, ceterum p. 2040, 70. 2044, 12. 15. al.,* pr *p. 2044, 19.* NOT. Tir. 4, 14 quasi -um. 25, 28 -us. *de formis: locat. sing.* -i *p. 2038, 13* (*cf. p. 1377, 74 sqq.*). *compar.* -imior (*cf. p. 1952, 9; nota abl.* -iori PS. AVG. serm. ed. Mai 74, 3): SEN. epist. 108, 16 *p. 2046, 48.* GAIVS dig. 41, 1, 7, 3 (*et saepe in sermone iuris, v. p. 2040, 74 sqq.*). VET. LAT. *p. 2042, 13. 2047, 1.* IREN. 1, 8, 5. *al.; cf.* magis -us *sim. p. 2032, 20 sqq. de notione*: AFRIC. dig. 28, 6, 34 pr. -us non solum is, qui ante aliquem, sed etiam is, ante quem nemo sit, intellegitur (*comparatur* supremus). NON. p. 524, 4 -um dicebant veteres non solum adhaerens et adiunctum, verum etiam longe remotum, si tamen inter duo discreta nihil medium extitisset (*afferuntur* VERG. *p. 2034, 5.* SALL. hist. frg. 3, 77 [*non ad verbum*]). AVG. doctr. christ. 1, 68 -i ... nomen ad aliquid est, nec quisquam esse -us nisi -o potest. SYNON. Cic. p. 449, 20 vicini. accolae. -i. adfines. consobrini. propinqui. parentes. finitimi. GLOSS. *ἐγγύτατος, πλησίος.* II 283, 14 *ἔγγιστος*: -us, propinquus. *al., cf. e. g. p. 2039, 75 sqq. 2040, 74. legitur inde a* LEGE XII tab. *p. 2040, 11,* PLAVTO; *abiit in sermonem gr. p. 2044, 9, cf. p. 2038, 66.* [*confunditur in codd. c.* primus CAES. Gall. 6, 40, 1 FRONTIN. strat. 2, 7, 14 (*falso trad.* VITR. 6, 8, 9 MELA 2, 37), maximus LVCAN. 10, 408 (*falso trad.* SEN. contr. 2, 6, 2 APVL. apol. 3, 5) *et al., v. e. g. p. 1827, 51 sq.*]

i. q. maxime vicinus. usu communi significatur fere quod prope est nullo alio intercedente (cf. NON. *supra l. 1; plus est quam* secundus *p. 2044, 48 sq.), sed non desunt exempla usus q. d. elativi, qui et notione positivi (sc. fere i. q. propinquus) accipi potuit, quod testatur* PRISC. *p. 2040, 75 et elucet e iunctura cum positivis, e. g.* obvius *p. 2046, 6,* similis *p. 2043, 15,* vicinus *p. 2042, 57. 2046, 59. 66 et* MANIL. 1, 311. *al., et ex aliis locis, e. g. p. 2033, 24. 2037, 64 sqq.; debilitata igitur vi superlativi et addita sunt augendi causa adv. vel particulae, imprimis* adeo *p. 2046, 42,* magis *p. 2042, 64. 2046, 25. 52. al.* (*cf. sent. compar., quibus subaudiendum vid.* magis *p. 2043, 9 et e. g.* PHYSIOGN. 45 prout ... -a sunt ..., potiora sunt. MAX. TAVR. 82, 1 quanto -um ..., tanto magis *eqs.*), tam *p. 2035, 63. 2045, 70. 2046, 21. 24. 2047, 10. al.,* valde *p. 2041, 63, et formatus est compar.* -ior (*v. p. 2031, 71; compar. pro superl. v. p. 2041, 16 sqq. 2042, 13*); *cf. Hofmann-Szantyr 168. syn. vel oppos. quaedam collegimus infra p. 2036, 61. 2037, 1. 62. 2040, 6 sqq. 2043, 59. 2044, 69. al., iuncturas quodam modo abundantes v. l. 17. p. 2037, 63 et e. g.* LEX Sal. Merov. 102, 1 villas -as sibi vicinas. *structuras indicantes quod vicinum est collegimus p. 2033, 61 sqq. (addas enunt. secund. tempus indicantia p. 2037, 7); saepius accedit abl. respectus, v. p. 2033, 75. 2040, 38. 2041, 3. 2042, 63. 2043, 12. 55, cf.* ad *vel* in *c. acc. p. 2040, 42. 2042, 66. 2043, 44; abl. mensurae* longo intervallo *p. 2034, 6* (*al., v. vol. VII 1, 2296, 37 sqq., sed* multo ex i. *exhibet* AVSON. *ibid.*). -um est *c. inf. p. 2039, 68. 2043, 20. 41. 2046, 7. 59* (in -o *p. 2047, 9 sqq.*), ut *p. 2039, 65. 2043, 24. 2045, 75* (in -o *p. 2039, 20; cf.* -us est, ut *p. 2039, 4,* quod *p. 2046, 55*). *usu pro subst.: masc. vel fem. de animantibus p. 2036, 5. 33. 2040, 45. 2041, 24. 2044, 8, de rebus per ellipsin p. 2036, 25. 2038, 38. 2039, 40; neutr. in locut. adverbiali, sc.* de -o, ex -o *sim., p. 2035, 29. 2038, 40. 2039, 9. 2047, 3, alio modo adhibitum p. 2046, 15. 57. 70.*

exempla sic digerenda esse putavimus:

I *vi locali*:
B *usu vario respicitur: basis altaris* (*Vulg.* crepido, *cf.* HIER. in Ezech. 43, 13 l. 865 'crepido', pro qua Septuaginta '-um', Theodotio ... 'azara', Symmachus *'περίβολον'* ... interpretati sunt): VET. LAT. Ezech. 43, 14 (Hier. *ad l.*) haec est altitudo altaris: a profundo exordii in sinu eius usque ad -um ⌊⟨magnum⟩, quod subter, cubitorum duo⌋, et latitudo cubiti; et a -o minori usque ad -um maius cubiti quattuor, et latitudo cubiti (⌊ ⌋ m., q. erat s., c. duorum *edd. vet.*). 43, 17 (*ibid.*) -um quattuordecim cubitorum in longitudine. HIER. in Ezech. 43, 13 l. 818 sqq. illud est intellegendum, quod -um minus lapis sit excisus de monte sine manibus, et -um magnum ipse lapis, qui crevit in montem magnum et implevit universum orbem; sive, iuxta alterum sensum, -um minus est, quando exinanivit se formam servi accipiens, et -um magnum, quando recepit gloriam, quam habuit apud patrem, antequam mundus fieret (*cf. ibid.* l. 873 dominus noster, qui vere -um dicitur). 43, 18 l. 992 aspergitur *sanguine* ... corona -i sive bases per circuitum, ut ... firma sit propitiatio. *al. in eodem contextu. fulcimentum quoddam templi*: VET. LAT. Am. 9, 1 (cod. 175, *sim.* Hier. *ad l.*) vidi dom⟨inum⟩ stantem super altare et dixit mihi: 'feri super -um, et movebuntur liminaria' ([lumin- *cod. 175*]. *Vulg.* cardinem. *allegorice explicat Hier. ad loc. l. 28 sq.* quae omnia et ad haereticos referre possumus, quorum altare percutitur et ... sacramenta sacrilega commoventur). HIER. in Am. 9, 1 l. 17 cardines templi sive -um (*sim.* l. 38). *ipsum aedificium sacrum*: ISID. orig. 15, 4, 3 (*in capitulo* de aedificiis sacris; *inde* GLOSS.ᴸ I Ansil. PR 2648) -um ⌊quasi propitiationis oratorium; propitiatio enim placatio est⌋ (⌊ ⌋ *om. pars codicum*).

II *inde adi.: i. q. ad propitiandum aptus*: AMBR. fug. saec. 2, 12 sit ... propitiandae divinitatis ambitio, sequendae praeceptionis oboeditio ..., quibus -am dei misericordiam ... veneremur. 3, 14 bonitas dei -a utique, de qua dicit *Paulus*: '...' (*Rom. 2, 4*). *Cipriani.*

1. propitiātus *v.* propitio.

2. propitiātus, -ūs *m.* *a* propitiare. *occurrunt formae gen.* -us, *abl.* -u (-o *l. 47; addasne nom.* -s *e coni. l. 53?*). *i. q. actio propitiandi (nisi apud* IVLIAN. *de statu propitiato accipiendum):* *c. gen.* peccatorum (*neutr.*): VET. LAT. Sirach 5, 5 de ⌊-u p.⌋ noli esse sine metu (⌊ ⌋ *gr. ἐξιλασμοῦ, var. ll.* -o p., propitiatione p., propitiato peccato *al.; inde sim.* PELAG. in II Cor. 7, 10 p. 271, 1). *c. gen. vel pron. poss. indicante deum*: IVLIAN. in Iob 1, 13 *Iob* oblatis hostiis de -u dei poterat esse securus (5, 17 de -u d. desperare. 34, 29 -u d. gaudentibus). 7, 20 ex quo -us tui est testimonio destituta *vita mea, i. Iob.* 8, 8 -u eius ... prospera ... restitui.

?propitietās, (-ātis) *f.* *a* propitius. *i. q. status propitius*: NOT. Tir. 56, 5ª -s (propitiatus *fort. recte coni. Heraeus, Arch. Lat. Lex. 12, 1902, 77*). *Bl.*

※**propitio,** -āvī, -ātum, -āre *et* ※**propitior,** -ārī. *a* propitius. *de genere: multo rariores sunt formae depon. quam act. et pass.; v. l. 60. p. 2051, 38. 40. 51. 2052, 47. 52. 68. de mensura*: prŏ- *syllabam brevem esse constat* PLAVT. Poen. 333. *al.* PACVV. trag. 322; prō- PRVD. perist. 3, 215. *de notione*: NON. p. 247, 35 adolere: augere, honorare, -are. CHAR. gramm. p. 442, 19 rem divinam facit. numina -atur. deos placat *eqs.* SERV. Aen. 4, 50 'litare' -are et votum impetrare *significat.* GLOSS. -or: *ἱλάσκομαι*. -atur: placatur. GLOSS.ᴸ I Ansil. PR 2638 sqq. (cod. Paris.) -at: sacrificat. mactat. immolat. *eqs. legitur apud poetas* PLAVT., PACVV., PRVD., *in prosa orat. inde a ?*VERR. FL. (*v. p. 2051, 8*), VAL. MAX., SEN. *philos.*, CVRT., PLIN. nat.; *saepe in sacris scripturis et apud Christianos inde a* TERT., MIN. FEL. [*restituitur pro* propinare PLAVT. Curc. 124; *e coni. dub. pro* reprop- TERT. nat. 1, 17, 2.]

I *usu sollemni, i. q. (aliquem vel aliquid) propitium reddere, placare, lenire, conciliare sim.* (*vergit in notionem q. e. colere e. g. p. 2051, 22. 29; -ant fere animantes, res p. 2051, 15. 19*). *iuxta ponuntur voces notionis similis, e. g.* colere *p. 2051, 27. 29. al.*, conciliare *p. 2052, 37*, lenire *p. 2052, 32. 35*, piare *p. 2051, 33*, placare *p. 2051, 10. 45. al.*, propitium facere (fieri) *p. 2051, 57. 2052, 29; opp.* offendere *p. 2051, 41*, irasci (*sc. pass.* -ari) HIL. in psalm. 52, 12 *et p. 2051, 23, cf. p. 2052, 52. indicatur, cui rei vel personae quis -etur, saepe per dat. vel praepos.* pro, *sc.*

[Beck]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

maxime l. 43 sqq. 64 sqq. et sub A2b, B1b (pron. dat. refl. l. 18. 25. 46. al., sibi se -are *p. 2052, 36), cf.* in *c. abl. 47. 71,* ab *p. 2052, 17; quo instrumento, per abl. l. 7. 11. et saepe, praepos.* per *l. 27. 40; a qua re avertatur quis, cum -etur, per praepos.* de *l. 53.*

A *in rebus sacris*: **1** *paganorum*: **a** *c. acc. obi., sc. -antur dei (manes, genius sim. hominis l. 26)*: PLAVT. Poen. 333 *eo* in aedem Veneris ..., ut Venerem -em (848 hostiis). MACR. Sat. 1, 10, 7 quam *deam* VERRIVS FLACCVS Angeroniam dici ait, quod angores ... animarum -ta depellat (*sed incertum est, an ipsi Verr. Fl. vox tribuenda sit*). VAL. MAX. 1, 1, 1 ut ... Cererem placarent, Hennam ... XVviros ad eam -andam miserunt. 2, 7, 7 his ... piaculis, Mars, ... numen tuum -batur (PLIN. nat. 15, 135. ACT. Arv. a. 87 [CIL VI 2065] I 5 di immortales, -to n. suo *eqs.* AMM. 16, 12, 52 -ti n. arbitrium clemens. 19, 12, 12). SEN. dial. 6, 13, 1 Iove -to (CVRT. 4, 7, 24. 4, 13, 15 Iovem Minervamque. LACT. epit. 18, 2 humano sanguine -tus est. SYMM. epist. 1, 49 Iovem vix -vit octava mactatio. *al.*). nat. 2, 33 ad -andos deos (epist. 95, 50. PLIN. nat. 29, 67 adoratione. SVET. Vesp. 7 -to multum d. *Serapide.* APVL. met. 2, 31, 2 hilaro ... ritu. 10, 32, 2. CIL II 6266 sibi. AVG. civ. 2, 11 p. 66, 4 caedibus *eqs.* DAMIG. lapid. 34, 20 *lapis quidam* -at ... viribus suis deum et benivolum omnibus facit. *al.*). TAC. ann. 15, 44, 1. APVL. met. 11, 2, 2 vario cultu. 11, 9, 4 siderum caelestium stirpem. *al.* TERT. apol. 16, 6 cum lignum aliquod -atur (*cf. Min. Fel. 29, 6* ligneos deos consecratis). PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 181, 24 sive irati sive -ti fuerint, semper nocent *dei.* QVEROL. p. 34, 23 Fatum ipsum qualiter ... coli vel -ari potest? FVLG. myth. 1, 64 *mens* Apollinem et Herculem sibi -at, id est sapientiam et virtutem. *al.* *-antur homines vel genius, manes sim. eorum*: TAC. dial. 9, 5 se ipsum colere, suum [in]genium -are. SVET. Otho 7 per omnia piaculorum genera manes Galbae ... -are. MIN. FEL. 29, 4 Aegyptii ... hominem sibi, quem colant, eligunt, illum unum -ant ..., illi victimas caedunt. TERT. spect. 12 animas defunctorum humano sanguine -ari. AVG. civ. 2, 5 p. 58, 22 (*antea*: coli). **b** *absolute*: PLAVT. Curc. 124 tibi, *Venus,* amantes -antes (*Bothe,* propinantes *trad.*) vinum dant. FEST. p. 213 *quaedam* piandi -andique causa inmolantur.

2 *Christianorum vel Iudaeorum*: **a** *c. acc. obi., sc. -atur fere deus vel Christus (ira dei l. 42; martyr vel sanctus l. 62. p. 2052, 8. -at Christus deum l. 44. 48, cf. etiam p. 2052, 71)*: **α** *formae act. vel depon.*: Ⓘ *quaelibet exempla*: MIN. FEL. 32, 3 qui fraudibus abstinet, -at deum (IREN. 4, 17, 2 *sacrificium* offerentes -buntur d. [*ad formam depon. v. Lundström, Stud. zur lat. Irenäusübers., 1943, 67*]. AVG. serm. 34, 2, 3 orando. CHRYSOST. hom. II 1199[B] *Iob* per patientiam suam d. -batur. *al.*). AVG. serm. 139, 4 filium offendis, sed patrem non -bis. 361, 19 *Ninivitae* -verunt iram dei. SALV. gub. 1, 21 quae vel causa Christum colendi vel spes -andi. *al.* Ⓘⓘ *indicatur cui (rei), sc.: hominibus vel bono eorum*: IREN. 4, 8, 2 *Iesus Christus* -ans pro hominibus deum. CYPR. Demetr. 20 *nos* pro ... salute vestra -antes et placantes deum. AMBR. fug. saec. 2, 12 ut -emus nobis deum. *al.* *peccatis*: HERM. Pal. vis. 1, 2, 1 quomodo possum ... deum -are in his peccatis meis? (*gr. ἐξιλάσομαι ... περὶ κτλ.*). AVG. serm. 137, 1 *Christus* -at deum pro peccatis nostris (*antea*: interpellat pro nobis).

β *formae pass.* (*mediopass. esse vid. e. g. l. 56. 65. p. 2052, 6, nisi de usu depon. cogites* [*certiora v. sub IIA1; cf. p. 2052, 39*]): Ⓘ *quaelibet exempla*: VET. LAT. exod. 32, 14 (Aug. quaest. hept. 2, 143) -tus est dominus de malitia, quam dixit facere populo suo ([*gr. ἱλάσθη ... περὶ κτλ., cod. 100* propitius factus est, *Vulg.* placatus ... est d., ne *eqs.*]. HIER. epist. 18[B], 3, 1 VVLG. IV reg. 24, 4. *al.*). HERM. Pal. sim. 9, 23, 4 deus ... non memor est offensae eorum, qui peccata sua confitentur, sed ⌞-atur, et adhuc propitius eis fiet⌟ ([*gr. ἵλεως γίνεται*]. CYPR. Demetr. 5. AVG. c. Faust. 20, 17 vestris sacrificiis. QVODV. prom. 2, 9, 17 quibus precibus -tus d. ... temperavit iram suam. *al.*). OPTAT. serm. 10 nihil *est,* quod *deus* pro summis subplicamentis -tus adtendat, nisi ... fidei devotionem (*item* -tus *fere pro adi. praedic. cum subi.*: SACR. Leon. 14 preces nostras ... -tus admitte [*sim. saepe in* SACR.]). *al.* *-atur martyr* (*cf. p. 2052, 60*): PRVD. perist. 3, 215 *Eulalia* populos ... suos carmine -ta fovet.

Ⓘⓘ *indicatur, cui (rei) -etur deus* (*sanctus p. 2052, 8*): Ⓐ *hominibus*: VET. LAT. deut. 29, 20 (cod. 100) non volet dominus -ari ei *homini* (*gr. 29, 19 εὐιλατεῦσαι,* Aug. quaest. hept. 5, 52 -are [*v. sub IIA1a*], *Vulg.* ignoscet). II par. 29, 24 (cod. 109) sacerdotes ... fuderunt sanguinem eorum *caprorum* super altare ad -andum dominum pro omni Israel (*gr. ἐξιλάσαντο, Vulg.* pro piando). Luc. 18, 13 (cod. 6. *al.*) deus -are mihi peccatori (*gr. ἱλάσθητι,* cod. 11 -ari, *cod. 5* miserere, *cod. 2. al. et Vulg.* propitius esto). HERM. Pal. vis. 1, 2, 1 ut *deus* mihi -etur in his, quae cogitavi (*gr. ἱλατεύσηται*). 2, 2, 8 his ... -bitur deus (*gr. ἵλεως ἐγένετο*). LEO M. 165, 4 Conc.[S] II 4 p. 115, 5 reconciliatio ..., qua humano generi -retur deus (reprop- *var. l.*). SACR. Leon. 603 nostris ..., domine, -are temporibus. DIONYS. EXIG. vita Pachom. 36 l. 17 -bitur ei *puellae* Christus sanamque constituet (*gr. οἰκτειρήσας αὐτήν*). *al.* Ⓑ *peccato sim.* (*addas p. 2051, 71*): VET. LAT. psalm. 24, 11 (cod. 300. *al., sim.* VVLG.) domine, -beris peccato meo ([*gr. ἱλάσῃ, cod. 304* reprop-]. VVLG. II par. 6, 25 SALV. gub. 6, 46. *al.*). 64, 4 (cod. 300. *al.* = VVLG.) impietatibus nostris tu -beris (*gr. τὰς ἀσεβείας ... ἱλάσῃ. cf. l. 68*). 102, 3 (cod. 400 = VVLG.) -atur omnibus iniquitatibus tuis ([*gr. τὸν εὐιλατεύοντα ... ταῖς ἀνομίαις, cod. 300. al.* propitius fit]. VVLG. Ier. 31, 34. GREG. TVR. Mart. 2, 41 -aris i. populi, *sancte Martine. al.*). Hebr. 2, 17 (Aug. pecc. mer. 1, 50) ad deum -andum pro delictis populi ([*gr. εἰς τὸ ἱλάσκεσθαι τὰς ἁμαρτίας, Vulg.* ut repropitiaret delicta]. SALV. eccl. 1, 54 ut -etur deus d. tuis). *al.* *?Ⓒ precibus, votis hominum* (*nisi abl. instrum. intellegas, cf. e. g. p. 2051, 40. 58*): SACR. Leon. 13 -are, domine, supplicationibus nostris (294. *al.*). 603 supplicum votis.

b *absolute* (*pass. impers. l. 19, depon. l. 26*): VET. LAT. lev. 4, 20 (cod. 100) -vit (*i.* -bit) pro eis sacerdus, et remittetur eis delictum (*gr. ἐξιλάσεται περὶ αὐτῶν, Vulg.* rogante ... sacerdote propitius erit dominus. *sim.* 4, 26 [*ibid.*] pro eo[s] ... a delicto [*gr. fere ut supra, Vulg.* rogabit *ut*: 4, 31. 4, 35 pro eo ... pro delicto]). 17, 11 (Rufin. Orig. in Rom. 2, 9) ut ex ipso *sanguine victimae* supra altare -etur pro animabus vestris, quia sanguis pro anima expiabit (*gr. ἐξιλάσκεσθαι,* cod. 100 eum *sanguinem* dedi vobis ... -are, *Vulg.* expietis). *inf. fin.*: VET. LAT. lev. 1, 4 (cod. 100) imponit manus suas supra capud hostiae, acceptum ei -are pro eo (*gr. δεκτὸν αὐτῷ ἐξιλάσασθαι περὶ αὐτοῦ, Vulg.* acceptabilis erit atque in expiationem eius proficiens). num. 29, 11 (cod. 100. *al.*) haedum ... unum pro peccato, -are pro vobis (*gr. ἐξιλάσασθαι, Vulg. aliter*). LIB. iubil. 16, 22 *Abraham obtulit* hircum ... pro peccatis -ari in ipso pro se et pro semine suo.

B *cetera exempla*: **1** *-antur homines* (*Cupido tamquam maritus l. 31*): **a** *exempla varia*: PLAVT. Poen. 378 (*servus ad puellam*) *erus* ne me verberetillum faciat, nisi te -o, male formido (*cf. 377* facio propitiam). PACVV. trag. 322 nos illum ... -turos facul remur (*v. p. 621, 36*). APVL. met. 2, 10, 5 (*ad puellam amatam*) perii, nisi tu -aris. 6, 1, 1 *maritum* iratum ..., si non uxoris blanditiis lenire, certe servilibus precibus -are. *al.* SYMM. epist. 4, 43 impetratio veniae non manebit, nisi illi aliquid beneficii -tus adieceris. AMM. 31, 2, 11 ut *Huni* eodem ... die a sociis ... desciscant itidemque -entur nemine leniente. **b** *per dat. indicatur, cui (rei) aliquis concilietur* (*refl.* SEN.): SEN. epist. 110, 1 quisquis sibi se -vit (*v. p. 2054, 56*). GELL. 6, 3, 19 iudices ... conciliandos esse ac -andos placabiliter ... existimationi *accusati.* ITIN. Alex. 10. VVLG. gen. 32, 20 (*verba Iacob*) placabo illum *Esau* muneribus ...; forsitan -bitur mihi.

2 *-antur res* (*per prosopopoeiam* AVR.): PLIN. nat. 28, 25 alius saliva post aurem digito relata sollicitudinem animi -at. AVR. Fronto p. 68, 9 libris Aristonis -tis. APVL. met. 9, 27, 3 *cuiusdam* serena fronte et -ta facie.

II *usu deflexo*: **A** *intrans.*: **1** *de ipso deo (paganorum l. 49; de martyre l. 60), i. q. propitium esse* (*exempla certiora act. vel depon.; quae pass. esse possunt, v. p. 2051, 50 sqq.*): **a** *variae formae*: VET. LAT. deut. 29, 20 (Aug. quaest. hept. 5, 52) -are ei (*v. p. 2051, 65. item c. dat.*: Ier. 5, 1 [Hesych. in lev. 1, 14] -ans -bor ei, *i. Hierusalem* [*gr. ἵλεως ἔσομαι, Vulg.* propitius ero]. LVCIF. non parc. 21 l. 69 nobis ... -turum dominum). SERV. auct. Aen. 4, 92 ubi *poeta* ... -are eam *Iunonem* promittit (propitiam *coni. Thilo; opp.* nocituram). SALV. gub. 6, 25 deum ... -antem ... laedimus (*syn.* misericordem ... blandientem). 6, 62 *deus* placari ... debet, cum irascitur, laedi non debet, cum -atur. 7, 12. **b** *abl. absol.* -ante (*vix referas e. g. l. 58 ad IA2b*): VITA Hil. Arel. 26, 21 absolutum me ... ad domini mei intuitum credo eodem -ante venturum. AVELL. 58, 5 -ante deo (178 d. nostro ... -ante. RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 3, 12 [*gr. I 1, 7 p. 156, 11 σὺν θεῷ φάναι*]. p. 55, 11 [*gr. ibid. p. 68, 40 σὺν εὐμενείᾳ τοῦ κρείττονος*]. SIDON. epist. 5, 7, 7 CASSIOD. var. 1, 20, 1. *et saepius*). SIDON. epist. 1, 6, 1 Christo -ante (EPIST. Austras. 28, 2 CAES. AREL. epist. de hum. 6). GREG. TVR. Mart. 2, 14 -ante domino (EPIST. Austras. 33, 2). INSCR. christ. Diehl 1900 (*saec. VI*) te -ante, *Eulalia martyr.*

2 *de homine, i. q. placando sacrificare* (*c. dat. numinis*): DAMIG. lapid. 29, 3 sacrificantibus ... ⌞-antibusque⌟ deo (⌞ ⌟ propiciante *var. l.*).

B *transitive -antur peccata, ut sit fere i. q. expiare, purgare* (*deus -at peccata, i. remittit, ignoscit, l. 68; peccata -antur* deo *l. 71*): VET. LAT. I reg. 3, 14 (Lucif. Athan. 1, 11) si -bitur iniquitas ... in sacrificiis (*gr. ἐξιλασθήσεται, Vulg.* expietur). psalm. 64, 4 (Aug. in psalm.; *cf. l. 5*) impietates nostras tu, *deus,* -beris ([-bis *var. l.*]. *cf. ad l.* AVG. in psalm. 64, 6 l. 32 sacerdoti offerenti aliquid, unde impietas expietur et -etur [*locum de Christo -ante accipit, cf.* HIL. *infra*]. l. 33. 42). HIL. in psalm. 64, 4 delicta *gentium* ... et ... impietatis crimina deo -anda esse per Christum. HIER. epist. 18[B], 3, 1 (*Is. 6, 7 sec. vers. gr. Aquilae*) peccatum tuum -bitur (AVG. in psalm. 64, 4 l. 83). AVG. serm. ed. Mai 41, 2 -andi reatus spes.

p. p. p. -tus *fere pro adi., i. q. propitius l. 42. p. 2051, 23. 60 sqq. al.*

[Beck]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

?adv. compar. **propitiātius** *e coni. dub. restituitur* VEREC. in cant. 2, 7 l. 41 cum *deus* ... quodam miserationis utero ⟨-ius⟩ conceptos ad maturitatem perducit (⟨*Demeulenaere, qui etiam* -tus *al. temptavit*; propriarum *cod.,* per pietatem *Pitra*).

deriv.: propitiabilis, propitiaculum, propitiatio, propitiator (-trix), propitiatorium, 2. propitiatus (-ūs).

compos.: de-, repropitio. *Beck.*

***propitius,** -a, -um. [*a* petere, *fortasse a compos. quodam cum* pro- *iam perdito; nescio an significaverit 'qui auxilio properat', cf.* suppetere. *ad suffixum formae restitutae* *pro-pet-io- *cf.* ex-im-ius, in-fer-ius; *v. Risch, Kl. Schr., 1980, 643; Leumann, Gramm. 1977, 290. προπετής autem, cui aliud inest suffixum, a προπίπτω derivatum esse nec huc pertinere videtur. Fo.*] *de origine* (*cf. l. 23 sq.*): ALF. Gell. 7, 5, 1 novum 'novicium' dicimus et proprium 'propicium', augere ... volentes 'novi' et 'proprii' significationem. *scribitur* -pyti- CIL IV 4007, -pite- CIL IV 1679. *notatur* prop. CIL IV 2380 sq. INSCR. Tun. Merlin 112 sq. *al.* (*fortasse etiam* INSCR. Année Épigr. 1934 n. 164 pro. CE 1879, 2 p.). NOT. Tir. 56, 5. *de formis*: -u *pro dat.* -o CIL XIII 2812 (*v. Prinz, De o et u vocalibus, 1932, 130*); *voc. sing. non legitur, sed v.* GELL. 14, 5, 3 sq.; *compar. et superl. desunt, sed* magis -us *p. 2054, 73* (*cf. p. 2054, 46; v. etiam Wölfflin, Arch. Lat. Lex. 12, 1902, 421*). *de prosodia: producitur* prō- DRAC. satisf. 14, prōpī- VEREC. satisfact. 75. *de notione* (*cf. p. 2055, 41*): NON. p. 59, 11 -um dicitur prorsus pium aut proprie pium (*affert* TER. Ad. 31) ..., aut certe porro pium, quod est vehementer et valde. GLOSS. -us: *ἵλεως. ἵλαος. εὐμενής.* -a: *εὐμένεια.* secunda. -us sis: *ἱλήκοις.* dii -i: *θεοὶ ἵλεοι* (*vel ἵλαοι*). *legitur in versibus iamb., troch., anap. apud* NAEV., PLAVT. (*26ies*), TER., LVCIL., SEN. *trag., deinde in inscr.* CIL IV 4007 *et ?*CE 1879, 2, *in dactyl. apud* DRAC., VEREC., *in prosa orat. inde a* CATONE, MET. MAC., CIC., VARRONE, *saepissime apud Christianos.* [*falsa var. l.* ACC. trag. 373 (*v. p. 1953, 24*). IVVENC. 1, 16. *praeter necessitatem coni. duobus locis* CARM. evoc. Macr. Sat. 3, 9, 8, *v. Mus. Helv. 36, 1979, 168 sq. et 43, 1986, 195 sqq.*]

fere i. q. placatus, favens, secundus, ἵλεως (*quod gr. respondet, ubi nil adnotavimus; saepissime indicatur vel intellegitur cui faveatur, v. p. 2056, 47*). *acced. syn., e. g.* volens (*v. IA3a*), placidus SEN. benef. 7, 31, 4 PS. QVINT. decl. 10, 14, placatus *p. 2054, 56. 58. 2056, 11. al.; opp. e. g.* iratus *p. 2054, 48. 67. 2055, 49. 54. et saepissime,* adversarius *p. 2054, 50* (*cf.* adversus *l. 46 et* SERV. auct. 4, 58 AVG. beat. vit. 21), infestus *p. 2054, 69. 2055, 68 et* AVG. beat. vit. 19, iniquus *p. 2055, 1 et* CVRT. 7, 5, 25.

I *-i sunt dei eorumve numina, affectus, partes corporis sim.* (*huc traximus* numen *imperatoris l. 51. p. 2054, 32, virum sanctum ecclesiae p. 2055, 20; deos more hominum inter se -os v. p. 2055, 45, ceteras res ad eos pertinentes v. sub IIB. ad rem cf. Weinstock, RE XXIII 1, 822, 56 sqq.*): **A** *locutiones quaedam sollemniores*: **1** *abl. absol.* (*addas p. 2054, 41 sq.; cf. e. g. p. 2056, 2. 38*): NAEV. pall. 70 deo meo -o meus homo est (LIV. 9, 1, 11 *homines* quam -is rem, quam adversis agant diis. 39, 16, 11 *v. p. 2054, 36.* SEN. nat. 2, 59, 4 iratis diis -isque moriendum est. epist. 22, 12 TAC. hist. 3, 72, 1 FRONTO p. 44, 13. CIL VI 109 [*a. 341*]. *al.; cf. B1a et e. g. l. 55 sqq. p. 2054, 3 sq.*). VARRO rust. 1, 1, 6 *invocabo* Robigum ac Floram, quibus -is neque robigo frumenta ... corrumpit neque *eqs.* PORPH. Hor. epist. 2, 1, 68 -o ... Iove (*opp.* irato). PANEG. 8, 21, 3 -o numine tuo, *Constanti Caesar* (CLAVD. DON. Aen. 2, 175 p. 172, 26 -o Palladis n. *cf. et p. 2054, 32. 40. 72. al.*). *al.* *respicitur deus Iudaeorum et Christianorum* (*etiam Christus*): LVCIF. non conv. 1 l. 34 corrigere vias errorum ... deo -o (*sic* HIER. epist. 130, 15, 4 PAVL. NOL. epist. 51, 1. *et saepe*; -o d.: LVCIF. Athan. 2, 32 l. 20 HIER. tract. in psalm. I p. 34 l. 117. *al.; cf.* OROS. hist. 2, 18, 5 -o et miserante [*antea opp.* irato atque aversato deo]). HIER. adv. Rufin. 1, 32 -o Christo (*sic* AVG. doctr. christ. 4, 53. *et saepius*; C. -o: HIER. epist. 139, 3. *al.*). SVLP. SEV. chron. 2, 15, 7 -o numine (*antea*: iratum aut placatum deum). MAX. TAVR. 52, 1 -a divinitate (*sic* FAVST. REI. epist. 9 p. 211, 6. *et saepius*; d. -a: COD. Iust. 1, 12, 6 pr. [*a. 466*]. CASSIOD. var. 7, 3, 2. *al.*).

2 *in sent. optativis sim.*: **a** *dei sunt (vel intelleguntur) loco subi.*: **α** *usu communi*: Ⓘ *cum coni. iussivo vel imperat.* (*maxime verbi q. e.* esse, *cf. e. g. p. 2054, 30*): PLAVT. Amph. 935 te, summe Iuppiter, quaeso, Amphitruoni ut semper iratus sies. :: a, -us sit potius. CIC. nat. deor. 1, 124 quid ... dicam: '-us sit *deus*'? esse enim -us potest nemini. CIL IV 2457 sit utreisque Venus Pompeiana -a. VET. LAT. exod. 32, 12 (cod. 100) -us esto malignitati populi tui (*Vulg.* placabilis). Luc. 18, 13 (cod. 3. *al.* = VVLG.) deus, -us esto mihi peccatori (*gr. ἱλάσθητί μοι*). SACR. Leon. 321 familiam tuam, domine, -us intuere. 670 adesto, domine, -us plebi tuae. *al.* *per parenthesin in formula excusandi*: LIV. 39, 11, 7 quod probus adulescens, dii -i essent, obscenis ... sacris initiari nollet. Ⓘⓘ *in enunt. fin.* (*v. et p. 2054, 28. al.; paulo aliter p. 2054, 48*): PLAVT. Merc. 678 Apollo, quaeso te, ut des pacem -us, ... [680] meoque ut parcas gnato pace -us. ARNOB. nat. 4, 8 dicite, ita ut vobis -ae faveant *deae, eqs.* Ⓘⓘⓘ *verbo omisso* dii -i: PETRON. 60, 8 *puer* pateram vini circumferens 'dii -i' clamabat. GLOSS. III 283, 24 *ἀγαθῇ τύχῃ*: bona fortuna; *θεο⟨ὶ⟩ ἵλεοι*: dii -i.

β *audacius sine subi. et sine praedic. forma* -us tibi (*sec. gr. ἵλεώς σοι sim.*): VET. LAT. gen. 43, 23 (Aug. loc. hept. 1, 180) -us vobis, nolite timere ([AVG. *ibid.*: plenum est ... '-us sit vobis deus']. cod. 100. *al.* -us sit vobis, *Vulg.* pax vobiscum). I Macc. 2, 21 (rec. L) -us nobis derelinquere legem (*i. absit, ut derelinquamus*; rec. V -us sit nobis deus, non est nobis utile *eqs.*). Matth. 16, 22 (cod. 3. *al.*) ⟨-us tibi⟩, domine, non erit istud (⟨cod. 10. *al.* -us esto tibi, cod. 2. *al.* -us esto, *cod. 5* misereatur tibi, *cod. 7. al. et Vulg.* absit a te).

b *dei sunt loco obi.*: CIC. div. in Caec. 41 ita mihi deos velim -os, ut *eqs.* (Verr. II 5, 37). PETRON. 57, 2 ita tutelam huius loci habeam -am, ut *eqs.* (74, 14 ita genium meum -um h., curabo *eqs.* CIL IV 1679 habeas -os deos tuos. 4007. VI 2335 vos, viatores, habeatis deos -os. INSCR. Tun. Merlin 112 ita tibi conting(at) dea(m) prop(itiam) hanc haber(e), ut hoc sacrum non violes. *al.*). *al.* *verbo omisso*: PETRON. 58, 11 Occuponem -um! CIL IV 844 Lares propi⟨ti⟩os. INSCR. Année Épigr. 1980 n. 51 (*Romae in templo Mithrae; saec. III*) per tuam pietatem ..., aeterne, te -um (*nisi e praecedentibus supplendum est* rogo). CIL VI 30973a (*opus musivum e vestibulo basilicae*) intrantibus hic deos -os et basilic⟨ae⟩ Hilarianae! XI 1286 ita mihi deos penates -os, ut ego hoc monimentum non violabo.

3 *iuncturae bimembres, sc. quae formulae sacrae esse vel eas imitari videntur* (*usu pagano; v. etiam p. 2056, 11. 13. 28*): **a** volens -us(que) (*ordine inverso l. 36; cf. p. 2056, 2 et 26*): *per asyndeton*: CATO agr. 134, 2 Iane pater, te ... bonas preces precor, uti sies v. -us mihi liberisque meis *eqs.* (*sim. ibid. iterum.* 139. 141, 2. ACT. lud. saec. Aug. [CIL VI 32323] 96 ⟨uti sitis⟩ v. pr⟨opitiae p. R.⟩ Quiritibus [*sc. Moerae, ut*: 99 estote fitote v⟨olente⟩s -ae *eqs.*]. 144. LEX arae Aug. Narb. [CIL XII 4333] 2, 34 uti sies v. -um, *numen Augusti. al. in titulis*). LIV. 1, 16, 3 uti v. -us suam semper sospitet progeniem *Romulus deus factus.* 7, 26, 4 precatus ..., si divus, si diva esset ..., v. -us adesset (24, 38, 8). 24, 21, 10. *per coniunct.* -que: LIV. 22, 37, 12 v. -amque firmam ... fore populo Romano *Victoriam* (*cf. l. 41. p. 2056, 45*). 29, 14, 13. 39, 16, 11 omnia diis -is v. que ... faciemus. FEST. p. 356 (*si recte restituit Ursinus*) ⟨volentes⟩ -osque. SERV. Aen. 1, 733 *haruspices* sic ... dicunt 'v. -usque sis'. *al.* **b** *cetera exempla*: VAL. MAX. 1, 6, 13 tuas aras ..., dive Iuli, veneratus oro, ut -o ac faventi numine *eqs.* (APVL. met. 11, 5, 4 [*loq. Isis*] adsum f. et -a. IVST. 39, 3, 9 his *deis* -is ac faventibus. AVG. civ. 4, 14 p. 164, 9 hac dea *Victoria* f. et -a). AMM. 19, 6, 7 orantes caeleste praesidium -um adesset et libens.

B *exempla quaelibet*: **1** *spectat ad deos paganorum* (*sidera l. 71*): **a** dei -i (*sing.* dea *l. 48,* deus *l. 59. p. 2053, 67; exempla selecta inde a* SEN. *rhet.*): PLAVT. Amph. 1090 ut scias tibi tuaeque uxori d. esse omnis -os. Aul. 810 quis me Athenis nunc magis quisquam est homo, cui di sint -i? Curc. 531 ⟨quoi homini di sunt -i⟩, lucrum ei ... obiciunt (⟨*sim.* 557 [*opp.* iratos]. Persa 470). Poen. 1134 oratum ierunt deam, ut sibi esset -a. *al.* MET. MAC. or. frg. Gell. 1, 6, 8 īs ... d. -os esse aecum est, qui sibi adversarii non sunt. CIC. Cael. 42 huic homini ... pauci d. -os, plerique autem iratos putabunt. Pis. 59 (*opp.* irati). nat. deor. 1, 124 *v. p. 2053, 67.* LIV. 3, 19, 12 magis bellantes quam pacati -os habemus deos. 27, 40, 2 quos tam -os urbi atque imperio fore deos *eqs.*? *al.* SEN. contr. 1, 3, 3 quid times -os deos? SEN. Ag. 403 colamus ... si -os attamen lentos deos. epist. 110, 1 *te* iubeo habere mentem bonam, hoc est -os d. omnis, quos habet placatos et faventes, quisquis sibi se propitiavit. PLIN. nat. 12, 83 *tura hodie* dis ... dantur; nec minus -i erant mola salsa supplicantibus, immo vero ... placatiores. TAC. Germ. 5, 2 aurum *Germanis* -ine an irati di negaverint dubito. HIST. AVG. Aur. 18, 3 senatus populusque ... -um d. dixit *Marcum Aurelium.* SERV. auct. Aen. 2, 156 aequi et -i (*v. vol. VI 3, 3055, 15*). *al.* *dei -i esse dicuntur iis, qui sanae mentis sunt*: PLAVT. Mil. 701 *nolo uxorem ducere.*:: di tibi -i sunt, nam ... si istam semel amiseris libertatem *eqs.* TER. Phorm. 636 satin illi di sunt -i? **b** *cetera exempla*: PLAVT. Amph. 1065 et tibi, *Alcumena,* et tuis -us caeli cultor advenit. Cas. 331 unus tibi hic dum -us sit Iuppiter (VAL. MAX. 7, 4, 4 ducum ... consiliis -us aspiravit. *al.*). Men. 1 Salutem ... -am mihi atque vobis, spectatores, nuntio. Poen. 334 an irata est *Venus*? -a hercle est (*de eadem* 454). VAL. MAX. 1, 8 ext. 4 Fortuna saeviens vocem ademit, ... -a dona⟨vi⟩t (*al.* SEN. dial. 11, 16, 6. PS. CIC. epist. ad Oct. 2 [*opp.* infesta]. SERV. auct. Aen. 2, 388 'f. dextra' id est favens, -a. *al.*). SEN. epist. 88, 14 ubicumque sunt ista *sidera,* ⟨-a⟩ esse nec posse mutari (⟨propitia⟨nda non⟩ *coni. Summers*). PLIN. nat. 9, 27 numinis -i (QVINT. inst. 4 praef. 5 quo *deo* neque praesentius aliud nec studiis magis -um n. est. ARNOB. nat. 5, 19. *al.*). APVL. met. 11, 22, 5 *Isis te* -a voluntate ... dignatur (AMM. 27, 6, 8 -a caelestis numinis vestraeque, *i. exercitus,* maiestatis voluntas. SERV.

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Aen. 2, 257 v. numinum [*opp.* iniqua]). *al.* PORPH. Hor. carm. saec. 13 (*de Lucina*) 'lenis aperire partus' pro 'facilis ac -a aperiundis partibus'. ARNOB. nat. 2, 8 *deos* -as aures vestris supplicationibus accommodare. 7, 26 vis *turis* ..., quae -os faciat mitesque hominibus caelites. *al.*

2 *spectat ad deum Iudaeorum et Christianorum* (*ad Christum l. 13. al.; addidimus virum sanctum l. 20; cf. e. g. p. 2053, 53 sqq. 69 sqq. 2054, 6 sqq.*): **a** *quaelibet exempla*: TERT. apol. 40, 11 ut ... *humana gens deum* -um magis experiretur quam iratum. VET. LAT. II par. 6, 21 (cod. 109) audies et -us eris (*Vulg.* propitiare). LACT. ira 5, 5 ut sit lenis tranquillus -us beneficus conservator. 24, 15 ita vivemus, ut ... -um semper habeamus *deum* (*opp.* iratum). FIRM. err. 20, 7 idololatriae excidium ... -um Christi numen vestris manibus reservavit. AMBR. inst. virg. 17, 107 ut -us et praesul conferas ei *virgini* gratiam. off. 2, 12, 63 consiliarius, quem -us dominus patribus dedit, offensus abstulit. HEGES. 1, 32, 6 p. 63, 1 -us iam potest esse, qui vindicavit, et mitior, quam si non vindicasset. PAVL. NOL. epist. 11, 14 si credis -o Christo. AVG. quaest. hept. 2, 150 -um et salubrem. IVLIAN. epit. in psalm. 83, 10 placatis et -is oculis. RVRIC. epist. 2, 22 -a miseratione sua. CASSIOD. in psalm. 31, 5 l. 145 ne iudicem patiantur infensum, qui -um habere poterant advocatum. GREG. TVR. Mart. 4, 15 si tu es -us, sancte Martine. SACR. Greg. 1, 26 (12 D.) -o ac sereno vultu. *et saepe.*

b *indicatur, cui (rei) -us sit, sc.*: **α** *hominibus vel eorum coetibus, institutis sim.*: VET. LAT. II Macc. 7, 37 (rec. L, *sim. cett.*) invocans deum maturius genti nostrae fieri -um. LVCIF. Athan. 1, 9 l. 42 numquid ei ..., quem non elegerit, poterit esse -us? AMBR. epist. extra coll. 2, 6 dominus -us est imperio Romano. paenit. 1, 14, 68 si -us nobis est dominus Iesus. VVLG. deut. 32, 43 -us erit terrae populi sui. AVG. epist. 187, 38 deus ... habitans ... in templo suo, cui per gratiam benignus est et -us. *et saepe.* *c. gen.* (*sec.* miserans *sim.*): VVLG. Ier. 5, 1 -us ero ⟨eius⟩, *sc. Hierusalem* (⟨ ⟩ eis *var. l.*, ei *edd. vet.; cf. Hier. ad l. 1, 92, 1* misereatur). **β** *peccatis sim.* (*cf. p. 2053, 69*): VET. LAT. II par. 7, 14 (cod. 109 = VVLG.) -us ero peccatis eorum (psalm. 77, 38 [cod. 300, *sim. al. et* VVLG.] ipse est ... misericors et -us erit p. eorum [*gr.* ἱλάσεται]. AVG. quaest. hept. 2, 129. *al.*). psalm. 102, 3 (cod. 300. *al.*) -us fit omnibus iniquitatibus tuis ([*cf. p. 2052, 6*]. Ier. 31, 34 [Cypr. testim. 1, 11] -us ero i. eorum [*Vulg.* propitiabor iniquitati]. AVG. epist. 147, 44. *al.*). AVG. in psalm. 64, 6 l. 34 fieri deum impietati -um, id est ignoscentem et veniam dantem.

II *cetera exempla* (*saepe cum quodam respectu divinitatis, e. g. l. 46. 59. 69. p. 2056, 11. 25*): **A** *-i sunt animantes eorumve coetus, animi, affectus, qualitates, partes corporis sim.* (*cf.* NON. p. 463, 5 '-os' et homines placatos dici vetustas voluit [*affert l. 54*]): **1** *in vita privata vel generaliter*: **a** *de maritis vel amantibus sim.*: PLAVT. Merc. 956 pacem componi volo meo patri cum matre, nam nunc est irata ... :: tam -am reddam, quam quom -ast Iuno Iovi. Poen. 278 hanc ... Venerem (*sc. puellam*) venerabor, me ut amet ... posthac -a. 377 (*servus ad puellam; cf. p. 2052, 28*) nisi te facio -am *ero*. Truc. 48 si alter alteri -ust (*Bücheler*; potius est *trad.*), ... perit *amator* (*opp. 46* iratum scortum). **b** *de parentibus et filiis*: TER. Ad. 31 (*antea*: uxor ... irata) parentes -i (EVGRAPH. sancti et religiosi). SEN. contr. 7, 6, 6 (*ironice*) -us pater (*opp.* iratus tyrannus). PS. QVINT. decl. 10, 14 matri -us *filius*. INSCR. Année Épigr. 1966 n. 531 (*saec. II med.*) filios. SIDON. epist. 4, 23, 3 *filio tuo* excusato -us indulge. **c** *de quibuslibet*: LVCIL. 929 in bonis ... est viris, si irati seu cui -i sunt, ⟨ut⟩ *eqs.* (⟨ ⟩ vi *vel* di *codd.; cf. versum mancum* 932 -os *viros* [*Quicherat,* propositos *trad.*]). CIC. nat. deor. 2, 145 iratum -um, laetantem dolentem ... cognoscunt *oculi*. SEN. suas. 1, 12 -is auribus accipitur ..., quod excusatur, antequam dicitur (SEN. epist. 45, 7 apertis ac -is a. 58, 6 [*opp.* iratis]. *cf. l. 3. p. 2056, 5*). SEN. clem. 2, 6, 3 deorum more calamitosos -us respiciet (*sapiens ut*: dial. 4, 10, 7 *vitia* tam -us aspiciet quam aegros suos medicus. APVL. Plat. 2, 20 p. 249 diem mortis suae -us nec invitus expectat). dial. 4, 6, 1 virtus ... ut honestis rebus -a est, ita turpibus irata esse debet. 9, 2, 4 quaerimus, quomodo animus semper aequali ... cursu eat -usque sibi sit (DON. Ter. Ad. 24, 3 ['aequanimitas'] favor et -us a. *cf. p. 2056, 50*). CIL IV 7249 (*nisi ad 2*) Tychice, habeas Magnum ⟨propitiu⟩m. QVINT. decl. 296, 7. TAB. Vindol. III 628 sis mihi -us; vale. CALP. decl. 17. FRONTO p. 173, 23 fac ... eum praesentem accipias et -a cura ambias. APVL. flor. 17, 12 *animalium* infesta rabies vel -a voluptas. TERT. apol. 5, 1 (*ironice*) nisi homini deus placuerit, deus non erit; homo iam deo -us esse debebit. QVEROL. p. 45, 9 ita sit nobis incolumis atque -us *dominus noster.* *fortasse huc pertinet locus lacunosus*: OSTRAC. Bu Njem Marichal 147, 5 (*post a. 253?*) te salbo et -o.

2 *in vita publica*: **a** *de potentibus* (*saepe de imperatoribus*): CIC. Att. 8, 16, 2 ⟨hunc⟩ *Caesarem* -um sperant, illum *Pompeium* iratum putant. BRVT. Cic. ad Brut. 25, 5 ut sit illi *Ciceroni* Octavius -us. VAL. MAX. 2, 3, 1 *Marius* novitatis suae conscientia vetustati non sane -us. SEN. clem. 1, 1, 2 (*verba ficta Caesaris*) nulla pars usquam nisi ⟨volente -oque⟩ me floret (*antea*: qui in terris deorum vice fungerer. ⟨ ⟩ *cf. IA3a*). benef. 3, 27, 3 petit ... non fastidiendam a -o, *sc. Augusto,* summam. dial. 11, 3, 5 -o ... Caesare. CVRT. 9, 3, 6 praebe ... -as aures ... auspicium tuum ... secutis, *Alexander*. CIL IV 2083 Myrtile, habias -um Caesare(m) (*sim.* 2380 sq. VI 632, 6 [*post a. 185*]. XIII 10013, 17. *cf. etiam* III 12068 habeas -um imp(eratorem). TERT. apol. 29, 3 [*ironice*] multi ... dei habuerunt Caesarem ... -um). PLIN. epist. 6, 5, 5 ambobus ... -um Caesarem ... precabantur. paneg. 66, 3 ut facilius esset, *principes* iratos quam -os cavere (cab-, hab- *codd.*). FRONTO p. 25, 6 Hadrianum ..., ut Ditem patrem, -um et placatum magis volui quam amavi. *al.* CIL III 6808 (*saec. IV in.*) ⟨p⟩ropitia maiestate d(ominorum) n(ostrorum) se⟨mper Aug(ustorum)⟩. AMM. 30, 5, 1 ut -us veniret et lenis *Valentinianus*. NOVELL. Valent. 27 pr. quietem provincialium -a (propria, propitiata *var. ll.*) ... mente tractare. *al.* **b** *de gentibus, civitatibus sim.* (*potius ad locum spectat l. 26*): CIC. Att. 2, 9, 3 patria -a sit; habet a nobis ... plus ... quam postulatum est. LIV. 28, 34, 10 utrum -os an iratos habere Romanos mallent *Hispani*. HEGES. 2, 9, 1 p. 149, 25 *Macedonia et Africa* optant -os, quos ad servitutem petebant. **c** *de iudicibus, advocatis sim.*: QVINT. inst. 4, 2, 27 ut -us iudex defensionem ... audiat (7, 1, 12). BOETH. cons. 4, 4, 38 a -is ... miserantibusque accusatoribus (*opp.* iratis). CASSIOD. var. 3, 33, 3 quorum ars est facere de irato benivolum ..., de adversante -um.

B *-ae sunt res variae*: **1** *corporeae*: **a** *quaelibet*: PLAVT. Curc. 89 (*loq. adulescens vinum libans*) festivae fores, potate, fite mihi volentes -ae (*cf. IA3a*). FLOR. Verg. 1, 8 -a sit illa civitas, *i. Roma,* et fruantur illa, quibus fortuna permittit; ... animus *meus* ... abhorruit ab illa civitate (*formula excusandi ut*: AVR. Fronto p. 60, 26 -ae placataeque sint et mihi ... bonam veniam duint *uvae, quas comesse nolo*). APVL. met. 5, 22, 7 arcus et pharetra et sagittae, magni dei *Cupidinis* -a tela. INSCR. Tun. Merlin 113 (*ad viatorem*) ita tibi contingat hunc templum prop(itium) et quae cupis, ut *eqs.* **b** *terra, mare, venti sim.* (*cf. sidera p. 2054, 71*): SERV. Aen. 1, 108 ('saxa latentia') quae arae, *sc. cautes in mari Africo,* a SISENNA (hist. 4) -ae vocantur. LIV. 2, 10, 11 Cocles 'Tiberine pater', inquit, 'te sancte precor, ... hunc militem -o flumine accipias'. PS. QVINT. decl. 12, 25 -os ventos et secundum mare (*cf.* SERV. Aen. 4, 430 ['ferentes'] bene flantes, -os, *sc. ventos* [prosperos *add.* auct.]). FLOR. epit. 3, 10, 19 oceano tranquillo ... et -o. CE 1879, 2 (*si recte solvitur; fortasse ad IB1b*) sit d(is) m(anibus) t(uis) t(erra) p(ropitia).

2 *incorporeae*: PLAVT. Trin. 837 procellae infensae frangere malum ..., ni tua pax, *Neptune,* -a foret praesto. VAL. MAX. 3, 8 ext. 2 pravo consilio -us (propius *var. l.*) aspirat *casus*. SERV. auct. Aen. 10, 254 ('propinques', *sc.* augurium) familiare efficias, prosperes, matures, -um facias. AVG. quaest. hept. 5, 52 (*spectat ad deut. 29, 19*) mihi sint haec *maledicta* ... sancta, id est -a et innoxia. NOVELL. Theod. 24, 5 victoria nobis -a secundum numinis voluntatem nuntiabitur.

appendix syntactica: **1** *indicatur, cui (rei) quis -us sit (cf. IB2b) per dat. passim inde a* PLAVTO; *cum gerund. p. 2055, 2; -us est aliquis ipse sibi p. 2055, 63. per gen.*: VVLG. Ier. 5, 1 *v. p. 2055, 29. per praepos.*: CASSIOD. var. 10, 14, 5 nostrum circa vos ... animum -um. VEREC. satisfact. 75 pro me tu misero, domine, -us esto. CAES. AREL. serm. 30, 6 in nobis deum -um fieri. **2** *usu praedicativo accedit: ad subi., sc. cum copula* esse *e. g. p. 2053, 66 sqq. 2054, 28 sqq.*, fieri *l. 25. p. 2054, 30. 2055, 34. al., cum variis verbis p. 2053, 75 sq. 2054, 33 sq. et al. ad obi.*: PLAVT. Merc. 956 *matrem* -am reddam (ZENO 1, 34, 9 SERV. auct. Aen. 2, 156. *al.*). Poen. 377 te facio -am (454 ARNOB. nat. 7, 26 SERV. auct. Aen. 10, 254. *al.*). CIC. div. in Caec. 41 mihi deos velim -os (Verr. II 5, 37 FRONTO p. 25, 6. *al.; cf.* optare: CALP. decl. 17 PS. AVR. VICT. epit. 15, 3. *al.*). LIV. 3, 19, 12 -os habemus deos (28, 34, 10 SEN. epist. 110, 1. *et saepe, v. e. g. l. 6 sqq. p. 2054, 14 sqq. 2055, 11*). SEN. frg. 34 (*v. vol. VIII 804, 61*) *deos* -os merentur (AVG. civ. 6, 10 p. 268, 2). *al.* **3** *masc. pro subst.: v. l. 4. 23. p. 2055, 56.*

deriv.: propitialis, ?propitietas, propitio. *compos.*: ?depropitius. *v. Onom.*

propius *v.* prope *et* propior. *Kruse.*

proplasma, -atis (-atos) *n.*, *πρόπλασμα. litt. graecis* CIC. *i. q. forma praecedens formam futuram*: **1** *libelli*: CIC. Att. 12, 41, 4 Hirti epistulam ..., quae mihi quasi -*α* videtur eius vituperationis, quam Caesar scripsit de Catone. **2** *statuae*: PLIN. nat. 35, 155 *Varro* magnificat Arcesilaum ..., cuius -ta (*Gelenius,* propriasmata *B*) pluris venire solita ... quam aliorum opera.

proplasticus *v.* prosplasticus. **proplīsma** *v.* problema.

propnigēum (-on), -ī *n.*, *προπνιγεῖον.* NOT. Tir. 114, 33 (-pin- *trad.*, -pnig- *Kopp*). *i. q. cella quaedam balinei, fortasse de tepidario* (*cf. Gloss. III 217, 2* [*ed. emend. p. 652*] *εἰσέλθωμεν εἰς τὸν πρῶτον*

[Wieland]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

οἶκον προπνιγέα: introeamus in cellam primam tepidariam. *v. e. g. Marquardt-Mau, Privatleben der Römer 283 n. 4; vix de praefurnio*): VITR. 5, 11, 2 ab eo *frigidario* ... iter in -um in versura porticus. PLIN. epist. 2, 17, 11 adiacet *baptisteriis* unctorium, hypocauston, adiacet -on balinei.

propodismos, *acc.* -on *m., προποδισμός. t. t. astronomiae i. q. motus stellarum praecedentium*: CASSIOD. inst. 2, 7, 2 *v. supra p. 398, 58 sqq.* (*opp.* ypopodismon aut anapodismon). *Wieland.*

1. prōpōla, -ae *m. et inde* prōpōlus, -ī *m., προπώλης.* [*e gr. προπώλης.* prō- (*v. l. 13*) *accommodatur consuetudini lat., ut in vocibus* prōlogus *al.; v. Leumann, Gramm. 1977, 560. Fo.*]. *scribitur* -pol- *in titulis et in cod. vet.* AVG. civ. 7, 26 p. 307, 13, *ceterum in codd.* -paul- *e. g.* GLOSS.^{L} III Abstr. PRO 66, -pal- RVT. NAM. 2 frg. A 7, -pul- *e. g.* CIC. Pis. 67. *de mensura*: pro- *syllaba apud* PLAVT. *loco ancipiti posita longa est apud* LVCIL., RVT. NAM., *cum apice scribitur* CIL XIV 409, 17. GLOSS. -a: vendenda proponens. *πυλίς* (*πωλεύς var. l.*; propyla *subesse lemmati suspicatur Goetz*). -ae: tabernarii. [*e coni. dubia* AVG. conf. 8, 2, 3 (*Skutella*).]

i. q. venditor, institor (*sc. qui merces, imprimis alimenta, publice proponit; attributive cum altero subst. hic illic sub 2, vix etiam* PLAVT.): **1** *apud auctores* (*hucine pertinet etiam l. 44?*): PLAVT. Aul. 512 *mercedem petens* stat fullo, phyrgio ..., -ae linteones, calceolarii (*post* -ae *interpunxit Dunbabin, Class. Rev. 49, 1935, 10 sq.*). LVCIL. 198 sicuti cum primos ficos -a recentis protulit et pretio ingenti dat primitus paucos. CIC. Pis. 67 *apud Pisonem* pistor domi nullus, nulla cella; panis et vinum a -a atque de cupa. VARRO rust. 3, 14, 3 *cochleae* ad -am (propalam *trad.*) vitam diu producunt. HIST. AVG. Comm. 2, 8 -as circumforanos. AVG. civ. 7, 26 p. 307, 13 *effeminati* per plateas ... etiam a -is, unde turpiter viverent, exigebant. RVT. NAM. 2 frg. A 7. SALV. eccl. 1, 6 maxima ... portio *Christianorum* mortiferarum rerum negotiatrix est -isque et cauponibus similis terrenis ... studet nundinis. 4, 38 -a aut salgamarius (*antea*: cauponibus). **2** *in inscriptionibus*: INSCR. Année Épigr. 1988 n. 322 (*Cumis, fortasse saec. I^{2} a. Chr.*) Ti. Venidius Ti. f(ilius) -a (*nisi est cognomen; cf.* CIL XII 4506 P. Albius ... -a). CIL II 5929 (*saec. I^{1}*) Lares Augustales et Mercurium piscatores et -ae ... f(aciundos) c(uraverunt) (XIV 409, 17 [*saec. II*] *cuidam* patrono decuriae scribar(um) ... et piscator(um) -ar(um)). IV 10150 coponium fecisti, cretaria fecisti ..., -a fuisti *eqs.* *formae secundae decl.*: CIL XII 1110 soci -i. INSCR. Dessau 7661 Pamphilus figulus -us. Notiz. Scavi 1921 p. 384 *Valerius libertus* -us scriba libra(rius)q(ue) (*de suppl. v. vol. VII 2, 1347, 7*).

deriv.: propolarius, *?*propolo. *cf. Onom.*

2. prōpōla, -ae *f., προπωλή* (*ad* prō- *v.* PRVD. *et cf.* 1. propola). *i. q. quaestus, negotium venditoris, vel taberna sim. eius*: PRVD. ham. 761 Loth ... *non* respicit ... populum *Sodomitarum* ... perustum et mores populi, tabularia, iura forumque, balnea, -as, meritoria *eqs.* (*nisi intellegas* 1. propola; *sed cf.* SCHOL. -ae: loca venditionum, ubi vel pigmenta vel aliae res venales exercebantur, quae et tabernae dictae sunt *eqs.*). COD. Theod. 11, 10, 1 qui caupona vel -a vel tabernaria lucrum familiare sectetur.

prōpōlārius, -ī *m.* *a* 1. propola (*aliter Heraeus, Kl. Schr. 1937, 70*). *i. q. propola vel negotiator*: AVG. in euang. Ioh. 10, 6 quomodo videtis eos, qui vendunt, -os (popularios *vel* -us *codd.* [*an hoc recte?*]), quisque quod vendit, laudat. GLOSS. -us est publicus negotiator. -us: negotiator. *Gobbi.*

propolis, -is *et* -eōs *f.* (propoleus *sim. v. l. 61*), *πρόπολις.* *scribitur in codd. rec. hic illic* -pul-. *de genere: fem. passim, sed c. adi. masc. p. 2058, 30. 38, formas masc. v. l. 62 sqq.* *formae sing. (plur. non legitur) tertiae decl.: nom.* -is *passim* (-i *pro* -is *p. 2058, 35*), -es ORIBAS. *p. 2058, 21. 32. 37. al.*, -x ORIBAS. syn. 7, 43, 6 Aa/p. 186; *gen.* -is *e. g. p. 2058, 22. 23,* -eos *e. g. p. 2058, 26 et* MARCELL. med. 7, 18 (*cf.* ORIBAS. syn. 7, 22, 9 La p. 157 -eus. 9, 23 add. Aa p. 322 -eo); *acc.* -im *p. 2058, 4. 12 et e. g.* PLIN. phys. Bamb. 83, 35, -in *p. 2058, 7. 13 et* CHIRON 409. *al.; abl.* -i *e. g. p. 2058, 19. 35 et* VARRO rust. 3, 16, 23. *secundae decl.: nom.* -eus (-ius; *sec. gen. gr., cf. l. 69. 71*) *p. 2058, 37 (?) et* ORIBAS. syn. 2, 22 Li p. 105, 1. 2, 34 La p. 110, 4 GLOSS. III 593, 45. 615, 49, -lus *p. 2058, 14.* GLOSS. III 627, 32; *?gen.* -ei *p. 2058, 27; acc.* -eum PHILAGR. med. 4 p. 181, 5. 7. ORIBAS. syn. 9, 23 add. Aa p. 322 (-ium Ab); *?abl.* -io PHILAGR. med. 4 p. 180, 22. *mensura ambigua*: MARCELL. med. carm. 57. *de notione*: SERV. auct. georg. 4, 39 fucus est genus cerae, qua pro glutine abutuntur: Graeci *πρόπολιν* vocant (propolios *cod.*). GLOSS. III 572, 29 -eos i(d est) malta. 593, 45 -ius: cera unde apes se includunt deforis vel domicilium ubi se recludit mater apium. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2655 (med. p. 65) -eos: ampar, id est amacu (*v. ed. ad l.*). *al. legitur inde a* VARRONE, CELSO, *praecipue apud medicos, in versu l. 67.* [*e coni. dub.* PLIN. nat. 34, 155.]

i. q. genus cerae vel glutinis ab apibus collectum, πρόπολις (*quod gr. respondet; vix agnoscas notionem miram* GLOSS. *l. 70; nomen cera comprehendit -in l. 13. 24. 34. p. 2057, 67, sed distinguitur saepe species cerae communis, e. g. l. 10. 24. 34; sec. vim verbi gr. de eo, quod pro oppido est, cogitavit fortasse* VARRO *l. 4*): **1** *generatim*: VARRO rust. 3, 16, 23 -im vocant, e quo *apes* faciunt ad foramen introitus protectum ante (in *trad.*) alvum maxime aestate; quam rem etiam nomine eodem medici utuntur in emplastris. *ibid. iterum* (*disting.* erithace *ut* 3, 16, 24). PLIN. nat. 11, 16 (*inde* 1, 11, 6 quid sit -is) *periti vocant alvorum fundamenta* tertia -in, inter coria cerasque, magni ad medicamina usus (*disting.* commosis *et* pissoceros). *ibid.* e vitium populorumque mitiore cummi -is ... nondum ... cera, sed favorum stabilimentum, qua omnes frigoris aut iniuriae aditus obstruuntur. 21, 83. 24, 47 populi ferunt et in foliis guttam, ex qua apes -im faciunt (*cf. l. 9*). SERV. georg. 4, 161 ('prima favis ponunt fundamina') -in collocant, duriorem ceram, ... quam colligunt de gummi arborum. GALEN. alfab. 212 (de propolo) ⌊-us⌋ circa favos ... invenitur et est quasi genus cerae (⌊ ⌋ *cod. Lucc.*, -is *Palat.*). **2** *adhibetur in medicina* (*addas l. 5. 8*): CELS. 5, 3 concoquunt et movent pus ... galbanum, -is (*item de effectu*: 5, 4 aperiunt tamquam ora in corporibus ... -is, oleum vetus. 5, 12 evocat et educit ... -is. PLIN. nat. 22, 107 [*inde* 1, 22, 50 *medicinae ex* -i v] -is alvorum ... aculeos ... corpori extrahit, tubera discutit, dura concoquit *eqs.* 24, 47. 28, 245. ORIBAS. syn. 7, 29, 4 Aa p. 169 rumpit ... fymata -es inposita [La -eus]. *al.; cf. l. 31*). 5, 19, 15 *emplastrum optimum ad extrahendum* habet murrae, croci, iridis, -is *denarios tot* (*item in compositionibus*: 5, 28, 11^{c}. SCRIB. LARG. 82 cerae *tantum* ..., -is, quam quidam ceram sacram vocant, *tantum.* 262 cera, resina, -is liquefiunt. *al.* CHIRON 977 -in acra [Atticam *Oder*; sacra *Bücheler, cf. l. 24*]. VEG. mulom. 3, 28, 19 causticum ad nervorum dolores: galbani, ... -eos *tantum* [-ei *cod. A, ed. princ.*]. *et saepe*). SCRIB. LARG. 214 ubi emplastri habet temperamentum, adicitur -is ⌊malinae⌋ (malviate *vel* inalienatae *trad.*) sincerae et bonae, qualis est Attica, pondo selibra (CHIRON 861 -in Atticum [-linanticum *codd.; sim. et* 864. 865]. *cf. l. 25*). 224 *ad condylomata facit* -is per se subacta et more emplastri imposita (*v. l. 21. 37 et cf.* superponere: PHILAGR. med. 4 p. 181, 7. ORIBAS. syn. 7, 22, 9 Aa p. 157 -es recens et pinguis superposita vulneri [*sim.* La]. *al.*). VEG. mulom. 3, 14, 1 cerae -is unc(ias) II ([*postea*: cerae communis]. THEOD. PRISC. eup. faen. 67. DIOSC. 2, 67 p. 208, 18 ⌊de -i: cera -i⌋ utilis est rufa et odorata *eqs.* [⌊ ⌋ *gr. πρόπολιν tantum*]). ORIBAS. syn. 2, 60, 27 Aa p. 135, 22 -im malaxare oportet ([La -eus m. oportet]. 7, 22, 4 Aa p. 157 -es ... malaxata inponitur [La -is ... malaxatus i.; *sim. variant* 7, 43, 6 Aa p. 186 *et* La p. 185]). *al.* *Ottink.*

***?prōpolluo,** -ere. *a* pro *et* polluere (*si recte trad.*). *i. q. polluendo prosequi*: TAC. ann. 3, 66, 3 *Iunius Otho* obscura initia impudentibus ausis -bat (*de variis coniecturis v. e. g. quae adnotaverunt Koestermann et Woodman-Martin ad l.*). *Wieland.*

***?prōpōlo,** -āvī, -āre. *a* 1. propola *potius quam a προπωλεῖν* (*scribitur* -pul-; *dubium, an vox antiqua sit*): GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2725 -a⟨t⟩: vendenda proponit (*cf. p. 2057, 15*). 2726 -vit: proposuit.

prōpōlus *v.* 1. propola. *Gobbi.*

propoma, -atos *n. et* propoma, -ae *f., πρόπομα, quod resp. in graecis.* *de formis v. infra.* *i. q. potio (vini cuiusdam conditi), quae ante cenam bibitur sive quae ad prandium pertinet; exempla disponuntur sec. formas varias, quae pertinent*: **1** *ad neutr.*: *sing.* -ma, *plur.* -mata: PALLAD. 3, 32 tit. ut -mata sponte nascuntur. ALEX. TRALL. 2, 48 calidiora -mata, quae de pipere et aniso fiunt. 2, 156 nisi forte -ma (*acc. sg.*) absinthii ... recipit. GLOSS. V 585, 8 -ma: potio clara in linteo. *plur.* -ma: ALEX. TRALL. 2, 242 -ma ... prohibenda sunt (cod. Oxon. -mata). GLOSS. III 574, 42 -ma dicuntur omnia dulcia, id est omnis licor melle iunctus. 593, 53 -ma i. omnia dulciamina (604, 19. 615, 51). 627, 40 -ma idest omnia dulcia. **2** *ad fem.* -ma, *plur.* -mae (*excipitur per pron. neutr. l. 62*): GALEN. alfab. (de vino) cod. Luc. fol. 107^{r} fiunt ... -me (*i.* -mae) ... apte (*item nom. plur.*: ALEX. TRALL. 1, 63 -me raro sunt assumende [cod. Paris. -mae]). ALEX. TRALL. 1, 63 ex aliqua calida -ma (*cod. Andecav.* -mi), quale est *eqs.* (*item abl.*: ORIBAS. eup. 1, 11, 6 -ma si volunt utere, de mel confectas utantur. syn. 9 add. p. 400 a quibus absteneant: ... ab omne carne ... et ab omnibus avibus ..., apruna, porcina ..., -ma nulla *eqs.*). 2, 156 ab aliis ... omnibus -mis abstinendi sunt.

propompicus (-os), -ī *m., προπομπικός* (*gr. alibi non exstat*). *t. t. metr. i. q. palimbacchius*: DIOM. gramm. I 479, 21 *bacchio* contrarius est palimbacchius, Latius, qui et Saturnius, ultimibrevis, quem quidam -on ... vocant (*appellatur etiam* pompicus, *v. vol. X 1, 117, 63 sq.*) *Wieland.*

***prōpōno,** -posuī, -positum, -pōnere. *a* pro *et* ponere. *scribitur cum apicibus* propónátis EPIST. Secundi (CIL XII 4393) 2, 20. *notatur* pp. *al. p. 2060, 74* (*vix addas p. 2070, 38*). NOT. Tir. 23, 64 -et. 23, 78 -uit. *de notione et differentia* (*cf. p. 2062, 72*): PAVL. FEST. p. 226 prosita: -ta. CHAR. gramm. p. 306, 20 (*ex Palaem.*) qui ... disputat, solet dicere 'quaestionem -o' (*disting.* praepono, *v. p. 769, 34*). GLOSS. -o:

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

προτίθημι καὶ προτείνω. ordino. -ta: προκειμένη. *al.* *legitur in titulis inde a* LEGE repetund. (CIL I² 583) *et* LEGE inc. Tarent. (CIL I² 2924), *apud auctores in prosa orat. inde a* RHET. Her. (*frequentant e. g.* CIC., CELS., SEN. *philos.*, QVINT., TERT. *et iuris consulti*), *in poesi rarius inde a* CATVLLO, LVCR., CIRI, HOR., PROP., OV.; *abiit in sermonem gr. p. 2070, 43.* [*confunditur maxime cum* praeponere (*v. p. 769, 21 sqq. et cf. caput alterum*); *cum* ponere CIC. Phil. 4, 9 de orat. 1, 154 SVET. Vit. 14, 4. *al.* (*restituitur* CIC. Phil. 3, 19 LIV. 28, 25, 10. 42, 22, 2); *ceterum falso trad.* LVCIL. 932 -tos (propitios *Quicherat*); *falsa var. l.* -tum *pro* repositum PAPIN. dig. 33, 10, 9, 2.]

exempla sic digerenda putavimus:

CAPVT PRIVS: *i. q. praebendo ponere*:

I *corporaliter -untur*:

A *quae palam exhibentur, ostenduntur, sc.*:

1 *quae omnibus legenda praebentur*: **a** *cum respectu iuris: l. 67* (*de magistratibus, qui -unt edicta sim. l. 67 [obi. non nominato in subscriptionibus constitutionum p. 2060, 68]; de quibuslibet p. 2061, 19*). **b** *vario respectu: p. 2061, 35.*

2 *quae venum dantur: p. 2061, 56.*

proporticus, -ūs *f.* *a* pro *et* porticus, *fortasse sec. gr. προστῷον formatum.* *i. q. opus quoddam porticui adiunctum*: CIL III 7960 (*Sarmizegetusae*) picturam porticus et accubitum ..., item ... -um et culinam et frontalem (*ad rem v. Egelhaaf-Gaiser, Kulträume im röm. Alltag, 2000, p. 539, v. etiam notas p. 284. 304*). *Wieland.*

***prōportio,** -ōnis *f.* *compos. a iunctura* pro portione (*cf. supra p. 30, 17sqq.*). *inter composita cum* pars *affert* PRISC. gramm. III 503, 25. *neglectis locis dubiis l. 33sqq. p. 30, 21sqq. legitur fere in sermone artium apud* VITR. (*saepe*), QVINT. (*bis*), SCAVR. (*bis*), GELL. (*quater*). *al., frequentatur a* BOETH.; *in versibus* MART. CAP. 3, 289 SIDON. carm. 15, 69. [*confunditur in codd. cum* portio *l. 35. 70* (*falsa var. l.* SEN. benef. 2, 16, 2 MART. CAP. 7, 794. *al.; v. Willis, De Mart. Cap. emendando, 1971, 59, quos locos inseras supra p. 32, 59sqq.*), propositio *e. g.* BOETH. in Porph. comm. sec. 3, 5 p. 213, 1 (*restituitur p. 2078, 11; e coni. dubia* VARRO ling. 6, 76 ⌊-e⌋ dicitur ... 'ornamentum' [⌊ ⌋ *Flobert, ed. 1985,* cum propositione *trad.; locum addere possis supra p. 31, 47*]).]

significatur condicio, quae est pro portione, sc. ita ut partes inter se vel cum toto comparatae ordinem quendam exhibeant, i. ἀναλογία (*item* VITR., QVINT. *al. infra; vi coartata adhibet* BOETH. *p. 2078, 14. 2079, 47sqq., ut distinguat* proportionalitatem, *sed v. quae monuit Guillaumin ad* arithm. 2, 40 *adn. 103; metonymice de eo, quod -e constitutum est p. 2078, 6. 74; singularum artium definitiones v. infra, generalem dat* BOETH. in herm. comm. sec. 6, 14 p. 490, 17 -o ... est rerum inter se invicem similitudo; si igitur ... sic se habeat prima *res, quae posita est,* ad secundam quemadmodum tertia ad quartam *eqs.* in Porph. comm. pr. 2, 6 p. 95, 3 -o ... est ... rei similis ad aliquam rem cognatam comparatio): **1** *exempla dubia aetatis antiquioris* (*de abl.* -e *v. quae p. 30, 21sqq. monuimus*): PRISC. gramm. II 385, 1 Staberius de -e: '...' (porpor-, portione *var. ll.; titulum libri vix auctori aetatis Sullanae tribuendum, sed a posterioribus fictum esse putaverim; aliter Dihle, Hermes 85, 1957, 189*). CIC. Tim. 13 *et* 24 *v. supra p. 31, 12sqq.* VARRO ling. 8, 57 ex his *verbis metendi et ferendi ducta* vocabula non reddunt ⌊-em⌋, quo⟨niam⟩ non fit ut 'messor' 'fertor' (⌊ ⌋ *coll. usu Varronis solam iuncturam* pro portione *exhibentis, v. p. 30, 49sqq. 31, 39sqq., vix recte tradi vid.; sec. Puelma, Mus. Helv. 37, 1980, 171 temptaverim* pro portione ⟨ratione⟩m, *cf. enim ling. 8, 83 supra p. 31, 54*).

2 *exempla posteriora certa*: **a** *technice*: **α** *in architectura* (*scientia machinali l. 57; definitur* VITR. 3, 1, 1 *symmetria* paritur a -e, quae graece ἀναλογία dicitur; -o est ratae partis membrorum in omni opere ... commodulatio, ex qua ratio efficitur symmetriarum): VITR. 1, 2, 2 architectura ... constat ex ordinatione ...; ordinatio est ... -is ad symmetriam comparatio. 2 praef. 5 quibus -bus et symmetriis debeant esse *aedificia* (*item coniunguntur*: 3, 1, 1 non potest aedis ulla sine symmetria atque -e rationem habere compositionis. 4, 2, 6 symmetrias et -es uniuscuiusque generis constitutas reliquerunt *antiqui.* 7 praef. 17 Olympium ... corinthiis s. et -bus ... architectandum Cossutius *suscepit. al. apud eundem*). 3, 3, 13 blandimur *oculorum* voluptati -e et modulorum adiectionibus (*respicitur* ἔντασις *columnarum*). 3, 5, 15 corinthiarum *aedium* quae sint -es (*antea*: ionicarum ... dispositiones). 6, 2, 5 cuius *spatii* cum semel constituta fuerit magnitudo, sequatur eam -is ad decorem apparatio. 10, 10, 1 omnes -es eorum organorum ⌊ratiocinantur/ e⌋ proposita sagittae longitudine, quam id organum mittere debet (⌊ ⌋ ratiocinatorum et fere *trad.*). *al.* FACVND. defens. 12, 4, 11 quae cuiusque fabricae longitudini -o latitudinis conveniret. *respiciuntur rationes membrorum corporis, ad quarum exemplar formantur aedificia* (*cf. p. 2078, 41*): VITR. 3, 1, 2 pes ... altitudinis corporis *est partis* sextae ...; reliqua quoque membra suas habent commensus -es ...; similiter ... aedium membra *eqs.* 4, 1, 6 dorica columna virilis corporis -em et firmitatem ... praestare coepit.

β *in grammatica* (*definitur*: QVINT. inst. 1, 6, 3 analogia ..., quam ... -em vocaverunt [*v. p. 1959, 40*]; eius haec vis est, ut id, quod dubium est, ad aliquid simile ... referat et incerta certis probet. GELL. 2, 25, 2 ἀναλογία est similium similis declinatio, quam quidam latine -em vocant [*sim. e. g.* SERV. gramm. IV 435, 16]): *cum respectu flexionis*: QVINT. inst. 1, 6, 9 'fervit' est illi simile 'servit'; quam -em (portionem *var. l.*) sequenti dicere necesse est 'fervire' ut 'servire'. MACR. exc. gramm. p. 52, 12 quod *verbum* sub -is observationem cadit. PRISC. gramm. II 371, 19 -e potestatem faciente dicendi *formam quandam inusitatam* (*postea*: ratione regulae). 457, 5 secundum -em aliorum verborum (510, 15 s. rectam ... -em. 527, 10 s. -em secundae coniugationis. *al.*). 502, 4 'mortuus' ... pro ... 'moritus', quod -o magis exigebat. *al.* *vario respectu*: SCAVR. gramm. VII 12, 7 *scribendi ratio* recorrigitur ... regulis tribus: historia, originatione ..., -e; ... (12, 11) -e, ut cum dicimus equum et servum et similia debere scribi (*sc. non 'servom'*). GELL. 15, 9, 4 cum et ratio -is, quae analogia appellatur, et veterum auctoritates non hanc, sed hunc frontem debere dici suadeant.

γ *in arithmetica, musica* (*vergunt in vim quantitatis -e constitutae l. 44sqq.*): Ⓘ *definitiones* (*t. t. testatur* SIDON. epist. [carm. 14] 2 videris, utrum aures *in epithalamio patiantur*... mentionem centri, -is ... vel myrarum ...; illud certe ... affirmo, musicam et astrologiam ... nullatenus posse sine hisce nominibus indicari): FAV. EVL. 26, 1 haec in arithmetica disciplina -o (propositio *trad.*) – graece ἀναλογία – censetur, quae pari crementorum ordine sic progreditur, ut mediis extrema primaque coniungat *eqs.* BOETH. arithm. 2, 40, 3 (*distinguitur* proportionalitas, *cf. p. 2079, 48sqq.*) -o est duorum terminorum ad se invicem quaedam habitudo et quasi quodammodo continentia, quorum compositio quod efficit ⌊proportionale⌋ est (*gr. 2, 21, 3 λόγος; pro* ⌊ ⌋ *positum est* ἀναλογία). EVCLID. elem. vers. M l. 95 -o est duarum magnitudinum cognatarum ad se invicem ex comparatione veniens habitudo (*gr. 5 def. 3 λόγος*). *al.*
Ⓘⓘ *enumeratio locorum*: GELL. 1, 1 tit. quali -e ... Plutarchus ratiocinatum esse Pythagoram ... dixerit de comprehendenda corporis proceritate, qua fuit Hercules. 1, 1, 2 modum spatiumque plantae Herculis ratione -is habita tanto fuisse quam aliorum procerius, quanto *eqs.* (BOETH. arithm. 1, 2, 3 nulla r. -is. mus. 1, 7 omnis r. -is. *al.*). AVG. mus. 1, 12, 24 quae extremorum cum medio et medii cum extremis in illa ... -e consensio est. SIDON. carm. 15, 69 *lyrae, tibiae sim. sonos* exemplar ad istud *planetarum* ponderibus positis, quantum -o suadet, intervalla sequi septeni sideris. BOETH. arithm. 1, 1, 10 sonorum adversus se -o solis ... numeris invenitur (*cf.* ad: mus. 2, 9 p. 238, 18 maiorem obtinebunt -em ad se invicem numeri. 3, 12 p. 287, 26 eius ..., quod est C, -o ad id, quod est B. 4, 2 p. 304, 14 numerus, qui talem ad X obtineat -em, qualem ad eum tenet XV. *al.*). 1, 9, 5 ab uno ... quoscumque *numeros* in duplici -e notaveris (mus. 2, 19 p. 250, 6 uni binarius comparatus -em d. facit. *al.; cf. e. g.* triplex: mus. 2, 26 p. 258, 23. *al.*). 1, 24, 6 si ternarius binario ... comparetur ..., hemiola, id est sesqualtera, -o nascetur (mus. 1, 4 p. 191, 19. *al.; cf. e. g.* sesquitertia: arithm. 2, 2, 8. *al.*). 1, 28, 6 habitudo ... superbipartientis, si utrisque terminis duplicetur, semper superbipartiens -o procreatur (mus. 5, 10 p. 360, 24. *al.; cf. e. g.* supertripartiens: mus. 1, 4 p. 191, 26 [28]. *al.*). 2, 1, 3 propositis ... tribus ... terminis aequis -bus ordinatis (mus. 2, 12 p. 242, 19 vocatur ... illa medietas ..., in qua a. -es *sunt,* geometrica [*sc. I. II. IV*]. *al.*). mus. 1, 1 p. 186, 10 quin nostrae animae et corporis status eisdem ... -bus videatur esse compositus, quibus armonicas modulationes ... coniungi *monstrabimus* (*cf. p. 2077, 60*). 2, 9 p. 238, 31 maioris ... -is inter se *sunt* L et LV quam LIII ad LVIII; in minoribus enim numeris maior semper -o repperitur (*ibid.* p. 239, 19 maiores ... et minores -es hoc modo intelleguntur: dimidia pars maior est quam tertia ..., unde fit, ut sesqualtera -o maior sit sesquitertia. 3, 12 p. 289, 20 maior ... -o est commatis quam LXXV ad LXXIIII. *al.*). 3, 12 p. 288, 19 numeri, qui -em commatis continebant (3, 13 p. 291, 1. *al.*). *et saepe* (*apud* BOETH., EVCLID.).

δ *in logica* (*translatum est a -e numerorum, v.* BOETH. in herm. comm. sec. 6, 14 p. 491, 19; *vix recte restitutum est olim* PS. AVG. categ. 2, 18 [pro parte *trad.*]): MAR. VICTORIN. defin. p. 44, 2 tertia decima est species definitionis κατ' ἀναλογίαν, id est iuxta rationem, quae ⌊-o⌋ dicitur, cum aliquid ... id esse dicitur, quod illud est alterum propter rationalem similitudinem (⌊ ⌋ pro portione *trad.*, -o *restituitur sec.* p. 33, 3 *et* BOETH. in top. Cic. 3 p. 326, 40 fiunt etiam definitiones per -em). BOETH. diff. top. 2 p. 1191[A] *locus* a -e, ut si quaeratur, an sorte sint eligendi ... magistratus, dicamus minime, quia ne in navibus quidem gubernator sorte praeficitur *eqs.* in herm. comm. pr. 2, 14 p. 220, 7 ex similitudine et -e contrarietatis vim propositionum investigare (*item coniunguntur*: p. 220, 25 s. et -o ... propositionum. *cf.* -is similitudo: comm. sec. 6, 14 p. 492, 8. 495, 12. 496, 25. *v. etiam l. 73*). comm. sec. 6, 14 p. 490, 16 validiore per -em argumentatione. Porph. isag. p. 11, 13 rebus ... ad ⌊-em⌋ materiae specieique constitutionem habentibus (⌊ ⌋ similitudinem *var. l. [ipsius auctoris? cf. l. 59sqq. p. 2079, 6sqq.]. gr.* ἀνάλογον). in Porph. comm. pr. 2, 6 p. 95, 9 sq. qualis -o est, id est comparatio, materiae et figurae, talis est -o generis et differentiae. *al.* (*apud* BOETH.).

b *vario usu*: CHIRON 777 equus ... dentes habet ... numero XL, sed asinus et mulus habent numero XXX ...; sed numerabis, si non utrisque -em invenies. PRISC. gramm. II 2, 16 ne pigeat alios etiam a me ... praetermissa ... sua quoque industria ... congrua rationis -e ... addere. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 20 p. 379[D] aliam escam ... agnosco, quae similitudinem quandam -is escae huius corporis gerat (*gr.* τροφὴν ἀναλογίαν τινὰ πρὸς τὴν τοῦ σώματος ἔχουσαν). *meton. de eo, quod -e formatum est, sc. figura, statura sim.*: IVLIAN. epit. in psalm. 79, 11[b] ('ar-

[Ptepelits-Bk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

busta eius *vineae operuerunt* cedros') ita velut lato germine adolevimus ..., ut excelsa quaeque ... -is nostrae exiguitate caperemus.

deriv.: proportionabilis, 2. proportionalis. *Plepelits-Bk.*

prōportiōnābilis, -e. *a* proportio, *pro* portionalis *sec.* (in)rationabilis. *i. q. proportionalis*: BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 6 p. 95, 20 quod Porphyrius *ἀνάλογον* dixit, id est proportionale, ille *Mar. Victorinus* sic accepit, quasi *ἄλογον* diceret, ... atque ideo, *ubi scripsit*: ... 'forma inrationabilis est', tollendum est 'inrationabilis est' et dicendum '-is est' (*cf. versionem Boethii p. 2078, 63*).

[*adv.* **prōportiōnābiliter** *laudatur ex opere aet. recentioris* PS. BOETH. geom. p. 389, 13.]

1. prōportiōnālis, -e. *a* pro *et* portio (*ad formationem cf. e. g.* promercalis). *significatur qui pro portione positus est, technice apud grom. de terminis, qui pertinent ad agri portiones singulas* (*cf. supra p. 35, 73; ad rem v. Behrends, Abh. Gött. Ak. 3, 193, 1992, 241 adn. 144*): LIB. col. I p. 211, 18 *in agro Panormitano* sunt termini -es, quos milites veterani inter se emensos posuerunt et custodiunt lineas consortales. p. 213, 11 ceteri *termini* -es sunt et intercisivos limites servant; quos veterani pro observatione partium statutos custodiunt; qui non ad rationem ... limitum pertinent, sed ad modum iugerationis custodiendum.

2. prōportiōnālis, -e. *a* proportio. *i. q. ad proportionem pertinens*: AVG. civ. 9, 13 p. 385, 21 ut -i ratione librata medietas neque sustollatur in summa, neque in infima deprimatur. BOETH. arithm. 2, 40, 3 *v. p. 2078, 16.* in Porph. comm. pr. 2, 6 p. 95, 16 *v. l. 6* (*in eadem re: ibid.* p. 96, 2 *apud Mar. Victorinum* tollendum 'inrationale' et ponendum est '-e'). ISID. nat. 18, 7 (= SVET. frg. p. 210, 10) *luna septima semis* in suo orbe media est, ceterae ⟨-es⟩ sunt (⟨ ⟩ pro portione *Isid. orig. 3, 54, 2, quae iunctura facilius Suetonio tribui possit*). *neutr. pro subst. de propositione secundum proportionem dicta*: BOETH. anal. pr. 51b24 -ium, si alterum sit, et alterum (*gr. τῶν ... ἀνὰ λόγον*). diff. top. 2 p. 1191B quod in una quaque re evenit, id in eius -i evenire necesse est.

adv. ※**prōportiōnāliter.** *i. q. modo proportionali, ratione proportionis*: BOETH. arithm. 2, 1, 2 tribus terminis inaequalibus quidem, sed -r constitutis, id est ut eandem medius ad primum vim proportionis obtineat, quam qui est extremus ad medium ([*cf. gr. 2, 2, 1 ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ*]. EVCLID. elem. vers. M l. 114 [*gr. 5 def. 9 ἀνάλογον*]. *al.*). in herm. comm. pr. 1, 7 p. 98, 4 quae *affirmationes* his -r opponuntur. mus. 3, 11 p. 285, 10 medio -r interposito. 4, 2 p. 303, 7 si sint -r numeri et prior naturaliter fuerit ultimo comparatus (in Porph. comm. pr. 2, 6 p. 95, 3 ista ... sibi -r sunt [*item* p. 95, 11]. EVCLID. elem. vers. M l. 104 [*gr. 5 def. 6 ἀνάλογον*]). MVTIAN. Chrysost. hom. 8, 3 p. 293 *Paulus* ⟨-r ... et apte⟩ ad subiectas passiones accedit (⟨ ⟩ *gr. καταλλήλως. postea*: verbis utitur, quibus ... ostendatur differentia). *al.* (*apud* BOETH.).

deriv.: proportionalitas.

※**prōportiōnālitās,** -ātis *f.* *a* 2. proportionalis. *i. q. qualitas proportionalis, ἀναλογία* (*quod in gr. respondet*). **1** *definitiones* (*distinguitur* proportio *notione p. 2078, 13 laudata* [*cf. l. 55*]): BOETH. arithm. 2, 40, 2 est ... -s duarum ... vel quotlibet proportionum adsumptio ad unum atque collectio (*ibid.* 4 mus. 2, 12 p. 241, 18). *ibid.* ut etiam communiter definiamus, -s est duarum vel plurium proportionum similis habitudo. **2** *exempla cetera*: VICTOR. calc. praef. p. 5, 16 cuius *assis* partes iuxta -em suam propriis sunt insignitae vocabulis. BOETH. arithm. 2, 40 tit. de -bus (*item plur.*: 2, 42, 2 terminorum habitudinem *arithmeticam* ... aliis -bus anteponere. mus. 2, 12 p. 242, 30. *al.*). 2, 40, 3 ex iunctis ... proportionibus -s fit. 2, 40, 4 in tribus ... terminis minima -s invenitur (*item* mus. 2, 12 p. 241, 19 EVCLID. elem. vers. M l. 111). 2, 40, 6 quotiens ... idem terminus ita duobus ... terminis communicat, ut ad unum dux sit, ad alium comes, haec -s continua vocatur (mus. 2, 13 p. 243, 2 [*opp.* disiuncta]. *al.*). 2, 42 tit. de ea, quae vocatur arithmetica -s (mus. 2, 15 p. 244, 32. *al.; cf.* geometrica: arithm. 2, 44, 11 mus. 2, 12 p. 242, 27. *al.*; armonica: mus. 2, 16 p. 247, 8. *al.; quae appellantur etiam* medietates, *v. vol. VIII 556, 68 sqq.*). EVCLID. elem. vers. M l. 133 confusa -s. *al.* (*apud* BOETH.).

prōportiōnāliter *v.* 2. proportionalis.

[prōportiōno, -ātus *laudatur ex ed. vet. interpol.* FIRM. math. 4, 13.]

[prōporto, *compos. a* pro *et* portare *trad. versu corrupto* PLAVT. Rud. 733 vi agis mecum. :: etiam vim -as? *vix recte i. q. 'proponis' vel 'praetendis' intellegit Marx, 1928, ad l.*; opprobras *coni. Valla,* probro das *Leo dubitanter.*]

[prōpos *v.* praepos.] *Bk.*

※**prōpositio,** -ōnis *f.* *a* proponere (*cf. e. g. p. 2081, 58*). *de notione* (*cf. et p. 2081, 6 sqq. 53 sqq. 2082, 6. 30. 33*): GLOSS. -o: *πρόθεσις. πρόβλημα.* *legitur in soluta tantum oratione et saepe usu technico inde a* RHET. Her., CIC. (inv. *31ies*, de orat. *et* Tusc. *singulis locis*), VARRONE, SEN. *rhet.*, SEN. *philos.*, QVINT. (inst. *66ies*, decl. *semel*). [*variat in codd. cum* praep- *p. 778, 73 sqq.* (*restituitur p. 780, 5*), positio HIER. epist. 49, 14, 2 (*in falsa var. l.* QVINT. inst. 6, 2, 17), propositum *p. 2070, 61; falso pro* proportio *p. 2077, 22; de* PETRON. 98, 2 *v. p. 1615, 58.*]

CAPVT PRIVS: *vi praeverbii sollemni i. q. res proposita vel actio proponendi* (*quae notiones non semper distingui possunt; sed pleraque potius de re accipias, de actione e. g. l. 15. p. 2083, 10 sq.; distinguitur* propositum *l. 20*): **I** *pertinet ad ea, quae menti percipienda proponuntur*: **A** *verbis*: **1** *consideranda, intellegenda* (*saepe indicatur responsum sim., e. g. l. 30. 43 sqq. 66 sqq. p. 2081, 22 sqq.*): **a** *usu communi*: **α** *mera vi actionis vel effectus proponendi, sc. indicantur per gen. (praepos.* de *l. 26) vel facile subaudiuntur ea, quae proponuntur* (*sive argumenta sive sermones sim.*): Ⓘ *generatim*: RHET. Her. 4, 49, 62 exemplum est alicuius facti aut dicti praeteriti cum certi auctoris nomine -o. QVINT. inst. 4, 2, 79 narratio est probationis continua -o. 12, 1, 36 et illud, quod prima -e durum videtur, potest adferre ratio, ut vir bonus ... velit auferre ... iudici veritatem. TERT. adv. Marc. 4, 34 p. 535, 18 per repudii -em subito interpositam. pudic. 2 p. 223, 29 causae eius *paenitentiae* distinguuntur sine confusa -e. LACT. inst. 2, 7, 23 vereor ne, si fuero in -e rerum contrariarum diutius immoratus, ... oblitus esse propositi videar. HIL. in Matth. 21, 13 (*ad 21, 28 sqq.*) -em comparationis istius ex eo sermone descendere, qui initus sit de Ioanne. HIER. epist. 51, 1, 6 testimoniis scripturarum et -e mandatorum dei. in Ezech. 31, 1 l. 98 utramque editionem ... commiscui ..., ne duplex -o augeret librorum magnitudinem. AVG. pecc. mer. 2, 6, 7 in hac quadripertita -e quaestionum. CONC. Carth. a. 411 capit. 3, 77 ad -em negotii veniendum. BOETH. categ. 11a21 nos ... de qualitate -em facientes (*gr. τὴν πρόθεσιν*). *al.* *spectat ad singulas voces*: DIOM. gramm. I 499, 18 aequidici sunt *versus,* qui singulis -bus antithetas apparant dictiones, ut (*Verg. ecl. 2, 18*) 'alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur'. Ⓘⓘ *speciatim de iis, quae proponuntur iudici* (*etiam ecclesiastico*): QVINT. inst. 12, 9, 19 cum in -e ac refutatione causa consistat. AGENN. grom. p. 27, 28 sq. ⟨falsa pro⟩positio est, cum controversia alium habeat statum generalem et alio ad litem deducatur; vera -o est, cum *eqs.* p. 28, 6. INTERPR. cod. Theod. 2, 18, 3 qui unius causae -em apud duos iudices partire voluerit, ut apud unum de negotio principali proponat *eqs.* (NOVELL. Valent. 27, 8 perniciosa ... causarum -o). 2, 19, 6 si qua alia -o fuerit de testamento ..., quae possit opponi. CONC. Rom. a. 501 p. 420, 19 episcopo Symmacho criminosis -bus inpetito (ENNOD. opusc. 2, 19 p. 293, 22). CASSIOD. var. 3, 36, 1 Firminus contra ... patricium Venantium se dicit habere negotium et frequenter ab eo eius -es fuisse contemptas. *al.*

β *vi quodammodo pleniore significantur*: Ⓘ *sententiae singulae, opiniones sim.*: RHET. Her. 4, 16, 23 ratiocinatio *figura* est, per quam ... crebro nosmet a nobis petimus unius cuiusque -is explanationem. TERT. nat. 1, 6, 1 his -bus responsionibusque nostris ... quotiens ... coartatur conscientia vestra. idol. 12, 1 'non habeo, quo vivam': ... plenius illi abruptae -i respondebo (*item dat.*: PS. CYPR. ad Novat. 8, 4 HIL. trin. 9, 15. ad -em: TERT. adv. Hermog. 37, 2 ad ... -em et argumentationem tuam. adv. Marc. 4, 19 p. 482, 13). adv. Hermog. 37, 4 argumentationem, qua putasti te -em tuam confirmaturum. MIN. FEL. 16, 2 ut -is incerto certior responsionis nostrae intentio fundaretur (*v. Heck, Wien. Stud. 114, 2001, 489*). ARNOB. nat. 5, 1 ambiguis Iovem -bus captum. HIL. coll. antiar. p. 142, 8 satisfecimus ... primae -i, qua spopondimus Athanasium reum teneri ... *non* posse. HEGES. 2, 9, 1 p. 146, 20 -um ... conplexio (*gr. 2, 348 προφάσεων*). HIER. hom. Orig. in Is. 7, 3 p. 283, 14 (*ad 8, 19*) -em ..., quae mihi obici potest, ipse interponam. RVFIN. Adamant. 1, 24 habeo validissimas -es (*gr. ἀπόδειξις*), quibus ostendam *eqs.* AVG. c. Faust. 16, 26 haec -o vera est. SALV. gub. 1, 6 sermones sacri ... cunctis impiorum -bus contradicunt. FVLG. RVSP. ad Monim. 1, 4, 2 in -bus atque assertionibus meis. VICT. TONN. chron. II p. 195, 512 Sarracenorum rex ... theopaschitas episcopos ... barbara mirabiliter -e ... superans. CASSIOD. hist. 2, 5, 1 de eius *Arii* -bus (*Sozom. hist. 1, 19, 1 προτάσεων*). 5, 6, 6 de fide -es ediderunt (*i. professiones, ut* 5, 7, 2; *gr. resp. utrobique ἔκθεσις*). RVSTIC. Conc.S I 4 p. 8, 6 capitula quaedam sive -es, quae circumferuntur in regia civitate. ISID. diff. 2, 107 unaquaeque earum *-um* alteram -em destruit, et ipsa non valet astruere, quod proponit. *al.* *de sententiis praecedentibus, quibus sequentia (non) respondent, congruunt* (*cf. l. 28*): HIL. in psalm. 53, 14 reddit singulis -bus proprias absolutiones. in Matth. 5, 7 quae consequuntur, non satis -bus congruunt. HIER. in Eph. 1, 13 p. 456B secundo positum 'in quo' ... deprehenditur ... anteriorem -em reliquisse pendentem. *al.*

Ⓘⓘ *quaestiones, problemata, res de quibus quaeritur*: Ⓐ *quae proponuntur iuris consulto* (*cf. p. 2067, 3*): IVLIAN. dig. 12, 1, 20 si tibi pecuniam donassem, ut tu mihi eandem crederes, an credita forent? dixi in huiusmodi -bus non propriis verbis nos uti, nam *eqs.* 36, 4, 6 pr. AFRIC. dig. 16, 1, 19, 1 *non esse* dissimilem huic -i ex facto agitatam. 18, 4, 20,

[Pieroni]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1. Ⓑ *quae proponuntur cuilibet* (*gr. resp., nisi aliud indicavimus, πρόβλημα, cf. l. 7. 10. 15 [disting.* -o *et* problema *p. 1459, 56 sqq.]; syn.* quaestio *l. 7 sq. 19. 21 sq. al., opp.* (ab)solutio, resol- *l. 17. 22. 26; definitur l. 6 sqq.*): VET. LAT. psalm. 77, 2 (cod. 306, *sim. al. et* VVLG.) aperiam in parabolis os meum, eloquar -es ab initio saeculi (*huc spectat e. g.* HIL. in psalm. 136, 2 *et definitiones*: AVG. in psalm. 77, 1 [*inde sim.* ISID. orig. 6, 8, 14] -es ..., quae graece appellantur *προβλήματα,* quaestiones sunt, habentes aliquid quod disputatione solvendum est. CASSIOD. in psalm. 77, 2 l. 75 '-es' ... obscuras et abditas significant quaestiones *eqs.*). PACIAN. epist. 3, 1, 1 confertis undique -bus. FVLG. serm. ant. 16 problema dicta est -o in capite libri quaestionaliter posita. AMBR. Iac. 1, 4, 14 responsum ... habe primae -i, quia *eqs.* HIER. epist. 53, 8, 3 (Cassiod. inst. 1, 6, 2) singula in eo, *sc. Iob,* verba plena sunt ‹enigmatibus, -bus et quaestionibus sacris› (sensibus *codd. Hier.*). VVLG. iud. 14, 14 (*cf. 14, 12* proponam vobis problema) *non* potuerunt ... -em solvere (AVG. perf. iust. 14, 32 CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 111). RVFIN. Adamant. 1, 2 ut ... vel -es vel absolutiones de scripturae sanctae voluminibus proferantur (*gr. ἡ ἐξέτασις*). hist. 2, 18, 2 *Philonis* libri, qui superscribuntur -um (*sim. in titulo*: 5, 13, 8 -um vel quaestionum librum *Tatiani.* AVG. retract. 1, 23 tit. expositio quarundam -um ex epistula apostoli ad Romanos). Orig. in cant. 3 p. 202, 4 angustiis -um quaestionumque. AVG. in euang. Ioh. 16, 2 quaestionem propositam cognovistis ...; repetamus -em, ut solutionem ... faciamus (QVODV. prom. 2, 21, 40 -is s. compertam). pecc. mer. 1, 37, 68 huic -i respondemus Adam ... non talem creatum *esse eqs.* (CEREAL. 20 p. 766[C]. 768[B] *bis* [*syn.* propositis ... quaestionibus]). CONC.[S] I 3 Rustic. p. 51, 36 per -em et resolutionem (*gr. I 1, 1 p. 120, 23 κατὰ πρόταοίν τε καὶ λύσιν. eodem spectat* RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 35, 41 per singulas -es ac resolutiones [*gr. I 1, 5 p. 121, 12 fere ut supra*]). ORIG. in Matth. ser. 5 p. 9, 26 Pharisaeorum audaciam multas -es proponentium *Christo. al.*

Ⓘⓘⓘ *promissiones, sponsiones sim.*: AMBR. Tob. 11, 38 videas *aleatores* ... singulis iactibus statum mutantes ...; volvitur census in tabula ...; quot -es, tot proscriptiones. AVG. quaest. hept. 2, 18 lucri -o (*antea*: proposito ... lucro ..., propter quod homicidium committeretur). EVSEB. EMES. serm. 27, 23 propositum est ... et aurum et Iesus; et non est quidem -o aequalis (*nisi ad B1*). GREG. M. moral. 2, 13 (*ad Iob 1, 8 sqq.*) si ... dicimus Iob ... deliquisse ..., deum dicimus in sua -e perdidisse (*antea*: contra deum certamen -uit. *postea*: nisi in sua iustitia permansurum nosset, non utique pro illo -ret *deus. cf.* 3, 5 *Satanas* quasi prioris -is oblitus).

Ⓘⓥ *argumenta, quae tractanda sunt, vel eorum tractatio*: HIER. epist. 49, 14, 2 usque ad -em (posit- *var. l.*) alterius capituli. AVG. in psalm. 86, 1 hic *psalmus* ... tractandus modo est propositus a ... patre nostro; repentina -o me gravaret, nisi me continuo proponentis oratio sublevaret (*nisi ad 2*). serm. 177, 1 sermonis nostri -o *est* apostolica lectio. CONSVLT. Zacch. 1 praef. 3 *philosophus* in praefatione -is suae ... breviter, quid credere debeamus, exponit (*nisi ad p. 2080, 42 sqq.*). CAEL. AVR. chron. 3, 2, 14 sub una -e de omnibus *stomachicis passionibus* dicere (VAL. CEM. hom. 8, 1 *causas* sub unius materiae -e disponere). ENNOD. dict. 1, 4 p. 424, 6 eloquentiae exilitas -e pinguescit.

b *technice in arte dialectica et rhetorica* (*vel gramm.*): **α** *de singulis enuntiatis* (*coniunctim de duobus l. 71*): Ⓘ *in argumentatione significatur enuntiatum, quo proponitur id, quod est firmandum, vel unde aliquid concluditur (sc. fere ita, ut -o assumptione indigeat, cf. l. 65): definitur*: RHET. Her. 2, 18, 28 argumentatio ea, quae in quinque partes est distributa -em, rationem ...; -o est, per quam ostendimus summatim, quid sit, quod probari volumus (*postea pro syn. est* expositio, *v. vol. V 2, 1774, 77 sqq.*). CIC. inv. 1, 67 (*inter partes argumentationis*) -o, per quam locus is breviter exponitur, ex quo vis omnis oportet emanet ratiocinationis. GRILL. rhet. p. 59, 7 -o est, quod proponis, ut puta: 'si peperit, cum viro concubuit'. CASSIOD. inst. 2, 2, 11 (*inde* ISID. orig. 2, 9, 5) -o inductionis est, quae similitudines concedendae rei necessario ... inducit. *cetera exempla*: CIC. inv. 1, 59 cum -o (expos- *var. l.*) sit hoc pacto adprobata (1, 62 quae -o ... quiddam continet perspicuum ..., hanc velle adprobare et firmare nihil attinet. *cf. l. 69 et* QVINT. inst. 5, 14, 13 haec -o aut confessa est ... aut probanda). *ibid.* unum in locum cum conduxerit breviter *complexio* -em et assumptionem (1, 66. 1, 87. *al. ibid.* LACT. inst. 2, 5, 31 -es quidem verae sunt ... sed a. falsae, quibus argumenta concludunt *Stoici.* SERV. ecl. 8, 50 HIER. in Ion. 2, 5 l. 164 MART. CAP. 4, 414. *al.*). 1, 60 quas illi, *sc. alii rhetores,* duas partes numerent, -em et approbationem, sibi unam partem videri, -em (1, 62. 1, 70 -is approbatione. *al. ibid.*). 1, 76 in argumentatione *convenit* non semper a -e incipere. *al. ibid.* SEN. epist. 87, 28 duas ... significationes habet -o vestra. 87, 29 huic -i non erit consequens ... nos ... in mala incidere. QVINT. inst. 5, 14, 1 *genus quoddam enthymematis* habet -em coniunctamque ei protinus probationem. *ibid.* habet ... rationem et -em, non habet conclusionem *exemplum quoddam e Cic. sumptum* (5, 14, 11. 21 [*bis; syn.* intentio]). 5, 14, 24 syllogismus utique conclusionem et -em habet, et per omnes partes efficit, quod proponit. *al.* GELL. 2, 7, 21 non ... integra est -o dicentium '...'. AMBR. hex. 6, 4, 23 philosophi -es sibi in pulvere dividentes (*de eadem re* EVSTATH. Bas. hex. 9, 4, 13 ex tribus -bus [*gr. προτάσεων*]). *al.* Ⓘⓘ *sine respectu argumentationis significatur quodlibet enuntiatum, quo aliquid affirmatur vel negatur* (*definitiones v.* BOETH. *l. 12 sq. 15*): PS. APVL. herm. 1 p. 265 (*cf. p. 1917, 15 sqq.*) quam *speciem orationis* vocat ... Varro proloquium, Cicero enuntiatum, Graeci ‹tum› *πρότασιν* tum *ἀξίωμα* ...; familiarius tamen dicetur -o. 4 p. 267 -o, ut ait in Theaeteto Plato (*sc. 206[D], ubi explicatur ὁ λόγος*), duabus ... orationis partibus constat, nomine et verbo, ut 'Apuleius disserit', quod aut verum aut falsum est, et ideo -o est (*cf.* BOETH. diff. top. 1 p. 1174[C] -o est oratio verum falsumve significans. *sim. al. apud eundem*). *et saepe.* AVG. c. acad. 3, 13, 29 illas omnes -es ... veras esse ista *dialectica* me docuit. BOETH. anal. pr. 24a16 -o ... est oratio affirmativa vel negativa alicuius de aliquo (*gr. πρότασις*). 61a35 (*gr. προβλήματα*). in herm. comm. pr. 1 p. 34, 8 *praedicativae* -es sine coniunctione propositae sunt. top. Arist. 110a38 (*gr. ἀξίωμα*). *al., saepissime apud* BOETH.

β *de ea parte libri, dictionis sim., qua breviter proponitur res, de qua agitur*: Ⓘ *in orationibus* (*personae comicae* DON.; *opp.* expositio QVINT. inst. 4, 1, 35; *v. Martin, Antike Rhetorik, 1974, 91 sqq.*): CIC. de orat. 3, 203 -o ..., quid sis dicturus, et ab eo, quod est dictum, seiunctio (*est figura ut*: QVINT. inst. 9, 2, 2 inlustris explanatio, -o, promissio *eqs.* 9, 2, 105 [*e Celso*]. *cf. p. 2066, 70*). SEN. contr. 1, 7, 17 Albucius ... *noluit* narrare, a -e coepit (ad -em coepta(m) *codd. vet.*): 'alumenta pater a filio petit'. 7 praef. 2 *Albucio declamante* omnis quaestio suam -em habebat, suam exsecutionem ..., epilogum quoque suum (*sim. in enumeratione*: QVINT. inst. 2, 13, 1. 3, 9, 1. *al.*). QVINT. inst. 3, 9, 5 prohoemio non narrationem subiungit sed -em *Aristoteles* (*e. g. rhet. 1414b8 πρόθεσις*). 4, 4, 1 mihi ... -o videtur omnis confirmationis initium, quod non modo in ostendenda quaestione principali, sed nonnumquam etiam in singulis argumentis poni solet. 4, 4, 5 sunt ... -es et simplices et duplices vel multiplices (4, 5, 26 divisa ... et s. -o. FORTVN. rhet. 2, 22 -o omnis, id est *πρόθεσις,* ... aut s. aut coniuncta *est*). 4, 4, 8 est et nuda -o, qualis fere in coniecturalibus: 'caedis ago', 'furtum obicio'; est ratione subiecta *eqs.* 7, 1, 31 quod fecit *reus,* id nonnumquam potentius fit in -e. 7, 1, 39 quis primus dicat *in controversia* incertum est, -o tamen certa. decl. 271, 10. *et saepe.* GELL. 14, 2, 19 pro varietate -um argumentorumque. DON. Ter. Hec. 743, 5 'meum receptas filium': -o accusatoria est (*cf. 743, 6* breviter proposuit crimen). SVLP. VICT. rhet. 44 p. 340, 21 loci praescriptionis *sunt* -o scripti, homonymia *eqs.* (45 p. 340, 29). PS. ASCON. Verr. p. 230, 17 ut *adversarii* quaestionem propositam infirmaret, causam -is affinxit, quo sibi solutionem propositi, quam volebat, afferret. OROS. apol. 25, 3 nunc ... mihi veluti ad exordium -is sermo revocandus est. SIDON. epist. 1, 7, 9 offertur praefectoriis ante -is exordium ius sedendi (*postea p. 2064, 34*). *al.*

Ⓘⓘ *in variis operibus*: SEN. benef. 6, 7, 1 hoc apertius potui dicere, nisi -o deberet esse confusior, ut distinctio statim subsecuta ostenderet utrumque quaeri *eqs.* SERV. georg. 2, 177 in unum coegit quattuor librorum -em (*spectat ad Verg. ut*: CLAVD. DON. Aen. prooem. p. 3, 18 commendat in prima -e carmen suum [*antea*: carminis thema]. 1, 450 p. 91, 15. *al.*). Aen. 1, 8 in tres partes dividunt poetae carmen suum: proponunt, invocant, narrant; plerumque tamen ... ipsam -em miscent invocationi. CASSIOD. in psalm. 104, 5 l. 128 quae subter latius dicturus erat, -is loco breviter ante praefatus est. 104, 24 l. 334.

2 *efficienda* (*cf. p. 2081, 42*): VVLG. III reg. 18, 24 *suadente Helia, ut suos quisque deos invocaret,* respondens omnis populus ait: 'optima -o'. EVSEB. EMES. serm. 6, 24 p. 167, 25 (*si locum recte huc traximus; loq. martyrium passura*) non audiat noster auditus -em iudicantis, non cadat in auribus nostris vox eorum, qui dicunt: 'nega affixum cruci'. VICT. VIT. 1, 21 'fiat ..., ut ipse propono: iste panis ... mittatur in fornum ...'; quam -em Geisericus ... cum audisset *eqs.* CASSIOD. hist. 4, 29, 2 ad hanc -em *imperatoris* Athanasius mox occurrit et ait *eqs.* (*Socrat. 2, 23, 35 πρότασιν*).

B *cogitatione, deliberatione* (*c. gen.* animi *l. 67. 72*): **1** *fere i. q. imago, notio, quam quis animo suo proponit* (*vel actio eam proponendi; cf. p. 2081, 35*): CIC. inv. 2, 163 magnificentia est rerum magnarum ... cum animi ampla quadam et splendida -e cogitatio atque administratio. Tusc. 3, 39 huius ... vitae *beatae* -o et cogitatio (*item c. gen. obi., si recte trad.*: VARRO ling. 6, 63 'disputatio' et 'computatio' e[t] -e putandi [*v. ed. Goetz-Schoell ad l.; de coni.* praep- *v. p. 778, 76 sq.*]). **2** *fere i. q. consilium, intentio*: TRYPH. dig. 50, 16, 225 furem, adulterum ... quamquam ... ex animi -e cuiusque sola quis dicere posset ..., tamen oportere eadem haec crimina adsumpto actu intellegi (*antea*: qui solum consilium ... suscepit). *ibid.* secundum -em solam. VET. LAT. Sirach 17, 24 cognosce iustitias ... dei et sta in sorte -is et orationis dei (praepositionis, propitiati-

[Pieroni]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

onis *var. ll.; gr. non exstat*). AVELL. 217, 3 nostra erat -o ... ordinare sacerdotem. EVSEB. EMES. serm. 6, 29 -e patris immolatus Isaac est (*antea*: quantum ... ad propositum spectat). GREG. TVR. Franc. 5, 49 p. 261, 15 secundum infirmitatem vel consilii vel -is suae. GREG. M. in Ezech. 2, 3, 9 bonorum mentes, quae ad fructum perveniunt boni operis de initio sanctae -is (prep- *var. l.*). moral. 8, 9 l. 56 -is humilitas (*antea*: humilitatis studium). *al.*

II *pertinet ad ea, quae vario modo proponuntur*: **A** *exhibendo, ostendendo, praebendo; respiciuntur*: **1** *scripta publicanda*: VLP. dig. 2, 1, 7, 2 quod *edictum* si dum proponitur vel ante -em quis corruperit (*cf.* edictorum -o: NOVELL. Theod. 23, 3 Maior. 9. IVLIAN. epit. novell. 105, 3 -bus e.). CONC.S II 3, 1 p. 10, 21 -es iniuriarum publice ponens (*v. p. 1768, 9 sqq.*). **2** *oblationes deo offerendae*: VET. LAT. exod. 25, 30 (cod. 100 = VVLG.) panes -is (*gr. ἄρτους ἐνωπίους. et saepius, v. vol. X 1, 224, 59 sqq.; cf.* mensa -is: II par. 29, 18 [cod. 109 = VVLG.; *gr. προθέσεως*]. VVLG. num. 4, 7. *al.*; -o panum: VET. LAT. Hebr. 9, 2 [cod. 75. *al.* = VVLG.; *gr. πρόθεσις*]. *al.*). CASSIOD. Ios. antiq. 17, 151 p. 493 *Herodes* construxerat ... munus, quasi deo propositum, aquilam auream ...; prohibet autem lex ... animalium -es constituere (*gr. ζῴων ἀναθέσεις*).

B *generando, procreando, sc. in sermone theologorum significat i. q. emissio, prolatio* (*v. Weissengruber, Epiphan. Schol. als Übersetzer, 1972, 33*): ARIVS ad Euseb. vers. γ 3 l. 21 *haereticorum* alii quidem dicunt filium eructuationem, alii vero -em, alii coingenitum (*gr. προβολήν. cf. p. 1478, 10 sqq.*).

?**CAPVT ALTERVM:** *per confusionem praeverbiorum i. q. praepositio, sc. t. t. gramm.* (*nisi* praep- *restituendum, ut p. 779, 62*): CASSIOD. in psalm. 58, 10 l. 255 *v. vol. X 1, 306, 49* (*sed* praep- *loco sim. ibid. p. 306, 45*). EPIPHAN. SCHOL. Didym. in I Ioh. 4, 2 p. 67, 1 -o 'in'.

in fig. etym. cum proponere *p. 2081, 29. 2082, 17; cf. p. 2080, 64.*

deriv.: cf. propositivus. *Pieroni.*

prōpositīvus, -a, -um. *a* proponere (propositum), *cf.* propositio. *i. q. ad proponendum vel propositionem pertinens, sc. technice et usu fere pro subst. de eo, quo aliquid menti proponitur considerandum; in arte: grammatica*: FEST. p. 360 'tam' significationem habet, cum ponimus ⌊-am⌋ quandam, cui subiungimus 'quam' *eqs.* (⌊ ⌋ *sc. sententiam vel partem orationis*). EXPLAN. in Don. gramm. IV 544, 8 nominativus quasi -us ab ipsa denominatione dictus (*cf. 534, 24 sq. nominativus* rem proponit, non flectit). *dialectica*: BOETH. top. Arist. 164b3 est ... dialecticus -us et instantivus (*sc. syllogismus? v. Breitmeyer, Le suffixe latin -īvus, 1933, 191; ipsum disputatorem proponentem intellegunt alii; gr. ὁ προτατικὸς καὶ ἐνστατικός*).

prōpositor, -ōris *m.* *a* proponere. *i. qui proponit, sc.: quaestionem*: AVG. de duab. anim. 10 p. 63, 23 saepe in altercando magnae quaestionis -r personam magni doctoris ostentat (PS. AVG. hypomn. 1, 5 l. 191 *inimicus* veritatis, qui non sit rationum certarum quaesitor, sed quaestionum perplexarum ad subversionem audientium inventor atque -r). in euang. Ioh. 19, 16 l. 35 ut ipse esset expositor, qui -r (*sc. filius dei; spectat ad 19, 5 l. 33* propositae quaestiones). *illecebram*: AVG. serm. 57, 9 (*ad Matth. 6, 13* [*ibid.*] ne nos inferas in temptationem) quid facit -r lucri? (*antea: qui* proponit lucrum, ut seducat).

prōpositum *v.* propono.

prōpositūra, -ae *f.* *a* proponere. [*falsum vid. pro* praepositura GLOSS. Leid. Hessels 4, 105 propositus vestis regie: -a (*sim.* GLOSS. I p. 163. *spectat ad Rufin. hist. 7, 32, 3, v. supra p. 780, 69*).] *de actu proponendi*: GLOSS. Leid. Hessels 35, 23 editionis: puplicationis, -e (*item* GLOSS. V 427, 3. *spectat ad Rufin. hist. 4, 15, 27* quia iam editionis suae munus explesset *munerarius*).

1. prōpositus, -a, -um *v.* propono.

2. ⁂**prōpositus,** -ūs *m.* *a* proponere. *de formis inter quartam et secundam decl. vacillantibus v. imprimis Lundström, Arch. Lat. Med. Aevi 23, 1953, 22 sqq.; formas communes attributo carentes v. sub* propositum.

i. q. actus vel effectus proponendi (*passim de animo, consilio sim., sed potius de consideratione, respectu l. 75, de doctrina p. 2084, 1 sqq.; gr. respondere solet πρόθεσις, quod infra non notavimus*): **1** *abl. sing.* (*codd. variant inter* -u *et* -o, *quod infra negleximus*): CLEM. ad Cor. 45, 7 iusto ... -u servientes deo. RVFIN. Adamant. 4, 10 nihil esse natura malum, sed in solo -u dici malum (*gr. χρήσεως τρόπῳ*). RVSTIC. Conc.S I 4 p. 184, 23 suo ... -u ad dira omnia praeparatur *is, qui pro fide pugnat.* II 3, 2 p. 93, 3 quae mera fide et sancto -u custodienda censuimus. p. 152, 15 quod pio -u fieri festinamus (*cf. p. 150, 9* sancto animo). CASSIOD. hist. 5, 17, 27 nequaquam a suo -u revocato *Liberio* (*Theodoret. 2, 16, 27 λογισμοῦ*). 5, 23, 2 firmamus nequaquam nos a -u nostro recedere. THEOD. MOPS. in II Thess. 3, 13 p. 64, 2 licet illi pravi sint suo -u. in Philem. argum. p. 262, 26 ut singula (*sc. domini et servi sim.*) in suo manerent ordine, salvo pietatis -u (*antea*: contemplatione pietatis). *al.*

2 *alii casus*: IREN. 3, 12, 12 *Marcionitae* blasphemant ... -um ... tolerabiliorem habentes ...; *Valentiniani* -um sive sectam blasphemiorem habent (*v. Lundström, Die Überlief. der lat. Irenäusübers., 1985, 109 sqq.; subest fort. gr. προαίρεσις*). 4 praef. 4 omnes ... in eundem ... blasphemiae concurrunt -um (*sed postea*: hoc ... -um). EPIST. pontif. 864 Thiel 150, 1 p. 988 est tibi ... specialis infixus -s *eqs.* CONC.S II 5 p. 50, 14 christianissima intentio ... et -s pietatis. CASSIOD. hist. 1, 14, 2 appetitus potentiae ... avaritiaeque -s (-um *var. l.*, -s *def. Lundström, Arch. Lat. Med. Aevi 23, 1953, 22 sq. ut* 4, 28, 7 fiduciam ... habens sui -us). CONC. Tur. a. 567 p. 187 l. 344 solus -s illi *viduae* sufficere debet (*sc. sine consecratione*). ORIG. in Matth. ser. 13 p. 25, 8 similis est -s dei *maledicentis* (simile ... -um *ed.*). *al.*

prōposterus, -a, -um. *per confusionem praeverbiorum pro* praeposterus (*v. Svennung, Wortstud. Oribas. 110; cf. falsam var. l. supra p. 782, 10*). *i. q. praeposterus*: CIL IX 3058, 11 *non diu vixit,* cot (*i.* quod) fata -a fuerun(t); debuit in ho(c) titulo mater ante legi (*cf. formulam tritam* fatorum praepostera iura *p. 782, 22 sq.*).

[prōpostulāta: propulsa GLOSS. V 378, 41 (*item seiunctis praeverbiis* GLOSS.L Corp. P 615 pro p.: pro p., *ubi conicitur* propulsatum: propulsum *sec. Oros. hist. 2, 4, 6; cf. etiam* GLOSS. I p. 423).**]**

[prōpotātio *vix recte exhibetur (sec.* propinatio*?) in ed. Stephani* GLOSS. II 420, 8 *πρόποσις*: perpotatio (prae- *Goetz in indice*).**]**

[propox *v.* prorr(h)ox.**]**

prōpraedico, -āre. *a* pro *et* praedicare *sec. gr. προκηρύσσειν. i. q. prius praedicare*: VET. LAT. act. 13, 24 (cod. 50) *deus* adduxit ... salvatorem Hiesum -ante Iohanne[s] ante faciem adventus eius baptismum paenitentiae (*gr. προκηρύξαντος, Vulg.* praedicante, *cod. 5* cum prius praedicasset).

[prōpraefectus *falso pro iunctura* pro praefecto, *cf. p. 632, 1 sqq.***]** *Wieland.*

⁂**prōpraetor,** -is *m.* *a locutione praepositionali* pro praetore *formatum* (*v. p. 1064, 30 sqq., ubi quaeras quae solis compendiis scripturae vel syntaxi ambigua [p. 1064, 39 sq.] tradita sunt*). *scribitur* -pret- CIL III 6934. 12210. *al., spatio interposito l. 50.* GLOSS. -r: *ἀντιστρατηγός*. I p. 42 praetor (profetor *cod.*) contra alterius exercitus praetorem distinatus.

i. qui praetoris loco fungitur, cum imperio praetoris mittitur (*in re publica Romana praeter* EPIST. Alex.): **1** *apponitur nomini proprio* (*quod antecedit praeter l. 45*): **a** *apud* LIVIVM (*nonnulla spectare possunt ad iuncturam* pro praetore, *cum codd. antiqui plerumque usi videntur compendio scripturae* pro pr, *quod in recc. solutum est per compos. [sed v. l. 44]; ceterum cf. Walsh in ed. Liv. 28–30, p. X*): LIV. 10, 26, 15 Cn. Fulvius et L. Postumius Megellus, -es ambo (pro pr, pp, prope *var. ll.; item plur.* -es: 40, 47, 1 [*codd. deficientibus*]). 23, 21, 1 *litterae* T. Otacilii -is (*item gen.* -is: 40, 2, 5). 23, 39, 8 M. Marcellum -em ... Nolam ... misit (*item acc.* -em: 27, 43, 2 [*perscriptum in cod. ant. P*]. 36, 8, 6 [pro pr *codd. fere omnes*]. *al.*). 26, 2, 4 -i L. Marcio (*de eodem l. 57*; pro pr *P. item dat.* -i: 37, 50, 13 [pro pr *B. al.*]. *al.*). 26, 5, 8 C. Nero -r (*item nom.* -r: 28, 10, 10. 38, 36, 2 [pro pr *B*]. *al.*). **b** *in miliariis orientis, sc. forma* per *quendam* -em (*quae in ceteris titulis occurrit notis sollemnibus* pr pr): INSCR. Année Épigr. 1904 n. 65 (*ex Arabia; a. 193*) p⟨er⟩ Severianum Maximum ⌊-em⌋ (*scribitur spatio interposito, ut conferre possis etiam p. 1437, 13 sqq.; item*: CIL III 12198. 12210. *al.*). CIL III 6913 (*aet. Gord.*) per ... Severum legatum -em. 6934 (*eiusdem*) per ... Severum leg(atum) et pr(o) ⌊praetorem⌋ (*positum in linea sequenti*).

2 *solum ponitur*: LIV. 23, 42, 10 nunc ⌊-is⌋ unius et parvi ... praesidii praeda sumus (⌊ ⌋ *Walch,* propri *P,* proprii *vel* prope *cett.; item gen.*: 39, 21, 4 de morte -is [praetoris *var. l., deficiente B*]). 26, 2, 1 quod imperio non populi iussu ... dato '-r senatui' scripserat *L. Marcius* (*cf. l. 45*; pro pr *P; item nom.*: 37, 57, 3 [pro pr *B. al.*]. PS. AVR. VICT. epit. 1, 13 exercitus ... et -r). *e coni. dubia*: EPIST. Alex. p. 192, 5 ordinarios ⌊-esque⌋ nostros praeposuimus orientis provinciis (⌊ ⌋ *Hilka in ed. l. 31; trad.* properator-, praeparator- [*quod tuentur alii edd.*], populator- *al.*). *Thome.*

propriātim *adv.* [*a* proprius (proprium) *fort. sec.* privatim *vel* nominatim. *Fo.*] *i. q. proprie* (*cf.* propritim): **1** *sec. nomen proprium* (*cf.* nominatim): ARNOB. nat. 3, 43 res exigit -m (*Sabaeus,* propiatim *trad.*) deos scire nec ambigere ... de uniuscuiusque vi nominis (*antea*: sua ... cognomina). **2** GLOSS. V 556, 26 -m: singillatim.

propriē *v.* proprius.

?**proprietālis,** -e. *a* proprietas (*siquidem vox tribuenda est antiquitati*). *i. q. ad proprietatem pertinens, peculiaris sim.*: EVOD. fid. 22 quod consuete dictum sit secundum ⌊-em linguae usum⌋ scripturarum (*quo Maria Gal. 4, 4 appellatur mulier, non virgo*; ⌊ ⌋ *cod. F,* proprietatem linguae *cett.; fuitne* linguae usum *explicatio lectoris cuiusdam, quae postea accommodata est textui originario* secundum proprietatem scripturarum*?*). *Wieland.*

⁂**proprietārius,** -a, -um. *a* proprietas (*cf. Leumann, Gramm.* *[Wick]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1977, 299). *scribitur* -priaet- *cod. F man. pr.* GAIVS dig. 41, 1, 43, 2. 43, 16, 10. *al.* *legitur in sermone iuris inde a* IVLIANO, *saepe apud* VLP. (*imprimis* dig. 7, 1); *abiit in sermonem gr. usu pro subst. masc.* *-ος* THEOPHIL. Inst. Iust. 2, 1, 9. *al., fem.* *-α* THEOPHIL. *ibid.* PAP. Cair. Masp. 67151, 150. *al.* (*i. q. proprietas; cf.* GLOSS. iurispr. *ἄδετ Π* 24 *-α· δεσποτεία*). [*confunditur in codd. cum* proprietas CASSIOD. var. 7, 44. CONC. Epaon. a. 517 p. 28 l. 150 (*ubi et* proprius), *v. et l. 30.*]

i. q. ad proprietatem pertinens: **1** *masc. sing. pro subst.; technice in iure ad distinguendum eum, qui usum fructum habet, significatur dominus proprietatis* (*quocum variat in contextu* IVLIAN. dig. 15, 1, 37, 3 GAIVS dig. 39, 2, 20 VLP. dig. 7, 1, 15, 7. *al. [v. et l. 21], cf.* dominus *sine gen. l. 25 et e. g.* IVLIAN. dig. 41, 1, 37, 2; *opp.* fructuarius *l. 15 sq. 18. 24 et passim,* usufructuarius *e. g.* VLP. dig. 7, 1, 13, 6, usuarius *l. 17; attulimus exempla selecta*): IVLIAN. dig. 15, 1, 37, 3 ut ex universo ... peculio, sive apud fructuarium sive apud -um erit, rem consequatur *creditor.* 41, 1, 37, 2 fructuarius servus ex re fructuarii non adquirit -o. POMPON. dig. 7, 8, 22, 1 eis *partibus domus,* quae vacabunt, -us non utetur, quia licebit usuario ... tota domo uti. GAIVS dig. 43, 16, 10 si de fundo -um et fructuarium praedo expulerit. VLP. dig. 4, 3, 7, 4 si possidens -us occidit *servum usuarium.* 7, 1, 12, 3 (*e Iuliano*) qua ratione ... retinetur a ⌊-o⌋ possessio ..., pari ratione etiam usus fructus retinetur (⌊ ⌋ proprietatis domino *frg. Vat. 89*). 7, 1, 70, 1 (*e Iuliano*) ut *fetus,* si summittantur *ad supplendum gregem,* sint -i, si non summittantur, fructuarii. 7, 9, 12 cum non fiant fructuarii vasa, vindicari a -o possunt. 47, 10, 15, 37 nec si fructuarius id fecerit (*i. servum verberaverit*), dominus cum eo agit, vel si -us fecerit, fructuarius eum conveniet. PS. DOSITH. frg. iur. 11 ⌊-us⌋ eum servum, cuius usufructus ad alium pertinet, non potest vindicta manumittere (*mire vertitur* GLOSS. III 52, 50 *κυριώτατος*). COD. Iust. 7, 15, 1 pr. *al.* **2** *adi.*: EPIT. Gai 2, 1, 7 si eis *servis* ... donationis aliquid conferatur, hoc ⌊-o domino⌋, non usufructuario adquiritur (⌊ ⌋ domino proprietatis *Gaius inst. 2, 91*). EPIST. canon. 10 quod quidam *clerici* ... de sacris vestibus ... ornamenta faciant et -o iure sibi defendant (CASSIOD. var. 7, 44 tibi illum locum -o i. concedimus. CONC. Epaon. a. 517 p. 28 l. 150 GREG. M. epist. 2, 46 l. 9. *addas, si recte suppletur,* CHART. lat. ant. XX 710, 12 [*saec. VI med.*] ⟨... i.⟩ -o).

Wick.

proprietās, -ātis *f.* *a* proprius. *scribitur* propriae- PAP. Corp. 92, 5 (*saec. IV/V*). FRONTIN. grom. p. 6, 3. 39, 23 (cod. A, *saec. VI/VII*). PALLAD. c. Ambr. fol. 337ᵛ, 7. *al.* (*v. e. g.* PAP. Tjäder II p. 335), propi- *p. 2091, 9.* NOT. Tir. 40, 6. *producitur prima syllaba* AETNA 513 PAVL. PELL. euch. 573. *legitur in oratione soluta inde a* CIC. (*quater*), LIV. (*bis*), VITR. (*43 ies*), *saepe apud artium scriptores et iuris consultos, in versu non nisi l. 39.* [*falsa var. l.* CAES. Gall. 5, 27, 7.]

i. q. condicio, vis sim. propria, non communis (*varias notiones metonym. v. p. 2086, 31. 2088, 33. 2090, 33. 2091, 74. 2092, 37; opp. vel disting.* communio *p. 2090, 15* [*cf.* communis *l. 74. p. 2091, 8. al.*], genus *l. 58* [*cf. e. g. p. 2089, 27*]): **I** *spectat ad qualitatem fere inhaerentem, vim peculiarem alicuius (rei), qua definitur, ab aliis distinguitur* (*c. gen. poss. passim, gen. explicat. v. p. 2086, 27. 36. 58. 2089, 30. 38. 2090, 51. al.; pro syn. sunt vel iuxta ponuntur* idioma *p. 2089, 9. 33,* natura *p. 2089, 66* [*cf.* naturalis -s substantiae *p. 2086, 50,* naturae -s *p. 2086, 21. 54,* -is natura *p. 2086, 64 sq.*], qualitas *p. 2086, 20. 2089, 61* [*cf.* qualitatis -s *p. 2086, 45. 53*], veritas *p. 2086, 56. 58* [*cf.* vera -s *p. 2086, 71*], vis *p. 2086, 9. 2088, 12. 2089, 32. 2090, 49. al.; nota locutionem* -e distinguere *sim. p. 2086, 25. 2089, 66. 2090, 12*): **A** *in philosophia, theologia sim.* (*cf. etiam p. 2087, 22. 39. al. nec non explicationes sacrae scripturae p. 2088, 45; sive de singulis alicuius rei qualitatibus, accidentibus, e. g. l. 67. p. 2086, 9 sqq., sive de ipsa eius natura, e. g. l. 72. p. 2086, 8. 16. 27*): **1** *usu generali*: CIC. part. 41 quin definitio genere declaretur et -e quadam aut etiam communium frequentia, ex quibus proprium quid sit, eluceat. top. 83 cum ... quid sit quaeritur, notio explicanda est et -s et divisio et partitio. *ibid.* -s sic *quaeritur*: in hominemne solum cadat an etiam in beluas aegritudo. ac. 2, 56 quod ... docetur a ... physicis, singularum rerum singulas -es esse. QVINT. inst. 8, 6, 58 genus, cum dividatur in species, nihil habet proprium, ut arbor pinus et olea et cupressus, et ipsius per se nulla -s *est.* PS. QVINT. decl. 8, 12 nihil ... in rebus humanis voluit esse rerum natura tam simile, quod non aliqua -e secerneret. GELL. 11, 5, 4 indicia ... rei cuiusque et sinceras -es *Pyrrhonis sequaces* negant posse nosci. PS. APVL. herm. 4 p. 268 *altera subiectiva* verbo terminatur, quo praecipue etiam in illis -bus a pari subiectiva discernitur. 6 p. 270 -s declaratur alicuius. TERT. anim. 8, 1 -um privata discrimina. carn. 13 l. 11 omnia periclitabuntur aliter accipi, quam sunt, si aliter ... cognominantur ...; fides nominum salus est -um. LACT. inst. 5, 17, 28 per hominum errorem ignorantium cuiusque rei -em. MAR. VICTORIN. defin. p. 24, 29 eo usque ... adicere differentias, quo usque ad -em, quae iam communis esse non possit, sermo perveniat (*sec. Cic. top. 29* dum proprium efficiatur).

SYAGR. reg. 4 p. 144, 13 si naturis -s reddatur, ut risus homini *eqs.* BOETH. Porph. isag. p. 7, 22 individua ... dicuntur huiusmodi, quoniam ex -bus consistit unumquodque eorum, quorum collectio numquam in alio eadem erit (*gr. ἰδιοτήτων*). in Porph. comm. pr. 1, 4 p. 11, 16 utilissimus -is usus est, ut id dicas, quod sola, quam definis, species suum propriumque retineat. *al.*

2 *quaeritur de singulis*: **a** *de quibuslibet*: VITR. 6 praef. 4 eam ... esse -em divitiarum maxime nihil desiderare. SEN. benef. 1, 3, 2 quorum *beneficiorum* quae vis quaeve -s sit, dicam. dial. 9, 2, 7 *in iis, qui animi tranquillitate carent,* innumerabiles ... -es sunt, sed unus effectus vitii, sibi displicere (epist. 122, 17 tantas invenis v. -es [*postea*: innumerabiles habent facies]). nat. 4, 11, 3 pilae -s est cum aequalitate quadam rotunditas. epist. 74, 17 cetera opinione bonă sunt ..., -s [quidem] in illis boni non est (118, 13. TERT. adv. Marc. 2, 6 p. 342, 3 ut ... bonum iam suum haberet homo ... et fieret -s iam b. in homine et quodammodo natura [*cf. l. 21*]. *al.*). 118, 14 infans fuit, factus est pubes; alia eius -s fit: ille enim inrationalis est, hic rationalis (*sim. de -e hominis*: TERT. anim. 40, 3 nulla -s h. in choico nec ... caro *est* homo ..., sed res est alterius plane substantiae. SCHOL. Cic. Bob. p. 174, 4 definit h. -em ... animorum qualitatibus aestumandam. *al.; cf.* TERT. adv. Marc. 2, 6 p. 342, 11 *si homo* ex voluntate iam bonus inveniretur, quasi de -e naturae). *al.* PS. QVINT. decl. 4, 16 omnes ... animae -es ... ex ... siderum qualitate ... accipiunt (*sim. de -e animae*: TERT. anim. 8, 4 invisibilis anima ... pro ... -e substantiae. 11, 1 quam *animam* flatum ex -e defendimus [*antea: non* substantiae titulo, sed operae, quia spirat]. adv. Val. 29, 2 animas ipsas duplici -e discernunt, bonas et malas. VITA Anton. 20 p. 35, 22 anima ... intellectum ... habet secundum -em [*gr. κατὰ φύσιν*]. *al.*). TERT. anim. 9, 5 coloris -s omni corpori aderit. carn. 9 l. 5 omnis materia sine testimonio originis suae non est, etsi demutetur in novam -em. IREN. 2, 17, 9 praeter has ... emissiones, *quae fiunt tribus modis,* ... alteram quandam -em emissam *non putant* (*meton. de natura peculiari emissa?*). *al.* *in titulo libri*: MACR. Sat. 3, 8, 4 Hyginus ... de -bus deorum.

b *de deo Iudaeorum, Christianorum*: **α** *exempla varia*: TERT. bapt. 2, 2 o misera incredulitas, quae denegas deo -es suas, simplicitatem et potestatem. adv. Marc. 2, 16 p. 357, 21 solus deus de incorruptibilitatis -e felix. patient. 3, 11 patientiam dei esse naturam, effectum et praestantiam ingenitae cuiusdam -is. VET. LAT. sap. 2, 23 (Hier. epist. 51, 6, 9 [*Epiphan.*]) *deus* imaginem suae -is dedit ei *homini* (*gr. ἰδιότητος* [*ὁμοιότητος var. l.*], *Vulg.* similitudinis). HIL. trin. 12, 52 in his aeternarum -um tuarum nominibus. VITA Anton. 74 p. 77, 8 communicare cum divina illa et intelligibili -e (*gr. φύσεως*). AMBR. fid. 3, 12, 98 est per maiestatis -em. 4, 8, 81 generatio ... paternae -is est, non potentiae (*cf. incarn. 8, 79* naturae; *subest Athan. Migne gr. 26, 72ᴮ τῆς οὐσίας ἐστὶν ἰδιότης*). GREG. ILIB. fid. 8 l. 27 *ut deus* habitum mutet, non substantiam vertat nec -em qualitatis amittat, sed ... temperamentum maiestatis adhibeat. *al.*

β *de natura filii*: TERT. carn. 5 l. 45 *in Christo aequa est* -s condicionum, divinae et humanae. adv. Prax. 27 p. 282, 1 videmus duplicem statum, non confusum ...; adeo salva est utriusque -s substantiae, ut et spiritus res suas egerit ... et caro passiones suas functa sit ([*nisi ad III*]. HIL. syn. 16 naturalis -em s. AMBR. fid. 1, 3, 27 'non est deus praeter te' [*Is. 45, 14*] per -em s., repulsam differentiae. *al.*). resurr. 2, 5 *carnem Christi* solidam probamus adversum phantasmatis vanitatem et humanam vindicamus adversus qualitatis -em. HIL. trin. 1, 33 *ut* nulla in eo *Christo* divinae naturae -s existimanda sit (GAVDENT. serm. 9, 33 nemo confitetur -e n. esse ... Iesum, nisi in spiritu sancto. AMBR. fid. 4, 9, 106 divinae. CASSIAN. c. Nest. 3, 2, 2 veritas -sque n. *al.*). 5, 11 veritatem ... naturae, ... nativae divinitatis -em (AMBR. fid. 1, 17, 112. *al.*). 10, 25 in similitudine ... naturae, non vitiorum -e generatio est *Christi* (*cf. ibid.* in veritate nativitatis est ... et non est in peccati -e [*postea*: in vitiosa hominis infirmitate]). FAVSTIN. trin. 1, 8 cum adoptivus ... -em unigeniti a patre habere non possit. 2, 14 ut nos scire possemus -em patris ad filium vel filii ad patrem, *sc. geniti non facti* (HIER. Didym. spir. 30, 134 salva -e f. ad patrem *eqs.* AVG. trin. 3, 10, 27 -es f. dei et spiritus sancti. *al.*). FILASTR. 137, 1 nesciunt quid sit imago dei natura -is, *sc. filius,* et quid positionis sit gratia, *sc. homo* (*cf.* 137, 4 qui natura -is indiscreta paternae substantiae ... imago sit). AMBR. fid. 2 prol. 2 sunt ... evidentia indicia, quae -em deitatis ostendant; -is itaque sunt generatio, deus, filius, verbum (FVLG. RVSP. ad Tras. 3, 26, 1 substantialem -em d. et humanitatis. *al.*). HIER. tract. p. 517, 4 piscator indoctus novum verbum -is dixit sic de deo: 'in principio erat verbum'. IOH. MAXENT. Conc.ˢ IV 2 p. 35, 22 *deus patitur* secundum relationem, *quae est inter vestem et qui ea indutus est,* non secundum veram et intimam -em. *al.*

B *in gramm. et rhet.*: **1** *de ratione, quae intercedit inter verba et res iis significatas*: **a** *usu communi spectat ad*: **α** *verba proprie posita, quae res suas significant secundum naturam, no-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tionem primariam (*accedit respectus veriloquii, maxime l. 49. respicitur fere κυριολογία, cf. explicationes* QVINT. inst. 8, 2, 1 perspicuitas in verbis praecipuam habet -em, sed -s ipsa non simpliciter accipitur; primus ... intellectus est sua cuiusque rei appellatio, qua non semper utemur; nam ... obscena vitabimus *eqs.* [*cf. 8, 2, 7* secundo modo dicitur proprium *eqs.*]. 8, 2, 3 in hac ... -is specie, quae nominibus ipsis cuiusque rei utitur [*opp.* improprium, *ἄκυρον*]. 8, 2, 6 -s non ad nomen, sed ad vim significandi refertur. GLOSS. -s: *κυριολεξία*): Ⓘ *accedit gen. auctorum, qui verba ita ponere student: titulus libri* VARRONIS (*aliter l. 58. p. 2086, 31*): NON. p. 334, 31 de -e scriptorum (*item* HIER. epist. 33, 2. *huc traximus coll. locis infra appositis et considerato unico huius libri fragmento* [*Non. loco cit.*], *quo notio verbi cuiusdam propria illustrari vid.; aliter e. g. Dahlmann, Abh. Mainz. Ak., 1962, 10, 671 sq., Lenoir, Rev. Ét. Lat. 49, 1971, 155 sqq., de stili varietatibus cogitantes*). *exempla cetera* (*cf. e. g. l. 65. p. 2088, 2*): DON. Ter. Eun. 441 'intromittamus' ..., 'provocemus': haec est in verbis poetae germana -s. AVSON. 27, 12 (407 S.) l. 22 quis ita ad ... opulentiam Tullianam aut -em nostri Maronis accedat, *quam tu, Symmache*? ENNOD. epist. 1, 16, 3 p. 27, 20 Crispi -s, Maronis elegantia.

Ⓘⓘ *accedit gen. vocis proprie positae*: Ⓐ -s verborum (verbi *l. 35 sqq.; plur.* -es *l. 23; cf. p. 2088, 47*): SEN. epist. 81, 9 mira in quibusdam rebus v. -s est et consuetudo sermonis ... quaedam efficacissimis ... notis signat. 89, 9 *philosophia rationalis* -es v. exigit et structuram et argumentationes, ne pro vero falsa subrepant (*item plur.*: GELL. 10, 22, 3 *verba Platonis vertere nolui,* cum ad -es eorum nequaquam possit Latina oratio aspirare. RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 75, 14 v. dictorumque videtur *logica* continere rationes -esque et improprietates. *al.*). QVINT. inst. 1 prooem. 16 v. -s ac differentia omnibus, qui sermonem curae habent, debet esse communis. 5, 14, 34 iuris consulti, quorum summus circa v. -em labor est (*item in iure*: 12, 2, 19 quaestio iuris ... v. -e ... continetur. decl. 323, 9 haec ipsius verbi [*sc. 'opis'*] -s continet. GAIVS inst. 3, 136 neque v. neque scripturae ulla -s desiderat⟨ur⟩, sed sufficit eos, qui negotium gerunt, consensisse). *al.* PLIN. epist. 7, 9, 2 -s splendorque v. TERT. adv. Marc. 2, 9 p. 346, 1 non recogitata differentia nec curata -e v. pro 'adflatu' (*gen. 2, 7*) 'spiritum' ponunt. DON. Ter. Andr. 243, 2 ('abstrahat') magna vi usus est verbi et -e (*cf. 519, 2* 'abstraxit' proprie ut supra. *item sing.* verbi *l. 30 et* HIL. in psalm. 54, 11 ['praecipita'] -em v. ... graeci [*sc. καταπόντισον*] latinitas ... non elocuta est. AVG. serm. 46, 28 dicitur ... sapientia pro astutia, abusione v., non -e. *al.*). *al.* Ⓑ *aliae iunctura*e: SEN. epist. 88, 42 *etiam philosophi ad* coniunctionum ac praepositionum -es descenderunt. QVINT. inst. 12, 2, 10 -es vocis cuiusque nosse ... oratorum est (GELL. 12, 13, 5. SERV. auct. georg. 4, 59 ['nare'] -s ... v. aptior est natantibus quam volantibus). GELL. 16, 13 tit. quid sint 'municipes' quaeque sit eius vocabuli ratio ac -s (TERT. resurr. 18, 11 MACR. Sat. 3, 3, 1. *al.*). APVL. mund. 38 p. 373 nominum ... -e contingit, ut sit Atropos praeteriti temporis fatum *eqs.* (TERT. adv. Val. 19, 1 n. -s *non* competit -i operum. LACT. inst. 1, 11, 40. HIL. c. Aux. 2 n. antichristi -s est Christo esse contrarium. OPTAT. 2, 1 p. 33, 13 -s catholici n. *al.*). NON. p. 32, 15 monumenti -em a monendo ... exprimendam (*item cum respectu veriloquii*: 35, 32 fratrum -em Nigidius ... dixit: frater ... quasi 'fere alter'. 59, 5 nefarii -em ... Varro patefecit a farre. *al. ibid.; vario modo explicantur voces singulae*: NON. p. 445, 14 'acerosum' et 'aceratum' ... distanti -e signatum. DON. Ter. Hec. 486 -em expressam commerendi et merendi). DON. Ter. Phorm. 161, 3 nota -em dicti, nam consuetudo specialiter de coitu dicitur (CLAVD. DON. Aen. 11, 350 p. 467, 14 -s ... illa est d., ut Troiani caelo conparati videantur. *al.*). HIER. epist. 20, 4, 4 *Lucas* se vidit -em sermonis, *sc. 'osianna',* transferre non posse (tract. in psalm. I p. 88 l. 177. AGROEC. gramm. VII 113, 9 qui *Capri libellus* est de orthographia et de -e ac differentia sermonum. *al.; cf. l. 61*). *al.* *in titulo libri* (*cf. l. 9*): GELL. 18, 6 tit. Aelius Melissus in libro, cui titulum fecit de loquendi -e (*cf. ibid.* 3 Melissi -es). NON. p. 1, 2 (*tit. libri primi*) de -e sermonum (TITVLVS diff. ed. Uhlfelder cod. Q de -e s. vel rerum. *cf. l. 58*).

ⓘⓘⓘ *exempla cetera*: SEN. nat. 3, 18, 7 non tempero mihi, quin utar interdum temerarie verbis et -is modum excedam. QVINT. inst. 10, 1, 46 *Homerum* nemo in magnis rebus sublimitate, in parvis -e superavit. decl. 277, 6 habent ... omnia haec nomina suam -em. *al.* GELL. 10, 20, 10 Sallustius ..., -um in verbis retinentissimus, consuetudini concessit et privilegium ... legem appellavit. 16, 5, 11 (*respicitur vox q. e.* vestibulum) ut ab ista ... -e non longe desciverint *scriptores quidam* (*antea*: per quasdam translationes). DON. Ter. Eun. 325, 4 *epitheta* tribus de causis nominibus adduntur: discretionis, -is, ornatus. HIL. in psalm. 118 daleth 6 p. 394, 4 *versus* non eadem -e a ceteris translatoribus ex hebraeo demutatus *est.* FILASTR. 99, 1 anima est appellata a domino, hocque nomen -is accepit a deo, ut anima, non intellectus vocaretur. CHAR. gramm. p. 53, 14 si ... sua -e censebuntur *nomina* (*sc. non ea notione, quam cum primitivo communem habent*). SERV. Aen. 1, 410 ('incusat') hoc -is est, licet usus male ista corrumpat (3, 26 [*opp.* abusione]). *ibid.* Terentium propter solam -em omnibus comicis esse praepositum. CLAVD. DON. Aen. 10, 55 p. 298, 27 'medium' transisse per flammas hanc habet -em, quia vallatus incendiis ... evasit. *al.*

β *rem verbis aptis significatam* (*exempla certiora*): QVINT. inst. 9, 3, 71 quod *genus figurae* est positum in distinguenda rei -e *per vocum similitudinem*: ... reprimi, non ... comprimi (GELL. 17, 3, 5 *voces,* cum ex communi significatione in r. certae -em concedunt, diversitate accentuum separantur. HIL. in psalm. 118 aleph 3 p. 356, 24 illa, quae sermo propheticus mirabili uniuscuiusque r. -e distinxit). 11, 3, 175 (*174 esse* accommodandam sententiis ipsis pronuntiationem) accedit enim vis et -s rebus tali adstipulatione; quae nisi adsit, aliud vox, aliud animus ostendat. TERT. adv. Val. 19, 1 operum (*v. p. 2087, 46*). HIER. epist. 51, 4, 4 (*Epiphan.*) corpus ... *δέμας,* id est vinculum, sive iuxta aliam -em cadaver (*sc. πτῶμα*) dici, quia animae de caelo ruerint. PRISC. rhet. 9, 28 p. 558, 12 ubique ... servanda est -s personarum et temporum; alia sunt enim verba iuvenis, alia senis *eqs.* (*gr. p. 21, 6 Rabe τὸ οἰκεῖον*). CASSIOD. inst. 1, 17, 1 Marcellinus ... libros de ... positionibus locorum pulcherrima -e conficiens (*de eodem opere 1, 25, 1* minutissima ratione). in psalm. 9, 26 l. 438 *impius* tanta ... -e describitur, ut ... quasi praesens esse videatur; quae figura dicitur characterismos (21, 17 l. 348 mirabili -e passionis suae sacramenta describit. 54, 6 l. 102 exitus-nostri morem certissima -e. *al.*). *al.*

b *peculiaria quaedam*: **α** *de statu causae definitivo* (*cf. p. 2085, 58 sqq.; ad rem v. Calboli Montefusco, La dottrina degli status, 1986, 78*): QVINT. inst. 3, 6, 53 alii sex status putant: coniecturam ... et -em, id est *ἰδιότητα,* quo verbo finitio ostenditur *eqs.* 3, 6, 56 Hermagoras ... quattuor *putat status rationales,* coniecturam, -em, tralationem, qualitatem. AVG. rhet. 9 p. 142, 27 altera rationalis est quaestio, quam Hermagoras finem vocat, Theodorus *περὶ τῆς ἰδιότητος,* id est de -e.

β *cum respectu nominis proprii, sc. non appellativi* (*magis minusve metonymice de ipso nomine* [*per gen. inversum l. 36*]): SACERD. gramm. VI 460, 25 antonomasia est [cum] vocabulum, quod sine nomine proprio positum loco fungitur -is. LACT. inst. 1, 6, 4 ne quis nomen eius *summi dei* requireret, *ἀνώνυμον* esse dixit *Hermes,* eo quod nominis -e non egeat, ob ipsam scilicet unitatem (FIRM. err. 26, 2 -em n. sui ipse confessus est. PHILO quaest. in gen. 4, 194 -es ... nominum a sapientibus positae ipsarum rerum indices sunt. *al.*). FILASTR. 111, 6 provinciae unius -s ..., quam rex paganus ex suo nomine confirmavit. SERV. Aen. 1, 258 ('urbem') Romam significat, quia, cum -em detrahimus, quod magnum est significamus, ut si dicas 'legi oratorem' nec addas quem, intellego Ciceronem. FRG. Bob. gramm. V 556, 14 cum ... defuerit *nomini* ... ipsa -s (*i. cum pro appellativo positum sit*).

γ *in explicatione sacrae scripturae* (*quae spectant ad versiones varias v. sub a, e. g. p. 2087, 33. 36*): Ⓘ *notione communi de eo, quod intellegitur ad litteram* (*saepius in iunctura* -s verborum, *e. g. l. 49 sq.*): TERT. carn. 24 l. 4 vocabula ipsa in luce -um suarum *non* conservant *haeretici.* praescr. 38 l. 32 *Valentinus* auferens -es singulorum ... verborum (*antea*: sensus expositione intervertit). HIL. in Matth. 25, 5 admonuimus -es verborum et locorum contuendas, ut momenta praeceptorum caelestium consequamur; 'tectum' est domus fastigium *eqs.* GAVDENT. serm. 2, 9 *pascha* figura erat, non -s dominicae passionis (TYCON. in apoc. 1 *quemadmodum* a -e ad figuram redeat. AVG. c. Maximin. 2, 26, 9 p. 811. *al.*). TYCON. reg. 4 p. 40, 8 -s ... non omnibus speciebus evenit, nam ... Damascus *aliaeque civitates* ... usque nunc exstant, quas dominus ... tolli ... dixerat. AVG. doctr. christ. 3, 91 cum sensus, ad -em verborum si accipiatur, absurdus est, quaerendum est ..., ne forte ... tropo dictum sit, quod non intellegimus (*sim.* spir. et litt. 4, 6 p. 158, 3). in euang. Ioh. 4, 6 modo Iohannes per -em Iohannes, per similitudinem Elias est (c. Faust. 12, 22 significari Christum aliquando ... per lapidem cuiusdam similitudinis causa, non -is substantia. in psalm. 90, serm. 1, 6. *al.*). gen. ad litt. 1, 17 p. 25, 5 secundum -em rerum gestarum, non secundum aenigmata futurarum (*sim.* retract. 2, 24, 1). *al.* ⓘⓘ *transfertur ad veritatem e figuris sim. intellegendam*: HIL. in Matth. 10, 22 qui sit gladius in terra, quae -s nominum (*sc. patris, matris eqs.; cf. 10, 23* 'pater' corporis peccatum *eqs.*). 20, 12 -em ... istius praefigurationis ostendere (*cf.* 21, 9 ut comparationis -s intellegi posset). 22, 1 personarum -s et rerum comparationes sunt proferendae; patrem familias hic patrem deum intellegimus. in psalm. 1, 14 *Christum* lignum vitae cognominari ... docuimus; etiam ex euangeliis intellegentiae huius est -s adstruenda. *al. apud eundem.* PS. ORIG. tract. 3, 12 ut unicuique personae rerum gestarum -s adsignetur (*postea*: Agar ancillam ... typum habuisse synagogae).

2 *de natura peculiari linguae cuiusdam* (*sublucet respectus puritatis p. 2089, 5*): TERT. adv. Marc. 4, 11 p. 452, 21 si hominem alterius gentis

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

probare voluisset, utique de -e loquelae probaret. HIER. epist. 18B, 1, 2 cum ... spiritus sanctus secundum -es linguae hebraeae feminino genere proferatur (57, 5, 2 ut -es alterius l. suis -bus explicaret *Cicero in versionibus.* AVG. serm. 291, 4. SIDON. epist. 2, 10, 1 nisi ... meram l. Latiaris -em de ... barbarismorum robigine vindicaveritis. *al., e. g. l. 10*). in Gal. 1, 11 p. 323C *interpretes,* qui de hebraeis difficultatibus -es exprimere conantur. praef. Vulg. Dan. p. 5, 3 *sermo chaldaicus* quibusdam -bus a nostro eloquio discrepat. MAR. MERC. Conc.S I 5 p. 29, 11 dicta vitiosa, quae nobis vis servandae graecae -is extorsit. *al.* *respondent* idiomata: CHAR. gramm. p. 380, 23 quaedam inveniuntur ... -e linguae Latinae dicta praeter consuetudinem Graecorum, quae i. appellantur (*sim.* AVG. loc. hept. 1 pr. -es, quae i. graece vocantur. *al.*). HIER. epist. 106, 3, 2 ut ἰδιώματα linguae alterius suae linguae exprimat -e.

3 *de variorum qualitate peculiari*: QVINT. inst. 1, 8, 13 pedum *metricorum* -es. 6 prooem. 11 *aderat filio meo* in utracumque lingua ... expressa -s omnium litterarum (*respicitur pronuntiatio ut*: TER. MAVR. 107 si -s tradita, si regula nota est. HIER. in Is. 4, 11, 1 l. 27 per 'sade' litteram ..., cuius -em et sonum inter z et s Latinus sermo non exprimit). DIOM. gramm. I 456, 4 virtutes orationis generales sunt duae, -s et ornatus; -is est species regula sermonis, quam Graeci analogian vocant (*postea: per eam* servatur recta scripturae ratio). HIER. adv. Rufin. 2, 19 l. 57 *Novatiani liber* auctoris eloquium stili -e demonstrat (*vix huc trahas p. 2087, 9*). *al.*

C *in aliis artibus et in quolibet sermone*: **1** *notione communi*: **a** *locutiones peculiares quaedam*: **α** -em (-es) habere (*cf. e. g. p. 2086, 60*): VITR. 1, 2, 5 Veneri, Florae ... *aedes* corinthio genere constitutae aptas videbuntur habere -es. 8, 3, 7 sunt ... multa genera *aquarum* quae habent suas -es. CELS. 5, 28, 2B *carcinoma* interdum ... nullam habet -em, interdum simile is est, quae vocant Graeci condylomata. PLIN. nat. 13, 121 *coccygia* -em habet fructum amittendi lanugine (*Theophr. hist. plant. 3, 16, 6* ἴδιον ... ἔχει). QVINT. decl. 265, 10 *haec non* unius legis habent vim et -em. HIER. in Gal. 3, 1 p. 347A quod unaquaeque provincia suas habeat -es: Cretenses semper mendaces *eqs.* (*syn. 347B* idiomata). BOETH. mus. 5, 16 p. 366, 12 *quae genera* has Aristoxeno videntur habere -es, ut alia eorum dicantur spissa, alia minime (*sim. pendet enunt. secund. p. 2088, 4*). *al.* **β** -s est *sim.* (*copula subaudienda e. g. l. 47; cf. e. g. p. 2086, 8 [pendet inf. ut p. 2087, 47]. 2087, 43*): VITR. 8, 2, 9 neque ... ⌊calidae aquae⌋ est ulla -s ...; ideo ... brevi spatio fit frigida (⌊ ⌋ *gen. definit.; postea*: si naturaliter esset calida). 8, 3, 24 sunt ... fontium -es, quae procreant qui ibi nascuntur egregiis vocibus ad cantandum. CELS. 1 prooem. 71 morborum in isdem hominibus aliae atque aliae -es sunt. 2, 2, 4 sunt ... quaedam -es hominum, sine quarum notitia *eqs.* 5, 21, 1A eorum *pessorum* haec -s est: medicamenta ... lana excipiuntur *eqs.* (*item explicatur per enunt. primar.*: PLIN. nat. 14, 75 est ... et haec -s generum *vinorum*: dulcia ... inter se non congruunt). COLVM. 3, 21, 8 est -s in surculis, ut alii meridiano axe convalescant *eqs.* (PLIN. nat. 13, 13. *cf. p. 2087, 55*). PLIN. nat. 21, 91 tribulo -s, quod et fructum spinosum habet ([*Theophr. hist. plant. 6, 5, 3* ἴδιον ἔχει]. 35, 197). *al.*

b *vario usu; spectat ad*: **α** *res*: Ⓘ *corporeas, fere naturales*: AETNA 513 materiam ut credas aliam fluere igne, ⌊nec una⌋ flumina -e simul concrescere (⌊ ⌋ favilla(m) *codd.,* favillae *coni. alii*). LIV. 38, 17, 10 sicut in frugibus pecudibusque non tantum semina ad servandam indolem valent, quantum terrae -s caelique, sub quo aluntur, mutat (VITR. 1, 4, 10 uti pabulo ciboque salubres -es t. videantur. 8, 3, 12. *al.*). VITR. 1, 2, 5 ab severo more doricorum ... temperabitur earum *Ionicarum aedium* institutio -is (*sim. de -bus aedificiorum*: 1, 2, 6 translatis ex alia ratione -bus in aliud genus operis. 4 praef. 2. 6, 4, 1 quibus -bus genera aedificiorum ad usum et caeli regiones apte debeant spectare). 1, 4, 10 licet scire cibo atque aqua -es locorum naturaliter pestilentes aut salubres esse (2, 9, 17 e l. -bus habere vitia aut virtutes *arbores.* 8, 3, 27 l. -es, ... regionum qualitates. *al.* COLVM. 2, 10, 23. *cf. e. g. l. 75*). 2, 3, 4 levi raraque cum sint -e *lateres* (*cf.* 2, 8, 6 caementa sunt spissa et solida -e). 2, 9, 1 *arbores* suae -is virtutem efferunt in frondem anniversariosque fructus (*item de -bus arborum, fructuum sim.*: 2, 9, 17. SEN. epist. 113, 16 nullum *genus foliorum* non sua -e signatum. PLIN. nat. 15, 58 -s piris quae vini. 16, 17 distinguemus ... -e naturaque *glandiferas. al.*). 2, 9, 5 *varia arborum* genera principiorum -bus comparata. 8, 3, 14 -s liquoris cum iniit in corpus *pecoris* (*item de -bus aquarum*: FRONTIN. aq. 93, 4 haec tam felix -s aquae [*antea*: frigidissimus ... ac splendidissimus]. *cf. l. 27. 38. p. 2090, 51. 54*). VAL. MAX. 1, 8 ext. 18 in Caleno agro aquam -em vini, qua homines inebrientur, possidere (*cf. l. 44. p. 2090, 53*). 8, 7 ext. 2 unius cuiusque *stellarum* vim, -em, effectum. CELS. 2, 18, 1 omnium *alimentorum* -es nosse. 5, 28, 11C *abscessuum* nomina -esque. SCRIB. LARG. 21 utrumque ... genus medicamenti eximie prodesse iudico -e quidem quadam. PLIN. nat. 1, 2, 62 -es caeli in locis (*cf.* 2, 153 quasdam -es quibusdam locis esse:

roscidas ... noctes, ... apparere arcus *eqs.*). *al.* Ⓘⓘ *incorporeas*: VITR. 7, 10, 1 colorum -es (SEN. epist. 94, 19 ut c. -es oculus intellegat. *cf.* PAVL. FEST. p. 22 *aquilus color* ita neutri [*sc. albo nigroque*] similis est, ut tamen ab utroque -em trahat). 9, 2, 1 converti ... candentem *partem lunae* propter eius -em luminis ad lumen *solis.* 9, 8, 9 *ut horologii circulus* designet horarum -es (*sc. breviorum longiorumque*). *al.* VAL. MAX. 9, 3 pr. -is eorum *irae odiique* certissimae sunt imagines. CELS. 1 prooem. 68 a communi fluentis morbi contemplatione ad propriam medicina descendit; atque in hac ... rursus alia -is notitia saepe necessaria est (*item de -bus morbi sim.*: 73 nosse -es. CAEL. AVR. acut. 2, 22, 131 -e passionis. *al.; cf. p. 2089, 41*). PLIN. nat. 17, 89 quaedam umbrarum -s. QVINT. inst. 5, 10, 48 casus ... sine dubio est ex insequentibus, sed quadam -e distinguitur. 6, 2, 9 morum quaedam -s. IAVOL. dig. 50, 16, 115 possessio ab agro iuris -e distat (*huc traximus sec. Eckardt, Iavol. epistulae, 1978, 178; sed cf. p. 2091, 17*). TERT. coron. 7, 2 a communione naturalis disciplinae converti ad -em christianam. *al.*

β *animantes vel partes eorum*: VITR. 6, 1, 12 aedificiorum ... rationes ad nationum gentiumque -es apte distribuere (HIER. in Gal. lib. 2 praef. p. 353C). SEN. nat. 4, 2, 15 *cocodrillos* Tentyritae generis aut sanguinis -e *non* superant, sed contemptu et temeritate. epist. 84, 4 *apes* quae collegerunt in hunc *mellis* saporem mixtura quadam et -e spiritus sui *mutant.* PLIN. nat. 1, 32, 5 -es piscium mirabiles (APVL. apol. 40, 9). 28, 30 animalium (PHYSIOGN. 117. *al.*). 32, 32 figurae ... -em *testudinis.* QVINT. inst. 2, 8, 6 -es ingeniorum. 7, 3, 15 expositis tot corporis animique -bus. 11, 3, 40 *vox clara* ad auditum accommodata non magnitudine, sed -e. *al.* PS. QVINT. decl. 8, 11 unde sciret *medicina* ... quam -em spiritus, quam corpus acceperit? APVL. flor. 17, 11 animalium ... sonores distinctis -bus admirandos. TERT. adv. Hermog. 5, 4 dii erimus ... ex gratia ipsius *dei,* non ex nostra -e. ARNOB. nat. 6, 12 p. 321, 19 cum habitus vobis deos, non oris soleat -s indicare. EVSTATH. Basil. hex. 9, 3, 3 -bus variis singulae *quadrupedum animae* discernuntur: boves graves sunt ..., asini hebetes (*gr.* ἰδιώμασι). *al.*

2 *cum coloribus peculiaribus*: **a** *meton. de ipsa re, quae -e quadam praedita est* (*fere per gen. inversum; cf. l. 53*): LIV. 45, 30, 3 pars prima *Macedoniae* ... habet ... multas frugum -es et metalla. VITR. 1, 1, 14 non tantum architecti ..., sed etiam ipsi, qui privatim -es tenent artium. 1, 5, 8 possunt omnes regiones seu locorum -es habere ... utilitates (*sim.* 6, 1, 1 aliter Aegypto, aliter Hispania, ... item ceteris ... regionum -bus). TERT. coron. 13, 3 coronatur et vulgus, nunc ex principalium prosperitatum exultatione, nunc ex municipalium sollemnitatum -e (*i. 'ex sollemnitatibus municipiorum propriis' Fontaine*). ORIBAS. syn. 9, 19, 4 La p. 314 per dies aliquos fluit venter, -s ipsa excernitur; est sanguis putridus (*Aa* propria[e]; *gr.* ἡ δ' ἰδέα τῶν ἐκκρινομένων ὡς αἵματος σεσηπότος ἐστίν). **b** *cum acumine quodam de vera natura, condicione originali vel principali sim.* (*exempla potiora*): VITR. 1, 4, 3 *ut ferrum candens,* cum ... refrigeretur tinctum frigida, redurescat et restituatur in antiquam -em. 4, 2, 6 *antiqui* omnia ... certa -e et a veris naturae deducta moribus transduxerunt in operum perfectiones. 7, 11, 1 *aes et harena in fornace* a -bus discedunt suisque viribus per ignis vehementiam confectis caeruleo rediguntur colore. 8 praef. 1 in eam recidere, in qua ante fuerant, -em. 8, 3, 3 spiritus aquae bullitus ... residunt et restituuntur in libramenti -em. 8, 3, 9 quae ... pars *harundinis* extra aquam manserit, permanet in sua -e. SEN. epist. 118, 15 utrum lagonam an dolium impleas vino, nihil refert; in utroque -s vini est. FRONTIN. aq. 91, 3 *aqua Claudia* cum Anione permixta ... perdebat -em. TERT. adv. Marc. 4, 39 p. 553, 24 nemo oves appellat eos, qui in bello ... certantes cadunt, sed qui in sua -e atque patientia dedentes ... semetipsos ... trucidantur. VITA Anton. 58 p. 66, 2 corpus ipsius passum erat paralysin, et oculi non erant in -em (*gr. 58, 1 τοὺς ὀφθαλμοὺς εἶχεν οὐ κατὰ φύσιν*). 73 p. 76, 13 quamdiu mens ⌊sana est ... et in -e est constituta⌋ (*gr. 73, 3 ὑγιαίνει*). RVFIN. hist. 10, 7 p. 969, 23 uniuscuiusque crucis indiscreta -s. ENNOD. epist. 1, 4, 2 p. 8, 4 cui *falsario* ... -is simulacrum lenocinia pudenda concilient (*antea*: imaginem veritatis).

II *spectat ad condicionem, qua externa quaedam ab aliquo tenentur, ad eum pertinent*: **A** *usu sollemni, sc. de condicione, potestate sim.* (*cf.* GLOSS. II 268, 48 *δεσποτεία*: dominatus, ... -s. GLOSS.L II Philox. PR 379 -s: *κυρία, δεσποτεία*): **1** *de iure domini res suas tenentis* (*iuxta ponuntur vel distinguuntur imprimis* dominium *vol. V 1, 1895, 49 sqq.* [*addas glossema suspectum* NERAT. dig. 41, 1, 13 pr. *per procuratorem* d. mihi, id est -s, adquiritur], ius *p. 2091, 16 sqq.,* possessio *supra p. 93, 20. 23. 29. 94, 11. 97, 39 et infra l. 75. p. 2091, 6,* usus fructus *saepe, e. g. p. 2091, 10 sq. 13. 19. 24*): **a** *varia exempla* (*sc. selecta inde a* FRONTINO; *addas p. 94, 11 sq.*): LAVD. Murdiae (CIL VI 10230) 12 ut ea, *quae ex patrimonio meo cepisset,* us[s]u suo custodita -i meae restituerentur. SEN. benef. 7, 4, 2 ad regem ... potestas omnium pertinet, ad singulos -es (*antea*: illa, quorum ad regem pertinet universa possessio, in singulos do-

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

minos discripta sunt). 7, 6, 2 cum *sapiens* regio more cuncta conscientia possideat, singularum ... rerum in unumquemque -s sit sparsa *eqs.* (IVLIAN. dig. 15, 1, 16 ut -em earum *r.* retineret, administrationem autem servo concederet. GAIVS inst. 4, 148. *al.*). FRONTIN. grom. p. 6, 3 de -e controversia est (AFRIC. dig. 44, 1, 16 GAIVS inst. 4, 148. *al.*). 39, 23 per emptiones quasdam solet -s quarundam possessionum ad ⟨privatas⟩ personas pertinere (COD. Iust. 4, 21, 8 [*a. 287*]. TRACT. Pelag. 3, 15, 2 p. 51. *al.*). SENT. Helvidii Prisci (CIL IX 2827) 28 *ut* iter commune[m] esset, cuius prop⟨r⟩ietas soli Vacci Vituli esset (APVL. met. 6, 29, 8 [*in imag.*]). IAVOL. dig. 7, 1, 54 *ut usus fructus* ad -em fundi revertatur (IVLIAN. dig. 7, 2, 4 si tibi -s f. legata fuerit, mihi ... ususfructus. *al.*). SVET. Galba 7, 2 in iure dicendo cum de -e iumenti quaereretur. IVLIAN. dig. 33, 2, 10 *fundi legati* plenam -em habebit, licet usum fructum a se reppulerit (AFRIC. dig. 7, 1, 36, 1. PAPIN. dig. 7, 4, 2 pr. [*opp.* nuda]. *al.*). POMPON. dig. 30, 45, 1 sanitas ... servi ad -em eius nihil pertinet (PAPIN. dig. 33, 2, 24, 1 non videtur -s s. relicta, sed usus fructus. *al.*). 44, 2, 21, 3 iure -is ... meus esse coepit *usus fructus* (COD. Iust. 8, 27, 5 [*a. 231*]. *al.; cf.* iuris -s [*aliter p. 2090, 13*]: COD. Iust. 5, 9, 3, 2 [*a. 382*] pleni -e i. obtineat *omnia.* NOVELL. Valent. 10, 1 -em i. sui [*opp.* usu fructu]. -s iusque *sim.*: INSCR. Année Épigr. 1940 n. 94 [*saec. I/II*] hortos ... -is iurisque esse volo colonorum *Ostiensium.* PAP. Tjäder II 29, 13 [*a. 504*] *ager cum* pascuis, sationibus ... omnique iure -eque sua. 37, 21 [*a. 591*]. *al. ibid.*). GAIVS dig. 7, 1, 3, 2 *ne* inutiles essent -es semper abscedente usu fructu (*sim.* 7, 1, 56). 22, 1, 19 pr. si ... nudam -em, cum alienus usus fructus sit, petierit (33, 2, 8. *al., e. g. l. 14*). VLP. dig. 41, 2, 12, 1 nihil commune habet -s cum possessione. *al.* dominus -is (*ut distinguatur a fructuario sim.; cf. p. 2085, 10*): IVLIAN. dig. 15, 1, 37, 3 dari ... debebit actio *de peculio* ... adversus dominum -is deducto eo, quod servus peculii nomine apud fructuarium habet (*antea*: apud proprietarium). 41, 1, 37, 5. POMPON. dig. 7, 8, 16, 1 d. -is etiam invito usufructuario ... fundum ... custodire potest. *al.* GAIVS inst. 2, 30 d. -is alii usumfructum in iure cedere potest, ut ... ipse nudam -em ⟨retineat⟩. *al.* COD. Iust. 3, 33, 2 (*a. 205*). *al.* **b** *iuncturae verbales potiores*: FRONTIN. grom. p. 6, 7 *silvarum* -s ad quos fundos pertinere debeat (*al.* IAVOL. dig. 50, 16, 115 ad nos. LEX met. Vipasc. II 2. *et saepius; v. iam p. 2090, 74*). 39, 6 -s ⟨non⟩ uno genere vindicatur (39, 10 VLP. dig. 40, 12, 8, 2. *al.*). HYG. grom. p. 82, 26 *ut* -em ... daret ..., cui adsignabat *agrum* (IVLIAN. dig. 34, 5, 11 sub ... condicione. SCAEV. dig. 33, 2, 39. *al.*). NERAT. dig. 41, 1, 13, 1 *tutor* -em illis *pupillis* adquirit etiam ignorantibus (IVLIAN. dig. 7, 4, 17. GAIVS inst. 2, 89 per eos, quos in potestate habemus. *al.*). IVLIAN. dig. 7, 1, 34 pr. si Titius -em alienasset (MAECIAN. dig. 49, 17, 18, 2 MARCELL. dig. 24, 3, 57. *al.*). 7, 4, 17 *si fundi* -s ... Titio legata fuerit (*al.* POMPON. dig. 7, 1, 65, 1. CIL V 6101 cui -em monumenti ... legavit. *al.*). 7, 5, 6 pr. haberes tu quidem totius fundi -em, sed ... partem sine usu fructu (*al.* POMPON. dig. 23, 3, 66 cuius *fundi* -em mulier non habebat. *al.*). 21, 2, 39, 1 -em hominis transferre (GAIVS dig. 7, 5, 7 ad legatarium. 41, 1, 9, 6 ad emptorem. *al.*). GAIVS dig. 1, 8, 5 pr. *riparum* -s illorum est, quorum praediis haerent (*item c. gen. domini*: 43, 18, 2 quarum *aedium in conducto solo positarum* -s ... eius est, cuius et solum. MARCELL. dig. 24, 3, 57. *al.; cf.* apud *aliquem*: GAIVS inst. 2, 33 *ut* apud alium -s sit. MARCELL. dig. 24, 3, 57 apud maritum. *al.*). *al.*

2 *de qualibet condicione, qua aliquid ad aliquem pertinet*: TERT. apol. 24, 9 (*8* unicuique ... civitati suus deus est) nos soli arcemur a religionis -e. fug. 2, 9 tanto abest, ut eam *potestatem* ex -e possideat *diabolus* (*cf. 2, 8* nihil illi licet ex propria potestate). adv. Marc. 4, 39 p. 552, 13 olim constitit de nominum -e ei illam *esse,* qui prior *eqs.* (552, 17 [*opp.* in nomine ... alieno]. 552, 21 per -em n. possidebat veritatem eius [*postea*: nominum dominus]. ARNOB. nat. 4, 16 p. 221, 8 *quinque Minervae* de huius n. -e rixantes [*cf.* p. 219, 2 de ... n. possessione certantes]. *cf. p. 2088, 32*). praescr. 35 l. 13 *nostra doctrina* apostolis ... defenditur: hoc erit indicium -is; quam enim non damnant ..., suam ostendunt. HIL. trin. 3, 11 (*ad Ioh. 17, 1* clarifica filium tuum) non solum nomine contestatus est *Christus* esse se filium, sed et -e, qua dicitur 'tuum' (*sim. de pron. poss.*: 6, 23 -is ... significatio. 6, 25 -is nomina). HIER. adv. Pelag. 1, 20 l. 6 participatione, non -e *habet omnes virtutes, qui unam habet.* PELAG. in Rom. 2, 14 p. 23, 14 ('*gentes* legem non habentes ipsi sibi sunt lex') *ut* Iudaeis de -e legis gloriam tollat. PROSP. resp. ad Vinc. 1 *cum* non omnes a captivitate sint eruti, redemptionis -s haud dubie penes illos est, de quibus *eqs.* EVSEB. GALLIC. hom. 62, 1 *vita* in hoc mundo ... -em acquisitura caelestium. ALC. AVIT. epist. 46 p. 76, 14 (*regi*) externi ... populi ... pro religionis vobis primitus imperio servituri, dum adhuc aliam videntur habere -em (*i. ad alium regem pertinent [cf.* dominus proprius *sim. sub adi.], an cogites de statu sui iuris sec. III?*). *al., e. g. in varietate versionum pro* propriificatio *p. 2092, 51. 58.*

B *usu magis minusve metonymico significatur id ipsum, quod aliquis proprium tenet*: **1** *fundus, res corporea* (*usu christ. transfertur ad spiritalia l. 15*): VLP. dig. 7, 1, 13, 4 *fructuarius* non debet ... villam diruere nec quicquam facere in perniciem -is (*nisi ad A coll. ibid.* causam -is deteriorem facere. *cf.* COD. Iust. 3, 33, 4 [*a. 226*] quod nullam laesionem ex usu -i adferat). 7, 1, 13, 5 meliorare -em. COD. Iust. 3, 33, 6 (*a. 230*) usufructuarius quidem -em pignorare non potuit, qui autem -em aestimatam in dotem accepit, ... obligare eam potuit. EPIST. Migne suppl. 1, 1703 caret -e, sed sollicitudine non vexatur (*antea*: villam non habet). Ps. AVG. serm. 3, 1 cum *Abraham* ex -e genuina ad incerta atque peregrina iuberetur exire. SALV. gub. 5, 42 -bus carent et vectigalibus obruuntur (*antea*: amissarum ... rerum tributa patiuntur). RVRIC. epist. 2, 8 *quidam largitate sua* factus est possessor paradisi, dum -is saeculi desinit esse possessor. GREG. TVR. Franc. 4, 12 p. 142, 28 per chartas ... Chrodigildis ... -em aliquam possidebat. 6, 45 p. 318, 7 omnia, *sc. vestimenta, aurum sim.,* ... de mea -e oblata sunt. VITAE patr. Iurens. 173 nulla cuique *monacho* de necessitate exigua -is operandi dabatur occasio; ... omnibus -is causa solum legere licuit aut orare. **2** *titulus iuris peculiaris*: HIL. trin. 10, 71 cum nobis haec sola sit -s ad salutem, ut dei filium confiteamur. ALC. AVIT. epist. 44 p. 73, 18 (*regi*) *quod servum, qui in ecclesiam fugerat, non tradidi,* non ego -em Lugdunensis et Viennensis basilicae, sed reverentiam ecclesiae utriusque tractavi (*sc. privilegium sim., nisi sec. III cogites de ecclesia sui iuris*).

III *spectat potius ad condicionem eius, qui ad alium non pertinet, sui iuris est sim.* (*sc. in theologia ad distinguendas personas trinitatis, nisi hac notione positum putes etiam l. 19. p. 2091, 71*): TERT. adv. Prax. 11 p. 245, 6 cetera, quae nunc ad patrem de filio ..., nunc ad filium de patre ... pronuntiantur *in scripturis,* unamquamque personam in sua -e constituunt (*sim.* 25 p. 276, 6 quo *sermone* pater et filius in sua -e distinguitur). 24 p. 275, 26 apparente -e utriusque personae, dum dicit 'ego sum in patre, et pater in me' ([*Ioh. 14, 10*]. NOVATIAN. trin. 27, 2 *dicens* 'ego et pater' [*Ioh. 10, 30*] -em p. suae ... a paterna auctoritate discernit. HIL. syn. 22 propter hanc ... -em p. patris et filii [*gr. Epiphan. anc. 73, 11, 5 ἰδιότητα*]. AVG. civ. 11, 24 p. 494, 20 *quod* hoc totum et trinitas sit propter -em personarum et unus deus propter inseparabilem divinitatem. *al.*). EVGEN. Vict. Vit. 2, 56 et patrem in sua -is persona subsistere et filium nihilominus in propria extare persona atque spiritum sanctum personae suae -em retinere. EVSEB. GALLIC. hom. app. 9, 7 *ut* in singulis trina -s et in tribus una esse intellegatur aequalitas. *al.* *meton. pro persona trinitatis*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 3, 11, 3 secundum uniuscuiusque -es sive subsistentias ... sive personas (*Migne gr. 36, 345*^{C} *ἰδιότητας*). 5, 19, 2 ingenitus et genitus et procedens una natura est, tres -es (*Migne gr. 35, 1252*^{C} *ἰδιότητες*). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 84, 19 unam esse *trinitatis* ... divinitatem, ... et potestatem atque consilium in tribus -bus sive in subsistentiis agnoscendam. *al.*

deriv.: proprietalis, proprietarius. *Ottink.*

※**propriificātio,** -ōnis *f.* *a* propriificare. *i. q. actio vel effectus propriificandi*: RVSTIC. c. aceph. p. 1245^{A} (*sententia Nestorii*) corpus *esse* divinitatis filii templum ..., ita ut et propriificaret ea, quae huius erant, divina natura, bonum est confiteri ...; ⌊-is⌋ autem nomini deputare et carnis proprietates, generationem dico et mortificationem, ... errantis ... est mentis (*gr. Conc.^{S} I 1, 1 p. 31, 28 οἰκειότητος. cf. alias versiones ibid. I 2 p. 43, 7* proprietatis, *I 3 vers. Tur. p. 25, 26* propriae factae carnis [*sed* Rustic. *ibid.* -is], *I 5 p. 48, 44* familiaritatis). Conc.^{S} I 4 p. 153, 7 et carnis ... obitum per -em divinitatis naturae deputat *Nestorius* et sic divinam substantiam inducit esse passibilem. p. 153, 9 *carnalis* iniuriae ad id, quod divinum est, per -em facta relatio est, non autem passionum, quae naturaliter carnis sunt, facta est divinitati proprietas. II 3, 2 p. 13, 19 *salvator* secundum ⌊-em⌋ dispensativam ad semet ipsum ... carnis suae refert passiones *eqs.* (⌊ ⌋ *vers. Tur. ibid.* proprietatem, *gr. II 1, 1 p. 110, 7 οἰκείωσιν*). *al. apud eundem.*

propriifico, -āre. *a* proprius *et* facere, *cf. infra p. 2097, 71.* *i. q. proprium facere* (*sc. proprietati suae vel naturae suae attribuere; in distinctione divinae et humanae naturae Christi*): RVSTIC. c. aceph. p. 1245^{A} ut ... -ret ea (*v. l. 47; gr. Conc.^{S} I 1, 1 p. 31, 26 ὡς οἰκειοῦσθαι, cf. I 3 vers. Tur. p. 25, 25. al.* propria ducat, *I 5 p. 48, 42* adsciscere sibi et ad se revocare). p. 1245^{C} pessime dixit *Nestorius,* quia ea, quae sunt templi (*i. corporis*), divinitatis natura -at (*cf. ibid. similis notionis* propria facit, suificat). p. 1248^{A} *verbum dei* -ans ea, quae sunt passibilis naturae.

deriv.: propriificatio.

proprio, -āvī, -āre. [*considerata forma* -assit *p. 2093, 4 hoc verbum videtur esse priscum et ideo derivandum est fortasse non a* proprius, *sed a* pro *et a verbo* *priiā-, *quod continuatum est etiam in aliis linguis indogerm.: vet. ind.* priyāyáte, *vet. slav.* prijati, *germ.* frijon; *significasse videtur i. q. 'proprium facere/fieri' (v. Scheller, Vedisch* priyá-, *1959, 89 sqq.); incerta est notio praefixi* pro-, *quod diffusum est in cetera vocabula lat. cognata, v.* proprius, propritim. *Fo.*] *forma* -assit *p. 2093, 4, cf. Leumann, Gramm. 1977,*

[Wieland]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

621 sqq. [*in* CAEL. AVR. acut. *et* chron. *infra cit. quidam* appropr- *pro trad.* propr- *restituere malunt coll. chron. 4, 3, 22 et 70; de quibus compositis et simplicibus iuxta usitatis v. e. g. Wölfflin, Ausgew. Schr. 216 sq.*]

i. q. proprium facere: **1** *generatim*: FEST. p. 229 -assit: proprium fecerit (*e sermone iuris?*). CANON. Turner I 2, 1 p. 32[k], 12 (*antea*: neque ... diaconum offerre sacrificium licet) ut inferiores ea, quae sunt meliorum, tyrannico more -ent (*gr.* σφετερίζωνται). **2** *speciatim in medicina dicuntur -ari quae in usum corporis convertuntur, consumuntur: alimenta*: VINDIC. med. 30 *nimietas humorum* naturales vias accipere *non* sinit nutrimentum aut corpori -ari. CAEL. AVR. acut. 1, 15, 150 ut ... neque accepta per cibos impartiri corpori facile videantur vel per tenues vias digestione soluta -ari atque ad sua destinata pervenire. chron. 5, 11, 136 digestione facile solidiora -antur. gyn. 1, 151 cum digestione perfecta quodam exercitio sumta corpori -antur *nutrimenta. umores corporis, quae non excernuntur*: CAEL. AVR. gyn. 2, 2 *non purgantur mulieres, quae nihil* superfluum generari permittunt; sed potius exercitio insumtum corpori -atur (*cf. Soran. p. 48, 16* ad corpus transmittunt, *gr. p. 97, 25 sq.* μεταβάλλοντος εἰς σάρκας).

deriv.: cf. propritim. *compos.*: ap-, exproprio.

proprior *v. l. 43. 59. p. 2026, 33 sqq.*

proprītim *adv.* [*subesse videtur acc. subst.* *pro-prī-ti-, *quod formatum est a* pro *et a radice verbali* *prī < *priə *'proprium facere/fieri'; cf.* sta-ti-m *a radice* *stā (*v. Leumann, Gramm. 1977, 501*); *prīti- *conservatum est etiam in vet. ind.* prītí-, *avest.* friti-; *de* pro- *cf.* proprio, proprius. *Fo.*] *i. q. proprie, sc. ratione, qua aliquid ad unum tantum pertinet*: ENN. ann. 95 conspicit inde sibi data Romulus esse -m auspicio regni stabilita scamna (-m *L. Müller,* propriam *pars codd.,* priora *cod. B et edd. plerique,* priori *Frassinetti; v. Skutsch ad l.*). LVCR. 2, 975 principiis si iam est sensus tribuendus eorum *animalium,* quid, genus humanum -m de quibus *principiis* auctumst? (factumst *Lambinus. explicat* NON. p. 511, 16 -m pro proprie). *Wieland.*

proprius, -a, -um. [*a* pro- *et* *priio- < *indogerm.* *priə-o-, *quod conservatum est etiam in vet. ind.* priyá-, *avest.* friia-, *germ.* frija- (*got.* freis, *theod.* frei); *notio q. e.* ἴδιος *prisca videtur. praefixum* pro- *originem traxit fortasse a verbo quodam, cf.* proprio, -are (*v. quae exposui in: Festschr. Rasmussen, 2004, 131 sqq.*); *aliter de* pro- *Szemerényi, Varia 1977 (Acta Iranica 16), 119; alii cogitant de* *pro-prīvō, *v. Walde-Hofmann s. v., sed forma vocis ita non videtur apte explicari posse. v. Heidermanns, Etym. Wb. der germ. Primäradj., 1993, 215. Fo.*] *scribitur* propi- CIL XV 7333 (*a. 222/235*). X 6565, 2 (*a. 364/375*). *al., e. g. p. 2095, 34. abbreviatur* prp CIL VIII 4354, 5 (*a. 578/582*), *ceterum* p *infra p. 2095, 33, fortasse etiam* CIL III 14368[29]. XI 2596. XII 1380. INSCR. christ. urb. Rom. 5933 (*a. 371*). NOT. Tir. 40, 5 -um. 40, 7 -us. *compar.* -ior (*cf. l. 59*): MAR. VICTORIN. adv. Arium 4, 8 l. 23 HIL. in psalm. 118 samech 4. HEGES. 3, 3, 2 (propiorem *var. l.*). *al.; cf.* magis -us CIC. Sull. 9 fin. 5, 36. *al.* SEN. contr. 10, 4, 19 QVINT. inst. 1, 4, 18. *al.,* maxime -us CIC. Phil. 14, 30 de orat. 2, 311. *al.* QVINT. inst. 2, 5, 5. *al. de prosodia*: -i- *producitur* PLAVT. Capt. 862 (*v. Lindsay, 1900, ad l., qui confert* Merc. 338 Trin. 1130; *sed cf. Jacobsohn, Quaest. Plaut., 1904, 26 sq.*). *de notione* (*cf. p. 1952, 22 sq. 2103, 39. 2107, 72*): NON. p. 361, 20 sqq. -um: diuturnum (*affertur* SISENNA *p. 2106, 53*); -um est suum uniuscuiusque (VERG. *p. 2097, 68,* VARRO *p. 2102, 16*); -um rursum significat perpetuum *eqs.* (*v. p. 2107, 73*). CHAR. gramm. p. 394, 27 '-um' cuiusque -um, 'privatum' non publicum. GLOSS. -us: ἴδιος. -um: *χύριον*. suum sibi. *al. legitur in versibus inde a* PLAVTO, ENN. (*haud ita raro, e. g.* LVCR. *13 locis,* VERG. *11,* HOR. *20,* MANIL. *68, sed deest e. g.* LVCANO, MART.), *in prosa oratione inde a* GELL. hist., SISENNA, RHET. Her. *Ävox in linguis roman. non continuata, sed postea e sermone iuris adscita. C. S.*] [*saepe occurrit in codd.* -us, -ior *falso pro* propius, propior, *e. g.* CIC. Cluent. 30 Tusc. 1, 116 LIV. 42, 58, 1, *v. p. 1952, 31 sqq. 2026, 33 sqq. et cf. supra l. 45, ceterum e. g. pro* probior PLAVT. Most. 407, propitius QVINT. inst. 4 prooem. 5.]

fere i. q. ἴδιος (*quod passim respondet neque infra adnotavimus; saepe poni vid. fere pro pron. poss., v. imprimis p. 2099, 15 sqq. [in locutionibus quibusdam sollemnibus p. 2099, 38. 2100, 43. 2109, 8; ceterum v. Hofmann-Szantyr 179]; pro gen. obi. e. g. p. 2103, 51. 64; coniungitur cum* suus CIC. inv. 1, 34 Caecin. 51 Sest. 15 fin. 3, 34. *al.* CAES. civ. 3, 20, 3 VARRO rust. 2, 3, 6 *et saepe, cum aliis pron. poss.* CIC. S. Rosc. 150 Sull. 9 Vatin. 30 nat. deor. 1, 64 Att. 9, 15, 3 fam. 2, 17, 7. *al.*). *saepe adhibetur praedicative, imprimis forma* -um est *alicuius p. 2099, 70. 2101, 37. 2104, 63. al., ceterum e. g. p. 2097, 63. 2102, 15 (cum struct. verbali p. 2101, 59. 71); masc. pro subst. v. p. 2096, 75. 2097, 44, neutr. p. 2095, 24. 2098, 74. 2100, 47. 2102, 39. 2105, 11. 2106, 35. al.; ad locutionem* -um esse *sim. vel ad ipsum adi. accedit dat. inde a* PLAVTO, *v. p. 2096, 64. 2102, 33. 2105, 47. 2108, 3. 11. al., multo saepius autem gen. inde a* TER., *v. l. 69, ceterum e. g. p. 2104, 1 sq. 2105, 30 sq. 2108, 8. al.; cf. praepos.* ad *p. 2105, 68. 2106, 10,* in

p. 2102, 26. opp. imprimis alienus CIC. Sest. 15 Phil. 8, 18. *al.* HOR. sat. 2, 3, 20 *et saepe, v. vol. I 1581, 53 sqq.,* communis RHET. Her. 2, 6, 9 VARRO Men. 71. *al.* CIC. inv. 2, 49 *et passim, v. vol. III 1976, 1 sqq., ceterum e. g.* conductus *p. 2095, 16. 49,* mutuus *p. 2095, 25,* translatus *p. 2107, 2; iuxta ponitur* certus RHET. Her. 4, 33, 45 CIC. inv. 1, 34. *al.* VAL. MAX. 8, 11 ext. 3. *al.,* peculiaris SEN. benef. 6, 16, 3 epist. 122, 9 PLIN. nat. 7, 93. *al.,* praecipuus *supra p. 476, 32 et* QVINT. inst. 5 prooem. 2. *al.; v. e.g. et p. 2105, 37.*

exempla sic digerenda esse putavimus:

I *significatur quod pertinens est ad personam quandam vel rem*:
A *notione sollemni*:
1 *de eo quod in alicuius potestate est, quod aliquis (aliquid) suum habet, tenet*:
a *respiciuntur externa, quae tenentur*: **α** *titulo quodam iuris, ratione legitima: l. 55* (*iure domini l. 56, imperio magistratus, potestate regis sim. p. 2095, 69, varia ratione p. 2096, 20; de ipso domino sim. p. 2096, 40*). **β** *quolibet titulo: p. 2096, 61* (*de animantibus inter se coniunctis favore p. 2096, 62, religione p. 2097, 7, origine p. 2097, 28; de rebus variis p. 2097, 62, de loco, sede alicuius p. 2098, 51*).
b *respiciuntur interna, alicui inhaerentia*: **α** *mera fere vi possessiva respiciuntur, quae sunt animantium p. 2099, 16 (ea, quorum aliquis auctor est p. 2099, 40), quae sunt rerum p. 2100, 54.* **β** *vi pleniore significatur id, quo aliquid distinguitur a ceteris, ut definiri possit eius vis vel natura: p. 2100, 69* (*forma 'aliquid* -um est *alicuius' p. 2101, 37, neutr. pro subst. p. 2102, 39*).
2 *de eo quod varia ratione pertinet ad certas personas vel res, eas tangit, afficit sim., ut saepe vergat in vim q. e. peculiaris, specialis*: **a** *generatim: p. 2102, 75* (*de signis sim. p. 2103, 33*).
b *speciatim respiciuntur argumenta sim. rei disserendae p. 2103, 72, leges, formulae iuris sim. p. 2104, 38, nomina p. 2104, 71.*
B *vi aucta significatur*:
1 *quod ipsa re, natura, lege sim. alicui convenit, ut vergat in vim q. e. aptus vel verus sim.*: **a** *vario respectu: p. 2105, 38* (*de hostia p. 2106, 24, de morte p. 2106, 42*). **b** *cum respectu significandi: p. 2106, 49* (*de re vere significata p. 2106, 49, de vocabulis recte adhibitis p. 2106, 66*).
2 *quod integre, tuto possidetur, ut vergat in vim q. e. stabilis, perpetuus sim.: p. 2107, 71.*
3 *quod adeo pertinens est, ut deesse non possit, sc. fere i. q. principalis sim.: p. 2108, 39.*
II *significatur quod per se est, ab aliis distinctum est*: **A** *respicitur persona individua sui iuris: p. 2108, 50.* **B** *vario respectu: p. 2108, 61* (*specimina inter I et II ambigua p. 2109, 10*).
adv. proprie: *p. 2109, 19.*

I *significatur potius quod pertinens est ad personam quandam vel rem, ita ut neque alterius cuiusdam sit nec commune*: **A** *notione sollemni*: **1** *de eo quod in alicuius potestate est, quod aliquis (aliquid) suum habet, tenet* (*etiam ea, quorum aliquis auctor est, v. p. 2099, 40; vice versa de ipsis dominis sim. p. 2096, 40. 2097, 8; cf. p. 1952, 22 sq.*):
a *respiciuntur externa, quae tenentur*: **α** *titulo quodam iuris, ratione legitima*: Ⓘ *iure domini* (*huc spectare vid.* FEST. *supra p. 2093, 4; pertinet fere ad privata, sed ad publica p. 2095, 18. 64, sacra l. 69. p. 2095, 15; in imag. p. 2095, 5. 26. 28. 46*): Ⓐ *de bonis, rebus corporeis*: Ⓘ *adi.*: PLAVT. Trin. 1130 homini -um quod datur (*opp.* quod datum utendumst). CIC. S. Rosc. 21 tria praedia ... Capitoni -a traduntur, quae hodie possidet (SCAEV. dig. 8, 5, 20, 1 p. sua illa -a venum dederunt. 32, 101 pr. PAPIN. frg. Vat. 256[a]. *al.*). 150 cum *Chrysogonus* ademerit nobis omnia, quae nostra erant -a. Q. Rosc. 23 *fuit pecunia* illa -a, haec in causa et in iudicio collocata (TAC. ann. 1, 71, 2 Germanicus ... -a p. militem iuvit. 3, 72, 1 FRONTO p. 140, 20 PAVL. dig. 12, 1, 16. *al.*). rep. 4, 5 *Plato* omnia ... iubet esse communia, ne quis civis -am aut suam rem ullam queat dicere (AFRIC. dig. 3, 5, 48 r. tuas -as. GAIVS inst. 2, 261 testatoris. *al.*). leg. 2, 40 stipem sustulimus, nisi eam, quam ad paucos dies -am Idaeae Matris excepimus. fam. 7, 30, 2 id ... est cuiusque -um, quo quisque fruitur atque utitur. CIL I[2] 1385 C. Sesti C. f(ilii) murus totus -us est et locus, ubei is murus stat (FEST. p. 371 *v. p. 1417, 32.* SVET. Claud. 21, 3 -a senatoribus constituit loca *in circo. al.*). CAES. Gall. 6, 22, 2 *nemo Germanorum* agri modum certum aut fines habet -os (IVVENC. 1, 147). HOR. carm. 1, 1, 9 *iuvat* illum, si -o condidit horreo, quidquid de Libycis verritur areis. epist. 2, 2, 158 -um est, quod quis libra mercatus et aere est.

[Hajdú]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *aliis vocibus*: Enn. frg. var. 57 haec -r (Cic. Arat. 120 hunc -r. Lvcr. 1, 90 Cvlex 3. *al.; cf. l. 50. 54*). Acc. trag. 175 ⟨te⟩ -r tot ... habemus *funera* (Verg. Aen. 4, 320 sq. te -r ..., te -r eundem. Tib. 1, 6, 57. *al.*). Varro Men. 47 ipsum -r. Cic. Arat. 91 Capricorni corpora -r (*item post nomina*: Lvcr. 1, 316 portas -r. 4, 1026 lacum -r ... ac dolia. 5, 31 Ismara -r. 5, 738 Zephiri vestigia -r. *al.; inter subst. et attrib.*: Enn. sat. 65 marinas -r ... plagas [*v. p. 2118, 37*]. Lvcr. 2, 353 turicremas -r ... aras. *cf. l. 52. 53. al.*). *al. interpositis aliis vocibus*: Cic. Arat. frg. 31, 2 hanc *Cassiepiam* ... versatur ... -r Andromeda. Lvcr. 4, 223 (= 6, 929) cum mare versamur -r. 4, 1024 flumen ... aut fontem -r amoenum. 5, 623 *p. 2118, 36.* Verg. Aen. 9, 680 Athesim ... -r amoenum. Ov. Pont. 4, 14, 15 talia ... -r ... verba. Val. Fl. 7, 351 hunc solum -r ... vivere. Stat. Theb. 5, 153 iuga celsa Minervae -r. Tac. ann. 14, 9, 1 viam Miseni -r et villam Caesaris dictatoris. Apvl. met. 4, 4, 3 rivulum quendam serpentis leniter aquae ⌊-r⌋ insistens (⌊ ⌋ *vix adv., cf. p. 2118, 43*). *al.*

4 *structurae rarae vel minus emendatae; iungitur cum*: **a** *indeclinabilibus: inf.* (*e coni. dub.* Expos. mundi 36 [propterea *trad.*]. 53 -r esse [-r quod est *trad.*]): Tert. cult. fem. 2, 11 l. 4 -r istos ... conventus et mutuum videre ac videri. Boeth. herm. 18b39 -r negare vel adfirmare (*gr. διά*). Expos. mundi 55 -r ... velle. Regvla mag. 69, 27 -r laborem ..., -r manducare (-r dilectionem cybi *cod. A*). 95, 9 -r aperire et claudere (-r opus aperiendi *cod. A*). Bened. reg. 55, 10. *orat. recta*: Avg. in euang. Ioh. 6, 8 *baptisma est* -r 'hic est, qui baptizat' (*Ioh. 1, 33*). 16, 6 -r humilitatem, -r 'non sum dignus' (*Matth. 8, 8*). in psalm. 103, serm. 1, 14. *adv.*: Avg. serm. 82, 12 corrige te hodie -r cras.
b *abl.*: Pacvv. trag. 434 -r homine (*sed vix fides habenda est* Pomp. *p. 2116, 5; cf. alios locos propter* m *mobile q. d. suspectos, e. g.* Vet. Lat. Hebr. 5, 14 [cod. 75] -r habitu. Chiron 737 -r expeditione). Hyg. fab. 145, 5 Iovis cum sciret suapte ⌊-r⌋ opera tot eam (*sc. Io*) aerumnas tulisse (⌊ ⌋ *del. Bursian, def. van Krevelen, Philologus 116, 1972, 316; an ad p. 2117, 40?*). Vet. Lat. Marc. 6, 26 (cod. 3 *et* 5) -r iusiurandum et -r ... recumbentibus (*gr. διά, cod. 4. al. et Vulg.* recumbentes). Rom. 8, 20 (cod. 75) -r eo, qui (*item* 8, 37 [*ibid.*]; *gr. διά,* Vvlg. eum). Hebr. 10, 6 (*ibid.*) -r

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

peccato (*gr.* *περί*, *Vulg.* pro). PEREGR. Aeth. 43, 7 occurrent candelae ... ducent(a)e -r populo (*sed cf.* 36, 2 -r lumen omni populo). BENED. reg. 39, 1 -r diversorum infirmitatibus (pro *vel* infirmitates *var. ll.*). GREG. TVR. Mart. 2, 25 p. 167, 36 qui vos -r multis criminibus dereliquit. **c** *gen.* (*sc. sec.* causa; *postponitur praeter l. 6. 7; inter soloecismi genera affert* VICTORIN. gramm. frg. p. 35, 5 -r tui [*cf. var. l.* tui -r *pro* -r te EVSEB. EMES. serm. 3, 39. 26, 29]): CHIRON 25 -r eiusmodi ⌊causae⌋ (*fort. pro* causas *sec. gen. antecedentem, v. Ahlquist, Stud. Chiron., 1909, 5*). FVLG. aet. mund. p. 130, 2 domine, cuius -r hoc nostrum ordiri libellum videor. myth. praef. p. 8, 14 et itineris -r et ne ... scinderent. myth. 1, 2 fructuum -r. 1, 6 comestionis -r. THEOD. MOPS. in Gal. 4, 26 p. 83, 20 secundam ... nativitatem, cuius -r *eqs.* MARCELL. chron. II p. 88, 462 sui -r. CASSIOD. var. 5, 43, 3 si causa misericordiae ..., si nostri -r.

deriv.: cf. opter.

compos.: eapropter, hacpropter, propterea, quapropter; *dub.* adpropter (*v. p. 2117, 35*); *vix est quod agnoscas* ideopropter (*v. p. 2118, 21*), idpropter (*v. p. 2127, 1*), praeterpropter (*v. p. 1001, 46 sqq.*), propterque (*v. p. 2118, 17*), propterquod (*v. p. 2117, 44*), quiapropter (SCHOL. Cic. Bob. p. 118, 13). *Ramminger.*

[propteradsto *et* **propteradsum** *v. p. 2117, 14. 22.*]

***propterea** *adv.* *a* propter *et abl.* eā (*sim.* PRISC. gramm. III 505, 29. 508, 17. *cf. Leumann, Gramm. 1977, 483*). *scribitur in titulis separatim* EPIST. praet. ad Tiburt. (CIL I² 586) 6 propter ·ea (*item*: LEX Malac. [CIL II 1964] 3, 24. LEX Irnit. 7 A 11. *puncto non interposito*: INSCR. Année Épigr. 1988 n. 33 [*Romae, saec. I a. Chr. med.*]), *in codd. hic illic* -ria, *e. g.* LEX Sal. Merov. 104, 6 (*cf.* GRAMM. suppl. 300, 29 -a per e; *mirum ibid.* 299, 8 interea, -a, praeterea per dipthongon scribendum [*conferasne supra p. 1004, 70 sq.?*]). *abbreviatur* pra NOT. laterc. gramm. IV 298, ppea *et* pptea FRG. Vat. 139. *al.* NOT. Tir. 2, 48 -a. *syllabam ultimam longam esse testantur* VLT. SYLL. gramm. IV 252, 31 MART. CAP. 3, 286. *al.* *de notione*: SYNON. Cic. p. 438, 16 -a. idcirco. eo. *eqs.* (*in serie simili* GLOSS.ᴸ I Ansil. PR 2691 sqq. [cod. Paris.; *nota vim finalem* 2694 -a: in hoc]). GLOSS. II 274, 51 *διὰ ταῦτα*: -a (*nisi sec. plur. gr. potius* propter ea. *sim. dubites de* III 386, 30 morere -a: *θανοῦ δι' αὐτά*). *affertur fere inter coniunctiones* rationales *sim.* EXPLAN. in Don. gramm. IV 560, 26 (*fort. e Scauro*). SACERD. gramm. VI 446, 8. PROB. inst. gramm. IV 144, 14 (*appellatur* composita). *al.* *legitur in versibus saepius apud* PLAVT. (*21ies*), TER. (*11ies*), LVCR. (*46ies*), PAVL. NOL. (*9ies*), *ceterum rarissime, sc. singulis locis apud* ENN., CIC., SVEIVM, PHAEDR., MART., COMM., *duobus in* CARM. adv. Marc.; *fere occupat initium hexametri, raro etiam locum paenultimum* (*sexies apud* LVCR.); *in oratione soluta invenitur inde a* CATONE, EPIST. praet. ad Tiburt., HEMINA, *saepe occurrit apud* RHET. Her., CIC., CAES., VARRONEM; *aetate sequenti admodum raro exhibetur, omnino deest* SALL. (*ut fere cett. historicis, e. g.* LIV., TAC.), SEN. *rhet.* (*aliisque artium scriptoribus, e. g.* CELSO, SCRIB. LARG., MELAE), *ceterum e. g.* SEN. *philos.* (*e coni. tantum* benef. 6, 15, 4. 7, 12, 4. *al.*; ideo *239ies apud eundem*), PETRON.; *denuo frequentatur inde a* GELL., TERT.; *de iuncturis* -a quod *et* -a quia *v. p. 2131, 69 sqq.; collatis* idcirco *et* ideo (*v. vol. VII 1 172, 22 sqq. 212, 16 sqq.*) *saepius occurrit* -a *aetate priore usque ad* CAES. *praeter* CIC. (-a *157ies*) *et* VARRONEM (-a *12ies*); *deinde fere praevalet* ideo, *e. g. in sermone iuris* (-a DIG. *40 locis,* GAIVS inst. *nullo,* COD. Theod. *5,* Iust. *21*). [*confunditur in codd. maxime cum* praeterea, *e. g.* CIC. fam. 9, 18, 1 LVCR. 2, 760 (*falsa var. l.* 4, 528. *al.; v. supra p. 1005, 7 sqq.*), *et* propter, *e. g.* HEMINA hist. 37 RHET. Her. 4, 56, 69 (*falsa var. l. vel falso trad.* CIC. ad Q. fr. 1, 1, 10. *al., restit.* QVINT. inst. 5, 14, 24; *cf. confusionem cum* propter hoc *e. g.* IREN. 5, 14, 4 l. 82).]

vox significat conclusionem alicunde intellegendam, petendam: **I** *adv. fere i. q. ideo, idcirco sim.* (*gr. saepe respondet διὰ τοῦτο, quod fere infra non adnotavimus; haud raro colore finali, quem tamen vix certe agnoscas nisi sub B2*). *excipitur vel praeparatur per praepos.* propter *l. 63. p. 2131, 28. 59. 2132, 24. al.; accedunt locutiones elativae*: non minime -a *p. 2131, 11,* maxime -a AVG. catech. rud. 4, 8 de serm. dom. 1, 2, 5 (*nota* GELL. 11, 5, 8 et propter alia quaedam et vel maxime -a ..., quod), vel -a TERT. orat. 16 p. 190, 14 IVST. 7, 2, 10 (*adde l. 63*), *cf. e. g.* etiam -a *p. 2131, 15. 2133, 51; per anaphoram* AMBR. epist. 10, 73, 17 AVG. civ. 3, 20 p. 131, 10 sq. *al.; cum abundantia quadam iuxta alias particulas maxime p. 2130, 62. 2132, 16. 61. 74.*

A *relatione qualibet* (*v. quae sub B monuimus*): **1** *excipit argumentum antea memoratum*: **a** *usu communi exhibentur et argumentum et conclusio in structuris eiusdem ordinis* (*quae sunt fere enunt. primaria, sed enunt. secund. vel [acc. c.] inf. e. g. p. 2130, 26. 32. 42. 48, variae partes orationis p. 2130, 50*): **α** -a *ponitur loco primo vel secundo (intercedente exclamatione p. 2130, 25), ita ut simul partes coniungere videatur*: Ⓘ *solum*: Ⓐ *exempla pauca sollemnia*: PLAVT. Amph. 32 metuo malum; -a pace advenio *eqs.* 119 antiquam rem novam ad vos proferam; -a ornatus in novum incessi modum. Cas. 59. *al.* TER. Hec. 711 *mulieres* non facile haec ferunt; -a haec irast. CATO orig. 53. HEMINA hist. 37 in eo *candelis vincto* lapide ... libros insitos fuisse; -a arbitrarier non computuisse (*ibid. iterum*). CIC. Q. Rosc. 46. fin. 2, 19 *Aristippus et Hieronymus* inter se dissentiunt; -a singulis finibus utuntur. Lael. 6. LVCR. 2, 640 -a ..., aut quia. 4, 251 -a fit, uti *eqs.* 5, 699. *al.* VARRO frg. Macr. Sat. 1, 16, 18. *al., imprimis inde a* GELL., VET. LAT. Ⓑ *peculiaria quaedam:* *iunctura* -a et: VET. LAT. Luc. 1, 35 (Novatian. trin. 24, 4. 7) virtus altissimi obumbrabit tibi; -a et, quod ex te nascetur sanctum, vocabitur filius dei (*gr. διὸ καί, Vulg.* ideoque et). Phil. 2, 9 (*ibid.* 22, 1) -a et ... et (*gr. διὸ καὶ ... καί, Vulg.* propter quod et ... et). Ps. TERT. haer. 6 p. 223, 15 (praeterea *Iunius*). IREN. 4, 20, 8 l. 215. *al.* *causa minus perspicua* (*per breviloquentiam quandam*): VET. LAT. gen. 4, 15 (Hier. epist. 36, 2, 1) *timuit Cain, ne a quolibet interfici posset*; dixit ei dominus: ⌊-a⌋ omnis, qui occiderit Cain, septempliciter ulciscetur (⌊ ⌋ *sec. Aquilam; aliter gr. οὐχ οὕτως, Vulg.* nequaquam ita fiet). Matth. 12, 31 (cod. 1) -a dico vobis, quoniam omne peccatum *remittetur eqs.* (*cod. 3. al. et Vulg.* ideo). Rom. 4, 16 (Tycon. reg. 3 p. 24, 12) -a ex fide, ut ... firma esset promissio (*cod. 75 et Vulg.* ideo; *vix ad B2, cf. enim 4, 13* [*cod. 75. al.*] non ... per legem promissio ..., sed per iustitiam fidei; si enim *eqs.*). *al.*

Ⓘⓘ *iuxta voces copulativas*: Ⓐ *spectat ad enuntiata prim.* (*hic illic secund. vel etiam ad inf.*): ① et -a (*aliter l. 8. p. 2131, 7. 12*): PLAVT. Capt. 240 secundum patrem tu es pater proximus ...; et -a saepius te⟨d⟩, ut memineris, moneo *eqs.* TER. Hec. 871 et -a te sibi purgatum. Eun. 879 scio, et pol -a ... ignosco tibi. CIC. nat. deor. 2, 31 cum homines ... hoc calore teneantur et -a moveantur ac sentiant. SCAVR. gramm. VII 16, 10 (praeterea *var. l.*). IVLIAN. dig. 41, 5, 2, 1 GELL. 2, 4, 5. 4, 20, 13. 7, 2, 5 *hominum facinora imputanda esse* necessitati cuidam ...; et -a nocentium poenas legibus inique constitutas *esse,* si homines ad maleficia ... fato trahuntur (*nisi ad p. 2133, 20*). *et saepe.* ② -aque: TER. Andr. 693 edepol ea res est, -aque nunc misera in maerorest *virgo.* LVCR. 2, 406 *primordia quaedam* hamatis inter se nexa teneri -aque solere vias rescindere nostris sensibus. 4, 935 externa corpus de parte necessum est ... crebro pulsarier ictu, -aque fere res omnes ... corio sunt ... tectae. 5, 117 multa tibi expediam ..., ne forte rearis ... -aque putes *eqs.* 5, 157. GELL. 4, 17, 8 *syllaba posterior priorem* reddit ... longam, -aque et numerus in versu ... manet. TERT. apol. 16, 3 cum Hierusalem cepisset *Pompeius* ⌊-aque⌋ templum adisset speculandis Iudaicae religionis arcanis (⌊ ⌋ *Tac. hist. 5, 9, 1* iure victoriae; *vix ad 2*). CHALC. transl. p. 18ᴰ. 53ᴬ (*gr. 53a6 διὸ δὴ καί*). comm. 235 -aque ..., quo (*vix ad B*). *et saepe apud eundem.* ③ ac -a: GELL. 3, 3, 13 dubium *non* est, quin istaec *comoediae* ... ab eo *Plauto* retractatae ... sint ac -a resipiant stilum Plautinum. 12, 1, 23. *al.* APVL. Socr. 17 p. 157 PAPIN. dig. 22, 1, 2. COD. Iust. 9, 47, 2 (*a. 212*). TERT. orat. 7 p. 186, 1. VET. LAT. II Thess. 2, 11 (Cypr. epist. 59, 13, 4. *sim. al.; gr. καὶ διὰ τοῦτο, Tert. adv. Marc. 5, 16* et propter hoc, *cod. 75. al. et Vulg.* ideo). *et saepius.* *in iunctura abundanti*: NOVATIAN. trin. 21, 12 ac -a consequenter sermo fuit ... dei *eqs.* ④ nec -a: TERT. orat. 13 p. 189, 3 et adversari debemus deditoris *Pilati* exemplo nec -a manus abluere, nisi ob aliquod conversationis ... inquinamentum.

Ⓑ *spectat ad singulas partes orationis*: CIC. inv. 2, 64 quomodo et rationes et rationum infirmationes et -a iudicationes plures fiant (nat. deor. 2, 39 est ... in eo *mundo* virtus; sapiens est igitur et -a deus. div. 1, 130 tenue purumque et -a salubre. fam. 2, 6, 3 GELL. 4, 13, 4. APVL. Plat. 1, 12 p. 205 naturaliter et -a recte. 2, 18 p. 246 sibimet et -a aliis. TERT. test. anim. 3 p. 138, 5. *al.*). APVL. Plat. 2, 24 p. 257 indomitos ac -a pessimos cives (VLP. dig. 16, 3, 7 pr. hominem ... depositum, ut quaestio de eo haberetur, ac -a vinctum *eqs.* SOL. 30, 34 haematitem rubore sanguineo ac -a haematitem vocatum. LACT. epit. 26, 4. *al.*). TERT. idol. 9, 1 angelos esse illos desertores dei ..., -a quoque damnatos a deo. CHALC. transl. p. 18ᴬ *custodes* in pacis officiis ... sapientes -aque mites suis, adversum alienigenas feroces (p. 28ᴬ comm. 67. 107. 110).

ⓘⓘⓘ *iuxta voces varias, imprimis conclusivas sim.* (*saepe cum abundantia quadam*): PLAVT. Merc. 976 *filius* sese ancillam matri emisse dixerat. :: -a igitur tu mercatu's ..., vetus puer? (TERT. adv. Marc. 5, 9 p. 603, 6 CHALC. comm. 338 p. 332, 2. *cf. p. 2133, 12*). TER. Andr. 414 erus me ... iussit ... *adulescentem* observare ...; id -a nunc hunc venientem sequor (DON. necesse est aut alterum esse supervacuum aut '-a' propter [*Klotz,* post *trad.*] accipiendum). Hec. 63 ergo -a te ... hortor, ne cuiusquam misereat (TERT. castit. 6 l. 3. *al., cf. p. 2131, 13; ordine inverso* -a e.: AMBR. epist. 10, 73, 17 Iob 2, 2, 5. CASSIOD. hist. 1, 17, 4 [*gr. Socrat. 1, 6, 34 διὰ τοῦτο οὖν*]. *al.; cf. p. 2132, 47*). CIC. fin. 2, 11 sit ... nihil melius *quam non dolere* ...; num ⌊-a⌋ idem voluptas est, quod ... indolentia? (⌊ ⌋ praeterea, propter, prope *var. ll.; cf. p. 2131, 13. 2133, 21*). TERT. idol. 15, 9 -a enim (VET. LAT. I Macc. 12, 45 [recc. L, X, V; *gr. τούτου γὰρ χάριν, rec. B* huius rei gratia]. Eph. 5, 6 [Cypr. epist. 43, 6, 2. *al.; gr. διὰ ταῦτα γάρ, Vulg.*

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

propter haec e.]. IV Esdr. 10, 51). CHAR. gramm. p. 173, 16 (*e Romano*) *gen. plur. 'mugilum' dicitur*; -a itaque ablativum ... 'e' littera terminari (CONC.^{S} IV 2 p. 175, 26 -a i. *cf. l. 15. p. 2133, 3. 15. 26*). MACR. Sat. 3, 9, 3 nam -a (SORAN. p. 82, 3 [praeterea *suspicatur ed., gr. p. 136, 20 μετὰ δὲ ταῦτα καί*]. *cf. p. 2133, 43*). *al.*

β -a *ponitur loco posteriore*: TER. Andr. 653 cum patre altercasti dudum, et is nunc -a tibi suscenset. LVCR. 3, 225 *ponderis nil defit,* cum flos *vini* evanuit ...; nil oculis tamen esse minor res ipsa videtur -a ..., nimirum quia *eqs.* MART. 7, 10, 4 centenis futuit Matho milibus: Ole, quid ad te? non tu -a, sed Matho pauper erit. QVINT. decl. 360, 3 mulierem ... profusam fuisse: non minime -a ad egestatem perductum virum. GELL. 2, 22, 9. 19, 3, 2 qui maledicit *acerbius* ..., pro iniquo ... ducitur et plerumque -a fidem non capit. APVL. apol. 32, 2 num ergo -a ... magus est? TERT. adv. Hermog. 15, 5 ergo aut nec -a ..., aut. adv. Marc. 4, 6 p. 432, 18 certe ...; certe -a. resurr. 53, 19 itaque etiam -a. *al.*

b *usu minus concinno argumentum et conclusio ponuntur structuris ordinis diversi*: RHET. Her. 3, 3, 5 res ... indignas viris ⌊fortibus viros⌋ fortes -a contemnere oportere (⌊ ⌋ *v. app. crit.; sim. per breviloquentiam audaciorem*: TERT. resurr. 35, 6 aeternitatem occisionis agnoscat -a humanae ut temporali praetimendam. spect. 10 p. 13, 10 quarum *artium* institutores etiam -a dii habentur). VARRO ling. 9, 33 cum pauca ... verba ... minus trita afferant *negatores analogiae,* cum dicant -a analogias non esse (TERT. idol. 14, 3 *paganorum blasphemia* tunc me testatur Christianum, cum -a m⟨e⟩ detestatur. mart. 4, 7 *meretrix* conscia coniurationis, cum -a torqueretur a tyranno). rust. 1, 40, 1 *semina* quaedam ... ad genendum usque adeo parva, ut sint ⌊-a⌋ obscura ([⌊ ⌋ *si recte transposuit Flach, ed. 1996*; ad genendum -a *trad.*]. PAVL. dig. 48, 18, 18, 9 defensionem ... negari non oportet, adeo ut -a *eqs.* PATRIC. conf. 49 propter spem perennitatis, ut me ... -a conservarem). 2, 4, 13 *porcos hieme natos* matres abspernantur propter exiguitatem lactis, quod dentibus sauciantur -a mammae. EPIST. imp. Aur. et Ver. dig. 35, 3, 3, 4 *alia causa* fuit alimentorum ... libertis relictorum, quibus -a cautionis onus remittendum existimavimus (*item in enunt. relat.*: TERT. coron. 8, 5 praesertim quae -a. cult. fem. 2, 10 l. 24. COD. Iust. 4, 55, 5 [*a. 225*] si ... factum probare potes, utere iure, quod -a tibi competit. *al.*). SCAEV. dig. 36, 1, 80, 15 *heres* fundos ... vendidit et -a ... conventus decessit (*item inducit part.*: TERT. adv. Marc. 5, 19 p. 644, 20 dicit ..., non -a ... transferens. monog. 3, 1 AMPEL. 19, 11). TERT. pudic. 14 p. 250, 3 ut *quidam* increpitus ... et maerore saucius -a permittente modulo delicti veniam postea ceperit (*item respondet part.*: VET. LAT. I Thess. 3, 7 [cod. 75. *al.*] *Timotheo* adnuntiante nobis fidem ... vestram ... -a consolati sumus *eqs.* [*cod. 77. al. et Vulg.* ideo]. COD. Iust. 5, 58, 3, 2 [*a. 294*] si *pupillus,* sciens amplius in rem suam erogatum, agendum -a tutelae non putaverit). *al.* *spectat ad argumentum positum in periodo alia*: TERT. scorp. 6 p. 157, 20 *sunt quidam gradus meritorum*; porro et si fidei -a congruebat sublimitati et claritatis aliqua prolatio *eqs.* VET. LAT. I Macc. 6, 13 (rec. V) reminiscor malorum, quae feci ...; cognovi ergo, quia -a invenerunt me mala ista (*gr. χάριν τούτων, recc. cet.* propter haec). AVG. civ. 2, 23 p. 86, 7. LEX Sal. Merov. 104, 6 si ... mulier -a mortua fuerit. *al.*

2 *praeparat argumentum, quod sequitur* (*vix addas p. 2130, 37, sed cf. l. 73. p. 2132, 34. 2133, 41. al.*): **a** *vario usu*: TERT. idol. 9, 1 quod -a homines non putant deum requirendum praesumentes, stellarum nos ... arbitrio agi (*item spectat ad part. praes.*: CAES. AREL. in apoc. 12 p. 251, 30 ideo domini non recordantur *impii* ..., et ⌊ideo -a⌋ [ideo *var. l.,* -a *edd. vet.*] 'blasphemaverunt' persequentes sanctos eius). VEG. mil. 3, 7, 8 *lintribus monoxylis* constructus pons et funibus, qui -a habendi sunt, vinctus. AVG. in epist. Ioh. 2, 2 quare oportebat Christum pati et resurgere? -a (propter psalmum *pars edd. vet.*): 'commemorabuntur ...' (*sc. psalm. 21, 28; cf. antea*: propter illum psalmum, quem *eqs.*). **b** -a ... propter: PEREGR. Aeth. 23, 4 -a ... murus missus est ad custodiendam ecclesiam, p. Hisauros, quia satis mali sunt *eqs.* (VVLG. thren. 5, 17 -a maestum factum est cor nostrum, ideo contenebrati sunt oculi nostri, p. montem Sion, q. [qui *var. l.*] disperiit). ISID. orig. 13, 22, 4 a quo *Deucalione* -a genus hominum ... fabulae ex lapidibus reparatum ferunt ... p. hominum insitam cordis duritiam.

B *respondet enuntiatis secund.* (*nisi hic illic per enunt. secund. iterari vel explicari causam antea memoratam putes, ita ut loci spectent ad A1, v. e. g. p. 2132, 41. 2133, 10. 45; contra fort. huc trahi possunt p. 2130, 18. 40. al.*): **1** *causalibus* (*iunctura* -a quod *longe praevalet imprimis apud* RHET. Her., CIC., CAES. [*de quibus v. e. g. Wölfflin, Ausgew. Schr., 1933, 107; Odelman, Études, 1972, 139 sqq.*], *cum iunctura* -a quia *frequentius occurrat iam apud* PLAVT., LVCR. *et saepe inde a* GELL., TERT.): **a** quod: **α** *solum*: Ⓘ *sequitur enunt. caus.* (*plerumque nulla intercedente voce, sed aliter iam* TER. Andr. 959 RHET. Her. 2, 24, 38. *al.; iteratur* quod VARRO rust. 1, 62): PLAVT. Amph. 297 nunc -a, q. me meus erus fecit, ut vigilarem, hic *Mercurius* pugnis faciet hodie, ut dormiam. Asin. 48. TER. Andr. 38 -a, q. (EVGRAPH. non propter alias causas ..., sed quia *eqs.*). 584 dolis ut me deluderes -a, q. amat filius. 959 *v. p. 2108, 7* (eapropter *Serv. auct. ecl. 7, 31*). EPIST. praet. ad Tiburt. (CIL I^{2} 586) 6 *non putabamus ea* ita facta esse -a, q. scibamus ea vos ... facere non potuisse. CATO orat. 95 consuli legatus sum in Aetoliam -a, q. ex Aetolia conplures venerant *eqs.* SISENNA hist. 23 SVEIVS carm. frg. 1, 3. RHET. Her. 2, 24, 38 observanda ... sunt vitia -aque diligentius consideranda, q. 3, 8, 15 (*cf. postea*: quapropter). 4, 4, 7. *et saepe.* CIC. Arat. 39 inv. 1, 53. Quinct. 34 *non* tam multa verba faciam -a, q. ... a me ... brevitas postulatur. *et passim.* Ⓘⓘ *antecedit enunt. caus.*: CIC. div. 1, 94 Cilices, q. pastu pecudum ... utuntur campos ... peragrantes, -a facilius cantus avium ... notaverunt. off. 1, 28 q. ... q. que ..., -a. fam. 12, 29, 1 q. erat *amor inter nos* vetus et magnus, -a nullum periculum pro me adire dubitavit. VET. LAT. II par. 16, 7 (cod. 109; *Vulg.* quia ..., idcirco).

β *cum abundantia quadam iuxta alia adv. vel locut. praepos.* (*iteratur* -a *l. 22*): VET. LAT. II par. 7, 22 (cod. 109) pro eo, q. dereliquerunt dominum ... et adpre(h)enderunt deos alienos ..., -a supervenerunt in eos ... mala ([*gr. διότι ..., διὰ τοῦτο, Vulg.* quia ... idcirco]. VVLG. Is. 30, 13 pro eo, q. reprobastis ... et innixi estis ..., -a. Ezech. 36, 14. *al. in sacr. script.; ordine inverso l. 23*). Is. 53, 12 (Cypr. testim. 2, 15 l. 9 sq.) -a ipse consequetur multos ..., -a q. tradita est ad mortem anima eius (*gr. διὰ τοῦτο ... ἀνθ' ὧν,* Tert. adv. Iud. 10, 16. *al.* -a ... pro eo, q., Aug. civ. 18, 29 -a ... propter q., *Vulg.* ideo ... pro eo q.). Agg. 1, 10 (Cypr. Demetr. 6) eo, q. domus mea deserta est ..., -a abstinebit caelum a rore ([*gr. ἀνθ' ὧν ..., διὰ τοῦτο, Vulg.* quia ..., propter hoc]. VVLG. Ezech. 22, 19. 35, 6. *antecedit* -a: ANON. in II Cor. 1B dixerat se -a non esse ... venturum eo, q. illis pepercisset. FVLG. RVSP. epist. 2, 33. LEX Visig. 5, 4, 7 [*abest* eo Eur. 294]. *al.*). AMBROSIAST. in Rom. 8, 10, 3 (rec. *β, sim. γ*) idcirco cetera hominis ... corpus appellavit ⌊-a, q.⌋ (praeterea *rec. α*) anima, dum peccat, caro dicatur (VVLG. Ier. 44, 23 -a, q. sacrificaveritis idolis ..., i. evenerunt vobis mala. BOETH. categ. 2b15 [*gr. διὰ τὸ ..., διὰ τοῦτο*]. 2b38 [*gr. διὰ τό solum*]).

b quia: **α** *solum*: Ⓘ *sequitur enunt. caus.* (*saepe intercedunt voces aliae; iteratur* quia TERT. apol. 35, 1 HIER. epist. 52, 5, 1): PLAVT. Asin. 386 *te fores nostras* censebam attigisse -a, huc q. habebas iter. Men. 45 -a illius *avi* nomen memini facilius, q. illum clamore vidi flagitarier. 263. Most. 1156 ⌊-a q.⌋ (propter ea, quae *Ritschl*). Poen. 62. RHET. Her. 3, 22, 36 solis ... occasus nemo admiratur -a, q. cottidie fiunt. LVCR. 5, 635 omnia signa hanc *lunam* adipiscuntur circum praeterque feruntur; -a fit, ut haec ad signum quodque reverti ... videatur, ad hanc q. signa revisunt (*nisi ad A*). 6, 97 tonitru quatiuntur caerula caeli -a, q. concurrunt ... nubes *eqs. et saepius.* CIC. fin. 1, 53 diligi ... iucundum est -a, q. tutiorem vitam ... efficit. 4, 68 div. 1, 24. 2, 49 SVLP. RVF. Cic. fam. 4, 5, 1 POLLIO Cic. fam. 10, 33, 5. AVFVST. Paul. Fest. p. 95 -a genius meus nominatur, q. me genuit. ALF. dig. 39, 2, 43, 2. *al.* (*passim inde a* TERT.). *iunctura* -a ergo (e. -a *l. 52*): VET. LAT. Is. 24, 6 (Tycon. reg. 4) -a ⌊e.⌋ maledictio comedit terram, q. peccaverunt *inhabitantes* (⌊ ⌋ *gr. deest; Vulg.* propter hoc ... et). Ioh. 5, 18 (cod. 8 = VVLG.) -a e. magis ..., q. (*gr. διὰ τοῦτο οὖν ..., ὅτι, cod. 3. al.* propter hoc ..., quod). AVG. civ. 16, 3 p. 128, 25. 19, 23 p. 395, 17. EPIPHAN. SCHOL. Didym. in I Ioh. 5, 18 p. 78, 27 si e. -a ..., q. (quod *var. l.; gr. εἰ γὰρ διὰ τοῦτο ..., ὅτι*).
Ⓘⓘ *antecedit enunt. caus.* (*nexu laxiore l. 54*): PLAVT. Capt. 175 quid tu id quaeris? :: q. mi est natalis dies; -a ⟨a⟩ te vocari ad te ad cenam volo. Mil. 1257 q. me amat, -a Venus fecit eam, ut divinaret. 1323. LVCR. 4, 242 nos oculis q. solis cernere quimus, -a fit, uti *eqs.* 4, 797. *al.* CIC. nat. deor. 3, 9 q. non confidebas ... esse id perspicuum ..., -a multis argumentis deos esse docere voluisti. off. 3, 101 fam. 15, 9, 3. *al.* POMPON. dig. 1, 2, 2, 23. GELL. 2, 6, 6 non igitur, q. volgo dici solet *aliquid improprie* ..., -a debet vis vera ... verbi deperire. TERT. praescr. 10 l. 13. *al.*

β *cum abundantia quadam excipitur (praeparatur l. 67) aliis particulis causalibus* (*aliter l. 47. 59, ubi* ergo *vel* igitur *spectant ad ea, quae antecedunt*): TERT. adv. Marc. 4, 40 p. 560, 3 si -a panem corpus sibi finxit *Iesus,* q. corporis carebat veritate, ergo panem debuit tradere pro nobis. AVG. coll. c. Maximin. 14 p. 720 qui ... dicit eum -a, q. natus est, ideo alterius esse naturae *eqs.* (EPIST. pontif. 885 Conc.^{S} IV 2 p. 209, 10 -a ergo, q. ..., i. *vice versa*: CLEDON. gramm. V 23, 16 i., q. ..., -a).

c quoniam; *enunt. caus.*: **α** *antecedit*: LVCR. 2, 835 q. non ... concedis ..., -a fit, ut *eqs.* GELL. 2, 7, 18. 3, 3, 4 qui *versus* q. sunt ... Plautinissimi, -a ... meminimus eos. VET. LAT. Ezech. 28, 7 (Tycon. reg. 7 p. 79, 35; *gr. ἐπειδὴ ..., ἀντὶ τούτου, cod. 175. al.* propter hoc, *Vulg.* eo quod ... idcirco). IREN. 3, 23, 2 l. 34 q. sumus ex ipso *Adam,* -a quoque ipsius hereditavimus appellationem. DIOM. gramm. I 402, 24. *al.* *cum abundantia quadam*: TERT. adv. Iud. 8, 12 q. omnes prophetae nuntiabant *passionem Christi* ..., igitur q. adimpleta est prophetia ..., -a signari visio-

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nem ... dicebat *Daniel* (*9, 24*), q. ipse *Christus* est signaculum omnium prophetarum (*in eadem re* 11, 10 itaque q. ..., -a ..., q.). CANON. Turner I p. 243, 3 rec. VIII q. sunt ... genua flectentes ..., ⌊-a itaque⌋ est constitutum ..., q. ... custodienda consuetudo est, ut *eqs.* (⌊ ⌋ *gr. Ioh. Schol. tit. 50, 3 ὑπὲρ τοῦ, p. 142, 3 rec. I. al.* placuit de hoc). **β** *sequitur* (*cf. p. 2132, 75 sqq.; intercedunt voces aliae praeter l. 14*): PHAEDR. 3, 10, 59 haec exsecutus sum -a pluribus, brevitate nimia q. quosdam offendimus. COLVM. 2, 6, 4 haec genera tritici ... -a custodienda sunt agricolis, q. (quom *var. l.*) raro quisquam ager ita situs est, ut *eqs.* FRONTO p. 168, 20. GELL. 13, 12, 9 *tribuni plebis creati sunt* intercessionibus faciendis ...; ac -a ius abnoctandi ademptum, q. ... adsiduitate eorum ... opus erat (*nisi ad A*). TERT. spect. 13 p. 15, 20 -a igitur, q. EPIST. Alex. p. 194, 24 (*v. ed. Walther Boer*) *imperavi, ut armati* sequerentur, -a, q., cum ... secum praedam veherent, timendum esset, ne *eqs.* (*item nulla intercedente voce*: AVG. civ. 19, 4 p. 361, 2 non itaque -a, q. brevis est, nulla miseria debet videri. MART. CAP. 4, 414. *al.*). AVG. civ. 16, 24 p. 163, 21 -a ..., q. ..., non quia *eqs. al.*

d *exempla varia*: ENN. scaen. 261 multi, qui domi aetatem agerent, -a sunt improbati (*item spectat ad enunt. relat.*: EPIPHAN. SCHOL. Didym. in I Petr. 2, 11 p. 24, 7 illi, qui vehementer inclinantur ad carnem ..., -a carnes nuncupantur). CIC. Scaur. 35 si ... anteposuit honori suo commoda ... provinciae, -a putas *eqs.* (div. 1, 23 si ..., num -a. *al.* AVR. Fronto p. 36, 13 adeo, sive ... sive ... sive ..., non -a *eqs.* VET. LAT. II par. 19, 2 [Anon. proph. p. 1739. *al., nisi aliter interpungendum, v. enim* Aug. c. Parm. 2, 18, 37 p. 91, 25; *cod. 91. al.* in hoc, *Vulg.* idcirco]. *ordine inverso*: FVLG. RVSP. epist. 3, 31 nec -a ..., si. *cf. p. 2130, 29*). VARRO rust. 1, 2, 19 *caprae sata corrumpunt*; ⌊itaque -a⌋ institutum diversa de causa, ut *capra non omnibus deis* ... sacrificaretur, cum ... *eam* alter videre nollet, alter etiam videre pereuntem vellet (⌊ ⌋ *nisi per abundantiam ad p. 2131, 2; sed v.* PRESB. Cypr. epist. 8, 1, 1 quod utique recte *Cyprianus* fecerit -a [praeterea *var. l.*], cum sit persona insignis. PS. CYPR. mont. 2, 1 [*sec. ed. Burini, 1994*; praeterea *var. l.*]. *cf. var. lect. l. 8*). VET. LAT. II par. 16, 7 (Op. imperf. in Matth. 1 p. 623) in quo ... non confidis in ... deum ..., -a labefactata est virtus Syriae (cod. 109 quod ..., -a, *Vulg.* quia ..., idcirco). AVG. civ. 1, 9 p. 15, 3 ⌊-a⌋ peccatis eorum *impiorum* ... parcunt *boni,* dum eos ... metuunt (⌊ ⌋ *nisi spectat ad antecedentia eandem causam illustrantia*). CAEL. AVR. acut. 2, 16, 97 -a ... ruborem ... aegrotantes *non* consequi, siquidem in alto tumor esse videatur (2, 16, 99. 2, 34, 181 chron. 5, 1, 7). PACAT. c. Porph. frg. Spicil. Solesm. I p. LVIII Matthaeus patrem huius Ioachim Iechoniam appellavit -a, quasi Iechoniae (-iam *trad.*) regno ipse successit (EPIST. Austras. 9, 3).

2 *finalibus* (*quae plerumque sequuntur [nulla intercedente voce l. 47. 48. al.], sed v. l. 51. 58*): **a** ut(i): PLAVT. Bacch. 729 scribito ...; nam -a ⟨te⟩ volo scribere, ut pater cognoscat litteras. 812. TER. Hec. 106 haud -a te rogo, uti hoc proferam, sed ut tacita mecum gaudeam. LVCR. 4, 867 rarescit corpus *fatigatum* ...; -a capitur cibus, ut suffulciat artus *eqs.* (*nisi ad A*). CIC. Lig. 8 Att. 12, 44, 1. *al.* HIRT. Gall. 8, 13, 2. VARRO ling. 5, 85 *fratres arvales* sacra publica faciunt -a, ut fruges ferant arva. VERR. FL. frg. Gell. 17, 6, 3 COLVM. 1 praef. 18. PLIN. nat. 19, 6 -a (praeterea *var. l.*), ut ..., ut *eqs.* GELL. 19, 2, 7 multos homines -a velle vivere, ut ederent et biberent. APVL. apol. 60, 5 -a ..., non quod ..., sed ut. TERT. mart. 1, 6 et ideo ... etiam -a ..., ut. *et passim. enunt. antecedit*: VET. LAT. Ioh. 1, 31 (cod. 8, *sim. al. et* VVLG.; *loq. Ioh. bapt.*) ut manifestaretur *Iesus* plebi Israhel, -a veni ego in aqua baptizans. AVG. civ. 10, 32 p. 459, 4. *al.*

b ne (*vix huc iam* CIC. fam. 15, 9, 3): AFRIC. dig. 3, 5, 45 pr. si ... -a emerim *fundum,* ne filius mandati iudicio teneatur (*cf. antea*: propter ea, quae *eqs.*). GELL. 1, 25, 18 hoc ... -a non praeterii, ne ... videretur *neglectum.* TERT. apol. 9, 13. anim. 17, 12 Plato, ne quod testimonium sensibus signet, -a ... negat se cognoscere posse semetipsum. uxor. 2, 2 l. 21 VLP. dig. 38, 17, 2, 44. VET. LAT. gen. 20, 6 (Aug. quaest. hept. 5, 55) -a peperci tibi, ne peccares in me (*gr. καί, Aug. ibid. 1, 49. al.* et, *Vulg.* et ideo). CENS. 21, 12 CHALC. comm. 137. *al.* **c** quo (*vix huc p. 2130, 40 vel* SCHOL. Cic. Bob. p. 161, 30): AVG. civ. 21, 18 p. 524, 11 -a dixisse apostolum: '...', quo significaret, quod *eqs.*

?**II** *pro praepos., sc. i. q. propter* (*cf. p. 2130, 67; falso trad.* CIC. ad Q. fr. 1, 1, 10 IREN. 4, 20, 11 l. 312; *olim falso coni.* -a *pro* propter PS. ASCON. Verr. p. 211, 19): SCHOL. Iuv. 4, 37, 4 *Iuvenalis* hoc convicium in ... Domitianum ... iactat ...; -a quod ... relegatus est *in Aegyptum* (*def. Wessner in indice ed.*). EXPOS. mundi 36 l. 18 Constantinopolis ... ab ea *Aegypto* ... pascitur, similiter et orientales partes, maxime propter exercitum imperatoris ...; ⌊-a non posse⌋ aliam provinciam sufficere nisi ... Aegyptum (*rec. D non resp.*; ⌊ ⌋ *subesse gr. διὰ τὸ μὴ δύνασθαι putat Löfstedt, Spätlat. Stud., 1908, 22 sq. al., cf. et Baehrens, Beitr. zur lat. Syntax, 1912, 472; nisi tamen ad p. 2129, 74*). *fort. addatur*: SACR. Leon. 998 deus, qui -a (propter *edd.*) aeclesiae tuae gubernacula disponenda ... eius principes sublimasti.

?**III** *pro coniunctione, sc. i. q. -a quod sim.*: NOVATIAN. trin. 21, 12 *in Christo deus carne* induitur atque etiam exutus sit oportet, -a is, qui induitur, pariter et exuatur necesse est (-a, ⟨quod⟩ *edd., sed cf. Melin, Studia in corp. Cypr., 1946, 176 adn. 1*). SCHOL. Iuv. 5, 79 ('cum ... multo stillaret paenula nimbo') -a semper manicasti per pluviam (*def. Wessner in indice ed.*). EVGRAPH. Ter. Phorm. 338 gratiam regi nemo ... refert, -a pascit (*Baehrens, loco cit. 473, ut item* 453 *et* 814; -a ⟨quia⟩ *Wessner locis omnibus*). *fort. addatur*: DIOM. gramm. I 487, 30 *tragoediam nominatam* alii ⟨a⟩ vino arbitra[ba]ntur -a (-a ⟨quod⟩ *edd.*) olim τρύξ dictitaba[n]tur ..., quia ... vinum cantoribus pro corollario dabatur.

[propterque *et* **propterquod** *v. p. 2118, 17. 2117, 44.*]

propterv- *v.* proterv-. *Breimeier.*

proptōsis (promptōsis) *f.*, *πρόπτωσις. per similitudinem p. p. p.* prom(p)tus *scribitur in cod. ant.* Aa ORIBASII *et passim in recc.* prom(p)t-, *raro sine nasali, e. g.* CELS. 6, 6, 8[G] prot- (*F*), ORIBAS. syn. 9, 17, 1 La p. 305 proptus-. *de formis: leguntur sing. nom.* -is, *acc.* -in, *abl.* -i, *plur. acc.* -is *vel* -es.

t. t. med. i. q. procidentia, prolapsio partium corporis (*gr. respondet πρόπτωσις*): *oculorum*: CELS. 6, 6, 8[G] *v. p. 1529, 2.* SCRIB. LARG. 27 vastum tumorem, quem, quia a loco interdum videtur propellere oculum, -in vocant. CASS. FEL. 29, 6 -is ... est oculorum ex nimio tumore prominens casus. 29, 8 ad tumorem oculorum ... et -is. 29, 14 oculis ... tumentibus et -i periclitantibus. ORIBAS. syn. 3, 127, 2 Aa p. 875 *collyrium quoddam* facit ... ad cymoses et -es. ALEX. TRALL. 1, 96. *al. matricis*: CASS. FEL. 78, 1 matricis prominentem casum, quem Graeci -in vocant. 78, 2 ubi -is minime fuerit facta. ORIBAS. syn. 9, 55 tit. Aa p. 387 ad -in matricis (*La* proruinam). *al. ani*: ORIBAS. syn. 9, 17, 1 Aa p. 305 ad ani inflammationes et -es. *Blundell.*

propudiālis, -e. *a* 1. propudium. *i. q. ad propudium pertinens, piacularis*: AT. CAP. Fest. p. 238 ⌊-is⌋ porcus dictus est, qui in sacrificio gentis Claudiae velut piamentum et exsolutio omnis contractae religionis est (⌊ ⌋ propudi ait *trad., corr. Brugge,* propudianus *alii*).

?**propudiānus** *v. l. 32.* *Wieland.*

propudiōsus (prō- *l. 35*), -a, -um. *a* 1. propudium. *superl.* -issimus SIDON. epist. 9, 6, 1. *producitur syllaba prima* RVT. NAM. 1, 388, *sed v. infra l. 71. de notione*: GLOSS. -am: rubore confusioneque plenam. -um: pudendum. [*e coni. dub.* ARNOB. nat. 2, 42 p. 116, 8 *et* AVG. conf. 8, 2, 3 (*v. O'Donnell, comm. ad l., 1992, 17*).]

i. q. propudii plenus (*sc. turpis sim. praeter l. 42; coniungitur cum* flagitiosus *l. 59,* obscenus *l. 62* [*cf. l. 51. 54. 57*]): **1** *de hominibus*: **a** *usu pro subst.*: *masc.*: PLAVT. Stich. 334 (*puero insolenti*) mein fastidis, -e? (*perperam inter adv. affertur* GLOSS. Plaut. gramm. III 53, 8). VET. LAT. apoc. 21, 8 (Tert. pudic. 19) incredulis et -is et fornicatoribus *decreta est damnatio* (*gr. ἐβδελυγμένοις, cod. 51* ab[h]ominabilibus, *Vulg.* exsecratis. *inde* TERT. pudic. 19 p. 267, 27 -os). *fem.*: PLAVT. Truc. 271 (*meretrici ornatae*) tibi suaso, *i. colore,* infecisti, -a, pallulam? (*cf. 269* pudendum ... pecus, *280* pudeat probri). **b** *adi.*: *de feminis*: GELL. 2, 7, 20 uxorem ducere infamem, -am, criminosam. APVL. met. 9, 27, 2 scaenam -ae mulieris patefecit *adulter detectus.* MIN. FEL. 25, 8 Acca Larentia et Flora, meretrices -ae. SIDON. epist. 9, 6, 1 contubernio ancillae -issimae (*postea*: consuetudine obscena). *de viris*: APVL. apol. 75, 1 domus ... tota lenonia ..., ipse -us, uxor lupa. TERT. pall. 4, 5 de Caesaribus quibusdam vestris ... pariter -is (*ibid. Caesarem* impuriorem ... et molliorem). *de gente Iudaeorum*: RVT. NAM. 1, 388 obscenae ... genti, quae genitale caput -a metit.

2 *de rebus*: ARNOB. nat. 4, 9 p. 211, 23 *libidines* -a ... exercet obscenitas (5, 27 p. 283, 19 [*postea*: quas *partes* pudor ... abscondere ... iubet]. *cf.* 5, 25 p. 281, 22 -i facinoris ... obscenitas). 4, 33 p. 240, 9 -os flagitiososque ... concubitus (*cf.* 5, 32 p. 290, 12 incestas ... aut -as ... conplexiones). 4, 36 p. 244, 19 -is ... in fabulis. PRISCILL. can. 67 p. 137, 16 circumcisionem -am illam (repud-, praeput- *var. ll.; cf. l. 54*). FAVST. Aug. c. Faust. 24, 1 p. 720, 22 illa *nativitas* obscaena ac -a.

adv. **propudiōsē.** GLOSS. -e: turpiter (*sec. l. 42?*).

1. propudium, -ī *n.* (*vix* prō-, *v. l. 71*). [*a* pudet *derivandum vid. similiter ac* prolubium (*q. v.*) *a* lubet. *estne alterum ad exemplum alterius formatum? Fo.*] *de origine et notione*: PAVL. FEST. p. 227 -um dicebant, cum maledicto nudare turpitudinem volebant, quasi porro pudendam; quidam -um putant dici, a quo pudor et pudicitia procul sint (*inde* GLOSS.; *cf.* PAVL. FEST. p. 228 *supra p. 1418, 8 sqq.*). *scribitur* propid- GLOSS. *et in var. l.* PLAVT. Poen. 272. NOT. Tir. 45, 21[a] -um (*v. p. 788, 24*). pro- *brevem exhibet* PLAVT. (*sed cf. supra l. 35*). [*perperam coniciebatur olim* PLAVT. Mil. 364; *trad. loco nondum sanato* PETRON. 99, 5 (*nauta navem soluturus Eumolpo*) moraris, ... tamquam -um ignores (*de t. t. cum* propus, pes *coniungendum cogitat Sedgwick, Mnemosyne 4, 1951, 161 sq.; coni. alii alia*).]

[Rebrik]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1 *conviciose de hominibus*: **a** *turpibus, impudicis, scelestis sim.*: *de feminis*: PLAVT. Curc. 190 quid ais, -um? tun etiam ... odium me vocas? (*de meretrice ut*: Poen. 272 tun audes ... servos spernere, -um? [*273* monstrum mulieris]. TERT. pall. 4, 9 oculos abducere ab huiusmodi -is occisae in publico castitatis [*antea*: aspice lupas]). HIST. AVG. quatt. tyr. 5, 3 Firmum *usurpatorem* ... feminei -i (*sc. Zenobiae*) reliquias colligentem. *de viris*: CIC. Phil. 14, 8 optimos viros ... interemit -um illud et portentum, L. Antonius, insigne odium omnium hominum. APVL. met. 8, 29, 4 spurcissima illa -a ad inlicitae libidinis extrema flagitia ... efferantur. **b** *ineptis, inhabilibus*: PLAVT. Bacch. 579 puere, ... pulta ... fores; recede ...; ut pulsat -um! ... fores pultare nescis.

2 *de re turpi*: *de libidine*: PLIN. nat. 28, 122 -a virorum ... feminarum libidines inhiberi *medicamento quodam*. *de facinore*: MIN. FEL. 29, 1 huiusmodi -a nobis non licet nec audire (*antea*: impudicitiae). MACR. Sat. 3, 14, 8 nobilitatem haec -a celebrare (*sc. saltationes*).

deriv.: propudialis, propudiosus.

[2. propudium *v. p. 2134, 73.*] *Rebrik.*

[propudōrium: pudendum, confusio GLOSS. V 511, 31. *sim. al. vox nihili, v.* GLOSS. pro pudor: o confusio. *al. ibid.; cf. p. 1439, 64 sqq.*]

prōpuganātor *v.* propugnator. *Bk.*

***prōpugnāculum,** -ī *n.* *a* propugnare (*item* ISID. *l. 37; cf.* SERV. auct. *l. 52*). NOT. Tir. 46, 4 -um. *de notione v. l. 37. 52. 56. 58. p. 884, 15 sq. nec non* GLOSS. -um: προμαχ(ε)ών. turris. II 305, 30 ἔπαλξις: pinna, -um. 419, 9 πρόμαχοι: -i (*corruptum*). IV 460, 10 -a: murorum summ(a)e partes. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2701 sq. -um: munimen. defensio. II Abav. PR 164 -a: loca s(a)epta. Philox. PR 388 -um: προμαχών, βοήθεια, ἔπαλξις. Corp. P 825 -um: briost-biorg (*anglosax.*). *al.* *legitur in versibus fere singulis locis apud* PLAVT., VERG. (*ter*), HOR. *al., in prosa oratione inde a* CIC., NEP., LIV.

significatur quodcumque aptum est ad propugnandum (*de actione p. 2136, 64; c. gen. poss. vel rei defendendae l. 43. p. 2136, 5. 29. 45. 47. 60. al., arcendae p. 2137, 4 [cf. praepos. p. 2136, 48; ambigue iuxta verbum l. 65. p. 2136, 17. 31], c. gen. explic. p. 2136, 22. 27. 35. 52, c. adi. defendentis p. 2136, 74; in imag. vel compar. l. 40. p. 2136, 16*):

I *non nisi per plur.* -a *de partibus quibusdam moenium summitati additis ad commoditatem defendentium, sc. de pinnis sim.* (*coniungitur c.* pinna *vol. X 1, 1091, 4 sqq.; cf.* ISID. orig. 15, 2, 20 -a pinnae murorum sunt, dicta quia ex his propugnatur [*inde* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2704]; *rem fusius tractat Rebuffat, Latomus 43, 1984, 3 sqq.*): **A** *-is muniuntur moenia urbis, castra, turres sim.*: **1** *in imag. vel comparatione*: PLAVT. Bacch. 710 intendam ballistam in senem; ea ballista si pervortam turrim et -a, ... invadam extemplo in oppidum. CIC. Pis. 9 lex Aelia et Fufia eversa est, -a murique tranquillitatis atque otii. AMBR. hex. 6, 9, 62 *auriculas* velut quaedam -a videas praetendere adversum frigoris asperitatem ..., *ne* frigus penetret ductus patentes. in psalm. 118 serm. 16, 16, 1 ne muros animae nostrae destruat, ne -a nostrae mentis diruat *diabolus*. VVLG. cant. 8, 9 si *soror nostra nondum nubilis* murus est, aedificemus super eum -a argentea. CLAVD. carm. 5, 463 *apes* tenuis saxi per -a cinctae rimosam patriam ... defendunt (*sc. contra mellis raptorem*). *al.* **2** *exempla varia*: VERG. Aen. 4, 87 non coeptae adsurgunt turres, non ... -a bello tuta parant *Carthaginienses*: pendent opera interrupta minaeque murorum (*cf.* SERV. auct. -a: quibus porro pugnatur. *item disting.* turres: SEN. benef. 6, 15, 8 *struere* t. ... -a habituras. TAC. hist. 2, 19, 2 solidati *sunt* muri, -a addita, auctae t. *eqs.* 3, 84, 3 super t. et -a moenium. AMM. 21, 11, 3 VEG. mil. 4, 10, 2. VVLG. cant. 4, 4 turris ..., quae aedificata est cum -is [*cf.* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2703 loca in muris sunt, unde hostes propugnantur]. *al.; cf. l. 42. p. 2136, 11*). 9, 170 pontis ... et -a iungunt *defensores castrorum* (*i. -a pontibus; ad l. cf.* SERV. Aen. 9, 168 -a: pilas [pinnas *cod. F*; murorum *add.* SERV. auct.]). 9, 664 it clamor totis per -a muris (*cf.* CLAVD. DON. *ad loc.* p. 273, 15 per omnia murorum -a. *item disting.* muri: LIV. 30, 9, 4 muri *Carthaginis* reficiebantur -isque armabantur. HIST. AVG. Max. Balb. 10, 1 -a et muros *parare*. VEG. mil. 4, 8, 7 cum ... addenda sit muris vel -is altitudo, ne adversariorum mobiles turres superemineant. HEGES. 1, 16, 2 qui murorum -a tuerentur [*antea*: valida murorum]. *al., e. g. l. 54; cf. l. 43. al.*). LIV. 23, 18, 9 -a adversus vineas statuere. 24, 1, 3 reficere muros portas telaque in -a congerere. TAC. ann. 4, 51, 1 scalas ... inferre -is eaque prensare detrahere (*cf.* PANEG. 12, 5, 6 iniectae *sunt* ... scalae -is. AMM. 19, 5, 6 multitudini transcensu s⟨c⟩alarum iam -a ipsa prensanti). SYMM. or. 2, 28 ut stationis exitus -is desuper protegatur. AMM. 18, 8, 13 licet multiplicia tela per tormentorum omnia genera volarent e -is. 19, 5, 1 ut *ballistae* a -is propellerent defensores. 24, 2, 10 ⟨per⟩ -a ciliciis undique laxius pansis, quae telorum impetus cohiberent (*sim.* VEG. mil. 4, 6, 2). VEG. mil. 4, 3, 2 *ut* quasi clivo molli usque ad -a possit ascendi. 4, 6, 3 crates *lapidibus completas* ... inter bina -a constitutas. 4, 15, 6 obsidentes ... sagittis ... defensores omnes de -is civitatis exturbant (4, 19, 3). OROS. hist. 4, 17, 3 cum ... matronae quoque ... per -a currerent ... primaeque pro muris pugnare gestirent. *al., imprimis apud* AMM. *et* VEG.

B *-is muniuntur varia*: *domus privata*: CIC. fam. 14, 18, 2 *ne diripiatur, curandum est,* domus ut -a et prae⟨si⟩dium habeat. *naves* (*longae praeter* TAC.; *cf. l. 34*): HOR. epod. 1, 2 inter alta navium ... -a (*cf.* SCHOL. ⟨-a,⟩ ut in muro, ita et in navibus fiunt, post quae dimicantes armati consistant). TAC. ann. 12, 56, 2 (*respicitur naumachia*) in ratibus ... manipuli ... adstiterant, antepositis -is, ex quis catapultae ballistaeque tenderentur. FLOR. epit. 2, 2, 34 -is ... gravis ... classis *Carthaginiensium* (*opp.* Romana classis prompta, levis, expedita). VEG. mil. 4, 44, 6 in maioribus ... liburnis -a turresque constituunt. *elephanti, sc. turriti*: SIL. 9, 239 turritas moles ac -a dorso belua ... gestans. 9, 604 ignis ... per -a fertur (*cf. 601* muros).

II *per sing. vel plur. de toto munimento, praesidio sim.*: **A** *in re militari*: **1** *usu communi significatur opus structum praesidii causa*: **a** *in imagine vel comparatione*: CIC. Verr. II 3, 40 si ... illud -um, quo contra omnes meos impetus usurum se putat *Verres,* ex defensione eius deiecero. Font. 13 Narbo Martius, colonia nostrorum civium, specula populi Romani ac -um istis ipsis nationibus *Gallis* oppositum et obiectum (*cf.* NEP. Them. 7, 5 illorum *Atheniensium* urbem ut -um oppositum esse barbaris). CYPR. patient. 14 contra facta carnis ..., quibus anima expugnatur et capitur, virtutum suarum -o reluctatur *patientia*. MAR. VICTORIN. adv. Arium 2, 9 l. 44 *verbum ὁμοούσιον* a maioribus positum ut murus et -um, *sc. contra haereticos.* ANON. de mach. bell. 14, 1 clipeis ... velut in -o positis communitur *currus quidam.* PRVD. ham. 492 *lapidem* (*i. Christum*) ⌊per -a muris⌋ *fidelium* ... insertum (⌊ ⌋ *v. p. 2135, 59*). PS. AVG. hypomn. 4, 6 l. 289 *Paulus* oculos ad Christi -a, quibus defendi possit, elevavit dicens: '...' (*Rom. 7, 24 sq.*). *al.* **b** *exempla varia*: NEP. Timol. 3, 3 arcem Syracusis ... disiecit, cetera tyrannidis -a demolitus est. LIV. 22, 19, 6 multas ... turris Hispania habet, quibus et speculis et -is adversus latrones utuntur (*item respiciuntur turres*: 28, 6, 2 turris quinque tabulatorum, egregium -um. frg. 22 l. 3. SEN. epist. 86, 4 turres ... ⌊in⌋ -um villae *Scipionis* utrimque subrectas [⌊ ⌋ *de effectu, nisi intellegas finem, ut spectet ad 2c*]. PLIN. nat. 32, 3 armatae classes inponunt sibi turrium -a, ut in mari quoque pugnetur velut e muris). PAVL. FEST. p. 225 etiam qui non habent castra, -a, quibus pro castris utuntur, aedificant. TAC. hist. 5, 12, 1 porticus, quis templum ambibatur, egregium -um. VET. LAT. Is. 26, 1 (Epiphan. Schol. Phil. Carp. in cant. 62) *deus* ponet ... murum et -um (*de euangeliis et lege accipit* EPIPHAN. SCHOL. ad l.; *ceterum cf. supra p. 1908, 66 sqq. vol. III 1156, 53 sqq.*). ANTH. 931, 77 structa ... in magno ... -a saxo (*cf. 80* arce). VEG. mil. 4, 4, 1 prodest ..., ut ante portam addatur -um, in cuius ingressu ponitur cataracta. *al.*

2 *transfertur ad*: **a** *loca et res corp., quae praesidio sunt*: **α** *oppida sim., quibus fines imperii defenduntur* (*cf. nondum detersa imagine l. 19 sq.*): CIC. Manil. 32 longe a domo bellare et -is imperi sociorum fortunas ... defendere (leg. agr. 2, 73 ut esse non oppida Italiae, sed -a i. viderentur *coloniae*). Phil. 5, 27 (*de Mutina*) huius urbis -um. TAC. hist. 3, 34, 1 *Cremona,* -um adversus Gallos (*cf. Liv. 31, 48, 7* quae *coloniae* velut claustra ad cohibendos Gallicos tumultus oppositae fuissent). **β** *loca naturaliter munita*: HYG. lim. grom. p. 143, 11 loca aspera ... eligebant *antiqui,* ubi illis ⌊maximum -um⌋ esset et ipsa loci natura (⌊ ⌋ maximo [-me] -o *var. ll.*). AMM. 17, 13, 22 deserto montium -o ad castra Romana convolavit *hostis* (*cf. 17, 13, 3* locorum confisi praesidio). RVT. NAM. 2 frg. B 1 ⟨undique consurg⟩unt in -a rupes (*suppl. Lana*). **γ** *res varias propugnatoribus aptas*: VEG. mil. 3, 24, 4 tribulus ... est ex quattuor palis confixum -um, *sc. quo pedem equi feriente quadrigae pereant.* HIST. AVG. Maximin. 22, 5 cum se cives sulfur⟨e⟩ et flammis ceterisque huius modi -is a militibus defenderent.

b *propugnantes*: **α** *classem militarem*: CIC. Verr. II 3, 186 classis pulcherrima, Siciliae praesidium -umque provinciae, piratarum manibus incensa est. **β** *duces*: CIC. parad. 12 duo -a belli Punici, Cn. et P. Scipiones, qui Carthaginiensium adventum corporibus suis intercludendum putaverunt.

c *actionem propugnandi, tutelam sim., sc. per dat. fin.* -o (*cf. var. lect. l. 52 et praepos.* in *c. acc. l. 33*): CIC. Verr. II 5, 89 navis ... ita magna, ut -o ceteris posset esse.

B *vario usu*: **1** *de rebus*: **a** *incorp.*: *argumentis vel praeiudiciis sim.* (*cf. l. 17*): LIV. 34, 61, 10 vocatus Ariston purgare sese et firmissimo -o uti, quod litterarum nihil ad quemquam attulisset. GELL. 6, 3, 47 eas res contulit *Cato pro Rhodiensibus* ...; tum deinde, ne disparilitas conlationis evidens fieret, pluribus id -is defensat (*cf. 44* argumentis). PRISCILL. can. praef. p. 110, 5 ut contra haereticorum ... fallaciam firmissimum aliquod -um in divinis scripturis ... reperirem. SYMM. epist. 6, 22, 2 causae ... vestrae -um iudiciale non defuit; impetratum est quippe ab altero cognitorum, ne *eqs.* *quibuslibet*: PS. CYPR. *p. 2137, 10.* SE-

[Wick]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cvndin. epist. p. 893, 13 *te* suis ... -is *defendit sancta trinitas, sc. potentia sua.* **b** *corp.*: CELS. 8, 4, 17 *ut* plus ... -i cerebrum habeat. STAT. silv. 3, 3, 101 *Claudius Etruscus procurator a rationibus* evolvit ..., quid alti undarum cursus, quid -a poscant aequoris. AMBR. hex. 6, 9, 69 manus est totius corporis -um, capitis defensatrix.

2 *de hominibus* (*Christo l. 16*): COLVM. 12 praef. 1 ut ex ... societate *maris cum femina* mortalibus adiutoria senectutis nec minus -a praeparentur (*i. liberi; e* CIC., *qui vertit Xen. oecon. 7, 19 τὸ γηροβοσκοὺς κεκτῆσθαι ἑαυτοῖς κτλ.*). PS. CYPR. adv. Iud. 6, 11 *deus* ⌈haec omnia auxilia, munitiones, -a⌋ transtulit ad gentes (⌊ *sc. res hominesque sec. Is. 3, 1 sqq., ut etiam spectet ad p. 2136, 75*). EVSEB. GALLIC. hom. 57, 2 (*de Romano martyre*) verum christiani nominis -um et lumen ... populorum. CASSIOD. hist. 2, 7, 1 veritatis ⌈-i turris⌋ Athanasius (⌊ *Theodoret. 1, 8, 6 πρόβολος*). VEN. FORT. vita Marcell. 10, 48 -um patriae in uno consistere sacerdote (*sc. qui beluam domuit*). ISID. expos. in gen. 31, 11 spirituale et fortissimum -um, quod custodit Israel (*de Christo; cf. p. 2136, 27*).

prōpugnātio, -ōnis *f.* *a* propugnare. *legitur non nisi sing. apud* CIC. *et inde a* GELL. [*falso trad.* FRONTIN. strat. 3, 9, 6, *v. p. 2138, 19; e coni. dub.* VAL. MAX. 5, 1 ext. 4 (-tor *trad.*). FACVND. defens. 8, 7, 5 -em (*Sirmond*; purgat- *vel* impugnat- *codd.*).]

i. q. actio propugnandi, defensio (*c. gen. [rei] defendentis l. 32. 42. 46 [cf. pron. poss. l. 26 sqq. al., adi. l. 40], rei defendendae l. 28 sq. [cf. praepos.* pro *l. 30], explic. l. 36; iuxta pon. vel pro syn. est* auxilium *l. 32. 42,* defensio *l. 27 sq. 43,* protectio *l. 43*): **1** *propugnant homines* (*animal l. 32*): **a** *verbis, argumentis sim., sc. in re forensi vel vita publica*: CIC. Sest. 3 adgrediar ad dicendum, ne mea -o ei *amico* ... defuisse videatur (*ibid.* defensionis). fam. 1, 7, 2 (*ad Lentulum procos.*) nostra -o ac defensio dignitatis tuae. 1, 9, 2 (*ad Lentulum imp.*) quos tibi ... inimicos esse intellegis propter tuam -em salutis meae. 5, 8, 1 (*ad Crassum*) suscepi ... mihi perpetuam -em pro omnibus ornamentis tuis. **b** *vi et armis, sc. in re militari* (*in imag.* ENNOD.; *cf. l. 40*): GELL. 9, 11, 1 Corvinus appellatus est *Valerius* ob auxilium -emque corvi alitis (*in eadem re* AMM. 24, 4, 5; *cf. etiam p. 2138, 47. 2141, 27*). HYG. mun. castr. 54 opus -em tutans (tutant *trad.*). HIST. AVG. Maximin. 21, 6 *Aquileia Maximino appropinquante* portas clausit, nec -o (opp- *trad.*) defuit. ENNOD. epist. 9, 16, 3 p. 240, 17 (*in imag.*) *peto,* ut ⌈orationum vestrarum⌋ numquam me -e nudetis (*postea*: murus ... adversus peccati arietem. ⌊ ⌋ *gen. explic., nisi trahas ad 3*).

2 *propugnat deus*: HIL. in psalm. 59, 13 deserente eos *Israhelitas* custodia spiritus sancti nullum ... in exercitibus divinae -is auxilium est. IVLIAN. in Am. 7, 7 l. 132 quod ... eos *Israhelitas* -e tueretur *deus.* in Os. 12, 1 l. 42 relicta ... -e dei ... ab Aegyptiis auxilia mercabantur *Samaritae* (*cf. ibid. l. 32* protectionis, *l. 35* defensione. *addas l. 45*). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 83, 16 (*contextu mendoso*).

3 *propugnant res* (*cf. l. 36*): IVLIAN. in Am. 13, 9 l. 113 non in dei, sed in fanorum -e *confidere.*

***prōpugnātor,** -ōris *m.* *a* propugnare (*versa vice p. 2140, 2*). *scribitur per errorem* -pugan- INSCR. numm. imp. IV 1 p. 244 n. 223a (*a. 210/3*). *abbreviatur fere in* INSCR. numm. imp. (*saec. III/IV in.*): prop IV 3 p. 138 n. 139. p. 139 n. 150a. p. 144 n. 175, propug IV 2 p. 88 n. 244. IV 3 p. 31 n. 145. p. 138 n. 140. *al.,* propugn V 1 p. 81 n. 152 sq. p. 151 n. 237. *al.* (*item iam* FAST. sacerd. Iov. a. 200 [CIL VI 2004]), propugt IV 3 p. 195 n. 6. V 1 p. 81 n. 152 sq., propugnat IV 3 p. 31 n. 146. p. 52 n. 332. V 1 p. 149 n. 213. *al.* *de notione*: GLOSS. *πρόμαχος*. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2720 sqq. (cod. Paris.) -r: custos. defensor. vindex. *legitur in prosa oratione tantum inde a* CIC., BRVTO, *Corp. Caes.,* NEP., LIV. [*in codd. confunditur cum* pugnator HEGES. 5, 10, 3 EVSEB. GALLIC. hom. 19, 8. *al.*]

i. qui propugnat (*in contextu variat e. g. cum* custos *p. 2138, 39. 2139, 35,* defensor *p. 2138, 29. 2139, 19. 25 sqq. al.* [*ceterum cf. l. 67*], vindex *p. 2139, 23. 38. 47, opp. e. g.* adversarius *p. 2139, 40,* depugnator *p. 2139, 5,* oppugnator *p. 2138, 11. 44. 2139, 32 [ceterum cf. l. 67]. saepe c. gen. poss. vel defensi [cf. pron. poss. p. 2138, 24. 2139, 59], sed propulsi p. 2139, 57* [*cf. praepos.* adversus *p. 2138, 45*]): **I** *proprie* (*in imag. p. 2138, 9. 43*): **A** *de militibus*: **1** *respiciuntur imprimis defendentes vel alicunde propugnantes*: **a** *plur.*: **α** *de iis, qui propugnant e navibus* (*pro syn. sunt* epibatae *l. 73,* milites *l. 73, disting.* classiarii *l. 75,* remiges *l. 69*): CIC. Verr. II 5, 86 classis ... infirma propter dimissionem -um atque remigum (*item disting.*: CAES. civ. 3, 27, 2. TAC. hist. 2, 35, 2. 4, 16, 3 pars remigum ... officia nautarum -umque impediebant). 5, 135 classem instructam ... fuisse, nullum -em afuisse *eqs.* BELL. Alex. 10, 4 naves omnes ... -bus instruxerunt *Alexandrini* (*syn.* milites *ut* 45, 2). 11, 4 duae *quadriremes sunt* omnibus epibatis nudatae; magna praeterea multitudo in reliquis navibus -um est interfecta. 12, 1 (*disting.* classiariorum). 46, 5 -es Octaviani. LIV. 30, 10, 7 delecti -es *navibus* onerariis imponuntur (*sc. altioribus, cf. ibid. 12 tamquam* muros oppugnantium navium *hostilium*). 30, 10, 19 vix transiliendi in secundum ordinem navium spatium -bus datum est. *al.* CVRT. 4, 3, 25 unci ... et falces *Tyriorum* ... aut ⌈-es⌋ aut ipsa navigia *muros subeuntia* lacerabant (⌊ opp- *Fisher, Riv. Fil. Class. 118, 1990, 56*). **β** *de variis* (*sc. qui fere propugnant e munimentis, sed e curru l. 20, ex elephantis l. 21, in pugna vel itinere e. g. l. 14. 26; in imag. l. 9*): CIC. Sest. 101 -es ... rei publicae qui esse voluerunt, ... desciscunt (*cf. 100* maioribus ... copiis oppugnatur res publica quam defenditur. *item in imag.*: 103 spoliari rem publicam -bus. Balb. 51 qui ubique sunt -es [pugn- *cod. P a. corr.*] huius imperii [*opp.* oppugnatores rei publicae]). CAES. Gall. 7, 25, 4 a -bus vacuus relictus locus *non est* (*2* ante portam oppidi). HIRT. Gall. 8, 9, 4 ut ... duplici -um ordine defenderentur *castra.* LIV. 9, 39, 7 cadunt antesignani et, ne nudentur -bus signa, fit ex secunda prima acies. 21, 59, 4 -bus in vallo portisque *castrorum* positis. 27, 15, 6 moenium *Tarenti* -es. 43, 18, 7 sustinebant ... eam tempestatem *oppugnantium* -es urbis (44, 11, 6. FRONTIN. strat. 3, 9, 8 ⌈dum u.⌋ -es distringit *Philippus* [⌊ domibus *trad.*]). 44, 9, 8 -bus muri (CVRT. 9, 5, 14 deturbatis -bus m. FRONTIN. strat. 3, 9, 6 -es murorum [propugnationi m. *fere trad.*, -es moenium *Ireland errore*]). *al.* CVRT. 4, 15, 15 circumire ... currus et -es praecipitare. 8, 10, 31. PLIN. nat. 8, 22 *elephanti* turriti cum ... -bus. QVINT. inst. 11, 3, 168 per Marathonis ... -es ... iuravit *Demosthenes* (*sc. coron. 208; nisi ad 2a, sed cf. in eadem re l. 24*). 12, 7, 3 -bus patriae (*cf. l. 50*). 12, 10, 24 ius iurandum per caesos in Marathone ... -es rei publicae ([*cf. l. 22*]. AMM. 20, 5, 3 -es mei [*sc. Iuliani*] r. que p. fortes. *addas l. 7 et cf. p. 2139, 35*). FRONTIN. strat. 1, 4, 10 hi *milites* cum ... vadum superassent, transeuntium suorum fuere -es. 3, 2, 1 oppidum ... -um praestantia tutum. *al.* TAC. hist. 2, 22, 1 plena -bus moenia. 3, 30, 2 *oppugnatores* facibus -es deturbant (*sc. de muris; cf. 1* defensoribus). ann. 12, 35, 1 simul obiectus amnis, additum vallum, imminentia iuga, nihil nisi atrox et -bus frequens terrebat *ducem Romanum. al.* SVET. Tit. 5, 2 (*inde* EVTR. 7, 21, 2) novissima Hierosolymorum oppugnatione duodecim -es totidem sagittarum confecit ictibus (*paulo aliter l. 60*). AMM. 19, 2, 9 -es ... in maximo defende(ndi) ardore saucii perniciose cadebant. 19, 7, 2 *in summis turribus* aptatae ballistae -es agitantes humilius disiectabant. VEG. mil. 3, 6, 20 *in itinere* -es ab inpedimentis laxamento aliquo dividuntur, ne constipati laedantur in proelio. *al., imprimis apud* AMM.

b *sing.*: *de duce militari*: CIC. dom. 129 de Cn. Pompeio, -e et custode imperi, interficiendo consilia inibantur. NEP. Eum. 13, 3 uno -e sublato (*sc. Eumene, qui pro liberis Alexandri pugnaverat*). VAL. MAX. 5, 1 ext. 4 (*si loco corrupto respicitur Antigoni filius*). *de singulis propugnantibus*: CIC. dom. 143 tamquam urbe capta hanc unam domum quasi acerrimi -is sibi delendam putavit *Clodius* (*in imag. ut*: FACVND. defens. 6, 3, 39 in oppugnatore causa est, quomodo contraire debeat -r *in disputatione.* 10, 5, 12 quem secum -em adversus hostes *Arianos* habebat *Athanasius*). VAL. MAX. 8, 15, 5 *M. Valerio* cum quodam Gallo comminus pugnanti corvum -em subicientes *dei.* QVINT. decl. 297, 6 -r fuit civitatis *hic miles.* FRONTIN. strat. 2, 13, 5 in capite eius *pontis* -r ipse insequentes *hostes* detinuit *Horatius Cocles.* FACVND. defens. 11, 1, 27 (*in comparatione*) incautus patriae -r. *de civitate, propugnaculo imperii* (*cf. p. 2136, 44*): CIC. Balb. 23 ut ... nostra civitas careat in suis periculis Massiliensi -e (*cf. 24* sociis).

2 *respiciuntur quilibet pugnantes* (*sc. respectu defendendi minus perspicuo; exempla potiora, cf. e. g. l. 22*): **a** *vario usu*: HIST. AVG. Claud. 5, 5 scio saepius inter gladiatores bonis -bus hoc nomen (*sc. 'Aureolus'*) adpositum. HEGES. 1, 16, 2 volentibus Hyrcani sociis urbe recipere Pompeium, renitentibus Aristoboli -bus (*gr. 1, 142 τῶν ... Ἀριστοβούλου tantum*). 4, 10, 2 Niger ..., qui inter -es Iudaeae ad tuendam rei summam fuerat electus (*cf. gr. 4, 359 ἐν τοῖς πρὸς Ῥωμαίους πολέμοις*). 5, 1, 3 se invicem -es partium petunt. 5, 10, 3 duodecim adversi agminis -es (pugn- *var. l.; gr. 5, 288 δώδεκα ... τῶν προμάχων*). CASSIOD. Ios. antiq. 13, 339 p. 384 *Alexander* castra sua disposuit habens octo milia ⌈pugnatorum⌋; ... fuerunt et Ptolemaeo ⌈-es⌋ *eqs.* (⌊ *gr. τοῦς προμαχομένους et τοῖς ... προμαχοῦσιν. postea*: milites Ptolemaei [*gr. οἱ τοῦ Πτ.*]). **b** *technice significantur numeri quidam legionum comitatensium* (*cf. Hoffmann, Das spätröm. Bewegungsheer I, 1969, 182 sq.*): NOT. dign. occ. 5, 77 -es ([*de iisdem* 5, 226 = 7, 131 -es seniores]. *item* 5, 91 [*de iisdem* 5, 240 = 7, 57 -es iuniores]). 5, 151 armigeri -es seniores ([*item* 7, 142]. 5, 156 a. -es iuniores [*item* 7, 143]. *iidem respiciuntur 5, 8* a. seniores, *5, 13* a. iuniores [*cf. ed. Seeck, praef. p. XXIII*]).

B *de deis pugnae sociis* (*aliter p. 2139, 58*): **1** *exempla varia*: VAL. MAX. 1, 8, 1 Castor ac Pollux Romanarum partium -es visi hostiles copias penitus fuderunt. VET. LAT. II Macc. 14, 34 (recc. L, V, *sim.* X, P) sacerdotes ... invocabant eum, qui semper -r esset gentis ipsorum (*gr. ὑπέρμαχον, recc. B, M* protector). SERV. Aen. 6, 56 *Apollinem* semper

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Troiae -em fuisse. HIER. quaest. hebr. in gen. p. 71, 11 (*respicitur gen. 49, 24*) tu, *Ioseph,* ... arma pugnandi posuisti in deo, qui fortis est -r. IVLIAN. in Ioel 2, 28 l. 501 occursum et habitum aetherii -is effingens *David* (*sc. psalm. 17, 9 sq.*). in Os. 14, 1 l. 14 ('in gladio pereat *Samaria*') ut ... dominus non -r illius, sed depugnator existeret. **2** *in inscr., sc. fere nummorum (lapidis l. 9; apponitur nomini dei praeter l. 8; ad rem cf. Weinstock, RE XXIII 1, 832 sq.): de Iove* (*saec. II ex. et III*): INSCR. numm. imp. III p. 310 n. 1224 sq. (*a. 177; Iuppiter iactat fulmen*) -i. FAST. sacerd. Iov. a. 190 (CIL VI 2004) in aede Iovis -is (*sim. saepius in his fastis*). INSCR. numm. imp. IV 1 p. 107 n. 131 Iovi -i. p. 125 n. 270. *et saepius. de Marte* (*saec. III et IV in.*): INSCR. numm. imp. IV 1 p. 244 n. 223 (*a. 210/3*) Marti -i. 223a (*v. p. 2137, 48*). p. 245 n. 235. p. 258 n. 307. IV 2 p. 88 n. 244 Mars propug(nator). IV 3 p. 31 n. 145. *et passim. de Sole* (*imp. Heliog.*): INSCR. numm. imp. IV 2 p. 44 n. 198 Soli -i. *de Apolline* (*a. 253/6*): INSCR. numm. imp. V 1 p. 45 n. 74 sq. Apol(l)ini propug(natori) (*vel* propugn(atori)). p. 50 n. 153. p. 80 n. 128.

II *transfertur ad eos, qui quolibet modo aliis praesidio sunt, opem ferunt* (*hostes arcent l. 57*): **A** *generatim defenduntur*: **1** *homines*: CIC. Verr. II 2, 12 qui *Verres* ... quaestores studiosissimos defensores -esque habuerit. Pis. 18 quasi ... quisquam tam inops fuerit umquam, qui isto *Pisone* non modo -e tutiorem se, sed advocato aut adstipulatore paratiorem fore putaret. SEN. dial. 7, 15, 4 *nemo* patriae ... bonus tutor aut vindex est nec amicorum -r, si ad voluptates vergit. TAC. ann. 12, 42, 3 praecipuus -r eius *Agrippinae* Vitellius ... accusatione corripitur. **2** *res*: CIC. Verr. II 4, 80 me -em ⌊monumentorum⌋ P. Scipionis defensoremque profiteri (⌊ ⌋ *om. pars codd.*). p. red. in sen. 38 *C. Piso* fuit -r mearum fortunarum et defensor adsiduus. Sest. 144 P. Sestium, meae salutis, vestrae auctoritatis, publicae causae defensorem, -em, actorem. de orat. 1, 244 Mucius paterni iuris defensor et quasi patrimonii -r sui. GELL. 16, 2, 8 legis istius -es (*sc. dialecticae*). IVST. 8, 2, 10 -es sceleris. IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 5, 47 *haec conclusio* dissolvitur a -bus medicinae (*opp.* oppugnatores).

B *speciatim*: **1** *in vita publica* (*cf. l. 28; huc vergunt et alia sub A allata et imagines p. 2138, 7 sqq.*): CIC. Sest. 137 *maiores* senatum rei publicae custodem, praesidem, -em conlocaverunt (*cf. 136* rei publicae defensoribus). Mil. 16 senatus -r atque ... paene patronus, ... tribunus pl(ebis) M. Drusus (39 [*de P. Lentulo cos.*] -r s., defensor vestrae voluntatis. LIV. 2, 61, 4 [*patres de App. Claudio*] -em s. maiestatisque vindicem suae). BRVT. Cic. ad Brut. 19, 1 acerrimum -em communis libertatis *se praestare.* LIV. 4, 49, 15 (*ad Quirites*) honores, quos adversariis vestris potius quam populi Romani -bus datis. VAL. MAX. 3, 8 ext. 2 Phocion ... adeo perseverans sententiae suae -r exstitit, ut in contione *eqs.* 7, 4, 2 spoliatam bonis -bus civitatem. SVET. Iul. 16, 1 Caecilio Metello tribuno plebis ... leges ... ferenti auctorem -emque se pertinacissime praestitit. AMM. 19, 12, 17 salutem legitimi principis, -is bonorum et defensoris, ... muniri debere.

2 *in religione*: **a** *de hominibus*: ARNOB. nat. 5, 31 vos ..., qui vindices et eorum *deorum* contenditis immortalitatis esse -es (-pagat- *cod., sed* vindex *item variat p. 2137, 61*). ARIVS ad Euseb. vers. α 1 (*v. p. 2140, 75*). HEGES. 5, 18, 3 p. 338, 20 caelestium -es ... sacramentorum. HIER. epist. 84, 2, 2 inpietatis Arrii apertissimus -r est *Eusebius.* EPIST. pontif. 386 Conc.^{S} I 2 p. 89, 14 Attico *episcopo,* catholicae fidei -i fortissimo. CASSIOD. hist. 7, 3, 2 *Athanasius,* qui praecipuus erat horum dogmatum -r (*Theodoret. 4, 2, 4* πρόμαχον). FACVND. defens. 2, 5, 4 beatus ... Leo, fidelis ac fidens -r ecclesiae et haereticorum non ... trepidus impugnator. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 46, 20 huius *Cyrilli* cooperator atque -r in omnibus extitit *Memnon* (*cf. I 5 p. 353, 40* commilitonem, *gr. I 1, 5 p. 130, 10* συναγωνιστήν). VEN. FORT. vita Hil. 14, 51 defensor ecclesiae, hostium -r. *al.* **b** *de deo, Christo, angelis* (*cf. p. 2138, 71*): HIER. psalt. sec. Hebr. 21, 10 tu, *domine,* ... -r meus ex utero (expugnator *var. l.; aliter LXX et Vulg., sed cf. Aquilam* παλαίων ὑπὲρ ἐμοῦ). RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 133, 21 prospexit divina providentia, ut parvulis quibusque ... daret angelos -es et defensores (*postea*: tutores et procuratores; *cf. Gal. 4, 1 sqq.*). Orig. in num. 9, 2 p. 56, 29 quomodo -r iis (*sc. Christianis in persecutione*) fiat deus. IVLIAN. in Os. 12, 3 l. 105 ut ipsum *deum* semper -em dominumque fatearis. EVCHER. laud. her. 38 l. 417 *civitas fidelium* Christo -e munitur. PS. MAX. TAVR. hom. 44 p. 327^{A} nos ..., quibus -r invictus ... quadragesimam dedicavit. serm. app. 8 p. 857^{B} (*de pentecoste*) post illam ... victoriam, qua publicus -r mundo et militavit et vicit. EVSEB. GALLIC. hom. 19, 8 dum in corpore meo (*sc. humano*) vincit *redemptor,* me contra hostem meum (*sc. diabolum*) pius -r erexit (pugn- *var. l.*).

f. **prōpugnātrīx,** -īcis. *scribitur c. apice* -ná-. *i. quae propugnat* (*ponitur praedicative; c. gen. rei arcendae* LAVD.): LAVD. Turiae 2, 61 speculatricem e⟨t p⟩ropugnatricem meorum pericul⟨orum⟩. IVLIAN. epit. in psalm. 111, 9^{c} ('cornu eius *dominum timentis* exaltabitur in gloria') -e potentia.

***prōpugno,** -āvī, -ātum, -āre. *a* pro *et* pugnare (*perperam a* propugnator *derivat* MART. CAP. 3, 294). *scribitur* -punn- *in titulo neglegenter scripto l. 66* (*cf.* -pungn- *l. 72*). NOT. Tir. 46, 3 -at. *de notione*: GLOSS. ὑπερμάχομαι. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2705 sqq. (cod. Paris.) -at: pr(a)esidio est. ... opem fert. ... eripit. defendit. protegit. 2723 expellit. *legitur in oratione soluta inde a* CIC., CAES., *in poesi tantum apud* HOR. (*semel*), STAT. (*bis*), CLAVD. (*semel*). [*in codd. confunditur cum* repugnare *infra l. 42* (*falso trad.* CONC.^{S} II 3, 1 vers. ant. p. 188, 1), pugnare LIV. 26, 6, 1 (*e coni. dub.* 28, 19, 13 -antibus, *falsa var. l.* FRONTIN. strat. 4, 5, 13); *de falsa var. l. pro* propagare *v. p. 1944, 24.*]

I *intransitive fere i. q. pro loco, sc. defendendo, opitulando sim., pugnare* (*cf. p. 1419, 13 sq.; struct. potiores collegimus l. 18 sqq.; pass. impers. l. 24. p. 2135, 38, vix etiam p. 2141, 26; pro syn. est e. g.* defendere *l. 33. 38. p. 2141, 8,* repellere *l. 35,* tueri *l. 54, opp. e. g.* incessere *l. 45,* inrumpere *l. 37,* oppugnare *l. 20. 53. 57*): **A** *-ant homines* (*part. praes. plur.* -antes *fere pro subst. l. 63*): **1** *proprie -atur vi, armis sim.* (*in imagine l. 21. 26. 45. 53, in comparatione l. 24. 61; -atur saepe e munimentis [e curru l. 48], sed aliter e. g. l. 27 sq. 60*): **a** *cum additamentis, quibus indicatur*: **α** *quid (quis) defendatur: per praepos.* pro (*cf. et l. 69. 73 sq. p. 2141, 3 sq.; aliter l. 40*): CIC. inv. 1, 1 non oppugnare commoda patriae, sed p. his -are (*in imag. ut*: Font. 46 -at ... p. salute M. Fontei Narbonensis colonia [*cf. 44* infestis prope signis inferuntur Galli in M. Fonteium]). Rab. perd. 30 p. ... fama ... non secus ac p. patriis fanis ... -andum *esse. per dat.* (*inter verba, quae c. dat. iunguntur, affert* PRISC. gramm. III 273, 1 *et infra p. 2141, 18; cf. l. 72. p. 2141, 1 sq. 8* [*sed c. dat. rei arcendae p. 2141, 1*]): HOR. epist. 1, 18, 16 (*in imag.*) *scurra* -at nugis (*vix abl.*) armatus. APVL. met. 9, 37, 2 lapidum crebris iactibus -are fratri atque abigere canes. AMM. 25, 1, 2 cui *duci morienti* -turus ... frater. 27, 6, 9 castris. 31, 10, 12 *Alamanni* abruptis ... rupibus insistentes rebus caritatibusque suis ... omni virium robore -bant. **β** *ubi vel unde -etur*: CAES. Gall. 5, 9, 6 ex silvis rari -bant *hostes* nostrosque intra munitiones ingredi prohibebant (7, 86, 5 ex turribus -antes. BELL. Alex. 17, 4 uno ... tempore et ex tectis aedificiorum -bant et litora armati defendebant. CVRT. 4, 4, 11 multos e muris -antes. *al.; cf. l. 38. p. 2141, 25*). civ. 2, 8, 2 hinc, *sc. e turri,* ... -bant *legionarii*; hinc ad repellendum ... hostem procurrebant (*item c. adv.*: AMM. 23, 4, 13 desuper -antium ... vires. *cf. p. 2141, 25. 40*). 3, 67, 5 cum inrumpere nostri conarentur, illi castra defenderent fortissimeque Tito Puleione ... eo (e *codd. plerique*) loco -ante (*item c. abl. loci*: BELL. Alex. 30, 6 regione fluminis). LIV. 26, 6, 1 legati pro vallo acriter -ant.

b *sine talibus additamentis*: **α** *exempla varia* (*loco dub.* CAES. Gall. 3, 4, 2 [repugnare *rec.* α *et edd. plerique,* pro- β]): CAES. civ. 3, 45, 3 *non* erat facile nostris uno tempore -are et munire. LIV. 37, 5, 1 cum viri -rent, feminae tela ... in muros gererent. TAC. dial. 5, 6 *eloquentia est praesidium* ac telum, quo -are pariter et incessere ... possis (*in imag. ut*: VET. LAT. sap. 18, 21 non diu permansit ira *domini*; properans enim *Aaron* ... ⌊-vit⌋ proferens servitutis suae scutum orationem [deprecari pro populis *var. l., gr.* προεμάχησεν]). Agr. 12, 1 quaedam nationes ... curru proeliantur: honestior auriga, clientes -ant. APVL. Socr. 5 p. 131 *Mezentius* haec sola advĕnerat, quibus -bat (*sc. dextra et telo sec. Verg. Aen. 10, 773*). **β** *gerund.*: CAES. Gall. 2, 7, 2 Remis *obsessis* cum spe defensionis studium -andi accessit (AMM. 19, 8, 2 *neuter exercitus* a studio -andi removebatur. 24, 2, 9 [*opp.* oppugnandi]). GELL. 6, 3, 52 (*in imag.*) in ... causa *Rhodiensium* Cato ... omnibus promisce tuendi atque -andi modis usus est. **γ** *part. praes.*: BELL. Alex. 26, 2 oppidum, firmo praesidio occupatum ..., repente magnis circumdatum copiis, multiplici praesidio pertinaciter ⌊-antibus⌋ *cepit Mithridates* (*opp.* oppugnandi; ⌊ ⌋ *poni vid. per synesin pro* -ante, *cf. Landgraf, Untersuch. zu Caes. und seinen Fortsetzern, 1888, 112; alii minus probabiliter* mult. praes. *delent et* ⌊ ⌋ *cum* copiis *iungunt*). LIV. 25, 17, 2 *Gracchum* inermem saxisque ... -antem interfectum *esse.* 36, 9, 11 cum multi -antes caderent. 44, 9, 7 velut -antes ... persultabant *iuvenes in circo.* CVRT. 4, 3, 15 missilia in -antes ingerebantur (*adhibetur pro subst. masc. ut*: 8, 2, 22 Alexander ... sagittis -antium plerosque deiecit. *al., cf. e. g. l. 9. 32. 36; potius praedicative intellegas l. 61 sq. al.*). *?technice de numero militari*: INSCR. Année Épigr. 1946 n. 43 (*Thamugadi*) *cuidam* ex numero propunnantes ex sculam bracatorum (*'-antium ex schola' intell. ed.*).

2 *translate -atur verbis vel quolibet modo* (*cf. imagines et compar. l. 17*): CIC. off. 1, 62 *Stoici fortitudinem* virtutem esse dicunt -antem pro aequitate. fam. 11, 16, 2 *cum Lamia* pro ... mea salute acerrume -ret (*cf. l. 21 et* AMM. 28, 6, 23 *legatus,* cum a vicario audiretur..., constanter saluti suae propu[n]gnans). GELL. 18, 1, 2 *duobus philosophis* acriter atque contente pro suis utrimque decretis -antibus. ARIVS ad Euseb. vers. β 1 l. 13 pro qua *veritate* et tu -as (*gr.* ἧς ... ὑπεραspίζεις, *vers.* α cuius ... propugnator es, γ *l. 4* quam ... defendis). AMM. 18, 8, 6 excelsa illa fortuna

[Wick]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Vrsicini -ans miseriis *transfugae.* 19, 11, 3 his *susceptoribus* -are sibi nitentibus potestates. BOETH. cons. 1, 4, 31 *nos* -are bonis senatuique.

B *-ant animalia*: CIC. Tusc. 5, 79 *bestiae* pro suo partu ita -ant, ut vulnera excipiant. VARRO rust. 3, 9, 5 qui *galli* ... pro gallinis -ent. PLIN. nat. 12, 85 *casia comparatur* circa paludes, -ante unguibus diro vespertiliorum genere (*spectat ad Herodot. 3, 110 θηρία ... ἐς ἀλκὴν ἄλκιμα*). APVL. met. 7, 27, 5 *num vacas culpa, asine,* cum -are pedibus et arcere morsibus ... puero potueris? (*cf. ibid. 6* defendere). CLAVD. carm. min. 9, 18 *hystrix* crebris -at iactibus *pinnarum* ultro et longe sua membra tegit.

C *-at deus (sc. opitulando sim.): in clade*: VET. LAT. Ios. 10, 42 (cod. 100) dominus ... ⌊-bat cum⌋ Istrahel (⌊ ⌋ *gr. συνεπολέμει, Vulg.* pugnabat pro eo). *in qualibet condicione*: AVX. Maximin. c. Ambr. fol. 307^{r}, 22 C(h)r(ist)o opitulante et -ant⟨e⟩ *martyrem fieri.* IVLIAN. in Ioel 2, 28 l. 497 deus vel ad -andum vel ad ulciscendum ... consurgens. CONC. Rom. a. 501 p. 422, 4 -ante caelesti favore.

II *transitive fere i. q. (pugnando) defendere* (*sc. c. acc. obi. [ex enunt. relat. subaudiendo l. 30]; hunc usum confirmat* PRISC. gramm. III 289, 1 -o tibi et ⌊te⌋ [a te *cod. unus, sed affertur* STAT. *l. 23*]; *fere pro syn. est* retinere *l. 32, disting.* impugnare *l. 33,* oppugnare *l. 25,* repellere *l. 21*):

A *c. obi. eius, quod protegitur, munitur* (*obtegitur, dissimulatur l. 30*):

1 *vi, armis*: VAL. MAX. 3, 2, 1 duos ... exercitus, alterum repellendo, alterum -ando, distraxit *Horatius Cocles.* STAT. Theb. 2, 584 *Tydeus* tergo ... et vertice tegmina nota saeptus et hostili -ans pectora parma (*cf. l. 28*). TAC. ann. 15, 13, 2 *milites* munimenta -bant. GELL. 9, 1, 1 ⌊oppidum⌋ a ... proconsule oppugnari, contra ab oppidanis desuper e muris -ari (⌊ ⌋ *ἀπὸ κοινοῦ est; vix* -ari *pro pass. impers. accipias*). 9, 11, 8 (*de Valerio Corvino*) opera alitis -tus ducem hostium ... interfecit. *-are dicitur ipsa armatura* (*cf. l. 23*): STAT. Theb. 4, 110 omnibus *militibus* aeratae -ant pectora crates. **2** *verbis vel quolibet modo*: TAC. ann. 13, 31, 3 quae libidine deliquerant, ambitu -ant *administratores provinciarum.* SVET. Iul. 23, 2 *candidatos* -turos absentiam suam (*sc. Caesaris*). GELL. 14, 5, 4 *cum grammaticus quandam* regulam retineret et -ret. SIDON. epist. 2, 5, 1 ut propositio sua, quem actionis ordinem -tura, quem sit impugnatura, non noverit *advocatus.*

B *c. obi. eius, quod prohibetur, arcetur* (*cf. dat. l. 1; accedit adv.* unde GLOSS.): PS. AMBR. paenit. 9 p. 983^{A} in armis confessionis indignatio *domini* -atur (*respicitur II reg. 24, 17*). EVGRAPH. Ter. Eun. 896 hoc (*sc. propositum Chaereae*) intellexit Pythias et ⌊-at⌋ dicens: '...' (⌊ ⌋ *si recte coni. Lindenbrog*; per- *fere trad., de* re- *cogitat Wessner*). GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2703 *propugnacula,* unde hostes -antur.

deriv.: propugnaculum, propugnatio, propugnator (-trix).

compos.: impropugnatus. *Wick.*

propul- *v. etiam* propol-.

prōpulsātio, -ōnis *f.* *a* propulsare. *i. q. actio propulsandi, repellendi* (*sc. incorporaliter; c. gen. rei propulsandae*): CIC. Sull. 2 cum huius *Sullae* periculi -e coniungam defensionem officii mei (AMM. 19, 8, 3 *in pugna*). TIRO Gell. 6, 3, 15 *verba Catonis (sc. orat. 119) non* -em translationemve criminis habent, sed cum pluribus aliis communicationem (AMM. 15, 5, 20 -e⟨m⟩ obiectorum c. ... parantem *Vrsicinum*).

prōpulsātor, -ōris *m.* *a* propulsare. *i. qui propulsat, arcet* (*sc. fere ab aliis, sed a se* AMBR.; *c. gen. rei arcendae praeter* COMMENT. Lucan.): *mala, incommoda varia*: VAL. MAX. 7, 8, 7 *quidam pericula sua diligens* auctorem harum rerum, *sc. litium, damnationis sim.,* benivolentia, ⌊-es⌋ odio insecutus (*antea*: advocatis et patronis. ⌊ ⌋ *Pighius,* -em *vel* -um *trad.*). COMMENT. Lucan. 9, 979 ('Herceas ... aras') *Ἑρκείου Διὸς βωμούς,* Iovis -is, ab arcendo mala. AMBR. in psalm. 118 serm. 7, 9, 1 (*ad Vet. Lat. prov. 3, 34*) *deus* tamquam suae contumeliae -r veluti quoddam suscipit adversus superbiam speciale certamen. ORIENT. carm. app. 3, 54 *Christus pro hominibus moriens est* vindex -rque gehennae, errorum ablutor *eqs.* *morbos* (*cf. p. 2143, 29*): ARNOB. nat. 7, 44 p. 403, 5 Aesculapius, ... valetudinum pessimarum -r, prohibitor et extinctor.

f. **prōpulsātrīx,** -īcis. *i. quae propulsat, prohibet*: IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 1, 84 est ... arbitrii libertas -x necessitatum, ut nemo sit vel bonus vel malus.

***prōpulso,** -āvī, -ātum, -āre. *a* propellere. GLOSS. -o: *ἀποκρούομαι.* -at: *ἀπωθεῖται.* -a⟨r⟩e: *ἀποκροῦσαι, ἀκροβολίσαι.* repellere. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2727 sqq. (cod. Paris.) -at: propellit. arcet. interdicit. *eqs.; cf. p. 2142, 9 sq.* *in versibus legitur singulis locis apud* TER., VARRONEM, STAT., *in prosa oratione inde a* RHET. Her., CIC. (*saepe*), CAES. [*in codd. confunditur c.* propellere CIC. Cael. 75 CASSIAN. inst. 1, 8 *et* pulsare DECL. in Catil. 117 SEDVL. op. pasch. 1, 2 p. 180, 21 (*restit.* LIV. 21, 46, 7); *trad. contextu manco* FRONTO p. 171, 8.]

I *vi praeverbii plena fere i. q. propellere, sc. amovendo, repellendo sim.* *indicatur unde per praepos.* ab *saepe apud* CIC., *e. g. p. 2142, 24. 54. 60 sq., ceterum p. 2142, 17. 73. 74. al.,* de *p. 2143, 28,* ex *p. 2142, 21 et* DECL. in Catil. 112. 118, extra *l. 18, per abl. separ. l. 11 sq. 16. p. 2143, 40 (fort. et, nisi dat., p. 2143, 20. 55), per adv.* inde *l. 32; ceterum saepe accedit abl. instr.* *in contextu variat e. g. cum* arcere *l. 32. p. 2143, 33. 40,* defendere *l. 58. 61,* expellere *l. 16 et* ARNOB. nat. 4, 34 p. 241, 20, propellere *l. 18. p. 2143, 2,* repellere *l. 61. p. 2143, 43; opp. imprimis* inferre *l. 48. 61. 67. al., e. g.* CIC. Cael. 20.

A *-antur homines* (*diabolus l. 22*): **1** *generatim de iis*: **a** *qui fugantur e sede sua, domo, patria sim.* (*in imag. l. 19*): TER. Andr. 395 -bo facile uxorem (*cf.* DON. *ad l.* 4 '-bo' eleganter pro eo, quod est 'repellam' [*sim. rec. α* EVGRAPH.]. *aliter* GLOSS. redarguam). FVLG. aet. mund. p. 160, 20 *deus* furore succensus extorres suo regno -at Hebreos. AMBR. in Luc. 8, 4 *num* rusticum laboris sui effetum agro suo -et agricola? (*syn.* dimittat). Nab. 3, 12 (*ad Is. 5, 8*) cum hos *vicinos* excluserint *divites,* alios rursus inveniunt et, cum illos -verint, ad aliorum necesse est eos viciniam pervenire. AVG. c. Cresc. 4, 40, 47 a proconsule petitur, ut ... sedibus -entur *episcopi quidam* (*postea*: expellendos). COD. Theod. 16, 5, 10 turba *haereticorum quaedam* ... a conventiculis suis ... -etur (*syn.* propellantur). VEREC. in cant. 4, 9 l. 24 qui *velut leprosus* ... extra muros ... fidei -atur (*syn.* abiectus. *in imag. de peccatore ut ibid.* l. 30 separatus ... et semotus ecclesia et e. spiritales m. longius -tus). VITAE patr. Iurens. 142 nunquam ... ex obtento vasculo (*i. ex obsesso corpore*) poteris -are, *sc. me, diabolum. al.* **b** *qui ab actione aliqua prohibentur*: CIC. Phil. 5, 9 sic ... erant disposita praesidia, ut, quo modo hostium aditus ... prohibentur ..., ita ab ingressione fori populum ... -ari videres (*cf.* PASS. Saturn. Dat. 20, 4 ab ingressu ... cunctos, qui victum ... martyribus afferebant). QVINT. inst. 6, 4, 11 quos *altercatores improbos,* ut non imitari, sic acriter -are oportebit.

2 *speciatim de iis, qui vi militari fugantur, repelluntur* (*cf. p. 2143, 52*): CIC. rep. 3, 35 ⌊extra ulciscendi aut -andorum hostium causam⌋ (e. ⟨quam⟩ ... causa [*var. l.*] *Ziegler*) bellum geri iustum nullum potest (CAES. Gall. 1, 49, 4 Caesar ... duas acies hostem -are ... iussit. LIV. 10, 41, 12 muri *urbis* ... armatos arcent; inde lapidibus -ant hostem. VAL. MAX. 7, 6, 1 STAT. Theb. 11, 261. QVINT. decl. 272, 7 [*disting.* morari]. FRONTIN. strat. 2, 12, 1 qua facie [et simulatione] cum *dux* et -asset et detinuisset per totam noctem hostes. TAC. hist. 2, 34, 2 unde [*sc. e turri*] tormentis ac machinis hostes -rentur. *al.*). SALL. Iug. 46, 7 *legatus* equites ... dispertiverat, ut ... equitatus hostium ... -rent. AVR. VICT. Caes. 39, 20 *quendam* -andis Germanis *praefectum.* DICT. 3, 7 *Patroclus Sarpedonem* invalidum -at corpore ruentemque interficit. AMM. 16, 9, 3 Saporem *regem* ... aegre -are gentes infestas (OROS. hist. 5, 23, 1 armis). 24, 4, 16 funditores ... eos *oppugnatores* longius -bant. OROS. hist. 2, 4, 6 ducem ... diu armis -tum. *al.* *in imag.*: AVG. civ. 19, 17 p. 385, 26 *civitatem caelestem* persecutionum impetus sustinere, nisi cum animos adversantium ... divino adiutorio -ret. SEV. MINOR. 8 ut Christianorum aciem ... etiam corporis viribus -rent *Iudaei.*

B *-antur res* (*subaudiendae sunt l. 68. p. 2143, 17*): **1** *incorporeae*: **a** *generatim -antur*: **α** *hostilia, sc. ab animantibus infestantibus illata*: RHET. Her. 4, 35, 47 accusatoris officium est inferre crimina, defensoris diluere et -are (CIC. Sull. 12). VARRO Men. 423 non ⌊queam vim⌋ -are atque inimicum Orco inmittere? ([⌊ ⌋ queo a me v. *Oehler,* queo avim *Mercerus*]. CIC. inv. 2, 66 *et* 161 *infra.* dom. 76 ut tua, *P. Lentule,* ... v. non modo non -anda, sed etiam ⌊commendanda⌋ fuisse videatur [⌊ ⌋ *Schoell, aliter alii*; emen(dan)da *codd.*]. Mil. 30 ut omnem semper v., quacumque ope possent, a corpore, a capite, a vita sua -rent *homines et ferae.* CVRT. 10, 8, 4 Perdicca ... firmiore praesidio v. -turus, si quis inferret. *al.*). CIC. inv. 2, 66 (*sim. l. 59*) *per vindicationem* vim et contumeliam defendendo aut ulciscendo -amus a nobis (Lig. 18 a te c. ARNOB. nat. 1, 20 [*syn.* defendere]. COD. Theod. 16, 8, 12 a Iudaeis). 2, 161 *per vindicationem* vis aut iniuria ... defendendo aut ulciscendo -atur (S. Rosc. 145 ab se. Planc. 34 a sociis et a se. part. 131 [*opp.* ulciscenda]. off. 3, 74 a suis [*syn.* defendit, repellit]. *al.* CAES. Gall. 6, 15, 1 [*opp.* inferrent]. COLVM. 12 praef. 6 [*e Cic.*] necesse erat ... victum quaerentibus nonnunquam ⌊i. -are⌋ [*Xen. oecon. 7, 25 ἀρήγειν ... ἐάν τις ἀδικῇ*]. *al.*). S. Rosc. 7 *peto* a vobis, iudices, ut ... periculum, quod in omnes intenditur, -etis (Cluent. 144 legum praesidio capitis p. -are. p. red. ad Quir. 24 a re publica. *al.* LIV. 21, 46, 7 p. ... intercursu *cuiusdam* ... ⟨pro⟩pulsatum. 28, 44, 2 [*opp.* inferenti]. TAC. Agr. 12, 2. *al.; cf. p. 2143, 22. 36 nec non* SALL. Iug. 51, 1 ubi quemque periculum ceperat, ibi resistere ac -are). Verr. II 3, 140 ab sese omnem suspicionem -are, ... se eripere ex infamia. Catil. 4, 22 mihi cum perditis civibus aeternum bellum susceptum esse video; id ... a me atque a meis facile -ari posse confido (Phil. 3, 3 tantum b. 12, 9 illa *Gallia* ... huius belli -andi, administrandi, sustinendi principatum tenet. LIV. 1, 2, 5 moenibus b. -are. 3, 69, 5 b. ab urbe ac moenibus -ari. 4, 43, 10 bello intestino b. externum. 8, 37, 5 a se ipsis. CVRT. 4, 14, 21. *al.; cf.* TAC. ann. 13, 6, 2 suscipere eam molem *belli* aut -are). Mur. 2 ut ... ab huius

[Cipriani]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

honore ... inimicorum impetus -are possim (prov. 41 populārīs i. populari praesidio. Ps. Cic. exil. 1 inimicorum impetum -are ac propellere. Lact. opif. 2, 3 singulis ... generibus *animalium* ad -andos i. externos sua propria munimenta constituit *deus. al.*). Cael. 75 ut *Caelius* eiusdem *Clodiae* nunc ab sese inimicitias odiumque -et (-pulisset *var. l.*). *al.* Gell. 7, 6, 11 'Claudi invidiam Gracchi caritas deprecabatur' (*Cic. rep. 6, 2*): ... non est 'valde precabatur', sed quasi -bat invidiam et defensabat invidiam. Arnob. nat. 6, 22 p. 336, 6 ut inpudicam petulantiam iuvenum -rent ab se longe *signa Veneris stuprata.* Ambr. epist. 5, 18, 5 iniquitates. Avg. cur. mort. 11, 13 p. 642, 8 falsi debiti calumniam (in euang. Ioh. 118, 2). *al.* **β** *quaelibet mala, ingrata animantibus* (*parum idonea rei* Cic. inv.): Cic. inv. 1, 75 alia ..., quae videbuntur officere huic partitioni *orationis,* -bimus. Sull. 88 *Sulla non* -andae calamitatis suae causa ... ad vos, iudices, confugit (Decl. in Catil. 43 *c.* impendentem ... sustinere quodammodo ac -are). Phil. 4, 13 mortem ... natura omnibus proposuit; crudelitatem mortis et dedecus virtus -are solet. off. 2, 18 *ut* per eosdem *amicos*..., si quid importetur nobis incommodi, -emus. Att. 11, 23, 3 ad inopiam -andam. *al.* Liv. 6, 17, 2 Sp. Maelium ab ore civium famem suis impensis -antem (Cvrt. 9, 2, 6 vix diurno quaestu. Colvm. 2, 10, 1 f. ... hominibus commode -at *lupinum.* Tac. ann. 14, 24, 1 carne pecudum. Apvl. apol. 32, 5 [*sec. Hom. δ 368sq.*] flexis hamulis. *al.; cf.* Heges. 3, 10 frumenti copia multo ante congesta -bat periculum famis). Decl. in Catil. 117 pro -to taeterrimo genere vastitatis *exsultare* (puls- *al. var. ll.*). Gell. 1, 2, 2 -bamus incommoda caloris lucorum umbra. 15, 2, 6 (*inde* Macr. Sat. 2, 8, 7) exercitationes adversum -andam vini violentiam. Arnob. nat. 7, 11 si -are, si flectere mala ... dii possent (Pomer. 3, 33, 2 ut aliqua m. -et aut aequanimiter ferat *animi fortitudo*). Ps. Avg. serm. 47, 1 oratio iusti clavis est caeli ...; oratio invidi solet de auribus *dei* -ari. *al.*

b *speciatim -antur*: **α** *morbi sim.*: Colvm. 2, 9, 15 omne virus, quod ... inest terrae, -are. 3, 2, 4 *vitis praecipua* pruinas et caliginem et carbunculum facile -at. 6, 5, 2 evincendi sunt ... morbi *boum* et exquisitis remediis -andi (7, 5, 17). Plin. nat. 22, 14 quae *medicamenta sim.* ad ... cruciatus ... corporis -andos et mortem arcendam pertinent. Qvint. inst. 12, 7, 3 (*in imag.; antea*: sòciorum querelas, ... conspirationes) pestem intestinam -are. Ambr. in psalm. 118 serm. 19, 2, 1 conclusus ... viscerum tumore medicum quaerit, ut possit -are periculum et constricta laxare. **β** *vitia, pravi affectus mentis*: Gell. 20, 1, 23 quid tam necessarium existimatum est -andae civium luxuriae quam ... leges sumptuariae? Ambr. epist. 2, 7, 30 donec ea *vitia* de possessione suae mentis eliminet et omnibus terminis finibusque suis -et adque arceat *sapiens.* exc. Sat. 1, 37 maerentem solari ..., excitare laetitiam, maestitudinem -are. off. 1, 39, 194 *fortitudo* iracundiam velut quibusdam -et armis ... et tamquam aegritudinem vitet (*antea*: repellat et proterat). in psalm. 43, 84, 1 (*cf. Matth. 8, 25*) apostoli ... excitaverunt ... Iesum, ut ab his formidinem -ret. Rvfin. Orig. in cant. 2 p. 125, 29 (*ad cant. 1, 6*) sicut ignaviā assumitur *nigredo animae,* ita industriā repellitur et -atur (rep- *var. l.*). Ps. Avg. serm. dub. 365, 5 si libidinem -o, irae succumbo. Ivlian. Aug. c. Iulian. op. imperf. 1, 107, 1 verbum ... liberationis in se habet indicium illius, qui -atur, angoris. *al.*

2 *corporeae: repellendae, arcendae*: Liv. 42, 41, 11 iure gentium ita comparatum est, ut arma armis -entur ([-antur *cod.*]. *item in re militari*: Cvrt. 9, 4, 31 rex ... clipeo undique incidentia tela -ans. Qvint. inst. 9, 1, 20 in armorum certamine adversos ictus et rectas ... manus ... cavere ac -are). Colvm. 3, 15, 4 hi *lapides* videntur ... et aquas hiemis et vapores aestatis -are radicibus (*ibid. confertur Verg. georg. 2, 352* munimen ad imbres). Fronto p. 40, 16 insula Aenaria fluctus maritimos ... accipit atque -at. Epist. pontif. 232, 1 Zeitschr. neutest. Wiss. 35, 1936 p. 19, 23 (*in imag. respicitur doctrina haereticorum*) episcopi *catholici* ... hunc murum adversus arma diabolica statuerunt atque hoc antidoto mortalia pocula -arunt, ut *eqs.* (*inde Theodoret. 2, 22, 6 ἀπεώσαντο, cf. Cassiod. hist. 5, 29, 4* depulsa). *inclinandae, in pronum agendae* (*in imagine*): Ps. Cypr. singul. cler. 44 p. 219, 2 violentius -antur ventis ... culmina ... altiora. *expellendae, exprimendae*: Sedvl. op. pasch. 1, 2 p. 180, 21 vinitor ... viscera felicis uvae ... *calce* -bit (pulsabit *cod. P a. corr.; cf. carm. pasch. 1, 91* calcabit).

C *-antur animalia* (*sc. fere repellenda, sed expellenda* Ambr.): *infestantia, praedantia*: Varro rust. 2, 9, 2 tauros ... cornibus facile -are lupos (Colvm. 7, 12, 3). Cassian. inst. 1, 8 (*in imag. sec. psalm. 73, 19*) inruentes eas *bestias* retundere ⌊ad crucis signaculum⌋ (c. signaculo *var. l.*) ac longius -are (-pellere *cod. unus*). *quaelibet*: Colvm. 9, 15, 10 qui *fumus* -et intrare temptantis *apes.* Ambr. hex. 5, 18, 59 *accipitres fetus* nidis eiciunt suis ... ac ... -ant pinnis atque praecipitant (*cf. gr. p. 180*[A] *ὠθοῦντες, Eustath. 8, 6, 5* exturbant atque proiciunt).

II *vi praeverbii evanida, sc. mera notione pulsandi, percutiendi sim. (vi conativa p. 2144, 5): corporaliter*: Apvl. apol. 75, 2 diebus ac noctibus ludibrio iuventutis ianua *lupanaris* calcibus -ta, fenestrae canticis circumstrepitae. Sedvl. op. pasch. 5, 7 caput *Christi* colaphis -are (*postea*: ictibus verberare, *v. e. g. Matth. 26, 67; cf. carm. pasch. 5, 97* pulsare). *incorporaliter*: Pass. Saturn. Dat. 16, 3 *diabolus* confessorum mentes ... interrogatione -at.

deriv.: propulsatio, propulsator (-trix).

prōpulsor, -ōris *m.* *a* propellere. *i. qui propellit, porro agit*: Ven. Fort. Mart. 3, 301 daemon dorso incumbens agitabat *vaccam* ..., cornigeri pecudis -r, ... exagitator iners.

prōpulsus, *abl.* -ū *m.* *a* propellere. *i. q. actio propellendi, porro agendi*: Sen. nat. 5, 14, 3 necesse est ... aëra *subterraneum* onerari oneratumque incumbere et ventum -u suo concitare. Pavl. Nol. epist. 24, 7 *transnatare amnem* -u pedum et remigio brachiorum (-um *et* -culsu *var. ll.*). Verec. in cant. 9, 20 (*ad Vet. Lat. iud. 5, 21* torrens ... expulit eum) *paenitentes* torrens Cedron, id est maeror ..., exagitat non levi -u, sed violenti torrente. *Cipriani.*

prōpungo, -ere. *a* pro *et* pungere. *i. q. pungendo prominere*: Cael. Avr. chron. 1, 1, 36 -entibus pilis capitis (*contextu corrupto, sed cf.* Cass. Fel. 1, 13 *in capite ante aliquot dies raso* -entes capillos ... psilotro ... ⌊facies⌋ [*i. tolles, v. Junel ad l., 1936, 40sq.*]).

prōpunno *v.* propugno.

prōpūrgo, -āre. *a* pro *et* purgare. Not. Tir. 73, 38 -at. *i. q. purgare* (*notione praeverbii incerta*): Vet. Lat. Sirach 7, 33 (31) honora deum ... et -a te cum brachiis (purga *vel* perpurga *alii testes; gr. dissimiliter, v. Thiele in app. ed.; versus iterari vid. 7, 34* purga te cum paucis). *Wieland.*

propūs, -podos *m., πρόπους.* *perperam scribitur* -ped- *apud* Tvrpil. (*codd. Isid. sub lemmate* propes; *cf. e. g. Vulg. lev. 11, 35* cytropodes, *var. l.* -ped-). *trad. solis formis gr.*

1 *t. t. rei nauticae de funium genere, quibus vela reguntur non a puppi, sed a prora* (*ni fallimur; v.* Schol. Apoll. Rhod. 1, 566 *πρόποδες* [*distinguuntur πόδες*] *et cf.* pes *vol. X 1, 1908, 73sqq.*): Tvrpil. com. 215 quasi cum ventus fert navem in mare secundus, si quis ⌊-ōn⌋ misit, si velis, sinistrum (⌊ ⌋ -ped- *codd., cf. l. 27; acc. sing. vocis cuiusdam ignotae tuetur Rychlewska,* propedem *post alios coni. Ribbeck, sed v. quae sub* propes *monuimus*). **2** *nomen stellae, quae est ante pedem alterius Geminorum*: Hyg. astr. 3, 21 *alter habet* infra sinistrum pedem unam *stellam,* quae *-ους* appellatur (tropus *codd.; inde* Schol. Germ. Bas. [p. 68] 11 l. 14 *-ους. e coni. dub. ibid.* l. 7 -us [tripus *trad., quod def. Boll, Sphaera, 1903, 126sqq.*]). *?***3** *de pedibus prioribus*: Chiron 295 *iumentum* morsibus hominem persequitur et ⌊-as⌋ hominem percutit; similiter et calcibus non patietur hominem sibi accedere (⌊ ⌋ *item cod. Basil.; acc. pro abl. positus vid., si recte trad.*). *Bk.*

propylaea, (-ōrum) *n., προπύλαια.* *plurale tantum de porticu insigni ante arcem Atheniensium posita*: Cic. rep. 3, 44 aut -a nobilia, aut arx. off. 2, 60 quod tantam pecuniam in praeclara illa -a coniecerit *Pericles.* Val. Max. 3, 1 ext. 1 *Pericles dixit* mandatu se civitatis -a (propyla *var. l.*) Minervae, quae sunt ianuae arcis, aedificasse. *vix recte restitutum est olim pro* propylum Plin. nat. 35, 101. 36, 32.

*?***propylānuus,** -a, -um. *a* propylum *formatione mira* (*si recte restit.*). *fem. plur. pro subst. fortasse de propyli foribus vel de ipsis propylis*: Vet. Lat. Soph. 1, 9 (cod. 176; *loq. deus*) vindicabo in omnes, qui obrepunt (*man. sec.,* eripent *man. pr.*) ⟨propy⟩llanuas (*gr. ἐπὶ τὰ πρόπυλα, Hier. ad l.* in vestibulis, *Vulg.* super limen. *latetne* propyli *aut* templi ianuas*?*).

propylum (propylon), -ī *n., πρόπυλον.* *litteris gr. l. 59sq. 67, forma gr.* -on Plin. nat. 35, 101. [*falsa var. l. supra l. 47; suppletur loco manco* CIL VIII 2656.]

i. q. porticus aedibus sim. anteposita (*addasne l. 54?*): Cic. Att. 6, 1, 26 (*a. 50*) audio Appium *-ov* Eleusine facere; num inepti fuerimus, si nos quoque Academiae fecerimus? (*sim.* 6, 6, 2 de Academiae *-ῳ* ..., de Eleusine. *cf.* CIL I^2 775 [*Eleusine, post a. 48*] ⟨Ap. Claudi⟩us ... -um Cere⟨ri et Proserpi⟩nae ... vovit). Plin. nat. 35, 101 cum Athenis ... Minervae delubri -on (-pil- *var. l.*) pingeret *Protogenes.* 36, 32 Charites in -o (-pil-, -pyr-, -pir- *var. ll.*) Atheniensium, quas Socrates fecit. CIL VIII 2654 (*cum* 18104; *a. 174*) ⟨por⟩ticus et an⟨tas⟩ et -a cum ve⟨stibulo⟩. Hier. in Ezech. 40, 24 l. 797 -a sive vestibula (*item, sed litteris gr., ibid.* l. 800. 808. 841. *cf.* 41, 22 l. 1640 in laquearibus aelam, hoc est *-ου*).

*deriv.: ?*propylanuus. *Wieland.*

prōquaestor, -ōris *m.* *a iunctura* pro quaestore (*cui tribuenda videntur compendia scripturae et gramm. testantes nom.* pro quaestore Avg. gramm. V 497, 2 Consent. gramm. V 349, 30. Gloss.^{L} II Philox. pr 390 pro quaestore: *ἀντιταμίας*; *cf. p. 1429, 42 et v. sub* quaestor). *i. qui quaestoris loco est: exemplum dubium*: Cic. fam. 13, 45 tit. Cicero Appuleio ⌊-i⌋ (*perscriptum in codd.*; pro q. *Shackleton Bailey fort. recte, cum in aliis epistulis exstent compendia scripturae*). *exempla certa*: Ps.

[Galdi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ASCON. Verr. p. 233, 31 legatis et -i *pecuniam solvisse.* GLOSS. -r: *ἀντιταμίας.* secundus a rege (*mirum*). *Galdi.*

prōquam *adv. vel iunctura* pro quam, *quae certa ratione distingui non possunt.* [*vix recte pro* quam *coni. Brieger* LVCR. 4, 1089.]

i. q. pro portione, qua(m), prout sim. (*cf. e. g. p. 30, 74. 83*): LVCR. 2, 1137 nec satis est, -m largos exaestuat aestus *res incremento aucta,* unde queat tantum ... subpeditare. 3, 199 parvissima corpora -m et levissima sunt, ita mobilitate fruuntur. 6, 11 omnia ... mortalibus esse parata et -m possent vitam consistere tutam. VITR. 6, 8, 6 *structura* procurrat ... ab imo, -m (per quam *cod. Harl.*) crassitudo constituta fuerit substructionis. SYMM. epist. 1, 18, 1 non satis mihi viderer, -m (plus quam, pro ut *var. ll.*) res postulat, fungi debitum meum. *e coni. dubia*: SIDON. epist. 5, 1, 2 cui meis e pugillaribus transferre quae iusseras non vacans, ⌊-m⌋ provincia fuit (⌊ ⌋ *Gustafsson,* perquam *codd., quod cum* vacans *iungendum def. Mossberg, Stud. Sidon., 1934, 26 sqq.*).

prōquirīto, -ātum, -āre. *a* pro *et* quiritare. *i. q. proclamare, pronuntiare sim.*: APVL. apol. 82, 6 *accusator* turbabat ... in medio foro bacchabundus, epistulam saepe aperiens -bat: 'Apuleius magus *eqs.*'. SIDON. epist. 8, 6, 7 per ipsum fere tempus *imp. Theodosii II,* ut decem-viraliter loquar, lex de praescriptione tricennii fuerat ⌊-ta⌋ (*sunt qui vocem e lege XII tab. sumptam putent; dissentiunt alii, v. e. g. Crawford, Roman Statutes II, 1996, 575*). CLAVD. MAM. anim. praef. p. 19, 7 opusculum illud sine auctore proditum et usquequaque -tum (perquiritatum *ed. vet.*).

[prōquōdam *falso trad. v. p. 1556,* 35 sq.] *Wieland.*

***prōra,** -ae *f.* [*e gr. πρῶρα < πρῶιρα, cf.* prōrēta *e πρωιρ-, et sim. apud Leumann, Gramm. 1977, 69; forma lat.* *proris (*v. l. 29 sqq.*) *orta est sec.* puppis, *quae voces nimirum saepius coniuncte occurrunt, v. e. g. p. 2146, 53. Fo.*] *de origine*: ISID. orig. 19, 2, 1 -a anterior *pars navis est,* quasi 'priora'. NOT. Tir. 109, 77 prura. *formae heteroclit. sec.* puppis *declinatae: acc. sing.* -im ACC. trag. 575 (*ita Non. p. 200, 38 cod. G*; -em *cod. L a. corr.,* -am *cett.*) *vel* -em LVCR. 2, 554 (*ita O*^{1}, -am *O*^{2}, prosem *Q*; -im *Ernout*); *nom. plur.* -es SISENNA *p. 2146, 41. de notione*: GLOSS. *πρώρα.* prior pars navis. *sim. al.; cf. l. 28. legitur inde a* LVCIL., ACC., SISENNA, CIC., LVCR., CAES., *imprimis in poesi.* [*it.* proda, *ligur.* (*Genav.*) pruva (*inde var. francog.*), *venet.* prova; *cat.* prova, *cat., hisp., port.* proa. *iam olim abiisse in cambr.* fflureg *testis est* r *conservata. cf. M.-L. 6784. C. S.*]

1 *proprie significatur pars anterior navis* (*passim opp.* puppis, *e. g. l. 47. 50. 51, ceterum saepe disting. tota navis [voce q. e.* puppis *p. 2146, 34.* SIL. 14, 395. *al.] aut aliae eius partes, velut* latera *l. 46. 53. 56; iuncturas verbales notabiliores v. sub bα*): **a** *exempla varia*: LVCIL. 578 -as ⌊despoliate et detundete (*pro* -ton-)⌋ guberna, *i. gubernacula* (⌊ ⌋ *Marx,* d. et detundite *trad. Non. p. 490, 31,* detendite et spoliate *Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 56, 11*). CIC. Arat. 128 aliae naves ... in alto ponere -as ante solent (*aliter gr. 344 sqq. describens naves ad litus applicandas*). de orat. 3, 180 quid tam in navigio necessarium quam latera, ... quam -a, quam puppis *eqs.*? LVCR. 2, 554 disiectare solet magnum mare transtra, ... ⌊-em⌋, malos *eqs.* (⌊ ⌋ *v. l. 31*). VERG. Aen. 5, 206 concussae cautes ... illisaque -a pependit (LIV. 22, 20, 2 *naves non* perfregerant -as litori i.). *al.* PROP. 2, 26^b, 34 (*opp.* puppis). OV. epist. 5, 65 in summa ... -a. trist. 1, 4, 7 -ae puppique recurvae insilit ... unda. LIV. 32, 32, 12 cum rex in -am navis in ancoris stantis processisset (CVRT. 9, 4, 10 *cum* fluctus ... navium hinc -as, hinc latera pulsarent. CLAVD. DON. Aen. 10, 655 p. 376, 17. *al.*). *et saepe.* GERM. 409 mergitur undis prona ratis ⌊sorbet⌋que inimicum Nerea -a (⌊ ⌋ solvet, solvit, servet *codd.*). SEN. Ag. 498 *tempestate oborta* ipsa se classis premit et -a -ae nocuit et lateri latus (*cf.* CVRT. 9, 9, 17 incutiebantur puppibus -ae). *al.* *in versione prava vocis gr, q. e. πρύμνη*: VET. LAT. Marc. 4, 38 (cod. 2) erat ... ipse *Iesus* in pr[i]ora *navis* ... dormiens (*codd. cet. et Vulg.* puppe *vel* puppi).

b *illustratur usus -ae*: **α** *respicitur cursus navium* (*sc. fere in iuncturis verbalibus*): ACC. trag. 575 obtorque (ab- *trad.*) ⌊-im⌋ ac suppa tortas copulas ([⌊ ⌋ *cf. l. 30*]. STAT. Theb. 5, 415 laevas dextrasque obtorquet in undas -am. *cf.* -am, -as torquere: VERG. Aen. 3, 532 ad litora. DRAC. Romul. 8, 382 a litore. contorquere: VERG. Aen. 3, 562 laevas ... ad undas. detorquere: *ibid.* 5, 165 pelagi ... ad undas). VERG. Aen. 5, 202 -am ad saxa suburget ... Sergestus. 6, 3 obvertunt pelago -as; tum dente tenaci ancora fundabat navis (AVSON. 27, 23, 48 [= 27, 24, 120; 417 S.] amni. CLAVD. DON. Aen. 10, 290 p. 331, 17 [adv- VERG.]. *cf.* -am, -as advertere: 7, 35 flectere iter ... terraeque a. -as. 8, 101. 10, 293 [*cf. p. 2146, 57*]. vertere: LVCAN. 9, 1079 Latias a vestro litore -as. AVG. serm. 75, 6. CORIPP. Ioh. 1, 348 adductas ad litora v. -as [vertice ploras *cod.*]. convertere: PRISC. periheg. 595 [*cf. iam p. 2146, 60 sq.*]. -a avertit: VERG. Aen. 1, 104 [SERV. pro 'avertitur'; -am *var. l., unde* GLOSS. navem a cursu retinuit]). LIV. 30, 25, 12 sepulcrum dirutum -am *terrae appropinquantem* spectare. 36, 44, 3 prope terram -as derigere (37, 27, 4 ad terram. 44, 28, 10 [di- *ed. princ.*]. *cf.* -am dirigere: AVG. lib. arb. 3, 213). VITR. 10, 3, 6 secante -a liquoris raritatem (*cf. e. g. l. 31*). LVCAN. 3, 547 diductis (de- *var. l.*) extendunt cornua -is diversaeque rates laxata classe receptae *in pugna navali* (rostris *var. l., cf. 544*). *al.* **β** *respiciuntur statio navium et variae occasiones* (*cf. l. 37*): VERG. Aen. 3, 277 (= 6, 901) ancora de -a iacitur, stant litore puppes. 10, 223 aeratae steterant ad litora -ae (*cf.* CLAVD. DON. *ad loc.* p. 321, 26 sq. litora appellavit pro [prae *trad.,* -ae *Georgii*] parte[m] maris, quae adluebat -am). VALG. carm. frg. 4, 1 mea ... longo succedens -a remulco (*item -a remulco trahitur*: SIL. 15, 277 mille Mycenaeas [-us *trad.*] qui traxit in aequora -as rector, *sc. Agamemno. nimirum vergit ad 2*). OV. epist. 18, 11 cum vincula -ae solveret *nauta* (*item -ae affixum est ancorale*: LVCAN. 5, 422 rumpite, quae retinent felices vincula -as. *al., e. g. l. 5*). met. 3, 617 -ae tutela, Melanthus (*item -a statio est proretae*: ALBINOV. carm. frg. 12 aliquis -a ... sublimis ab alta *speculans.* STAT. Theb. 10, 185 aut laterum custos aut quem penes obvia ponto -a fuit. CLAVD. 17, 43 ardua -ae temperat). LIV. 26, 39, 13 -ae inter se iunctae haerebant (*item -is rostratis concurritur in pugna navali e. g.* 37, 30, 4 naves, ne -ae concurrerent, cum declinassent. SIL. 14, 395 iussam ... incurrere -am. *cf. l. 29*). PAVL. FEST. p. 124 mendicum: velum, quod in -a ponitur (*item -a velo instruitur*: PLIN. nat. 19, 5 *vela* in -is et ... in puppibus pandi. IVV. 12, 69 cucurrit ..., quod superaverat unum, velo -a suo. ISID. orig. 19, 3, 3 dolon minimum velum, et ad -am defixum). CVRT. 4, 3, 15 -is miles tegebatur *adversus missilia* (*item -a altior munit milites ibid.* 7, 9, 2). *al.*

c *illustratur forma et ornatus -ae*: CAES. Gall. 3, 13, 2 *navium Venetorum* -ae admodum erectae atque item puppes, ad magnitudinem fluctuum ... accommodatae (STAT. Theb. 1, 375. *cf.* -a alta: ALBINOV. *l. 14.* VAL. FL. 1, 314. *al.; ceterum e. g. l. 35 et* LVCAN. 3, 709 sublimi ... culmine -ae). VERG. Aen. 10, 223 aeratae ... -ae ([*inde* CLAVD. DON. p. 322, 3]. STAT. Theb. 5, 335 a. dispellens aequora -a Pelias ... pinus. CORIPP. Ioh. 1, 168 a. aequora -is proscindunt *rates*). PROP. 4, 6, 49 vehunt -ae Centaurica saxa minantīs (*cf. Verg. Aen. 10, 195 sq.*). SEN. Ag. 429 aurata (aurora *var. l.*) ... -a *navis regiae* ... aperit ... cursus, mille quos puppes secent (*cf. epist. 76, 13* aureum rostrum). VAL. FL. 1, 404 -a splendet ... cuspis ab alta. SIL. 11, 486 captiva arma ... celsa fulgentia -a. IVV. 5, 89 -a ... acuta *cannae.* TAC. Germ. 44, 2 (*de navibus Suionum*) utrimque -a paratam semper appulsui frontem agit (*cf.* hist. 3, 47, 3 [*de camaris*] pari utrimque -a). *al.*

2 *per metonymiam significatur tota navis* (*exempla pauca potiora; huc imprimis vergunt nonnulla sub 1bα allata, ceterum cf. e. g. l. 8 sq. 21*): SISENNA hist. 105 -es actuariae, tragi grandes ac faseli (*sunt qui coniciant* priores, parones *al.*). PROP. 3, 4, 7 ite agite, expertae bello, date lintea, -ae. 3, 22, 14 (*respicitur Argo*) in faciem -ae pinus adacta novae. 4, 6, 42 *patria* imposuit -ae publica vota tuae, *Auguste.* OV. met. 14, 164 barbara Graium -a vehit (*ibid.* carina). STAT. Theb. 12, 624 linquitur Eois longe speculabile -is Sunion. *al.*

3 *per imaginem, similitudinem*: **a** *de parte sideris q. e.* Argo: CIC. Arat. 135 usque a -a ad celsum sine lumine malum, a malo ad puppim clara cum luce videtur (*gr. 350 ἀπὸ πρώρας. quem locum vertit* GERM. 353 qua *parte* debet reddere -am [*opp.* puppis]). VITR. 9, 5, 2 Argo, cuius -a obscuratur (*opp.* puppis). **b** *in proverbio, sc. ad significandum totum quoddam per partes* (*cf. Otto, Sprichw. n. 1477*): CIC. fam. 16, 24, 1 mihi -a et puppis, ut Graecorum proverbium est, fuit a me tui dimittendi, ut rationes nostras explicares (*inde restituendum vid. gr. corruptum* Att. 4, 18, 1 omnino *πρῷρα πρύμνα* accusatorum incredibilis infantia). **c** *vario usu*: VERG. georg. 4, 117 extremo ni iam sub fine laborum vela traham et terris festinem advertere -am. PLIN. nat. 9, 94 concham *quandam* ... carinatam, inflexa puppe, -a rostrata. AVG. in psalm. 101, serm. 1, 10 l. 38 portu *salvationis* proposito deponis vela iniquitatis, convertis -am *eqs.* (*cf.* FAVST. REI. epist. 9 p. 211, 21 Ruricius ... ad portum religionis -am salutis ... convertit). VAL. CEM. hom. 17, 5 non ... ignoratis, quantis naufragiis mens humana subiaceat; ecce cupiditas oculorum nostrorum ⌊-as⌋ iugiter pulsat (⌊ ⌋ *si recte ed. Riberi*; portas *Migne, unde nos supra p. 1, 40. 7, 48 sq.*).

compos.: biprorus; *cf.* prodifragium. *Wick.*

prōratio *ἀναλογία* CHAR. gramm. p. 470, 18 (*in enumeratione t. t. gramm.*). *derivandum a iunctura* pro ratione *p. 1433, 6 sqq.; cf.* portio, proportio. *Bk.*

***prōrēpo,** -psī, -ere. *a* pro *et* repere. *legitur singulis binisve locis inde a* CAECIL., HOR., SEN. *philos., saepius apud* COLVM., AVIEN.

i. q. rependo procedere (*indicatur unde -atur per adv. p. 2147, l. 9. 39, praepos.* de *vel* ex *p. 2147, 3. 14. 16. 17, abl. separ. p. 2147, 2. 6. al., quo per praepos.* ad *vel* in *p. 2147, 5. 33. 37 sq. 46 et saepius, ceterum quantum -atur p. 2147, 31. 39, qua via p. 2147, 44*): **1** *de eis, quae foras, in conspectum repunt, emergunt*: **a** *-unt animantes*: CAECIL. com.

[Gobbi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

270 (*de nasuto quodam*) unde -psit truo? HOR. sat. 1, 1, 37 *formica hieme* non usquam -it, et illis utitur ante quaesitis. 1, 3, 99 cum -erunt primis animalia terris. PLIN. nat. 8, 140 *cochleae quaedam* non -unt e cavis terrae. SVET. Claud. 10, 1 (*cum colore actionis furtivae*) in diaetam ... recesserat, neque multo post ... -psit ad solarium proximum. APVL. met. 4, 18, 4 *latro* -it cavea. AVIEN. orb. terr. 1370 (*describuntur Bacchae*) pro molli vitta -unt crine chelydri. CYPR. GALL. exod. 272 (*sec. 8, 7*) *magi* faciunt -ere ranas.

b *-unt res*: **α** *liquores*: SEN. nat. 6, 8, 1 *credes* esse subterraneos amnes et mare absconditum; unde enim ista -unt, unde ad nos veniunt, nisi quod origo umoris inclusa est? (AVIEN. ora 459 *est* immensa ... palus; Theodorus illic ... -it amnis). CLAVD. 10, 96 tarda ... sudanti -unt (prorumpunt *al. var. ll.*) balsama ligno (rivo *var. l.*). **β** *plantae vel partes earum* (*cf. l. 29 sqq.; sucum v. l. 11*): COLVM. 3, 17, 4 radices teneras et vixdum -entis ([proper-, propar- *codd.*]. arb. 5, 3 de ipsa cicatrice). 4, 12, 2 paulum infra curvationem vitis -ens pampinus (4, 22, 4 ubi ... p. -psit e duro, *sc. ligno*). 4, 24, 10 palmes, qui solet in bifurco medius -ere (4, 24, 18 de cicatrice). 5, 6, 7 ubi ... -erint plantae (*cf. 5, 6, 6* prodeuntia cacumina seminum). 5, 10, 13 (*sim.* arb. 22, 2) omnis ... nux unam radicem mittit et simplici stilo -it. 11, 3, 6 ea *semina* fere citra tricensimum diem -unt. 11, 3, 60 adhuc tenera folia -entia. *al.* PLIN. nat. 27, 23 *alsine* cum -it, musculorum aures imitatur foliis.

2 *de eis, quae porro repunt*: **a** *cum respectu motus localis*: **α** *-unt res*: Ⓘ *lux, aqua*: SEN. nat. 2, 9, 1 lumen non paulatim -it, sed semel universis rebus infunditur. COLVM. 2, 16, 5 planities, quae ... non patitur diutius imbres ... immorari, sed, ut quis eam supervenerit umor, lente -it (proripit [*sc. umorem*] *codd. plerique, ed. Lundström*). AVIEN. orb. terr. 297 alia⟨s⟩ lento -it gurgite Nereus, *i. mare,* undaque vix tenuis siccas praetexit harenas *Syrtis maioris* (540 -entis ... vada turgida Nerei). Ⓘⓘ *partes plantarum* (*cf. 1bβ*): COLVM. 3, 13, 7 ut ... humus ... radicibus, quamcumque in partem -erint, molliter cedat. 4, 6, 3 per quod *adminiculum vites* -ant in tantum, ut *eqs.* 4, 17, 8 -entes undique pampini (5, 5, 8). 4, 22, 2 si duramenta eius *vitis* longius excesserunt, ut in quartum ... statumen -erint. 5, 5, 13 ne ... in luxuriam -ant *palmites.* Ⓘⓘⓘ *lex, quae in novis regionibus valere incipit*: AVG. epist. 102, 8 lex Iudaeorum ... -psit etiam in fines Italos.

β *-unt animantes*: COLVM. 11, 3, 63 *urucae* si deciderint, non amplius in superiorem partem -unt. PLIN. paneg. 22, 3 aegri ... ad conspectum tui quasi ad salutem ... -ere (*nisi ad 1*). VET. LAT. II Macc. 12, 10 (rec. P) cum ... inde -issent stadia novem (*gr. ἀποσπάσαντες* [*quod vertitur ibid. 12, 17* prorupissent], *rec. V. al.* abissent, *B* recesserunt, *M* discessit). LACT. Phoen. 71 palmam ..., in quam nulla nocens animans -ere possit (prorip-, prorump- *var. ll.*).

b *per motus imaginem describitur situs: partis corporis*: COLVM. 7, 12, 14 *in catulis* nervus est, qui per articulos spinae -it usque ad ultimam partem caudae. *locorum*: AVIEN. orb. terr. 836 hic *sinus Hyrcanus* et in Euxini -it (per- *var. l.*) marmoris undam. 1043 Hesperium curvatur limes in axem, donec ... Casii -at ad arces.

c *translate*: HIL. trin. 12, 55 *non* dicam ... creatum *esse spiritum sanctum*; huius ego dicti ... ad te, *pater,* quoque -entis (-entes, pro-(ce)dentis *var. ll.*) timeo contumeliam. CYPR. GALL. exod. 72 raptim ... puer -psit ad annos, primaevo qui flore virent (*cf. ipsam aetatem -entem*: PHYSIOGN. 43 palpebrarum capilli ... rari ... declarant ... -ere senectutem).

prōret *v. p. 1594, 20.* *Gobbi.*

prōrēta, -ae *m.* [*subst. e graeco adscitum, cui non subest forma attica πρωιράτης, sed ionica πρωιρήτης, quam exhibet Corp. inscr. Delph. I 7A11* (*saec. V²*) *π⟨ρ⟩οιρετεν; de i littera, quae apud Graecos evanuit, v. sub* prora. *Fo.*] *abbreviatur* pror CIL X 3485. 3486. *de notione*: GLOSS. -a: *πρωρεύς*. navis gubernator. inspector, qui residet in prora et pericula prospicit. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2779 magister navis. *legitur semel apud* PLAVT. *et inde a titulis saec. I.*

i. qui stat in prora, sc. custos navis, qui monet gubernatorem (*gr. respondet πρωρεύς in* VET. LAT. *et* RVFINO; *disting.* gubernator *l. 66. 72. p. 2148, 3. al.,* nautae *vel* remiges *l. 68. 70. p. 2148, 2. al.; ad rem v. e. g. De Saint-Denis, Rev. Phil. 41, 1967, 205*): **1** *apud scriptores*: PLAVT. Rud. 1014 (*in comparatione iocosa*) abeo ... :: offlectam navem, ne quo abeas; mane. :: si tu -a isti navi es, ego gubernator ero; mitte rudentem. HYG. fab. 14, 32 *inter Argonautas* -a navigavit Lynceus. PAVL. dig. 39, 4, 11, 2 si a magistro vel gubernatore aut -a nautave aliquo *illicite aliquid in nave impositum sit.* VET. LAT. Ezech. 27, 29 (Tycon. reg. 4 p. 45, 25; *sim.* Hier. ad loc.) descendent de navibus omnes remiges tui, et vectores et -ae maris super terram stabunt (*Vulg.* gubernator maris. *cf.* HIER. ad loc. l. 1433 quidam ridicule ... 'gubernatores' episcopos haereticorum, ... '-as' archidiaconos ... interpretantur). Ion. 1, 6 (Hier. ad loc.) accessit ad eum *Ionam* -a (*cod. 176 et Vulg.* gubernator. *cf.* HIER. ad loc. l. 246 gubernator sive -a, qui vectores timidos debuerat consolari. *allegorice explicat* ZENO 1, 34, 7 navis typus est synagogae; eius -am sacerdotale corpus accipimus, nautas scribas *eqs.*). SERV. Aen. 3, 510 qui esset -a, quis pedem teneret. RVFIN. epist. Clement. 14, 2 navis huius, *sc. ecclesiae,* ... gubernator ... sit Christus, ... -ae officium episcopus impleat *eqs.* (*sim.* 15, 2 episcopus tamquam -a vigilanter ... gubernatoris verba custodiat. *cf. l. l. p. 2147, 72*). **2** *in titulis saec. I vel II respicitur munus in classe Romanorum administrandum*: CIL XIII 8322 (*saec. I¹*) Horus Pabeci f(ilius) -a Alexandrinus (Aiexs- *lapis*) ex classe (*sc. Germanica. cf.* -a classis: X 3485 [*saec. I*] C. Iuli Zoili pror(etae) c. pr(aetoriae) Mis(enensis) (triere) Fide [*eiusdem* c.: 3483]. INSCR. Année Épigr. 1939 n. 231 [*Seleuciae Pieriae; saec. I*] c. Syriac(ae)). X 3482 *cuidam* -(a)e (triere) Iunone (*indicata sola nave ut ibid. iterum et* 3484). 3483 ordo -arum. 3486 *quidam* pror(eta). INSCR. Année Épigr. 1966 n. 257 (*Aug. Treverorum*) num(inibus) Aug(ustorum) et gen(io) proretar(um).

prōreus *m., πρωρεύς. i. q. proreta*: OV. met. 3, 634 'pone metum' -s ... dixit *Baccho* (*vix recte* -s *pro nomine proprio habuerunt viri docti plerique coll. Hom. ϑ 113; respicitur enim met. 3, 617* prorae tutela, Melanthus, *v. De Saint-Denis, Rev. Phil. 41, 1967, 207 sq.*). *Wick.*

*?***prōrifragium** *v.* prodifragium (*per dissimilationem q. d.*).

*?***prōrīga,** -ae *m.* [*si agnoscendum, a* prō- *et* ōrīga = aurīga; *de* ō- *cf. Leumann, Gramm. 1977, 73. Fo.*] *i. qui pro auriga est, sc. de equisone quodam, qui equae admovet admissarium* (*cf. Varro rust. 2, 7, 8 sq. 2, 8, 4 vol. II 1498, 36 sqq.*): PLIN. nat. 8, 156 in Reatino agro laceratum -am *esse ab equo, postquam cognovit se matrem inscendisse* (origam *sec. Varronem l. 22 restituit Keil, Arch. Lat. Lex. 1, 1884, 290 sq.*).

1. prōrīgo *v.* prurigo.

*?***2. prōrigo,** -ere. *a* pro *et* regere, *si quidem agnoscendum.* GLOSS. -itur: ante erigitur (praerogatur: ante erogatur *Warren*). *non est, quod addas* COMM. instr. 1, 15, 7 (prorexit *trad.,* perr- *Hartel,* porr- *Martin*).

prōrio *v.* prurio. **[prōripes** GLOSS. *v. l. 33.*] *Bk.*

*✻***prōripio,** -ripuī, -ere. *a* pro *et* rapere. GLOSS. -o: *ἐξαρπάζω*. -it: eripit. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2777 -it (-repit *trad.*) se: festinus egreditur. V Aa P 1541 proripes: ante rapes (*i.* -is ... rapis). *legitur in versibus inde a* PLAVTO, ACC., VERG., *in oratione soluta inde a* CIC., CAES., SALL., LIV. [*confunditur in codd. e. g. cum* prorumpere VERG. Aen. 10, 796 HEGES. 5, 19, 1. *al.,* praeripere HEGES. 5, 30, 1 p. 369, 23 PRVD. ham. 773, prorepere *l. 32* (*in falsa var. l.* COLVM. 2, 16, 5); *dubia var. l. pro* proruere HIER. epist. 34, 6.]

fere i. q. foras vel porro rapere, eripere, abripere: **I** *de eis, qui (quae) impulsu suo moventur* (*sui liberandi causa l. 64. p. 2149, 8; se -unt fere animantes, sed res sub A2a*): **A** *reflexive*: **1** *proprie et in imagine*: **a** *accedunt determinationes indicantes*: **α** *quo eatur: ad locum*: PLAVT. Capt. 533 quo illum nunc hominem -isse foras se dicam ex aedibus? (CAES. civ. 2, 11, 4 hostes ... se porta f. universi -unt. APVL. met. 5, 31, 1. *cf. p. 2149, 18*). ACC. trag. 645 animo audaci in medium -it sese ferox (*sim.* in publicum: LIV. 2, 23, 8 nexi vincti solutique se undique in p. -unt. 8, 28, 5 VAL. MAX. 4, 1, 12. *ceterum*: PLIN. nat. 8, 185 cum se -uit in coetus, incedit submotu lictorum *Apis.* HOMER. 498 in medios ... hostes. SVET. Cal. 45, 1 in proximam silvam. *al.; cf. l. 57. p. 2149, 20. 36. 41*). SALL. Catil. 31, 9 domum (*v. l. 63*). VERG. ecl. 3, 19 quo nunc se -it ille? (*cf. p. 2149, 26*). SVET. Otho 6, 2 -uit ... se postica parte Palati ad constitutum (AMM. 20, 6, 4 ad interiora. 30, 7, 6 hostis ad nostra se[pe] -ens [*text. trad. def. Petschenig, Arch. Lat. Lex. 5, 1888, 577*]. *cf. l. 59 sqq. p. 2149, 19. 29 sqq.*). AMM. 14, 2, 18 ut, si qui se -isse⟨t in⟩terius, multitudine missilium sterneretur. HEGES. 2, 10, 6 Masadam ... -ens sese (*gr. 2, 433 ἀνεχώρησεν*). *ad actionem vel statum*: AMM. 31, 5, 9 ut *dux* ... -ret ipse semet in fugam. PRVD. perist. 5, 210 *persecutor* decernit 'extrema ... igni ... exerceatur quaestio'; haec ille *Vincentius* sese ad munera gradu citato -it (PETR. CHRYS. serm. 109, 3 ad aulae regalis ... servitutem. VITA Hil. Arel. 12 l. 5 ad eius *sancti viri* occursum celeri se festinatione -uit). **β** *unde eatur* (*vix huc p. 2149, 8*): CIC. har. resp. 2 *P. Clodius* aestuans se ex curia repente -uit (SALL. Catil. 31, 9 *Catilina* se ex c. domum -uit. LIV. 3, 17, 1. 8, 30, 11 SVET. Aug. 54. *cf.* LIV. 21, 63, 13 vitulus ... e manibus sacrificantium sese cum -isset. 24, 26, 12 eo cursu [occursu *trad.*] se ex sacrario -erunt, ut *eqs. al.* SVET. Cal. 51, 1 e strato. AVG. conf. 6, 7, 12 [*in imag.*] post illa verba *mea* -uit se ex fovea *mali*). LIV. 2, 23, 8 undique (*v. l. 47*). 8, 6, 2 a vestibulo templi citato gradu. 29, 9, 4 accensus ira domo se -uit (*item abl. separ.*: VAL. FL. 5, 268 *Aeetes* solio se -it alto. SVET. Cal. 35, 3 ita ⌊-uit se⌋ spectaculis, ut ... praeceps per gradus iret [⌊ ⌋ *Roth,* -uit (e), se -uit (e) *codd.,* prorupit se *Bentley*]. PANEG. 4, 25, 7 Verona[m]). PETRON. 95, 5 de cella (HEGES. 5, 30, 1 p. 368, 31 de Antonia [369, 23]). SVLP. SEV. dial. 3, 13, 3 inde.
γ *ubi, qua via eatur* (*cf. abl. l. 44. 52*): APVL. met. 8, 13, 2 per mediam civitatem cursu furioso -it se.

b *sine tali determinatione*: CAES. civ. 1, 80, 3 ubi Caesaris castra

[Pieroni]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

posita ... animum adverterunt, sese subito -unt. Ov. met. 14, 422 *nympha* se ... -it ac Lat⟨i⟩os errat vesana per agros. Liv. 22, 43, 4 Hannibal de fuga in Galliam dicitur agitasse, ita ut ... cum equitibus se -ret. *al.* Sen. nat. 6, 1, 5 *imminente terrae motu* praeceps quisque se -it et penates suos deserit. Colvm. 9, 9, 3 post quam horam non temere se nova -unt agmina (*de apibus, ut ibid. iterum et* 9, 9, 5 fugae causa). Petron. 129, 2 puer ... -uit se et in partem interiorem aedium fugit. Tac. ann. 4, 45, 2 *percussor* eo nisu -uit se custodibus ..., ut *eqs.* Plin. epist. 6, 20, 11 -it se effusoque cursu periculo aufertur. Apvl. met. 4, 2, 3 cursu me concito -o ([proprio *trad.*]. 6, 27, 1 me ... quadripedi c. -o. 9, 1, 2 totis pedibus. *al. apud eundem; cf. p. 2148, 65. 74*). 4, 22, 5 concito ... gradu. 5, 21, 1 *Psyches sorores* ilico pernici se fuga -unt (8, 21, 4. 9, 23, 4. *cf. l. 6. p. 2148, 57*). Marcell. dig. 49, 15, 2, 1 *equi* sine culpa equitis -ere se potuerunt. Clavd. Don. Aen. 6, 460 p. 567, 30 *Dido* sese -uit tacitam. Prvd. ham. 773. *al.*

2 *translate; se -unt*: **a** *res*: Cic. fin. 2, 73 quod adulterium ... non se -et ac proiciet ... proposita ... licentia? Evcher. laud. her. 36 quantum se eorum *incolarum eremi* introrsum agit vita, tantum se foras -it gloria. Hil. Arel. vita Honorat. 6 l. 2 talibus exercitiis ad baptismum se cathecumini fides robusta -uit. 8 l. 2 ilico se in flammam conversionis ... scintilla -uit (-rupit *var. l.* [*om.* se]). **b** *homines*: Cypr. epist. 41, 2, 1 cum ... quietem fratrum turbans -erit se cum plurimis *Felicissimus.* Sidon. epist. 1, 7, 7 quibus agnitis -it sese atque in convicia subita prorumpens *eqs.*

B *intrans.* (*vix huc p. 2148, 53*): Verg. Aen. 5, 741 *imago Anchisae* fugit ...; Aeneas 'quo deinde ruis? quo -is?' inquit (Clavd. Don. quo recessurus te -is?). 10, 796 ⌊-uit⌋ iuvenis (*sc. Lausus*) seseque immiscuit armis (⌊ ⌋ prorupit *var. l.* [*cf. p. 2161, 75*]; Clavd. Don. 'sese' bis accipiendum). Val. Cem. hom. 18, 5 (*in imag.*) *mater Macchabaeorum* ad caelestia ... -uit (Greg. Tvr. Franc. 9, 12 ad montem -unt [prorepiunt *var. l.*]. Iul. 13 pars *exercitus* ... ad ... vicum *quendam* infesta -uit. Pass. Petr. 2 p. 24, 23 eas *concubinas* studiosissime ad beatum Petrum ⌊-ere⌋ [se -ere *et* prorumpere *var. ll.*]).

C pedes *vel* gradum *-ere*: Ov. am. 3, 7, 82 nec mora, desiluit *e lecto* ..., et decuit nudos -isse p. Heges. 5, 27, 1 p. 364, 3 vos ... nec semel quidem in hostem -isse g. non pudet *eqs.*? (*gr. 6, 43* παραβάλλεσθαι).

II *de eis, qui impulsu alterius vel etiam habitu, affectu moventur* (*obi. subauditur* Hor., *accedit acc. obi. int.* Tib.): Plavt. Rud. 660 -ite (porrigite *var. l.*) hominem pedibus huc itidem quasi occisam suem (Cic. Verr. II 5, 161 h. -i atque in foro medio nudari ... iubet *Verres*). Hor. carm. 1, 8, 16 *latuisse* filium dicunt Thetidis ..., ne virilis cultus in caedem et Lycias -ret catervas. Tib. 1, 6, 72 *ab amica* ducar ... capillis inmerito pronas -arque vias (proprias -orque *codd. plerique; emendaverunt alii aliter*). Cod. Theod. 9, 45, 5 (= Iust. 1, 12, 4 pr.) ei *homini,* unde eum *fugitivum* tam furiosa formido -uit. *Pieroni.*

[prōripium *v.* praerupium *p. 804, 2.*] **prōris** *v.* prora.

prōrītātor, -ōris *m.* *a* proritare. *i. qui proritat, exasperat* (*homines*): Vet. Lat. deut. 21, 20 (cod. 100) filius noster hic insuadibilis est et -r est et non exaudit vocem nostram (*gr.* ἐρεθίζει, *Vulg.* contumax est. *cf. 21, 18* [*ibid.*] filius ... contumax [*gr.* ἐρεθιστής]). *Blundell.*

prōrīto, -āvī, -āre. [*verbum non priscum potius iuxta* ir-rītāre *quam sec.* *rītāre, *quod verbum perierat, formatum videtur; pro exemplo esse potuerunt paria verborum notionis affinis ut* in-/prō-dūcere, il-/prō-licere, in-/prō-vocāre; *cf. Walde-Hofmann I 719. Fo.*] *scribitur* pru- *in codd.* Pass. Fabii 4 (*in var. l.* Plin. nat. 26, 90 Mart. Cap. 9, 895). Gloss. -at: provocat. irritat. provocat (vel) inritat. ad iram provocat. Gloss.^{L} I Ansil. pr 2783 -at: incitat (inr- *Lindsay*). [*restituitur pro* promittere Gloss.^{L} I Ansil. pr 2403 sq.]

i. q. irritare ad promendum aliquid, provocare, stimulare sim. (*syn.* concitare *p. 2150, 12,* excitare *l. 65,* invitare *p. 2150, 19; opp.* retro agere *p. 2150, 13. cum respectu sive inquietandi, exasperandi, e. g. l. 65. 69. p. 2150, 1, sive illiciendi, invitandi, e. g. l. 72. p. 2150, 3. 10 et sub 3; bestia* in *aliquem -atur l. 68*): **1** *-antur animantes vel animi sim. eorum* (*obi. subintellegitur p. 2150, 4 sqq.*): **a** *quaelibet exempla*: Sen. dial. 5, 30, 1 taurum color rubicundus excitat ..., ursos leonesque mappa -at (*item -antur bestiae*: Colvm. 6, 27, 10 si admissarius iners in venerem est, odore -atur [proprit-, profric- *al. var. ll.*]. Pavl. sent. 1, 15, 3 qui inritatu suo feram bestiam ... in se -verit). 9, 12, 5 -at illos *insanos* alicuius rei species. epist. 23, 2 sollicitus est ..., quem spes aliqua -at. Pass. Fabii 4 promptum ad passionem spiritum *suum* feliciori conscientia -bat. **b** *indicatur, ad quem actum vel affectum* (*fere per praepos.* ad *vel* in *c. acc.*; ut *l. 75*): Arnob. nat. 2, 50 p. 123, 12 *philosophi* ne in vitia -ari facultatis possint alicuius instinctu, ... divitias fugiunt. 5, 29 p. 287, 22 quis est ... mortalium ..., que⟨m⟩ non ad ... furias deorum documenta -ent? 7, 15 p. 359, 21 *deos* non exambiri, ut prosint, ⌊praemiis, non⌋, ut noceant, -ari (⌊ ⌋ *Reifferscheid,* n. p. *trad.*). Mart. Cap. 9, 895 *numen quoddam intercedendo* mortalium sensus primum in spem opis superae -vit. Dares 36 (*in var. l.*) Dardanos in bellum -are (*cod. unus,* D. ad [*vel* in] proelium provocare *cett.*). ad ⌊veneria⌋ (*corrupte trad.; cf. p. 2149, 67*): Galen. alfab. 99 (de eruca) cod. Lucc. per sua virtute ad veria -at (*sim. ibid.* 122 [de gladiolo] radix potata ex vino ad venena -at. *cf.* cod. Paris. lat. 6837 veterem provocat ...; venariam -at. *ed. 1528* ad venas portitat ...; ad venerea percipitat [*ed. 1556* percitat]).

2 *-antur res*: **a** *actio, effectus* (*cf. l. 7*): Colvm. 10, 116 radix *quaedam* ... praebetur ..., ut Pelusiaci -et pocula zythi (*sc. bibenda, per breviloquentiam quandam*). Scrib. Larg. 10 -at sternutamentum ... veratrum album (*antea*: concitare). Plin. nat. 26, 90 anagallidum caerulea procidentiam sedis retro agit, e diverso rubens -at (*cf. Diosc. gr. 2, 178, 2* ἐρεθίζειν). **b** *stomachus, sc. ut bene digerat cibos*: Scrib. Larg. 104 varietate apta ciborum stomachum *infirmum* -are (*inde sim.* Marcell. med. 20, 9).

3 *absolute*: Colvm. 2, 10, 17 lini semen, nisi si magnus est eius ... proventus et pretium -at, serendum non est. 3, 2, 31 (*de vitibus eligendis*) ubi multa invitabunt regionis commoda, ... *vitem* generosam requiremus ...; ubi nihil erit ..., quod (quo *var. l.*) -et, feracitatem potius sequemur.

deriv.: proritator.

prōrītus *v.* pruritus. **prōro** *v.* prororo. *Castelli.*

prōrogātio, -ōnis *f.* *a* prorogare. Gloss. II 292, 44 ἔκτασις: extensio, productus, -o. [*in codd. confunditur hic illic cum* prae-, *v. infra; olim afferebatur e* Cic. Mur. 47, *cf. vol. X 1, 1664, 43 sqq.*]

i. q. actio prorogandi (*meton. v. l. 42*): **1** *cum respectu temporis*: **a** *strictius de productione, continuatione* (*dilatione fort.* Cic., *vix etiam* Vlp.): Cic. Att. 13, 43 ego vero utar -e diei (*incertum, quo spectet; intellegere possis dilationem diei statuti alicuius vel [coll. p. 2152, 52] diem rusticationi Ciceronis adiciendum*). Liv. 8, 26, 7 duo singularia haec ei viro (*sc. Publilio Philoni procos.*) primum contigere: -o imperii non ante in ullo facta et acto honore triumphus. Vlp. dig. 5, 1, 2, 2 *nisi a principe* -o fuerit inhibita, possunt tempora, intra quae *iudex* iussus est litem dirimere, prorogari (*vix recte dilationem intell. viri docti quidam*). **b** *laxius de extensione, duratione*: Petr. Chrys. serm. 125, 11 *nos in terra vilicos esse, non dominos,* -is (pre- *var. l.*) temporariae ministerium suscepisse, non invenisse ius perpetuum possidendi. Sacr. Leon. 491 copiosa temporum -e (*inde restit. locus geminus* Sacr. Gelas. 682 [prae- *trad.*]).

2 *vario respectu proferendi, sc.: propagandi*: Tert. castit. 6 l. 17 (*ad gen. 1, 28* crescite et multiplicamini) *deus* revocavit, quod indulserat, non sine ratione ⌊-is⌋ in primordio et repastinationis in ultimo (⌊ ⌋ *cod. A,* propag- *cett.*). *dispensandi, sc. fere metonymice de eo quod prorogatur*: Max. Tavr. 60, 1 *thesaurus regis repletur,* ut, in quantum prorogare voluerit, in tantum -o copiosa non desit (prae- *Migne 57, 222*^{A}, *cf. adn.; postea*: substantia largiendi). *emittendi*: Ennod. epist. 3, 6 p. 76, 8 promitto mihi litterarum -e responsum (*cf. e. g. p. 2153, 74*).

prōrogātīvus, -a, -um. *a* prorogare. *i. q. ad prorogationem pertinens, dilationi obnoxius* (*sc. t. t. divinationis de certo fulminum genere admittentium dilationem eorum, quae portendunt; cf. p. 2152, 43 sqq.*): Sen. nat. 2, 47 *Etrusci* aiunt aut perpetua esse fulmina aut finita aut -a (pre-, per- *var. ll.*); ... -a sunt, quorum minae differri possunt, averti tollique non possunt. 2, 48, 1 *re vera fulmen,* quod -um videtur, finitum est – nam ... certum est, quousque impetretur dilatio.

prōrogātor, -ōris *m.* *a* prorogare. Schol. Pers. 2, 59, 6 dispensatores dicti *sunt* -es (prae- *codd. potiores*). Gloss. δαπανητής. [*locis plerisque confunditur cum* prae- (*falsa var. l.* Cic. Att. 8, 3, 3).]

i. qui prorogat (*de re l. 61; in appos. l. 66*): **1** *producendo, prolongando*: Prosp. resp. ad Gall. 1, 3 *errat,* qui putat -em vitae lapsuris auctorem esse peccati (prae- *var. l.; sunt qui trahant ad 2, sed cf. antea*: longaevitas non est nisi a deo). Compvt. Carth. 2, 17 in embolismario *anno* ... mensis unus dierum triginta -r (p- *cod.*) accedit. **2** *dispensando, distribuendo: vario respectu* (*vix huc l. 58*): Petr. Chrys. serm. 14, 5 (*ad psalm. 40, 2*) qui se novit per mala saeculi vitam ducere, ... in pastum pauperum largus -r exuberet. 104, 2 ut *dives avarus* esset alienorum custos, qui esse suorum noluit -r. Cassiod. var. 10, 28, 1 arcarios -es tritici, vini et casei. *respicitur munus ecclesiasticum* (*cf. vol. V 2, 1401, 22 sqq.*): Petr. Chrys. serm. 26, 2 de horreis divinis rationem reddet ... ecclesiae -r (pre- *var. l.; antea*: dispensatoris). 26, 3 dispensator ... divini verbi et caelestis doctrinae -r (prae- *var. l.*). *v. L.*

⁂prōrogo, -āvī, -ātum, -āre. *a* pro *et* rogare. *affertur inter verba activa I*^{ae} *coniug.* Char. gramm. p. 474, 7 Ps. Asper gramm. suppl. 49, 14. *de notione*: Synon. Cic. *v. p. 1816, 73.* Gloss. -at: protrahit, procrastinat. -are: proferre, dilatare. -ta fuerint: ἐπεξετάθη, ὑπερετέθη, ἐξελοιπάσθη. Gloss.^{L} I Ansil. pr 2786 -are: pro 'distrahere'. 2791 -atur: distribuitur. II Abav. pr 169 -tum: praefixum (*dub., cf. p. 635, 22 sq.*). III

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Abstr. PRO 83 -at: extendit (exp- *var. l.*) aut prolongat. *al.; ceterum cf. etiam l. 9 et 50.* *legitur inde a* PLAVTO, CIC. (*saepe, fere cum respectu proconsulatus*), CAEL., POLLIONE, HOR., LIV. (*passim*) *per totam latinitatem.* [*in codd. confunditur imprimis cum* praerogare VLP. dig. 19, 2, 19, 6 PONT. vita Cypr. 12, 6. *et saepius (restituendum vid.* PASS. Donat. 8, *v. l. 59; cf. supra p. 799, 36 sqq.) et* propagare PANEG. 7, 2, 2 VIR. ill. 64, 6. *al.* (*restit.* LIV. 23, 25, 11; *cf. p. 1944, 23 sq.*).]

notio originaria rogandi fere evanuit (*sublucet fortasse p. 2152, 4. 73, sed potius ab interprete restituta videtur* GLOSS.^{L} II Philox. PR 396 -at: *ὑποπαραιτεῖται*); *vis praeverbii revocanda est potius ad notionem q. e.*:

I *porro; significatur fere i. q. proferre, sc. producendo sim.; pro obi. est:* **A** *tempus vel quod per tempus -atur, sc. id:* **1** *quod protrahitur, continuatur, in longum ducitur:* **a** *generatim:* **α** *vario usu -at aliquis* (*aliquid*): Ⓘ *vitam, tempus sim. (aliquem viventem l. 20):* *alienum*: PLAVT. Pseud. 827 (*ironice ad coquum*) divinis condimentis utere, qui -are vitam possis hominibus? (CELS. 3, 19, 6 si consequi potuimus, ut ... v. *aegrotantis* -etur [-reg- *var. l.*]. *al.; cf. l. 29. 67*). VAL. MAX. 9, 2 ext. 11 cibo et potione ... spiritum -are *hominibus* (SEN. epist. 101, 10. PLIN. epist. 2, 20, 7 *ut medici* s. homini -rent. *cf. l. 60*). QVINT. decl. 260, 16 qui animal hoc (*i. hominem*) ... -at producitque *alendo.* PS. QVINT. decl. 9, 1 -tae cotidiana stipe ... animae (*cf. l. 56*). CALL. dig. 42, 1, 31 debitoribus non tantum ... dies ad solvendum dandi sunt, sed et -andi (*ibid.* intra diem ... datum vel ... -tum). VLP. dig. 5, 1, 2, 2 tempora ([*v. p. 2150, 34*]. SERM. Rech. Aug. 31, 1999, 223 l. 68 Ezechias rex a morte eximitur, ... vitae t. -antur. PAVL. NOL. epist. 13, 6 quoniam *David* ... agnovit -ta sibi t., ingemit dicens: '... incolatus meus prolongatus est' [*psalm. 119, 5*]. *cf. e. g. l. 30. p. 2152, 1*). *suum, sc. longius permanendo* (*cf. l. 51. 53. 60. al.*): COLVM. 1, 3, 5 sine qua *aqua* nemo nostrum ... vitam -at. PLIN. nat. 13, 20 margaritae *quamvis inutiles* ... ad heredem tamen transeunt, vestes -ant tempus: unguenta ilico expirant. ANTH. 646, 48 *rosa,* paucis licet interitura diebus, succedens aevum -at ipsa suum. Ⓘⓘ *quaslibet res*: CIC. ad Q. fr. 1, 1, 4 si tibi bellum ... administranti ⌊-tum imperium⌋ (*v. p. 2152, 4*) viderem, tremerem animo, quod eodem tempore esse intellegerem etiam fortunae potestatem in nos -tam. PLIN. nat. 2, 36 *sidus Veneris* ab occasu *solis* refulgens nuncupatur vesper ut -ans lucem vicemve lunae reddens. 2, 154 *terra* monimenta ... gerens nomenque -ans nostrum et memoriam extendens contra (ultra *Haupt*) brevitatem aevi. 19, 129 thyrsos ... -are urceis conditos (*conservando ut*: 22, 79 *elaphoboscon* conditum -atur). PLIN. epist. 7, 31, 5 *Claudius Pollio* memoriam *amici cuiusdam* tam grata praedicatione -at et extendit, ut librum de vita eius ... ediderit (9, 9, 3. *cf. l. 58*). *al.* *transfertur ad generationum seriem* (*cf.* ANTH. *l. 31*): VAL. MAX. 3, 4, 6 *a Catone maiore est* -ta familia, in qua maximum decus posterior ortus est Cato (*nisi vi propagandi, ut spectet ad II*). PANEG. 7, 2, 2 seriem vestri generis ⌊-ando⌋ omnibus in futurum saeculis providetis (⌊ ⌋ -pag- *codd. interpol.*).

β *indicatur quamdiu* (*cf.* donec *p. 2152, 13*): Ⓘ *per praepos.* (*cf.* per *p. 2152, 12*): (usque) in *c. acc.*: HOR. carm. saec. 68 *Apollo* remque Romanam Latiumque felix alterum in lustrum meliusque semper -at ⌊aevum⌋ (-et, pre- *var. ll.*; SCHOL. Hor. ⟨-et:⟩ differat, dilatet). PHAEDR. app. 26, 7 (*loq. cornix*) *lacessendo inermes fortibusque cedendo* senectam mille in annos -o. SEN. dial. 6, 5, 2 quas *laudes filii* ... in aevum omne sis -tura. COLVM. 11, 3, 41 *lepidium* vivacitatem suam u. in annos decem -at. PLIN. nat. 16, 83 quaedam *arbores folia* amittunt tardius atque in hiemes -ant moras (*cf. Theophr. hist. plant. 1, 9, 6 βραδύτερον ὥστε καὶ τοῦ χειμῶνος ἐπιλαμβάνειν*). QVINT. decl. 330, 9 hoc exiguum, quo anima in posterum diem -retur, praestare. PASS. Donat. 8 ⌊ut et⌋ *in basilica* ... persecutionis ... Caecilianensis u. in finem memoria ⌊-etur⌋ (⌊ ⌋ (ut) et ... praerogatur *codd., v. Dolbeau, Misc. V. Saxer, 1992, 261. 266*; pro- *edd. vet.*).

(usque) ad: VAL. MAX. 8, 3, 2 *mulier quaedam* -vit ... spiritum suum ad ... consules *quosdam.* 8, 13 pr. principis incolumitatem ad longissimos ... terminos. PLIN. nat. 15, 42 *pruna quaedam* cadis condita u. ad alia nascentia aetatem sibi -ant. QVINT. inst. 2, 1, 8 si grammatices munus u. ad suasorias -atur, tardius rhetore opus est (*vergit ad C, sed cf. 2, 1, 3*). IREN. 3, 4, 3 Valentinus ... -vit tempus u. ad Anicetum (*gr. παρέμεινεν*).

ultra (*cf. l. 38*): APVL. met. 11, 6, 7 (*Isis Lucio*) scies u. statuta fato tuo spatia vitam ... tibi -are mihi tantum licere. Ⓘⓘ *per acc. praedic.* (*cf. p. 2152, 15*): HOR. ars 346 *liber utilis dulcisque* longum noto scriptori -at aevum (CYPR. GALL. exod. 725 gens *Iudaeorum* ..., l. quae -at a. [prae- *var. l.*]). SEN. epist. 58, 29 posse aliquatenus ... longiorem -ari huic corpusculo *nostro* moram, si *eqs.* SOL. 11, 34 *in oppido quodam* dimidio longior quam in aliis terris incolentium aetas -batur (pre-, por- *var. ll.; cf. Mela 2, 32* erat). CLAVD. 8, 410 -at aeternam feritas tibi Punica famam, Regule. Ⓘⓘⓘ *per adv. vel acc. obi. int.* (*cf.* amplius *p. 2152, 34*): TAC. hist. 5, 25, 1 inter Batavos ... sermones orti: non -andam ultra ruinam (*nisi ad C*). PS. QVINT. decl. 4, 10 quantumlibet -entur tempora, iungantur aetates *usque ad mortem.*

b *speciatim pertinet ad munera publica* (*sc. hic illic respectu originario rogandi sublucente*): **α** *-are* imperium (*subaudiendum l. 7*): CIC. Phil. 2, 24 ne quinquenni i. Caesari -ret *Pompeius* (*cf. l. 23; sc. in alterum quinquennium, nisi ad 3b*). Att. 5, 15, 1 feram, ut potero, sit modo annuum (*sc. i.?*); si -atur, actum est. 7, 3, 4. ad Q. fr. 1, 1, 4 (*v. p. 2151, 33*). LIV. 9, 42, 2 ei *Q. Fabio* ... senatus in insequentem annum ... -vit ... i. ([*syn.* continuaverat]. *cf.* VAL. MAX. 4, 4, 6 in proximum a. *sine attrib.*: LIV. 10, 22, 9 L. Volumnio *cos.* ... -tum in a. i. est. *et saepe apud eundem*). 10, 16, 1 -to in sex menses i. *veterum consulum.* 25, 6, 7 cui *imperatori* ... per omnes annos -tum i. *est.* 27, 7, 17 non in annum Scipioni Silanoque, sed, donec revocati ab senatu forent, -tum i. est (30, 1, 10 non temporis, sed rei gerendae fine, d. debellatum ... foret. 32, 28, 9). *et saepe.* SIL. 11, 588 ut longa i. atque armatos (-tus *dett.*) -et annos Hannibal et regnum trahat usque in tempora fati. QVINT. decl. 254, 8 *sine rogationibus* nec provincias decernemus nec imperia -bimus. *al.* **β** *exempla varia*: CIC. Phil. 2, 109 *Antonius* numerum annorum provinciis -vit. Att. 5, 2, 1 *Hortensio* mandavi ..., ne pateretur ... -ari nobis provinciam (5, 11, 1 nobis. 5, 17, 5. LIV. 41, 6, 2 -tae ... consulibus ... in annum p. erant. *al.* VELL. 2, 46, 2 Caesari lege ... -tae *sunt* in idem spatium temporis, *sc. quinquennium,* p. TAC. ann. 1, 80, 1 -atur Poppaeo Sabino p. Moesia. 3, 58, 1). 6, 1, 14 si ... non -atur nostrum negotium. 7, 6, 2 quinquennium *Caesari* -bamus (*simili ambiguitate ac l. 5*). 14, 14, 4 ut et ipse *Antonius* Gallias habeat et utrisque (*sc. sibi et Dolabellae*) dies -etur. fam. 2, 8, 3 cupio ... nihil magis, quam ne tempus nobis provinciae -etur (15, 13, 3 ne mihi t. -etur. LIV. 45, 15, 9 anni et sex mensum t. SYMM. epist. 9, 74 honoris ... t.). POLLIO Cic. fam. 10, 32, 2 *Balbus* quattuorviratum sibi -vit. FRONTIN. aq. 7, 4 spatium praeturae in annum alterum est -tum. POMPON. dig. 1, 2, 2, 24 cum *decemviri* magistratum -rent sibi (*sim. de iisdem* VIR. ill. 21, 2). VIR. ill. 64, 6 cum *Ti. Gracchus* -are sibi potestatem vellet (propag- *var. l.*; '*fortasse* -ari' *Wijga*). *?usu impers.*: CAEL. Cic. fam. 8, 10, 5 *fortasse non impetrabo,* ut tibi succedatur; illud certe praestabo, ne ⌊amplius⌋ -etur (⌊ ⌋ *si quidem adv.; an ad 3aβ?*).

2 *quod procrastinatur, differtur* (*pro syn. est* differre *l. 43. 45,* procrastinare *l. 47,* proferre *l. 41,* propellere *l. 48*): PLAVT. Aul. 531 spes -atur militi *aes petenti* in alium diem. CIC. Verr. II 1, 98 *Verres* rationes ad aerarium ... non audet referre; impetrat a senatu, ut dies sibi -retur ([-rentur *codd. potiores*]. SEN. benef. 5, 17, 6 ut -etur tibi d. mortis [*postea*: mora non fit beatior vita]. VLP. dig. 4, 8, 25, 1 clausula 'diem compromissi proferre' nullam aliam dat arbitro facultatem quam d. -andi. *al.*). HOR. epist. 1, 2, 41 sapere aude, incipe; vivendi qui recte -at horam, *stultus est* (*cf. 39* differs). SEN. nat. 2, 48, 1 et ista *fulmina prorogativa* finita sunt, quia, ultra quod non -entur, inclusum est (*sc. temporis spatium? antea*: differri; *ponuntur fulmina pro eo, quod praenuntiant, cf. p. 2150, 48 sqq. et* 2, 50, 2 *fulmina quaedam* mala portendunt ..., quae -ari *possunt*). FRONTO p. 194, 15 quis tempus *metendi* -at ... floribus marcentibus? (*syn.* procrastinat, propellit). PAVL. NOL. epist. 25^{a}, 2 in quos dies bonum tuum -as?

al. *accedit inf.* (*cf.* differo *vol. V 1, 1074, 65 sqq.*): IREN. 3, 25, 7 -vimus ... super haec, quae dicta sunt, in sequenti libro domini sermones inferre (prorogab-, praerogav- *codd.*).

3 *quod continuando additur, differendo praebetur sim.* (*in contextu variat c.* addere *l. 55. p. 2153, 2,* adiungere *l. 74*): **a** *tempus*: **α** *pron. neutr.*: CIC. Att. 5, 11, 5 pugna, ne, si quid -tum sit, turpis inveniar (5, 18, 1 nobis ... temporis ne q. -etur [*antea*: addatur; *item* q. temporis: fam. 2, 10, 4. 3, 10, 3. 15, 14, 5 mihi ad hanc provinciam. *cf. l. 58 sq.*]. 5, 21, 3 ne q. mihi -etur. 13, 34). 6, 2, 6 magna ... in spe sum mihi nihil temporis -tum iri. fam. 2, 7, 4 ne patiare, quicquam mihi ad hanc provincialem molestiam temporis -ari. CE 995, 26 (*saec. I^{1}*) quod ... mihi eripuit mors inmatura iuventae, id tibi victuro -et ulterius (*cf. e. g. Prop. 4, 11, 95* quod mihi detractum est, vestros accedat ad annos). **β** *subst.* (*addas fort. l. 34*): CIC. Phil. 2, 74 proficiscitur in Hispaniam Caesar paucis tibi, *Antoni,* ad solvendum propter inopiam tuam -tis diebus (SYMM. epist. 6, 59, 2 constituendae rei d. existimo -andos. AVG. c. Cresc. 4, 8, 10 post d. dilationis ... aliis tamquam innocentibus -tum [prae-, por- *var. ll.; cf. in eadem re infra p. 2153, 14 sq. et Conc. Bagai. a. 394, 7*]). TAC. ann. 3, 51, 2 *ut* vitae spatium *quoddam* damnatis -retur. TER. MAVR. 568 pars ... ista (*sc. I cum V aut V cum I iuncta*) non sequenti *parti* -at tempus suum (*i. non facit dipthongum productam*), sed priori, pleniore si indigebit tempore ([*e. g.* āt [< *ăt*] iŭba]. AMBR. epist. 5, 24, 2 petierunt causae patroni -ari paucorum dierum tempora, ut ego residerem cognitor [pre- *var. l.*]). MIN. FEL. 13, 4 *Simonides ab Hierone interrogatus* primo deliberationi diem pet⟨i⟩it, post[t]ridie biduum -vit, mox alterum tantum admonitus adiunxit. PAVL. sent. 5, 12, 19 (= dig. 49, 14, 45, 10) ut in maioribus summis *fisco debitis* non plus quam tres menses ... -entur (*antea*: dilatio-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nem). AVSON. 23 (258 S.), 19 Augustus *imperando* post lustra decem sex -at annos et ter septenis geminos ... addit *Tiberius* (SVLP. SEV. chron. 1, 51, 3 *Ezechias rex* XV a. -ari sibi ad vitam meruit [*cf. IV reg. 20, 6* addam, *Is. 38, 5* adiciam]).

b *varia* (*cf. p. 2152, 5*): PLIN. nat. 14, 4 *reges olim* has praeferebant opes (*sc. artes sim.*), inmortalitatem sibi per illas -ari arbitrantes. QVINT. inst. 1, 1, 19 hoc, *quod puerilibus annis iam disci potest,* per singulos *annos* -tum in summam proficit, et quantum in infantia praesumptum est temporis, adulescentiae adquiritur. 10, 7, 10 praecedat oportet intentio (*sc. prospiciens ad ea, quae dicenda erunt*) ... quantumque dicendo consumitur, tantum ex ultimo -etur, *ut continuetur spatium, quo praecedit intentio.* PONT. vita Cypr. 12, 6 *petivi,* ut dilatio mihi vel unius diei -retur, donec res meas ... disponerem ([prae- *codd. plerique; cf. 12, 8* concessam dilationem]. AVG. c. Cresc. 4, 35, 42 [*ibid.* data est *et sim.*]. c. Gaud. 2, 7, 7 ceteris *innocentibus* [*antea*: dedistis]). OROS. hist. 4, 5, 3 licentia in consuetudinem -ta servos suos passim liberos *faciebant Vulsinienses* (-tam, praerog-, propag-, prolata *var. ll.*).

B *quod per loca extenditur*: LACT. epit. 16, 4 ut 'Capitoli immobile saxum' (*sc. Terminus, Verg. Aen. 9, 448*) Romani imperii fines et conservet ⟨et⟩ -et. CONC.^{S} I 5 p. 371, 14 qui *orthodoxae religionis splendor* ... in alias barbaras gentes et in Persarum gentem -tus est (*an sec. l. 24 ita corroboratus est, ut se etiam illuc extenderit? cf. enim gr. I 1, 7 p. 73, 27 κρατυνθεῖσαν, I 4 p. 73, 12* firmatus est).

C *quod (qui) sec. gradum vel quantitatem augetur: res firmanda* (*cf. supra l. 21. p. 2151, 64. 75*): AVELL. 193, 4 omnem operam intendimus ad ... temperandas controversias et optatam inter omnes concordiam -andam (*imp. Iustinus ad Hormisdam papam ut*: 232, 4 ad -andam ... coniunctionem membrorum ecclesiae). *frequentia numerosior reddenda*: ENNOD. epist. 3, 25, 1 p. 90, 9 volo ... ad diligentiae testimonium -ari frequentiam litterarum. *homo promovendus*: CONC. Arvern. a. 535 p. 107 l. 57 alterius *episcopi* clericum ... sacerdotio -are (sacerdotium -are *cod. C saec. VI/VII et edd. rec.* [s. prae- *edd. vet.*], ad sacerdotio provocare *cod. F saec. IX in., sed praetulimus lectionem codicis L saec. VII. al. coll. l. 35 et e. g. Conc. Aurel. a. 538 p. 121 l. 180* promoviri). *ibid.* p. 108 l. 68 cum presbyteri adque diaconi sublimi dignitatis apice -antur ([praerogentur *edd. vet.*]. *inde Conc. Matisc. a. 581–583 p. 225 l. 64* sublimantur).

II *foras (quae notio accedit iam sub IA3); significatur i. q. tribuendo vel edendo proferre, erogare* (*notione deflexa fort. l. 41*): **A** *pecuniam, alimenta variaque bona* (*hic illic dicitur -ari id ipsum, unde pecunia sumitur, ut cogitare possis de notione q. e. exhaurire, evacuare, maxime l. 56. 73*): **1** *vario respectu*: **a** *vigente quodammodo vi temporis*: **α** *-atur alicui pecunia postea reddenda*: VLP. dig. 2, 14, 53 sumptus ... -are litiganti honestum est (*postea*: quantitas ... expensa). 40, 1, 4, 5 si ei nummos -verit emptor. COD. Iust. 4, 65, 27 (*a. 294*) si tibi, quae pro colonis conducti praedii -asti, dominus fundi stipulanti dare spopondit. **β** *-atur pensio longioris temporis*: VLP. dig. 19, 2, 19, 6 (*e Fabio Mela* [*aet. imp. in.*]) inter eum, qui per errorem solvit, et eum, qui pensionem integram -vit, multum interest (prae- *var. l.; antea: si conductor* pensionem totius anni dederit).

b *mera vi erogandi*: VEG. mil. 3, 3, 4 (*antea*: a provincialibus consuetudo deposcit *pabula, frumentum sim.*) si tributa deficiunt, -to auro comparanda sunt omnia. RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 9, 1 qui *pastor* ... accepit talentum nummulariis -andum (prae- *var. l.; cf. 1, 72, 1* dabitur [*utroque loco respicitur Matth. 25, 27 sq.*]). hist. 2, 6, 6 sacrum aerarium ... in usus communes publici aquaeductus -ari (prae- *cod. unus; cf. gr. = Ios. bell. Iud. 2, 175 θησαυρὸν ... ἐξαναλίσκων* [*sc. Pilatus*], *quod reddit Ps. Rufin. p. 668* fecit expendere). SERM. Rev. Bénéd. 59, 1949, 200 l. 16 ut accipiat, spargit *diabolus,* et -at dulcedines luxuriarum, ut *eqs.* ENNOD. opusc. 1, 89 p. 285, 21 exhibete, Seres, indumenta ... et ... tegmina *pretiosa* -ate (*sc. quibus rex vestiatur*). *in imag. pretii solvendi*: PETR. CHRYS. serm. 108, 3 (*Christus hominibus*) sanguis meus non mihi deperit, sed vestrum -atur in pretium.

2 *cum respectu elemosinae christianae*: GENNAD. vir. ill. 46 Iulianus *episcopus* eleemosynis ... indigentibus -tis multos ... haeresi suae sociavit. RVFIN. Greg. Naz. orat. 6, 10, 1 alii ... vendentes omnia bona sua et pauperibus -antes (pr(a)e- *var. l.; cf. Migne gr. 35, 977^{A} χρήματα κενοῦσιν*). hist. mon. 18, 3 naves frumento onustae ... egentibus -andae (prae- *al. var. ll.*). PETR. CHRYS. serm. 7, 6 qui ... vult avaritiam vincere, ... divitias -et, non reponat (pre roget, prodigat *var. ll.*). 23, 4 quod fuit proprium, ... civibus indigentibus liberaliter -are. SALV. eccl. 3, 74 (*respicitur Matth. 19, 29*) quod omnis, qui ... quamcumque ... facultatem in usus misericordiae -arit, centuplum accipiat in futuro. *al.*

B *dicta, scripta* (*quae eduntur, emittuntur, sub 1 etiam publice proponuntur*): **1** *leges, iussiones sim.* (*sc. fere in iure*): COD. Iust. 11, 61, 1, 1 (= Theod. 7, 7, 2; *a. 365*) *id* fieri non oportere ... Iulianus -ta iussione constituit (prae- *cod. unus*). AMBR. Cain et Ab. 2, 9, 38 *parricidio commisso* lex divinae mansuetudinis -ari debuit. COD. Theod. 7, 4, 11 *cave, ne* prius de horreis species proferantur ..., quam ... ad diem pittacia authentica fuerint -ta (7, 4, 13 *syn.* inmissis [emissis *Gothofredus*]). COD. Iust. 12, 25, 4, 1 (*a. 474*) sine ... sententia -ta ... eademque non edita (subrogata *al. var. ll.*). *al.* **2** *varia*: RVFIN. hist. 5, 20, 1 Irenaeus ad diversos scripta -vit ([-pag- *var. l.; gr. συντάττει*]. ENNOD. epist. 2, 8, 1 p. 48, 2 non est incuria, quod raro a me s. -antur. 2, 21, 1 p. 64, 20 quater ad magnitudinem vestram s. -vi. *al. apud eundem*). 5, 23, 2 -tis ... ad se invicem epistulis ... unum ... dogma confirmant *episcopi.* SEDVL. op. pasch. 3, 24 (*respicitur Matth. 17, 5*) siderei ... sermonis oraculo caelitus -to (-ta, prae- *var. ll.*). AVELL. 123, 5 -tis paginis (ENNOD. epist. 1, 3, 1 p. 5, 2). *al.*

C *vindictam* (*quae irrogatur*): RVFIN. hist. 1 capp. p. 5, 14 ob eius *Ioh. baptistae* necem vindictam in Iudaeos esse -tam (*cf. 1, 11, 4* quod ... ultio divina commota sit).

deriv.: prorogatio, prorogativus, prorogator. *Cipriani.*

prōrōro, -āre. *a* pro *et* rorare. *i. q. rorando praebere* (*vi praeverbii sec. gr. mutata*): ORIBAS. syn. 6, 45, 1 La p. 125 aqua ... in facie -anda *est* (proranda *cod. per haplologiam, gr. προσραίνειν, Aa* roranda).

prōrōstra, (-ōrum) *n.* (*vix fem.* -a, -ae). *a iunctura* pro rostris *p. 1419, 9 sqq.* **1** *contra notionem iuncturae intellegebatur ipse suggestus, sc. rostra fori Romani*: CAPER gramm. VII 104, 6 rostra voca, non -a; nam 'pro rostris' quod dicimus 'ante rostra' significat ut 'pro muris'. SYNON. Cic. p. 447, 1 tribunal. -a. solium. concilium *eqs.* (*fort. addas formam corruptam ibid.* p. 431, 24 ius. privilegium. pontificium. prorostuum). GLOSS.^{L} Corp. P 741 -is: haesedlum (*anglosax.; dubitanter ad Aldh. virg. I 27 p. 264, 2 refert ed.*). **2** *de area quae est pro rostris*: ISID. orig. 15, 2, 27 (*item fere* 18, 15, 1 GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2794; *sim.* GLOSS. naumachia) haec loca, *sc. forum,* et -a vocantur ideo, quod *eqs.* (prorustra, prostra, rostra *var. ll.*). *forma corrupta*: GLOSS. pro nostra: ante nostra (*cf.* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2793 -a: a. n.).

prōrōstrātus, -a, -um. *a* pro *et* rostrum (*cf.* rostratus). *i. q. praeditus prominenti rostro* (*respici vitium ingenitum maxillae alterutrius nimis longae vidit Fischer in plagulis*): CHART. lat. ant. VII 352 (*a. 251*) eq(uum) ... -um, pedis posterioribus albis.

prōrōstrum, prōrōstuum *v.* prorostra.

prorr(h)ēgma *n.*, *πρόρρηγμα. t. t. med. de membrana, qua fetus continetur*: SORAN. p. 19, 5 *corium* (*i. χόριον*) et ⟨-a⟩ dicitur, quod prius rumpatur (*gr. p. 42, 7 -α ... διὰ τὸ προρρήγνυσθαι.* ⟨ ⟩ pregnans *codd. l h, om. b, correxit Rose; cf.* praeruptio *p. 804, 16 sqq.*).

prorr(h)ēticus, -a, -um, *προρρητικός. *non nisi in titulo libri Hippocratis, v. supra p. 571, 2. 14.*

prorr(h)ōx *adi.*, *προρρώξ (*quae vox alibi non legi videtur, sed cf. ἀπορρώξ, διαρρώξ al.*). *i. qui antea rumpitur, non nisi pro subst. generis incerti de membrana, qua fetus circumdatus est*: PS. SORAN. epit. 66^{a} *os matricis* leviter aperire, ut facilius ⟨-x⟩, hoc est folliculum, *procedat* (⟨ ⟩ propox *cod. unicus; correxi sec.* praeruptio *p. 804, 16 sqq. et* prorrhegma *l. 39*). *Bk.*

***prōrsus** (prōsus, prōversus), -a, -um. [prorso- < *prouorsso-, *sc.* u̯ *sublata et syllabis contractis, v. Leumann, Gramm. 1977, 119. 120. 136; part. priscum* *pro-u̯orsso- *a* *pro-vertere *comparari potest cum ind. vet.* pra-vr̥t-tá- *sec. verbum* prá-vart-ate *'in anteriora se vertit'; priscae latinitatis vid. esse iunctura* -i limites *p. 2155, 1* (*etiam in ind. vet.* prā́ñc- *'in orientem versus'* pra- < *pro- *hac notione exhibetur*). *de forma* prōs(s)us *cf. Leumann, loco cit. 211*; proversus *l. 70 sec.* transversus *restitutum esse videtur, v. Solmsen, Studien 1894, 66. Fo.*] *forma plena* proversus *non exstat nisi l. 70*; prors- *exhibetur codd. antiquis grom. p. 2155, 3 sq., confirmatur lusu verborum* APVL. *p. 2155, 32, postulatur codd. discrepantibus e. g. apud* QVINT. (*v. Wölfflin, Arch. Lat. Lex. 11, 1900, 8*), *sed longe praevalet* pros-, *quod praebent e. g. codd. ant.* FRONTONIS p. 19, 12 HIER. praef. Vulg. Iob p. 71, 7. *cf. p. 2155, 68 sqq. legitur inde a* PLAVTO, ?AFRAN. *p. 2155, 4,* ?HYG. *p. 2155, 41,* FESTO; *sed cf. adv. p. 2156, 10.* [*dubium an huc spectet raet. occ.* prus *'pius'; ad* prode *pertinent francog. vet.* prous, *francoprov.* pros *'fortis, probus'. cf. M.-L. 6785. Wartburg IX 417. C. S.*]

1 *proprie significatur motus vel situs, qui in anteriora versus est, in derectum promovetur, porrigitur* (*opp.* transversus *l. 70. 73. p. 2155, 3; cf.* ISID. *infra p. 2155, 23* [*inde* GLOSS. -um: productum. rectum]): PLAVT. Pseud. 955 vide, ⟨ut transversus, non proversus⟩ cedit *leno,* quasi cancer solet (⟨ ⟩ ex transverso prorsus verum non *P [etiamne A?], sed textum supra allatum testatur* VARRO ling. 7, 81 *qui explicat*: qui in id, quo ⟨i⟩t, est versus. *cf.* AVIAN. fab. 3, 8 [*inepte monetur cancer*] ne tibi transverso placeant haec devia, ... sed ... -o tramite siste gradus [prono, presso *var. ll.*]). frg. dub. (Isid. orig. 1, 38, 1) -is lectis (*i.* rectis *sec. Varronem ibid.*). FEST.

[Wick]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 234 (*suppletur sec.* PAVL.) -i ⟨limites appellantur in agrorum mensuris, qui de⟩rec⟨ti sunt ad orientem⟩ (*adde alias explicationes distinguentes* l. transversos *vol. VII 2, 1413, 7 sqq.; ceterum*: FRONTIN. grom. p. 13, 6 HYG. lim. grom. p. 133, 2. 169, 14). *vix addas*: AFRAN. com. tit. -a (*nisi praeferas var. l.* rosa, *cogites potius de dea, v. Onom.*). APVL. Socr. 16 p. 156 hic, quem dico, ⌊-us⌋ custos, singularis praefectus (⌊ ⌋ *huc traxit Armini, Eranos 26, 1928, 335 sq.*, privus *Thomas; an cogites de adv., sc. 'hic profecto est custos'?*). GLOSS. *l. 18* (*de tunica*).

2 *technice transfertur ad*: **a** *orationem solutam, sc. ad genus dicendi, quod non recurrit in singulos versus* (*iam inde a* HYG. *l. 41? opp.* carmen *e. g. l. 29 et* COLVM. 11, 1, 1 QVINT. inst. 1, 8, 2, metrum *e. g. l. 35. 45. al.*, versus *saepe, e. g. l. 34. 49 et* QVINT. inst. 11, 2, 39 SVET. Claud. 1, 5 [*cf. part.* versus *l. 32. 54*], *et sim. al.; ceterum v. Bardon, Orpheus 7, 1960, 27 sqq.*): *explicationes* (*addas p. 2156, 23*): QVINT. inst. 10, 1, 81 -am orationem ⌊et⌋ quam pedestrem Graeci vocant (⌊ ⌋ *notione vol. V 2, 873, 81 sqq. illustrata*]. GLOSS. -a: communis vel p. locutio). CHAR. gramm. p. 71, 9 -ae orationi, *πεξῷ λόγῳ* (EXC. Bob. gramm. I 553, 8. GLOSS. -a oratio: *π. λόγος. huc spectare vid.* GLOSS.^{L} II Philox. PR 402 -a pexa tunica: *πεξὸν ἱμάτιον* [-a *del. ed., sed excidisse potius eius explicationem, sc. π. λόγος, monet Wieland in schedis; de ipsa tunica cogitare vid. e. g. Heraeus, Kl. Schr., 1937, 15 coll. p. 2170, 74*]). EXPLAN. in Don. l. 106 in -a, hoc est in oratione soluta (*cf. l. 23*). ISID. orig. 1, 38, 1 (*inde* GLOSS.) -a est producta oratio et a lege metri soluta; -um enim antiqui productum dicebant et rectum; ... unde etiam quae non est perflexa numero, sed recta, -a oratio dicitur, in rectum producendo; alii -am aiunt dictam ab eo, quod sit profusa, vel ab eo, quod spatiosius proruat et excurrat *eqs.* GLOSS. -a: *καταλογάδην*. verba sine metro. *al.*

α *adi.*: VELL. 1, 17, 3 oratio ... perfectumque -ae eloquentiae decus (ISID. orig. 1, 38, 2). SEN. epist. 94, 27 si *praecepta* aut carmini intexta sunt aut -a oratione in sententiam coartata (*et saepe, v. vol. IX 2, 884, 43 sqq.; de Cadmo* -ae o. *inventore v. Onom. vol. II 10, 22. 25*). APVL. flor. 18, 38 iam et -a et vorsa facundia veneratus sum *deum Aesculapium.* TER. MAVR. 1088 pedem primum nisi pes comitabitur alter, desinit esse caput versus, e⟨s⟩t -a loquela (*1090* sermone soluto). 1444 arte -a rhetorum. AVSON. 11, 3 (193 S.), 4 -is ... orsa modis (*opp.* lege metrorum condita; *cf. Stat. silv. 1, 4, 28 sq.* solutis ... orsa modis).

β *significantur qui prodeunt, apparent sim.*: *cum respectu originis* (*cf. p. 2162, 12. 2163, 69sq. 72*): ARNOB. nat. 2, 70 p. 149, 7 ex quibus -erint emicuerintque radicibus *di pagani.* COD. Theod. 6, 27, 18 *quosdam* origo ... ex servili faece -isse demonstrat. *vario respectu*: RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 205, 5 quasi si revolvens *scripturam ecclesia* ... cernat ... *Christum* emergere atque evidenti iam manifestatione -ere. COD. Theod. 6, 27, 4 pr. in schola agentum in rebus nemo facile sub nostra quoque adnotatione speciali -at, nisi *eqs.* CASSIOD. var. 2, 24, 5 *ut* libere -at in publicum *legum auxilium petiturus.*

γ *significantur qui hostiliter irruunt*: POTAM. epist. ad Athan. l. 19 C. nisi et contra salvatorem hydra virosior -isset (EPIST. Austras. 4, 9 eum c. ecclesiae regulam -isse). EPIST. Austras. 3, 3 tanto in me -istis felle commoti, ut *eqs.* (*nisi ad 2b*).

2 *speciatim respicitur communicatio sermonis, emissio sonorum*: **a** *-unt, quae audiuntur, narrantur* (*cf. p. 2162, 44*): TAC. ann. 4, 69, 2 maesta *quaedam,* ubi semel -upere difficilius reticentur. PS. QVINT. decl. 11, 3 unde illae ... fabulae repente -erint (-erunt *var. l.*). 18, 16 in -enti ... exclamatione deficere. PANEG. 3, 1, 1 tacere ... et -ens ... gaudium intra ... conscientiam coercere. POTAM. epist. ad Athan. l. 64 C. hic, *sc. Ier. 23, 22,* felix de substantia *dei* ... ⌞-upit⌟ auditus (⌞ ⌟ -it, erumpit *var. ll.*). HIL. trin. 5, 27 ubi falsi *dei* -tura (-ta *var. l.*) esset adsertio. HIER. in Is. 12, 42, 5 l. 15 G. subitus sermo -erat. AVG. c. acad. 2, 7, 17 ore -entia stilo excipitis. mag. 5, 12, 3 omne, quod cum aliquo significatu articulata voce -it. *al.* **b** *-unt, qui (quae) vocem edunt* (*fere animantes, sed res l. 53. 54. 61, tormenta quibus gemitus extorquetur l. 68; hucine l. 6. 34? cum praepos.* in *praeter l. 50. 62. 63. 75; inducit orationem rectam l. 56sq. 64. al.* [*accedente verbo dicendi l. 50sq. 65. al.*]): TAC. ann. 11, 2, 1 ad quod *opprobrium* victo silentio -upit reus et 'interroga' inquit '... filios' (*sine praepos. ut*: HIL. trin. 7, 35 -upit [-it *var. l.*] ... dominum interrogans *Philippus*: '...'. DRAC. Romul. 8, 461 sic orsus ait -ens voce sagaci: '...'). PS. QVINT. decl. 8, 16 unde, *i. qua parte corporis aegra,* -at in gemitus conscius dolor. 19, 6 -is in opprobria. APVL. met. 6, 17, 3 turris *animata* -it in vocem subitam et '...' inquit (*item seq. oratio recta*: CLAVD. DON. Aen. 4, 360 p. 406, 4 *Dido* sic tumidam -it in v.: '...'. PETR. CHRYS. serm. 106, 3 tali -upit in v.: '...'. *al.; ceterum*: HIER. epist. 20, 2, 1 unde in hanc v., *sc. osanna,* vulgus ... -erit. INTERPR. cod. Theod. 9, 6, 4 ubi primum in accusationis v. -erint *liberti. al.*). CYPR. epist. 58, 5, 2 *Daniel* in adserendum dei sui honorem ... -upit dicens: '...'. PS. CYPR. rebapt. 9 p. 80, 12 *Petro* -ente in istum sermonem. FORTVN. rhet. 3, 17 ne vox in clamorem subitum -at (GREG. M. moral. 2, 52 ad apertos c. malitiae). HIL. trin. 5, 12 usque ad confessionem dei veri ... -upimus. OPTAT. 3, 3, 3 *Donatus* in haec verba ⌞-upit⌟: '...' ([⌞ ⌟ dicens *add. cod. unus*]. *item seq. oratio recta*: HIST. AVG. Comm. 4, 3. HIER. in Ier. 1, 91, 2 et dicit. *al.; ceterum*: HIER. epist. 60, 1, 2 *lugens* nitor in v. -ere. AVG. pecc. mer. 1, 35, 66 qui *parvuli* iam in v. -unt. CASSIOD. in psalm. 99, 2 l. 28 in articulata v. *al.*). AMM. 24, 4, 12 tormenta ... in funestos sonitus -tura. AMBROSIAST. in II Cor. 3, 5 *apostolus* in dei laudem ... -it (prae- *var. l.; cf.* VEREC. in cant. 9, 2 *Debbora* -upit in laudibus dei). ARNOB. IVN. ad Greg. 19 l. 39 si hominem hebraeum repente cogas in graeco -ere. SIDON. epist. 1, 7, 7 in convicia subita -ens '...' inquit (LEX Burg. Rom. 5, 1 in c. atrocibus [corruperit *var. l.*]. DIONYS. EXIG. praef. 8, 2 in eadem c. atque maledicta). *al.* *per praepos. ponitur id, de quo agitur*: AMBROSIAST. in Rom. 16, 17, 1 rec. γ nunc -upit (-it *var. l.*; erupit *recc. priores*) de personis pseudoapostolorum. MAXIMIN.

[Fiedler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

c. Ambr. fol. 308^{v}, 31 *haeretici quidam* -erunt in monarchia ... *dei* patris.

II *transitive i. q. rumpendo emittere sim.* (*refl. et mediopass. v. p. 2161, 61 sq.*): **A** *varia* (*huc spectat coni. dub.* TAC. ann. 1, 68, 2 [*pro* proruunt] *et falsae var. ll.* CAES. Gall. 3, 14, 6 [*v. p. 803, 44*]. 3, 26, 3 [*pro* prorutus *ut* SEN. nat. 7, 28, 3. *falso trad.* TAC. ann. 12, 43, 1. 15, 40, 1]. STAT. Theb. 11, 640 [*pro* per-]): VERG. Aen. 3, 572 *Aetna* interdum ... atram -it ad aethera nubem (SERV. auct. id est evomit et fundit; ... '-it nubem' nova elocutio; nec enim possumus dicere '-o illam rem', potuit enim recte dici 'nubes -it'. *huc spectare vid.* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2807 -it: emittit). HEGES. 5, 19, 1 ingressi sunt Machedones ⌊-ta⌋ porta (⌊ ⌋ praerupta *var. l.*). PS. AMBR. act. Seb. 4, 13 p. 1027^{B} cinnamomum ... virgulta gignunt et balsamum arbusta -unt (*inde* REGVLA mag. 10, 109). **B** *verba, vocem*: AVG. dialect. 5 p. 7, 12 inspectis a legente litteris occurrit animo *legentis,* ⌊quid⌋ voce -at (⌊ ⌋ *nisi nom., ut spectet ad p. 2164, 37*). GREG. TVR. Franc. 9, 40 p. 466, 21 crimina de abbatissa -ens *monacha* (*cf. p. 466, 13* crimina evomens). VEN. FORT. carm. 4, 18, 1 impedior lacrimis -ere nomen amantis. epist. (carm. 5, 6) 1 causas indice singultu vix laxante -upit (proripit *var. l.*). vita Marcell. 8, 33 quidquid vis ..., sermone -e. CORIPP. Ioh. 7, 168 nullas -unt ora querelas. SEV. MALAC. euang. 8, 51 vocem.

deriv.: proruptio, proruptor, 2. proruptus (-ūs). *Fiedler.*

※**prōruo,** -uī, -utum, -ere. *a* pro *et* ruere. NOT. Tir. 75, 71^{a} -it. 75, 77^{a} -uit. *de notione* (*cf. p. 1483, 16 sqq.*): ARVS. gramm. 473 -uit se pro 'immisit' (*affertur* TER. *l. 33*). GLOSS. -unt: cadunt. -ere: expellere. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2813 -unt: impetum faciunt. *legitur in versibus apud* TER., HOR. *al., in prosa oratione inde a* CAES., VARRONE, LIV. [*in codd. confunditur imprimis cum* prorumpere, *sc.* SEN. nat. 6, 1, 3. 7, 28, 3 CVRT. 4, 3, 7 SIL. 3, 642. *al.* (*restit.* CAES. Gall. 3, 26, 3 LIV. 44, 8, 6 TAC. hist. 1, 86, 2 ann. 12, 43, 1); *e coni. dub.* FRONTIN. strat. 2, 4, 1.]

I *transitive fere i. q. impetu, vi quadam profundere, proicere sim.* (*refl. sub A1, mediopass. fort. sub B2bβ; iuxta posita v. l. 37 sqq. 66. p. 2166, 2, opp.* reicere *l. 41*): **A** *mero respectu promovendi* (*sc. fere foras, e sede sua*): **1** *reflexive* se -ere (*in imag.* AVG.): TER. Eun. 599 foras simul omnes -ont se (*locum explicant* EVGRAPH. se foras simul proferunt. SCHOL. Ter. p. 105, 26 cum impetu se emittunt. *huc spectant etiam l. 24 et* GLOSS. -unt [pre- *cod.*]: procurrunt). AVG. conf. 10, 8, 12 (*in imag.*) quaedam statim prodeunt *e memoria,* quaedam ... tamquam de abstrusioribus quibusdam receptaculis eruuntur, quaedam catervatim se -unt et ... prosiliunt in medium. **2** *vario usu*: VARRO rust. 1, 13, 5 *aedificium* apertum ... ab area, quo ... in tritura⟨m⟩ -ere facile possis (*sc. frumentum; opp.* reicere). LIV. 9, 14, 9 cum pars *militum* fossas explerent, pars vellerent vallum atque in fossas -rent. 44, 8, 6 -tam in mare evolvendo terram *Elpeus amnis facit* praealtas voragines (p[o]rorupta *cod.*). FEST. p. 262 rutabulum est, quo rustici (*sc. utuntur sim.*) in -endo igne, panis coquendi gratia. SEN. Tro. 648 -tus tumulo cinis *Hectoris* mergetur? COLVM. 12, 45, 2 vinaceorum pes bene prelo expressus -itur. LVCAN. 9, 490 (*interpol.?*) *ventus* saxa tulit penitus discussis -ta muris effuditque procul. AVIEN. ora 56 per aequor illud ..., ⌊quod⌋ ... a freto Tartesio ... procul si[c]tam in usque glaebam -it (porrigit *Wernsdorf*) nostrum mare (⌊ ⌋ *subi.*; quo *Hall, Riv. Fil. Class. 112, 1984, 193, ut ad IIA1 pertineat*).

B *c. respectu prosternendi, delendi*: **1** *vi militari -untur*: **a** *munitiones, oppidum sim.*: CAES. Gall. 3, 26, 3 his *munitionibus* -tis ([-ru(m)ptis *trad.*]. *abl. absol. ut*: civ. 3, 68, 3 -tis m. [proutis *sim. vel* positis *trad.*]). civ. 3, 69, 3 dextrum cornu ... ea *munitionis* parte, quam -rat (-bat *trad.*), sese recipiebat. LIV. 4, 29, 3 dictator -to vallo iam in castra proelium intulerat (9, 37, 8 ad v. -endum fossasque implendas. VELL. 2, 63, 1. *al.; cf. l. 42*). 26, 13, 16 *Romani* Albam ... a fundamentis -erunt. 32, 24, 3 ariete admoto cum, quantum inter turres muri erat -tum, ... nudasset urbem. SIL. 1, 373 -tus agger. 3, 642 excoquitur flammis scopulus; mox -ta ferro dat gemitum putris ... moles (-rupta *var. l.*). *breviloquentia quadam -i dicuntur fossae, quae -endo complentur* (*ad rem cf. l. 42. 56*): TAC. ann. 1, 68, 2 *Germani* -unt fossas *castrorum,* iniciunt crates. **b** *hostes* (*cf. p. 2166, 59*): HOR. carm. 4, 4, 66 *gens Romana* multa -et integrum cum laude victorem *Carthaginiensem.* SIL. 4, 382 perfossā -uit alvo Albanum Critias. TAC. hist. 3, 22, 1 confectum ... inedia hostem ... profligare ac -ere (-ru(m)pere *var. ll.*). 3, 23, 2 ballista ingentibus saxis hostilem aciem -bat.

2 *vario usu -untur res* (*sc. corp. praeter l. 74 sq.*): **a** *ab animantibus*: HOR. carm. 1, 35, 13 te, *Fortuna,* ... metuunt tyranni, iniurioso ne pede -as stantem columnam. TAC. ann. 2, 17, 6 -tae arbores adflixere *hostes quosdam.* 14, 61, 1 *cives* effigies Poppaeae -unt, Octaviae imagines gestant umeris. 15, 40, 1 -tis per immensum aedificiis, *sc. ad incendium continendum* (*ibid.* latius procidēre). *a diabolo*: PAVL. NOL. carm. 15, 131 draco ... -ere id cupiens, quo surgimus et cadit ipse, *sc. fidem.* IVLIAN. in Iob 2, 4 non se videbat diabolus viri sancti -isse constantiam.

b *terrae motu, igne vel quolibet casu*: **α** *verbum act.*: LIV. 22, 5, 8 *urbes* prostravit ..., montes lapsu ingenti -uit (*sc. terrae motus, cf. l. 6 sqq. 45*). IVLIAN. in Iob 28, 25 ne ... maioribus, quam oportebat, flatibus omnia -rent *venti.* **β** *verbum pass. (vel mediopass.), sc. non nisi p. p. p.* -tus (*pro adi. maxime l. 18*): SEN. nat. 6, 1, 3 villae ... -tae *sunt terrae motu* (pre-, pro-, perrupte *var. ll.*). 7, 28, 3 in Achaia ... urbes terrarum motibus -tae sunt ([pre-, prorupte *var. ll.*]. TAC. ann. 12, 43, 1 crebris terrae m. -[p]t⟨a⟩e *sunt* domus. *item accedit abl. causae*: TAC. hist. 1, 86, 2 immenso auctu *Tiberis* -[p]to Ponte Sublicio). CVRT. 4, 3, 7 saxa ... interfluens unda medium opus rupit; -tis (-ruptis *var. l.*) igitur lapidum cumulis, quibus iniecta terra sustinebatur, praeceps in profundum ruit. SIL. 4, 600 *numerus elephantorum* vadis rapitur praeceps ceu -ta cautes avulsi montis. STAT. Theb. 4, 826 *aquam fluminis* -ta turbant gramina *riparum.* PLIN. epist. 8, 17, 5 imber adsiduus et ... turbines, -ta opera, quibus pretiosa rura cinguntur, quassata atque etiam decussa monimenta. *audacius de ipsa forma eorum, quae -ta sunt, ut sit fere i. q. praeruptus sim.*: SEN. Phoen. 115 (*Oedipus ad Antigonam*) duc, ubi sit altis -tum saxis iugum (*cf. 117* ubi praeceps locus).

II *intransitive*: **A** *proprie (vel vigente imagine) de motu*: **1** *fere i. q. ruendo, sc. tumultuose, festinanter sim., prodire* (*fere pro syn. ponitur* prosilire *l. 26,* effundi *l. 28*): **a** *-unt quilibet homines* (*luna* PACON., *mare fort. p. 2165, 49; in imag.* EPIST., AVG.): PACON. carm. frg. 4 ⌊⟨Pa⟩raetonio⌋ vaga Cynthia -uit ⌊Austro⌋ (⌊ ⌋ *i. regione meridiana*). EPIST. imp. Constant. frg. Vat. 35, 1 passim ... singuli ... -entes in nostros obtutus *interpellationibus suis.* DICT. 4, 11 *Paris Deiphobusque* e parte alia, quam venerant, -unt (*sc. e sacro Apollinis; postea de iisdem*: turbati ... prosiluere). 4, 12 omnes *Troiani* simul portis -unt. HIER. epist. 1, 7, 1 totus ad spectaculum (*sc. supplicium*) populus effunditur et ... stipatis -ens portis turba densatur. RVFIN. hist. mon. 21, 1, 3 continuo velut examen apum singuli quique ex suis cellulis -unt *monachi.* AVG. trin. 12, 11, 16 (*in imag.*) cupiditate ... experiendae potestatis suae ... ad se ipsum tamquam ad medium -it *homo. al.* **b** *-unt milites aggredientes*: CVRT. 4, 16, 6 *equites* subditis calcaribus -ēre (-rupēre *Gronov*) in hostem. GELL. 1, 11, 4 *tibicinum* praecentione ... vis et impetus militum, ne sparsi dispalatique -rent, cohibebatur (*teste Thuc. 5, 70 ἵνα ὁμαλῶς ... προσέλθοιεν*). HEGES. 3, 24 p. 231, 3 (*Titus ad milites*) -amus ... in adversarios, properemus, praeveniamus hostem. 5, 20, 2 p. 341, 20 *Iudaei quidam* in medium ... hostium -entes (*cf. gr. 5, 476 ἐκτρέχοντες*). **c** *-unt impudici concumbentes*: CYPR. ad Donat. 9 libidinibus insanis ⌊in⌋ (*om. codd. duo*) viros viri -unt. OROS. hist. 1, 5, 8 ex luxuria foedae libidines adolevere, adeo ut 'masculi ⌊in⌋ masculos operantes turpitudinem' (*Rom. 1, 27*) ... -rent (⌊ ⌋ *ἀπὸ κοινοῦ, ut vid.*).

2 *fere i. q. deorsum prolabi, procidere sim.*: **a** *-unt res: variae*: VITR. 2, 8, 3 *monumenta vetusta quaedam* -unt et ... dissolutis iuncturis dissipantur. TAC. ann. 15, 22, 2 motu terrae ... oppidum Pompei magna ex parte -uit. CLAVD. DON. Aen. 12, 685 p. 627, 9 ('veluti montis saxum de vertice praeceps cum ruit *eqs.*') ostendit, quibus casibus saxa de montium verticibus -ant. *liquores*: APVL. Plat. 1, 15 p. 212 superciliorum saepes praemuniunt oculis, ne desuper -at, quod ... visiones ... perturbet (*cf. Cic. nat. deor. 2, 143* sudorem ... defluentem). AVG. doctr. christ. 3, 26 omnes aquas ..., quae fontibus -unt. **b** *-unt animantes: quolibet modo prolabentes* (*in imag.* CYPR.): VAL. FL. 7, 600 *taurus* fatiscens in caput inque umeros ... -it. CYPR. epist. 65, 3, 3 (*in imag.*) ne ... agere pro sacerdote conentur, qui ... ultra lapsos laicos ruinae maioris pondere -erunt (deruerunt, profuerunt *al. var. ll.*). RVFIN. hist. mon. 9, 2, 6 ad quorum *presbyterorum* vestigia -ens (-stratur *var. l.*) orabat *gentilis quidam* Christianum se fieri (*gr. 11, 3 προσπεσών*). GREG. TVR. Franc. 3, 28 super infectam grandine humum in facie -unt *pedites* (*cf. postea*: humo prostrati). *in pugna pereuntes*: VET. LAT. II Macc. 12, 40 (rec. L) ob hanc causam, *sc. idololatriam,* illos *milites* -isse (*cf. ibid.* interem(p)torum, *12, 39* prostratorum. *gr. πεπτωκέναι, rec. V. al.* (con)ruisse, *B, M* cecidisse). 15, 28 (recc. L, X) Nicanorem -isse cum armis suis (*gr. προπεπτωκότα, rec. V* ruisse, *B. al.* cecidisse).

B *translate (imagines v. l. 30. 54) -itur in actiones, affectus sim.* (*exceptis* HIER. *et* VICTRIC. *in malam partem, sc. -itur ultra modum quendam vel e statu recto; accedunt praepos.* in *vel* ad *praeter l. 69*): APVL. Plat. 2, 16 p. 243 immoderatum ingenium, in quaecumque -erit, modum non habet. MIN. FEL. 31, 4 etiam nescientes ... potestis in inlicita -ere. CYPR. epist. 20, 3, 1 cum quidam de lapsis ... audaci flagitatione -rent (-rump- *al. var. ll.*), ut pacem ... extorquere violento impetu niterentur. AMBR. Cain et Ab. 2, 1, 4 sensuum nostrorum quoddam genus ... indomitum, quod ... motu mentis velut deside atque resoluto -at ad inrationabiles corporis delectationes (*cf. Philo sacr. 32 p. 245, 8 C. φέρηται*). HIER. epist. 34, 6 repente stimulis quibusdam dolentis stomachi suscitatus in orationem -ui (-ripui, -rupi *var. ll.*). RVFIN. Orig. in gen. 3, 6 p. 47, 4 qui ...

[Galdi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in omnem lasciviam -it et ... in omnem libidinis gurgitem fertur infrenis. VICTRIC. 12 l. 39 cur non effusius in gaudia -amus? LEO M. epist. 15, 6 Vollmann l. 149 qui talia asserunt, a veris in falsa -unt. AVELL. 79, 4 Eutyche ... in blasphemias -ente, per quas diceret *eqs.* GREG. M. in euang. 32, 8 sic peccata nostra perturbent, ut mens in desperatione (-nem *var. l.*) non -at. moral. 10, 12 l. 34 *durius* correpti ... mens repente ad odium *corripientis* -it. *al.*

appendicula structurarum, quibus indicatur: **1** *quo quis (quid) -at*: **a** *per adv.*: *p. 2165, 33. 40* (*cf. p. 2165, 49*). **b** *per praepos.*: in: *c. acc. p. 2165, 42. 48. 2166, 33. 67sq. al., c. abl. l. 5. p. 2166, 58.* ad: *l. 6. p. 2166, 31. 56. 72.* super *c. acc.: p. 2166, 58.* ultra: *p. 2166, 54.*

2 *unde quis (quid) -at*: **a** *per adv.*: *p. 2166, 24. 49.* **b** *per abl.*: *p. 2165, 45. 2166, 27sq. 51.* **c** *per praepos.*: ab: *l. 3. p. 2165, 48.* de: *p. 2166, 47.* ex: *p. 2166, 25. 30.*

p. p. p. **prōrutus,** -a, -um *pro adi. v. p. 2166, 18.* *Galdi.*

?**prorūpium,** *subst. neutr. a* pro *et* rupes *derivandum, v. p. 803, 74.*

[proruptia *v. p. 804, 8.***]**

prōruptio, -ōnis *f.* *a* prorumpere. *i. q. actio prorumpentium*: **1** *hominum armatorum*: AVR. VICT. Caes. 33, 21 simulata -e hostium (*ex oppido oppugnato*). **2** *rerum: haereseos*: HIL. syn. 3 eius *haereseos* petulantiam in -is congressione fregistis (*antea*: ad occasionem prorupturae haereseos). *maris*: MART. CAP. 6, 624 illa -o interfluentis Oceani laeva Europam facit Libyamque dextra (*cf. Sol. 23, 13* Oceanus ... inrumpens). *cachinni*: MART. CAP. 8, 804 *ut cachinnantes etiam* alios ... in petulantis -is sonitum effusique cachinni libentiam provocarint.

prōruptor, -ōris *m.* *a* prorumpere. *i. qui prorumpit* (*ex oppido oppugnato*): AMM. 24, 5, 5 -es alii ... iumenta ... intercipiunt (*distinguitur cuneus,* quem patefactis subito portis profuderat civitas).

1. prōruptus *v.* prorumpo.

2. prōruptus, (-ūs) *m.* *a* prorumpere. GLOSS. -s: *ἀπόρρηξις.*

prōrutus *v.* proruo.

pros *praepos. gr. trad. hic illic litt. lat., e. g.* CHALC. comm. 336 pros ti (*cf. Boeth. categ. 1b26* ad aliquid).

prōsa *v.* prorsus *p. 2155, 37.*

?**prosacines,** *forma corrupta acc. plur. subst.* VINDIC. med. 7 (*inter animalia sanguine carentia*) pulpas, sepias ..., -es qui sua virtute navim velificantem opposito ore vel mordente immobilem retinent. *fort. pro* prosechenaides, *compos. ceterum ignotum a προσέχεσθαι* (*sc. notione adhaerendi*) *sec. ἐχεναΐς formatum.*

?**prosaepium** *v. l. 46.*

prosaeptum, -ī *n.* *a* pro *et* saepire (saeptum). [*falsa var. l. pro* praes- *v. p. 809, 65.*] *i. q. saeptum antepositum*: VET. LAT. Ier. 36, 10 (cod. 177) legebat Baruch ... verba Ieremiae in domo domini ... in ⌊-s(a)epto⌋ superiori in introitu portarum (⌊ ⌋ *priorem lect. p. 90* -sepio *corr. ed. p. 312 et in add. in fine libri; gr. αὐλῇ, Vulg.* vestibulo; *eadem respondent* 38, 28 [*ibid.*] sedit Ieremias in -o carceris [-pio *legit Ranke agnoscens compos. minus aptae notionis a* pro *et* saepes *sec.* praesaepium; *sed Ier. in palimpsesto scriptum esse manu altera, qua I et T distingui vix possint, atque hunc locum litteris superscriptis operis Aug. plene obscuratum esse monet Schulz-Flügel per litteras*]).

prosagit. prosēgit NOT. Tir. 58, 98. 99. *vix intellegendum esse* prosum agit (egit), *sed* -it *e* praesagit *ortum esse* (*cf.* prosagavit *pro* praes- GLOSS. V 325, 12) *et postea perf. additum esse vidit Heraeus, Arch. Lat. Lex. 12, 1902, 48.*

prosagoreuticē *f., προσαγορευτική.* *i. q. appellativa* (*sc. ode; qua poeta quendam alloquitur*): TITVLVS Hor. carm. 2, 8 rec. *Ψ* -e Iullae (*vel* Iuliae) Barinae; in meretricem rapacem. SCHOL. Hor. carm. 3, 15 tit.

prōsaicus, -a, -um. [*a* prorsus (prosa); -aicus *ex adi.* trochaicus (*τροχαϊκός*) *al. sumptum videtur. Fo.*] *i. q. ad prosam pertinens, prosa oratione compositus*: SCHOL. Pers. 1, 13, 9 'pede liber', id est -am orationem componens. 10. GREG. TVR. Franc. praef. p. 1, 7 stilo -o aut metrico ... versu. VEN. FORT. carm. 7, 11, 1 -o quotiens direxi scripta relatu. 7, 18, 3 -o ... versu (*opp.* carmina). Mart. 1, 13 miracula ... -o digesta situ. 2, 468 -us cecinit ... acta *Martini* Severus, versibus intonuit Paulinus.

adv. **prōsaicē.** *i. q. stilo prosaico*: VITA Alc. Avit. 1 multa ... tam -e quam metrice ... composuit (*sed opus est fort. medii aevi*).

prōsālis, -e. *a* prorsus (prosa). *i. q. oratione prosa conceptus*: CASSIOD. inst. 2, 1, 1 officium ... *grammaticae* est sine vitio dictionem -em metricamque componere.

?**prosaltor:** *ὁ ἐν τοῖς ἱεροῖς προορχόμενος* GLOSS.^{L} II Philox. PR 400 (*idem interpretamentum exhibet PR 126* praesultor). *a* pro *et* salire, *nisi* corruptum e praesultor *vel* praesultator. *Wieland.*

⁂**prōsāpia,** -ae *et* ⁂prōsāpiēs, (-ēī) *f.* [*per apophoniam ortum esse videtur e radice* săp- (săp-ere); *sed parum liquet, quae ratio subsit formationi vocis vel unde notionem suam contraxerit. Fo.*] *derivatur a* (pro)supare *vel* proserere *l. 19sqq.* *vix abbreviari putes p. 2170, 19.* NOT. Tir. 92, 100 -a. *formae declinationis primae exstant inde a* PLAVTO (*plur. non nisi p. 2169, 44. 2170, 12*), *formae decl. quintae inde a saec. IV ex., sc. sing.: nom.* -s PS. AVG. serm. 120, 1 ENNOD. dict. 12, 12 p. 464, 9. 13, 6 p. 466, 2 (*in var. l.* NON. p. 67, 25 PRIMAS. in apoc. 7, 5 l. 66. *al.*), *?gen.* -i(e)i AMBR. in Luc. 3, 35 (*ita cod. A saec. VI,* -ae *cett.; vix gen. sing. II*^{ae} *decl.*), *acc.* -em FAVST. Aug. c. Faust. 23, 4 PETR. CHRYS. serm. 49, 4 ENNOD. dict. 10, 10 p. 458, 1 sq. *al. (in var. l.* AMBR. in psalm. 1, 46, 1 PRVD. perist. 10, 180 CASSIOD. var. 9, 25, 4. *al.), abl.* -ē (*quem testatur* PROB. app. gramm. IV 194, 26) SERV. auct. Aen. 7, 99. CIL X 6850, 9 (= 6851, 18; *saec. VI in.*). *al. (in var. l.* IORD. Get. 95. *al.); plur.: nom.* -es PS. AVG. serm. ed. Mai 28, 3 ENNOD. opusc. 2, 139 p. 330, 5. *de numero: inter* feminina semper singularia *afferunt* CHAR. gramm. p. 33, 8 -a *ἡ προγονία.* DIOM. gramm. I 327, 21 EXC. Bob. gramm. I 548, 9 GLOSS.; *plur. trad. p. 2169, 44. 56. 72. 2170, 12.* *de notione*: PAVL. FEST. p. 225 -a: progenies, id est porro sparsis et quasi iactis liberis, quia supare (sut- *fere trad.*) significat iacere et disicere. NON. p. 67, 25 ⌊-a est⌋ (-e, -es *var. ll.*) generis longitudo; dicta a prosupando aut proserendo (*affert* CATONEM *l. 42*). GLOSS. -a: origo, generatio. I p. 163 -a: prosaga futurorum vel genus (*corruptum; suspiceris duas glossas conflatas, sc.* -a: pro⟨genies⟩ vel genus *et* ⟨prae⟩saga⟨: praescia⟩ futurorum *vel sim.*). GLOSS.^{L} II Abav. PR 171 -a: genus, origo, progenies, stirps, radix. Philox. PR 401 -s: *γένους καταγωγή.* 403 -a: *ἐκ προγόνων εὐγένεια καὶ συγγένεια. sim. al.; cf. l. 16.* *in versibus legitur apud* PLAVT. (*bis*), IREN., PRVD. *al., in prosa oratione singulis locis apud* CATONEM, CIC. *al., saepius inde ab* APVL., *qui vocem frequentat, ut e. g.* AMBR., HEGES., ENNOD.; *temporibus priscis tribuitur a* CIC. *p. 2169, 42 et* QVINT. inst. 1, 6, 40, *fort. etiam a* CATONE *l. 42* (*cf.* QVINT. inst. 8, 3, 26 [*loco corrupto*] '-am' insulsum). [*perperam in codd. trad.* prosapientia PLAVT. Curc. 393 (*cod. B*). AMBR. in psalm. 1, 46, 1. *et saepius.*]

fere i. q. progenies, genus sim.: **I** *respicitur generatio naturalis animantium* (*sc. fere hominum, sed deorum p. 2170, 7. 15sqq. al., equorum p. 2169, 13*): **A** *de stirpe, unde quis originem ducit* (*potius de ipsa origine e. g. l. 62; saepe c. respectu nobilitatis*): **1** *strictius*: **a** *exempla varia*: PLAVT. Curc. 393 (*inde* VARRO ling. 7, 71) unocule, salve ...; de Coclitum -a (*cf. l. 31*) te esse arbitror, nam ei sunt unoculi (*sim. -a iocose conicitur*: MIN. FEL. 14, 1 Octavius, homo Plautinae -ae, ut pistorum praecipuus, ita postremus philosophorum). Merc. 634 quis esset *emptor mulieris* aut unde esset, qua -a *eqs.* CATO orig. 29 veteres -a (*ita trad. sine contextu, ut fort. accipias* -a *pro abl. resp.*; veteres '-a' [*sc. dicebant sim.*] *intell. Schönberger, ed. 1980, 188*; veteris -ae *coni. Jordan coll.* SALL. *infra, aliter alii*). SALL. Iug. 85, 10 hominem veteris -ae ac multarum imaginum (SVET. Galba 2 *erat* nobilissimus magnaque et v. -a. *al.; addasne l. 43?*). APVL. met. 8, 2, 5 *quidam* ad ho⟨no⟩rem splendidae -ae inter praecipuos hospites ... receptus (⟨*cf. 8, 1, 5* iuvenis natalibus praenobilis⟩]. ENNOD. dict. 11, 7 p. 460, 19 [*postea*: decus originis]). 9, 35, 3 *iuvenis quidam* -ae maiorum gloria male utens (⟨*coll. l. 46* ⟨splendidae⟩ -ae⟨. hic⟩ *Rohde, sim. Robertson in ed.*⟩]. AMBR. exhort. virg. 12, 82 nobilis virgo m. -a. *item c. gen. explic.*: AMBR. in psalm. 118 serm. 12, 23, 1 *populus Iudaeorum* vindicans sibi patriarcharum -am. CASSIOD. var. 11, 1, 9 Placidiam ... aliquorum principum -a gloriosam [-e(m), prosapientie *al. var. ll.*]. GREG. TVR. Franc. 5, 49 p. 262, 15 parentum nostrorum. *cf. e. g. p. 2169, 32. 2170, 51*). 10, 18, 1 *quidam honoribus functus est,* ut eius -a atque dignitas postulabat. INSCR. Année Épigr. 1972 n. 79 (*Puteolis; fere a. 340*) *cuidam* mirae -ae adque nimiae integritatis. AMM. 29, 1, 43 vir nobili -a editus (⟨prosepiae *cod. V*⟩. AMBR. in psalm. 118 serm. 12, 31, 1 n. -ae puero, *sc. Ioseph. cf. l. 66*). SERV. auct. Aen. 7, 99 'stirpem' cum de genere et -e dicimus *eqs.* CLAVD. DON. Aen. 10, 620 p. 372, 16 (*618 Turnus* nostra deducit origine nomen) istius maiores a numinibus traxisse -am. HEGES. 1, 40, 1 p. 83, 23 privatae ... mulieris, quae regni nesciret -am (*cf.* -a regalis: 2, 1, 2 p. 131, 9 -ae r. origo. RVFIN. hist. 3, 12 r. -ae viros [*cf. gr. ἀπὸ τῆς βασιλικῆς φυλῆς*]. *aliter p. 2169, 63*). PRVD. perist. 10, 112 illum *Romanum martyrem esse* vetusta nobilem -a (VEN. FORT. vita Marcell. 10, 41 matrona quaedam -a nobilis, opinione vilis. *addas l. 51*). COD. Theod. 7, 22, 7 (*sim.* 12, 1, 83) si quis militaris -ae ... officiorum se consortiis adgregavit (*antea*: castrensi stirpe progeniti). CIL VI 1706, 6 (*a. 400*) *cuidam* inlustratori (-turi *lapis*) -ae suae. ENNOD. dict. 7, 8 p. 445, 8 currite -ae stimulis incitati (*cf. 7, 5 p. 444, 20sq.* parentum *et* maiorum). epist. 1, 2, 4 p. 4, 14 circa Gallum -a conticesce (opusc. 3, 35 p. 339, 19 Bonosus presbyter ... Gallus quidem -a, sed caelestis indigena). CASSIOD. var. 2, 3, 3 cuius *Felicis consulis* ut ⌊antiquam -em⌋ ... transeamus (a. -am, antiqua -e *var. ll.*). *al.*

[Galdi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *de serie parentum, stemmate sim.* (*exempla pauca potiora; cetera v. sub a*): **α** *generatim*: APVL. Socr. 23 p. 174 nihil *alienum* laudibus Socratis ... admisceo, nullam generositatem, nullam -am, nullos longos natales. IVL. VAL. 1, 52 l. 1589 dii immortales, -ae tuae (*i. Alexandri*) principes (*cf. gr. p. 55, 19 τῶν σῶν γενεαρχῶν*). CHALC. transl. p. 22[B] prosequi ... -am renovatae gentis humanae (*gr. τοὺς ἐξ αὐτῶν, i. ex Deucalione Pyrrhaque, γενεαλογεῖν*). AMM. 23, 6, 34 unā eādemque -ā multitudo creata (*sc. Magi*). RVFIN. hist. 1, 7, 14 studiosi viri, qui ... memoriter avitae ordinem -ae retinerent (*cf. gr. τῆς εὐγενείας*). 3, 10, 2 *libri Mosis* continentes ... successionis humanae -am usque ad ipsius Moysei terminum pertendentem (*gr. τὴν τῆς ἀνθρωπογονίας παράδοσιν*). PRAEDEST. 1, 34 l. 7 (*cf. Hebr. 7, 3*) genealogia ipsius *Melchisedech* et materna paternave -a. *al.* **β** *speciatim respicitur stemma: equorum*: PS. CYPR. spect. 5, 3 *in cursus certamine equorum* -am designare, avos ipsos atavosque memorare (presepia, pro sapientia *codd. aliquot*). AMBR. in psalm. 1, 46, 1 plurimi te *divitem* equi secuntur, quorum nobis enarres -am et tamquam maiorum suorum genus (-em, pro sapientia(m) *var. ll.*). *Christi* (*sc. secundum carnem*): AMBR. epist. extra coll. 11, 7 auctor Christi secundum carnem -ae ... David (EVCHER. form. 7 p. 44, 22 sq. olla: -a [prosapientia *cod. unus*]; in psalmo [*59, 10*]: 'Moab olla spei meae', id est quod de Ruth Moabitide C. s. c. -a descenderit). in Luc. 3, 35 conmemoratio ... dominicae -ae (*cf. p. 2168, 8*). FAVST. Aug. c. Faust. 23, 4 ad ... Daviticae cognationis -em ... pertinere *Mariam*. PRIMAS. in apoc. 4, 7 l. 165 *Matthaeus* in Christo regiae dignitatis ... -em (-am *var. l.*) narrat. *al.*

c *de certis quibusdam parentibus*: PETR. CHRYS. serm. 49, 4 *malitia Iudaica,* cum ... Ioseph -em Christi exaggerat, veritatem veri genitoris confitetur ... dicendo: 'iste est fabri filius' (*cf. Marc. 6, 3*). ENNOD. dict. 28, 1 p. 505, 7 ordo rerum est, ut -em mores *filii* adnuntient, et, quo quis auctore in lucem venerit, eius facta sectetur.

2 *laxius pro origine ponitur populus, patria sim.* (*cf. l. 65. p. 2168, 72*): APVL. met. 1, 1, 2 ⟨H⟩ymettos Attica ... mea vetus -a est. TERT. adv. Iud. 1, 2 homo ex gentibus nec de -a Israelitum Iudaeus. SOL. 2, 51 ex Troiana -a in mores barbaros efferati *Dardani*. HEGES. 3, 16 p. 210, 16 Iudaei nominis ... ruina ..., quae ... abscondat splendidissimae disciplinam -ae (disciplinae -am *cod. unus*) atque omne decus subruat (*cf. gr. 3, 359 τοῦ πατρίου κλέους*). PAVL. NOL. carm. 21, 212 Apronianum ... veteri togarum (*i. civium Rom.*) nobilem -a. CASSIOD. Ios. antiq. 1, 9 de nostra -a aliquid tradere nostris volui (*gr. τῶν ἡμετέρων προγόνων*). IORD. Get. 95 ex Gothorum -e (-a *var. l.*) et hi *Gepidae* trahent originem.

B *de posteritate*: **1** *strictius de iis, qui generantur ex parentibus vel quibuslibet maioribus*: **a** *de pluribus vel usu generali*: CIC. Tim. 39 reliquos *deos*... et eorum, ut utamur veteri verbo, -am (*gr. 41[A] ἐκγόνους*). ARNOB. nat. 4, 15 p. 218, 9 aiunt ... theologi quattuor esse Volcanos ...; originem singulorum suis cum -is monstrant (*disting.* genitores, ... matres). 6, 6 p. 314, 10 Cinyram ... cum familia omni sua, immo cum omni -a, in Veneris templo situm esse ... declarat *Ptolemaeus* (*cf. Frg. Gr. Hist. 161 F 1 = Clem. Alex. protrept. 3, 44, 4 τοὺς Κινύρου ἀπογόνους*). HEGES. 1, 42, 2 interfectorum -a (*gr. 1, 552 τὴν τῶν ἀνῃρημένων γενεάν*). CARM. adv. Marc. 5, 53 generis -a vestri, *sc. humani* (*cf. 52* progenies hominum). ENNOD. dict. 13, 6 p. 466, 2 horum *parentum* -s adhuc ... parva. 25, 4 p. 501, 6 (*Thetis ad Iovem*) -em nostram subduc fortuitis *mortalitatis* (*syn.* subolem, posteritati, prolis). CASSIOD. Ios. antiq. 17, 220 p. 499 *Salome Archelaum regem comitatur* omnem secum ducens -am (*gr. γενεάν. disting.* cognatorum). *al.* *plur. de generationibus posterioribus*: PS. AVG. serm. ed. Mai 28, 3 (*respicitur Matth. 27, 25*) currit ... per -es generis vena facinoris. **b** *de singulis* (*cf. p. 2170, 2. al.*): IREN. 1, 9, 4 (vers.) Sthenelo ⌊-a Persei⌋ (*gr. = Hom. T 123 Περσηϊάδαο. item de filiis filiabusve*: INSCR. Année Épigr. 1989 n. 76 divina -a ab auctore Romani imperii procreata, *sc. Constantina*. SCHOL. Hor. gloss. Γ carm. 2, 20, 6 ['ego, pauperum sanguis parentum'] sanguis: -a. CE 370 Occius ... ⌊Mani -a⌋ Festus [*i. M'. f.*]. *al.*). SYMM. epist. 1, 15, 2 (*de Palladio*) credo plane ... rhetorum hanc esse -am; nam plenum ingenio genus noscitur. CASSIOD. var. 8, 5, 2 Hamalorum regalem -am, *sc. Athalaricum* (-em *var. l.*).

2 *laxius de iis, qui progeniti esse dicuntur*: **a** *ex populo eiusve auctore sim.*: OPTAT. 5, 1, 5 Abrahae -a, *Iudaei* (pro sapientia *codd. plerique; aliter p. 2170, 55*). AMBR. Iob 4, 8, 29 -a totius Iudaici generis. HEGES. 5, 15 p. 320, 11 Iudas ille nobilis Iudaeorum -ā. PRVD. cath. 11, 89 negat patrum -a ... praesentem deum (*sc. populus Iudaeorum Christum*). ENNOD. opusc. 2, 136 p. 329, 11 (*Roma cives quosdam vituperat*) generosam ... -em non agnosco (*antea*: sobolem *et* prolem nostram; *opp.* triviorum germina. *cf.* 2, 139 p. 330, 5 si tamen vultis vos numerari inter splendidas -es *eqs.*). IORD. Get. 48 ex quorum *Gothorum* nomine vel genere Pompeius Trogus Parthorum dicit extitisse -em (-a(e)m *var. ll.; cf. Iust. 2, 1, 3*). PRIMAS. in apoc. 7, 5 l. 66 quorum stirpe Israheliticae plebis -s (-a(s) *var. ll.*) traditur descendisse. *al.* **b** *ex rebus* (*sc. fere positis pro personis*): AMM. 26, 7, 16 sequimini culminis summi -am, *sc. Procopium* (*opp.* Pannonius degener, *sc. Valens; cf. 26, 6, 1* insigni genere Procopius ... natus). AMBR. epist. 2, 7, 38 Pelagia *martyr* Christum sequitur, ... nemo captivam videbit liberam fidem insignemque pudicitiam et -am prudentiae. INSCR. Tripol. 526 (*saec. IV ex.*) *filio Ausonii* -ae dignitatum et crescenti per gradus et merita gloriar(um). PRVD. perist. 10, 180 (*de deis paganis*) tot stuprorum sordidam -am (-em *var. l.*). psych. praef. 36 (*respicitur gen. 14, 16*) Abram ... redit recepta prole fratris inclytus, ne quam fidelis sanguinis -am (-em *var. l.*) vis pessimorum possideret principum.

C *de gente, communis originis coetu sim.* (*de toto genere humano l. 37*): APVL. apol. 18, 12 illae veteres -ae consulares, *sc. Fabricii, Scipiones al.* met. 3, 11, 1 (*magistratus loq.*) neque tuae dignitatis vel etiam -ae tuorum ignari sumus, Luci domine (*postea*: inclitae vestrae familiae nobilitas). 6, 23, 4 (*Iuppiter ad Venerem*) *ne* ⌊-ae⌋ tantae tuae statuque de matrimonio mortali metuas (⌊ ⌋ piosa pi(a)e *cod. F a. corr.*). TERT. nat. 2, 12, 36 *Sibylla* de Satur⟨ni⟩ -a ... exponit: '... Saturnus et Ti⟨tan⟩ et Iapetus, Terrae et Caeli ... filii' ([*Orac. Sibyll. 3, 108 sqq.*]. 2, 12, 37 eius *S.*). CIL VI 40777, 1 inlustri et divinae prosap⟨iae⟩ genitae, venerabili soror⟨i⟩ ... Constantini Aug(usti), ... Constantiae (*item de gente imperatoria*: INSCR. Année Épigr. 1995 n. 195 d. -a ab auctore Rom⟨ani⟩ imperii procrea⟨tae⟩ filiae divi Consta⟨ntini⟩. *aliter*: CHALC. transl. p. 24[D] veteres Athenienses, ⌊utpote d. -ae germani⌋, maximis ... titulis laudum nobilitati sunt [⌊ ⌋ *gr. καθάπερ εἰκὸς γεννήματα καὶ παιδεύματα θεῶν ὄντας*]). AMM. 23, 5, 19 Curtii Muciique veteres et clara -a Deciorum (CIL X 6850, 9 [= 6851, 18; *saec. VI in.*] ex -e D. ... Decio. *cf. de eadem gente*: CASSIOD. var. 9, 22, 3 priscis saeculis honorata -s). POTAM. tract. 1 rec. brev. l. 77 C. vox -ae currit in auribus *Lazari resuscitati* (*ibid.* cognatio). RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 10, 5 triplici ... differentia constare ego ⌊-am generis⌋ puto; nam unum illud est commune omnium hominum genus, quo ex supernis esse coepimus ...; aliud genus est ex carne originem ducens ...; tertium est, quod vel virtute vel nequitia quaeritur (-em, prosapientiam *var. ll.*; ⌊ ⌋ *Migne gr. 35, 1241[B] γένος*). hist. 1, 2, 7 velut praeceptor quidam ... illius extitisse -ae refertur *deus* (*antea*: Abrahae atque eius familiae. *cf. gr. τοῖς πᾶσι τῆς πατρικῆς ... γνώσεως*). 3 ind. capp. 20 de -a salvatoris (*gr. περὶ τῶν πρὸς γένους τοῦ σωτῆρος ἡμῶν. cf. 3, 20, 1* quidam de carnali genere domini nostri). ENNOD. dict. 12, 12 p. 464, 9 mortalium deserta -s. *al.*

II *respicitur quilibet ortus*: **A** *de origine, fonte sim.* (*hic illic imagine generationis naturalis sublucente*): **1** *hominum: qui renati sunt in Christo*: ZENO 1, 1, 3 nos, qui nascimur de tanto coniugio (*sc. Christi et ecclesiae*), ... niti debemus, quemadmodum -ae nostrae nobilitatem ... adprobemus. PS. AVG. serm. Rev. Bénéd. 41, 1929 p. 199, 55 de Christi -a gloriaris. *qui creati sunt ad imaginem dei*: AMBR. Noe 19, 69 quia dominus ... antiquae nobis -ae ... semen aliquod vel exiguum reservaret, ne penitus ... creaturae suae omne ... amputaretur insigne. AVG. c. mend. 3, 5 p. 477, 8 honorem animae ... et claritatem divinae -ae (prosepiae, pro sapientia *var. ll.*). *qui creati sunt e limo terrae*: ENNOD. opusc. 10, 5 p. 420, 21 *Adam peccando* ad -em ... revocatus (*antea*: de parente limo caeli civis effectus, ad originem ... detrusus est; *cf. gen. 2, 7. 3, 19*). **2** *rerum*: CHALC. comm. 298 providentia quidem est dei opus ..., caeca vero fortuitaque temeritas ex -a silvae (*antea*: matris silvae; *postea: silvam* matrem esse factam corporeorum ... deorum, *sc. stellarum*). PS. AVG. serm. 120, 1 -s impietatis per -em pietatis ablata est, stirps mortis per stirpem vitae. BACHIAR. fid. l. 268 illi fidei, quae ex patrum semine ... descendit et Abrahae ... -a nobilitatur et genere. MART. CAP. 7, 730 (*loq. Arithmetica deorum mater*) ⌊-am⌋ arcanae sortis originisque primordialem (⌊ ⌋ prosapientiam *var. l.*).

B *de generatione sectatorum*: AMBR. apol. Dav. I 17, 82 qui *dominus per vocationem gentium* ... fidei suae -am toto orbe diffunderet. epist. 5, 21, 1 illa patricia quaedam eorum *philosophorum* -a Platonis.

[prosapientia *v. p. 2168, 31.***]** *Galdi.*

prosapodosis *f., προσαπόδοσις.* *trad. litt. gr.* QVINT., CARM. *in arte rhet. significatur figura rationis reddendae* (*v. explicationes quae sequuntur*): RVT. LVP. 1, 1 -is: hoc schema duobus modis fieri ... potest; nam sententiis duabus aut pluribus propositis sua cuique ratio vel posterius reddetur vel statim sub una quaque sententia subiungetur (*inde sim.* QVINT. inst. 9, 3, 94). AQVILA rhet. p. 32, 16 -is, redditio: nomen haec figura ex eo accepit, quod idem nomen in postrema parte membri ... redditur, unde id membrum ... coepit (*sim.* MART. CAP. 5, 533 [proapodosis *var. l.*]). CARM. de fig. 112 *-ις*: est subnexio, propositis subnectere quaeque. SCHOL. Cic. Gron. D p. 304, 7 -is (*Stangl,* proantidosis *trad.*): tribus enim superioribus totidem infra rettulit.

prōsārius, -a, -um. *a* prosa *vel* pro(r)sus. *?scribitur* pross- CIL. *?***1** ars -a *de arte eius, qui textilia prorsa (i. recta) facit* (*si sequi libet editores et e. g. Heraeus, Kl. Schr. 1937, 15[1], qui addunt* GLOSS.[L] II

[Wieland]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Philox. PR 402, *de qua v. p. 2155, 18*): CIL XIII 2023 negotiatori artis ⌊-ae⌋ (*vel* -e *auct. ant., sed lapis truncatus hodie exhibere vid.* prossart).
2 *de oratione soluta, non poetica*: SIDON. epist. 3, 14, 1 meas nugas sive confectas opere -o seu poetarum stilo cantilenosas (9, 16, 4 si epilogis musicis o. -um clauserimus). 9, 13, 2 -o loquendi genere (*opp.* metrorum).

prōsāticus, -a, -um. *a* prosa (prorsus). *i. q. ad orationem prosam pertinens, sc. neutr. pro subst. de scripto prosaico*: VIRG. gramm. epist. 3, 24, 2 non tam doctis quam simplicibus ac -is exordium sumpsit haec scribendi consuetudo. *Wieland.*

1. prōsator, -ōris *m.* *a* 2. proserere. GLOSS. -r: genitor.
i. q. procreator, genitor: **1** *hominum*: IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 1, 90 alterum esse -em carnis ..., alterum seductorem ... voluntatis. MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 10, 2 in illis -bus generis humani (*de protoplastis ut*: p. 20, 28. *cf. de Adam*: p. 10, 21 poenam -is). *de deo conditore omnium*: COLVMB. HYENS. fabric. 1 altus -r, vetustus dierum et ingenitus erat. **2** *haereseos*: IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 1, 120 Manicheum -em sensuum tuorum.
f. **prōsatrīx,** -īcis. GLOSS. -x: genitrix. *Rebrik.*

[2. prōsātor, *a* prosa (prorsus), *vix recte coni. Huemer* VIRG. gramm. epist. 3, 33, 4 -es quique ac versidici (pueatres *trad.*, poetares *Stowasser*).]

prōsatus *v.* 2. prosero. **?prosbiter** *v. p. 1187, 25.*

?⟨pro⟩sc(a)enātōrem *aedificaverunt* (*?*) INSCR. Ber. Röm.-Germ. Komm. 40, 1959 p. 126 n. 8 (*titulus mutilus a. 253; nomen aedificii a* prosc(a)enium *derivandum suspicatur Nesselhauf ad l.*). *Wieland.*

†prosc(a)enium, -ī *n.*, *προσκήνιον*. *de origine v. l. 46.* *scribitur in titulis saepius* -scaen-, *e. g.* CIL II 183 (*a. 57*). XII 1375 (*cum apice* -scáen-), *sed* -scen- CIL XIV 2416 (*saec. II med.*). XIII 4132, 4 *et* 7 (*a. 198*). *al.; sim. in codd. vet.* -scaen- VERG. georg. 2, 381 (*MPR*). *al., in recc. etiam* -scen-. NOT. Tir. 106, 65. *gen. sing.* -ni *in titt.* CIL X 3821. XIII 4132, 7, *in cod. F* DIG. 50, 12, 8 *et in recc., sed* -nii *trad.* VITR. 5, 6 sq. (*quinquies*). APVL. flor. 18, 3. *legitur inde a* PLAVTO, VARRONE.
i. q. προσκήνιον: **1** *in theatro significatur fere pulpitum, in quo histriones sim. agunt* (*de spectatoribus l. 71*). *de -o et* scaena: *voces disting. saepius sub a, cf. l. 59 sq. 75. p. 2172, 8 sq., sed fere pro syn. adhiberi vid. l. 66, cf. et l. 69*; -um *fortasse vel simul vel praecipue de aedificio post pulpitum sito eiusve aedificii fronte accipiendum est e. g. l. 64. 67. 74, cf. quae testatur* CAPER *l. 39 sqq. ad rem v. Fensterbusch, RE XXIII 1287 sqq.*
a *definitiones sim.*: CAPER gramm. VII 104, 7 errant, qui -a appellant [id est scenam] operosam fabricam ex adverso (et adversae *trad.*) caveae, quae apud Graecos ... scaena diceba[n]tur. 104, 10 -a rectius pulpita (rect. pulp. -a *trad.*), quae ante scaenam sunt, appellabuntur ([appellabant(ur) *trad.*; *affertur* VERG. *l. 54*]. SERV. georg. 2, 381 -a ... sunt p. ante scaenam, in quibus ludicra exercentur [*sim.* SCHOL. Verg. Bern. *et* BREV. EXPOS. *ibid.*]. SERV. auct. *ibid.* GLOSS. -a: p. *cf. p. 2172, 1*). DIOM. gramm. I 414, 18 -um dicimus locum, qui est ante scaenam (GLOSS. V 324, 62. *addas l. 42 sqq.*). SCHOL. Verg. Bern. georg. 2, 381 scaena est dispositio columnarum ..., -um est autem spatium ipsum. GLOSS. -um: tabulae, ubi mimi aguntur. theatrum. -a: pars theatri. theatralia. *al.*
b *exempla varia*: **α** *de ludis agendis*: Ⓘ *cum respectu histrionum sim. vel fabularum*: PLAVT. Amph. 91 histriones ... in -o hic Iovem invocarunt (*in fabula quadam*). Poen. 57 argumentum hoc hic censebitur: locus argumentost suum sibi -um. Truc. 10. VARRO ling. 6, 58 *v. p. 1926, 56.* VERG. georg. 2, 381 *in honorem Bacchi* veteres ineunt -a ludi (*explicatur l. 42 sqq.*). PAVL. FEST. p. 105 *iambi* ex -o loquebantur. APVL. met. 3, 2, 9 me per -um medium velut quandam victimam publica ministeria producunt et orchestrae mediae sistunt. DON. Ter. Andr. 473, 4 ('Iuno Lucina *eqs.*') nota ... puerperas ... *non* alias induci loqui in -o, nam haec vox post scaenam tollitur (977 aliud in -o aliud p. s. rettulit. Eun. 615, 2. *al. apud eundem; cf.* Hec. 76, 1 servus ... in s. de -o respiciens). Eun. 967, 2 ut opportune in -um, *sc. prodeant actores. al. apud eundem.* DIOM. gramm. I 490, 5 (= SVET. frg. p. 14, 17). SYMM. rel. 9, 3 *ut* novis actoribus personarent Pompeiana -a. PRVD. ham. 368 per aerium pendens audacia funem ardua ... scandit -a (*vix recte de ipso fune accepit Stam, comm. 1940, ad l.*). Ⓘⓘ *cum respectu spectatorum*: PLAVT. Poen. 17 scortum exoletum ne quis in -o sedeat ..., dum histrio in scaena siet. SVET. Nero 12, 1 hos ludos spectavit e -i fastigio (*sim.* 26, 2 e parte -i superiore). PORPH. Hor. epist. 2, 1, 205 populus in ipsum ⟨prorumpit⟩ -um (*Hor. ibid.* in scaena). MARCELL. chron. II p. 95, 501, 3 *tot cives in tumultu theatrali* saxis ... et aquis ⌊-i⌋ amissos (pro scenis *cod. vet.*). *per metonymian transfertur ad spectatores*: CLAVD. 22, 403 Pompeiana dabunt quantos -a plausus!
β *de -i aedificatione, ornatu* (*cf. p. 2172, 16 sqq.*): LIV. 40, 51, 3 *Lepidus* theatrum et -um ad Apollinis *fecit* (CIL IX 3857. XI 2710. *cf. p. 2172, 12*). VITR. 5, 6, 1 (*de theatro conformando*) ibi finiatur scaenae frons, et ... parallelos linea ducatur, quae disiungat -i pulpitum et orchestrae regionem (CIL II 183 [*a. 57*] -um et orchestram cum ornamentis. INSCR. Année Épigr. 1978 n. 402 [*Italicae; saec. II?*] orchestram, -um, itinera, aras *eqs.*). 5, 7, 1 finitio -i (*sc. theatri graeci, ut ibid. ter*). INSCR. Année Épigr. 1990 n. 1030 (*Lepci Magna; a. 156/8*) -um ... exornatum dedicatum est. EPIST. imp. Aur. dig. 50, 12, 8 opus -i, quod se ... exstructurum promisit. APVL. flor. 18, 3 in auditorio ... spectari debet non ... -i contabulatio nec scaenae columnatio (CIL IX 4663 ⟨sc⟩aenam et prosc⟨ae⟩nium et por⟨ticum⟩. *cf. p. 2171, 75*). CIL XIII 4132, 4 (*a. 198*) proscen⟨ium c⟩um tribunali. 4132, 7. X 3821 redemptor -i. XII 1375 -um marmorib(us) ornari. COD. Theod. 15, 7, 12 pr. in aditu ... circi vel in theatri -is (INSCR. Alger. I 2107 [*a. 399/400*]. VITA Hil. Arel. 20 l. 12 ⌊-a celsa. *e suppl. dubio*: CIL II 478 [*a. 135*]. VI 55* [*v. ibid. p. 252* et Huelsen, Röm. Mittheil. 14, 1899, 251 sqq.*]).
2 *cetera exempla; spectat ad*: **a** *varias structuras* (*ante aedificia sim. erectas certe l. 23. 26 sq.*): **α** *in inscriptionibus* (*loci nonnulli ad 1bβ pertinere possunt; sed cf. Promis, Vocabuli lat. di architettura, 1876, 375 sqq.*): INSCR. Brit. 707, 9 (*aet. Antonini Pii*) aedilis vici Petu⟨ar(iensis)⟩ -um ⟨...⟩ de suo ⟨dedit⟩ (*cf.* dono dedit: CIL VI 406 [= 30758], 8 [*e templo Iovis Dolicheni; saec. III*] tabula(m) marmorea(m) cum -o et columnis. XIII 2462 deo Mercurio -um. 3450, 4 deo Apollini ... -um. INSCR. Année Épigr. 1929 n. 174 [*Germ. sup.*]). CIL XIV 2416 (*saec. II med.*) ⟨...⟩runt tetrastylum marmo⟨reum Fa⟩ustinae Aug(ustae) cum statua in -o. VIII 1862 (*ante a. 305*). XIII 5614 -um ... restituit. **β** *apud auctores*: Ps. PROSP. carm. de prov. 914 deserta ... defles atria et exustae -a diruta villae (*cf.* PAVL. epigr. 14 villae absumptaeque omnes vana in -a rupes).
b *locum ante tentorium*: VET. LAT. Iudith 10, 22 (cod. 130) *Holophernes* exivit de tabernaculo in -um (*gr. ἐξῆλθεν εἰς τὸ προσκήνιον, cod. 148. al.* exiit ante tabernaculum, *Vulg. deest*).
c *tabulatum navis*: FVLG. serm. ant. 29 stega est navis -um (prosten-, pos(t)cen-, piscen- *sim. var. ll.*) vel tabulatum, super quod nautae ambulant (*inde sim.* GLOSS. V 571, 26). *Castelli.*

proscariōsē: ⌊affabiliter vel iucunde⌋; cari, *sc. χάρις,* enim graece gratia dicitur GLOSS. (⌊⌋ *item ibid. cum var. l.* eff-). *adv. 'ex πρὸς χάριν nescio a quo fictum' Goetz ibid.* (*cf.* charitosus).

proscen- *v.* proscaen-. **[prōscendo** *v. l. 52.*]

[proscholasticus *v. l. 49.*]

proscholium, -ī *n.*, *προσχόλιον*. *scrib.* -scol-. *de loco quodam scholae anteposito, de eius vestibulo*: GLOSS. III 380, 66 in -o deposui birrum (*gr. προσχολίῳ*). NOT. Tir. 101, 8 (-linium *cod. H*).

proscholus, -ī *m.*, *πρόσχολος*. *scrib.* -scol- *vel* -scul- CAES. AREL. NOT. Tir. 101, 7 -us (-is *trad.*). *i. qui in proscholio subdocet magistro, subdoctor* (*cf.* GLOSS. antescholanus [-um *trad.*]: prostoscholus; *estne -ος an πρωτόσχολος ut Gloss. III 277, 32 [sine explicatione]? ad rem v. Heraeus, Kl. Schr., 1937, 93 sq.*): AVSON. 11, 22 (212 S.) tit. Victorio subdoctori sive -o. AVG. serm. 178, 7, 8 *quidam* tam pauper, ut -us esset grammatici (*hinc* CAES. AREL. serm. 140, 2 p. 552, 21, *ubi edd. vet.* proscholasticus). *Wieland.*

†prōscindo, -scidī, -scissum, -ere. [*a* pro *et* scindere; *similibus notionibus adhibetur vet. ind. verbum* pra-chid (= *lat.* pro-scid-). *cf. Delbrück, Vergl. Syntax I, 1893, 718. Fo.*] *scribitur in codd. hic illic* -scend-, *e. g.* VVLG. Is. 28, 24 ENNOD. epist. 2, 13, 4 p. 53, 19. NOT. Tir. 82, 76^{a} -it, -idit, -ssum. *de notione* (*cf. l. 68 sq.*): GLOSS. -o: *προσχίζω.* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2820 -ere: inrumpere. 2821 -ere: arare. 2822 sqq. (cod. Paris.) -ere: verba conicere (*sc. maledicta*). compellere. lacerare. increpare *eqs.* *legitur in poesi inde a* PLAVTO, LVCIL., ACC., *in prosa inde a* VARRONE, VAL. MAX., *saepe in re rustica.* [*dial. Comi et Vallis Tell.* prošénde(r), *raet. occ.* prusénda (*Puschl.*), prešénder (*Müst.*). *cf. M.-L. 6786. C. S.*] [*confunditur in codd. e. g.* -ere *cum* praescindere *p. 2173, 52. 57,* -ssus *cum* procisus *p. 2173, 74. 2174, 18; restituitur* -ssa *pro* praecisa GAIVS dig. 50, 16, 30, 2; *falsa var. l. pro* proiciunt ARATOR act. 2, 955.]
I *usu communi, sc. c. obi. quod afficitur fere i. q. scindere promovendo (aratro) vel progrediendo* (*v. autem l. 66*): **A** *strictius et technice in re rustica de prima aratione agri novalis cultuve vacantis* (*ita ut* terram -ere *p. 2173, 1 sqq. primitus fortasse significaverit terram promere scindendo, sc. facere ut campus scissus ostendat ipsam terram*). *explicat* VARRO rust. 1, 29, 2 terram cum primum arant, -ere appellant *eqs.* (*disting.* offringere *vel* iterare *et* lirare. *sim.* SERV. auct. georg. 1, 97). *pro syn. est* vervagere *p. 2173, 18 (cf. p. 2173, 26); disting.* arare *p. 2173, 41,* iterare *l. 69. p. 2173, 12. 25. 39. al.,* offringere *l. 69. p. 2173, 38,* tertiare *p. 2173, 12. 26; saepe pass., ceterum pro subi. sunt homines e. g. p. 2173, 5 sq. 11. 40. 41, iumenta p. 2173, 3. 8. 41, vomer p. 2173, 28. 34; passim c. abl. instr., e. g.* aratro *v. vol. II 400, 31 sq.,* ferro *p. 2173, 2. 4. 8. 10,* iuvencis *vel* bubus *p. 2173, 5. 13; c. abl. resultativo q. d. p. 2173, 7.*

[Fiedler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1 *accedit obi.*: PLAVT. Trin. 523 *eius agri* terra cum -itur, in quinc-to quoque sulco moriuntur boves (ACC. trag. 496 *ut boves* terras ferro ... -ant [*item -unt iumenta*: VARRO rust. 1, 19, 2 magnis viribus. 1, 30. OV. met. 7, 119 ferro. COLVM. 6, 37, 11. *al.*]. LVCR. 5, 209 aratris. VARRO rust. 1, 27, 2 t. rudem -ere oportet. VERG. georg. 2, 237 validis terram -e iuvencis. COLVM. 2, 10, 5 -emus t. -ssamque in liram revocabimus. 3, 13, 4 transversis adversisque sulcis. *al.*). LVCIL. 1044 succedere aratro ... et glebas ... -ere ferro (VARRO ling. 7, 74 *boves* glebarii, qui facile -unt g. *cogitare possis de obi. rei effectae coll. Varrone rust. 1, 32, 1* prima ... aratione grandes glebae ex terra scinduntur). LVCR. 5, 1295 *homines* ferro coepere solum -ere terrae (SEN. epist. 90, 21 -ssum aratro s. et iteratum. COLVM. 11, 3, 56 [*disting.* iterari ..., tertiari]. *al.*). VARRO rust. 1, 37, 5 quaedam si bubus et aratro -eris, et iterandum, antequam semen iacias. VERG. georg. 1, 97 *agricola* -sso quae suscitat aequore terga, rursus ... perrumpit aratro. OV. epist. 17, 139 quid ... -ere litus aratro ... coner? (*cf. Otto, Sprichw. n. 789*). SEN. dial. 7, 9, 2 in arvo, quod segeti -ssum est, aliqui flores internascuntur (COLVM. 7, 3, 20 aratro. PLIN. nat. 18, 174. *al.*). COLVM. 2, 2, 21 in -endis agris (11, 2, 8 [*syn.* vervagendi]. 11 capp. 2 p. 64, 7 [*errore fort. ipsius auctoris pro* stercorandis, *v. enim 2 capp. 24 et 2, 15 tit.*]. PLIN. nat. 18, 296 VLP. dig. 7, 1, 13, 2. *al.*). 2, 2, 25 bubulcum ... per -ssum ingredi oportet (*neutr. pro subst. ut*: PLIN. nat. 18, 181 fabam et viciam ⌊non -sso⌋ serere [⌊ ⌋ *nisi abl. absol.*]). 2, 4, 1 pingues campi ... -endi sunt anni tempore iam incalescente (2, 4, 3. SIDON. epist. 1, 6, 3 stivā). 2, 4, 8 quod iam -ssum est, iterare. 2, 10, 26 locum ... -ito circa Kalendas Octobris et eum ... putrescere sinito, deinde ... iterato ..., postea tertiato et occato (2, 17, 4. 11, 2, 32 [*syn.* vervacta fecimus]). 10, 318 -sso ... novali. *al.* LVCAN. 3, 192 (*enumerantur varii populi*) quorum ... labore ... vomer -it Iolcon. *al.* *in imagine* (*in explic. allegorica sacrae scripturae praeter l. 33; cf. proverbium l. 15*): AMBR. in Luc. 7, 168 (*ad 13, 8* dum fodiam circa illam *ficum*) dura cordis *Iudaeorum* ... apostolicis ligonibus esse findenda, ut ... sermo bis acutus ... corde -sso excitet sensum vigentem. ENNOD. opusc. 2, 15 p. 292, 14 in loquela vestra, quam scabro vomere velut agentes per devium aratra -itis. GREG. M. in Ezech. 1, 2, 3 l. 53 (*ad deut. 15, 19* non arabis in primogenito bovis) ut vomer linguae *iuvenis infirmi* ... -ere non audeat terram cordis alieni. moral. 22, 52 l. 30 (*ad Iob 31, 38* sulci) qui nullo ... exhortationis vomere -ssi quaedam bona ... proferunt. **2** *absolute* (*pass. impers. l. 39. 42*): VARRO rust. 1, 32, 1 arationes absolvi *oportet* ...; si -eris, offringi oportet, id est iterare, ut frangantur glaebae. COLVM. 2, 4, 11 si *antea* ... -itur. 2, 10, 33 non nulli prius, quam serant, minimis aratris -unt. 6, 16, 1 cum in -endo ... duriori solo ... obluctatur *bos*. PLIN. nat. 18, 176 prius quam ares, -ito; ... quidam ... ab aequinoctio verno -i volunt. PALLAD. 1, 6, 14.

B *laxius cum respectu*: **1** *itineris faciendi, procedendi; sulcatur:* *mare*: CATVLL. 64, 12 *Argo* simulac rostro ventosum -idit aequor (DRAC. Orest. 107 *Agamemnon* puppibus impositus -it cursibus a. CORIPP. Ioh. 1, 169 *rates* a. proris -unt). SIL. 8, 601 qui ... gravi remo ... paludosae -unt stagna Ravennae. DRAC. Romul. 10, 37 puppim ire per undosum -ssis fluctibus aequor. ENNOD. dict. 9, 1 p. 450, 20 qui ... remis ... freta -it. CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 63 *Phoenices* inmensa maria -entes (possidentes *var. l.; gr. πελάγη διαίροντες*). *terra*: SIL. 3, 449 spumanti Rhodanus -ens gurgite campos. *aer*: CLAVD. rapt. Pros. 1, 92 *Mercuri,* i celer et -e Notos (praescinde, pr⟨a⟩ecede, hinc et finde *var. ll.*). ENNOD. epist. 2, 13, 4 p. 53, 19 pernix aether acta nervis arundo -it. CORIPP. Ioh. 8, 13 *hirundo* tacitis -it ... aëra pennis.

2 *secandi, feriendi, lacerandi*: **a** *incorporaliter, sc. vituperando, exprobrando*: OV. Pont. 4, 16, 47 summotum patria ⌊-ere⌋, Livor, desine (⌊ ⌋ di-, prae-, me laedere *var. ll.; cf. 4, 16, 1* quid laceras Nasonis carmina?). VAL. MAX. 5, 3, 3 ut senatus ... mens *ingrata* ... leni querella prosequenda est, ita singulorum ingrata facta liberiore ⟨in⟩dignatione -enda sunt. 8, 5, 2 *M. Aemilius Scaurus quendam* accusatum testis -idit (*antea*: destricto testimonio insecutus est). PLIN. nat. 33, 6 *aurum* -ssum conviciis ab optimis quibusque (SVET. Aug. 13, 2 *Augustum* foedissimo c. coram -iderunt *captivi*). 36, 48 Mamurra Catulli ... carminibus -ssus (SVET. vita Lucani p. 51, 12 famoso c. cum ipsum *Neronem,* tum potentissimos amicorum gravissime -idit). SVET. Cal. 30, 2 in ... senatores ut ... delatores invectus est ...; equestrem ordinem ut scaenae harenaeque devotum assidue -idit (*item c. acc. praedic.*: SCHOL. Cic. Bob. p. 140, 23 Vatinium -it legum ... contemptorem). LACT. inst. 3, 28, 8 fortunae nomen acerrimis accusationibus -erunt. AVSON. 27, 13 (393 S.), 13 qui te securo possit -ere risu. SCHOL. Cic. Bob. p. 85, 7 mores. GRILL. rhet. p. 13, 16 -itur Hortensius, quod Verrem receperit. *al.* **b** *corporaliter; -untur:* *quercus*: LVCAN. 3, 434 *Caesar* ausus ... ferro -ere quercum *sacram* (*435* merso ... in robora ferro). STAT. Theb. 9, 595 multo ⌊-ssam⌋ vulnere ... *quercum* deposuisse comam (⌊ ⌋ procisam *var. l.*). *partes corporis, animalia*: STAT. Theb. 3, 332 cui *tauro vulnerato* colla suoque sanguine -ssisque natant palearibus armi (-ssique *var. l.*). 10, 439 magno -ssum vulnere pectus. APVL. apol. 40, 5 piscem cui rei nisi malae -isti? (41, 1). TERT. apol. 9, 10 sanguis de femore -sso ... exceptus. *loca*: TERT. adv. Marc. 4, 20 p. 484, 7 funditus -ssum et ... utrimque ... fixum *mare* (*exod. 14, 21*). IVST. 44, 3, 6 si quando fulgure terra -ssa est. DRAC. Orest. 484 *di,* rumpite tartareas -sso gutture fauces, mittite *Furias*. ENNOD. carm. 1, 7, 48 anchora -ssum mordeat unca solum.

II *notione peculiari*: **A** *c. obi. quod efficitur*: **1** *corporaliter:* *i. q. scindendo ducere*: ACC. carm. frg. 21, 1 bene -ssas ... porcas (*si sic iungendum contextu corrupto*). *i. q. scindendo separare, abscindere* (*cf. p. 2173, 9*): DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 31, 30 p. 406[D] *sculptor* primum ... lapidem a materia cognata -it, deinde ... adumbrat *formam* (*gr. ἀπέρρηξεν*). **2** *incorporaliter i. q. scindendo proferre*: VEN. FORT. Mart. 4, 45 *puella ab utero muta* incipiens tenero -ere verba rotatu.

B *p. p. p.* -ssus *pro adi. de ore oblongo speciem fere sulci praebente*: PHYSIOGN. 123 *qui ad canis* speciem referuntur, erunt acuti vultus, ⌊-ssi oris⌋, longi corporis (⌊ ⌋ procisioris *var. l., sed cf. p. 1529, 44 sqq.*).

deriv.: proscissio.

[prōscio *v. p. 818, 40.*]

prōscissio, -ōnis *f.* *a* proscindere. *i. q. actio proscindendi, sc. agros* (*cf.* ISID. orig. 17, 2, 5 -o est aratio prima, cum adhuc durus ager est [*inde* GLOSS.[L] I Ansil. PR 2848]): COLVM. 2, 12, 5 sesami sextarii sex tribus iugis a -e tolluntur, occantur operis quattuor *eqs.* 6, 2, 8 -e terrae. SCHOL. Stat. Theb. 4, 438 *Cadmi* aratoris -e. ENNOD. epist. 1, 6, 3 p. 14, 5 in ipso -is ... exordio.

prōscissus *v. l. 16.* **proscolus** *v.* proscholus. *Fiedler.*

[proscopēsis, *προσκόπησις. vox graeca in contextu lat. allata; v. Hier. in Ezech. 7, 5 'contritionem'* Aquila interpretatus est *-ιν*; *velut lat. agnoscit e. g. André, Emprunts et suffixes nominaux, 1971, 41.*] *Wieland.*

***prōscrībo,** -psī, -ptum, -ere. *a* pro *et* scribere. *scribitur* -screib- LEX Rubr. (CIL I[2] 592) 2, 47. 51, *p. p. p.* -scribt- *in codd. ant.* SCHOL. Cic. Bob. p. 109, 32 COD. Theod. 9, 42, 18. *al.* NOT. Tir. 6, 93 -it. 7, 5 -psit. *de notione*: CHAR. gramm. p. 306, 14 (*e Palaem.*) est ... -o palam et aperte scriptum pono, ut cum bona alicuius -o (*disting.* praescribo, *v. p. 828, 21*). GLOSS. -o: *προγράφω*. -psit: infiscavit, titulum posuit. II 269, 24 *δημεύω*: -o, populor. 451, 27 *ταμεύω*: fisco, -o. *al. legitur inde a* LEGE repetund. *al. et* CIC., *maxime in sermone iuris et apud rerum scriptores* (*sed deest e. g.* LIVIO); *in versibus non exstat nisi singulis locis* HOR. sat., MART., AVSON. *al.* [*confunditur in codd. imprimis c.* perscribere *vel* praescribere, *e. g.* CIC. fam. 7, 29, 1 VET. LAT. III Esdr. 1, 33, *cf. infra p. 2176, 59. 2177, 7 sqq. 65.*]

I *structura communi pro obi. est (vel menti obversatur) id, quod verbis proditur, sc. fere i. q. scribendo proponere, publicare, divulgare sim.* (*pro obi. est fere id, de quo agitur, scribitur [accedit praedicat. p. 2175, 6. 2177, 28. 29. 36], sed ipsum scriptum maxime l. 64 sq. 67. 70. p. 2176, 56. 2177, 42; c. obi. quod efficitur p. 2177, 47; pro obi. substituitur acc. c. inf. l. 74. p. 2176, 40. 48, enunt. secund. p. 2176, 54, orat. recta l. 70 [cf. p. 2176, 51]; absolute l. 57. p. 2175, 41. 46* [*in lusu verborum c.* scribere]. *2176, 65. 2177, 25. p. p. p. pro subst. masc. p. 2176, 5. 71, neutr. l. 56* [*cf.* GLOSS. -tum: *πρόγραμμα*]): **A** *technice in iure et in vita publica* (*laxius vel in imag. p. 2175, 46 sqq. 2176, 49. 74 sqq.*): **1** *pleno respectu publicandi, palam faciendi* (*rem explicat* VLP. dig. 14, 3, 11, 3 -ere palam sic accipimus claris litteris, unde de plano recte legi possit [*cf. l. 61. p. 2175, 5*], ... scilicet ... ante eum locum, in quo negotiatio exercetur. *ibid.* 4 -tum ... perpetuo esse oportet; ... si dominus quidem mercis -isset, alius autem sustulit aut vetustate vel pluvia ... contingit, ne -tum [prae- *F*] esset *eqs.*): **a** *-unt magistratus, imperatores* (*unde transfertur ad alios p. 2175, 46 sqq.; cf. p. 2176, 37*): **α** *generatim*: Ⓘ *res quaslibet*: LEX repetund. (CIL I[2] 583) 66 *praetor* apud forum, ubei de plano recte legi possitur, proscri⟨bito⟩ (*obi. desideratur*). inc. Tarent. (CIL I[2] 2924) 24 ⟨prosc⟩ripta propositaque apud forum fuerit (*sc. accusatio?*). CIC. Verr. II 1, 141 *praetor* locare incipit, non -ta neque edicta die (*item -itur dies*: 2, 129 Kalendas Martias). 5, 177 quam *legem* non is promulgavit, quo nomine -tam videtis (TAC. ann. 13, 51, 1 edixit princeps, ut leges cuiusque publici, occultae ad id tempus, -rentur). Att. 16, 4, 1 ut venationem ... -rent in II Idus Quintilis. LEX Irnit. 9 B 37 ea omnia (*sc. edicta, formulas sim.*) is *magistratus* quotidie ... proposita -taque habeto (*ibid.* 10 A 29. 37. 39. *adde l. 74*). CYPR. ad Donat. 10 p. 11, 19 *licet* publico aere praefixo iura -ta sint. IVST. 2, 12, 2 *Themistocles* saxis -i curat: 'quae vos, Iones, dementia tenet?'. DECRET. patron. Amitern. (Suppl. Ital. n. s. 9 p. 90 n. 35) 6 olim -tum ge⟨nus⟩ Salliorum patronatus (*exciditne* titulis*? cf. ibid.* 22 placet ... *Salliorum* benivola fama ... olim titulis patronatus pro⟨s⟩cripta hab⟨eri⟩). *c. acc. c. inf.*: CIC. Att. 4, 3, 3 *tribunus plebis* -psit, se per omnis dies comitialis de caelo servaturum. 9, 17, 1

[Pieroni]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Caesar senatum ... Kalendis velle se frequentem adesse etiam Formiis -i iussit. SVET. Iul. 49, 2 *v. l. 6.* Ⓘⓘ *homines nominandos eorumve nomina*: LEX repetund. (CIL I² 583) 38 *nomina iudicum* -ta proposita-que palam apud for⟨um *habeto*⟩ (Malac. [CIL II 1964] 1, 8 ita, u(t) d(e) p(lano) r(ecte) l(egi) p(ossint)). Malac. (CIL II 1964) 1, 12 qui ita -ti erunt. *c. praedicat.*: SVET. Iul. 49, 2 edicta Bibuli, quibus -psit collegam suum Bithynicam reginam eique antea regem fuisse cordi. TERT. coron. 14, 4 *Christus non* ante rex gloriae a caelestibus salutatus est, quam rex Iudaeorum -tus cruci (*A,* in crucem *var. l.,* in cruce *Iunius*). Ⓘⓘⓘ *res venales, auctiones*: CIC. leg. agr. 1, 2 *Rullus* -it auctionem publicorum bonorum (1, 4 audistis a. ... -tam a tribuno plebis. *cf. p. 2176, 41*). 3, 15 Italiae Siciliae ceterarumque provinciarum possessiones venalis ac -tas hac lege video. TERT. nat. 1, 10, 22 *deos* omni quinquennio inter vectigalia vestra -tos addi⟨citis⟩. HIST. AVG. Pert. 7, 10 (*8* auctionem rerum Commodi habuit) scurras ... -psit ac vendidit. COD. Iust. 10, 3, 6 (*a. 370*) si qui -ente ac distrahente fisco debitorum fiscalium emerint facultates. CASSIOD. var. 6, 3, 3 *praefectus praetorio* vacantia bona -it.

β *speciatim respicitur poena eorum, quorum bona publicantur (qui l. 23 sqq. etiam vita privari possunt, cf. e. g. l. 26. 28; ad notionem palam faciendi accedit color secundarius damnandi, perdendi, quem frustra separare temptaveris; ad rem v. Fuhrmann, RE XXIII 2441 sqq.)*: Ⓘ *-untur homines (ingenium sim. l. 52 sqq.)*: Ⓐ *usu verbali*: ① *bellis civilibus -untur, qui hostes publici iudicantur (fere aetate Sullae vel Octaviani praeter l. 29 sq.; exempla selecta inde a* SEN. *rhet.)*: ⓐ *strictius*: LEX Corn. (Cic. S. Rosc. 126) ut ... eorum bona veneant, qui -ti sunt. CIC. S. Rosc. 32 patrem meum, cum -tus non esset, iugulastis. Cluent. 25 sibi *quattuorviro Larinatium a Sulla* esse imperatum, ut ... *quosdam* -endos interficiendosque curaret (*sim.* 125). dom. 44 tribuno plebis potestatem dabitis, ut -ere possit, quos velit? Att. 7, 7, 7 ut ..., si victus eris, -bare, si viceris, tamen servias. SALL. Catil. 37, 9 *ii,* quorum victoria Sullae parentes -ti, bona erepta *erant.* NEP. Att. 10, 4 ut ... eos *Ciceronis amicos* vellet -ere *Antonius.* LIV. perioch. 120, 3 ut suos quisque *triumvir* inimicos -ret. SEN. contr. 4, 8 them. bello civili patronus victus et -tus ad libertum confugit. VELL. 2, 67, 3 Antoniùs L. Caesarem avunculum, Lepidus Paulum fratrem -erant (*item* FLOR. epit. 4, 6, 4). VAL. MAX. 6, 5, 7 cum eum *Sulpicium Rufum* -tum et in villa latentem a servo proditum comperisset *Sulla.* 6, 7, 2 Q. Lucretium -tum a triumviris uxor Turia *abdidit.* SEN. epist. 119, 6 propter illas *sapientis divitias* nemo -tus est (*cf.* PLIN. nat. 33, 145 multos ... ob eas *lances pretiosas* -tos dolo concupiscentium. 37, 81 propter quam *gemmam* ab Antonio -tus est Nonius [37, 82 Antoni ... luxuria propter gemmam -entis]). PLIN. nat. 7, 134 *fortuna quendam* servavit -tum a Sulla ..., sed iterum -tura. 7, 137 quod -ere tot milia civium ac trucidare potuisset *Sulla*? TAC. ann. 6, 51, 1 *Tiberius* -tum patrem exsul secutus *est.* FLOR. epit. 3, 23, 3 cum iure belli Sulla dictator -isset inimicos. MACR. Sat. 2, 4, 21 (*facete dictum* POLLIONIS *in Octavianum*) non est ... facile in eum scribere, qui potest -ere. *al.* ⓑ *laxius* (*cf. etiam p. 2177, 24 sq.*): CIC. leg. agr. 3, 14 *socer Rulli* fundos ... continuavit, cum usque eo vicinos -ret, quoad ... unam fundi regionem formamque perficeret (*sc. fecit, ut -rentur; cf. l. 28*). SEN. contr. 7, 2, 13 cum Antonium hostem iudicaret ..., non intellegebat se et Popillium -isse (*sc. Cicero ut*: suas. 6, 13 qui prior illum *Antonium* -isset. PLIN. nat. 7, 117). 10 praef. 6 si triumviris libuisset et ingenium Ciceronis -ere (*sc. edicentes, ut eius libri comburerentur; item*: suas. 7, 1 commentus est Antonius, quemadmodum, quod non poterat cum Cicerone ⟨-i, a Cicerone⟩ -retur. 7, 8 ille verus est Cicero, quem -i Antonius non putat nisi a Cicerone posse).

② *aetate imperatorum -untur, qui gravius quoddam facinus commiserunt (ita ut relegati bonis priventur, quae notiones distinguuntur l. 62. 67 sqq.; ipsa notio q. e. relegare intellegitur maxime l. 65 sq.)*: CYPR. epist. 55, 24, 2 episcopi ... in persecutione -ti. 66, 7, 3 qui *episcopi* vel, cum de medio recederent, -ti sunt vel adprehensi in carcere ... fuerunt. LACT. mort. pers. 39, 5 mulierem -it, bona eius rapit ..., ipsam ... in exilium relegat. FIRM. math. 3, 6, 8 propter malas administrationes vel publicas vel privatas -i. HIL. c. Const. 5 *Constantius praemiis ad defectionem impellens* non -it ad vitam, sed ditat in mortem. OPTAT. 3, 4, 12 sub Paulo et Macario aliquos necatos, a sequentibus eorum nescio quos ad tempus esse -tos (*cf.* COD. Theod. 7, 8, 10, 1 *praesidem provinciae* in tempore -i debere). LVCIF. Athan. 1, 27 l. 2 desine -ere, deportare, interficere eius *dei* servos (*in serie fere eadem*: 1, 35 l. 39. AMM. 14, 5, 9 -ti sunt plures actique in exsilium alii, nonnullos gladii consumpsere poenales. *al.*). AMM. 14, 8, 15 *Ptolomaeo* ob aerarii nostri angustias iusso sine ulla culpa -i. 28, 2, 13 cuiusdam primatis ut -i iussique interfici (*sim. distinguitur interfectio l. 65. 67 sqq. et e. g.* HIST. AVG. Gord. 7, 2 -ens plurimos, interficiens multos. COD. Iust. 2, 15, 2, 1 *reum,* si plebeius est, ultimo subdi supplicio, si clarissimus ... -endum deportandumque ... libertate privari). HIST. AVG. Pius 7, 3 publicatio bonorum rarior quam umquam fuit, ita ut unus tantum -retur affectatae tyrannidis reus. COD. Theod. 9, 42, 18 *quidam* -tus plurima rerum penes diversos reliquit. CANON. Turner II p. 304 rec. III (*al.*) *ne* episcopus ... -atur (*rec. II ibid.* episcopi ... res praescribi, *gr. Ioh. Schol. tit. 4, 1* δημεύεσθαι). *al.*

Ⓑ *usu nominali, sc. p. p. p.* prōscrīptus *pro subst. masc. i. q. damnatus publicatione bonorum (cf. l. 72; usu pro adi. maxime l. 21. 25; cf.* ISID. orig. 5, 27, 30 -us quia palam scriptus. 10, 217 -us, cuius bona palam et aperte scribuntur. GLOSS.ᴸ Ansil. PR 2852 sq. -orum: exiliatorum [*i.* exula-]. damnatorum [*cf. l. 18*]): CIC. S. Rosc. 32 patrem meum ... occisum in -orum numerum rettulistis (SALL. Catil. 51, 33 uti quisque domum ... aliquoius concupiverat, dabat operam, uti is in -orum n. esset. NEP. Att. 10, 4. *al.; aet. imp. posteriorum*: COD. Theod. 9, 40, 20 si quis ex -orum n. ... *urbem* intraverit, deportatione plectetur). 145 ne quando liberis -orum bona patria reddantur (152. VELL. 2, 43, 4 revocati ad ius dignitatis -orum l. SEN. dial. 4, 34, 3. *al.*). Verr. II 1, 38 *Sulla Verri* bona quaedam -orum ... diripienda concessit (Sest. 65 cum ... de b. -i [-o, -tio *codd.*] ferretur. SALL. or. Lep. 18. hist. frg. 1, 49 venditis -orum b. VELL. 2, 28, 4. COD. Theod. 9, 42 rubr. de b. -orum seu damnatorum. 9, 42, 12 -orum b., quae fisco iusserat Tatianus adnecti, ... reddi praecipimus. *al.*). 1, 123 contra legem Corneliam ..., quae -um iuvari vetaret (*postea*: erat iniquum homini -o egenti ... quicquam dari). *al.* SALL. or. Phil. 6. hist. frg. 3, 83 *quidam* senator ex -is (LIV. perioch. 92, 4 plurimos ex amicis et secum -is ... occidit. SEN. contr. exc. 4, 8, 2 unus ex -is fuisti. VELL. 2, 30, 1. *al.*). NEP. Att. 11, 1 cum -os praemiis imperatorum vulgus conquireret. LIV. perioch. 89, 8 C. Norbanus consularis -us ... ipse se occidit. *al.* SEN. contr. 6, 4 them. -um uxor secuta est. *al.* VELL. 2, 67, 2 fuisse in -os uxorum fidem summam, ... filiorum nullam. *al.*

Ⓘⓘ *-untur bona: civitatium (usu laxiore)*: CIC. Att. 16, 16ᵃ, 2 Buthrotium *tributum quoddam recusantium* agrum -tum vidimus. PHOC. carm. de Verg. 98 *Augustus* -psit ... rura Cremonae. *damnatorum*: PLIN. epist. 8, 18, 5 *ut Domitius Afer cuiusdam* bona -enda curaverit ([*cf. 6 eum* numero civium excidit]. SYMM. epist. 5, 54, 5. HIST. AVG. Avid. 7, 6 senatus illum *Cassium* hostem appellavit bonaque eius -psit. NOVELL. Theod. 3, 5 cernat ... b. sua -ta poenae mox sanguinis destinandus *reus. al.*). INTERPR. cod. Theod. 9, 41, 1 privatas facultates fisci nomine -ere (9, 42, 15).

b *-unt privati (qui agunt iussu magistratus l. 57. 62 sqq. 71)*: **α** *quilibet (fere venditurі vel locaturi; usu generali l. 53. p. 2174, 54); pro obi. est*: Ⓘ *argumentum, id de quo agitur (subauditur e contextu l. 46)*: CIC. Quinct. 15 auctionem ... Quinctius Narbone se facturum esse -it (*cf.* Att. 13, 37, 4 de auctione -enda [PETRON. 38, 16 hoc titulo auctionem -psit: '...']). 16 *Quinctium* non ita commode posse eo tempore, ⌊quae⌋ -isset, vendere (⌊ ⌋ quo *var. l., sed cf.* 20 ut ea, quae -erat, venirent). Tull. 16 *Fabius* fundum -psit (fam. 9, 25, 3). rep. 3, 29 (*si ad verbum attulit* Lact. inst. 5, 16, 5) si *quis* habeat servum fugitivum vel domum ... pestilentem ... et ideo -at, ut vendat. off. 3, 66 Claudium aedes ... -isse (3, 68). Att. 4, 2, 7 Tusculanum -psi. 12, 49, 3 horti quam in diem -ti sint. ad Q. fr. 2, 5, 3 *Racilius* tabulam -psit, se familiam Catonianam venditurum (*vix ad IIA*). *al.* CVRIVS Cic. fam. 7, 29, 1 (*in comparatione*) si inter senes comptionalis venale -pserit *mancipium.* PETRON. 38, 10 proxime ⌊cenaculum⌋ hoc titulo -psit: '...' (⌊ ⌋ cum *trad., quod aegre defenditur, si confertur l. 41*). PLIN. epist. 7, 11, 1 hereditarios agros. 7, 27, 6 *domus* -batur ..., seu quis emere, seu quis conducere ... vellet. VLP. dig. 14, 3, 11, 2 de quo palam -tum fuerit, ne cum eo contrahatur, is praepositi loco non habetur. 16, 3, 1, 10 quid habuerunt -tum (*sc. in conducto et locato; ibid. iterum*). Ⓘⓘ *ipsum opus scriptum*: CIL X 3334, 7 (*saec. II²*) *possessor* meruit sententiam *subpraefecti,* quam iussu ... subpraef(ecti) huic titulo -psit (*seq. eius verba; 'dicendum fuit aut* huic t. subscripsit, *aut* hoc t. -psit' *Mommsen ad l.; vix pro* praescripisit).

β *creditores (rem explicant e. g. Kaser-Hackl, Zivilprozeßrecht, 390 sqq.)*: Ⓘ *-untur bona debitoris vel pignora*: CIC. Quinct. 25 postulat a Burrieno praetore Naevius, ut ex edicto bona possideri liceat; ⌊ius sit⌋ bona -i ([⌊ ⌋ *Platschek per litteras,* iussit *edd.*]. Phil. 11, 13. *al.* Q. CIC. pet. 8 GAIVS inst. 3, 220. *al.; iungitur c.* possideri *supra p. 113, 41 sqq.*). 61 cum -bas (*absolute, nisi subaudias* bona). TAB. cer. Pomp. Camodeca 85 pag. 3, 6 fiducia -i coepta est ex XVII k(alendas) Octo(bres) (90 pag. 3, 4. *al. ibid.*). VLP. dig. 47, 10, 15, 32 si quis pignus -pserit venditurus (COD. Iust. 8, 27, 4 [*a. 225*] hypothecas sive p. 8, 33, 3 pr. publice -tum).

Ⓘⓘ *-untur debitores sim., qui solvendo non sunt ideoque possessione pelluntur*: SEN. benef. 4, 12, 2 suspensis amici bonis libellum deicio creditoribus eius me obligaturus; ut possim servare -tum, ipse proscriptionis periculum adeo (*masc. pro subst., sed vix ad l. 5*). SCHOL. Cic. Bob. p. 128, 12 columna ... Maenia, aput quam debitores a creditoribus -bantur. *in imagine*: AVG. epist. 93, 19 provisioni *legum, quibus Donatistae possessione pulsi sunt,* contradicere debui, ne res *vestras* ... perde-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

retis et ... Christum -retis? EVSEB. GALLIC. hom. 15, 6 *diabolus* hominem, quem violentus tenebat, -tus amisit; -tus, inquam, nam statim in ipso homine, quem redemptio in ius originale revocavit, titulos suos Christus affixit (*postea*: superbus -i meruit).

2 *evanescente respectu publicandi -itur non populo sed singulis vel paucis (nota dat. singulorum l. 9. 14), ita ut fortasse vi deflexa sit i. q. scribere legitime, iuste sim., nisi cogitare malis de confusione praeverbiorum*: **a** *de magistratu praefiniente condemnationem certae pecuniae*: FEST. p. 356 arbitro ... cum ⌊-itur⌋, quoad ei ius sit statuendi, taxatio dicitur, quae fit certae summae (⌊ ⌋ prae- *Mommsen; v. Broggini, Iudex arbiterve, 1957, 23 et cf. supra p. 824, 75sqq.*). **b** *de privatis scribentibus: rationes pecuniae acceptae vel expensae* (perscribere *coni. Mommsen utroque loco; cf. vol. X 1, 1671, 12sqq.*): PAPIN. dig. 40, 7, 34, 1 si heres ... donare se ea *reliqua* statulibero ... -at, aut etiam litteris ad eum missis palam faciat. VLP. dig. 26, 7, 9, 7 tutor ... se ... mutua pecunia poterit obligare sibi mutuam -endo. *leges pacti donationisve*: PAVL. dig. 17, 2, 71 pr. de ea re, quae voluerunt fieri, in pacto convento societatis -erunt (*F*, per- *recc. aliquot, Mommsen; cf. vol. X 1, 1671, 35sqq.*). EDICT. imp. Constant. frg. Vat. 249, 5 nomen donatoris ius ac rem notans ⌊-at[ur]⌋ (*inde brevius Cod. Theod. 8, 12, 1, 1* notari oportet; ⌊ ⌋ '*praestat* perscribat' *Mommsen; cf. vol. X 1, 1671, 55sq.*).

B *vario usu (luditur cum notione technica l. 24sq., cf. l. 37); divulgatur*: **1** *id, de quo scribitur: infamando*: SEN. suas. 7, 8 *tu, Cicero,* uno -tus saeculo -es Antonium omnibus. SEN. dial. 6, 26, 1 illo ingenio, quo civilia bella deflevit, quo -entis in aeternum ipse -psit *Cordus.* PS. QVINT. decl. 12, 3 (*loq. cadaveribus pasti*) in omnes gentes, in omnia ventura saecula -ti sumus, omnes haec prodigia narrabunt. HIL. c. Aux. 12 *Auxentius* haereticum me ... publico titulo -at. *quolibet modo*: TERT. anim. 24, 1 *Plato animam* dicit immortalem ...; quid amplius -ret animam, si eam deum nuncuparet? pudic. 14 p. 249, 9 (*respicitur II Cor. 2, 6sqq.*) venia fit plane, sed incertum cui, quia nec persona nec causa -itur. resurr. 18, 4 (*in imag.*) quonam titulo spes ista *resurrectionis* -ta sit (*postea*: edictum dei). VET. LAT. III Esdr. 1, 33 haec ... -ta sunt in libro historiarum regum Iudaeae (prae-, per- *var. ll., gr. I Esdr. 1, 31 ἀναγέγραπται*). Gal. 3, 1 (cod. 75. *al., sim.* VVLG.) Galatae ..., ante quorum oculos Iesus Christus -tus est in vobis crucifixus (*sc. palam factus oculis mentis, gr. προεγράφη, cod. 77. al.* prae-, *v. p. 826, 37sqq.; notione iuris explicat locum* MAR. VICTORIN. in Gal. 3, 1 -tus Christus est, id est bona eius distracta et vendita sunt. *sim. e. g.* AMBROSIAST. *et* AVG. in Gal. 18, 1). SCHOL. Cic. Bob. p. 89, 12 ut in se ingenium sobriae virtutis, in Clodio indicia foeditatis et dedecora -at *Cicero.* CE 596, 4 in hoc titulo -ere laudes.
2 *ipsum opus scriptum* (*ab eo, qui composuit l. 47*): SVET. Nero 39, 2 *carmina* multa graece latineque -ta aut vulgata sunt, sicut illa: '...'. GELL. 15, 4, 3 ut vulgo per vias urbis versiculi -rentur: '...'. CIL III 8011 (*saec. II/III*) *Baebatius hic* s(itus) e(st); ⌊-tus⌋ per Baebatiam Gam(i)cen co(n)i(ugem) (⌊ ⌋ *sc. titulus?*). SCHOL. Cic. Bob. p. 171, 6 post eiectum Ciceronem velut criminum eius elogia -erat Clodius et easdem tabulas in vestibulo domus suae fixerat.

II *structura inversa pro obi. est quod afficitur*: **A** *scriptura, sc. fere i. q. palam inscribere: proprie* (*cf. p. 2176, 48*): PETRON. 107, 6 servitia ... in frontibus cernitis et vultus ingenuos voluntaria poenarum lege -tos. TERT. anim. 13, 2 faciem ... operis frontemque materiae 'de anima' unusquisque -psit *auctor* (*neque 'de animo'*). *?translate, sc. excusando sim.*: TERT. nat. 1, 10, 24 maiestas *deorum* prostituitur in quaestum, ⌊negotiatio religione⌋ -itur (⌊ ⌋ *cod.,* negotiatione religio *Rigaltius, ut spectet ad B*).

B *quasi poena proscriptionis, sc. fere i. q. damnare, perdere* (*cf. p. 2175, 18*): **1** *animantes eorumve statum*: PETRON. 101, 11 *si egredi conabimur non opertis capitibus,* quid erit aliud, quam se ipsos -ere? 106, 4 (*verba Tryphaenae*) se ... grandi vexatam iniuria ..., cuius pudoris dignitas in contione -ta sit. HIST. AVG. Car. 21, 1 ne patrimonia sua -tis legitimis heredibus mimis ... deputarent. SALV. gub. 5, 17 *Romani* se invicem exactione -unt (*cf. ibid.* plurimi -untur a paucis, quibus exactio publica peculiaris est praeda). *?***2** *actiones prohibendas* (*nisi cogites de verbo* praescribendi *coll. p. 829, 45*): SCAEV. dig. 40, 7, 40, 7 testatore ... moram eorum *heredum* -ente. CONC. Reg. a. 439 p. 68 l. 112 in castellis ac vicis ... liceat, quod in civitatibus omnino -itur (*pars codd., ed.,* prae-, perscribetur *var. ll.; cf. ibid. p. 67 l. 86* ne umquam in civitatibus ... offerre praesumat).

III *notione novata i. q. scribendo anteponere* (*cf. p. 2176, 59; aliter de actione praescribendi fort. l. 9. 65*): VIRG. gramm. epit. 2, 2, 5 u ... aliquotiens liquiscit, cum ⌊ab⌋ alia diciosiore -atur, ut 'vatis' (⌊ ⌋ *respectu potius loci vel ordinis quam auctoris*).

deriv.: proscriptio, proscriptivus, proscriptor, proscriptura, proscripturio.

prōscrīptio, -ōnis *f. a* proscribere. *scribitur* -scribt- *in codd. ant.* LACT. epit. 57, 2 COD. Theod. 9, 42, 15. *al. de notione*: ISID. orig. 5, 27, 30 -o exilii procul damnatio, quasi porro scriptio. GLOSS. -o: *προγραφή. δήμευσις. ταμίευσις.* bonorum amissio. *legitur in soluta tantum oratione inde a* CIC. [*confunditur in codd. c.* praescriptio *vel* perscriptio *p. 2179, 33 et e. g.* HIER. epist. 118, 5, 5.]

i. q. actio proscribendi vel id quod proscribendo palam factum est (*notionem propriam scripturae v. p. 2179, 42 [cf. p. 2179, 4], metonymias v. l. 51; acced. gen. obi. l. 22. 73. al. [cf. pron. poss. l. 39. 48. 49], subi. l. 30. 50. p. 2179, 41. al. [adi. pro gen. l. 18. 29. 32. 38]; oxymoron* tacita -o *p. 2179, 39; luditur cum* circumscriptio *p. 2179, 34* [*cf. p. 2179, 19*]):
I *in iure et in vita publica (iunctura abundanti* -o publica *p. 2179, 15); respicitur*: **A** *poena publicationis bonorum (vel etiam supplicii sub 1, cf. e. g. l. 31. 34. 47), qua afficiuntur*: **1** *qui aetate bellorum vel dissensionum civilium hostes publici iudicantur*: **a** *strictius* (*cf. p. 2175, 23sqq.; exempla selecta inde a* CIC.): CIC. S. Rosc. 125 lege, quae de -e est, ... bona Sex. Rosci venire qui potuerunt? 128 esse in lege quam ad diem -es venditionesque fiant. Verr. II 1, 43 tempus Sullanarum -um ac rapinarum (VAL. MAX. 5, 3, 3 *Caesarem Vopiscum* Cinnanae -is tempore profugum. SVET. Aug. 70, 2). Catil. 2, 20 desinant furere ac -es et dictaturas cogitare. parad. 46 -es locupletium, ... caedes municipiorum (SALL. Catil. 21, 2. *item c. gen. obi. personae*: or. Lep. 17 -em innoxiorum ob divitias. NEP. Att. 12, 4 equitum. VAL. MAX. 7, 6, 4 civium. *al., e. g. l. 40*). Att. 11, 6, 2 ut non nominatim sed generatim -o esset informata *a Pompeianis.* LIV. perioch. 88, 2 *Sulla* tabulam -is posuit (SEN. contr. exc. 4, 8, 1 profer tabellas illas *sponsionis* -is t. crudeliores. suas. 7, 1. FIRM. math. 1, 7, 32 *Sulla* in -um tabulis etiam mulierum ... nomen adscripsit. *al.*). 120, 4. SEN. contr. exc. 4, 8, 2 restitutio tibi -em remisit. VAL. MAX. 7, 3, 6 -e Sullana (SEN. dial. 1, 3, 7 FLOR. epit. 4, 6, 3. *al., v. iam l. 18 et cf.* SEN. dial. 4, 2, 3 Sullae -em). 9, 2, 1 quattuor milia et septingentos dirae -is edicto iugulatos (SEN. clem. 1, 9, 3). SEN. benef. 2, 11, 1 *quidam* triumvirali -e servatus (QVINT. inst. 12, 10, 13 t. -e consumptus est *Cicero.* LACT. inst. 2, 4, 36). 5, 16, 3 *Sulla* -em commentus est, ... ut, qui civem Romanum occidisset, inpunitatem, pecuniam, ... acciperet. *al. de lege Clodia, qua Ciceroni aqua et igni interdictum est*: CIC. p. red. in sen. 8 totam illam ... -em, non legem putavit *consul designatus* (*cf.* Pis. 30 illam legem non putabatis, quae erat ... integri capitis bonorumque tribunicia -o). dom. 58 -em non dicam in me ..., sed omnino in ullo cive comprobavissent *tribus*? Sest. 133 illius meae -is. prov. 45 -em capitis mei ... salvis auspiciis rogatam esse (*adde l. 37*). *al.*

b *laxius et tropice*: **α** *transfertur ad damnationes similes*: CIC. S. Rosc. 153 cavete ..., iudices, ne nova et multo crudelior per vos -o instaurata esse videatur (Verr. II 5, 153 [*151* ex Hispania fugientes se ... supplicio adfecisse dicit] te ... coarguit tua defensio ... inauditae crudelitatis et paene n. -is). Planc. 87 *ordinem equestrem Gabinius* consul -is denuntiatione terrebat (*hyperbolice; respicitur relegatio Lamiae, de qua v. e. g. Sest. 29*). SEN. contr. 7, 2, 11 (*verba Popilii*) Ciceronis -o fuit occidi, mea occidere. suas. 7, 8 *Ciceronis* ingenium ..., perpetuam Antonii -em (*eiusdem*: 7, 9 suam). PLIN. nat. 33, 50 *Antonius matella aurea utebatur*; o dignum -e, sed Spartaci (*cf. 33, 49* interdixisse castris suis Spartacum, ne quis aurum haberet). **β** *per metonymiam significatur: carmen de -e*: SEN. suas. 6, 27 *Sextilius Ena* -em (*sc. Ciceronis*) recitaturus in domo Messalae Corvini Pollionem Asinium advocaverat. *gemma pretiosa, -is causa*: PLIN. nat. 37, 82 Noni contumacia -em suam amantis (*anulum secum ferentis; cf. p. 2175, 40*).

2 *qui aetate imperatorum gravius quoddam facinus commiserunt* (*cf. p. 2175, 56*): **a** *vario usu*: CYPR. epist. 66, 4, 1 *persecutio* me ... -is onere depressit, cum publice legeretur: 'si quis tenet ... de bonis ... Cypriani'. PONT. vita Cypr. 7, 1 pro talibus meritis etiam -is gloria consecuta est. ARNOB. nat. 1, 64 *reges vestri* -bus, exiliis, caedibus nudant nobilitatibus civitates (*item distinguitur*: AMM. 26, 10, 14 -es et exilia ... viri pertulere summates. COD. Theod. 9, 42, 20 *ne* supplicium exilii pariter et -is sustineant. *al.; cf. e. g. p. 2179, 2sq.*). LACT. inst. 6, 12, 35 (*sim.* epit. 57, 2) *bona tibi* eripiet aut ... latrocinium aut existens repente -o. mort. pers. 7, 4 condemnationes ... et -es frequentes. FIRM. math. 3, 4, 32 -es et condemnationes. AVR. VICT. Caes. 39, 15 exilio, -i atque etiam suppliciis et caedibus modum fieri (*item distinguitur poena capitis*: HIST. AVG. Sept. Sev. 8, 3 amicos Iuliani incusatos -i ac neci dedit. COD. Theod. 9, 42, 5 -e ..., damnatione capitali. BOETH. cons. 1, 4, 36 morti -ique damnamur. *al.; cf. e. g. p. 2179, 1*). SYMM. epist. 3, 73 *quidam* subsidia vitae ... infortunio -is amisit. RVFIN. hist. 6, 2, 13 census paternus ... fisco ⌊per -em⌋ sociatus est (⌊ ⌋ *om. gr.*). COD. Iust. 1, 46, 3 (*a. 443*) -is poena pro parte bonorum tertia constringatur. *al.* **b** *c. gen. obi.: bonorum publicandorum*: ARNOB. nat. 2, 76 (*inter varia mala*) -em bonorum, ... bella, ... servitutes (HIST. AVG. Tac. 9, 3 capital ... cum b. -e. COD. Theod.

[Pieroni]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

16, 4, 4 b. -e multentur. 16, 10, 23 paganos ..., quamvis capitali poena subdi debuerint, b. -o ac exilium coercebit. *al.*). COD. Theod. 6, 30, 17 avaritiam ... -e omnium facultatum ac deportatione plectendam. Iust. 1, 3, 15 (*a. 404*) -is domus periculo imminente. *tituli proponendi*: COD. Theod. 15, 2, 4 fundum fiscalis tituli -e signatum privatis rebus nostris adgregandum *esse.*

B *missio in bona debitoris, qui solvendo non est (vel distractio rerum eius)*: **1** *strictius*: CIC. Quinct. 56 etiam si desertum vadimonium esset, tamen in ista postulatione et -e bonorum improbissimus reperiebare (Catil. 2, 21. p. red. in sen. 11 neque vim praetoris nec multitudinem creditorum nec b. -em effugere. TERT. apol. 4, 9). SEN. benef. 4, 12, 2 -is periculum adeo (*v. p. 2176, 71*). AMBR. Tob. 11, 38 (*antecedit p. 2081, 32*) *creditor* alios -i addicit, alios servituti. COD. Theod. 10, 17, 2 quas *res* eos patuerit decursis hastis et -e habita comparasse *a fisci debitoribus* (*cf. l. 27*). Iust. 8, 33, 3 pr. in pignoribus ... -o publica et annus luitionis ... introducti sunt. **2** *laxius et in imagine de qualibet actione spoliandi, deiciendi de possessione (nisi potius sec. A2 explices l. 23 sqq.)*: ZENO 2, 1, 17 mugitibus alienis quaeritur lucrum et -o industria vocitatur (*postea*: legum circumscriptionibus). AVG. epist. 93, 21 ad istam -em Christi hereditatem perducere (*sc. ut pauci eam possideant, quae ad omnes pertinet*). in Gal. 18, 5 (*ad p. 2177, 36*) haec -o non obest Christo, qui ... dominus est omnium, sed ipsi possessioni, quae huius gratiae cultura caret. SALV. gub. 4, 21 quid est ... aliud dignitas sublimium quam -o civitatum, aut quid aliud ... praefectura quam praeda? (*respicitur exactio publica ut*: 5, 25 eorum -bus et rapinis, qui *eqs.* 5, 28 qui adsiduum ... exactionis publicae patiuntur excidium, quibus imminet semper gravis et indefessa -o [*an* indefensa -o, *sc. a fisco facta ut l. 14?*]). 7, 71 -es ... orfanorum, viduarum afflictiones.

C *quidlibet palam faciendum*: **1** *res venales; pertinet ad: emptionem praediorum sec. ius Graecorum factam (quae instrumento quodam publico eget; cf. gr. καταγράφειν, προγράφειν et v. e. g. Pringsheim, Greek Law of Sale, 1950, 233, Weiss, RE Suppl. III 854, 37 sqq.; ubique var. l. est* prae- *vel* perscriptio): CIC. Flacc. 74 *Deciane,* emptiones falsas, praediorum -es cum mulierculis aperta circumscriptione fecisti. *ibid.* irritae *sunt* venditiones, irritae -es; num restituis? defers ad Pergamenos, ut illi reciperent in suas litteras publicas praeclaras -es et emptiones tuas. 76 Pergameni -es, quas tu afferebas, repudiaverunt. *redemptionem virginum (usu laxiore)*: HIER. epist. 130, 7, 9 (*8* avidissimis ... Syris ... puellarum nuptias vendere) cur tantarum secum pudicitiam tacita -e mercata sit *Proba a comite Africae.* **2** *nomina decurionum*: MOD. dig. 50, 2, 10 sola albi -e minime decurionem factum, qui secundum legem decurio creatus non sit. **3** *ipsa scriptura tabulae*: VLP. dig. 14, 3, 11, 4 si per id temporis, quo *proscriptum* propositum non erat, vel ⌞obscurata -e⌟ contractum sit (⌞ ⌟ *sc. per vetustatem, pluviam sim.*).

II *vario usu*: TERT. nat. 1, 14, 1 *quidam* pictura⟨m⟩ in nos pro⟨posuit⟩ sub ista -e: '⌞onocoetes⌟' (*cf. apol. 16, 12* cum eiusmodi inscriptione). pudic. 5 p. 226, 24 moechiam (*exod. 20, 14*) ... principalium ... delictorum -e signatam. *Pieroni.*

prōscrīptīvus, -a, -um. *a* proscribere (proscriptus). *i. qui condicione proscripti praeditus est, sc. vi praeverbii deflexa pro* praepositivus (*cf. p. 2177, 70*): VIRG. gramm. epit. 2, 2, 2 *vocales mobiles* aliquoties fortes, nonnumquam -ae videntur ut a, o, u (*postea*: cum ... e eam subsecuta fuerit, a infirmis habebitur, ut 'aes').

prōscrīptor, -ōris *m.* *a* proscribere. *i. qui proscribit (iuxta subst., ut vergat in usum adi.)*: PLIN. nat. 7, 56 (*antea: fraudator quidam* Antonio iam triumviro ... vendidit *pueros*) ut ille -r animus, modo et contumelia *fraudis* furens, *acquiesceret.*

prōscrīptūra, -ae *f.* *a* proscribere. *i. q. proscriptio*: NOT. Tir. 7, 10[a] -a (*add. codd. pauci ad* perscriptura).

prōscrīpturio, -īre. *a* proscribere *finxisse vid.* CIC. *i. q. proscribere velle*: CIC. Att. 9, 10, 6 sullaturit animus eius *Pompei* et -it iam diu (*cf.* QVINT. inst. 8, 6, 32 vix illa *verba ficta,* quae *πεποιημένα* vocant, ... nobis permittimus, qualia sunt [ut] sullaturit et -it).

prōscrīptus *v.* proscribo. **prōsculcātor** *v.* proculcator.

[prōsculpo *v. vol. VII 1, 1852, 74.***]**

prōscultātor *v.* proculcator.

prōsculto, -ātum, -āre (*depon. p. 2180, 8?*). [*retrograde a* proscultator, *de quo v.* proculcator; *aliter Flobert, Verbes dépon., 1975, 221. Fo.*] GLOSS. V 325, 13 -are (proc- *trad.*): explorare, secrete requirere (*spectat fort. ad p. 2180, 5 ut*: GLOSS.[L] V Aa P 1568 -are: explorare. *cf. ibid.* E 974 explorare: exquirere, cognoscere, prospicere, -are [pro ⟨au⟩scultare *ed., vix recte*] seu inquirere [*sim. ibid. in adnot.*]). 476, 64 -ti: prospecti (*ad p. 2180, 8?*). [*vix recte Rönsch, Collect. phil., 1891, 310 sqq. restituit* MIN. FEL. 5, 5 (stuprari *trad.,* stuprare *vel* suspicari *edd. plerique*) *et* GLOSS. IV 304, 57 (ad praestolandum [*vel* pro-] *codd.*).**]**

i. q. explorare, speculari sim. (fere oculis, nisi etiam ad aures pertinet l. 5): VET. LAT. Ioh. 20, 5 (cod. 3) *Iohannes* venit ... ad monumentum et -ans videt posita linteamina (*gr. παρακύψας, cod. 2* prospiciens, *Vulg.* cum se inclinasset). Gal. 2, 4 (Aug. in psalm. 40, 8. *al.*) qui *falsi fratres* subintroierunt -are libertatem nostram (*gr. κατασκοπῆσαι, Mar. Victorin.* auscultare, *Vulg.* explorare). *loco dubio*: VET. LAT. psalm. 91, 8 (cod. 325; *sim.* 303. 326) dum exurentur (*pro* exorien-*? gr. ἐν τῷ ἀνατεῖλαι*) peccatores sicut faenum et -ti sunt omnes *iniqui* (*depon. agnoscunt viri docti, ut pro obi. subaudias illos peccatores* [*sim. Aug. ad l. sec. cod. 300* cum exorientur ... et prospexerint]. *gr. διέκυψαν, Vulg.* apparuerint. *sed peccatores combustos intellexit etiam Op. imperf. in Matth. 31 p. 794, ut suspicari possis pass.* -ti *positum esse pro* proculcati *per confusionem verborum* [*cf. supra p. 1565, 17*]).

[prōsecātio *perperam pro* praesectio *ed. Stephanus* GLOSS. II 241, 47.**]**

prosechenāis *v.* prosacines. **prōsecia** *v. l. 53. Bk.*

prōseco, -uī, -ctum, -āre. [*verbum a* pro *et* secare *formatum priscum est; nam stirps* prō-sek- *eadem notione religionis ac sub 1a illustrata exstat etiam in umbr.* prusekatu (= prōsecātō). *Fo.*] *scribitur* -sic- *in cod. A* PLAVTI Poen. 456 (*si recte legit Studemund*; -sit- *cod. B*). *inf. pass.* -arier *ibid.* *de notione (cf. l. 48 sqq.)*: GLOSS.[L] I Ansil. PR 2854 sqq. (cod. Paris.) -at: sacrificat. mactat. immolat. c⟨a⟩edit victimas *eqs.* *legitur inde a* PLAVTO, CATONE. [*vix recte a nonnullis legitur* COMM. instr. 2, 17, 9 -tos (*i. Iudaeos circumcisos*; profectos *trad.*); *in falsa var. l. pro* prosecrare *v. sub illa voce; falso trad. pro* praesecare APVL. met. 2, 30, 5 sq., *v. p. 835, 10 sq.*]

1 *in re sacra fere i. q. secando porricere, proponere divinitati (i. q. secando promere, exsecare intellegunt alii, sed cf. l. 34. 36. 50. 60. p. 2195, 66; cui aliquid -etur, per dat. indicatur l. 44. 62 sqq.)*: **a** *technice -antur exta sim. in sacrificiis (ad rem v. Latte, Röm. Religionsgesch. 389 sq.)*: **α** *vario usu; pro obi. sunt*: Ⓘ exta (*cf. l. 43*): PLAVT. Poen. 456 quoniam litare nequeo, abii illim *e templo* ilico iratus, votui e. -arier, ⌞neque ea p⟨or⟩icere volui⌟ (*om. cod. A*). CATO agr. 134, 4 porcam ... immolato; ubi e. -ta erunt, Iano struem ommoveto. LIV. 5, 21, 8 *haruspex dixit Veientibus,* qui eius hostiae e. -uisset, ei victoriam dari; *itaque Romani ea rapuerunt.* SVET. Aug. 1 *dux quidam* cum ... rem divinam faceret, nuntiata ... hostis incursione, semicruda e. rapta foco -uit. Ps. LACT. PLAC. fab. Ov. 9, 3. GLOSS. *p. 2195, 67.* *?Ⓘⓘ pectora (*sunt qui utroque loco p. p. p. pro subst. neutr. intellegant*): LVCAN. 6, 709 (*loq. Erictho*) si p. plena saepe ⌞deo⌟ lavi calido -ta cerebro (⌞ ⌟ dedi *codd. plerique; locum tractat e. g. Martindale, Mnemosyne 30, 1977, 384 sq.*). VAL. FL. 3, 439 mactantur oves, -taque partim ⌞p. per medios⌟, partim gerit obvius Idmon (⌞ ⌟ per medios Mopsus *Liberman, ed. 1997; alii aliter emend.*). Ⓘⓘⓘ *neutr. pron. vel adi. (nisi subaudias* exta): PAVL. FEST. p. 78 exta dicta, quod ea dis -entur, quae maxime extant eminentque. SERV. auct. Aen. 8, 183 *lustralia* non -antur (*v. vol. VII 2, 1870, 7*).

β *p. p. p. pro subst., sc. fem. sing.* prōsecta, -ae (LVCIL.) *et neutr. plur.* prōsecta, -ōrum (*neutr. sing.* VARRO; *v. etiam l. 38 et cf. 2a*): *definitiones (addas l. 59)*: VARRO ling. 5, 110 insicia ab eo quod insecta caro, ut in carmine Saliorum (⟨prosicium⟩ *Goetz-Schoell dubitanter*) est, quod in extis dicitur nunc -um. NON. p. 220, 17 -a, exta quae aris dantur ex fibris pecudum dissecta, sunt generis neutri ... (*affert l. 55*), feminino (*affert l. 53. p. 2195, 69*). *varia exempla*: LVCIL. 473 cenam ... nullam neque divo ⌞-am⌟ ullam (⌞ ⌟ prosecam *var. l.,* prosiciem *vel* proseciam *edd. plerique; v. I. Mariotti, Stud. Ital. 29, 1957, 255 sqq.*). MACER carm. frg. 3 Vulcani tosta vapore cum virgis -a ferunt. OV. met. 12, 152 cuius *vaccae* ... inposuit -a calentibus aris *Achilles.* fast. 6, 163 ubi libavit, -a sub aethere ponit (*cf. 158* exta, *161* fibras). STAT. Theb. 5, 641 *Lycurgus* averso dederat -a Tonanti (SCHOL. exta, cum redduntur inspecta; verbo sacrificantum usus est; particulae enim minutae membrorum omnium -a dicuntur in sacris, quae inferuntur aris).

b *laxius, sc. sine respectu extorum, -antur: victimae*: TERT. nat. 2, 2, 12 *Socrates* Aesculapio gallinaceum -ari ... iubebat (sesecari *trad.; restituitur sec.* apol. 46, 5; *cf. p. 2181, 7*). apol. 9, 5 maior aetas apud Gallos Mercurio -batur (-atur *var. l.*). *partes corporis*: TERT. apol. 23, 3 *ut* alia vis pronuntietur in eo, qui genitalia vel lacertos, alia in eo, qui sibi gulam -at (*ille in sacris, hic se vita privans*). anim. 39, 3 quis non *filio nato* ... totum *crinem* novacula -at ... pro gentica ... devotione?

2 *transfertur ad varios modos secandi*: **a** *exsecandi sim., p. p. p. neutr. de extis compositioni magicae additis (cf. 1aβ)*: OV. met. 7, 271 *Medea* addit ... in ... virum soliti vultus mutare ferinos ambigui -ta lupi (*cf. 264* radices ... resectas). **b** *scindendi, aperiendi, sc. solum nondum aratum (cf.* proscindere *p. 2172, 65)*: PLIN. epist. 5, 6, 10 tantis glaebis tenacissimum solum, cum primum -atur, adsurgit, ut *eqs.* **c** *incidendi*: TERT. apol. 23, 3 sibi gulam (*v. l. 66*). **d** *dividendi (sc. incorporaliter sec. rationem quandam)*: TERT. anim. 14, 2 *anima* dividi-

[Pieroni]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tur ... in duas *partes* amplius apud Posidonium, qui ... in decem septem ... -uit.

deriv.: prosectio, prosector, 2 prosectus (-ūs), prosegmen; prosiciae, -sicies, -sicium. *Pieroni.*

prōsecro, -āre. *a* pro *et* sacrare (*ortumne e falsa var. l. apud Tert. l. 7 an a* LACT. *novatum?*).

fere i. q. sacrificando proponere, offerre (*c. dat. dei praeter l. 10*): LACT. inst. 3, 20, 16 (*pendet e Tert. apol. 46, 5, ubi* prosecari; *v. p. 2180, 62*) *Socrates* ante mortem familiares suos rogavit, ut Aesculapio gallum, quem voverat, -rent (prosacr-, consecr-, prosec- *al. var. ll.; cf.* epit. 32, 5 eum -are ipse non potuit). epit. 18, 3 Saturno Carthaginienses ... infantes -bant. *absolute*: LACT. inst. 4, 27, 5 daemonibus, quibus *haruspices* -ant (prosecant *al. var. ll.*).

prōsecta *v.* proseco.

prōsectio, -ōnis *f.* *a* prosecare. *i. q. actio secandi* (*in medicina* [*cf.* prosector]; *accedit gen. rei secantis*): SALV. gub. 6, 91 medici ... aliis adhibent duram ferri -em, aliis blandam inferunt olei lenitatem. *perperam pro* prae- *edidit Stephanus* GLOSS. II 241, 48.

prōsector, -ōris *m.* *a* prosecare. *i. qui ita secat, ut exta patefiant* (*de medico, cf.* prosectio; *accedit gen. obi.*): TERT. anim. 25, 5 hoc *instrumentum, quo fetus mortuus exciditur,* et Hippocrates habuit ... et maiorum quoque -r Herophilus (*spectare vid. ad sectionem mortuorum; cf. de eodem 10, 4* sescentos exsecuit, ut naturam scrutaretur).

1. prōsectus *v.* proseco.

2. prōsectus, *dat. et abl.* -ū *m.* *a* prosecare. *i. q. effectus vel actio prosecandi* (*vi praeverbii debilitata sec. usum p. 2180, 68 sqq. illustratum*): APVL. met. 8, 5, 10 *credidit* ferri vulnera similia futura -u (*dat.*) dentium *apri.* 8, 28, 3 cerneres -u gladiorum ictuque flagrorum solum ... madescere *sanguine.* *Blundell.*

†prōsecūtio, -ōnis *f.* *a* prosequi. *scribitur* -q(u)- *in pap. l. 42, in cod. P[1] saec. VII* AVG. serm. 21, 6 *et saepius in recc. e. g.* CONC. Carth. a. 411 capp. 1, 12 (*et passim deinceps*). *abbreviatur l. 41 sqq. legitur inde a saec. III in oratione soluta, imprimis in sermone technico.* [*confunditur in codd. saepe cum* persecutio, *e. g.* AMBR. exc. Sat. 1, 51 obit. Theod. 35, *quod infra fere negleximus; cf. vol. X 1, 1679, 58; e coni. dub. supra p. 835, 57 sq.*]

i. q. actio vel effectus prosequendi (*addidimus metonymias, v. imprimis l. 64. p. 2182, 24*): **I** *comitandi* (*cf.* GLOSS. -o: *παραπομπή*. -e: *πομπῇ*): **A** *proprie* (*sc. motu locali*): **1** *technice in re publica prosequuntur*: **a** *milites*: **α** *qui praesidio dati sunt militibus hordeum comparantibus*: CHART. lat. ant. VII 337 col. 2, 5 (*a. 223/233*) missi in prosec(utionem) hordiator(um) mil(ites) *tot* (*inde intellegitur ibid.* VIII 355 col. 30, 18 [*a. 219*] in proseq hord. 356 col. 10, 18 [*a. 222*] ⟨in p⟩rosec ⟨hor⟩diat. 34, 24 in prosec⟨...⟩). **β** *qui custodiunt reos sim. aliquo dirigendos, sc. forma* sub -e (cum -e *l. 49*): EPIST. imp. Constant. Aug. c. Cresc. 3, 70, 81 volumus, ut ... Ingentium sub idonea -e ad comitatum meum ... mittas (COD. Theod. 9, 40, 3 ad urbem Romam. 16, 5, 52, 5 in exilium [VICT. VIT. 3, 8]. *cf. l. 50*). COD. Theod. 6, 27, 15 *rectores provinciarum* sub -e latitantes transmittant (12, 1, 175 sub fida -e). 7, 18, 8, 2 *ad praefectum praetorio* dirigantur cum -e (9, 2, 5 sub idonea -e ad iudicium. 12, 1, 147, 1 ad propriam urbem sub -e. AVELL. 227, 2 sub -e congrua. *al.*). AVELL. 13, 11 *damnatus* ad urbem Romam sub -e perveniat. *al.*

b *cives fungentes munere imposito*: COD. Theod. 6, 37, 1 corporalium eos *equites Romanos* iniuriarum et -um formido non vexet. 11, 10, 1 cum animalia, quibus -o debeatur, advenerint. 11, 10, 2 pr. operas ad -em equorum vel diversorum ... praebere (13, 4, 4 *picturae professores ne* ad -es e. ... devocentur). *ibid.* qui ⟨subiacent⟩ -is officio. 12, 1, 161 qui se vel -i vel muniis civitatum ... subtraxerint (persecutioni *trad.* Iust. 10, 32, 51 pr.). 16, 8, 2 nequaquam ad -es aliquas destinentur.

2 *usu vario prosequuntur*: **a** *epistulae sim. commendaticiae* (*cf. p. 2182, 71*): EPIST. pontif. 255 Migne 13, 1146[B] *ut statuta* sub litterarum tuarum -e mittantur *aliis episcopis* (LEO M. epist. 80, 4 Conc.[S] II 4 p. 40, 17 cum l. nostrarum ... -e). AVELL. 41, 5 *gesta a laicis quibusdam perlata* sub nulla illius concilii -e venerunt. *meton. de ipsa epistula*: ALC. AVIT. epist. 12 p. 46, 6 *presbyter* a quodam ... nobili viro ... cum mea -e directus est, ut *eqs.* ENNOD. epist. 9, 3, 2 p. 230, 12 *quendam peregrinantem* hac apud vos ... -e conmuniri. **b** *homines*: CASSIAN. inst. 7, 17, 3 (*ad I Cor. 16, 4*) si talis fuerit oblatio vestra, quae mea quoque mereatur -e deferri. FACVND. c. Moc. 33 sub -e ipsorum, *sc. acephalorum,* atque custodia palam ad illum *iudicem* deducebantur *episcopi.*

B *translate, sc. subveniendo, favendo*: PS. AVG. serm. 191, 2 *unusquisque pro defunctis* sacrificia offerat et sacerdotali eos -e domino commendet. ENNOD. epist. 9, 31, 5 p. 255, 19 (*antea: deus* coniunctionis tuae copulam respiciat *eqs.*) hac te precum mearum -e communio. CONC. Rom. a. 501 p. 427, 10 Romam ... dei -e perventum est.

sumptus ad tuendos eos *milites* -endosque suppeteret. 66, 1 non tantum ... merita cuiusque *amici* digne -tus, sed vitia quoque ... perpessus. Dom. 9, 2 omnis circa se largissime -tus. FLOR. Verg. 3, 1 quem ad modum ... te -itur *civitas* ..., unde subvenit reditus? LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (CIL XIV 2112) 1, 16 ut ⟨e⟩xitus d⟨efu⟩nctorum honeste -amur. INSCR. Brit. 1064 qui piantissime pr⟨ose⟩qutus est *mortuum.* *al.*

2 *notionibus aliis significantur*: **a** *qui verba continuant, dicere pergunt vel argumentum sequuntur exponendo, tractando sim.* (*notiones haud ubique dinosci possunt, praevalet haec l. 29 sqq., illa l. 11, sed aetate posteriore abisse vocem in usum cuiuslibet verbi dicendi vix mireris*): **α** *absolute vel intrans.* (*praevalet color pergendi; de disserendo fort. l. 14. 18, de invehendo l. 26*): Ⓘ *per abl. indicatur ratio -endi*: RHET. Her. 4, 35, 47 (*fort. Crass. or. frg.*) si testem, praeterquam quod sciat aut audierit, argumentari et coniectura -i patieris. CIC. fam. 13, 62 primum tibi ago gratias, ... deinde impudentia -or (*sc. prece impudenti*). SACR. Gelas. 307 -itur presbyter his verbis (309. 310). Ⓘⓘ *nude ponitur*: VERG. Aen. 2, 107 *Sinon* -itur pavitans et ficto pectore fatur. TERT. nat. 1, 18, 2 piget -i. adv. Hermog. 26, 1 primo praefāri, postea -i, ⟨ante⟩ (*add. Waszink*) nominare, deinde describere. FAVSTIN. trin. 2, 9 l. 12 cum dixisset '...', -itur et dicit '...'. PS. AMBR. serm. Sess. 3, 10 ut ... *id* monstraret, -itur dicens: '...' (FAVST. Aug. c. Faust. 24, 1 p. 719, 13. *al.*). RVFIN. Adamant. 1, 11 si quid ... aliud habes, -ere (*gr. λέγε εἴ τι ἕτερον ἔχεις*). PS. VIGIL. THAPS. trin. 1, 10 ut prius ... exponas ... et sic ... in -endo distinguas. REGVLA mag. 24, 16 *lector* signum sequentiae successori ostendat, unde -atur. *al.* Ⓘⓘⓘ *per praepos. indicatur, quo procedatur* (*cf. p. 2188, 73*): *invehendo*: MAX. TAVR. 31, 1 ante dies -ti sumus, fratres, adversus illos, qui putarent *eqs.* *pergendo*: REGVLA mag. 13, 74 ad superiorem ... sensum, ut coepimus, -amur.

β *accedit acc. obi.* (*exempla abl. instr. aucta v. p. 2189, 15* [*cum acc. praedic. p. 2189, 63*]): LIV. perioch. 49, 16 *Cato Scipionis* virtutem ... in senatu sic -tus est, ut diceret *eqs.* VAL. MAX. 2, 7, 12 non -ar hoc factum ulterius. SEN. benef. 7, 1, 2 ubi dicta sunt, quae regunt mores, -i (*pervar. l.*) cetera ... in exercitationem ingenii inventa. epist. 13, 3 ut similitudinem istam *athletae* -ar. *al.* COLVM. 9, 14, 6 *apes progenerandi* rationem diligentius -i. QVINT. inst. 2, 6, 1 *quidam rhetores* materias ... latius dicendo -bantur (4, 1, 43 m. ... ad morem actionum -untur). PS. APVL. Ascl. 16 haec -ar, quae coeperam. TERT. carn. 12 l. 28 plenius haec -itur libellus (*sc. test. anim.*). MIN. FEL. 26, 5 quae ... et quanta de oraculis -ar? VLP. dig. 37, 5, 1, 1 gradus liberorum ... *non* enumeravit *praetor*...; nec personas -tus est, utrum ex virili sexu an ex feminino descendent. TER. MAVR. 2264 metra. PS. CYPR. pudic. 9, 6 infinitum erit, si exempla -ar plura. LACT. inst. 5, 3, 25 -tus ... summi dei laudes ..., ademisti Iovi tuo regnum. TRACT. de indur. cord. Phar. 15 superiorem causam -tus apostolus declarat *eqs.* RVFIN. hist. 3, 6, 16 *postea* talia quaedam -itur: '...', inquit *eqs.* (*gr. ἐπιφέρει λέγων*). *et saepe* (*imprimis c. pron. neutr.*).

γ *accedunt struct. variae fere loco obi. positae*: Ⓘ *adv.*: PHAEDR. 3, 5, 4 'tanto', inquit, 'melior'; assem deinde illi dedit, sic -tus: '...' (IVVENC. 2, 274 CANON. Hippol. 69, 33. *al.*; *cf. l. 31*). VITA Hil. Arel. 23 l. 5 sanctus Edesius ita -itur, dicens poetice *eqs.* (EPIST. pontif. 937 Conc.^{S} IV 2 p. 152, 12. *cf. p. 2193, 6*). PELAG. I defens. 6 p. 68, 35 sicut.

Ⓘⓘ *oratio recta* (*cf. l. 44. 47. p. 2189, 34. 52; apponitur* dicere *l. 20 sqq.*): STAT. Theb. 8, 472 *quendam* Tydeos hasta ... fixit; ... -itur Tydeus: 'saevos ne dixeris Argos *eqs.*'. IVVENC. 3, 704 -itur Christus: 'nunc vera advertite dicta'. CHALC. comm. 40 deinde -itur Plato: '...'. FAVST. Aug. c. Faust. 11, 1. *al.*

Ⓘⓘⓘ *struct. verbales*: Ⓐ *enunt. secund.*: *interrog.* (*cf. etiam l. 71*): QVINT. inst. 5, 8, 2 ut ... latius, quae cuiusque adfectus natura sit, -amur. TERT. anim. 53, 1 quo deinde anima ... devertit, ... -emur ex ordine. uxor. 2, 1 l. 4 quid ... sectandum sit. HIER. epist. 29, 4, 1 teraphim quid sit. FORT. Aug. c. Fort. 4 dignare -i et contraire, si nihil praeter deum. CAEL. AVR. acut. 1, 14, 115. *al.* quod: HIST. AVG. Max. Balb. 17, 6 q. nobis vita per vos reddita est, ... quomodo dicam aut -ar? MAX. TAVR. 13b, 1 diximus ... dominum baptizatum et -ti sumus, q. *eqs.* 111, 1. ut: FAVST. Aug. c. Faust. 16, 2 p. 441, 17 *Iudaeis indignantibus* non eum video -tum ..., ut diceret *eqs.* (*inde* AVG. *ibid.* 16, 13 p. 452, 3). Ⓑ *acc. c. inf.* (*cf. infra p. 2193, 1*): EPIST. pontif. 292, 1 Migne 20, 494^{B} (*rec. altera*) quod malum ... latius in dies ... incedere fama -itur (proloquitur *rec. pr. p. 486*^{B}). FAVST. REI. grat. 1, 1 p. 9, 4 -itur ... Pelagius Adam mortalem factum *esse.* 2, 9 p. 81, 21.

Ⓘⓥ *praepos.* de (*iuxta obi. l. 38*): TERT. resurr. 14, 2 exorsi ... ab auctoritate carnis ..., dehinc -ti de potentia dei, an tanta sit ..., nunc *eqs.* CAEL. AVR. chron. 3, 4, 49 de tumoribus ... docuimus ..., de duritia vero ... nunc -amur. MAX. TAVR. 42, 1 de idolorum exsecranda cultura. POMER. 3, 3, 2 nunc de vitiis, ut coepimus, -amur. CASSIOD. inst. 2, 5, 4 nunc de musicae partibus ... -amur (disseramus *codd. interpol.*).

b *qui* (*quae l. 6. 10. 40 sqq.*) *variis modis* (*per*)*sequuntur*: **α** *continuando aliquid vel pergendo in actione*: Ⓘ *accedit acc. obi.*: BITHYN. Cic. fam. 6, 16 qui paternam amicitiam nullis ipsi officiis -ti sunt. SEN. contr. 2, 3, 22 diu schemata -i (*opp.* breviter ... attingere). VAL. MAX. 2, 4, 4 est mos hominum parvula initia pertinaci studio -endi. SEN. benef. 3, 31, 3 nisi accesserunt alia *beneficia,* quae -rentur hoc initium muneris. dial. 4, 3, 1 affectus est ... permittere se illis, *quae movent animum,* et hunc fortuitum motum -i. SACR. Leon. 973 gratiae tuae in nobis dona -ere (*al. ibid.*). *al.* Ⓘⓘ *cetera exempla*: TERT. pall. 3, 5 *Mercurius vellus* pertemptat ⟨et⟩ ... tractu -ente filum eliquat. PHILO quaest. in gen. 4, 213 strenuus ... -itur ad fructum meliorem (*cf. p. 2188, 73*). CHIRON 532 deinde, *post alias curationes,* collirio -eris. RVFIN. Orig. princ. 3, 6, 6 p. 287, 26 cum sensim et per singulos emendatio fuerit et correctio -ta. PS. AMBR. epist. 2, 5 primus ego terrae fossor accessi; ceteri vero episcopi -ti fodientes pervenimus ad arcam.

β *insequendo, appetendo vel etiam assequendo*: QVINT. inst. 8, 2, 14 *contextus sermonis* tam longus, ut eum -i non possit intentio (*nisi ad p. 2190, 30*). TERT. cult. fem. 2, 4 l. 10 ne qua vestrum putet, si temperaverit a compositione sui, ⌊odium et aversionem⌋ maritorum -turam *esse* (⌊ ⌋ *nisi subi., ut spectet ad δ*). PS. CYPR. tract. 37 praemia quaere et -ere spem in caelo. PS. PACIAN. sim. carn. p. 115, 4 *haereticorum* caecitas ..., quae integram sententiam non valet intueri, ... nec -itur clausulam (*positam Rom. 8, 3*). COMM. apol. 585 quid iuvat in vano saecularia -i terris? CAEL. AVR. acut. 2, 2, 10 *aegrotus* non sponte initians loquelam, sed alienam -ens. *al.*

γ *perficiendo actionem* (*exsequendo praecepta l. 31 et fort. p. 2189, 42*): PLIN. epist. 2, 5, 5 descriptiones locorum ... non historice tantum, sed prope poetice -i fas est. TERT. adv. Val. 11, 4 ut ... gratiarum actionem -i nossent ([*Iren. 1, 2, 6* gratias agere, *gr. εὐχαριστεῖν*]. IVL. VICT. rhet. p. 2, 14 ordo -endae ac proferendae actionis [*disting.* meditandae]). VET. LAT. psalm. 102, 18 (cod. 136) mandata eius -ere ([*gr. ποιῆσαι, Vulg.* ad faciendum]. MAX. TAVR. 61^{c}, 2). PS. CYPR. tract. 11 hanc similitudinem passionis *Christi* -amur. TAB. hosp. (CIL VI 1688; *a. 321*) ordo ... civitatis ... legationem -tus est. SCHOL. Cic. Gron. A p. 345, 5 decorē amplificationem -tus est. CLAVD. DON. Aen. 3, 115 p. 278, 26 partis suasorias plenissime -tus est. *al.* *absolute*: ORIBAS. syn. 6, 26, 8 Aa p. 19, 16 contemplanda sunt ... ventris officia; quod si bene non -itur venter (*gr. μὴ καλῶς τὰ κατὰ γαστέρα διεξίοι. cf. vol. VI 1, 121, 56 sqq.*).

δ *sequendo in ordine temporis* (*dictorum l. 46; absolute, non nisi de rebus*): *vario usu* (*addasne l. 19?*): PS. HIL. libell. 3 p. 73, 13 *ut in creatione dei* universa pro suo gradu et honore -rentur (obseq- *var. l.; opp.* semel omnia facere). RVFIN. Orig. princ. 3 praef. p. 193, 13 quod *prius* ... commonui ..., continuo id ... -tum *esse.* PS. AVG. quaest. test. 109, 3 sacerdos Annam benedixit et -tus effectus est. PAVL. MED. vita Ambr. 34 *reum* ad exilium destinavit, non multo post indulgentia -ente. CANON. Turner I p. 335, 153 (*antea affertur act. 2, 36*) quid -itur aut quid antecesserat, quaere. *al.* *in medicina*: CHIRON 287 -i solent signa haec: hebes fiet, non suae mentis erit. THEOD. PRISC. eup. faen. 48 postea ... ne ustio -atur, oleum roseum *sumant.* CAEL. AVR. chron. 1, 4, 94 *si* ex his, *sc. gravedine torpore sim.,* nulla fuerint -ta, dabimus *vinum.* ORIBAS. syn. 9 add. Aa p. 348 si non voluntarie menstrua -untur (*cf. ibid.: post curationes* si nullo modo est -ta purgatio oper(a)e pretio [*gr. Oribas. ecl. 146, 9 μηδενὸς ἀξιολόγως ἐκκριθέντος*]).

B *speciatim in adeundo iudicem vel magistratum vel eum, quicumque praeest rei publicae aut ecclesiae* (*variis supra illustratis coloribus, maxime exponendi, proferendi, e. g. l. 59. p. 2193, 1, appetendi l. 63. 75, peragendi l. 64. p. 2193, 4*): **1** *indicatur res, de qua agitur*: DECRET. decur. Tergest. (Inscr. Ital. X 4, 31) 2, 3 cum ... tam felicit⟨er⟩ d⟨e⟩si⟨de⟩rium pu⟨blicum a⟩pud eum *imp. Pium* sit -tus (COD. Theod. 12, 12, 11 civitatis ... -i desideria *sine auctoritate decretorum. cf.* 12, 12, 3 provinciales desideriorum suorum decreta ... apud acta ordinariorum iudicum -ti). SCAEV. dig. 45, 1, 122, 1 *ut debitor* praestaret sumptus omnes -entibus eam pecuniam *non redditam.* PAPIN. frg. Vat. 260 debitores convenire non potest *filius* neque lites ⌊peculiares⌋ -i, si *eqs.* ([⌊ ⌋ pecun(iarias) *cod.*]. NOVELL. Valent. 8, 1, 3 ulterius -i l. causasque). PAVL. sent. 5, 35, 1 meritum appellationis causae capitalis et ipsam rationem status non nisi per nosmet ipsos -i possumus. VET. LAT. II Macc. 4, 48 (rec. V) *a rege damnati* poenam dederunt, qui pro civitate ... causam -ti sunt ([*gr. προηγορήσαντες, recc. L, X* c. dixerunt, *B. al.* defensores extiterant]. CONSVLT. 8, 3 maritum ... c. uxoriam -tum [*respic. Cod. Theod. 2, 12, 4* exsequi]. INTERPR. Cod. Theod. 2, 12, 3. *cf. l. 65. al.*). HIL. coll. antiar. p. 110, 3 fratres querellas vel eorum, qui supersunt, detulerunt, vel eorum, qui in ipsis exiliis decesserunt, indignam iniuriam -ti sunt. COD. Theod. 10, 10, 27, 3 *aliquis* apud quemcumque iudicem contestatis querellis ... vindictam congruam -atur. 13, 11, 9 legati Hieropolitanae civitatis succi-

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sos esse ⟨eius reditus⟩ (*Mommsen*; ⟨se⟩ esse *Haenel*) -ti sunt (*item c. acc. c. inf.*: EPIST. pontif. 292, 1 Migne 20, 486[B] ad sedem apostolicam commearunt et ... concordiam ... *non* posse retineri cum dolore et gemitu -ti sunt. *cf. p. 2191, 66*). CONSVLT. 8, 1 *maritum* negotia uxoris ... -turum (INTERPR. Cod. Theod. 2, 12, 4 [*ad p. 2192, 70*]. LEX Visig. 2, 3, 2. *al.*). EPIST. pontif. 937 Conc.[S] IV 2 p. 165, 3 *cum Ibas in concilio* ita fuerit -tus dicendo se *eqs. al.* **2** *absolute*: AMM. 22, 10, 5 *in iudicio* imperator '-ere' ait, 'mulier, si quid te laesam existimas'. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 2, 25 p. 657 *concilio convocato* partibus -endi copiam dedit *Caesar* (*gr. ἀποδίδωσι δὲ λόγον αὐτοῖς*). AVG. c. Cresc. 4, 4, 5 p. 501, 21 exstat decretum ... concilii allegatum apud proconsulem advocato -ente Nummasio, cum ageret, ut *eqs.* (4, 48, 58). COD. Theod. 12, 1, 175 moderatores provinciarum ... ordinibus civitatum -entibus docti *de aliqua re.*

deriv.: prosecutio, prosecutor, prosecutoria, prosecutus (-ūs), prosequium.

prōseq(u)ūt- *v.* prosecutio, prosequor. *Ottink.*

1. prōsero, -seruī, *?*-situs, -ere. *a* pro *et* serere (serui; *sim., nisi cogitavit de* 2. prosero, EVTYCH. gramm. V 481, 22. 486, 16). *?p. p. p.* -situs *v. infra p. 2200, 37; cf. e. g.* insitus *pro* insertus *vol. VII 1, 1869, 23 sqq.* [*e coni. dub.* AVIEN. ora 470 Pityussae ... -unt sese insulae (*Schrader,* proferunt *trad.*).]

i. q. foras serere, exserere sim., sc. porrigendo, ostendendo (*reflexive l. 34. 37; indicatur unde vel quo [cui] -atur l. 25. 31. 35 sq.*): **1** *-untur corporea (addasne* LVCAN. *l. 49?): partes corporis animantium*: PLAVT. Asin. 795 ut cuiquam linguam in tussiendo -at *meretrix* (PLIN. nat. 9, 130 latere *conchae* ... tubulato, qua -atur lingua [*cf. Arist. hist. anim. 547b5 ἐξαίροντα*]). AVIEN. Arat. 1111 -it Hydra caput ([*gr. 594 ἀντέλλει, Cic. Arat. 376* exoritur]. VEG. mil. 4, 14, 4 *testudo* modo reducit, modo ⌊-it⌋ c. [*postea*: exerit; ⌊ ⌋ *var. l.* profert *praetulit Önnerfors*]. *cf. l. 31*). *aquae profluentes* (*etiamne canales foras ducti p. 2200, 42?*): SIL. 3, 448 aggeribus caput Alpinis et rupe nivali -it in Celtas ... Rhodanus (*cf. l. 27*). AVIEN. orb. terr. 343 *Nilus* scissus ... vagis anfractibus aequor -it et ponto septem ... explicat ora. *insulae, montes*: AVIEN. orb. terr. 702 Thasus ... profundo -it albenti se vertice. 995 Tmolus iuga -it arcis.

2 *-untur incorporea*: AVIEN. orb. terr. 580 matutinus qua lucem -it ortus. HIST. AVG. Opil. 12, 9 in circo, cum favor publicus in Duadumenum se -isset, ⟨ad⟩clamatum est: '...'.

2. ※**prōsero,** -sēvī, -satum (-sertum *l. 62*), -ere. *a* pro *et* serere (sevi; *cf. l. 18*). *de notione*: GLOSS. -atus: progenitus.

i. q. serendo propagare, progenerare (*accedit abl. orig. vel praepos.* ex *passim, adv. l. 46*): **1** *respicitur quilibet modus efficiendi*: GRATT. 9 ex artibus artis -ere (*cf. Manil. 1, 90* ex aliis alias *artes* proseminat usus). APVL. mund. 12 p. 316 veris ornithiae venti appellantur, aquilonum genus ex aëre -ati (*gr. 395a4 βορέαι εἰσὶ τῷ γένει*). TER. MAVR. 2390 versus ex iambis -atus. PS. AVG. serm. ed. Caillau 1, 7, 11 in visceribus petrarum gemmae fulgor tenetur inclusus, inde idem -atus *est* (*ibid.* conceptus).

2 *respicitur generatio viventium*: **a** *plantarum, frugum*: LVCAN. 4, 411 non pabula tellus pascendis summittit equis, non -it ullam flava Ceres segetem (*nisi ad* 1. prosero *sec.* COMMENT. *ad l.* quasi exserit). CYPR. GALL. gen. 143 fuerant quae -ata glaebis, obtulit *Cain.* CARM. adv. Marc. 1, 127 qui *deus* ... -vit fruges. **b** *hominum, animalium, numinum* (*mentis l. 59; non nisi p. p. p.* -atus *praeter l. 62. p. 2168, 20*): CE 218, 1 (*aet. Hadr.?*) Gaetula harena -ata *equa quaedam.* 1283, 3 (*saec. II/III?*) quo -ata patre Romano proles Iulia fulsit equo. APVL. Plat. 1, 1 p. 180 sunt qui Platonem augustiore conceptu -atum dicant. NEMES. ecl. 3, 63 deus (*sc. Iacchus*) Iove -atus ipso (pronatus, natus ab *sim. var. ll.*). FLOR. anth. 247, 2 *Apollo et Liber* sunt flammis creati -atique ex ignibus. ANTH. 941, 73 semideae mentes, puro stirps -ata caelo. AVSON. 17, 3 (328 S.), 1 Bissula, trans gelidum stirpe et lare -ata Rhenum. PRVD. perist. 6, 46 colo ... Christum patre -atum perenni. *al. ?vi praeverbii deflexa vel evanida fere i. q. (prae)seminare* (*si recte huc traximus*): VINCENT. LER. comm. 23, 6 iam in seminis ratione -rta sunt *omnia membra* (*ad notionem* cf. p. 836, 37, ad formam e. g. insertus *vol. VII 1875, 52 sqq. 1879, 1 sqq.*).

deriv.: 1. prosator (-trix). *Rebrik.*

prōserpināca (*et* -ācia), -ae *f.* [*videtur a nom. propr.* Proserpina *esse derivatum, v. Weise, Griech. Wörter im Lat., 1882, 132. de suffixis* -āca, -ācea *cf. Ernout, Philologica III, 1965, 142. alii* -a *ex* proserpinare *esse ortum putant (e. g. André, Les noms de plantes, 1985, 208), quod verbum fortasse tempore recentiore fictum est. Fo.*] *scribitur* -acia (*i.* -acea) *p. 2194, 2. 10* (-atia *p. 2194, 2*), *ceterum* -sepinata *l. 75; litteris graecis l. 74. de notione*: PS. APVL. herb. 18 l. 25 sqq. a Graecis dicitur poligonos (DIOSC. gr. Vind. 4, 4 p. 171, 13 *Ῥωμαῖοι σημινάλις, οἱ δὲ σκορπίναχα* [*restit. Wellmann sec. p. 2194, 1*], *οἱ δὲ προσερπίναχα* [GLOSS. polygonos: -a. -a sive coriola. GLOSS. III 541, 41 pelegionos: -a id est personacia. GLOSS.[L] I Ansil. PO 50 [med. 61, 11] polegonos: -sepinata), ... Romani sanguinaria (*adde l. 3*), Itali -a, ... alii scorpinacem. GLOSS. centinodia (-ten-): -acia ([-atia GLOSS. III 627, 43]. *ibid.* -a id est centenotica seu sanguinaria. millehorbia [-forb- *var. l.*] id est centonitica sive ⟨pro⟩serpinaca).

nomen herbae, sc. polygonus sim. (*ad rem v. André, loco cit.*): **1** -a *ponitur per se* (*adde l. 1 sqq.*): PLIN. nat. 1, 26, 11 -a (*quasi tit. ut*: 1, 27, 104). 26, 23 *anginae medetur* -a (-pina *var. l.*) cum muria ... trita vel sub lingua habita. **2** herba -a: PLIN. nat. 27, 127 -a h. vulgaris est, eximii adversus scorpiones remedii (*cf. l. 1*). PS. APVL. herb. 18 l. 1. 3 h. -ae (-acia *var. l.*) sucum cum vino (6 cum oleo. 18. 22 THEOD. PRISC. add. p. 332, 18). 10 h. -a tunsa et cum butiro subacta. 13 h. -a, vadis ad herbam ante solis ortum (h. -am adprehendis *eqs. classis β*). **3** herbula -a (*in incantamento*): PS. APVL. herb. app. 18 l. 6 das potionem incantans: 'h. -a, Orci regis filia, ... cludas undas sanguinis huic *mulieri*'.

prōserpinālis, -e. [*sec. formationem tam* proserpinaca (*q. v.*) *quam adi.* -is *a nom. propr.* Proserpina *esse derivanda veri simillimum est; sed collato syn.* dracontium (*quod memorat André, Les noms de plantes, 1985, 208*) *Romani fortasse etiam de* serpens, serpere *cogitabant. Fo.*] *nomen herbae q. e. draconteum* (*ad rem v. André, loco cit.*): MARCELL. med. 10, 58 polypum emendat herba -is, quae graece draconteum, gallice gigarus appellatur (15, 29 h. -is, quae draconteon dicitur, contritae suco [*ad anginam ut Plin. l. 7, v. Liechtenhan, Sprachl. Bemerkungen zu Marcell., 1917, 99*]). GLOSS. III 559, 41 dragontea: -e.

prōserpinātia *v.* proserpinaca.

[prōserpino *vel* proserpio *agnoverunt quidam sec.* GLOSS.[L] I Ansil. PR 2879 sqq. -iant; *v. l. 45.*] *Wieland.*

prōserpo, -ere. [*a* pro *et* serpere. *similibus notionibus adhibetur verbum vet. ind.* pra-srp. *cf. Delbrück, Vergl. Syntax I, 1893, 716. Fo.*] *formam IV[ae] coniug.* -iant *v. l. 44 sq. de notione v. l. 45. 47. legitur inde a* PLAVTO, VARRONE, APVL.

i. q. progredi serpendo (*vel furtim, lente sim.; sc. usu intrans., vix trans. p. 2195, 7; indicatur quo -atur per praepos.* ad *p. 2195, 1,* in *c. acc. l. 40. 48. 73. 75. p. 2195, 8. 10,* ultra *l. 68, unde per abl. separ. l. 40. 57, per praepos.* ab *l. 69,* de *l. 55,* ex *l. 43*): **1** *respiciuntur serpentes sim.* (*in imagine vel comparatione praeter* APVL.; *cf. l. 61*): PLAVT. Asin. 695 fac -entem (-ente *var. l.*) bestiam me, duplicem ut habeam linguam (Persa 299 tamquam -ens bestiast, bilinguis et scelestus. Poen. 1034 hominem ... subdolum, ... bisulci lingua, ⌊quasi -ens b.⌋ [⌊ ⌋ *item* Stich. 724, *ubi* -serrens *codd.; affertur a* VARRONE *l. 47*]). APVL. apol. 85, 5 vipera ... exeso matris utero in lucem -it. met. 6, 14, 4 dextra laevaque cautibus cavatis -unt ... saevi dracones.

2 *respicitur veriloquium vocis q. e.* Proserpina (*cf. etiam l. 71*): VARRO frg. Aug. civ. 7, 24 p. 304, 31 *Tellurem putant esse* P., quod ex ea -ant fruges (*inde* ISID. orig. 8, 11, 60 -iant, *quo spectare vid.* GLOSS.[L] I Ansil. PR 2879 sqq. -iant: germinent. invalescant. increscant). ling. 5, 68 dicta P., quod haec ut serpens modo in dexteram, modo in sinisteram partem late movetur; serpere et -ere idem dicebant (*affert* PLAVT. *l. 38*). ARNOB. nat. 3, 33 quod sata in lucem -ant, cognominatam esse P. FVLG. myth. 1, 10 P. ... quasi segetem voluerunt, id est ⌊terram⌋ radicibus -entem (⌊ ⌋ *cf. l. 43*). AVG. civ. 7, 20 p. 298, 31 (*e Varrone*) filiam Cereris ..., quae a -endo P. dicta esset.

3 *vario respectu* (*fere de infestantibus, sed aliter imprimis p. 2195, 13*): **a** *de iis, qui (quae) foras serpunt, in conspectum veniunt sim.*: **α** *mera vi locali* (*cf.* APVL. *sub 1*): APVL. met. 4, 19, 1 quidam servulus *expergefactus* ... -it leniter. 7, 24, 4 de proximo specu ... -it ursa (prosepit *superscripta* r *cod. F, ut sint qui legant* prorepit). AVIEN. Arat. 1171 Scorpius ingentem perterritat Oriona -ens pelago (*gr. 636 ἐπερχόμενος*). **β** *translate pertinet ad: agere incipientes*: TERT. scorp. 1 p. 145, 8 tunc (*sc. aestuante persecutione*) Gnostici erumpunt, tunc Valentiniani ⌊-unt⌋, tunc omnes martyriorum refragatores ebulliunt (⌊ ⌋ *sc. scorpionis modo; cf. l. 57*). *nascentia, orientia* (*cf. l. 44 sq. 48 sq.*): AMBR. Noe 11, 38 si ... cordi sit temperantia ..., nulla ulcera -unt aegritudinis; sobrietas enim mentis medicina est corporis (*cf. l. 73 sq. et in imag.*: Tob. 5, 22 tunc decuit succurrere, cum vulnera prima -rent). in psalm. 118 serm. 8, 45, 3 *media nocte* multa ... temptamenta -unt.

b *de iis, qui (quae) porro serpunt, progrediuntur sim.* (*cf. l. 47. 51 nec non* PLAVT. *sub 1*): **α** *mera vi locali*: AMM. 15, 8, 7 (*de invasione barbarorum*) *occurramus* huic ... malo ultra apposita, *i. regiones limiti proximas,* iam -enti[s]. 19, 4, 4 *pestis* ab usque ... Aethiopiae plaga paulatim -ens Atticam occupavit. FVLG. Virg. cont. p. 102, 2 sicut ... inferni Proserpina regina est, ita scientiae regina memoria est, quae in elisis (*i. liberatis*) -ens dominatur perenniter mentibus. AMBR. in psalm. 118 serm. 4, 23, 1 si virus in interiora -it, medicamenta foris adposita non sentit ([*antea*: vulnus ... diu serpens]. 9, 7, 4 quia ... serpentia ulcera igni adusserit *medicus,* ne v. in ulteriora -ret). SER. med. 247 (*de dente exeso*) si

[Galdi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... -it ad intima vulnus (*cf.* Ps. Cato monost. 59 [*in imag.*] ulcus -it, quod stulta silentia celant). Avg. gest. Pelag. 33, 58 p. 114, 6 dogmata, quibus eadem haeresis *Pelagiana* -bat et contentiosa convalescebat audacia, ... esse damnata (*nisi ad β*). Vincent. Ler. comm. 23, 15 si ... profana sacratis admisceri coeperint, -at hic mos in universum necesse est. *loco vix sano*: Cod. Iust. 1, 3, 30, 2 (*a. 469*) quem murum integritati ... providemus, si auri sacra fames ⌊penetralia veneranda⌋ *ecclesiae* -it? (⌊ ⌋ *vix acc. obi. vel direct. intellegas; fortasse antea excidit praepos.* in *sim., nisi ipsum* -it *mendosum est*). **β** *translate de iis, quae quolibet modo crescunt, se extendunt* (*hucine l. 3? accedit praepos.* in *c. acc.*): Ambr. in psalm. 1, 28, 1 cavenda ... prima sunt vitia, ne in plura deinde graviora -ant. Avg. doctr. christ. 3, 121 latius patere significationes eorum *numerorum* et in multa -ere. Evstath. Basil. hex. 5, 9, 3 iam sentio mihi sermonem in inmensa spatia ... -ere (*postea*: dies me profecto deficiet. *cf. gr. p. 116*[A] *τὸν λόγον ... εἰς ἀμετρίαν ἐκπίπτοντα*). *Galdi.*

proseucha, -ae *f., προσευχή. i. q. locus orationis, praecipue de synagoga Iudaeorum* (*v. e. g. Krauss, RE IV A, 1287, 39 sqq. et cf.* oratio *vol. IX 2, 892, 1 sqq.*): **1** *apud* Ivv. *eiusque explicatores*: Ivv. 3, 296 ede, ubi consistas; in qua te quaero -a? Schol. Iuv. 3, 296, 1 sq. -a: quidam nomen loci dicunt ad convivium constituti ex gaudio dictum; ⌊alii dicunt locum, ad quem convenire solebant mendici ad stipem petendam; alii tabernam, in qua pauperes vivunt; (2) -a: locus Iudaeorum, ubi orant; *προσεύχεσθαι* enim graece orare dicitur⌋ (*sim. recc: posteriores ibid.*). Gloss. V 655, 32 -a: graece oraculum vel oratio ubi deus oratur, illic enim mendici stipem petunt. Gloss. I p. 303 (*aetatis recentioris*). **2** *in inscriptionibus*: CIL VI 9821, 6 (= Inscr. Iud. Noy II 602, 6; *saec. II?*) P. Corvidio ... pomario de agger(e) *Servii* a -a (*fort. de synagoga Suburae vicina*). Inscr. Iugosl. Šašel 1066 (*ca. a. 200; contextu manco*) ⟨pro⟩seucham. Année Épigr. 1995 n. 1257 (= CIL III 10998; *si recte suppletur*) ⟨synago⟩gam, pr⟨oseucham⟩ ... fecit.

proseu(c)ticē *adi. et f. pro subst., προσευκτική. trad. sola forma* -e (*nom. praeter l. 34*) *et scribitur ubique* -eut-. *i. q. preces proferens: adi.*: Diom. gramm. I 522, 8 metrum quod supra scriptum est ... in ecloga -e Vergilii (*i. Hor. carm. 1, 3 pro reditu Vergilii; quem locum in vol. V 2 p. 48, 80 sq. allatum transferas ad p. 49, 4*). *fem.* (*sc. ᾠδή*) *pro subst. de eiusmodi carmine* (*abusive, sc. respectu precandi evanescente, maxime l. 39. 41*): Titvlvs Hor. carm. 1, 2 -e ... ad Augustum (*in* rec. *Ψ ut*: 1, 35 ad Fortunam. 3, 13 in fontem Bandusinum [⟨pros⟩phonetice *Schol. Hor. tit.*]. 3, 18 in Faunum. 3, 23. carm. saec. [*in subscr. epod.*]). 4, 3 ad Melpomenen musam, -e (*in* rec. *Ξ ut*: 4, 5 ad Augustum. 4, 6 Apollinis laudem refert). Schol. Hor. carm. 3, 28 tit. -e tetracolos (ad Lyden, paraenetice *rec. Ξ*).

proseureticus, -a, -um, *προσευρετικός, quod gr. alibi non invenitur. scribitur litt. lat. in codd. t. t. geometriae, sc. de tropo quodam planorum*: Mart. Cap. 6, 715 (*inter schemata ergastica*) septimus *sc. tropus* -us. *ibid.* -us tropus est, qui docet, quemadmodum verbi gratia inter datas impares lineas inveniamus mediam, quae tantum cedat maiori lineae, quantum praecedit minorem.

proseuticē *v.* proseuctice. **prosf-** *v. etiam* prosph-.

[prosferor, -ārī *lectio vix probabilis* Lvcil. 656 (*legendum* prosperatur; *cf.* Gloss. V 646, 4 -ari: prosperari); *v. p. 2210, 34.*]

prosializo *v.* prossializo. *Wieland.*

prōsicium, (-ī) *n.*, **prōsiciēs,** *acc.* -em *f.*, **prōsiciae,** (-ārum) *f.* [*ut elucet e voce cognata umbr.* pruseçia (*acc. plur.*) *eodem modo adhibita,* -um *est priscum derivatum a* prōsecāre (*notione p. 2180, 26 illustrata*). *collata forma* īsicia, -ōrum (*ab* īnsecāre) *vetustius esse putaveris neutr.* prosicium *quam fem.* -iae, -ies. *acc. plur. umbr.* pruseçia *tam neutr.* (= *lat.* -a) *quam fem.* (= *lat.* -as) *esse potest. Fo.*] *de formis: sing.* -um Carm. Sal. (*? v. p. 2180, 49*). Pavl. Fest. p. 225, -em Varro *l. 69; plur.* -ae *trad. apud* Sol. *al. (restituitur l. 72. p. 2196, 1), forma abl.* -is *incerti generis l. 70.* [*vix recte coni.* Plin. epist. 10, 96, 10 -um *vel* -em *W. Schmid, Vigil. Christ. 7, 1953, 75 sqq.* (passim, pastum *al. trad.; v. Sherwin-White, comm. 1966, ad l.*); *ad* Lvcil. 473 *v. p. 2180, 53.*]

i. q. res prosecta (*cum gen. epexeget. l. 69 sq., partit. p. 2196, 1*): **1** *technice significantur exta hostiarum* (*cf.* Pavl. Fest. p. 225 -um: quod praesecatum proicitur. Gloss. -ae: *αἱ τῶν θυμάτων ἀπαρχαί.* exta prosecta. prosele [*i.* -ae]: *ἀκροθίνια. ad rem v. quae p. 2180, 29 citavimus*): Carm. Sal. Varro ling. 5, 110 (*si recte restituitur* -um *p. 2180, 49*). Varro frg. Non. p. 220, 23 -em extorum vel in mensam ⌊porricere⌋ ([*Lindsay,* porrig- *trad.*]. Mart. Cap. 1, 9 fissiculatis e. -is viscera loquebantur [-cis *var. l.*]). Sol. 5, 23 qui divinae rei operantur ... cum -as *aris* intulerint, *eqs.* Arnob. nat. 7, 25 p. 373, 17 si omnes has partes, quas ⌊-as⌋ dicitis, accipere dii amant (⌊ ⌋ *Turnebus,* praesic- *trad.; v. supra p. 876, 40 sq.*). **2** *transfertur ad: partes naturae humanae a Christo assumptas* (*vertitur vox gr. ἀπαρχαί, v. p. 1254, 58 sqq.*): Tert. adv. Val. 26, 2 *Valentiniani* volunt illum *Soterem* ⌊-as⌋ earum substantiarum (*sc. spiritalis et animalis*) induisse, quarum summam saluti esset redacturus (⌊ ⌋ *edd. plerique,* prospici(enti)as *codd.*). *fragmenta glaciei e fluviis sim. in mare allata*: Macr. Sat. 7, 12, 33 in quo *Ponto* frusta quaedam et, ut ita dixerim, -ae gelidae feruntur contractae de fluvialium ... undarum multitudine.

prōsico *v.* proseco. **prōsideo** *v.* prosedeo. *Pieroni.*

***?prosider.** vocem defendit Heraeus vol. V 2, 656, 18 sqq., conferens et* proeder *et* possiter (*i.* pro-) Gloss. I p. 42 *nec non* prosidens *p. 2184, 13*; praesidens *vel* praeses *suspicatur Goetz in Thes. gloss. emend. s. v.* praeses.

[prosignum: natum vel factum Gloss. (*ortum e glossa plena supra* p. 16, 12).] *Wieland.*

***?prōsileo,** -uī, -ēre (*vel* prōsilēsco, -uī, -ere). *a* pro *et* sil(esc)ere, *siquidem compos. mirum agnoscas.* Gloss. II 307, 2 *ἐπησυχάση* (*pro ἐφ-*): -erit (*cf. ibid. 1 ἐπησυχάζω*: conquiesco). [*falsas lect. pro* prosilire *v. l. 32 sqq. p. 2199, 39. 53. al.*] *v. L.*

***prōsilio,** -uī (-iī, -īvī), -ītūrus, -īre (*?*-ere *v. l. 31 sqq.*). *a* pro *et* salire. *de formis: stirpis perf.*: -ui, -uisti *eqs.* (*cf.* Gloss.⌊ I Ansil. PR 2884 -uit, resiluit: et hoc melius est quam -vit): Plavt. Trin. 216 Cic. Cael. 63 sq. Bell. Afr. 58, 2 Verg. Aen. 5, 140. *et passim* (*vix recte trad.* Plavt. Vid. frg. 8); -ii, -(i)isti *eqs.*: Sen. clem. 1, 3, 3 Petron. 106, 1 Vlp. frg. Vat. 242 Cypr. epist. 54, 1, 2 Lvcif. non parc. 20 l. 24. *al.* (*in var. l.* Ter. Eun. 1030 Ov. met. 6, 658. 12, 390 Colvm. 7, 6, 1. *al.*); -vi, -visti *eqs.* (*cf. l. 19*): Sen. epist. 115, 15 Lact. epit. 9, 2 Pass. Saturn. Dat. 8, 7. *al.* (*in var. l.* Liv. 28, 14, 10 Ps. Qvint. decl. 7, 3 Svet. Iul. 32 Cal. 54, 2. *al.*). *fut.* -am, -es *eqs.*: Hor. sat. 2, 7, 74 Sen. epist. 58, 35 Lvcan. 7, 78 Stat. silv. 2, 1, 66 Lact. inst. 6, 5, 14. *al.*; -bo: Ps. Qvint. decl. 4, 19; *part.* -ituri: *p. 2199, 54 tantum. raro occurrit imperf. indic., sc.* Heges. 5, 1, 4 p. 294, 27. 5, 18, 2 p. 335, 7 Rvfin. Greg. Naz. orat. 3, 2, 2 hist. 6, 41, 12; *coni. inde a* Cic. Cael. 62 Sen. nat. 2, 57, 1. *mire affertur* -io *inter verba tertiae coniug. a* Char. gramm. p. 477, 32 (*propter formam perf. communem [v. l. 18]? vix est quod conferas var. ll.* -erent *pro* -irent Cypr. epist. 55, 6, 1. Iord. Get. 275 [-erent *codd. antiquiores, sed cf.* 274 -irent], -ere *pro* -ire Cod. Iust. 6, 61, 8, 5a Greg. M. moral. 11, 9). *de notione* (*cf. l. 19. p. 2197, 59*): Gloss. II 310, 16 *ἐπιπηδῶ*: -o (-luo *cod. Harl.*). *legitur inde a* Plavto, Ter., Cic., Catvllo, Bello Afr., Verg., *saepe in poesi.* [*confunditur in codd. c.* prae- Plavt. Stich. 466 Conc. Arel. a. 314 p. 10 l. 19 Cod. Iust. 9, 42, 2 pr. (*a. 319*); *cf. l. 16.*]

fere i. q. progredi saliendo vel motu concitato, se proicere sim. (*notionem saliendi v. imprimis p. 2197, 20. 65; subest fere vis praeverbii q. e. 'foras', sed 'porro' imprimis p. 2198, 40, fort. etiam p. 2197, 5. 24. 2198, 38; adhibetur intransitive, singulariter autem c. obi. vocis prolatae p. 2199, 14; pass. impers. p. 2199, 35. 62. 66. al.*). *indicatur unde per praepos.* ab *l. 72. p. 2197, 47. al.,* de *l. 74. p. 2197, 66. 2198, 12. al.,* ex *l. 65. p. 2197, 50. 2198, 26. 70. al., per abl. separ. p. 2197, 8. 51. 54. 2198, 29. 30. al., per adv. p. 2197, 12. 74. 2198, 14. al.; quo vel in quem (quid) per praepos.* ad *p. 2197, 2. 2198, 10. al. et passim sub II,* ante *p. 2198, 2,* contra *p. 2200, 12,* in *c. acc. l. 67. p. 2197, 40. 74. 2198, 7 sq. al. et saepius sub II, c. abl. v. p. 2199, 15,* ultra *p. 2199, 67, per dat. p. 2200, 7; ceterum accedit dat. (in)comm. p. 2198, 1. 24. 44. al. (potius dat. ethicus q. d. p. 2198, 49), fin. p. 2198, 1; ceteras struct. v. p. 2199, 3 sqq. -itur saepe subito, statim (e. g. p. 2197, 18. 44) vel temere, impudenter (e. g. p. 2198, 3 et saepe sub II) vel ultro, voluntarie (e. g. l. 74. p. 2197, 63. 2199, 35. 54), qui colores illustrantur additamentis* haud (nec) mora *p. 2197, 11. 58. al.,* iam *p. 2197, 17. 55. 75. al.,* incaute *p. 2199, 21,* inconsulte *p. 2200, 24,* repente *p. 2197, 28. 34. 52. al.,* sponte *p. 2198, 41,* statim *p. 2197, 2 et e. g.* Ps. Qvint. decl. 2, 19 Cypr. epist. 55, 13, 2, subito *p. 2198, 1. 55* (*cf. e. g. p. 2198, 56. 2199, 51*), temere *p. 2197, 36. 2199, 39. 2200, 24. al.* (*cf. p. 2197, 69. 2199, 24. 50*), ultro *p. 2199, 23, sim. al.*

I *proprie de motu locali*: **A** *usu sollemni*: **1** *de animantibus*: **a** *generatim -unt*: **α** *qui quolibet modo procedunt, apparent, egrediuntur sim.*: Ⓘ *indicatur unde vel quo -atur*: Ⓐ *per praepos.*: Plavt. Vid. frg. 8 nescio qui servos e myrteta -it (*ita restit. Bothe*; e m. -uit *Prisc. gramm. II 124, 1,* per m. -uit *Porph. Hor. carm. 1, 38, 7. item* ex: Liv. 28, 14, 10 ex tabernaculo. Sen. epist. 58, 35 [*in imag.; cf. l. 71*] *mortem petens* -am ex aedificio putri ac ruenti, *sc. ex corpore*). Liv. 5, 2, 2 *tribuni plebis* in contionem -unt (*item* in *c. acc.*: Sen. dial. 9, 1, 12 -ire ... in forum [*opp.* intra parietes suos vitam coercere]. nat. 4 praef. 19 in scaenam. epist. 115, 15 in medium [Cypr. eleem. 22]. Petron. 82, 1 in publicum [Ambr. in psalm. 118 serm. 16, 7, 2]. *al.*). Sen. epist. 92, 34 ab hoc *corpore* modo aequo animo exit, modo magno -it *animus sapientis* (*cf. l. 66. item* ab: Pavl. Nol. carm. 20, 414 *iuvenca iugum recusans* -it a coetu retinentum et ... rura petit). Stat. Theb. 6, 740 nuda de plebe Laconum -it Alcidamas *ad pugilatum* (*item* de: Pallad. hist. mon. I 18, 9 p. 271[C] de ... horto septuaginta daemones ad adventum ipsius *Macarii* -isse [*gr. p. 50,*

[Galdi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1 ἐξῆλθον]). APVL. met. 4, 3, 5 *uxor,* simul eum *maritum* prostratum ... ex edito despexit, ... cum plangore ad eum statim -it (*item* ad: VET. LAT. Iudith 14, 17 [cod. 130 *et* 62] *Bagao* -vit ad populum, *sc. e tabernaculo* [*gr. ἐξεπήδησεν εἰς, cod. 148. al.* egressus est, *Vulg. 14, 15* exilivit foras]. SOL. 45, 15 excusso ... auriga ... relicto certamine ad Capitolium quadriga -vit [-uit *var. l.; cf. Plin. nat. 8, 161* in C. cucurrisse]. AVG. serm. 299B, 2 coll. Morin p. 517, 30 *Petrus* primus ... -iit ad Iudaeos et coepit euangelizare Christum). Ⓑ *per abl. separ.*: LVCAN. 5, 210 expulsa ... ⌞templis⌟ -uit *Pythia furibunda* (⌞ ⌟ *si ἀπὸ κοινοῦ*). 9, 3 *umbra Pompei* -uit busto (*cf.* SIL. 9, 102 tumulo). VAL. FL. 1, 705 volucer cum Daedalus orā *Cretensium* -uit. STAT. Ach. 1, 28 (*in imag.*) nec mora et undosis ... -uit *Thetis* thalamis. *al.* Ⓒ *per adv.* (*cf. l. 14*): CLAVD. 3, 129 (*123* est locus *eqs.*) hinc (hic, huc *var. ll.*) dea *Megaera* -uit (*postea*: egressa).

Ⓘⓘ *sine tali indicatione*: TER. Eun. 1030 quidnam hic *Chaerea* (hinc *var. l.*) properans -it? (-iit *cod. unus; cf.* DON. Ter. Eun. 1029 eunuchi habitu ..., sed virili confidentia -it. SCHOL. p. 112, 26 prae gaudio -endo exit). HOR. sat. 2, 7, 74 (*in imag.*) tolle periclum: iam vaga -et frenis natura remotis. OV. ars 3, 607 callida -at dicatque ancilla 'perimus' (*sc. ut puellae amatorem timore afficiat*). met. 11, 385. 12, 390 *Centaurus gladio ictus sub alvo* -uit (-iit *var. l.*) terraque ferox sua viscera traxit. fast. 6, 494 *Ino Learcho filio sepulto* -it et cunis te, Melicerta, rapit. SEN. Oed. 586 (*582* dehiscit terra) saeva -uit cohors *inferorum.* 1004 en ecce, rapido saeva -uit gradu Iocasta vaecors. COLVM. 6, 2, 10 *si iuvencus cum veteranis bubus iunctus* efferatus -it, duorum arbitrio inhibetur (*opp.* consistit; *cf. 9* procurrentem). LVCAN. 8, 55 puppe *Pompei* propinqua -uit *Cornelia.* VAL. FL. 2, 170 *Lemniae* -unt nec tecta virum thalamosque revisunt. 4, 466. 8, 21 *Medea* velut torto Furiarum erecta flagello -it, attonito qualis pede ⌞-it Ino in freta⌟ (⌞ ⌟ *spectat ad ε*). SVET. Cal. 54, 2 repente ... -uit ac desaltato cantico abiit (-vit, -iit *var. ll.*). PS. QVINT. decl. 15, 4 quae ⌞-ret⌟ orbitas (*i. filius orbatus*) de novercalibus questura commissis (⌞ ⌟ *sc. in iudicium sim., vix ad p. 2199, 1*). *al.*

β *qui impetum faciunt, opprimere temptant, invehunt sim.* (*e latebris prorumpentes l. 10 sqq.; cf. b*): CIC. Cael. 62 ut *Clodia* ... mitteret amicos, qui delitescerent, dein repente, cum venisset Licinius ..., -rent hominemque comprehenderent (*in eadem re*: 63 in balneis delituerunt ...; dein temere -uerunt. 64. 65). SEN. contr. 2, 1, 35 maritum indignatum -uisse (*sc. in servum*) quasi ⟨in⟩ corruptorem *uxoris.* SEN. clem. 1, 20, 3 clementem vocabo ... eum, qui, cum suis stimulis *ad ultionem* exagitetur, non -it. PETRON. 106, 1 concitatus iracundia -iit Lichas et '...' inquit (*cf.* VAL. FL. 7, 34 *Aeetes* in ... -it ora viri, *i. Iasonis,* talique effunditur ira: '...'). PS. QVINT. decl. 4, 19 *alienatus mente* -bo fortasse (*sc. ad patrem occidendum*), tamquam sequar classici vocantis instinctum? *al.*

γ *qui surgunt e sede, lecto sim.*: CATVLL. 65, 22 *donum sponsi* sub veste locatum, dum adventu matris -it *virgo,* excutitur. CVLEX 187 *pastor recubans* -uit furibundus. PROP. 2, 29^{b}, 40 OV. met. 6, 658. 7, 573 tanta ... sunt miseris *pestilentia correptis* invisi taedia lecti: -unt aut ... corpora devolvunt in humum. LIV. 2, 12, 13 attonitus ... rex cum ab sede sua -uisset (*cf.* e sede: SVET. Claud. 21, 6). SEN. contr. 1, 4, 9. VAL. MAX. 1, 7 ext. 10 *quidam somnio* excitatus -uit (*cf. Cic. div. 1, 57* surrexisse). SEN. clem. 1, 3, 3 (*in imag.*) tamquam malum aliquod aut noxium animal e cubili -ierit, *diffugere.* CVRT. 7, 4, 19 *quidam* convivio -uit haudquaquam potens mentis. 8, 1, 43 *Alexander* ex lecto repente -uit (SVET. Nero 47, 3 -uit e l. [-iit *var. l.*]. GREG. M. dial. 1, 2, 10. *cf.* ex lectica: ASCON. Scaur. p. 23, 21). VAL. FL. 1, 310 *Iason somnio excitatus* -uit stratis (PS. SIL. 8, 188. *cf.* e strato: SVET. Dom. 16, 1). 6, 456 iamdudum -it altis diva *Venus* toris. *al.*

δ *qui in certamine cursus proruunt signo dato*: VERG. Aen. 5, 140 ubi clara dedit sonitum tuba, ⌞finibus⌟ omnes haud mora -uere suis *in cursu navali* (*explicat* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2883 cum impetu ex⟨s⟩iluere; ⌞ ⌟ funibus *Ribbeck*). SEN. benef. 2, 25, 3 (*in comparatione*) illum velut ... carceribus inclusum *cursorem* opperiri debere tempus suum, ad quod velut dato signo -at (*sc. ad beneficium reddendum*). SIL. 15, 210 *equus* -uit Pisaeo carcere praeceps. STAT. Theb. 6, 555 prior omnibus Idas ... -it. IVL. VAL. 1, 12 l. 573 *aurigae* cuncti una -unt (*gr. p. 20, 3 προεπήδησαν*).

ε *qui desiliunt e loco edito* (*e lecto v. sub γ*): HOR. sat. 1, 5, 21 cerebrosus -it unus (*e nave ut*: IVST. 11, 5, 10 Alexander ... de navi tripudianti similis -uit. *al.*). OV. fast. 2, 471 nec mora, -uit *Venus cum Cupidine, sc. in Euphraten.* VAL. FL. 8, 21 in freta (*v. l. 27*). APVL. met. 5, 14, 1 *sorores Psyches* scopulum petunt *et* ... licentiosa cum temeritate -unt in altum. *al.*

b *speciatim -unt milites vel duces, qui arma capessunt, hostes invadunt sim.* (*in imagine sim. p. 2198, l. 12 sqq.; cf. aβ*): BELL. Afr. 58, 2 cum ... promptius ... -uissent *adversarii* (*antea*: copias de castris ... educunt). OV. fast. 2, 228 in apertos undique campos -unt hostes (STAT. Theb. 10, 476 iam Argiva cohors ... -it in c. PRVD. psych. 574

[*allegorice*] subito in medium ... Operatio c. -it auxilio sociis. *cf.* STAT. Theb. 11, 404 in pulvereum ... aequor). LIV. 7, 8, 3 quid ante signa feroces -uissent *equites* et alieno pugnarent loco (*cf. 7, 7, 8* provolant). LVCAN. 7, 78 signa revellent -entque acies. VAL. FL. 5, 558 haud mora; -unt *Argonautae in arma vocati.* 8, 357 *Styrus* intortis socio cum milite remis -it. SIL. 17, 121 *Syphax* -uit castris ceu turbidus amnis. HOMER. 713 -uere viri *et Dolona* ... capiunt. STAT. Theb. 4, 260. FRONTIN. strat. 2, 8, 13 *Caesar* in primam aciem pedes -uit. 4, 1, 8 cum *in ordinanda acie* inertissimus quisque retro se dedisset, strenui autem in fronte⟨m⟩ -uissent. SVET. Iul. 32 (*ostentum*) *quidam* rapta ... tuba -vit ad *Rubiconem* flumen et ... classicum exorsus pertendit ad alteram ripam (-uit *pars codd.*). VET. LAT. sap. 18, 15 (*vigente imagine*) sermo tuus, *domine,* de caelo ... durus debellator in mediam ... terram -vit (-uit, exsilivit *var. ll.; gr. ἥλατο*). CYPR. epist. 54, 1, 2 (*in imag.*) repetere eadem castra, unde prodistis, unde ad gerendum proelium ... -istis (-uistis, -itis *var. ll.*). IVL. VAL. 3, 8 l. 181 indignatione Indi excitati in arma -unt ([*cf. gr. p. 102, 24 ἤρξαντο ... πολεμεῖν*]. IORD. Get. 275 quatenus *Sciri* ... in a. ⌞-rent⌟ gentemque Gothorum invaderent [⌞ ⌟ *cf. p. 2196, 33*]. *cf.* ad arma *ibid.* 278 *et e. g.* in proelium IVST. 24, 8, 8, in pugnam DARES 24 [*antea*: veloci saltu in pugnam ire]). AMM. 19, 7, 8 *rex Persarum* proeliatoris militis ritu -uit in confertos. HEGES. 5, 20, 2 *propugnatores quidam* in machinamenta muralia -ierunt (-uerunt *var. l.; gr. 5, 474 προεπήδησαν ἐπί*). *al.*

2 *de rebus*: **a** *effluentibus, sc. lacrimis, sanguine, aqua sim.* (*cf. l. 6*): PLAVT. Stich. 466 prae laetitia lacrimae -unt mihi ([praesillunt *cod. P*]. MART. 1, 33, 2 iussae -unt l. PAVL. NOL. carm. 14, 42). CATVLL. 68, 58 rivus muscoso -it e lapide. OV. met. 6, 260 *sanguis e vulnere* eiaculatus in altum emicat et longe ... -it. 15, 272 multa ... flumina -unt (*cf. 270* fontes natura novos emisit; *opp.* residunt). SEN. Oed. 355 (*de extispicio*) novus ... -it venis cruor. nat. 4, 2, 5 violentus ... per malignos transitus -it (*sc. Nilus ut*: PLIN. nat. 5, 52 -it fonte ... illo, quem Nigrim vocavere [*cf. Sol. 32, 5* exit]). MELA 2, 63 *Padus* inde (*sc. ex uno ostio*) tam citus -it, ut discussis fluctibus ... suum ... etiam in mari alveum servet. PLIN. nat. 12, 58 inde (*sc. ex plaga cortici arboris inflicta*) -it spuma pinguis. *al.* **b** *variis* (*fere egredientibus, apparentibus, sed certe motum continuantibus l. 40*): SEN. nat. 1, 14, 5 ⌞quomodo ... -unt⌟ *cometae?* (⌞ ⌟ *i. quomodo fit, ut -ant; cf. ibid. 4* exiluerit, *6* erumpunt. *nisi spectat ad B1, sed v.* 1, 15, 2 quaedam [*sc. σέλα*] praeceps eunt similia -entibus stellis). 2, 18 quare et sereno tonat? quia tunc quoque per crassum et scissum aëra spiritus -it. 2, 57, 1 *fulgurat,* ubi in ignem aer extenuatis nubibus vertitur nec vires, quibus longius -ret, invenit. PLIN. nat. 15, 93 *balanitis nux* purgabilis maxime et sponte -ens pura, *sc. e putamine.* PAVL. NOL. carm. 23, 182 -it iste globus *oculi et* ... deserit ... lacunam. epist. 49, 2 p. 391, 26 ictus securi malus ita -vit a vulnere, ut longe extra navem ... tuto ceciderit.

infestando: STAT. Theb. 11, 227 illi *Eteocli sacrificanti* niger ignis in ora genasque -uit.

B *usu deflexo*: **1** *de iis, qui (quae) procrescunt vel oriuntur sim.*: **a** *animantes*: OV. fast. 3, 452 creditur hic *Pegasus* caesa gravidae cervice Medusae ... -uisse. 3, 842 *Minerva* de capitis fertur ... paterni vertice ... -isse. STAT. silv. 1, 2, 113 (*loq. Venus*) *foventi* mihi dulcis imago *puellae* -uit (*adolescendo*). ARNOB. nat. 2, 16 p. 84, 7 quanam ratione nascamini, quo pacto -atis ad vitam. LACT. epit. 9, 2 unde ... -vit Erichthonius? (*postea*: enatus est; *cf. inst. 1, 17, 13* unde sit ... natus). CLAVD. carm. min. 27, 69 (*de phoenice*) qui fuerat genitor, natus nunc -it idem. *al.* **b** *res: variae* (*cf. l. 35*): OV. fast. 4, 796 cum saxis pastores saxa feribant, scintillam subito -uisse ferunt. SEN. epist. 94, 56 *caelestia* sive per ordinem subeunt, sive subitis causis mota -unt. APVL. mund. 12 p. 317 turbo ... dicitur, qui repentinis flabris -it atque universa perturbat (*gr. 395a7 προσαλλόμενον*). ARNOB. nat. 1, 28 p. 24, 13 post illum, *quem unum rerum principem agnoscimus,* necesse est cuncta et nata esse et prodita et in sui nominis -uisse naturam. *plantae, surculi sim.*: COLVM. 2, 10, 28 *herbam Medicam,* cum -uerit, deseces licet. 3, 17, 2 'sagittam' rustici vocant novissimam partem surculi, ... quia longius recessit a matre et quasi emicuit atque -uit. 4, 22, 4 plerumque ... germen de cicatrice procedit, quod sive longius -uit, in flagellum summittitur, sive brevius, in pollicem. 7, 6, 1 qui *frutices* in altitudinem non -ierunt (-uerunt *cod. unus*). 11, 3, 24 maior pars eius *brassicae* in cymam -it. *al.* PLIN. nat. 17, 149 *propago castaneae* tralata *primo* nescit hospitari ...; postea -it.

2 *de locis, quorum describitur situs vel forma prominens*: PLIN. nat. 4, 8 Pagae, unde Peloponnesi -it cervix. 4, 115 promunturium Sacrum e media prope Hispaniae fronte -it. PLIN. epist. 5, 6, 19 *triclinium* fenestris ... latus xysti et, quod -it villae, ... prospectat.

3 *de re, quae detecta oculis obicitur*: AVIAN. fab. 12, 2 rusticus *arans* ... thesaurum sulcis -uisse videt.

II *translate* (*fere ubique [praeter B1 et 2] accedunt struct. indicantes quid vel quis petatur, efficiatur*): **A** *de animantibus* (*eorum affectus*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sim. v. sub B): **1** *generatim de iis, qui progrediuntur in actionem vel habitum sim.* (*ad actionis effectum e. g. l. 10. 22. 29 sqq. 46*): **a** *accedunt variae structurae indicantes*: **α** *finem* (*cf. et part. fut. p. 2197, 30*): *supin.*: PLAVT. Trin. 216 ego ... insciens -ui amicum castigatum innoxium. *inf. fin.*: TERT. nat. 1, 7, 16 si ... ille, qui tanto impatientiae iure -uit deferre (*sc. scelera Christianorum*), non et probare gestit. adv. Val. 14, 3 *Enthymesis* -uit ... lumen eius *Christi* inquirere (*cf. supra p. 2164, 10 nec non Iren. 1, 4, 1* in exquisitionem egressam [*gr. ἐπὶ ζήτησιν ὁρμῆσαι*]). CYPR. epist. 60, 2, 2 (*in imag.*) -ierat adversarius terrore violento Christi castra turbare (-uerat *var. l.*). **β** *effectum, sc. id quod dicturus est is, qui progreditur ad dicendum*: *per praepos.* cum: TRACT. Pelag. 4, 22 p. 109 *Iacobus* cum huiusmodi voce -et: '...'. *per ipsam vocem prolatam*: PASS. Saturn. Dat. 8, 7 proconsul mente concussa, lingua nolenti ⌞'parce'⌟ -vit; cessavere carnifices (⌞ ⌟ parcere *var. l.*).

b *accedit praepos.* ad *vel* in *c. acc.* (*abl. l. 31 sq. 40*): **α** *spectat ad dicendum, scribendum* (*cf. locos plerosque sub a allatos et exempla formae '-uit et dixit' p. 2197, 7. 18. 39*): HOR. epist. 1, 19, 8 Ennius ... numquam nisi potus ad arma -uit dicenda (*item c. gerund.: e. g. l. 25 et* HIER. hom. Orig. in Luc. 1 p. 4, 8 qui absque gratia spiritus sancti ad scribenda euangelia -uerunt [-ierunt *var. l.; gr. ἐλθόντων ἐπί*]. GREG. M. moral. 11, 9 ad praedicandum ... incaute -ire [-ere *cod. unus*]). DECRET. decur. Puteol. (CIL X 1784, 2; *a. 187*) 11 ad huius modi decretum -ire. VLP. dig. 29, 5, 3, 14 qui ultro ad accusationem -it (48, 2, 7 pr. COD. Iust. 9, 42, 2 pr. [*a. 319*] per errorem seu temeritatem seu calorem. *cf.* VLP. dig. 48, 5, 2, 9 ad accusandum). frg. Vat. 242 cum *quidam tutores dati* per errorem ad potiorum nominationem -iissent. CYPR. zel. 5 Goliath interfecto ... populus admirans in laudes David ... -iit ([-vit, -uit *var. ll.*]. SCHOL. Pers. prol. 1 [*fort. aet. rec.*] in laudem virtutis). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 137, 34 ad has litteras. CASSIOD. in psalm. 30, 19 l. 355 in procacia dicta (118, 21 l. 438 'increpare' ... quasi ... in mordacia d. -ire). GREG. M. epist. 11, 27 l. 13 cum amici eius *Iob* ... in increpatione -issent (-uissent *cod. unus; cf.* moral. praef. 11 amici *Iob* in aspera correptione -unt [*acc. var. l.; postea*: usque ad verba increpationis excedunt]). *al.* **β** *cetera exempla*: PS. QVINT. decl. 11, 8 nulla poena est nisi invito ...; supplicium quisquam vocat *id,* ad quod -itur, quod exposcitur? COD. Iust. 8, 27, 5 (*a. 231*) ad venditionem (6, 43, 3, 3a ad v. vel hypothecam. 6, 61, 8, 5a ad v. rerum suarum -ire [-ere *cod. unus*]). CYPR. ad Donat. 8 *Iovem* in puerorum pubescentium raptus ... -ire (*sc. in spectaculis*). epist. 55, 6, 1 ut ad communicationem temere -rent *lapsi* (-lerent *codd. aliquot*). PONT. vita Cypr. 5, 2 cum in dilectione eius *Cypriani* et honore totus populus ... -ret. COD. Iust. 9, 47, 14 (*a. 293/304*) ne ad maleficia temere quisquam -at (-leat *cod. unus*). LACT. inst. 6, 5, 14 *ira suppressa* nemo -et ad nocendum (*item c. gerund.*: mort. pers. 2, 6 *Nero* -vit ad excidendum caeleste templum delendamque iustitiam. IVLIAN. in Ioel 3, 14 ad vindicandum. *al.; cf. p. 2198, 14. 2200, 25*). ira 17, 14 ne *homo iratus* ad aliquod maximum malum -at. LVCIF. non parc. 20 l. 24 sicut illi *Iudaei* ... ad necem *Stephani* ... -ierint (*ibid.* l. 25 ad nostram ... n. *cf.* PS. AVG. quaest. test. 110, 2 ut *impii* ... in parentum contumeliam et n. facilius -rent). RVFIN. hist. 4, 15, 8 *quendam* ad martyrium procacia potius et temeritate quam devotione -uisse ([*cf. gr. ἐπιπηδῆσαι*]. VITAE patr. Iurens. 31 scurras etiam ad m. ... inspiratione subita -uisse [-iisse *ed. princ.*]). TRACT. Pelag. 4, 22 p. 109 ne ad iracundiae animositatem -rent *homines* (-lerent *trad.*). *al.* *supplenda est locut. praepos. e contextu*: TEST. (CIL X 114; *aet. Ant. Pii*) 33 relevati inpendi(i)s facilius -ituri *sunt* hi, qui ad munus Augustalit(a)tis conpellentur.

2 *speciatim de iis*: **a** *qui modum quendam excedunt, ad maiorem vel ultimum gradum procedunt*: CYPR. patient. 19 quominus ... divinae administrationis impatiens ... ad crucem quoque et ad sanguinem domini -ret *populus Iudaeorum.* NOVATIAN. Cypr. epist. 36, 1, 2 *lapsos* ad hoc usque -ire voluisse, ut ... pacem sibi non tam peterent, quam vindicarent (*cf. 1* petulantia usque ad ... temeritatem producta). LACT. epit. 56, 4 ad inmania facinora -itur (*syn.* consurgitur). mort. pers. 26, 2 *Maximinus* ad hanc usque -uit insaniam, ut *eqs.* (*cf.* HIER. in Am. 6, 12 l. 351 in tantam rabiem -istis, ut *eqs.*). HIER. epist. 108, 18, 5 si quando procacior fuisset inimicus et usque ad verborum iurgia -isset. AVG. doctr. christ. 3, 38 in facinora -itur. FACVND. c. Moc. 11 Zeno imperator ... a minoribus ad maiora -ens ... concilium ... sprevit. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 23, 23 ultra universam ... audaciam -ire eos, qui *eqs.* (*Migne gr. 78, 1204^{B} πάσης ... τόλμης ἐπέκεινα χωρεῖν*). *al.* **b** *qui promoventur ad dignitatem superiorem* (*quae indicatur per praepos.* ad; *status prior per praepos.* ex *p. 2200, 4*): CONC. Arel. a. 314 p. 61. 52 de praesidibus ..., qui fideles sunt et ad praesidatum ⌞-unt⌟ (*cf. ibid.* promoti fuerint; ⌞ ⌟ consilium *trad., corrigendum sec. loc. geminum* p. 10 l. 19 [prae- *cod. unus*]). HIST. AVG. trig. tyr. 10, 1 fati publici fuit, ut Gallieni tempore, quicumque potuit, ad imperium -ret. RVFIN. Orig. in iud. 3, 1 p. 481, 4 si quis ... extollitur et effertur, ad potestates atque ad dignitates saeculi -it (COD. Theod. 6, 28, 8, 1 ad honorariam ... d. [*syn.* progressi sunt, pervenerint]). COD. Theod. 13, 3, 5 quisque (quisquis *Cod. Iust. 10, 53, 7*) docere vult, non repente nec temere -at ad hoc munus. Iust. 7, 17, 1 pr. qui ex servitute ad libertatem -uerint. **c** *qui alicui (rei) adversantur, obnituntur*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 3, 2, 2 'tenebrae' (*Ioh. 1, 5*) ..., id est contrariae virtutes, quae -bant quidem visibili Adam, sed vincebantur ab invisibili verbo dei (*Migne gr. 36, 336^{B} προσπηδώσης c. dat.*). AVG. civ. 1, 3 p. 8, 21 *ut blasphemantes* in eum *Christum* maledictis hostilibus -rent (PETR. CHRYS. serm. 40, 4 diabolus, dum in hominem tendit, -vit in deum [*postea*: incurrit; *cf. l. 30*]. CASSIOD. in psalm. 118, 78 l. 1318 in adversarios ... maledictionis voto -ire). CONC. Andec. a. 453 p. 137 l. 11 ut contra episcopale iudicium clericis non liceat -ire (EPIST. pontif. 709 Thiel 33 p. 448 c. regularum statuta).

B *de rebus*: **1** *quae quolibet modo apparent vel procedunt*: LVCAN. 7, 249 formidine mersa -it ... fiducia. AVG. adv. Don. 25, 45 tam fortis ex ore *Donatistarum* -vit timor, ut eius impetu de fronte fugerit pudor. mag. 13, 42, 3 *interdum falsa* verba praeter voluntatem nostram linguae ipsius errore -unt. PS. AVG. serm. ed. Mai 75, 4 (*respicitur Luc. 18, 35 sqq.*) unde *fides vos, oculi caeci,* produxit? aut unde subito -uistis? PETR. CHRYS. serm. 137, 9 dolor hominis dei -vit ad viscera, captivi gemitus ad Christi penetravit interna. *al.* **2** *quae effectum quendam habent*: PS. QVINT. decl. 4, 8 verendum est, ne ad hoc (*sc. ad mortem voluntariam*) inconsulte, ne temere levitas humana -at. LACT. inst. 6, 18, 33 prius ... quam commotio illa, *sc. ira,* -at ad nocendum. PETR. CHRYS. serm. 172, 2 omnia ... vitia ad suorum semper tendunt et -unt laesionem. GREG. M. moral. 5, 79 fit plerumque, ut usque ad manus ira -at et, quo ratio longius recedit, audacior exsurgat. **3** *quae alicui adversantur*: PETR. CHRYS. serm. 74, 4 mors, quae in reos tendens incurrit in iudicem ..., saeviens in homines -vit in deum.

prosīlitus *v.* proselytus. *Galdi.*

prōsisto, -ere. *a* pro *et* sistere. *non nisi part. praes.; perf.* prostiti *v. sub* prostare. [*vix recte trad.* APRING. in apoc. 3, 15 tepidos ... -ere (persistere *ed. del Campo Hernandez, 1991; cf. vol. X 1, 1709,* 67 sqq.).] *i. q. prominere*: APVL. met. 11, 24, 4 caput ... corona cinxerat, palmae ... foliis in modum radiorum *solis* -entibus. *Wieland.*

?**prōsitus,** -a, -um. *a* pro *et* situs (*cf.* intersitus, dissitus *al., si quidem agnoscenda est vox neque ad* 1. prosero *trahenda*). [*falso trad. codd. PK* -um *pro* pro situ HIER. in Ezech. 46, 19 l. 788 *neque huc spectat* INSCR. *p. 775, 9.*] PAVL. FEST. p. 226 -a: proposita (*sc. foris, in conspectu sita, an exserta?*). *e coni. dubia*: CATO inc. libr. frg. 9 (= orat. 226 *vel* orig. 143) speca ⌞-a⌟, quo aqua de via abiret (⌞ ⌟ pro siti, ppositi, pposita *sim. codd. Prisc. gramm. II 260, 6,* -a *Haupt et edd. plerique coll. l. 40, sed vix recte agnoscere videntur notionem q. e. 'praeposita, ante vel secundum viam sita'; potius cogitare possis de* 1. prosero, *ita ut respiciantur canales sim. e muro vel saxo foras ducti ad aquam recipiendam*). *Bk.*

[prosīvus *lect. falsa pro* ros- CLOAT. Macr. Sat. 3, 19, 2; *v. Jan ad l. et Heraeus, Kl. Schr., 1937, 31.*]

⁂proslambanomenos, -ī *m.* (*f. v. sub 2*), *προσλαμβανόμενος. trad. nom. et acc. sing. formis gr. (litt. gr.* MART. CAP.; *var. l.* -us *l. 60), ceteri casus formis lat., etiam plur. l. 59. 71. 72, sed* -αι *p. 2201, 1.*

t. t. artis musicae de sono gravissimo, qui additus est ad hypaten (*cf. l. 62. 64*): **1** *masc.* -us, *sc. sonus* (*vix fem. agnoscas, etsi ad vocem vel chordam referatur ut l. 56. 65. 68*): VITR. 5, 4, 5 *sonitus stantes* appellantur sic: -os, hypate hypaton *eqs.* (*cf.* BOETH. mus. 4, 13 p. 335, 11 *voces* in totum immobiles sunt -os, hypate hypaton *eqs.* [*sim.* p. 337, 11]). 5, 5, 5 *in theatro vasa aerea ponantur* diatesseron ad -on *eqs.* (*de isdem ibid.*). 6, 1, 7 *nationes quaedam* spiritus vocis habentes umore repulsos ad hypatas et -os (-on *Philander, sed cf. plur. l. 71. 72*). PS. CENS. frg. 12, 3 nunc in ampliore numero soni considerantur, ut sit -os (-us *var. l.*), hypate hypaton *eqs.* MART. CAP. 9, 931 primus *sonus* dicitur apud Graecos *-ος,* apud Romanos vero ... idem dicitur adquisitus (9, 954 ab a., quem *-ov* dicimus. BOETH. mus. 4, 3 p. 309, 22 -os, qui a. dici potest). BOETH. mus. 1, 20 p. 211, 23 super hypatas hypaton addita est una chorda, quae dicitur -os –ab aliquibus autem prosmelodos dicitur (*ibid.* p. 212, 8 -os vel p. 1, 22 p. 214, 4 prima *chorda* est -os, quae eadem dicitur p.). 1, 27 p. 219, 21 (*soni ascribuntur sideribus*) *Cicero* dat Lunae gravissimum sonum, ut sit Luna -os (*cf.* 4, 5 p. 315, 18 gravissima *chorda,* id est -os). 4, 6 p. 318, 23 primus ... numerus maximusque, qui -i (-os *var. l.*) obtineat locum. 4, 12 p. 334, 16 *in descriptione quadam* obtinet ... consonantiam diapason -os ad neten hyperboleon. 4, 15 p. 342, 15 vocum ordo dispositus a -o in neten hyperboleon. 4, 17 p. 345, 18 quaecumque mediae ... -is accedunt, hae graviores modos operantur. *ibid.* p. 345, 21 partem sinistram *in descriptione* -i tenent. *al. apud eundem.* **2** *fem., sc. chorda*: MART. CAP. 9, 935 mediae (*i. μέσαι*) ... graviorum troporum his, qui acu-

[Wieland]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tiores sunt, -αι (*litt. lat.* -ae *cod. Bern.*) fiunt (*sc. transpositis tetrachordis*).

proslēpsis, *acc.* -in *f.*, *πρόσληψις.* *t. t. dialecticae, i. q. propositio minor in conclusione, qua quid antecedenti additur*: CIC. div. 2, 108 demus tibi istas ... sumptiones ..., ⌞adsumptio tamen, quam -in⌟ ... vocant *dialectici,* non dabitur (⌞ ⌟ praesensio t. q. prolem(p)sin *trad., corrigitur coll. 2, 107* quod adsumit).

prosmelōdos *m.* (*vix f. sec.* chorda, *cf. p. 2200, 53*), *προσμελῳδός* (*quod in gr. non invenitur*). *t. t. artis musicae de sono (vel chorda), qui ab aliis dicitur proslambanomenos*: BOETH. *p. 2200, 65.*

?**prosmonī** *m.*, *πρόσμονοι.* *i. q. perseverantes, sc. nomen collegii* (*si recte explicat Mommsen ad l.*): CIL III 7807, 2 (*saec. II/III*) familiaricum (*i. aedificium servis destinatum*) a solo -i ex suo fecerunt per *quosdam* ... quaestores.

prosnēsium *v.* prymnesium.

prosneusis, *acc.* -in *f.*, *πρόσνευσις.* *litteris gr. in contextu lat. per ellipsin interrupto de actione vel habitu annuentis* (*potius consentientis quam aliud tacite significantis, v. Shackleton Bailey, 1968, ad l.*): CIC. Att. 5, 4, 2 de illo quod Chaerippus – quoniam hic quoque -ιν sustulisti – ... etiamne hic mihi curandus est? *Wieland.*

prōsocer, -erī *m.* [*a* pro *et* socer, *cf.* proavus *sim. Fo.*] *i. q. pater soceri vel socrus* (*qui* socer magnus *appellatur Mod. dig. 48, 10, 4, 6*): OV. epist. 3, 74 cui *Achillis uxori* ... Nereus -r esse velit (*sc. pater Thetidis*). PLIN. epist. 4, 1 tit. C. Plinius Fabato -o suo (*eidem in salutatione* 5, 11 tit. *et septies; ceterum*: 5, 14, 8 eram cum -o meo, eram cum amita uxoris. 8, 20, 3). VLP. dig. 25, 2, 15, 1 *v. p. 1930, 19.* HIST. AVG. Gord. 2, 2 socero, -o et item alio -o et duobus absoceris consulibus, ipse consul ... potentissimus. HEGES. 1, 36, 2 p. 72, 12. CIL VI 1782 (*a. 402 vel paulo post*) Virio Nicomacho Flaviano ... Q. Fab(ius) Memmius Symmachus ... -o optimo.

prōsocrus, -ūs *f.* *a* pro *et* socrus. *i. q. mater socrus* (*vel soceri*): MOD. dig. 38, 10, 4, 6 -s mihi uxoris meae avia est, ego illius sum progener (*ibid.* socrus magna).

[prosodātus *v. l. 68.*]

⁂**prosōdia,** -ae *f.*, *προσῳδία.* *litt. gr. l. 39. 40. 44. 46. al.* *i. q. accentus (sc. fere musicus q. d., sed l. 38 certe de exspiratorio q. d.): definitiones*: RVT. LVP. 2, 14 *verba quaedam similia non* eundem habent ... sonum vocis, quam Graeci -am appellant (ISID. orig. 1, 4, 11 aspiratio ... est sonus uberius elatus, cuius contraria est -a, sonus aequaliter flexus. GLOSS. sonus: -α. *cf. l. 42*). QVINT. inst. 1, 5, 22 difficilior observatio est per tenores ... vel accentus, quas Graeci -ας vocant, cum acuta (*sc. -a?*) et gravis alia pro alia ponuntur *eqs.* (SERG. gramm. IV 482, 8. MART. CAP. 3, 273 a. partim fastigia vocamus ..., partim cacumina, tonos vel sonos, Graeci -as. POMP. gramm. V 125, 35. *al.*). GELL. 13, 6, 1 (*cf.* tit.) quas Graeci -ας dicunt, eas veteres docti tum notas vocum, tum moderamenta, tum accentiunculas, tum ⌞voculationes⌟ appellabant (⌞ ⌟ *cf.* 13, 26, 3 'summum ... tonum' -αν acutam dicit *Nigidius* et quem accentum nos dicimus 'voculationem' appellat). DIOM. gramm. I 456, 7 tenor, quem illi *Graeci* vocant tasin aut -an (456, 18 [-sidonian *codd.*]. *adde l. 40*). GLOSS. apex: *κεραία, γράμματος ἄκρον,* -α *eqs.* *exempla varia*: VARRO frg. Gell. 18, 12, 8 in priore verbo graves -ae, quae fuerunt, manent, reliquae mutant (EXPLAN. in Don. gramm. IV 532, 21 flexa ... -a, quod duplex est et ex acuta gravique ficta. *cf. l. 41*). EXPLAN. in Don. gramm. IV 525, 18 materia, locus et natura -ae (525, 21 n. ... -ae in eo est, quod aut sursum est aut deorsum, nam in vocis altitudine ... spectatur *eqs.*). 529, 4 Athenodorus duas esse -as putavit, unam inferiorem, alteram superiorem; flexam autem *eqs.* (532, 21. *adde l. 51*). 529, 12 Tyrannion ... quattuor scribit esse -as, *βαρεῖαν, μέσην, ὀξεῖαν* et *περισπωμένην* (*cf.* media -a: 529, 17 [*e Varrone*]. 531, 1. *al. ibid.*). *al.* (*in* EXPLAN.). *Rebrik.*

prosodiacus, -a, -um, *προσοδιακός.* *i. q. ad pompam sim. pertinens, sc. t. t. de metro vel versu primitus in re sacra adhibito* (*ad rem v. Muth, RE XXIII 1, 856 sqq.*): SACERD. gramm. VI 545, 11 de -o hyporchematico: ⌞-um⌟ hyporchematicum fit syllaba et penthemimerico dactylico *eqs.* (⌞ ⌟ propos-, ropos-, propros- *codd.; coll. 543, 20. 26 subaudias* metrum. *cf.* PS. MAR. VICTORIN. gramm. VI 124, 3 -um [*Camerarius,* prosodipo- *AB*] metrum efficies). MART. CAP. 9, 991 numeri, qui et -i vocantur, quorum alii per ternos pedes fiunt *eqs.* (*v. Cristante, 1987, ad l.*). FRG. Bob. gramm. VI 625, 1 ab hoc metri genere *anapaestico* distat versus, qui -us (prosodatus *var. l.*) nominatur et est varius, quod in principio non anapaestum, sed iambum pedem ... accipiat *eqs.* (*cf. l. 70*).

[versus paschales **prosodicī** (*vel* -iacī) TITVLVS Auson. 4 (317 S.) cod. V (*coni. Huemer, Wien. Stud. 10, 1888, 157 sq. sec. gr. προσοδι(α)κός, sed vix aptum vid. carmini dactylico; alii alia*; proco dicyi *cod.*).]

prosodium (-on?), *pl.* -a, *προσόδιον* (*vix* -ōd- *sec. προσῳδ-, ut quidam malunt*). *dicitur de genere cantus, quo dii appellantur* (*ad rem v. Muth, cit. l. 61*): PORPH. Hor. epist. 2, 1, 134 carmina, quibus dii placantur, hoc est: paeanas, dithyrambos, hymnos, -a. SCHOL. Hor. sat. 2, 1, 1 eclogae haec nomina habent: si ad Iovem, hymni; si ad Apollinem ..., paeanas; si ad Liberum ..., dithyrambi; si ad ceteros deos, -a.

prosomeon, prosomian *v.* prosomilian.

prosomīlian, *sc. προσομιλίαν, latet sub formis corruptis glossarum, quae referendae sunt ad* HIER. vir. ill. 61, 2 *Hippolytus scripsit* adversus omnes haereses et ⌞-αν⌟ (narrationem *supra scriptum in cod. δ*), *sc.*: GLOSS. Leid. Hessels 30, 54 et procomian: narrationum (*v. quod monuit ed. p. 107. cf.* GLOSS. prosomean [*vel* prosomian *sim.*]: narrationem. *sim.* GLOSS.⌞ Corp. P 566. 569. 624⌟. GLOSS. V 377, 45 promeon: orationum (*item* GLOSS.⌞ Corp. P 591. *cf. ibid.* 453 plomonion: ⟨o⟩rationem). *cf.* GLOSS. affatio: ... *προσομιλία.* allocutio: *προσομιλία.*

proson (-ōn?), -ōnis *m.* *vox ut vid. ficta ad illustrandam declinationem, praecipue ablativi* (*fortasse ut masc. vocis q. e.* persona, *nisi latet nomen proprium*): VIRG. gramm. epist. 5, 2, 3 *Aeneas gramm.* mihi quoddam nomen ita declinavit: -on, -is, -i, -em, et *formam ablativi ter posuit* (*pro sexto, septimo, octavo casu; exempla afferuntur ibid.* 4 ab hoc -e *eqs.*).

prosōpes *v.* prosopis.

prosōpion *n.*, *προσώπιον.* *nomen gr. herbae q. e. personacia* (*v. André, Les noms de plantes, 1985, 208*): DIOSC. 4, 102 p. 53, 22 arcion prosopida aut -on dicunt (DIOSC. gr. 4, 106 [*sim.* Vind.] *ἄρκιον οἱ δὲ προσωπίδα, οἱ δὲ προσώπιον καλοῦσιν. v. etiam vol. X 1, 1729, 65 sqq.*).

prosōpis, *acc.* -ida *f.*, *προσωπίς.* *nomen gr. herbae q. e. personacia*: DIOSC. 4, 102 p. 53, 22 -ida (*v. supra l. 21*). PS. APVL. herb. 36 l. 22 *herba personacia* a Graecis dicitur -is (-sepis, -sopes, -sopos *var. ll.*). *formae glossarum depravatae*: GLOSS. III 536, 2 -sepis. 573, 41 -sopes. GLOSS.⌞ I Ansil. AR 567 (med. p. 10) -supida. PR 3006 (med. p. 65) -supi.

⁂**prosōpon** *n.*, *πρόσωπον.* -os *v. l. 34.* *i. q. persona* (*item* GLOSS.): **1** *notione communi non ponitur nisi in locut. gr. vel ita, ut origo gr. affirmetur, e. g.* CIC. Att. 13, 19, 3 *χωρὸν -ον* (*item* DON. Ter. Hec. 78, 3. 793, 3 Phorm. 152, 2). DON. Ter. Ad. praef. 1, 8 *προτατικὸν -ον* (Hec. praef. 1, 8. 58, 1). AVG. trin. 7, 6, 11 tres personas *trinitatis, τρία -α* (*litteris lat. pars codd.*). BOETH. c. Eut. l. 231 M. cum ... etiam -α nuncupent *Graeci* easdem substantias. *?**2** *in nomine herbae* oniro -os, *si quidem separandae sunt voces (huc non spectat l. 25): v. sub* oniroprosopos *vol. IX 2, 638, 82 sqq.* **3** *in versione prava nominis emplastri, q. e. διπρόσωπον*: ORIBAS. syn. 2, 60, 14 Aa p. 134, 5 in ... colore -on (La p. 134, 4 in his ... -o empl(astris)). *ibid.* p. 134, 7 -um (La p. 134, 7 -on). *Wieland.*

⁂**prosōpopoeia,** -ae *f.*, *προσωποποιία.* *scribitur in codd. saepius* -peia, *e. g.* QVINT. inst. 1, 8, 3 (*cod. A*; -sopoei- *cod. B ut* ISID. orig. 2, 13, 1. *al.*). SCHOL. Hor. carm. 1, 28, 1 (*cod. A*); *trad. litteris gr. l. 52. 63. al.*

technice de figura quadam rhet.: **1** *definitiones*: RVT. LVP. 2, 6 -α (-piia *sim. codd.*): hoc fit, cum personas in rebus constituimus, quae sine personis sunt, aut eorum hominum, qui fuerunt, tamquam ... praesentium actionem sermonemve deformamus (*sim. laudant utramque speciem*: AQVILA rhet. 3 -α [-peia *cod.*] est personae confictio; haec figura plurimum in se continet dignitatis, cum rem publicam ipsam loquentem inducimus, aut defunctos aliquos *eqs.* [*distinguitur* ethopoeia *ut*: SCHEM. dian. l. 28]). QVINT. inst. 6, 1, 25 -ae, id est fictae alienarum personarum orationes (9, 2, 31 sunt quidam, qui *distinguentes sermocinationem* has demum -ας dicant, in quibus et corpora et verba fingimus [*sim.* ISID. orig. 2, 13, 1 *et* 2, 21, 45 -a est, cum inanimalium et persona et sermo fingitur]. CHAR. gramm. p. 373, 1 EMPOR. rhet. p. 562, 34. *cf. l. 47 et* QVINT. inst. 9, 2, 29 fictiones personarum). PS. IVL. RVF. schem. dian. 14 p. 62, 26 -α ..., qua oratio ⟨ad⟩ alterius personae orationem imitandam retorquetur; latine dicitur deformatio vel effiguratio (*cf. l. 58*). PHILIPP. in Iob 28 rec. long. p. 701[B]. PRISC. rhet. 9, 27 p. 557, 42 conformatio ..., quam Graeci -αν nominant, est, quando rei alicui contra naturam datur persona loquendi (*distinguitur* adlocutio, *sc. ἠθοποιία, ut l. 49, cf. l. 51; contra l. 56*). *al.*

2 *exempla cetera*: QVINT. inst. 1, 8, 3 *in lectione nolim* -as ... ad comicum morem pronuntiari. 4, 1, 69 Cicero pro Scauro ... -a loquentis pro reo utitur (4, 2, 106). 9, 2, 37 -ᾳ accedit *alia figura. al.* DON. Ter. Andr. 286, 1 (*Pamphilus refert verba Chrysidis morientis*) 'mi Pamphile': *μίμησις* per -am. FORTVN. rhet. 2, 19 -as in narratione possumus facere? possumus (HIER. in Mich. 1, 6 l. 190 propheta facit quasi -αν dei et sub persona sua inducit plangentis affectum. *al.*). *al.* *de toto opere, in quo persona alterius utendum est*: QVINT. inst. 2, 1, 2 *grammatici* ad -as usque ⌞ac suasorias⌟, in quibus onus dicendi vel maximum est, inrumpunt (⌞ ⌟ ad s. *trad., del. Winterbottom. cf.* 3, 8, 49 longe mihi difficillimae videntur -ae, in quibus ad reliquum suasoriae laborem accedit etiam personae difficultas. 3, 8, 52 quam -*am* ego suasoriis subieci). PORPH. Hor. carm. 1, 28, 1 haec ode -a formā est (*inde* SCHOL. ex -a formata est).

[prosōpopoeiacus *edebatur olim pro* ethopoeiacus FIRM. err. 8, 4.]

prosōpos *v.* prosopis.

[Bk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

prosparalē(m)psis, *dat.* -ī, *acc.* -in *f., προσπαράλη(μ)ψις. scribitur* -lemps- DON. (-lips-, -lems- *sim. var. ll.*), VLT. SYLL., GLOSS., -leps- CHAR., DIOM. *t. t. gramm. de specie metaplasmi*: DON. gramm. mai. 3, 4 p. 661, 4 paragoge est appositio ad finem dictionis litterae aut syllabae, ut ... potestur pro potest; hanc alii -in appellant (*inde* GLOSS. p.; *voces distingui videntur* DIOM. gramm. I 440, 30. 441, 11 [*exempla sunt* admittier. accingier], *sed v. ibid.* 441, 31 apocope est ablatio de fine dictionis -i vel p. contraria). CHAR. gramm. p. 366, 4. 21 ('admittier'). VLT. SYLL. gramm. IV 263, 5 ('accingier').

prōspectātor, -ōris *m.* *a* prospectare. *significatur qui prospectat: oculis*: VET. LAT. Sirach 11, 32 sicut -r videns casum proximi sui (per- *var. l. Aug. spec. 23,* prospector *var. l. Vulg.; gr. 11, 30 κατάσκοπος*). *mente, sc. examinando* (*pendet enunt. interrog.*): CONC. Tolet. a. 589 can. 18 (Vives, 1963, 131) sint ... ⌊-es⌋ episcopi secundum regiam admonitionem, qualiter iudices cum populis agant (*var. l.* -spectores *affertur Migne 84, 355*^{B}*; ad rem cf. e. g. Lex Visig. 12, 2*).

prōspectē *v.* prospicio.

prōspectio, -ōnis *f.* *a* prospicere. *de notione*: HIER. in Ezech. 2, 7 l. 648 *προσκόπησιν* id est 'contemplationem' et '-em'. GLOSS. -o: *προθεωρία*.

i. q. actio prospiciendi (meton. l. 31); respiciuntur: **1** *imperatores providentes, succurrentes*: EDICT. imp. Diocl. praef. 8 L. huius ... causae ... paene sera -o est (*cf. 7* prospicientibus nobis ...; remediis provisionis nostrae). COD. Theod. 7, 4, 15 (= Iust. 12, 37, 4) sicut fieri ... salubri -e praecipimus. REG. eccl. Carth. l. 1027 ut ecclesia catholica ... eorum *principum* ... -e muniatur, ne *eqs.* **2** *deus mundum (in)tuens*: HIL. in psalm. 52, 5 -o domini de caelo (*cf. p. 2204, 34. 2220, 10*). ORIG. in Matth. ser. 135 p. 280, 8 ut privetur a lumine tuae -is et efficiatur in tenebris *populus Iudaeorum.* *de loco edito, unde prospectus optimus est*: ORIG. in Matth. 17, 7 p. 605, 5 (*ad 21, 33*) *dominus* vineam tradidit colonis ... et profectus est ad suam -em (*gr. περιωπήν. ad locum v. H. J. Vogt in versione, 1990, 305 sq.*).

prōspectīvus (pro- *l. 37*), -a, -um. *a* prospicere. [*perperam affertur e versione recenti constitutionis gr. Cod. Iust. 8, 10, 12, 2.*] *i. qui prospicit, non nisi fem. pro subst.* -a *in nomine herbae, quae eminet ex aqua*: DIOSC. gr. Vind. 4, 100 *ποταμογείτων· ... Ῥωμαῖοι φοντ⟨αν⟩άλις, ... οἱ δὲ προσπεκτί⟨βα⟩* (*explicatur in rec. genuina ὑπερκύπτον ὀλίγον τοῦ ὕδατος*). *Bk.*

***prōspecto,** -āvī, -ātum, -āre. *a* prospicere (prospectum) *potius quam a* pro *et* spectare. NOT. Tir. 25, 57 -at. *de notione*: GLOSS. -ans: prospiciens. -at: desuper aspicit. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2896 -at: speculatur. 2897 -at: de alto videt. *legitur inde a* CIC., CATVLLO, SALL., VERG.; *de* PLAVTO *v. l. 44.* [*confunditur in codd. cum* perspectare OV. met. 15, 842 (*falsa var. l.* PLAVT. Mil. 597); *var. l. dub. pro* aspectare STAT. Theb. 2, 480; *falso trad.* CIC. Att. 9, 13, 7.]

i. q. (intente) prospicere, sc. ante se, longe spectare (*saepe ex loco edito, libero [unde spectetur, illustravimus sub 1aβ]; cum acc. obi. passim, pro obi. sunt struct. verbales l. 54. p. 2204, 25. 35. 2205, 10. 13 [cf. etiam part. l. 74. p. 2204, 43], absolute p. 2204, 2. 41. 63. 2205, 1 [part. praes. pro adi. p. 2204, 68, pro subst. p. 2204, 6], intrans. p. 2205, 14*): **1** *proprie -ant animantes oculis* (*res pro homine l. 68. p. 2204, 22. 34*): **a** *notione sollemni, sc. vi durativa spectandi, tuendi*: **α** *c. acc. obi.* (*enunt. interrog. l. 54*): CIC. or. frg. A 7, 3 *in causa Manilii* -at ... Cominius *accusator futurus,* quid agatur: videt homines faeneos ... proiectos. Att. 9, 10, 2 dies et noctes tamquam avis illa mare -o, evolare cupio (*respicitur Plato epist. 7 p. 348*^{a} *βλέπων ἔξω*). SALL. Iug. 60, 1 illi, qui moenia defensabant, ... intenti proelium equestre -bant. VERG. Aen. 9, 168 haec super e vallo -ant Troes. CIRIS 176 *Scylla* sedibus ex altis ... speculatur amorem castraque -at. AETNA 139 immensos ... sinus et iugera ... licet ... -are. OV. met. 3, 651 e puppi pontum -at. 15, 842 ut semper Capitolia ... divus ab excelsa -et Iulius aede. LIV. 7, 30, 22 stare omnem multitudinem ad portas viam hinc ferentem ⌊-antes⌋ certum habeo (⌊ ⌋ *ad* mult. *potius quam ad* portas *spectare vid.*). SIL. 3, 538 *nauta* immensas -at aquas. STAT. silv. 5, 2, 169 ab ... collibus Albae, unde suae iuxta -at moenia Romae *Domitianus.* Ach. 1, 235 Chiron ... abreptos subito (*sc. per mare fugientes*) ... erecto -at equo. *al.* TAC. hist. 3, 38, 4 *Blaesium aegroti* principis labores e convivio -antem. PLIN. paneg. 82, 4 quod haec *ignominiosa* Romanae aquilae, ... Romana denique ripa ... -ret. *al.* SVET. Nero 38, 2 incendium e turre. APVL. met. 9, 22, 4 cunctas facinorosae mulieris artes -are poteram. VET. LAT. psalm. 112, 6 (Tert. adv. Marc. 4, 14) qui habitat in excelsis et humilia -at (*cod. 300. al. et Vulg.* respicit, *gr. ἐφορῶν*). PORPH. Hor. carm. 3, 29, 6 ('contempleris') turrim ..., unde haec omnia -bat. HEGES. 5, 4, 2 de specula ..., unde civitas -retur (*gr. 5, 67 κατεφαίνετο. nisi ad p. 2204, 45*). *al.* *accedunt part.* (*addasne p. 2204, 11?*): CATVLL. 64, 249 -ans cedentem ... carinam. VERG. Aen. 7, 813 *Camillam* turba ... miratur ... et -at euntem *ad pugnam.* HOR. epod. 2, 12 *qui* in reducta valle mugientium -at errantis greges. PLIN. paneg. 35, 1 -are statim a portu sparsa navigia. **β** *non indicatur, quid spectetur*: CATVLL. 64, 52 fluentisono -ans litore ... Thesea cedentem ... tuetur *Ariadna* (*c. abl. ut l. 7. 13. 31; cf. l. 61*). LIV. 23, 47, 3 *Campani* moenia ... urbis -antes repleverunt. 24, 21, 8 pars procurrit in vias, ... pars ex tectis fenestrisque -ant (29, 26, 8 classis ... -antibus e terra ... spectaculo ... erat. CVRT. 10, 5, 15 Babylonii alius e muris alius culmine sui quisque tecti -bant quasi certiora visuri. APVL. apol. 57, 4 e litore. *al.*; *cf. e. g. p. 2203, 57 sq. 60*). VAL. FL. 8, 299 longa Styrus -at ab unda *insequens navem fugientium* (SIL. 16, 10 tremit omnis ab alto -ans scopulo pastor nova bella parantem *taurum. cf. l. 36. 60. p. 2203, 60*). TAC. hist. 3, 68, 2 Vitellius inter suos milites -antibus etiam feminis, pauca ... locutus. ann. 3, 1, 3 complentur ... moenia et tecta, quaque longissime -ari poterat, maerentium turba. 13, 25, 4 *Nero in theatro* occultus et plerumque coram -ans. APVL. met. 8, 19, 1 quidam senex de summo colle -at (AMBR. in psalm. 118 serm. 6, 24, 3 de superiore ..., hoc est spiritali parte -ans ecclesiam vocat [*in imag. sec. cant. 2, 8 sq.*]. CLAVD. 19, 65. *cf. l. 26 et* unde *p. 2203, 64. 72. al.*). VET. LAT. II Macc. 3, 19 (rec. P) *virgines* per fenestras -bant (*recc. L, X, B* prospiciebant, *V* aspiciebant, *gr. διεξέκυπτον*). *al.*

b *accedunt colores peculiares; respicitur*: **α** *qui circumspiciendo quaerit, oculis lustrat sim.* (*exempla certiora, quibus indicatur, quid quaeratur*): CIC. Verr. II 5, 44 *navis Verris* -are iam ⌊exsilium⌋ atque explorare fugam domini videbatur (⌊ ⌋ *sc. sedem futuri exulis, cf. l. 34; ad p. 2205, 3 trahunt alii*). LIV. 5, 48, 6 Capitolinus exercitus *obsidione pressus* ... diem de die -ans, ecquod auxilium ab dictatore appareret (*item c. enunt. interrog.*: STAT. Theb. 9, 896 frustra de colle Lycaei anxia -as, si quis ... longe ... nostro sublatus ab agmine pulvis. silv. 1, 1, 33 [*de equo Domitiani*] templa superfulges et -are videris, an nova ... surgant Palatia ... pulchrius, an ... vigilet ... ignis *Vestae.* APVL. met. 4, 1, 5 cuncta -bam loca, sicubi forte ... repperirem rosarium). GERM. 300 *tempestate orta* alii curvos -ant ⌊litore⌋ portus ([*cf. gr. 297 περιπαπταίνοντες.* ⌊ ⌋ *abl. separ. coll. l. 3 intellexit Watt, Rhein. Mus. 137, 1994, 74*]. HIER. epist. 3, 2, 3 [*in comparatione*] non sic ... portum nauta -at *eqs.*). STAT. Theb. 2, 194 si praecipiti convulsa noto -et amicam puppis humum. HIL. in psalm. 52, 6 ('prospexit ..., ut videret' *ibid. 5*) hunc ... exquirentem se ... virum deus videre -at. AMM. 24, 1, 2 *excursatores* ex utroque latere *exercitus* itidemque a fronte, ne quis repentinus irrueret, -bant. **β** *qui iners spectat, quamquam agere debuit*: LIV. 22, 14, 11 (*acerbe*) *Camillus secus ac Fabius,* cum esset satis altum Ianiculum, ubi sedens -ret hostem, descendit in aequum *et Gallos vicit.* TAC. hist. 1, 33, 1 non exspectandum, ut *Otho* ... forum invadat et -ante Galba Capitolium adeat. **γ** *qui conspicit aliquid* (*sc. vi perfectiva*): TERT. anim. 17, 13 ne forte dicatur, quod falso satanan -arit *Christus* de caelo praecipitatum (*cf. Luc. 10, 18* videbam satanan ... cadentem). HEGES. 3, 5, 2 p. 192, 23 ut, si quis barbarorum ascenderet, statim e medio urbis sinu -retur (*cf. p. 2203, 73*).

2 *translate -are dicuntur*: **a** *res*: **α** *fatum, quod aliquem exspectat*: VERG. Aen. 10, 741 (*verba morientis*) te quoque fata -ant paria (*vix per prosopopoeiam ad 1, quamquam sec. Macr. Sat. 5, 12, 11 comparatur Hom. Π 852 ἄγχι παρέστηκεν ... μοῖρα*). **β** *loca et varia aliquo porrecta, versa vel vicina, proxime sita* (*c. obi. acc. praeter l. 63. 68*): AETNA 336 nubes pigra ... -ans (-a(n)t *codd.*) sublimis opus vastosque recessus *Aetnae.* TIB. 1, 7, 19 ut ... maris vastum -et turribus aequor ... Tyros. MANIL. 2, 950 ille *locus, sc. ianua Ditis,* ... sidera mergit tergaque -at Phoebi, qui viderat ora. PHAEDR. 2, 5, 10 *villa* -at Siculum et ⌊respicit⌋ Tuscum mare ([⌊ ⌋ per- *trad., cf. l. 57*]. MELA 1, 78 mare ... ex edito admodum colle -at Aspendos. 1, 89 PLIN. nat. 4, 11. PLIN. epist. 2, 17, 5 *villa* a fronte quasi tria m. -at; a tergo ... respicit montes. *al.*). CVRT. 6, 4, 17 hos *populos vallis* ad occasum conversa -at. COLVM. 1, 6, 2 aestiva cubicula spectent meridiem ..., cenationes ... -ent (-ant *codd. potiores*) ... orientem. PLIN. nat. 14, 64 *vina* Massica atque a monte Gauro Puteolos Baiasque -antia. SIL. 3, 418 Pyrene ... verticis arce ... late -at Hiberos. 15, 224 *Carthago* qua -at Phoebi iuga sera cadentis. TAC. hist. 3, 60, 1 locus ipse castrorum placebat, late -ans. 5, 6, 1 *terra finesque Iudaeorum* septemtrionem e latere Syriae longe -ant. ann. 4, 67, 2 *Capreae insula* -bat ... pulcherrimum sinum (14, 9, 1 *villa Caesaris* subiectos sinus editissima -at). PLIN. epist. 5, 6, 19 *triclinium* valvis ... pratum ... videt, fenestris ... nemus ... -at. GELL. 9, 4, 6 vestigia pedum ... retro porrecta, non, ut ceterorum hominum, ⌊-antia⌋ (prosprofium petet antispectantia *pars codd.*, prosum spectantia *Hagen*). SOL. 3, 1. AMM. 17, 12, 6 in ea parte Sarmatiae, quae secundam -at Pannoniam. SIDON. epist. 2, 2, 10 *quaedam villae longitudo tecta,* quia nihil ipsa -at, ... cryptoporticus ... vocitabitur. *al.* *describitur habitus corporis pecorum*: EVSTATH. Basil. hex. 9, 2, 9 facies deorsum flexa est uterumque -at (*gr. βλέπει*).

γ *sidera lucentia vel luce complentia*: STAT. Theb. 1, 158 quem *mundi limitem sol* portu vergens -at Hibero (SCHOL. -at orientem). silv. 5, 1, 124

[Rebrik]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

uxor, quae videt emeriti iam -antibus astris tempus adesse viri, ... mensas ... instruit.

b *animantes*: **α** *qui futura provident, exspectant* (*appetunt l. 7; color exspectandi sublucet iam p. 2204, 22. 25*): TAC. ann. 6, 48, 2 -are iam se acrius servitium *sub Caligula imminens.* CYPR. Demetr. 20 *Christiani* bona et prospera futura -ant (PANEG. 6, 15, 3 *ut avari bonis* praesentibus careant, dum f. -ant). AVG. civ. 16, 2 p. 123, 12 passionem Christi ... transactam celebrat ecclesia, non adhuc -at futuram. PASS. Fabii 4 magna et vera -ans pompam saeculi ... irrideo. CASSIOD. in psalm. 36, 9 l. 178 quid illos *impios prosperantes* imitari desideras, quos perire -as? **β** *qui prospiciendo curam agunt de aliqua re* (*e coni. dub.* TERT. anim. 38, 3 -ans *pro* prospectam): AVR. VICT. Caes. 35, 7 usus porcinae carnis quo plebi Romanae affatim cederet, prudenter munificeque -vit *Aurelianus.* **γ** *qui spem ponunt in aliquo* (*intrans.*): HIL. in psalm. 68, 31 in quam *filiam Sion, sc. Christum,* angeli concupiscunt, in qua (quam *var. l.*) creatura omnis gemens ... -at.

deriv.: prospectator. *Rebrik.*

prōspector, -ōris *m.* *a* prospicere. *plur. non legitur.* [*in falsa var. l. pro* prospectator *v. s. v.; medii aevi est* PS. AVG. serm. ed. Mai 132, 2.]

i. qui prospicit (*cf.* GLOSS. potior: melior; -r: futuri provisor [*si recte glossam ita divisit Nettleship; aliter Goetz ibid. et Gloss.*^{L} *III Abol. PO 20*]. *accedit gen. obi. l. 27. 32. 34, dat. l. 46; in appositione vergit in usum adi. l. 33*): **1** *-r est deus, numen*: **a** *cernens, scrutans, dinoscens*: APVL. Socr. 16 p. 156 *proprius daemon uni cuique est* in rebus incertis -r, dubiis praemonitor *eqs.* VET. LAT. Sirach 3, 34 (Aug. spec. 23 *et var. l.* VVLG.) ⌊deus -r eius⌋, qui reddit gratiam (⌊ ⌋ *deest gr.,* deus conspector *Vulg.*). DIDASC. apost. 24, 23 hunc salvatorem (*sc. sec. Ioh. 8, 3 sqq.*) ..., o episcope, -em vobis habere oportet et eius imitatores esse (*cf. Const. apost. 2, 24, 7 σκοπὸν ... ἔχειν; i. q. 'exemplar' explicat Tidner, 1938, 159 ad l., sed speculatorem [cf. l. 43] intellexisse vid. interpres sec. 24, 18* scrutator ... cordis *Christus*). POLYCARP. ad Philipp. 7 supplicationibus petentes omnium -em deum (*gr. τὸν παντεπόπτην θεόν*). **b** *providens, curam gerens* (*c. gen. obi. praeter l. 38*): TERT. coron. 8, 5 *quae homini necessaria sunt,* ipso deo inspirante dantur, priore -e et instructore ... hominis sui (*cf.* orat. 10 p. 187, 10 dominus -r humanarum necessitatum). adv. Marc. 4, 34 p. 535, 11 *Christum* habes ... nuptiarum ... -em, quas nec separari vult *eqs.* NICET. psalm. 5 l. 6 *in psalmis* pupilli inveniunt patrem, ... pauperes -em (protectorem *al. var. ll.*). CASSIOD. hist. 5, 33, 5 ecclesiarum -r (*gr. Theodoret. 2, 26, 3 προμηθούμενος*).

2 *-r est homo*: **a** *speculans, scrutans: oculis*: VET. LAT. IV reg. 9, 17 (cod. 91. *al.*) -r conspexit pulverem populi *advenientis* (*gr. σκοπός, Vulg.* speculator). *mente*: CASSIOD. inst. 2, 3, 18 cuius commenta (*sc. Cic. top.*) -r atque amator Latinorum Victorinus quattuor libris exposuit. **b** *providens, curam agens*: HIL. in psalm. 118 ain (= 16) 11. 11 beatus ... propheta, qui ... ipse sibi ⌊et -r et emundator et iudex est⌋ (*om. codd. aliquot, alii praemittunt* et universis doctor). *Bk.*

***prōspectus,** -ūs *m.* *a* prospicere. *dat.* -u *restituitur p. 2206, 4,* -ui *legitur p. 2206, 19. 22. al.* *de notione*: CHAR. gramm. p. 55, 9 (*inter subst. decl. quartae*) -s *ἄποψις* (*item* 452, 22. GLOSS. [*ubi et ἄφοψις*]). SYNON. Cic. p. 416, 21 ad manum posita. in vicino. ante oculos. in -u. in proximo. in propinquo. GLOSS. *πρόσοψις.* *legitur inde a* PLAVTO *aliisve scaenicis,* CIC., CATVLLO, LVCR., CAES., *raro plur., sc. apud* VITR., SEN., PLIN. nat. *al., v. p. 2206, 14. 38. 61.* [*confunditur in codd. hic illic cum compos. similibus, e. g.* conspectus BELL. Afr. 62, 3 (*falsa var. l.* TERT. praescr. 5 l. 6).]

i. q. actio (status) prospiciendi (*notiones meton. v. sub IB, cf. IIC2; distinguitur* conspectus *p. 2206, 1; praeter gen. obi. vel subi. pendent [hic illic ex tota locut. verbali] praepos.* ad *l. 65. p. 2206, 12 et* CVRT. 4, 9, 10, de CLAVD. DON. Aen. 9, 165 p. 210, 8, ex *l. 71. p. 2206, 13. al.,* extra *l. 75,* in *c. acc. l. 67. p. 2206, 9 et e. g.* VAL. FL. 2, 628, *adv. l. 72. p. 2206, 9. 11. 13, enunt. interrog. p. 2206, 3, fin. p. 2207, 45. 49*): **I** *pertinet ad intuitum oculorum*: **A** *notione communi* (*sc. de actione*): **1** *generatim*: PLAVT. Mil. 609 speculabor, ne quis ... adsit ...; sterilis hinc -s usque ad ultumamst plateam probe. ENN. scaen. 182 caligo oborta est, omnem -um abstulit (CVRT. 4, 15, 32 CLAVD. DON. Aen. 11, 525 p. 494, 5). PACVV. trag. 96 *e summo vertice* in omnis partes -um aucupo (ACC. trag. 406 alte ex tuto -um a. [prospectans *trad.*]). CIC. Att. 12, 9 *Asturae* cetera noli putare amabiliora fieri posse villa, litore, -u maris (*cf.* 14, 13, 1 *Puteolis* utrum magis tumulis -uque an ambulatione *ἁλιτενεῖ* delecter). CATVLL. 64, 241 summa -um ex arce petebat (VERG. Aen. 1, 181 omnem -um late pelago petit). CAES. Gall. 2, 22, 1 cum ... saepibus ... densissimis ... interiectis -s impediretur (BELL. Afr. 40, 1 *villa* Labieni -um impediebat. SALL. Iug. 79, 6 PANEG. 4, 11, 5). 7, 81, 5 -u tenebris adempto (LIV. 10, 32, 6 non -u modo extra vallum a., sed propinquo etiam con-

gredientium inter se conspectu. 22, 46, 9 ventus ... multo pulvere in ipsa ora volvendo -um ademit. CVRT. 5, 13, 12. TAC. hist. 3, 20, 2 a. omni -u, quis aequus locus, quanta altitudo moenium ... foret. *al.*). BELL. Afr. 52, 4 *nisi* pulvis ... vento elatus omnium ⌊-u⌋ offecisset (⌊ ⌋ -ui, -um, -bus *codd.*). SALL. Iug. 53, 1 -um ager arbustis consitus prohibebat. 94, 1 uti -s ... facilius foret (*inde* FRONTIN. strat. 3, 9, 3). VERG. georg. 2, 285 animum ... uti pascat -s. Aen. 8, 254 *Cacus* fumum ... evomit ... -um eripiens oculis (AMM. 16, 12, 43 CLAVD. DON. Aen. 8, 255 p. 151, 19). OV. epist. 10, 28 late aequora -u metior alta meo. LIV. 1, 18, 7 *augur* -u in urbem agrumque capto ... regiones ... determinavit. 21, 35, 8 in promunturio quodam, unde longe ac late -s erat. 30, 9, 12 qui *locus* et ab Carthagine conspici et praebere ipse -um ... ad urbem ... possit (37, 23, 1 *locus prominens* procul navium praebet -um. PLIN. epist. 5, 6, 30). 44, 3, 7 late patente ex tam alto iugo -u (SEN. Herc. f. 567. epist. 90, 42 patebant -us huius pulcherrimae domus, *sc. caeli*). *al.* *de naturali facultate oculorum humanorum*: CIC. ac. 2, 80 (*acerbe*) o praeclarum -um: Puteolos videmus, at familiarem nostrum ... *ibi* ambulantem non videmus. AMM. 19, 2, 2 cuncta, quae -s humanus potuit undique contueri. **2** *in iure* (*respicitur fere servitus aedificiorum*): SEN. contr. exc. 5, 5, 1 *platanus* -ui obstabat. IAVOL. dig. 8, 2, 12 *tolli debent viridia,* si de -u est *servitus* eaque obstatura sunt. POMPON. dig. 8, 1, 15, 1 *ut aliquis* amoeniorem -um praestet. VLP. dig. 8, 2, 3 ne -ui officiatur. 8, 2, 15 ne -ui offendatur (*antea*: ne luminibus officiatur. *item distinguitur* lumen: *ibid.* in -u plus quis habet, ne quid ei officiatur ad gratiorem -um et liberum, in luminibus autem *eqs.* 39, 1, 5 pr. PAVL. dig. 8, 2, 16 [*ex Alfeno*]). 43, 8, 2, 12 si cui -s ... fit (sit *trad.*) deterior aut angustior, interdicto opus est.

B *metonymice (exempla certiora); significatur*: **1** *id unde longe sim. prospici potest; respiciuntur*: **a** *loci naturales vel editi vel aperti*: CIC. dom. 116 in Palatio pulcherrimo -u porticum ... concupierat. LVCR. 6, 450 apparet crebrius idem *genus turbinis* -u maris in magno caeloque patenti *quam in terris.* TAC. ann. 15, 42, 1 hinc silvae, inde aperta spatia et -us *erant.* RVFIN. hist. 4, 6, 3 de celsiore ... -u eminus ... inspicere *patriam* (*gr. ἐξ ἀπόπτου*). LEO M. epist. 167 p. 1201^{B} speculatorem in -u explorationis locatum (*in imag. respicitur episcopus*). **b** *partes aedificiorum, maxime fenestrae* (*cf. l. 22 sqq.*): BELL. Alex. 15, 8 *nemo fuit,* quin ... tecta peteret atque ex omni -u locum spectaculo caperet (PLIN. nat. 21, 10 *populus* flores e -u o. sparsit). PLIN. nat. 19, 59 *in urbe* praefigi -us omnes coegit multitudinis innumerae saeva latrocinatio (*antea*: in fenestris). VET. LAT. cant. 5, 4 (Ambr. virginit. 11, 60) frater meus misit manum suam per -um (*gr. ἀπὸ τῆς ὀπῆς,* Ambr. in psalm. 118 serm. 12, 16, 1 de -u [*ibid.* 2 a -u], *cod. 169* per clostrum, *Vulg.* per foramen).

2 *spatium sim., quo oculi intenduntur, quod oculis perlustratur* (*vix addantur p. 2205, 67. 71*): **a** in -u (*cf. l. 68*): CAES. Gall. 5, 10, 2 cum iam extremi *fugientium* essent in -u *persequentium.* ROMVL. fab. 79, 4 (rec. gall. *et* vet.) est in -u cervus. VEN. FORT. vita Marcell. 10, 45 in -u populi solus ... accessit. *technice in describenda cena ad significandum cibum non ferculo apportatum, sed in conspectu cenantium seorsum positum* (*v. Friedländer, 1891, ad l.*): PETRON. 66, 5 in -u habuimus ursinae frust[r]um (*cf. 2* habuimus ... in primo. *3* sequens ferculum fuit. *7* in summo habuimus). **b** *vario usu*: BELL. Afr. 62, 3 Aquila ... cum classe se longius a ⌊-u⌋ removit (⌊ ⌋ con- *var. l.*). STAT. Theb. 12, 451 ruit ilicet omnem -um lustrans armata indagine miles. PLIN. epist. 5, 6, 27 *diaeta* diversas ... caeli partes ut -us habet. VET. LAT. I reg. 17, 3 (cod. 91. *al.*) -s erat inter illos *constitutos in montibus adversis* (*gr. LXX αὐλών, cett. interpr. φάραγξ, Vulg.* vallis). AMM. 18, 8, 6 haec dicens e medio -u abscessit. VITAE patr. Iurens. 137 orientalem ... cellulae huius *obscurae* adtende -um et videbis *lucem.*

3 *pars aedificii oculis subiecta, sc. frons* (*addasne l. 75? e coni. dub. de parietibus sim. interioribus* VITR. 1, 2, 6 [perfectus *trad., v. vol. X 1, 1354, 43*]): VITR. 5, 6, 9 *scenae* comicae ... aedificiorum privatorum ... habent speciem -usque (profect- *trad.*) fenestris dispositos.

4 *species, quam aliquis actioni suae praetendit rem dissimulans, sc.* in -u *i. q. specie*: CASSIOD. Ios. antiq. 14, 340 p. 416 *venit dux Parthorum* in -u quidem tamquam seditionem soluturus, verum tamen *eqs.* (*gr. λόγῳ*). 15, 163 p. 438 inimici ... licet in -u contristarentur, tamen clam nimium laetabantur (*gr. ἐδόκουν ... ἐξ ἐμφανοῦς*).

C *transfertur ad indicandum situm vel directionem*: **1** *locorum vel aedificiorum*: SEN. nat. 6, 7, 6 villas in -u collocatas ([*sc. maris; antea*: quae procul a mari fuerant]. *item* in *c. abl.*: MART. CAP. 6, 691 [*e* PLIN. *infra*] Media in -u Caspii maris. CASSIOD. Ios. antiq. 12, 348 p. 354 [*gr. κατὰ πρόσωπον*]. *c. acc.*: CASSIOD. var. 8, 10, 6 *Arelate* in orientis -um ... pontem ... transmittit). PLIN. nat. 6, 28 ab laeva eius *Adiabenes* regio Medorum est ad -um Caspii maris (FLOR. epit. 1, 18, 3 ad -um maris positum ... theatrum. OROS. hist. 1, 2, 75 ad -um Hispaniae [*inde* ISID. orig. 14, 6, 2]). PAVL. NOL. epist. 32, 13 -s ... basilicae non, ut

[Rebrik]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

usitatior mos est, orientem spectat, sed ad ... Felicis basilicam pertinet memoriam eius adspiciens (*de ipsa ecclesiae fronte cogitant alii, cf. p. 2206, 58*). **2** *hominum alicubi consistentium*: FRONTO p. 228, 17 idcircone Alsium petisti, ut in -u maris esurires? quid? tu Lorii te fame ... adfligere nequibas? OROS. hist. 7, 5, 5 *Caligula* Galliam ... percurrens in ora Oceani circa -um Britanniae restitit.

II *pertinet ad intuitum animi, mentis* (*praevalet usus abl. instr.* -u): **A** *potius futura meditantis*: QVINT. inst. 10, 7, 10 ut, donec perveniamus ad finem *dicendi,* non minus -u procedamus quam gradu (*cf. 8* dum proxima dicimus, struere ulteriora). TERT. anim. 19, 8 de -u lacrimabilis vitae quidam augurem incommodorum vocem *infantis vagientis* ... interpretantur. adv. Marc. 5, 1 p. 569, 1 *si Christus* non ex -u adiciendum existimavit *Paulum apostolum* (*antea*: si non ante sciit). scorp. 13 p. 176, 17 de -u eius *voti, sc. martyrii,* exultans *Paulus.* RVFIN. Basil. hom. 5, 15 p. 1779^{B} *gubernator* prudenti sollicitoque -u ... cor suum ... praeparat. Orig. in num. 14, 4 p. 127, 26. *al.*

B *potius ratiocinantis, iudicantis*: GELL. 5, 11, 10 est ... tertium *quoddam* ..., cuius rationem -umque Bias *in syllogismo suo* non habuit. TERT. adv. Marc. 5, 13 p. 621, 22 de substantia Christi praestruere ex -u quaestionis subsecuturae. RVFIN. apol. Orig. 13 (= praef. 2) quae ille *Origenes* diverso -u pro locis et causis disserere solet. LEO M. epist. 14, 1 continenti opportunoque -u ... agnoscere, quid *eqs.* ORIG. in Matth. ser. 88 p. 203, 18 videntur ... discipuli Iesu cum -u et cogitatu ... nihil dixisse (*nisi ad C2*).

C *potius curantis, consulentis vel petentis, studentis*: **1** *notione communi de cura, studio sim.*: TERT. castit. 12 l. 26 numquid *matrimonia repetita* ... rei publicae -u aguntur, ne civitates deficiant? coron. 14, 2 *non* ornabitur operosius mulier ex apostoli -u (*I Tim. 2, 9*). spect. 1 p. 1, 22 *spectacula interdicta esse* consilio potius et humano -u, non divino praescripto (*nisi ad 2*). adv. Val. 11, 1 de patris cura atque -u (*cf. Iren. 1, 2, 5* secundum providentiam patris; *gr.* προμήθειαν). VLP. dig. 26, 7, 1, 4 debitores pupillorum ... -u officii *tutelae* in iudicium vocare. ACT. Archel. 46, 8 *filius ab alio nutritus* sequitur naturalem patrem -u hereditatis. RVFIN. Orig. princ. 3, 1, 13 p. 217, 26 sanitatis firmioris ... -u (*gr.* διὰ τὸ ἴᾶσθαι βούλεσθαι ἀσφαλέστερον). OROS. hist. 6, 1, 1 omnes homines ... ad -um prudentiae ... eriguntur. CASSIAN. inst. 9, 2 non minore -u ... curandus est morbus *tristitiae* (*cf. inst. capp. 9, 2* qua cautione ... sit curandus). *al.* **2** *vergit in notionem q. e. consilium, propositum, finis* (*fere sec. gr.* σκοπός. *cf. l. 29*): RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 50 qui -s fuerit interpretantis. Basil. hom. 5, 1 unusquisque *liber Salomonis* ... propriam continet ⌊rationem⌋, utilitas tamen et -s idem omnibus (*Migne gr. 31, 387*^{A} *brevius, sed* ⌊ ⌋ σκοπόν). Basil. reg. 2, 84 unus manet nobis iste -s atque unus terminus fixus est (*cf. gr. p. 921*^{C} ὅρου καὶ κανόνος). 10, 3 ⌊eodem -u ac proposito⌋ (*gr. p. 976*^{B} σκοπόν). Clement. 1, 37, 2 hoc ... eo -u gerebat, ut *eqs.* Orig. in Ios. 9, 7 p. 352, 7 hoc ... habent in -u dicentes 'sufficit mihi non ire in gehennam'. Orig. princ. 3, 3, 3 p. 258, 18 non laedendi hominis -u (*antea*: laedendi studio). CHRYSOST. repar. laps. 21 l. 10 non eo -u hoc dicunt, quo cupiant emendari (*gr. 21 l. 9* μετὰ σκοποῦ). CONC. Brac. a. 572, 2 *scripta* ad notitiam *episcoporum* ... deferri in eo specialiter -u, ut ... purgentur. *al.* (*saepe apud* RVFIN.). *de itineris fine*: BASIL. hom. p. 76, 27 illis *viatoribus* alius ... viae -s fuit (*Migne gr. 31, 249*^{C} σκοπός).

Rebrik.

?prōspeculātor, -ōris *m.* *a* prospeculari. [*vix recte agnoscitur* Ps. PHILO antiq. 13, 6 -bus (*i.* pro speculatoribus, *v. Jacobson, 1996, ad l.*).] *i. qui prospeculatur, sc. per appos. in iunctura* omnia -r *de omnituenti deo* (*cf. Hofmann-Szantyr 34 et e. g.* omnia potens *p. 287, 78sqq.*): CARM. de Sod. 24 tempore ... certo deus omnia -r iudicat iniustos, ⌊patiens ubi criminis aetas cessandi spatium frustrata⌋ coegerat iram *dei* (*temptaverim sec. cod. V, intellegens per* ⌊ ⌋ *significatam esse aetatem in peccato perseverantem; aliter edd. tuentes var. l.* prospeculatur *et interpungentes ante* iudicat).

prōspeculor, -ātus sum, -ārī. *a* pro *et* speculari. *i. q. (longe) speculari, prospectare*: **1** *absolute*: BELL. Afr. 31, 4 *Caesar* haec ... non coram, cum de vallo -retur (per- *var. l.*), sed ... per speculatores et nuntios imperabat. LIV. 3, 43, 2 *duces quendam* -tum ad locum castris capiendum mittunt. **2** *c. acc. obi.* (*cf. var. l. dubiam supra l. 60*): LIV. 33, 1, 3 multitudo e muris adventum imperatoris ... -batur.

*deriv.: ?*prospeculator.

prosper *v.* prosperus.

prosperātio, -ōnis *f.* *a* prosperare. *i. q. actio prosperandi*: OP. imperf. in Matth. 1 p. 622 de qua -e prima populi christiani et de adversitate novissima prophetatur in psalmo; de -e prima sic: '...' (*psalm. 88, 20sqq.; cf. ibid. p. 621* populus christianus in primis quasi bene agens prosperatus est sicut Salomo *eqs.*). GLOSS. -o: κατευόδωσις.

prosperē *v.* prosperus.

prosperefacio (-sperē-*?*), -ere. *a* prosperus *et* facere. *i. q. prosperum facere, sc.* pedes -ere *velut itinere prospero donare, feliciter dirigere* (*cf. p. 2214, 69sqq.*): VET. LAT. Luc. 1, 79 ut *Iohannes* -at pedes nostros in viam pacis (*gr.* κατευθῦναι, *cod. 2. al.* = *Vulg.* ad dirigendos pedes).

[prōspergo *pro* perspergo *exhibent quaedam edd. vet.* TAC. ann. 15, 44, 1 APVL. met. 2, 16, 2.] *Bk.*

⁂prosperitās, -ātis *f.* *a* prosperus (*item* PRISC. gramm. II 128, 3. 18). *gen. plur.* -ium *in var. l.* Ps. QVINT. decl. 5, 9, *ceterum* -tum, *e. g.* TERT. coron. 13, 3. *legitur quater apud* CIC., *bis apud* NEP., *singulis locis apud* PLIN. nat., TAC., SVET., *ter apud* Ps. QVINT., *deinde frequentia maiore, imprimis apud* AMM., RVFIN., AVG. *al.* [*confunditur in codd. maxime c.* proprietas, *e. g.* TERT. coron. 13, 3 PELAG. in Eph. 1, 3.]

i. q. status prosperus vel etiam eventus sim. prosperus (*maxime l. 74sqq., ceterum e. g. p. 2209, 73*): **1** *quo alicui favetur, aliquis augetur, adiuvatur, sc. de felicitate, rebus secundis* (*cf.* GLOSS. -s: felicitas. *opp. e. g.* adversitas *l. 52sq. et* IVLIAN. in Iob 12, 6. *al.,* aerumna *l. 45,* clades *p. 2209, 14 et* AVG. epist. 137, 15; *pro syn. est* beatitudo *p. 2209, 38,* felicitas *l. 31. 38. 43. 52. al.,* salus *l. 47* [*cf.* salutis -s *p. 2209, 33*], res secundae *l. 27* [*cf.* -s rerum s. *l. 33. 69*], victoria *p. 2209, 1. 7 et sim. al.*): **a** *generatim*: **α** *usu communi*: Ⓘ *accedit gen.* (*adi. pro gen. l. 35*): CIC. fin. 2, 19 Aristoteles virtutis usum cum ⌊vitae perfectae -e⌋ coniunxit (⌊ ⌋ *sec. eth. Nicom. 1098a18* ἐν βίῳ τελείῳ]. nat. deor. 3, 86 *homines* omnem ... commoditatem -emque v. a dis ... habere. Ps. QVINT. decl. 17, 11 finge me velut in media -e v. proclamare: venenum paravi, ad quod incerti casus, ad quod languor ... confugeret [*cf. bβ*]. *al.; cf. l. 55*). nat. deor. 3, 88 inproborum ... -es secundaeque res redarguunt ... vim omnem deorum (*item c. gen. personae*: APVL. Plat. 1, 12 p. 205. CYPR. zel. 7 inlustrium -e torqueri. RVFIN. Basil. hom. 4, 1 p. 1753^{C} tristitia ... de -bus proximorum [*gr. p. 373*^{A} τῆς ... εὐπραγίας. *eadem vox respondet* BOETH. top. Arist. 110a3 sq.]. *al.*). epist. frg. 2, 5 *nihil* aliud est felicitas, nisi honestarum rerum -s (HIER. adv. Pelag. 2, 6 hereditates, honores, -es r. omnium et corporis sanitatem. SALV. gub. 6, 63 secundarum r. *cf. l. 66. 69. 75*). Ps. QVINT. decl. 19, 2 duravit ... domus tota -s. CLAVD. DON. Aen. 1, 245 p. 57, 18 ab enumeratione -is alienae (IVLIAN. in Iob 5, 2. *al.*). *al.* *cum gen. operis feliciter structi* (*ni fallimur; cf. gen. rei corp. p. 2209, 31*): INSCR. Brit. 799 (*lapis periit*) ob -em culminis instituti (*deficiente contextu*). Ⓘⓘ *cetera exempla*: PLIN. nat. 7, 130 felicitas cui praecipua fuerit homini, non est humani iudicii, cum -em ipsam alius alio modo ... determinet. Ps. QVINT. decl. 5, 9 (*pater filio*) tunc irasceris *mihi* ..., cum -um, cum secundorum officia deposcam (*nec sola alimenta*). FRONTO p. 112, 19 in extis ... plerumque ... tenuissima maximas -es significant. FIRM. math. 5, 1, 4 ut felicitates omnes semper infelicitas subsequatur, -es infortunium. HEGES. 1, 32, 6 p. 62, 10 nec -s diuturna nec aerumna est pertinax. AVG. in psalm. 32 enarr. 2, serm. 1, 4 gratias agere deo et in -bus et in tribulationibus. NOVELL. Theod. 3 pr. *vera religione* iter -is humanis aperimus inceptis. SACR. Leon. 659 da salutem ... corporis; da continuae -is augmenta. *al.*

β *cum contemptu quodam apud Christianos respiciuntur bona saecularia* (*sc. non caelestia, sed cf. bδ*): HIER. hom. Orig. in Ezech. 12, 3 p. 436, 22 si *quis* universam saeculi habuerit -em (AVG. conf. 10, 28, 39 vae -bus s. [*opp.* adversitatibus s.]. in psalm. 138, 16 -s et felicitas s. huius [*opp.* adversitas ... tribulationum vel ignobilitas]. *al.; aliter l. 68*). PELAG. in Eph. 1, 3 ('in caelestibus') non in carnali -e nec in terrena abundantia. RVFIN. Basil. hom. 3, 1 p. 1744^{C} ipsa vitae -s ad temptationem cedit hominibus ([*gr. p. 262*^{A} αἱ εὐθηνίαι τοῦ βίου]. IVLIAN. in Os. 2, 9. *al.*). AVG. civ. 1, 30 tit. pudendis -bus afluere (*cf.* epist. 131 p. 78, 21 fallacis -is ... tranquillitas [*postea*: verae ... securitatis]. loc. hept. 5, 33 noxiam -em. GREG. M. moral. 4, 7 fictis -bus [*opp.* veris miseriis]). LEO M. serm. 90, 3 ut peregrinantibus nobis ..., quidquid de -bus mundi huius occurrerit, viaticum sit itineris, non inlecebra mansionis (VITA Hil. Arel. 3 l. 15 animum m. -e constrictum. *al.*). *al.*

b *pertinet ad totum enuntiatum* (*sc. ut de eo iudicetur; forma '-e fugit' pro 'bene factum est, ut fugeret'*): COLVM. 4, 32, 1 *harundo* melius ... bipalio seritur; ... -ius resoluto quam denso *loco,* ... fluminum ripis ... commodius quam mediis agris deponitur. PANEG. 12, 3, 4 *Galerius defectione militum debilitatus* videbatur -e refugisse.

2 *eo modo, quo aliquis alicui favet, propitius est*: **a** *gratia, praesidio* (*cf. l. 49*): CIC. rep. 2, 44 illi *Tarquinio* ... aliquamdiu in rebus gerundis -e fortuna comitata est. TERT. adv. Val. 14, 3 si non idem Horos, qui matri eius tam -e venerat, nunc tam importune filiae occurrisset. FIRM. math. 2, 8, 2 Martem -e cadere, cum Solis radiis fuerit oppressus. PS. SEN. epist. Paul. 3 si modo fors -e annuerit (prospera, propere *var. ll.; cf.* SCHOL. Cic. Bob. p. 160, 34 fortunam multo -ius secundasse). CLAVD. DON. Aen. 8, 300 p. 157, 25 ('dexter adi pede ... secundo') ut adsis, *Hercules,* nobis -e et sacris tuis propitius interesse digneris. VITA Hil. abb. (BHL 3913) 7 *Christe,* dignatus es mihi angelum ... -e destinare in hunc locum. *?cum dat.* (*potius cum verbis iungas l. 58. 63*): FRONTO p. 87, 6 ab deis precemur, uti vos *fratres* incolumes ... et rei publicae familiaeque vestrae -e potentes aetatem longam degatis (*dat. c.* -e *iunxit van den Hout, 1999, ad l.; an est gen. pendens e* potentes*?*). **b** *bono omine*: GELL. 7, 6, 8 aves, quae -ius praevolant, ... praepetes appellantur (*cf. Hyg. ibid. 1* opportune).

[*adv.* **prosperiter** *trad. falso pro* properiter APVL. met. 1, 22, 8 *et* PRISC. gramm. III 71, 5.]

deriv.: prosperitas, prospero.

compos.: improsperus, prosperefacio.

cf. Onom. *Cipriani.*

prōspex, -icis *m.* *a* prospicere (*cf.* prospica *et e. g.* auspex *sim.*). *i. qui prospicit* (*adhibitum de anima divinatrice*): TERT. test. anim. 5 p. 140, 26 recogita *animam* in praesagiis vatem, in ominibus augurem, in eventibus -em. *addasne p. 2226, 22?*

prosphōnēsis, *acc.* -in, *abl.* -ī, *προσφώνησις.* *trad. litt. gr. apud* CIC. *l. 9 (cf. in eadem re προσφωνεῖν Att. 14, 13ª, 2. 16, 11, 4) et* DON. *l. 17.*

i. q. allocutio: **1** *appellatur is, cui scriptor opus suum dedicatum esse vult*: CIC. Att. 13, 12, 3 Varro mihi denuntiaverat magnam sane et gravem -*ιν* (*libris de lingua latina praemittenam*). **2** *technice in arte rhet. de figura, quae et apostropha dici potest (fort. potius de affectu, qui ea movetur, l. 19): definitiones*: CASSIOD. in psalm. 54, 17 l. 288 quod schema dicitur -is, ⌞latine exclamatio⌟, quoties inter alia, quae loquimur, ad deum subito verba convertimus (*sim.* 58, 17 l. 388, *ubi* proph- *ed. vet., et* 66, 3 l. 75 *nec non supra p. 1441, 1 sqq.*; ⌞⌟ *minus proprie adhibitum ut infra l. 22*). EVGRAPH. Ter. Andr. 732 rec. α (*nisi est aet. recentioris*) 'pro Iuppiter' -is, id est exclamatio ad deum. *exempla cetera*: DON. Ter. Phorm. 201, 3 (*appellatur amica absens*) amatoria -*ις* (*προφ-*, proph- *codd.*) per *ἀποστροφήν*. SERV. auct. Aen. 4, 408 ('quis tibi tum, Dido, *eqs.*') totum hoc magna -i (prorosfosi *F*) dictum est, plus enim est in re, quam in verbis (*postea*: magna emphasis). 9, 444 '...' -is est ([-nos- *F*]. 10, 139. 791 [propan- *F*]). 10, 302 '...' epidiorthosis et -is (*F, litt. gr. ed.*). 11, 7 videtur interrupta descriptio; hoc per parenthesin dictum est et -in (est -is id est exclamatio *cod. T*).

prosphōnētică *f., προσφωνητική* (*sc. ᾠδή*). *i. q. carmen, quo poeta alloquitur aliquem* (*aliquid l. 29; grammaticos 'ad notationem tam inanem tum demum confugisse ..., si alterum epithetum idoneum praesto non esset' monet Zarncke, De vocab. graecanicis, diss. Argentorat. 1880, 42*): TITVLVS Hor. carm. 1, 5 rec. Ψ -e tetracolos; ad Pyrram ([*cf. rec. Q* alloquitur P.]. 1, 32 *ibid.* -e ad lyram. 2, 2 rec. Q [*cf. rec. Ξ* encomiastice]. 3, 27 rec. Ψ [*cf. rec. Ξ* ypothetice, *Schol. Hor. tit.* propemptice]. *al.*). 2, 6 *ibid.* -e; Septimio (*item c. dat.*: 3, 29 [*ibid.; cf. rec. Ξ* paraenetice]. *al.*). 4, 4 rec. Ξ -e encomiastice. SCHOL. Hor. carm. 2, 7 tit. (*cf. Titulus Hor. carm. rec. Ψ* pragmatice). gloss. Γ carm. 1, 12 tit. -e id est ⌞exclamatorie⌟ (*sc.* -ia; *cf. l. 12*). *al., e. g. p. 2195, 38.*

prosphora (-for- *trad.*), -ae *f., προσφορά* (*quod gr. respondet* CONST. apost. 2, 26, 2. 2, 27, 6). *i. q. oblatio: quae offertur deo Christianorum*: DIDASC. apost. 25, 18 quae tunc fuerunt primitivae et decumae ..., nunc sunt -ae, q⟨uae⟩ per episcopos offeruntur domino deo in remissione peccatorum. *quae dispensatur pauperibus*: DIDASC. apost. 26, 9 -as ... vestras sacerdoti offerite ...; quique suscipiet et ... dividet unicuiq⟨ue⟩.

prōspica, -ae *f.* *a* prospicere (*cf.* prospex *et e. g.* haruspica). *i. quae prospicit* (*vix recte ddi. intellexisse vid.* NON.): NAEV. com. 25 ⟨h⟩ac sibi -a, ⟨h⟩ac despica (*sc. utitur quaedam [e. g. caeca]? de adv.* hac *cogitant alii. explicat* NON. p. 155, 23 intenta et contempla⟨ta⟩ [*inde fort. de imperat. cogitans* GLOSS. -a d.: intenta, contempla], *qui allato* NAEV. *pergit* potest ergo prospicus et despicus dici). *addasne p. 2226, 22 sq.?*

prōspiciēns, prōspicienter *v.* prospicio.

prōspicientia, -ae *f.* *a* prospicere (prospiciens). *plur. non legitur nisi errore scribarum* TERT. adv. Val. 26, 2, *v. p. 2196, 3.*

i. q. actio prospicientis, providentia (*sc. eius, qui curam futuri agit praeter l. 55 [imagine speculatoris] et l. 66; pendet praepos.* iuxta *l. 59; saepius variat in contextu cum* providentia): **1** *hominum vel animalium*: CIC. Phil. 7, 19 *nos senatores* idcirco in hac custodia et tamquam specula conlocati sumus, uti vacuum metu populum Romanum nostra vigilia et -a redderemus (provid- *var. l.*). AMBR. hex. 6, 4, 16 spontaneae proposito -ae ... subsidia sibi praestruit *formica.* off. 2, 15, 74 -a totius Aegypti ... famem reppulit (*antea*: pharaonem ... Ioseph consilio providentiae iuvit). **2** *dei* (*daemonum l. 67*): CHALC. transl. p. 34ᴬ haec ... aeterni dei -a iuxta ... futurum deum levem eum ... perfectumque progenuit ([*gr. λογισμὸς θεοῦ περὶ τὸν ... θεὸν λογισθείς*]. AMBR. in Luc. 7, 125). 44ᴰ caelestis ... -a (*antea*: divinae providentiae; *gr. semel προνοίας*). 53ᴮ *deformia sunt,* quibus divina deest -a ([*gr. ὅταν ἀπῇ τινος θεός*]. AMBR. in Luc. 2, 91 [*postea*: providentia]. *adde l. 65*). AMBR. hex. 3, 9, 38 *ut* propter aliqua alimentorum noxia creatoris -ae derogemus (6, 9, 71 divinam). PS. ORIG. tract. 8, 15 ad *hominis* ... utilitatem sollicitudinis -am (*Bulhart,* -ciendam *trad.*) gerens *deus.* *mero respectu praevidendi*: CHALC. comm. 250 *ut Aristoteles neget* daemonum -am ... intervenire proptereaque tollat omnem divinationem (*disting.* dei providentiam; *ad rem cf. e. g. Arist. div. 462b20 sqq.*). *Bk.*

prōspicio, -spexī, -spectum, -ere. [*a* pro *et* specere; *cf. gr. προσκέψασθαι, vet. ind.* pra-(s)paś *et v. Delbrück, Vergl. Syntax I, 1893, 718. Fo.*] *forma perf. contracta* -xti *pro* -xisti TER. Ad. 689. *de notione et differentia*: NON. p. 442, 31 sq. '-ere' et 'respicere' distant, ut advorsum videre '-ere' recte dicatur; 'respicere' quasi retro aspicere (*affert* VARRONEM *p. 2219, 46*). CASSIOD. in psalm. 32, 13 l. 252 -ere est ... porro

[Cipriani]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

positum conspicere (*v. l. 56*). ISID. diff. 1, 21 (= 245 Codoñer) inter aspicere et respicere et cetera: ... conspicimus circumquaque, -imus (per-, re- *var. ll.*) longe; ... aspicimus praesentia, respicimus praeterita, -imus futura (*cf. iisdem verbis distinctis*: DIFF. ed. Uhlfelder 29 -imus, quae longe sunt. ed. Beck p. 39, 102 -imus ad ima). GLOSS. *βλέπω, προορῶ. προβλέπω. προνοῶ.* -it: desuper aspicit aut ante providit. longe aspicit. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2939 -xit: ante vidit. 2942 -ens: videns. *sim. al., cf. e. g. p. 2220, 17 sqq. 2222, 71 sqq. 2224, 43 et* PAVL. FEST. *vol. V 2, 1744, 44 sqq. legitur in versibus vix iam in* CARM. Sal. (*v. p. 2226, 20*), *sed inde a* PLAVTO, ENN., CAECIL., TER., *in prosa oratione inde a* GRACCHO, RHET. Her., VARRONE, CIC. (*passim*) *per totam latinitatem.* [*confunditur in codd.* pro- *cum* per- *saepe, e. g.* CIC. leg. agr. 2, 95 OV. fast. 1, 461 (*var. ll. vix rectas v. vol. X 1, 1739, 59 sq. [addere possis* CIC. leg. agr. 1, 15 STAT. Theb. 11, 68 PS. QVINT. decl. 10, 13. *al.], restit.* CIC. leg. agr. 2, 44), *cum* ad- OV. met. 11, 715 (*var. l. dub.* Pont. 4, 9, 23), con- VERG. Aen. 6, 385. 12, 353 OV. met. 6, 343. *al.*, re- OV. fast. 1, 461 PLIN. nat. 13, 139. *al.* (*falso trad.* GLOSS.^{L} III Abol. PR 31), *ceterum e. g. cum* providere CIC. Catil. 2, 26. *e coni. dub. pro* proficere CALP. decl. 47.]

fere i. q. προορᾶν, providere sim. (*vi originaria significatur i. q. spectare foras vel porro aut spectare foris vel procul posita [sc. vi locali, unde transfertur ad tempus passim sub II], ita ut sub I nimirum saepe -atur ex altitudine, deorsum [sed sursum e. g. l. 72. p. 2220, 47. 2221, 4. 7]; accedit respectus movendi p. 2220, 33*). *testimonia gramm. de structuris* (*quibus distinguuntur usus sub I et IIA illustrati*): PRISC. gramm. III 273, 27 provideo tibi, -o tibi, consulo tibi. 297, 22 '-o' et 'provideo illi' et 'illum' (*affert* VERG. *p. 2220, 15 eiusque versum fictum* -xit longe venientem [*cf. p. 2221, 12. 29*]). 309, 9 *'ἐμβλέπω αὐτῷ' καὶ 'αὐτόν' καὶ 'εἰς αὐτόν'*; sic et nos '-o (aspicio(r) *var. ll.*) illi' et 'illum' et 'in illum' (*affert* VERG. *p. 2220, 15 et* TER. *p. 2223, 15*). 358, 11 'consulo' et 'provideo' et '-o' tam dativo quam accusativo coniunguntur, sed dativo providentiam significant.

I *spectat potius ad intuitum oculorum* (*sc. -unt animantes vel ipsi oculi [conspectus l. 43], sed -ere dicitur effigies animantis p. 2220, 48, sol vel sim. pro persona positus l. 62 sq. p. 2220, 19 sq. 69. al.*): **A** *proprie* (*iuxta ponuntur* (a)spectare *l. 68. p. 2220, 70* [*cf. l. 56*], cernere *p. 2221, 10,* videre *p. 2221, 34. 39 et sim. al., disting.* videre [*sc. aliquid definitum*] *l. 57. p. 2220, 35 sqq. 74. al., opp.* respicere *l. 47. p. 2220, 57*): **1** *sine obi. vel obi. supplendo*: **a** *respicitur facultas videndi* (*cf. p. 2220, 67*): PLAVT. Amph. 1059 caput dolet, neque audio, nec oculis -o satis. Curc. 317 (*loq. parasitus; 309* tenebrae oboriuntur) perii, -o parum, ... lippiunt fauces fame (TER. Phorm. 735 nisi me animu' fallit aut p. -unt oculi, ... nutricem ... video). LVCR. 4, 825 lumina ... oculorum ... *non esse* creata, -ere ut possimus. SEN. suas. 1, 4 quae *caligo* -entem ... excludit. DON. Ter. Ad. 78, 2 senili nec in longum -ente[m] conspectu.

b *respicitur actio speculandi, contemplandi, vigilandi sim.*: **α** *quolibet modo*: Ⓘ *indicatur quo (qua l. 50. 65) vel unde -atur*: Ⓐ *per adv.* (*cf.* alte *p. 2220, 27,* inde *p. 2220, 73*): VARRO Men. 260 *parasitus* habens antepositam alimoniam, ... neque post respiciens neque ante -ens. BELL. Hisp. 8, 3 *Hispanienses* in his *turribus* habent speculas et propter altitudinem late longeque -unt. SEN. nat. 3, 27, 11 omnia, qua -i potest, aquis obsidentur *in cataclysmo* (CVRT. 9, 8, 5). VAL. FL. 4, 108 undique in omnes -unt cursantque vias, qui corpora regi *Amyco* capta trahant. MART. 5, 14, 6 *quidam tertio in gradu* consedit; illinc ... -it ... oculoque ludos spectat ... uno. *al.* Ⓑ *per praepos.*: VARRO ling. 6, 82 specula *est id,* de quo -imus (de caelo: TERT. spect. 27 p. 26, 13 angelos -ere de c. et singulos *peccantes* denotare [*cf. 20 p. 21, 10* deus de c. spectat]. VET. LAT. psalm. 13, 2 *v. p. 2220, 10.* 32, 13 [Cassiod. *ad l.* = PSALT. Rom.] de c. -xit [re- *var. l.*] dominus et vidit omnes filios hominum [*gr. ἐπέβλεψεν, cod. 300. al. et Vulg.* re-; *cf. p. 2218, 75*]. *al.; ceterum e. g.* PHILO quaest. in gen. 4, 188 -ens Abimelech de fenestra vidit Isaac *eqs.* [*sec. LXX gen. 26, 8 παρακύψας ... διά. cf. l. 67*]. *cf. p. 2220, 54. 60. 2221, 44. al.*). NEP. Hann. 12, 4 puer ab (ad *var. l.*) ianua -ens (LYGD. 4, 21 cum summo Phoebus -xit ab ortu. LVCAN. 10, 434 Lucifer a Casia -xit rupe. VAL. FL. 3, 130 -xit ab aethere Typhon. STAT. silv. 4, 6, 15. *al., e. g. l. 72; cf. p. 2220, 53. 2221, 13. 40. 2225, 17. al.*). VERG. Aen. 2, 733 *Anchises audito sonitu* per umbram -ens ... exclamat: '...' (APVL. met. 10, 16, 1 [*10, 15, 5* per ... cavernam rimantur me] *dominus* quoque p. idem -ens foramen. VVLG. gen. 26, 8 p. fenestram [*cf. l. 59*]. *cf. p. 2220, 68. 2221, 51*). 12, 136 Iuno ex summo ... -ens tumulo campum aspectabat (SEN. epist. 86, 8 ex solio agros ac maria. PLIN. nat. 13, 139 [respicere *var. l.*]. 21, 8 argentarius *quidam* ... cum corona rosacea ... ⟨e⟩ pergula sua in forum -isse dictus. *al., e. g. p. 2220, 1; cf. p. 2220, 48. 2221, 9. 48. al.*). VITR. 6, 6, 6 si, ab ea linea *quadam* in altitudinem cum -atur, poterit spatium ... caeli amplum videri (VAL. FL. 4, 115 Neptunus ... -xit in oras. PLIN. nat. 21, 8 [*v. l. 70*]. QVINT. inst. 1, 1, 34 *legendo* -ere in dextrum ... et providere [*cf. ibid.* sequentia intuenti *et ad rem p. 2221, 47*]. VET. LAT. psalm. 101, 20 [cod. 300, *sim. al.*] -xit ex [de *cod. 303. al.*] alto sancto suo, dominus de caelo in terram -xit [*gr. ἐξέκυψεν ... ἐπέβλεψεν,* cod. 304. *al.* respexit ... -xit, VVLG. -xit ... aspexit]. *addas p. 2219, 51 et fort.* VARRONEM *vol. X 1, 1741, 3; cf. p. 2221, 48. al.*). SEN. epist. 71, 14 (*vigente imagine*) proxima ... intuemur, ad (at *Castiglioni*) ulteriora non -it mens hebes (IREN. 1, 29, 4 ad inferiores partes. HIER. psalt. sec. Hebr. 32, 14 *dominus* de ... solio suo -xit ad ... habitatores terrae [respexit super *Vulg.*]. CASSIOD. in psalm. 32, 13 l. 251 [*ad* VET. LAT. *p. 2219, 57*] non ... homo respexit ad dominum, sed dominus -xit ad hominem. *cf. l. 43. p. 2219, 5*). VET. LAT. psalm. 13, 2 (cod. 300. *al.* = VVLG.) dominus de caelo -xit super filios hominum, ut videat *eqs.* ([*gr. διέκυψεν ἐπί, cod. 136. 421* re-]. 52, 3 [cod. 300, *sim. al.*] deus caelo [de c. cod. 303. *al.*] -xit s. [in VVLG.] filios hominum, ut *eqs.* [*gr. διέκυψεν ἐπί*]). VVLG. III reg. 18, 43 *Helias* dixit ad puerum suum: 'ascende et -e contra mare'; qui cum ... contemplatus esset *eqs.* *al.* Ⓒ *per abl. separ.* (*v. etiam p. 2219, 70. 2221, 17. 29. 35*): VERG. Aen. 1, 127 (*sim. l. 21*) Neptunus ... alto -ens summa ... caput extulit unda (*explicant* SERV. aut e mari erigens caput ⌞aut mari providens⌟ [*cf.* PRISC. *p. 2219, 24 sqq.*]. SERV. auct. [*pergens*] quidam 'alto' caelo accipiunt. GLOSS. porro videns). SEN. Herc. f. 133 iam ... Titan summa -it Oeta. VAL. FL. 3, 559 ubi Cynthia caelo -it (VET. LAT. psalm. 52, 3 [*v. l. 12*]).

Ⓘⓘ *exempla cetera*: VERG. georg. 4, 352 Arethusa ... -ens summa ... caput extulit unda (*πρωθύστερον quoddam, ut sim. l. 16*). TIB. 1, 5, 72 crebro. OV. epist. 19, 51 (*Hero Leandro*) modo -imus, *sc. mare sim.*, ... modo ... precamur, ut tibi det faciles utilis aura vias. PHAEDR. 2, 4, 20 *feles* pavorem simulans -it toto die. SEN. nat. 1, 15, 8 sunt specula, quae faciem -entium obliquent (*cf. 1, 5, 14* visentium). PLIN. nat. 10, 58 *grues proficiscentes* volant ad -endum alte. VAL. FL. 3, 551 *Hyla cervum persequente Hercules* hortatibus urget -ens. QVINT. decl. 314, 15 licet nulli hominum (*sc. testium*) -erint oculi. GAIVS inst. 4, 3 ius ... altius tollendi (*sc. aedificia*) -endive. *al.* -ens (*i. παρακύπτουσα*) *est cognomen Veneris* (*ad rem v. imprimis Fauth, Aphrodite parakyptusa, 1967*): OV. met. 14, 761 Veneris ... nomine templum -entis habet *Salamis.*

β *-endo caput movetur prorsus vel foras* (*exempla pauca notabiliora; cf. e. g. l. 16. 30. p. 2219, 60*): PHAEDR. app. 15, 16 paulum reclusis foribus *sepulcri* miles -it videtque ... feminam (*cf.* VET. LAT. Ioh. 20, 5 [cod. 2, *sim. al.*] *Iohannes* venit ad monumentum et -ens videt ... linteamina [*gr. παρακύψας,* cod. 4. *al.* cum se inclinasset et -isset, *3* proscultans, *Vulg.* cum se inclinasset]. 20, 11 [*ibid.*] *Maria* -xit in monumentum et videt duos angelos [*gr. et alii codd. sim. ac supra, sed 3* ⟨a⟩dspexit, VVLG. inclinavit se et -xit]). PLIN. nat. 35, 85 *Apellem latentem post tabulam suam* indignatum -isse, denuntiantem, ne supra crepidam sutor iudicaret. QVINT. inst. 6, 1, 48 cum ⌞ad †agendum⌟ ex turba -isset *advocatus timorem accusatoris simulans* (⌞ ⌟ ad a. vocatus *Schenkl,* ad agentem *ed. vet.*). *al.*

2 *cum obi.*: **a** *acc.* (*obi. int. l. 50. 66; accedit acc. praedic. l. 60. p. 2221, 27; exempla inde a* VERG. *selecta*): **α** *potius eius, quod oculis perlustratur, exploratur, observatur sim.*: ENN. ann. 159 caelum -xit stellis fulgentibus aptum (suspexit *Vahlen, sed cf. p. 2219, 22*). CIC. Verr. II 2, 154 ipse *Verres* (*sc. effigies eius*) ... ex equo ... provinciam -it. fam. 7, 20, 1 illa *domus Papiriana* ... habet lotum ...; quem ... si excideris, multum -eris. CATVLL. 64, 61 sq. quem *Thesea* procul ex alga ... -it, eheu -it *Ariadne* (*cf. 52 sq.* prospectans ... tuetur). SVLP. RVF. Cic. fam. 4, 5, 4 cum ... navigarem, coepi regiones circumcirca -ere. VERG. Aen. 3, 648 (*loq. comes Vlixis*) ab rupe Cyclopas -o. HOR. carm. 3, 2, 8 illum *militem* ex moenibus hosticis matrona ... -ens. TIB. 2, 5, 58 sua de caelo -it arva Ceres. OV. epist. 10, 49 (*Ariadne Theseo*) ⌞mare -ens⌟ in saxo ... sedi (⌞ ⌟ *item* 19, 21 [*Hero Leandro*; freta *et* susp-, conspiciens *var. ll.*]). met. 2, 190 *Phaethon* modo ... -it occasus, interdum respicit ortus. 8, 237 hunc *Daedalum* ... tumulo ponentem corpora nati ... ⌞limoso -xit ab elice⌟ perdix (⌞ ⌟ *ita Dub. nom. gramm. V 587, 1,* ramosa ... ilice *codd. Ov.; item c. acc. praedic. e. g.* trist. 3, 7, 52 *dum* de montibus *suis* orbem -et domitum ... Roma. SEN. Tro. 897 cum dimicantes ... -res viros *Helena.* APVL. met. 1, 15, 5 [*in imag.*] me terra dehiscente ... Cerberum prorsus esurientem mei -isse). fast. 1, 639 bene -es (-ens *var. l.*) Latiam, Concordia, turbam (*sc. e templo novo tuo; cf.* 2, 860 quae *Equirria* deus *Mars* in campo -it ipse suo [prae-, perspicit, praestitit *var. ll.*]. LVCAN. 1, 195 o, magnae qui moenia -is urbis Tarpeia de rupe, Tonans). LIV. 3, 28, 1 dictator, quantum nocte -i poterat, ... contemplatus *hostium castra.* VITR. 6, 3, 10 (*respiciuntur oeci, v. p. 2221, 69*) uti de lectis (tectis *trad.*) per spatia fenestrarum viridia -antur. 9, 5, 1 piscis austrinus caudam -ens ceti. SEN. Ag. 757 reserate *Tartarum,* ... ut Mycenas turba -at Phrygum (*758* spectate, *Phryges*). epist. 117, 30 nemo, qui ad incendium domus suae currit, tabulam latruncularium -it. CVRT. 3, 8, 26 *milites quidam* in iugum montis evaserant, ut hostium agmen inde -rent. LVCAN. 8, 47 *Cornelia* -ens fluctus (*disting.* vides). PLIN. nat. 16, 81 ex ipsa urbe *Sybari* -batur quercus *mirabilis* (*cf. Theophr. hist. plant. 1, 9, 5 εὐσύνοπτος*). VAL. FL. 7, 575 horruit ...

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Idas ... et invito -xit Colchida *Medeam* vultu. MART. 3, 58, 46 turre ab alta *villae Baianae* -is meras laurus. SVET. Cal. 23, 2 -xit ... e triclinio ardentem rogum *aviae.* FLOR. epit. 1, 18, 24 Pyrrhus ... prope captam urbem a Praenestina arce -xit. APVL. met. 5, 25, 1 Psyche ... humi prostrata et ... volatūs mariti -ens. MIN. FEL. 17, 2 *quod animalia prona* nihil nata sint -ere nisi pabulum (*opp.* suspectus in caelum). HERM. vulg. vis. 1, 1 video mulierem ... salutantem me de coelo ... et ego -ens illam dico *eqs.* (*gr. 1, 1, 5 βλέψας ... εἰς, Pal.* re-). *et saepe.* **β** *potius eius, quod conspicitur, cernitur, animadvertitur sim.*: CAECIL. com. 197 heri ... -isse eum se ex tegulis. CIC. Verr. II 5, 169 ut ille *Gavius* ... ex cruce Italiam cernere ac domum suam -ere posset. VERG. Aen. 6, 357 (*loq. Palinurus*) -xi Italiam summa sublimis ab unda. 7, 289 *Iuno ab Argis rediens* classem ... ex aethere longe Dardaniam Siculo -xit ab usque Pachyno. OV. met. 6, 343 *Latona* forte lacum ... -xit (per-, con- *var. ll.*) in imis vallibus. FEST. p. 289 'respicere' ⌊avem est⌋ in auspicando, unde (*sc. volantem*) quis avem -xit, cum eodem revertitur (⌊ ⌋ autem et *trad.*). SEN. Herc. O. 1696 (*Hercules Iovi*) quacumque parte -is natum, ... te precor (*cf. 1695* despiceret). CVRT. 7, 6, 4 *non rex* barbaros fefellit subductus ex acie: quippe ex edito monte cuncta -erant. PLIN. nat. 7, 212 cum *accensus consulum quidam* ⌊a curia⌋ (auguria *codd.*) inter rostra et Graecostasin -isset solem. VAL. FL. 7, 193 vix primas occulta Venus -erat arces, ... ecce *eqs.* STAT. Theb. 5, 591 *Hypsipyle* modico super aggere longe ... sanguineis infectas roribus herbas -it. QVINT. inst. 4, 2, 41 in portum veni, navem -xi, ... conscendi *eqs.* APVL. met. 3, 29, 5 cum multas villulas ... praeterimus, hortulum quendam -xi satis amoenum (*6* propius accessi). VET. LAT. II Macc. 7, 35 (rec. X, *sim.* B, M) omnipotentis, omnia -entis dei (*gr.* (παν)επόπτου, *rec. L* con-, *V* inspicientis). *et saepius.* *c. acc. praedic.* (*exempla selecta*): VERG. Aen. 11, 839 *Opis* spectat ... pugnas; utque procul ... -xit tristi mulcatam morte Camillam, ingemuit. 12, 595 regina ut tectis venientem -it hostem (OV. trist. 3, 9, 19 ubi *Medea* -xit venientia vela. FLOR. epit. 3, 8, 4). OV. met. 14, 753 vix *Anaxarete* ... bene inpositum lecto -erat Iphin, deriguere oculi. LIV. 22, 11, 5 cum *Fabius* ... -isset agmen consulemque ... ad se pro⟨gre⟩dientem. VAL. MAX. 1, 6, 4 *Sulla immolans* prolapsam anguem -xit; qua visa *eqs.* SIL. 17, 237 ardentem furiis (*sc. Hannibalem*) Neptunus ut alto -xit vertique rates ... vidit. STAT. Theb. 10, 459 turba *pullorum* ..., cum reducem longo -xit in aëre matrem, ire cupit contra. *al.*

b *acc. c. inf.* (*subaudiens* esse *huc fort. trahas l. 28, sed vix etiam p. 2220, 60*): VERG. Aen. 4, 410 cum, *Dido,* litora fervere late -res arce ex summa (*syn.* videres). 6, 385 quos *Sibyllam Aeneamque* iam inde ... Stygia -xit (con- *cod. M*) *Charon* ab unda per ... nemus ire. 9, 34 subitam ... glomerari ... nubem -unt Teucri. OV. met. 8, 697 *Philemon et Baucis* mersa palude cetera -unt, tantum sua tecta manere. VITR. 2, 8, 15 Rhodii ... cum -issent suas naves laureatas venire. SIL. 2, 116. STAT. silv. 1, 2, 217 Thetin ... Chiron accedere ... erecto -xit equo. APVL. met. 9, 3, 2 *custodes* de rima quadam -unt sanum me *asinum* ... consistere. *al.*

c *enunt. interrog.* (*in var. l. dub.* OV. Pont. 4, 9, 23): CIC. orat. 150 ut in legendo oculus, sic animus in dicendo -et, quid sequatur (*cf. p. 2219, 74*). CAES. civ. 2, 5, 3 facile erat ex ... superioribus locis -ere in urbem, ut *omnes cives* ... ad caelum manus tenderent *eqs.* OV. epist. 2, 124 litora calco ..., -o, quis freta ventus agat. CE 1924, 3 (*saec. I ex.? supra portam xenodochii*) hospes, ubi maneas, -e. APVL. met. 9, 42, 2 per ... fenestrulam, quidnam sibi vellet tumultus ..., -ere gestio. *al.*

B *cum acumine quodam vel per imaginem procul videndi respiciuntur quae oculis stringuntur, leviter tanguntur, non penetrantur* (*huc vergit p. 2225, 61*): SEN. dial. 6, 21, 1 ad brevissimum tempus editi ... hoc -imus hospitium, *sc. vitae* (*cf.* epist. 66, 42 aliquis *decessit* ... infans, cui nihil amplius contigit quam -ere vitam). epist. 49, 6 -enda *esse* ista, *sc. scripta dialecticorum,* sed -enda tantum et a limine salutanda. 79, 12 cum *animus* emissus his tenebris, in quibus volutatur, non tenui visu clara -erit, sed totum diem admiserit. PLIN. nat. 6, 160 Romana arma solus in eam terram adhuc intulit Aelius Gallus ..., nam C. Caesar ... -xit tantum Arabiam. PLIN. paneg. 15, 2 -isse castra brevemque militiam quasi transisse. SVET. Tib. 72, 1 -tis modo nec aditis urbis moenibus rediit.

C *transfertur ad directionem vel situm adversum, vicinum* (*cf. p. 2220, 48 et 69; huc referam* SYNON. Cic. *supra p. 1850, 6 sqq.; accedit acc. obi. praeter l. 73*): **1** *de aedificiis eorumve partibus*: HOR. epist. 1, 10, 23 laudatur ... domus, longos quae -it agros (CARM. app. Maxim. 3, 13). OV. fast. 6, 191 quem *Martem* (*i. templum eius*) -it extra adpositum Tectae porta Capena Viae. VITR. 6, 3, 10 *oeci q. d.* spectantes ad septentrionem et ... viridia -entes (*ad rem cf. p. 2220, 68*). SEN. contr. 9, 4, 18 thermas -entīs viam Sacram. PLIN. epist. 2, 17, 20 fenestra -it mare ([*re-var. l.*]. APVL. met. 1, 21, 4 quae *f.* foris urbem -unt [*opp.* respicientes]. 4, 12, 4). 5, 6, 14 villa in colle imo sita -it quasi ex summo (9, 7, 3 altera *v.* imposita saxis ... lacum -it). *al.* **2** *de regionibus, montibus sim.*: OV. met. 8, 330 silva ... devexa ... -it arva. 11, 150 freta -ens late ... Tmolus *mons.* fast. 6, 205 -it a templo *Bellonae* (tergo *var. l.*) summum brevis area Circum. MELA 2, 87 Baetica maria utraque -it, ad occidentem Atlanticum, ad meridiem Nostrum. 2, 106. 3, 50 *Britannia* grandi angulo Rheni ostia -it (*syn.* spectans). PLIN. nat. 5, 72 -it eum *Asphaltiten lacum* ab oriente Arabia. *al.* **3** *de variis rebus*: CIRIS 475 *classis* -it ... Cythnum *insulam* (*cf. e. g. 468* cernit, *471* videt). SEN. nat. 2, 32, 7 *sidera* frequentius mota aliter nos aliterque -unt (*postea*: aspicit). SIL. 5, 542 *gutture transfixo* e vulnere cuspis *sagittae* -xit terga.

II *spectat potius ad intentionem mentis, curarum* (*imagines sim. planiores v. sub I*): **A** *qua alicui (rei) consulitur, succurritur, studetur* (*cavendo occurritur, sc. malis, l. 47. 70. 73. p. 2223, 44 sqq. 2224, 17. al.; pro syn. sunt e. g.* cavere *l. 23. 69. p. 2223, 45. al.,* consulere *l. 36. 42. 45 sq. al.,* providere *l. 63. p. 2223, 5. 8. al.,* succurrere *p. 2224, 28*): **1** *quolibet modo*: **a** *usu vario*: **α** *indicatur cui (rei)*: Ⓘ *per dat.* (*cf. p. 2223, 12*): Ⓐ *personae (-itur deis l. 18):* *-ere aliis*: PLAVT. Trin. 688 nolo ego mihi te tam -ere, qui meam egestatem leves, sed ut inops infamis ne sim (*item c. pron. pers.*: CIC. har. resp. 54 vobis ... et vestrae saluti. SEN. Thy. 1076 pro me nihil precabor ...; vobis, *di,* vota -ent mea. epist. 113, 19 prudentia ... ei, cuius est, -it, non sibi. TRAIAN. Plin. epist. 10, 18, 2 provinciales ... -tum sibi a me intellegent. *al.*). TER. Phorm. 1036 mihi -am et Phaedriae. CIC. Verr. II 3, 127 saltem populi Romani commoda respicite, *iudices,* si sociis ... -ere non laboratis. Phil. 8, 26 *Antonius* Mustelae et Tironi -it: de se nihil laborat (*syn.* cavet). NEP. Phoc. 1, 3 *Phocion admonitus,* liberis ... suis -ret (PS. QVINT. decl. 15, 7 quo *animo* senectuti l. que -rem. *cf. p. 2224, 3*). QVINT. decl. 348, 5 (*loq. imperator*) *parcendo suspectis proditionis* non satis civitati -eram. TAC. ann. 1, 46, 3 (*verba facta in senatu*) satis -tum *esse* urbanae servituti: militaribus animis adhibenda fomenta. *al.* *refl.* -ere *sibi* (*addas l. 19. 21. 37. al. et cf. p. 2224, 4*): TER. Phorm. 963 hunc inpuratum poterimus nostro modo ulcisci. :: attat! nisi mi -o, haereo. Ad. 589 ego iam -am mihi: nam iam abibo *eqs.* (*cf.* DON. *ad l.* 1 consulam mihi. 2 bene '-am' quasi: non pransurus, nisi providero mihi). TVRPIL. com. 173 hic sibi -xit vigilans virginem. AFRAN. com. 193 sine -ere me mihi (sine me -ere memet *var. l.*). CIC. Verr. II 1, 158 iste *Verres* sibi et saluti suae -ere didicit referendo in tabulas ..., quod gestum non esset. SEN. benef. 6, 35, 2. QVINT. decl. 255, 10 ⟨sibi⟩ consulere ac -ere. *al.* Ⓑ *rei*: GRACCH. or. frg. Char. gramm. p. 256, 2 qui et vobis et rei puplicae et sibi communiter -at (CIC. Phil. 10, 17 timere et -ere r. p. COD. Theod. 8, 5, 43 *ei,* quibus fuit *ius evectionum* faciendarum, moderatione r. p. -ant [*Mommsen*; pro(s)ciant *cod.,* prosint *Gothofredus*]). CIC. Verr. II 3, 128 (*ex epist. Metelli*) in reliquum ... tempus vectigalibus -xi (*et quater ibid.*). 3, 151 plebi Romanae consuluisse, annonae -isse (INSCR. Année Épigr. 1925 n. 126 [*aet. Dom.*] *cuidam* patrono coloniae, quod ⟨ind⟩ustrie -xit annon(ae). *cf. p. 2223, 6 et* CAES. Gall. 1, 23, 1 rei frumentariae -endum *esse*). Catil. 4, 3 patres conscripti, consulite vobis, -ite patriae. Flacc. 104 Flaccum ... numquam ... -isse vestrae saluti, consuluisse vobis ... paenitebit (har. resp. 54. fin. 1, 35 s. ... civium. *al.; addas l. 34*). har. resp. 56 huic malo populus Romanus ... sua sponte -xit. fam. 3, 2, 1 rationibus meis. *al.* CAES. Gall. 7, 50, 4 (*centurio ad milites*) *ipse moriturus* vestrae quidem certe vitae -am ([*syn.* consulite]. PLIN. nat. 18, 39 *maiores* praeceptis suis -xere v. APVL. met. 9, 5, 5). CELS. 7, 19, 5 *sanguis in scrotum non descendet,* si venis vinciendo medicus -erit. S. C. de aedif. (CIL X 1401; *a. 44/46*) 4 cum providentia ... principis ... totius Italiae aeternitati -erit (DECRET. patron. Ferent. [CIL VI 1492; *a. 101/2*] 12 qua *cura* a. I. suae -xit *Traianus*). COLVM. 4, 6, 3 nisi si propaginibus futuris -emus (efficiemus *var. l.; cf.* 5, 9, 13 *si* segetibus *futuris* pro⟨s⟩picietur). LVCAN. 8, 644 *tu, percussor Pompei,* vel Caesaris irae vel tibi -ens. QVINT. inst. 2, 11, 6 *quidam* non corpori *orationis* -unt, sed abrupta quaedam ... iaculantur. PLIN. epist. 2, 7, 5 honore *statuae* ... non modo defuncti memoriae ..., verum etiam exemplo -tum est. paneg. 35, 4 divus Titus securitati nostrae ultionique -erat. *al.*

Ⓘ *per praepos.* in, ad (*cf. e. g. p. 2223, 18. 2224, 15*): LVCIL. 743 -endum ... in senecta⟨m⟩ nunc ⟨ab⟩ adulescentia est (CIC. rep. 1, 71 [*Scipioni*] *quis te potius dixerit* de consiliis in posterum providendis, cum ... in omne tempus -xeris? VARRO rust. 1, 23, 3 in annum. OV. met. 15, 836 in ... futuri temporis aetatem. QVINT. inst. 6, 4, 1 satis ceteris praeceptis in hanc *altercationem* quoque ... esse -tum [perfectum *trad.*]. *al.*). SEN. vita patr. p. 31 ad claritatem nominis sui satis sibi ipse -erat *pater* (COMPVT. cod. Col. prol. 4 p. 231 arbores ad suos -ere fructus. *al.*).

β *cetera exempla*: TER. Eun. 762 quod cavere possis, stultum admittere est; malo ego nos -ere, quam hunc ulcisci accepta inuria (*cf.* DON. *ad l.* 1 '-ere' ⌊pro 'cavere⌋ ne fiat', id est '-ere [per- *cod. unus*] et cavere' [⌊ ⌋ providere *var. l.*]. SCHOL. Ter. p. 108, 24 'providere' *cod. unus,* 'cavere' *alter*). Phorm. 782 plagae crescunt, nisi -is (CIC. leg. agr. 1, 26 deserite eos, a quibus, n. -itis, ... deseremini [per- *var. l.*]. Phil. 7, 25. CELS. 5, 28, 12[N] n. magna cura -ximus. AMM. 29, 1, 6 n. -tum fuerit. *cf.* si *p. 2223, 3*). RHET.

[Cipriani]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Her. 4, 53, 67 (*exemplum ambigui*) -e tu, qui plurimum cernis (*in lusu c. locutione* hereditatem cernere). CIC. Verr. II 3, 225 coegi pecunias maximas ..., sed hoc mihi licuit; vobis, si -itis, licebit. Cluent. 34 Magium ... ⌊non⌋ longe animo -isse morientem, *sc. herede pravo instituendo* (⌊ ⌋ *om. pars codd.*). leg. agr. 2, 103 providi omnibus, -xi ⌊sane⌋, revocavi ⟨f⟩idem (per- *var. l.*; ⌊ ⌋ annonae *Clark [cf. p. 2222, 42], aliter alii*). VITR. 2, 1, 7 *homines* instruentes animo se ac -entes ... non casas, sed etiam domos fundatas ... perficere coeperunt. FRONTO p. 236, 8 (*1* recte provisum est?) Victorinus ... filio privatus est; quae ... providentia tam inique -it? *al.*

b *indicatur, quid curando comparetur, efficiatur, vel prohibeatur*: **α** *per acc. obi.* (*subaudiendum ex enunt. relat. l. 15 sqq. 21, obi. int. l. 18. 27; iuxta dat. l. 15. 27. 34. al.; e coni. dub.* SALL. hist. frg. 2, 55 tam paucis -tis [pro pectus *trad.*]): *-untur res*: TER. Hec. 561 aderam, quoius consilio fuerat ea par -i. Haut. 391. 638 quam bene ... abs te -tum est, quod (quid *trad.*) voluisti, cogita. 961 quidquid ego huius feci, tibi -xi et stultitiae tuae. Ad. 335 lacrumas mitte ac potiu', quod ad ... rem opus est, porro -e (consule *var. l.* [*item explicat* SCHOL. Ter. p. 154, 21]). CIC. Mur. 59 sapientes ac ⌊multum⌋ in posterum -entes iudices (⌊ ⌋ *nisi pro adv.*). Sull. 55 *quidam* obtulit se ad ferramenta -enda. Att. 11, 14, 2 *hoc noto* aliquid consuli et -i poterit. PVBLIL. sent. P 16 -ere in pace oportet, quod bellum iuvet. LIV. 44, 16, 2 *consulem* ibi (*sc. in Macedonia*) et ex aliis locis commeatus †remp -tos in hiemem habere et ab Epirotis *eqs.* (QVINT. inst. 12, 3, 5). VAL. MAX. 5, 1, 1[d] *senatus iussit,* naves ... ut -rentur. SEN. benef. 4, 18, 3 *societas hominum* senectuti adminicula -xit. dial. 5, 13, 6 notis vitiis inpedimenta -ere. epist. 24, 6 *Cato Vticensis* duo ... in rebus extremis instrumenta -erat, *sc. librum Platonis et gladium. al.* COLVM. arb. 6, 3 nihil in posterum -es ei *vineae veteri,* quam sublaturus es. *al.* LVCAN. 9, 235 (*miles deserturus duci*) iustas sibi nostra senectus -at flammas. PETRON. 10, 6 (*v. l. 33*). PS. QVINT. decl. 17, 11 non vetant ista *tela* leges parare, -ere ..., sed aestimant usus. FLOR. epit. 3, 6, 14. Verg. 2, 5 ferae cubile -unt. CARM. Année Épigr. 1949 n. 60, 5 (*non ante saec. II*) *quidam* suis locum ... -xit manibus. APVL. met. 1, 24, 3 ut ... aliquid nobis cibatui -rem, forum cupidinis peto. *al.* *-untur homines*: PETRON. 10, 6 cras ... et habitationem mihi -am et aliquem fratrem. PLIN. epist. 1, 14, 1 petis, ut fratris tui filiae -am maritum ([*cf. 3* nisi paratus et quasi provisus esset Minicius Acilianus]. CLAVD. 21, 72 *princeps anquisivit,* quem simul imperioque ducem nataeque m. -ret). VLP. dig. 1, 16, 9, 4 advocatos sibi. SYMM. epist. 2, 46, 3 gladiaturae idoneos. *al.* **β** *per enunt. secund.*: ut (*accedit pron. praepar. l. 41 [enunt. relat. l. 42]; cf. p. 2224, 6. al.*): CIC. Verr. II 1, 153 consulere vivi ac -ere debemus, ut ... *liberorum* pueritia ... munita sit. Font. 49 -ite, iudices, id ..., ut *praevaleant* ... apud vos preces virginis Vestalis. BRVT. Cic. fam. 11, 11, 2 tu, quae ... opus erunt administrari, -es, ut *eqs.* PS. QVINT. decl. 2, 16 *occisum esse senem* a noverca, quae -xit, ut et alius possit esse suspectus. *al.* ne (*cf. p. 2224, 11*): CIC. Verr. II 2, 173 *ut amicus Verris* caveret atque -ret, ne quid *criminosum* esset in litteris sociorum. Font. 47 -ite, *iudices,* ne ... ignis aeternus *Vestae* ... lacrimis exstinctus esse dicatur (*cf. 48* cavete). dom. 69. BRVT. Cic. fam. 11, 9, 1 prudentia tua -as oportet, ne *eqs.* (*fere syn.* dabo operam, praestaturum). CAES. Gall. 5, 7, 2 ⌊-endum⌋ *esse,* ne *eqs.* (⌊ ⌋ *rec. β,* per- *α*). CELS. 3, 11, 3. 4, 23, 2 -ere, ne ... vitium contrarium ... oriatur. 5, 26, 21[A]. SEN. epist. 92, 35 ne quis insepultus esset, rerum natura -xit (-it *trad.*). CALP. ecl. 4, 73. *al.* *interrog.* (*cf. l. 64*): PS. SALL. rep. 2, 4, 4 tibi etiam atque etiam animo -endum est, quonam modo rem *publicam* stabilias communiasque. **γ** *per (acc. c.) inf.*: SEN. dial. 4, 35, 1 arma nobis expedita (*sc. esse*) -imus, gladium commodum et habilem. TERT. apol. 25, 4 si ad *Troiae* ultores, *sc. Romanos,* ⌊transferre⌋ -xit *Cybele* (⌊ ⌋ *intrans.; ita Φ,* transire *vulg.*).

c *indicatur id ipsum, quod provisione custoditur, defenditur sim.* (*cf. p. 2222, 33; exempla pauca potiora*): CIC. Verr. II 1, 22 vos, quod ad vestram famam ... pertinet, iudices, -ite atque consulite. Catil. 2, 26 quem *Metellum* ego hoc -ens (-videns *Pap. Barc.*) in agrum Gallicum ... praemisi. rep. 1, 45 quos *circuitus commutationum* cum cognosse sapientis est, tum vero -ere inpendentis ... magni cuiusdam civis ... est. GRATT. 327 exiguis ... rebus -es (-spec- *cod.*), quae sit ratio *earum* et quo fine regendae *sint.* SEN. dial. 6, 19, 6 excepit illum *filium tuum* ... aeterna pax: ... nulla publica clades -itur, nulla privata (*nisi ad B1*). TERT. anim. 39, 1 quominus *bona animae* aut ... -antur aut ... administrentur. *al.*

2 *-itur legibus, iudiciis, testamentis variisque instrumentis iuris* (*forma* '-it lex' *l. 72. 74. p. 2224, 15. al.,* '-ere lege' *vel* '-itur lege' *p. 2224, 5. 13. 16. al.* ['per legem' *p. 2224, 31*]): LIV. 4, 49, 14 qui sedem senectuti vestrae -unt, *sc. tribuni plebis leges agrarias ferentes* (*item c. dat. rei*: QVINT. decl. 261, 6 frugalitatem ... imminuet et luxuriae ... -et *lex quaedam lata.* PAPIN. dig. 31, 77, 20 cum discordiis propinquorum sedandis -erit *testator fideicommisso.* VLP. dig. 39, 2, 7, 1 hoc edictum *praetoris* -it damno nondum facto. *al.*). QVINT. decl. 277, 7 non est credibile legem -isse ei *infanti nondum nato* ([*antea*: cavisse]. *item c. dat. personae*: 279, 9. 295, 4 legum lator -xit senectuti [*i. senibus*]. POMPON. dig. 50, 16, 122 liberis [CALL. dig. 48, 20, 9. *al.*]. EPIST. imp. Pii dig. 26, 5, 12, 2 eis *prodigis. et saepe*; sibi: GAIVS dig. 5, 3, 17 quod *possessor hereditatis* s. non -erit stipulatione '...'. 39, 2, 8. VLP. dig. 29, 2, 42 pr. qui s. -it, ne *eqs. al.*). 307, 2 -erat ... lex, ut conscius per tormenta ... quaereretur (GAIVS dig. 4, 7, 1 pr. *proconsul* in eam quoque rem -xit, ut, si quis ... *quiddam* fecerit, ... in factum actione teneatur. 10, 2, 19 -ere iudex debet, ut *eqs.* VLP. dig. 40, 5, 4, 17 constitutio -xit, ut *eqs.* COD. Theod. 9, 30, 3 eo usque intentio nostra -xit, ut *eqs. al.; cf. l. 30. 32*). GAIVS dig. 23, 5, 4 *lex Iulia* de dotali praedio -xit, ne id marito liceat ... alienare (VLP. dig. 9, 3, 5, 11 hoc solum -ere praetorem, ne *eqs.* 11, 7, 12 pr. ut iudex ... de opportunitate loci *sepulcralis* -at, ne *eqs.* 25, 5, 1 pr. hoc edicto ... praetor -xit, ne *eqs. al.*). inst. 4, 170 praetor in eam rem -xit et conparavit interdicta *secundaria* (*item c. praepos.*: VLP. dig. 8, 4, 10 illa generalis receptio '...' ... nihil -it venditori ad iura eius conservanda. 47, 6, 1 pr. quo *edicto praetor* dominis -ret adversus maleficia servorum, videlicet ne *eqs. al.*). VLP. dig. 39, 2, 40, 4 qui *domini aedium* damni infecti sibi -ere volunt (*item c. gen.*: NOVELL. Iust. 73 praef. 1 oportet ... horum [*sc. quae in scripto deposita sunt*] ... -ere [*gr. τούτων ... ποιήσασθαι πρόνοιαν*]. 128, 16 *nos* civitatum ... et habitantium eas ... -entes [*gr. προνοοῦντες c. gen.*]). COD. Theod. 16, 6, 4 pr. adversarios catholicae fidei exstirpare huius decreti auctoritate -ximus (*item c. inf.*: Iust. 6, 37, 26 pr. illud, quod de legatis ... definitum est, emendare -ximus). *al.* *pass. impers.* (*cf. p. 2222, 20. 27. 59. al.*): MARCELL. dig. 30, 123, 1 cum ... incertum sit, cui -tum voluerit *testator* (PAPIN. dig. 35, 1, 71 pr. si filio ... minus industrio -tum esse voluit *testator.* VLP. dig. 36, 2, 12, 4 [*syn.* consultum]. *al.*). PAPIN. dig. 28, 6, 40 legitimis heredibus ... -itur vinculo cautionis (*syn.* succurrendum). CALL. dig. 47, 9, 7 ne quid ex naufragiis deripiatur ..., multifariam -tum est. VLP. dig. 37, 10, 3, 12 et absenti erit -endum, ut cautio praestetur (39, 2, 11 huic *creditori* ... per stipulationem. PAVL. dig. 10, 2, 25, 13 -endum est per cautionem, ut *eqs. al.*). *al.*

B *qua aliquid percipitur, colligitur sim.* (*pro syn. sunt* providere *l. 66. 74,* videre *l. 49. p. 2225, 5. 48. al., disting. e. g.* circumspicere *l. 46,* iudicare *l. 42,* percipere *l. 61*). *fere accedit obi., sc. acc. (subaudiendus ex enunt. relat. l. 42. 59. p. 2225, 1. al., c. praedic. l. 56), acc. c. inf. l. 53. p. 2225, 19. 44. al., enunt. interrog. l. 47. p. 2225, 16. 57. al.,* quod *vel* quoniam *p. 2225, 36, adv. l. 67; sine obi. l. 64.* *indicatur unde per praepos.* ex *l. 53. p. 2225, 1. 13. al., per adv. p. 2225, 63, quo per praepos.* in *c. acc. l. 65 sq. p. 2225, 39,* ultra *p. 2225, 52, per adv. p. 2225, 51.*

1 *-untur futura animo anticipanda*: **a** *vario respectu*: TER. Hec. 549 tun -ere aut iudicare, nostram in rem quod sit, potes? (*cf.* DON. *ad l.* 2 '-ere' futura, 'iudicare' praesentia). Ad. 388 istuc est sapere: non quod ante pedes modost videre, sed etiam illa, quae futura sunt, -ere (SCHOL. Ter. Bemb. praesentia ⟨... v⟩idemus, futura -imus). 689 numquid circumspexti? aut numquid tute -xti tibi, quid fieret, qua fieret? (*cf.* DON. *ad l.* 2 'circumspicimus' praesentia, '-imus' futura. *item c. enunt. interrog.*: CIC. Quinct. 35 ut ... tu, C. Aquili, iam ante animo -ere possis, quibus de rebus auditurus sis. div. in Caec. 42. Verr. II 3, 218 videte, iudices, et -ite animis, quid futurum sit. LIV. 40, 54, 7 VAL. MAX. 9, 5 ext. 3. *al.*). CIC. leg. agr. 2, 44 quos *decemviros* ⌊-amus⌋ regnum Alexandriae Ptolomaeo gratis adiudicaturos, *sc. esse* (⌊ ⌋ *R. Klotz,* per- *codd.; item accedit acc. c. inf.*: Att. 3, 25 ex quibus *litteris* -o [per- *cod. unus*] nobis in hac calamitate tabescendum esse. PS. QVINT. decl. 19, 9 -bam ... in grande quandoque facinus prorupturum [*sc. esse filium*]. *al.*). har. resp. 62 haec ..., quae -imus impendentia, pertimescetis (*item c. acc. praedic.*: SEN. epist. 34, 4 hunc, *sc. virum bonum,* ⌊te⌋ -o, si perseveraveris [⌊ ⌋ in te *var. l.*]. PLIN. epist. 1, 2, 1 tardiorem adventum tuum -o. *al.; cf.* SEN. dial. 9, 11, 6 quidquid ... fieri potest, quasi futurum sit. epist. 99, 32 *ut* omnia eius *fortunae* tela ..., tamquam utique essent ventura, -res). Tusc. 5, 96 *Epicurus praecipit* animum et praesentem *voluptatem* percipere ... et -ere venientem. Cato 81 multa ... futura -unt *dormientes* (*subst. ut*: off. 2, 33. CIC. fam. 15, 15, 3 *ut* f. animo -ere posses. TERT. Scap. 1, 4. *al.*). Att. 8, 11, 3 *προθεσπίζω* ... non ⟨h⟩ariolans ..., sed coniectura -ens (*sine obi. ut e. g.* fam. 2, 8, 1 abs te ..., ut ab homine longe in posterum -ente, futura expecto [*cf. 2* providere]). 8, 12, 4 *velim* aliquid ... in posterum -as. *al.* LENT. Cic. fam. 12, 14, 4 ut tu divina tua mente -xisti et praedicasti, ... Cassius eum *Dolabellam* opprimet. LIV. 30, 40, 6 belli finem alterius, alterius principium -bant animis (QVINT. inst. 12 prooem. 2 -enti f. mihi. AVG. civ. 7, 7 p. 283, 14 in omni ... motu actionis suae qui non respicit initium, non -it f. *al.*). *al.* SEN. contr. exc. 8, 2, 1 tunc demum illa maiestas *statuae Iovis* exprimi potest, cum animus *artificis* opera -xit, manus duxit. SEN. dial. 6, 9, 5 aufert vim praesentibus malis, qui futura -xit (*antea*: providimus). epist. 1, 2 in hoc ... fallimur, quod mortem -imus: magna pars eius iam praeterīt (*cf.* 102, 24 intrepidus horam *mortis* ... -e). 33, 7

[Ciprianí]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

seni aut -enti senectutem. 101, 9 quicquid ... venturum est, ex alto -it *mens sapientis. al.* OCTAVIA 55 quam nefandum -it noster timor scelus! 380. VAL. FL. 1, 330 (*loq. mater Iasonis*) quos iam mente dies, quam saeva insomnia curis -o! 5, 610 ingentes animo iam -e campos (*607* cras regna videbis). 7, 311. SIL. 8, 304 (*loq. Fabius*) quas *ruinas* -o. 11, 573. QVINT. inst. 4 prooem. 7 prope infinitum laborem -o. PS. QVINT. decl. 17, 3 iurgia tam longa quam vitam. *al.* **b** *respiciuntur prognostica pertinentia: ad tempestates* (*hic illic in imag.*): CIC. Arat. 196 quem *Austrum* si -ens vitaveris, ... tuto labere per undas (*cf. gr. 420 οἱ* [*sc. nautae*] *δ' εἰ μέν κε πίθωνται ἐναίσιμα σημαινούσῃ* [*sc. Nocti*]). Mur. 81 nonne -is, *Cato,* tempestatem anni tui? (*in imagine ut*: Att. 10, 4, 5 ea ... ipsa tempestate eversam esse rem publicam, quam ego XIIII annis ante -erim. fam. 4, 3, 1 multo ... ante tamquam ex aliqua specula -xi t. futuram. *proprie*: SEN. benef. 6, 15, 6 *alicui* traicienti maria ... et -enti futuras t.). *al.* (*in imag.*). VERG. georg. 1, 394 ex imbri soles et aperta serena -ere et certis poteris cognoscere signis. OV. met. 3, 604 quid aura mihi *navigaturo* tumulo promittat ab alto -o. SEN. dial. 7, 28, 1 (*in imag.*) ex alto -ens video, quae tempestates ... immineant vobis. SIL. 1, 688 e celsa ... puppe magister -ens signis venturum in carbasa Corum (CLAVD. 20, 6 cautior ante ... navita C. -it). *ad morbos*: CELS. 3, 27, 1[B] si *post sanguinis missionem et motus et mens* redit, sanitas quoque -itur. **c** *respicitur ars vaticinandi, divinandi* (*cf. p. 2224, 62*): SVET. Tib. 67, 2 praescisse haec eum *Tiberium* peritia futurorum ac multo ante, quanta se ... infamia maneret, -isse. TERT. ieiun. 16 p. 295, 18 Iohel exclamavit '...' (*1, 14*), -ens iam tunc et alios ... sancituros ieiunium. adv. Marc. 4, 43 p. 566, 9 revertentes ... a sepulcro *Christi* mulieres ... -bat Esaias (*affertur Is. 27, 11*). PALLAD. c. Ambr. fol. 343[v], 39 qui *propheta* (*sc. David*) spiritus sancti inspiratione id tempus -erat. HIER. in Ier. 2, 16, 1 (*ad 6, 11*) ex persona prophetae dicitur, quod venientem iram dei ante -at. AVG. de serm. dom. 1, 21, 72 cum ea non quasi iam transacta meminisset, sed ventura -ret *psalmista* (*sc. 2, 1*). *al.* **d** *respicitur praescientia dei*: TERT. carn. 24 l. 7 Marcionem -ens 'ego sum' inquit 'deus *eqs.*' (*Is. 45, 5*). fug. 7, 3 infirmitatem ... quorundam -ens dominus ... portum fugae demonstravit (*cf.* scorp. 6 p. 158, 3 -erat ... deus inbecilitates condicionis humanae *eqs.*). VET. LAT. psalm. 36, 13 (cod. 300, *sim. al.*) *dominus* -it, quod veniet dies (*gr. προβλέπει ὅτι,* eo quod cod. 303, quoniam VVLG.). BOETH. cons. 5, 3, 4 si cuncta -it deus ..., evenire necesse est, quod providentia futurum esse praeviderit. *al.* **e** *respicitur praefiguratio sim.*: BARNAB. 9, 7 *Abraham circumcisione* -bat in Iesum (*gr. προβλέψας εἰς. allegorice explicatur gen. 14, 14 τριακοσίους* [*T, i. forma crucis*] *δέκα καὶ ὀκτώ* [*I H, i. Ἰησοῦς*]).

2 *-untur latentia, arcana* (*sc. praesentia vel praeterita, quae non nisi sagacitate, prudentia sim. percipi intellegive possunt*): RHET. Her. 4, 55, 68 simul atque Gracchus -xit fluctuare populum verentem, ne *eqs.* CIC. Verr. II 1, 39 eum, qui palam est adversarius, facile cavendo vitare possis, hoc vero occultum ... malum ... opprimit, antequam -ere atque explorare potueris. leg. agr. 2, 95 haec qui -erint, maiores nostros dico (per- *var. l.; postea*: quid enim viderunt?). fam. 6, 5, 2 iis ... de rebus, quas coniectura consequi possumus, non mihi sumo, ut plus ipse -am, quam te videre atque intellegere mihi persuaserim. *al.* LVCR. 2, 1046 quid sit ibi (*sc. extra moenia mundi*) porro, quo -ere usque velit mens (*sublucente respectu oculorum lustrantium ut*: SEN. epist. 110, 9 *ingenii sagacitati* -ere et ultra mundum libet, quo feratur, unde surrexerit *eqs.*). VITR. 9 praef. 16 mentes *scriptorum* aëris altiora -entes. IVV. 6, 365[34] crimen commune tacetur; -it hoc prudens ... uxor. PLIN. epist. 10, 17[b], 2 videntur ... non mediocres pecuniae posse revocari ...; ita certe -o ex ratione Prusensium. PAVL. dig. 45, 1, 132 pr. quem intellectum habeat haec conceptio '...', non -o (per- *edd. vet.*). COD. Theod. 9, 19, 3 serenitas nostra -xit inde caelestium litterarum coepisse imitationem, quod *eqs. al.*

C *qua aliquid consideratur, respicitur sim.* (*strictim* VAL. MAX.; *accedente respectu consulendi v. sub A*): VAL. MAX. 2, 7 ext. 2 aliena -isse tantummodo satis est, cum propriis ... felicioribus exemplis gloriari liceat (*cf. IB*). PS. QVINT. decl. 14, 1 quaeso ... vel hinc totam delati sceleris probationem gravitas vestra, *iudices,* -at, quod dolori meo ... non creditur. TERT. anim. 20, 3 Minervam ..., cum urbem illam *Athenas* moliretur, ... regionis naturam -isse (*cf. Plat. Tim. 24[C] τὴν εὐκρασίαν τῶν ὡρῶν ἐν αὐτῷ* [*sc. loco*] *κατιδοῦσα*). VET. LAT. psalm. 36, 37 (cod. 136) custodi innocentias et -e directa (*gr. ἰδὲ εὐθύτητα, cod. 300. al. et Vulg.* vide). COD. Iust. 4, 22, 1 (*a. 259*) in contractibus rei veritas potius quam scriptura ⟨-i⟩ debet (re- *Mommsen*). VEG. mil. 3, 14, 1 ordinaturus aciem tria debet ante -ere: solem, pulverem, ventum. *al.*

part. praes. **prōspiciēns,** -entis *pro adi.* (*pro subst. e. g. l. 1. p. 2220, 26*). *fere i. q. providens, cautus* (*indicatur quid caveatur per praepos. vel gen. l. 75. p. 2226, 3*): *de animantibus, mente*: GELL. 13, 28, 4 (*e gr. Panaetii*) mens viri prudentis adversus vim et petulantias iniuriarum ... -s debet esse, erecta *eqs.* CE 1985, 2 (*non ante saec. II*) sobria, -s, mater pia, filia concors. AMBR. hex. 5, 8, 22 *cancer* ut adpetens cibi, ita -s est periculi, quoniam cum difficilis est venatio, tum periculosa. *de natura divina*: SER. med. 190 quos *visus* quasi custodes defensoresque pericli -s summā natura locavit in arce.

adv. **prōspicienter.** *i. q. modo prospicienti, providenter*: GELL. 2, 29, 1 res salubriter ac -r animadversas *ab Aesopo.*

adv. part. perf. pass. **prōspectē.** *fere i. q. providenter, prudenter* (*sc. vi act., cf. e. g.* circumspecte): *posit.*: TERT. apol. 6, 7 circa ... deos vestros quae -e decreverant patres vestri, ... vos ... rescidistis (specte *rec. Φ,* perspecte *codd. det.*). FAVSTIN. trin. 1, 6 o quam omnia -e edita sunt *a deo*! (-e omnia *edd. vet. aliquot*). *superl.* (*cf.* quam -e *l. 11*): AVG. epist. 155, 12 dicatur haec *virtus* et prudentia, quia -issime adhaerebit bono.

deriv.: prospectio, prospectivus, prospector, prospectus (-ūs), prospex, prospica, prospicientia, prospicuus; *cf.* prospecto, *?*prospico.

compos.: improspectus. *cf. Onom.* (Prospectus). *Cipriani.*

*?***prōspico,** -āre. *cf. cum* prospicere *ita ut e. g.* conspicari (-are) *cum* conspicere. *i. q. prospicere*: FEST. p. 205 ⟨-es⟩: prospice (⟨ ⟩ *fort. e* CARM. Sal.; *coll. ibid.* perfines [*v. vol. X 1, 1393, 2 sqq.*] *intellegas potius coni. praes. quam imperat. [ut voluit Bergk, Kl. philol. Schr. I, 1884, 493. 500] vel fut. verbi* prospiciendi; *de subst.* prospex *vel* prospica *cogitare vid. Lindsay*). GLOSS. -ans: prospiciens (*latetne subst.* prospica*? cf. quae monet ed.* GLOSS.[L] V Aa P 1575). *non huc spectat* GLOSS. *p. 2218, 45.*

prōspicuē *v.* prospicuus.

[prōspicus *adi. sec. subst.* prospica *suo Marte finxisse videtur* NON. *supra p. 2218, 44.*]

prōspicuus, -a, -um. *a* prospicere (*cf.* conspicuus, perspicuus). [*falsa var. l. pro* per- *v. vol. X 1, 1746, 41 sq.* (*perperam editum est olim* STAT. Theb. 12, 15).]

2 *de loco, ubi prostant meretrices, de lupanari sim.* (*cf.* GLOSS. -um: locus meretricum vel ⌞meretrice communionis usus⌟ [*corrigas sec.* GLOSS.^{L} Corp. P 642 meretriciae commixtionis usus. *aliter Goetz*: meretrices communis, *vel* communioris, usus]. locus, in quo meretrix est. *sim. al., e. g. l. 14*): **a** *proprie*: VVLG. Ioel 3, 3 posuerunt puerum in -um (-o *var. l.; explicant* HIER. ad loc. l. 47 ut virilem cogerent mutare naturam. IVLIAN. ad loc. l. 29 in ... turpitudinem vendiderunt. *an ad 3?*). RVFIN. hist. 2, 13, 4 *Simonis* comitem, quae prius in -o steterat (*gr. ἐπὶ τέγους σταθεῖσαν. huc spectat* GLOSS. in -o: in domo fornicaria). Orig. in num. 20, 5 p. 198, 7 quia *Finees* ... ingressus sit -um (*sec. LXX num. 25, 8 εἰς τὴν κάμινον, cf. Vulg.* in lupanar). PS. MAX. TAVR. serm. 56 p. 645^{B} *Agnes* damnata in -o turpitudinis in gremio apparuit castitatis. CASSIOD. hist. 9, 24, 8 -a destrui iussit *imperator* (*gr. Socrat. 5, 18, 11 πορνεῖα*). HIST. Apoll. rec. A 46 *leno Tharsiam* emit ... et in -o posuit (*rec. B* constituit in lupanar). *al.* **b** *in imagine et translate*: VVLG. Ezech. 16, 24 *Hierusalem,* aedificasti tibi lupanar et fecisti tibi -um in cunctis plateis (*Vet. Lat. cod. 176* expositionem, *Hier. ad l.* prostitutionem, *gr. ἔκθεμα. explicat* HIER. *ibid.* l. 95 *hebr.* 'rama', quod nos vel -um vel signum [*sc. 16, 25*] interpretati sumus, cum apud Hebraeos unum vocabulum sit). 16, 39 demolientur -um tuum. CHRYSOST. repar. laps. 14 l. 8 *animae de caelo* in istud praesentis vitae lupanar ac -um deciderunt (*gr. τὸ τοῦ παρόντος βίου χαμαιτυπεῖον*). PS. MAX. TAVR. serm. 20 p. 574^{A} *ut,* qui iniquitatis erat -um (pyraterium, *i.* pir-, *var. l.*) ..., fieret domicilium sanctitatis.

3 *de ipsa fornicatione* (*cf. l. 8. 10*): HIER. adv. Iovin. 2, 24 p. 320^{C} *non* alio modo de adulterio et -is, alio de castis matrimoniis nascuntur liberi.

*deriv.: cf. ?*prostibulata, *?*prostibulatrix. *Sauer-Gaertner.*

[prōstillo *e coni. vix probabili temptat Schultess pro* post illum *apud* SEN. nat. 3, 23; *de hoc loco desperato v. Vottero, ed. 1989, 157 sq.*]

prostilos *v.* prostylos. **prostipum** *v.* prostypum.

[prostitumatum *corruptum, v.* GLOSS. pitidine.] *Wieland.*

ᵒprōstituo, -uī, -ūtum, -ere. *a* pro *et* statuere. *de notione*: NON. p. 133, 11 lupari, ut scortari vel -i. GLOSS. -it: publice statuit. -unt: proponunt. *al.* *legitur in versu fere singulis binisve locis apud* PLAVT., CATVLL., VERG. catal., OV. (*quater ut* MART.), IVV., PRVD., DRAC., *in orat. soluta apud* CATONEM, CIC. *et inde a* SEN. *rhet.* [*confunditur in codd. hic illic cum* praestituere *vel* prosternere, *v. l. 67. p. 2236, 19. 2237, 6.*]

I *vi originaria i. q. in medio statuere, palam sistere, sc. proponere publicando* (*respectus pertinendi ad multos vel omnes illustratur saepe contextu, e. g. l. 57. 67 sq. p. 2236, 36 sqq. 2237, 33, evanescit imprimis p. 2236, 66. 68; subi. sunt animantes, raro res, sc. l. 63. 66. p. 2236, 13; usurpatur transitive [hic illic obi. subaudiendo; reflexive l. 59. p. 2236, 19, mediopass. e. g. l. 64. p. 2236, 18. 32] praeter p. 2236, 45, si recte conicitur; passim accedit dat. personae, e. g. l. 57. 62. p. 2236, 34 sqq., vel rei p. 2236, 24. 75. 2237, 18. al., cf. praepos.* apud *p. 2236, 23,* in *c. acc. l. 61. 66. 68 p. 2236, 54; abl. pretii p. 2236, 2, cf. p. 2236, 5*): **A** *potestati cuiuslibet utentis, possidentis*: **1** *ad stuprum et obscena* (*idololatriam sim. sub c*): **a** *strictius de iis, quae (qui) quaestum faciunt corpore suo (vel mancipii sui) vel vi, necessitate sim. ad concubitum impelluntur; pro obi. sunt*: **α** *animantes*: PLAVT. Pseud. 178 (*leno meretricibus; versu fort. non sano*) nisi mihi penus annuos hodie convenit *ab amatoribus vestris,* cras populo -am vos (*cf. 214* ut deportere in pergulam). 231 *quid donem lenoni,* ne amicam hic meam -at? CATVLL. 110, 8 facinus ... meretricis avarae, quae sese toto corpore -uit (*item reflexive*: VLP. dig. 23, 2, 43 pr. in lupanario). SEN. contr. 1, 2 them. *virgo* empta a lenone et -ta est. 1, 2, 12 *leno eam* -turus erat in libidinem populi. *al.* MART. 9, 7, 2 foedandos populo -isse mares (*ad pedicandum ut*: 9, 59, 4 quos *pueros* primae -ēre casae *institoris* [*opp.* arcanae ... tabulata catastae]. CALP. decl. 20 qua in civitate -i licet, mori non licet? HIST. AVG. Heliog. 26, 5. *cf. p. 2236, 12. 15. 2237, 46. 52. al.*). VLP. dig. 23, 2, 43, 7 lenas ... dicimus, quae mulieres quaestuarias -unt. PS. CYPR. spect. 6, 3 quas infelicitas sua in servitutem ⌞-uit⌟ libidinis publicae (⌞ ⌟ prostravit *var. l.*). ARNOB. nat. 1, 28 p. 23, 21 scortis ... in volgarem libidinem -tis. IVST. 21, 3, 2 *Locrenses* voverant ..., ut die festo Veneris virgines suas -rent. *al.* *in iure mancipii emendi, vendendi*: POMPON. dig. 21, 2, 34 pr. si mancipium ita emeris, ne -atur, et cum -tum fuisset, ut liberum esset (PAPIN. dig. 18, 7, 6 pr. ne serva manumitteretur neve -atur. VLP. dig. 1, 12, 1, 8 ut *praefectus urbi* mancipia tueatur, ne -antur. *al.*). VLP. dig. 2, 4, 10, 1 -ta contra legem venditionis venditorem habebit patronum. COD. Iust. 4, 56, 3 (*a. 225*) eam, quae ita venit, ne corpore quaestum faceret, nec in caupona sub specie ministrandi -i ... oportet. *al.* **β** *animantium partes, qualitates sim.*: OV. am. 1, 10, 42 faciem lucro -isse suam. SEN. contr. 1, 2, 14 *quendam* uti corpore -to volentem (FIRM. math. 6, 31, 79. *al.*). PETRON. 126, 2 *quo spectat cultus tuus,* nisi quod formam -is, ut vendas. FIRM. math. 8, 30, 2 pudorem suum passiva libidinum nundinatione -et (*al. apud eundem.* COD. Theod. 15, 8, 1 vile ministerium -ti pudoris explere). *al.* *hyperbolice respiciuntur nuptiae secundae* (*cf. l. 25*): TERT. monog. 16, 3 ut carnem suam aperte -tam profiteatur exhibitionis (*i. victus*) causa *iterum* nubentem. HIER. epist. 54, 15, 2 in morem scortorum -ere castitatem, ut augeantur divitiae.

b *laxius de quibuslibet impudicis*: CIC. or. frg. B 14 scelerate, qui subactus et -tus es (*conviciose ut*: VERG. catal. 13, 7 -tae turpe contubernium sororis). OV. ars 3, 97 nec vos -it mea vox (*sc. 88* gaudia nec ... negate viris *eqs.*). VAL. MAX. 9, 1, 8 *Gemellus* lupanari ... domi suae instituto Muciam et Fulviam ... et nobilem puerum ... in eo *convivio* -it. SVET. Nero 29 suam ... pudicitiam ... -it, ut contaminatis paene omnibus membris *eqs.* TERT. pall. 4, 3 ut Hercules in Omphale (*sc. in eius vestibus*) et Omphale in Hercule -retur. VLP. dig. 23, 2, 43, 3 quae sine quaestu palam se -erit (prae- *cod. F. item reflexive*: HEGES. 1, 37, 2 p. 73, 30). VET. LAT. deut. 22, 21 (Aug. quaest. hept. 5, 33) -ere domum patris (*gr. ἐκπορνεῦσαι, cod. 100* fornicare, *sim. Vulg.*). LACT. inst. 1, 17, 9 obscenitatem Veneris omnium libidinibus -tae (*de eadem*: 5, 10, 15 deam ... adulteram et quasi apud deos -tam). 1, 20, 15 *Graeci* liberos suos ... -erunt libidini iuventutis *in gymnasiis.* HIER. adv. Iovin. 1, 14 p. 233^{C} tolerabilius est uni homini -tam esse viduam *nuptiis secundis,* quam multis *fornicatione* (*sec. I Cor. 7, 39 sq.*). *al.*

c *in imag. et translate in sacris script. et apud Christianos de iis, qui se vel rem sanctam tradunt idolis, paganis, haereticis* (*ipsis vitiis l. 42; paulo aliter 2c*): CYPR. laps. 6 iungere cum infidelibus vinculum matrimonii, -ere gentilibus membra Christi (*cf.* HIER. adv. Iovin. 1, 10 p. 223^{C} *mulieres christianae* iunguntur gentilibus et templa Christi idolis -unt). HIER. in Ezech. 23, 26 l. 1199 *ut* instar meretricum publice -amini, *Hierusalem et Samaria.* in Is. 16, 57, 7 l. 20 G. *haeretici* ascendunt dogmatum suorum montes ... et illic suum daemonibus cubile -unt. PRVD. perist. 3, 83 *Maximianus* -at voveatque suis numinibus caput. AVG. civ. 4, 8 p. 155, 29 ut anima misera daemoniorum turbae -retur, unius dei veri castum dedignata complexum. in euang. Ioh. 42, 7 (*antea*: consuetudo scripturarum est ... fornicationem spiritaliter appellare) cum diis multis et falsis anima tamquam -ta subicitur. serm. 15, 3 fornicariae animae sunt multis diis falsis quodam modo -tae. MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 37, 37 *haereticus* nobilitatem gentilibus -it dogmatis atque ... id ridendum ... proponit. VAL. CEM. hom. 20, 2 quibus *flagitiis* ab initio vitam suam habendi studio conditio humana -it. EPIST. pontif. 611 Schwartz p. 36, 7 *Acacius* potius ... catholicam ... fidem ei *Petro episcopo Alexandrino* -uit, quam illum ... revocavit. *al.* *?intrans. i. q. fornicari*: VET. LAT. Ezech. 16, 30 (cod. 176) *Hierusalem,* ⌞-isti⌟ tripliciter inter filias tuas (⌞ ⌟ *Bulhart in schedis,* -tis *cod., gr. ἐξεπόρνευσας, Hier. ad loc. l. 260* fornicata es [*anteposito obelo*], *om. Vulg.; 'an* -ta es?' *Lunelli in plagulis*).

2 *ad varios usus* (*ubique in malam partem de re turpi, indigna sim. sublucente hic illic usu sub 1 illustrato*): **a** *-itur, quod venale proponitur: pretio nummorum*: OV. am. 1, 15, 6 me ... leges *non* ediscere nec me ingrato vocem -isse foro (*de causidico ut*: AMM. 30, 4, 13 ora mercennaria procudentes per -tas frontes vilesque latratus, quo velint, aditus sibi patefaciunt. *cf. l. 56*). TERT. nat. 1, 10, 24 *dei* maiestas -itur in quaestum (*postea*: venditis totam divinitatem). CYPR. ad Donat. 10 p. 12, 7 utrubique grassatur in mendacium criminum -tae vocis venalis audacia (*de testibus, nisi ad l. 52*). *compensatione laudis* (*nisi ad b spectat*): SEN. epist. 52, 15 damnum ... fecisse philosophiam non erit dubium, postquam -ta est (*cf. 52, 9* quid ... turpius philosophia captante clamores?). **b** *-itur, quod passim offertur, sine discrimine dispertitur* (*cf. l. 59*): TERT. nat. 2, 7, 6 (*ironice*) *deus summus* tantae indulgentiae suae ordinationem vulgo pro⟨stitu⟩et? (*etiam indignos in deorum numero collocans*). **c** *-itur, quod publice dicatur numinibus* (*sc. non deo vero, cf. 1c; vix ad II*): TERT. adv. Marc. 1, 9 p. 301, 1 invenio ... ignotis deis aras -tas, sed Attica idolatria est (*respicitur act. 17, 23*). spect. 8 p. 9, 26 obelisci enormitas ... Soli -ta (*cf. e. g. Plin. nat. 36, 64* obeliscos ... Solis numini sacratos). **d** *-itur, quod proponitur beluae devoranti*: PS. LACT. PLAC. fab. Ov. 5, 1 causa ... -endae *Andromedae* exstiterat ob Nereidum iram (*antea*: propositam beluae marinae). 11, 6 Hesionam ... marinae -ere beluae.

B *omnium iudicio vel conspectui* (*ad corrumpendam famam, dignitatem sim.; ad notandam impudentiam e. g. p. 2237, 15*): **1** *dicendo, scribendo*: CATO orig. 36 neque satis ... habuit, quod eum (eam *var. l.*) in occulto vitiaverat, quin eius famam -ret. OV. am. 3, 14, 11 tu tua -es (-is *var. l.*) famae peccata sinistrae? APVL. apol. 10, 4 Lucilium ... improbarim,

[Sauer-Gaertner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quod Gentium et Macedonem pueros directis nominibus carmine suo -it; quanto modestius *Vergilius pueri nomen dissimulans.* 60, 1 potui denuntiatione impedire *testimonium Crassi falsum*...; volui ... Crassum testimonii sui dedecore -i. **2** *detegendo, monstrando, palam exhibendo sim.*: IVV. 8, 226 *Neronis* artes gaudentis foedo peregrina ad pulpita cantu -i (*cf.* EVTR. 7, 14, 2 *Nero* se tanto dedecore -it [prostravit *var. l.*], ut et saltaret et cantaret in scaena citharoedico habitu vel tragico). TERT. apol. 46, 4 (rec. *Φ*) *die festo* sacrificare aut ... lucernas meridie vanas ⌊-ere⌋ compellit? (⌊ ⌋ proferre *rec. vulg.; cf. 35, 4* induere domui tuae habitum ... lupanaris). cult. fem. 2, 9 l. 9 *vestium ornamentorumque pompae* gratiam decoris *naturalem* cultus societate -unt (*postea*: ingratam reddunt). virg. vel. 3, 1 *olim* arbitrio commissa res erat, ut quaeque voluisset, aut tegi aut -i. 17, 4 *Arabiae feminae faciem* totam tegunt, ut uno oculo liberato contentae sint dimidiam frui lucem quam totam faciem -ere. CYPR. Demetr. 11 avaritia palam saevit et ipsa audacia sua tuta in fori luce abruptae cupiditatis arma -it. ad Donat. 10 libidinum probra vel lupanaribus -ta vel domesticis parietibus obsaepta. hab. virg. 19 quae promiscuas balneas adeunt quaeque oculis ad libidinem curiosis ... corpora ... -unt.

?**II** *vi praeverbii evanida fere i. q. constituere, sistere* (*sunt, qui huc trahant* TERT. *p. 2236, 65 sq.*): ARNOB. nat. 5, 28 p. 285, 18 *Libero inferos petenti* viam ... Prosumnus edisserit atque in limine ipso -uit inferorum (*sc. eum; an* destituit, *i. reliquit, vel* constitit *ipse?*).

p. p. p. ※**prōstitūtus,** -a, -um *usu nominali positum* (*notione supra sub IA1 illustrata; exempla certiora, cf. e. g. p. 2235, 73. 2236, 39*). *superl.* -issimus TERT. *p. 2230, 10.*

1 *pro subst. de prostibulo*: **a** *fem.* -a (*cf.* ISID. *p. 2184, 29.* GLOSS. -a: *ἑταίρα. προεστηκυῖα.* proposita. meretrix. *al.*): SEN. contr. 1, 2, 17 ad -am venisse (*cf.* AVG. serm. 9, 14 ad fornicem vado, ad meretricem pergo, ad -am eo). *al.* SEN. benef. 7, 4, 7 is ... cuius -ae sunt, leno est *eqs.* (*et ter in hoc syllogismo iocoso*). nat. 1, 16, 6 est aliqua etiam -is modestia. PLIN. nat. 10, 172 *Messalina* elegit ... nobilissimam e -is ancillam mercenariae stipis. 30, 15 lupanaribus atque -is. QVINT. decl. 330, 6 illa -a, quae se omnium amoribus permisit. Ps. QVINT. decl. 15, 7 meretrix dedit, -a porrexit. 15, 10. SVET. Cal. 36, 1 notissimum -ae Pyrallidis amorem. 40 ex capturis -arum. APVL. met. 9, 26, 1 quae *adulteriis*... -ae sibi nomen adsciverit (*cf.* TERT. cult. fem. 2, 12 l. 12 cum -ae appellationem ... meruisset civitas [*v. l. 58*]). TERT. pudic. 11 p. 241, 6 cum Samaritanae sexto iam matrimonio non moechae, sed -ae. VLP. dig. 23, 2, 43, 1 quae vicem -ae sustinet. *al. praedicative* (*ut etiam de adi. cogitare possis*): SEN. contr. 1, 2, 5 quid si ... capta, ... -a, ... homicida, ... rea fuisses? 2, 7, 8 *hic* nulla non -a erat (*opp.: illic* nulla pudica erat). TERT. resurr. 63, 2 (*iocose*) *in resurrectione* sequetur animam caro; non erit anima -a, ut nuda suscipiatur a sponso. LACT. inst. 3, 22, 8 mulieres, quae a multis habentur, ... -ae ac meretrices sint necesse est. OPTAT. 1, 10, 2 (*in imag.*) haereticorum ecclesias ... -as ... sine iure honesti matrimonii esse, quas ... recusat Christus. **b** *masc.* -us: Ps. QVINT. decl. 3, 9 quis non illum inter -os habeat? 3, 12 hic (*i. militaris*) tibi cultus -i videtur? CALP. decl. 20 tit. -us ex geminis. PORPH. Hor. sat. 1, 2, 81 Cerinthus nomine -us dicitur fuisse insigni specie.

2 *pro adi. fere i. q. meretricius, fornicarius, impudicus* (*vigente respectu locali prostandi maxime l. 60; exempla praedicativa v. l. 39*): SEN. benef. 2, 21, 1 homo -i corporis et infamis ore (TERT. cult. fem. 2, 12 l. 9 lenocinia formae numquam non -o corpori coniuncta *esse*). MART. 9, 5, 7 quam ... computet stipem leno, dat -to ... mater infanti (*v. Henriksén, 1998, ad l.*). 9, 27, 3 cum ... portes ... -is levius caput culis. QVINT. decl. 385, 2 an, si mancipii *iniuriam vindicare* non potest, -i possit? (*sc. mancipii,* -ae *Gronovius*; non *fort. recte del. Shackleton Bailey*). TERT. resurr. 25, 1 -a illa civitas (*cf. apoc. 17, 5* Babylon ... mater fornicationum). VLP. dig. 23, 2, 43, 9 -as mulieres (*syn.* corpora quaestuaria). VET. LAT. Bar. 6, 10 (cod. 133) *aurum* dabunt ... -is meretricibus ([*gr. ταῖς ἐπὶ τοῦ τέγους πόρναις,* VVLG. dant ... -is et meretrices ornant]. FIRM. math. 7, 25, 23 m. -as, ... publicos cinaedos). ARNOB. nat. 6, 13 p. 323, 4 filum capitis -i (*i. formam Phrynes meretricis*). SIDON. epist. 3, 13, 11 sermonibus -is ac theatralibus. *al.*

deriv.: prostitutio, prostitutor.

prōstitūtio, -ōnis *f.* *a* prostituere. *legitur in sacris script. et in sermone Christianorum praeter p. 2238, 1; plur. non nisi p. 2238. 1.*

i. q. actio prostituendi (status inde ortus e. g. p. 2238, 11. 22 sqq.), qua quis (quid p. 2238, 35) traditur: **1** *libidini perverse utentium* (*c. gen. obi. p. 2238, 1. al., subi. p. 2238, 27, explicativo p. 2238, 10. 22. 24. 29*): **a** *proprie respicitur fornicatio, impudicitia*: TERT. cult. fem. 1, 4 l. 11 (*distinguuntur 'cultus' vestium sim. et 'ornatus' capillorum sim.*) alteri ambitionis crimen intendimus, alteri -is (*opp.* castitatis). pudic. 6 p. 229, 13 turpes de -e nuptias (*respic. Os. 1, 2* uxorem fornicationum). ARNOB. nat. 2, 16 p. 83, 20 venalium corporum -e. LACT. inst. 5, 8, 7 adulteria et stupra et mulierum -es. SCHOL. Hor. carm. 2, 8, 17 'tibi crescit *amatorum multitudo*': tuae -i. AVG. civ. 4, 10 p. 159, 21 *Veneri* Phoenices donum dabant de -e filiarum. c. Faust. 22, 61 p. 656, 23 -o feminarum non ad substituendam prolem, sed ad satiandam libidinem propositarum divina ... lege damnatur. in psalm. 128, 6 *leno* emens puellas ad -em. FAVST. Aug. c. Faust. 22, 5 p. 595, 4 *Iudas a Thamar* deceptus ... -is habitu (*gen. 38, 15*). VAL. CEM. hom. 6, 5 auri fames ad omne facinus -is exposita. ALC. AVIT. epist. 4 p. 31, 24 Raab meretrix vitam praeteritam -e sordentem ... purgavit (*Ios. 2, 1 sqq.*). ISID. sent. 2, 39, 1 sicut per superbiam mentis itur in -em libidinis, ita per humilitatem mentis salva fit castitas carnis. *de statu prostitutae*: AVG. fid. et op. 15, 25 p. 65, 18 *meretrices ecclesia non admittit* nisi ab illa primitus -e liberatas. QVODV. prom. 2, 15, 28 ut *meretrices* a sua -e transirent ad legitimum virum. **b** *in imagine et translate respicitur idololatria, haeresis, vita variis peccatis obnoxia*: VET. LAT. Ezech. 16, 24 *v. p. 2235, 22.* 16, 36 (cod. 176) *Hierusalem,* denudabitur compositio tua in tua -e[m] ad amatores tuos (*gr. πορνείᾳ, Vulg.* fornicationibus). apoc. 17, 2 (cod. 51 = VVLG.) inebriati sunt ... de vino -is eius *meretricis magnae* (*gr. πορνείας. cf. 14, 8 et 18, 3* [*ibid.*] fornicationis). 19, 2 (*ibid.*) *meretrix magna* corrupit terram in -e sua (*gr. πορνείᾳ, Primas.* per fornicationem). VVLG. Ezech. 16, 25 ad omne caput viae aedificasti signum -is tuae (*cf. p. 2235, 23*). RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 156, 25 *ecclesiam* ex multorum dogmatum -e collegerat *Christus* (*alluditur ad pretium Thamar meretricis gen. 38, 18 ut*: AVG. c. Faust. 22, 89 p. 697, 6 ecclesiam de gentilium superstitionum -e collectam). AVG. serm. 99, 13 anima a multa nequitia per dominicam gratiam liberanda, tamquam immunda -e mundanda (*exemplo peccatricis Luc. 7, 37 sqq.*). de serm. dom. 1, 15, 41 coniugium ... cum illo ... nobis ... erit, qui nos de -e huius saeculi sui sanguinis effusione liberavit. QVODV. prom. 2, 14, 25 anima fornicaria ... a -e idolatriae ... liberata est (*velut Raab, Ios. 2, 1 sqq.*). *simul cum respectu ortus spurii*: VET. LAT. Ioh. 8, 41 (cod. 8. *al.; loq. Iudaei*) nos ex -e non sumus nati, unum patrem habemus deum (*gr. ἐκ πορνείας, Vulg.* ex fornicatione. *inde* MAX. TAVR. 28, 3 dum enim se ab adulterio -is excusant, illum *Iesum* in divinitate nativitatis suae adulterare nituntur).

2 *conspectui venerantium*: TERT. apol. 27, 1 certi sumus, ad quos ista perveniant *sacrificiorum* officia sub imaginum -e et humanorum nominum consecratione. *Sauer-Gaertner.*

prōstitūtor, -ōris *m.* *a* prostituere. *i. qui prostituit, sc. ad impudicitiam invitat: lenocinio formae*: TERT. cult. fem. 2, 9 l. 16 ut lenones et -es vestitus et cultus ne in vos admiseritis (*post* cultus *add.* pompas *Kroymann*). *promittendo peccati remissionem*: TERT. pudic. 10 p. 240, 16 (*in pastorem Hermae*) pastor, quem in calice depingis, -em et ipsum Christiani sacramenti, ... moechiae asylum post calicem subsecuturae (*ad rem v. Michaélidès, Sacramentum, 1970, 264 sqq. et Engemann, RAC IX 592 sq.*).

prōstitūtus *v.* prostituo. *Wieland.*

※**prōsto,** -stitī, -statūrus, -āre. [*eadem membra cum notionibus affinibus exstant in verbis vet. ind.* pra-sthā, *avest., vet. pers.* fra-stā, *gr. προ-ίστημι* (*cuius perf. προ-έστηκε praeter cetera significat etiam 'prostituta est'; v. Schwyzer, Gramm. II, 1950, 505*); *cf. Delbrück, Vergl. Syntax I, 1893, 716. Fo.*] *de notione*: GLOSS. -o: *προέστηκα. προίσταμαι ἐπὶ πόρνης.* -at: *προέστηκεν,* ⌊*προνοεῖ*⌋ (*πορνεύει, nisi spectat ad* prospicit). GLOSS.[L] Corp. P 721 -at: ante stat. *legitur singulis locis apud* PLAVTVM, POMPON., CIC. (*? v. l. 67*), LVCR., HOR. *al., paulo saepius apud* OV., SEN. *rhet.,* IVV. [*saepius confunditur in codd. cum* prostrare, *e. g.* SEN. benef. 1, 9, 3 IVV. 1, 47. 3, 65 SVET. Tib. 43, 2 (*restituitur p. 2239, 10. 24. 34. 39. 51*).]

i. q. stare foris vel foras (*sub 2*): **1** *respicitur quodcumque fere in publico stat, sc. multis spectantibus, utentibus sim. praesto est, expositum est* (*iunctura fere abundanti* -are palam *p. 2239, 3,* publice *p. 2239, 37; accedit dat. p. 2239, 22, acc. praedic. p. 2239, 45, abl. indicans pretium p. 2239, 26. 39 vel partem corporis p. 2239, 14 [cf.* per *p. 2239, 7], praepos.* pro *p. 2239, 41, ceterum indicatur saepius ubi -etur [cf.* in quaestu *l. 67]; part. praes.* -ans *vergit in usum adi. imprimis p. 2239, 39, subst. p. 2239, 24*): **a** *generatim de personis* (*rebus*): **α** *quae in publico quaestum faciunt* (*cf. b*): PLAVT. Curc. 507 *lenones* saltem in occultis locis -ant, vos, *argentarii,* in foro ipso. CIC. Quinct. 95 ab eo, cuius vox in praeconio ⌊quaestu -itit⌋ (*si recte editur, v. supra p. 507, 57 sqq.*).

β *quae propositae, expositae sunt*: Ⓘ *mentibus, licitantibus*: HOR. epist. 1, 20, 2 *bibliopolarum vicos,* liber, spectare videris, scilicet ut -es ... pumice mundus (PORPH. proponaris venalisque sis. SCHOL. ad librum suum loquitur tamquam ad puerum -turum). IVV. 1, 47 *impune incedit* hic spoliator ⌊pupilli -antis⌋ et hic damnatus inani iudicio (⌊ ⌋ *sc. cuius bona proscripta sunt, ni fallimur; ad b trahunt viri docti*). Ⓘ *spectantibus, diiudicantibus; -ant: mulieres*: SEN. benef. 1, 9, 3 rusticus ... est, si quis coniugem suam in sella[m] -are vetuit et vulgo

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

admissis inspectoribus vehi perspicuam undique. PETRON. 55, 6 vers. 16 (*versus inducuntur tamquam Publi⟨li⟩i*) aequum est nuptam induere ventum textilem et palam -are nudam in nebula linea? *res arte factae*: TERT. apol. 16, 6 Pallas Attica et Ceres Pharia, quae sine effigie rudi palo et informi ligno -at (*cf. nat. 1, 12, 3* quae sine forma ... repraesentatur). SIDON. epist. 2, 2, 6 interior parietum *balnei* facies solo ... candore contenta est; non hic per nudam pictorum corporum pulchritudinem -at historia, quae ... devenustat artificem. *hominis fama* (*sc. divulgata sim.*): DRAC. Orest. 505 (*loquitur Agamemnonis mactati imago*) *me* pessima coniunx criminibus succensa suis et amore pudendo vel fama -[r]ante sua muliebribus armis extinxit (*famam se prostituentem intellegunt alii*).

Ⓘⓘ *concumbere cupientibus* (*cf. b*): PS. QVINT. decl. 3, 1 *ut tribunus* iuberet -are gladio cinctum et vim turpissimam *ei*... temptaret inferre. MIN. FEL. 28, 10 apud quos *impudicos* sexus omnis (*nom.*) membris omnibus -at.

b *speciatim de iis, qui corpus suum venale praebent imprimis ad concubitum exercendum* (*cf. l. 12. p. 2238, 68; notione originaria in publico standi saepius deminuta, sed v. l. 34. 47. al.*): **α** *mares* (*addas p. 2238, 71*) *vel res* (*sc. tropice*): POMPON. Atell. 156 quis hic est? quam ob rem hic -at? (*si recte huc traximus coll. fabulae titulo q. e.* prostibulum; *cf. Frassinetti, 1967, 107*). VAL. MAX. 3, 5, 4 lingua eius *Hortensi Corbionis* tam libidini cunctorum inter lupanaria -itit quam avi pro salute civium in foro excubuerat. SVET. Tib. 43, 2 in silvis ... Venerios locos commentus est -[r]antesque per antra ... ex utriusque sexus pube. CALP. decl. 20 (*tit.* prostitutus ex geminis) alter -at. *in imagine*: OV. am. 1, 10, 17 *puellae,* quid puerum Veneris pretio -are iubetis? Pont. 2, 3, 20 illud amicitiae quondam venerabile nomen (numen *var. l.*) -at et in quaestu pro meretrice sedet. **β** *feminae* (*cf. l. 24*): OV. am. 3, 12, 8 fallimur, an nostris innotuit illa *Corinna* libellis? sic erit: ingenio -itit illa meo (*10* vendibilis culpa facta puella mea est *eqs.*). SEN. contr. 1, 2, 1 si mater tua -isset, tibi *sacerdotium petenti* noceret. *al. in eadem controversia.* 9, 2, 11 ea imperat praetori nostro, quae -itit. QVINT. inst. 7, 6, 3 (*thema declamationis*) quae filium habebat -are coepit: prohibetur adulescens contione. IVV. 3, 65 ad circum iussas -are puellas (*inde restituit Shackleton Bailey* ANTH. 190, 7, prostrare *trad.*). 9, 24 quo non -at femina templo? VET. LAT. Am. 7, 17 (cod. 175. *al.*) uxor tua in civitate -bit (*gr. πορνεύσει, Vulg.* fornicabitur). PORPH. Hor. carm. 2, 11, 21 quae corpore quidem quaestum faciat, sed ⌊non publice -et⌋ (*inde* SCHOL.). sat. 1, 2, 101. FVLG. serm. ant. 32 sub parvo stipendio -[r]ant. CASSIOD. hist. 2, 24, 3 mulierem ... -antem mercede (*gr. Theodoret. 1, 21, 5 γύναιον ... ἑταιρικόν*). TITVLVS Lux. anth. 322 de eo qui uxorem suam -are faciebat pro filiis habendis. *mulieres summae dignitatis, numina* (*cf. var. l. supra l. 27*): IVV. 6, 123 *Messalina* nuda papillis -itit (constitit *var. l.*) auratis titulum mentita Lyciscae. TERT. anim. 34, 4 *Ennoeam illam Simonis magi* postrema dedecoratione sub titulo -isse Helenam viliorem (*de eadem*: IREN. 1, 23, 2 *eam* in fornice -isse). VIR. ill. 86, 2 *Cleopatra* tantae libidinis fuit, ut saepe -erit. MACR. somn. 1, 2, 19 ipsas Eleusinias deas habitu meretricio ante apertum lupanar ... -antes.

2 *respicitur forma rerum, sc. non nisi part. praes.* -ans *pro adi. i. q. prominens*: LVCR. 2, 428 *corpuscula rerum* nec levia ... neque ... unca, sed magis angellis paulum -antibus. AVIEN. Arat. 1472 *si luna* cornibus immodice -[r]antibus exserit ignes.

deriv.: prostibilis; *cf.* prostibulum. *Frings.*

[prostomis *v. p. 241, 16.*]

prōstrātio, -ōnis *f.* *a* 1. prosternere. GLOSS. strages: -o corporum. -o corporis. -o corporum in bello ab sternendo. [*falso trad.* AMM. 18, 7, 8, *ubi* pro statione *edd. sec. Gelenium.*]

i. q. actio vel effectus prosternendi: **1** *prosternitur res, sc. quae perditur, deletur*: TERT. praescr. 41 l. 8 simplicitatem volunt *haeretici* esse -em disciplinae.

2 *prosternuntur animantes*: **a** *impulsu suo, sc. respicitur habitus orantium*: VET. LAT. II Macc. 13, 12 (rec. P) *cum* rogassent deum ... cum fletu et ieiuniorum -bus (*gr. προπτώσεως, rec. L* cum se ... prostravissent, *Vulg.* omnibus ... prostratis). ANIAN. Chrysost. hom. 5, 3[ex.] iugi ... ad pavimentum -e corporis (*gr. διηνεκοῦς πρὸς τὸ ἔδαφος ὁμιλίας*). PS. ORIG. in Iob 1 p. 438[C] sua -e Iob diabolum deiecit (*Vet. Lat. Iob 1, 20* [*ibid.*] prostravit se ... et oravit). *ibid.* p. 438[D] ut -o eius ruina efficeretur diabolo. CASSIAN. conl. 21, 26, 2 protensione manuum, incurvatione genuum et totius corporis -e. ARNOB. IVN. in psalm. 40 l. 21 (*ad 40, 4* stratum eius versasti *eqs., gr. κοίτην*) stratus eius id est -o eius (*antea*: stratum ... eius orationem adserimus). GREG. TVR. Mart. 2, 44 *caecus quidam* triduana -e ad beatum tumulum *Martini* orans. **b** *impulsu alieno: impetu hostili* (*sc. laedendo vel delendo*): HIER. interpr. Iob 16, 14 (15) deiecerunt me ⌊-e magna⌋ (*gr. πτῶμα ἐπὶ πτώματι, Vulg.* vulnere super vulnus. *cf.* AVG. ad loc. p. 543, 24 ne carnalem -em intellegeremus). RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 13, 1 incendiis, bellis, victoriis, -bus (*Migne gr. 36, 325[A] ἥτταις*). IND. capp. bibl. I Cor. A 44 p. 164 *de* -e plurimorum ... in deserto (*cf. Vulg. I Cor. 10, 5* prostrati sunt). *visione caelesti*: CASSIAN. c. Nest. 3, 6, 2 *cum lumen divinum,* quod sustinere non potuit, in ipsa sui -e vidisset *Saulus* (prostat- *var. l.; cf. Vet. Lat. act. 26, 14* [*cod. 50*] procidentibus nobis).

[prōstrātōrēs *pro* dei victores *legebatur olim* FIRM. err. 20, 7 (*v. e. g. Migne 12, 1029[B]; corr. Ziegler, Rhein. Mus. 60, 1905, 294sq. sec. cod. Palat.*).**]**

prōstrātus *v.* prosterno. **prōstrib-** *v.* prostib-.

prōstro, -āre. *formatione retrograda a* 1. prosternere *ductum, sc. a stirpe perf.* prostrav- *vel p. p. p.* prostrat-, *quas formas omnes sub* 1. prosterno *attulimus.* [*it., sard. centr.* prostrare, *francoprov.* prostrar, *hisp.* postrar, *port.* prostrar; *deriv. hisp.* (*Santander*) apastragarse *'humi considere'. cf. M.-L. 6789. C. S.*] [*confunditur c.* prosternere, *v. infra; falso trad. pro* prostare *p. 2238, 54.*]

i. q. (se) prosternere, proicere sim.: **1** *venerando* (*reflexive vel mediopass.*): RVFIN. Clement. 2, 70, 4 fixis genibus -bant (prosternebant *pars codd.*) se Petro. 9, 38, 3 -bat (prostravit, prosternebat *var. ll.*) se ante eum (*sc. Petrum*) et exorabat ...: 'obsecro te *eqs.*'. CASSIOD. compl. in apoc. 14, 1 deum debere metui dignaque illi ⌊satisfactione -ari⌋ (*om. edd. vet.*). **2** *delendo, vincendo*: RVFIN. hist. mon. 1, 8 (*ad ducem Romanum*) hostem ⌊-bis⌋ et spolia capies *eqs.* (⌊ ⌋ prosternere habebis, prosternes *sim. var. ll.; cf. gr. 1, 2 καταλήψῃ καὶ χειρώσῃ καὶ ὑποτάξεις*). ISID. Goth. 25 chron. II p. 278 ut inter primum proelium et postremum trecenta ferme milia hominum -rentur. orig. 18, 56 fugientes in ludo homines iniecto laqueo impeditos ... -are. PROVERB. Graec. A 54 crudelis regis populos -antis (*cf. B 7* prosternentis). GLOSS.[L] I Ansil. PR 2976 sqq. (cod. Paris.) -are urbem: diruere urbem. ... solo (a)equare. *eqs.* **3** *prostituendo* (*mediopass. ut p. 2234, 30. 34? vix agnoscas usum intrans., ubicumque* prostare *restituunt edd., v. p. 2238, 55*): ISID. orig. 10, 110 fornicatrix est, cuius corpus publicum et vulgare est; haec sub arcuatis -bantur, quae loca fornices dicuntur. 18, 42, 2 prostibulum, eo quod post ludos exactos meretrices ibi -rentur (prosternerentur *var. l.,* prosternebantur *ed. princ.,* prostarent *Arevalo*). *huc spectare vid.* GLOSS. -atur: proponit⟨ur⟩.

prostylos, *acc.* -on *adi.* (*pro subst. l. 43, sc. neutr.?*), *πρόστυλος. var. l.* -stil- *l. 37sq.* *t. t. architect., i. q. ante pronaon columnas habens*: VITR. 3, 2, 1 (*inter formas aedium*) in antis ..., deinde -os (-stil- *var. l.*), amphiprostylos *eqs.* (*subaudiendum vid.* aedes *ut*: 3, 2, 3 -os [-stil- *pars codd.*] omnia habet quemadmodum in antis, columnas autem contra antas angulares duas *eqs.* 3, 2, 4 amphiprostylos omnia habet ea quae -os, praetereaque *eqs.*). 7 praef. 17 eam *cellam* (ea *vel* ei *codd.*) ... Philo ante templum in fronte columnis constitutis -on fecit. INSCR. Schallmayer, Der röm. Weihebezirk von Osterburken I 699 (*e Syria; saec. II/III*) prost(ylon) ⟨s⟩tru[i]xit.

prostypum, (-ī) *n., πρόστυπον.* *t. t. artis plastices de formis fictilibus applicatis*: PLIN. nat. 35, 152 *Butades* primus ... personas tegularum extremis imbricibus imposuit, quae inter initia ⌊-a⌋ vocavit; postea idem ectypa fecit (⌊ ⌋ -tip- *var. l.,* prot- *edd. vet.; ad rem v. Croisille, ed. 1985, ad l.*).

prōsubigo, -ere. *a* pro *et* subigere. *de notione praeverbii v.* PRISC. *supra p. 1537, 21sq.*

i. q. quodam modo subigere, sc.: *proscindendo*: VERG. georg. 3, 256 *sus furore amoris motus* pede -it terram (SERV.: fodit [*item* GLOSS.] et pedibus impellit alternis. *affertur ut exemplum duplicis praeverbii* MACR. exc. gramm. V 600, 10). *procudendo*: VAL. FL. 4, 288 fulmina Cyclops -it (*sc. sub Aetna; cf. Lemaire ad l.: 'primas massas in fulminis figuram procudunt'*). *protrudendo*: PRVD. perist. 3, 130 *Eulalia martyr* simulacra ... dissipat impositamque molam turibulis pede -it.

prōsulio *v.* prosilio.

prōsulto, -āre. *a* pro *et* saltare. *non nisi part. praes.* prōsultāns *i. q. prosiliens* (*affectu quodam motus*): IVL. VAL. 1, 4 l. 237 ceteris *praeter Olympiadem viso dracone* ... -antibus ac dilabentibus metu (*cf. gr. add. p. 10, 11 in app. crit. ἐπήδησαν*). 2, 27 l. 745 *nuntio* permotus rex prae⟨dae⟩que magnitudine -ans ... prodit *gaudium suum.* *Wieland.*

1. ※**prōsum,** -fuī, -futūrus, prōdesse. *a* pro *et* esse (*cf. p. 1417, 63*). *de scriptura et de formis: litteram* d *affigi praeverbio, ubicumque stirps verbalis incipit a vocali, testantur* PRISC. gramm. II 17, 18 hiatus vel euphonias causa. CASSIOD. gramm. VII 164, 3 (*e Papiriano*). *al. confirmantque ubique codd. ant., e. g. A* TER. Eun. 446 -desset. 1071 -dest, *MPR* VERG. georg. 4, 267 -derit, *P* LIV. 26, 3, 3 -desse; *quibus ex formis separatum est aetate recentiore adv.* prode **(***v. p. 1594, 1sqq.; nota* GLOSS.[L] I Ansil. PR 1821 -dest: prode est; *scribitur* prude- ACT. Archel. 48, 3 [*cod. A*], prodi- CAES. AREL. serm. 64, 3 [*cod. Aug.*]**)**, *quocum iungitur stirps verbalis a vocali incipiens (praeter p. 2241, 2 et* FVLG. Virg. cont. p. 90, 10 prode sit. DIOSC. 2, 156 p. 239, 20 prode sunt; *vix addas p. 2242, 1), ita ut inter*

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

verbum compos. et iuncturam cum adv. distinguere non possis, si excipias tmesin SORT. Sangall. 75, 5 prode tibi erit. PEREGR. Aeth. 8, 3 prode illis est. PASS. Matth. 21 prode tibi fuerunt magicae tuae (*gr. ὠφέλησεν*) *et exempla ordinis inversi p. 1594, 14 sqq. allata, quibus addas* DIOSC. 2, 60 p. 204, 10 *medicamentum* dicitur epilenticis esse prode (*gr. 2, 79, 2 ἀρμόζειν*). FVLG. RVSP. psalm. abeced. 232 nihil illis est prode. *codd. antiqui exhibent passim* prode est (esse, erit. *al.*), *quod infra negleximus; v. e. g.* GAIVS inst. 2, 141 (-dest *edd.*). VET. LAT. Ioh. 6, 63 (cod. 2. 4. *al.*; -dest 3. 8. *al.*). LACT. inst. 6, 6, 22 (*cod. B ut saepe, v. Brandt in indice ed. s. v.*). PS. AMBR. serm. Sess. 3, 1 COLLECT. Arian. c. pag. 10, 1. RVFIN. Orig. in gen. 3, 7 p. 49, 26 (*cod. P,* -dest *A. al.*). ORIBAS. eup. 2, 1 *K* 10 Aa p. 451, *plura collegerunt Neue-Wagener*[3] *III 662.* *de singulis formis: coni. praes.* -siet *e coniect. dub. p. 2242, 39 et* CARM. de fig. 98 (-sit et *trad.*); *fut.* -erint PHILIPP. in Iob rec. brev. 15 p. 1429[B] (*cf. e. g.* poterint *p. 126, 35 sqq.*); *?pass.* -untur INSCR. Année Épigr. 1932 n. 32 (*e Mauretania; in dolio*) dolia si -untur (probantur *coni. Carcopino*); *imperat.* -es *l. 60; inf. fut.* -fore HOR. epist. 1, 8, 11. *al.; part. praes.* -ens, *quod formari negat* DIOM. gramm. I 385, 7, *haud recte trad.* PLAVT. *l. 49, sed v. p. 2250, 68.* NOT. Tir. 4, 54 sqq. -es. -est. -esse. -esset. -essem. -essent. 4, 60 -essimus (*cod. K ut* 4, 61 -essitis; *cett.* -esse-). 4, 62 sqq. -estis. -esto. -estote. 4, 93 -fuit. 5, 2 -futurum. *corripitur paenultima formae* -fuerunt TIB. 2, 3, 12 OV. rem. 263. *de notione*: SYNON. Cic. p. 423, 16 expedit. utile est. conducit. adiuvat. -est. pro re est. remedio est. in rem facit. GLOSS. -sum tibi: *ὠφελῶ σε.* -est: *ὠφελεῖ. ὠφέλιμόν ἐστιν.* II 483, 4 *ὠφελῶ*: iuvo, commodo, proficio, -sum. *sim. al., v. et p. 2250, 66 sqq.* *legitur in versibus inde a* NAEV., PLAVTO, *in oratione soluta inde a* CATONE *per totam latinitatem.* **[***confunditur in codd. imprimis c.* esse, *e. g.* AFRAN. com. 13 CIC. inv. 1, 69 (*falsa var. l.* PHAEDR. 1, 12, 14. *al., restituitur* CIC. Att. 5, 11, 5. *al.*), posse HOR. ars 410 TIB. 1, 8, 61. *al.* (*falsa var. l.* COLVM. 4, 30, 7, *restituitur* SEN. benef. 6, 22, *e coni. dub.* LVCIL. 1054), prodere COLVM. 6, 13, 3 arb. 1, 5. *al.* (*falsa var. l. e. g.* SEN. Phaedr. 883 PLIN. epist. 7, 29, 3); *vix recte trad.* TVRPIL. com. 137, *v. p. 1494, 59. 1506, 45.***]**

I *usu communi i. q. esse pro aliqua persona vel re tuenda, iuvanda (cf.* pro *p. 1420, 46 sqq., praesertim p. 1422, 27. 1423, 38 sq.), sc. emolumento esse, utilem esse, conducere sim.* **(***variat in contextu cum* (ad)iuvare *p. 2243, 15. 2245, 67. 2246, 24. 41. al.,* proficere *p. 2247, 37. 45. 72,* saluti esse *p. 2244, 2 [cf. e. g.* usui esse *l. 54,* utile esse *p. 2245, 45. 2246, 69] et sim. al.; opp. imprimis* nocere, *e. g. l. 67. p. 2242, 18 sq. 53. 2246, 27 sq. 45 sq., et* obesse, *v. vol. IX 2, 265, 35 sqq.; distinguitur* delectare *p. 2242, 59. 2246, 21. 41. 52. al.; in lusu verborum cum* deesse *p. 2242, 10,* esse *p. 2248, 7,* praeesse *p. 955, 34 sq. et* FERRAND. epist. 7, 6 p. 934[C], *cum variis compos. p. 2248, 4***)**: **A** *exempla notionem illustrantia*: **1** *in quibuslibet condicionibus*: **a** *de animantibus*: **α** *respiciuntur varii* (*animal p. 2242, 8*): Ⓘ *cum dat.* (*animantium praeter l. 69*): NAEV. com. 38 *puella* diu vivat volo, ut mihi -esse possit (*verba fort. lenae, v. Traglia, Poeti lat. arcaici, 1986, 220 adn. 38*). PLAVT. Amph. 842 (*loq. Alcumena*) ut munifica sim bonis, -sim probis. Capt. 371 tute tibi tuopte ingenio -es plurumum, quom servitutem ... fers *patienter* **(***item refl.*: Cist. 741 loquela[m] tua tibi nunc prode[n]s. ENN. scaen. 273 qui ipse sibi sapiens -esse non quit, nequiquam sapit. SEN. benef. 6, 12, 2 qui mihi -est, ut per me -sit sibi, non dedit beneficium. epist. 81, 19 nemo non, cum alteri -est, sibi -fuit ..., quod virtutum omnium pretium in ipsis est. *al.***)**. 773 vel -esse amico possum vel inimicum perdere. Men. 358 (*loq. meretrix*) eccum video, qui mihi est usui et plurimum -est. Trin. 35 pluris pauciorum gratiam faciunt ..., quam id, quod -sint pluribus. Truc. 493 strenui nimio plus -sunt populo quam argute cati. TER. Andr. 677 (*servus ero*) hoc tibi ... debeo: ... capitis periculum adire, dum -sim tibi. Hec. 876 nescis ..., quantum hodie -fueris mihi et ex quanta aerumna extraxeris. Eun. 965 (*in intemperantem*) vide ..., quid agas, ne neque illi -sis et tu pereas. *al.* LVCIL. 1268 -es amicis (*imperat. sec.* MACR. gramm. V 618, 16). PORC. LIC. carm. frg. 3, 9 *Terentius inops mortuus est*; nil ... Scipio -fuit, nil illi Laelius *eqs.* RHET. Her. 4, 19, 26 inimico. *ibid.* amicis. CIC. off. 1, 22 homines ... hominum causa esse generatos, ut ipsi inter se aliis alii -esse possent (*cf. 2, 12* homines hominibus maxime utiles esse. *sim. e. g.* SEN. dial. 8, 3, 5 hoc ... ab homine exigitur, ut -sit hominibus, si fieri potest, multis, si minus, paucis *eqs.*). 3, 64 vir bonus est is, qui -est, quibus potest, nocet nemini (*item* 3, 76. *cf. p. 2242, 46*). fam. 14, 14, 1 *si Caesar* diripiendam urbem daturus est, vereor, ut Dolabella ipse satis nobis -esse possit. *al.* *dat. rerum*: HOR. epist. 1, 16, 72 *captivus* serviet utiliter: sine ... -sit annonae, portet frumenta. ARNOB. nat. 2, 37 quid homines -sunt mundo ...? ad consummandam molis huius integritatem partem aliquam conferunt? *al.* Ⓘⓘ *sine dat.* (*exempla inde a* CIC. *selecta*): ENN. scaen. 62 (*exclamat Cassandra*) men obesse, illos *fratres* -esse, me obstare, illos obsequi. PS. PLAVT. Cas. 20 (*13* antiquam eius *Plauti* edimus comoediam) absentes *poetae, sc. mortui,* ⌞-sunt ⟨pro⟩⌟ praesentibus (⌞ ⌟ *Seyffert*; prode sunt *Loewe*). PACVV. trag. 288 illis opitularier quovis exitio cupio, dum -sim. ACC. trag. 103 nec qui te adiutem invenio: hortari pudet, non -esse, id piget. AFRAN. com. 217 ambon adestis? -futuros arbitror. CIC. inv. 1, 46 iis, qui necessario -fuerunt, haberi gratiam non oportet (*cf. e. g.* SEN. benef. 5, 20, 1 non dedit beneficium, qui invitus -fuit. QVINT. inst. 5, 10, 73 non meretur praemium, qui imprudens -fuit). fam. 14, 12 (*uxori*) non video, quid -esse possis, si veneris. PVBLIL. sent. P 2 -esse qui vult nec potest aeque, est miser. OV. fast. 2, 415 non nocuisse *lupam* parum est, -est quoque *geminos nutriens.* SEN. benef. 4, 28, 1 satius est ... -esse etiam malis propter bonos, quam bonis deesse propter malos. TAC. hist. 3, 20, 1 militibus cupidinem pugnandi convenire, duces providendo, consultando, cunctatione saepius quam temeritate -esse. TERT. adv. Marc. 1, 22 p. 320, 1 quid ... tam malignum, quam nolle -esse, cum possis? VEG. mil. 2, 1, 5 *pedites* possunt ubique -esse. *al.*

β *respiciuntur dei* (*exempla potiora, cf. e. g. p. 2246, 44. 2247, 67*): PLAVT. Capt. 315 *deus digna reddet*; bene merenti bene -fuerit, male merenti par erit. CIC. nat. deor. 1, 120 *deos esse* animantes imagines, quae vel -esse nobis solent vel nocere *dicit Democritus* (*frg. B 166 ἀγαθοποιὰ, ... κακοποιά*). SEN. Phaedr. 976 *rector Olympi,* cur ... abes, non sollicitus -esse bonis, nocuisse malis. dial. 11, 13, 1 abstine ab hoc *Caesare* manus tuas, Fortuna, nec in isto potentiam tuam nisi ea parte, qua -es, ostenderis. QVINT. decl. 323, 4 ne illa numina quidem, quae semper excubare videntur pro nostra civitate, satis ad tuendam urbem -fuerunt. GELL. 5, 12, 8 deos quosdam, ut -essent, celebrabant, quosdam, ut ne obessent, placabant (*sim.* PORPH. Hor. carm. saec. 33 quidam dii ideo placantur, ut -sint, quidam, ne obsint. ARNOB. nat. 7, 23 p. 370, 10). MIN. FEL. 21, 2 Prodicus adsumptos in deos loquitur, qui ... inventis novis frugibus utilitati hominum -fuerunt (*confusione quadam sec. p. 2246, 31; cf.* FIRM. err. 7, 6 ut deos dicant *Graeci eos* ..., qui sibi aliquando -fuerint). AVG. civ. 1, 15 p. 26, 17 nihil deos ad istam temporalem felicitatem suis -esse cultoribus. *al.*

b *de rebus*: **α** *quae quolibet modo adiuvant, usui sunt* **(***exempla inde a* CIC. *selecta; accedit passim dat., imprimis animantium, sed rerum e. g. l. 63. 70* [*cf. etiam p. 2243, 28 sqq.*]**)**: Ⓘ *exempla varia*: PLAVT. Capt. 706 nunc falsa -sunt. :: at tibi oberunt. Men. 981 eri imperium exsequor; mihi id -est (id m. -est *var. l.*). Rud. 689 quid istaec ara -esse nobis *fugientibus* ⟨plus⟩ potest quam signum ... Veneris? ENN. ann. 429 spero, si speres (*subst.*) quicquam -esse potis sunt. CAECIL. com. 210 *senex* serit arbores, quae alteri saeculo -sient (-sint *codd. fere omnes, v. Powell, 1988, ad* Cic. Cato 24). TER. Hec. 463 quidquid est id, quod *hereditate* reliquit: -fuit. :: immo obfuit (DON. '-fuit' id est: pro nobis fuit ac per hoc: nostrum est; potest enim ipse -fuisse, potest eius res). Haut. 643 melius peius, -sit obsit: nihil vident, nisi quod lubet. *al.* CIC. Verr. II 1, 73 quibus *creditoribus* ad exigendas pecunias ... legati plurimum -est gratia. Tusc. 3, 79 *illa consolatio* saepe -est: 'non tibi hoc soli'. Lael. 22 *amicitia vulgaris* et delectat et -est. off. 1, 43 ut ea liberalitate utamur, quae -sit amicis, noceat nemini (*cf. p. 2241, 67*). Att. 3, 7, 1 castellum munitum habitanti mihi -esset, transeunti non est necessarium. fam. 13, 58 sentiat ... meam sibi amicitiam, etiam cum longissime absim, -esse, inprimis apud te (*sim.* 13, 59). PVBLIL. sent. C 14 cum vitia -sunt, peccat, qui recte facit. CAES. Gall. 6, 40, 6 ii, qui in iugo constiterant, ... eam, quam -fuisse (-esse *var. l.*) aliis vim celeritatemque viderant, imitari *non* potuerunt. HOR. epist. 1, 8, 11 *me non recte vivere,* quia ... quae nocuere sequar, fugiam quae -fore credam. OV. am. 1, 6, 30 urbibus obsessis clausae munimina portae -sunt. ars 1, 659 lacrimae -sunt: lacrimis adamanta movebis. LIV. 7, 14, 10 *infusus hostibus* terror plus paene veris viribus -fuit. 31, 46, 10 faciebant et cuniculos et quidquid aliud priore oppugnatione expertum -fuerat. VITR. 2, 8, 20 *parietes craticii* celeritate et loci laxamento -sunt. SEN. suas. 1, 5 quibus *regibus* etiam, quae -sunt ita tamen, ut delectent, suadenda sunt. SEN. Med. 500 *Iason,* tua sunt illa *scelera*: cui -est scelus, is fecit. benef. 4, 16, 2 *qualem iudicabis ingratum,* utrum tamquam rem turpem fecerit, an tamquam rem utilem sibi et -futuram omiserit? LVCAN. 10, 220 vana fides veterum, Nilo, quod crescat in arva, Aethiopum -esse nives. TAC. Agr. 24, 3 legione una ... debellari ... Hiberniam posse; idque etiam adversus Britanniam -futurum, si *eqs.* *et saepe.* *neutr. plur.* -futura *pro subst.* (*cf. p. 2243, 18*): SEN. benef. 5, 9, 1 summa illi *homini* cura est nocitura vitandi, -futura adpetendi. 5, 12, 7 speciosa -futuraque ... illis *improbis* pestifera sunt. QVINT. inst. 6, 1, 7 vera et iusta et in commune -tura. TERT. anim. 38, 5 inquilinus carnis *est* anima; desiderabit itaque inquilinus ... -futura domui (*i. cibos*). SERV. Aen. 3, 120 frustra ... -futura poscuntur adversis sequentibus. AMBR. in psalm. 118 serm. 5, 14, 1 *deus* novit, quemadmodum -futura disponat diligentibus se (*antea*: commoda). *al.* Ⓘⓘ *in sententiis vel locut. negatis (interrog. p. 2243, 1) de eis, quae inutilia sunt, effectu carent*: PLAVT. Bacch. 135 (*adulescens paedagogo*) tua disciplina nec mihi -est nec tibi. 633 reieci

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

hominem. :: quid mi id -est? quod faciam nil habeo miser (LVCIL. 810 q. mihi -erit, quam satias iam omnium rerum tenet? AFRAN. com. 13 CIC. Verr. II 1, 102. *et saepe, e. g.* VERG. Aen. 7, 703 [*loq. Iuno*] q. Syrtes aut Scylla mihi, q. vasta Charybdis -fuit? HOR. epist. 2, 2, 177 q. vici -sunt aut horrea ..., si metit Orcus *omnia*? TIB. 1, 2, 78 q. Tyrio recubare toro sine amore secundo -est?). TRAG. inc. 202 id, quod scis, -est nihil, id quod nescis, obest. CIC. fam. 2, 17, 7 (*6* ut Bibulo te ... commendem) *si* a me est alienior, nihil tibi meae litterae -erunt. LVCR. 1, 93 *Iphigenia supplex* terram ... petebat; nec miserae -esse ... quibat, quod *eqs.* BELL. Alex. 16, 5 hoc animo est decertatum, ut neque maritimis ... ars *nautica* praesidium ferret, neque numero navium praestantibus multitudo -esset. VERG. Aen. 5, 684 vires heroum infusaque flumina *non* -sunt *ad ignem exstinguendum.* 11, 844 *Camilla,* tibi ... coluisse Dianam *non* -fuit. PROP. 2, 6, 39 nihil invitae (*gen.*) ... custodia -est. OV. rem. 420 quae non -sunt singula, multa iuvant. *al.* nihil -futurus *fere pro adi. i. q. inutilis* (*subst.* SALL.; *exempla potiora; cf.* non -futurus *l. 72. p. 2246, 35. 2247, 2*): SALL. Iug. 1, 5 quod si hominibus bonarum rerum tanta cura esset, quanto studio aliena ac n. -futura ... petunt. SEN. benef. 4, 11, 4 cum testamentum ordinamus, non beneficia n. nobis -futura dividimus? epist. 22, 16 lacrimae n. -futurae cadunt. 113, 1 disputationibus n. -futuris otium terere. PETRON. 111, 8 ne perseveraret *matrona* in dolore supervacuo ac n. -futuro gemitu pectus diduceret. PLIN. nat. 36, 93 inpendio n. -futuro.

β *quae -sunt ad rem parandam vel perficiendam, ita ut vergat in vim q. e. utilem i. idoneum esse vel utiliter adhiberi (cum dat. praeter l. 27): ad medicamenta actionesve medentium (l. 30 sqq. neglegentia quadam dicendi usurpatum vid. pro usu sub 2 illustrato)*: PLIN. nat. 19, 111 alium ad multa ... medicamenta -esse creditur (*cf.* 36, 130 hi *lapides* oculorum medicamentis -sunt. 36, 158 haematiten iis medicamentis -esse ..., quae ex croco componantur [*cf. 157* lapides ... medicamentis utiles]). PLIN. med. 2, 9, 2 lac bubulum potui -est (potatum -est *var. l.; cf. l. 57 et ad rem Plin. nat. 28, 211* tollitur poto lacte). MARCELL. med. 8, 89 *anagallidos flos* tritus et ... *vino* mixtus inunctioni caligantium oculorum mirabiliter -est (8, 138). 14, 36 passum ... iuvat ... et aqua malvarum illic incocta⟨rum⟩ gargalizationi plurimum -est. *ad varios usus*: RVFIN. Orig. in Ios. praef. p. 286, 6 vestibus haec, *sc. byssus, linum sim.,* ... sacerdotum et stolae pontificis -futura. VICT. VIT. 3, 20 ligna -futura navibus. 3, 38 illud, quod eis *in exilium euntibus* ... miseratio ... victui contulerat -futurum.

2 *in medicina (maxime de medicamentis sim. [de hominibus p. 2244, 21], ut respiciatur fere curatio aegrotorum sim., sed de signis, sc. ut subluceat notio q. e. boni ominis esse, p. 2244, 35; ceterum cf. l. 25. p. 2251, 15. 17)*: **a** *vario usu (exempla inde a* CELSO *selecta)*: CATO agr. 122 id mane ieiunus sumito cyatum; -erit (*sim.* 123). CIC. nat. deor. 3, 69 (*in comparatione*) *vinum* -est raro, nocet saepissime. off. 2, 86 valetudo sustentatur ... observatione, quae res aut -esse soleant aut obesse. fam. 7, 26, 1 *in Tusculano* visa est mihi vel loci mutatio vel animi etiam relaxatio vel ... iam senescentis morbi remissio -fuisse (*nisi ad b*). VERG. georg. 3, 459 -fuit ... *febrium* aestus avertere et ... ferire ... venam. *al.* OV. met. 10, 189 nil -sunt artes: erat inmedicabile vulnus. CELS. 1, 3, 8 solet ... -esse post varium cibum ... vomitus. 2, 10, 17 missio sanguinis *integri* adeo non -est, ut etiam noceat (*cf.* 4, 11, 6 id Asclepiades adeo non -esse, etiam inimicum esse proposuit). 3, 1, 6 ut in acutis morbis cito mutetur, quod nihil -est (3, 21, 9 si cucurbitulae n. -fuerunt. 7, 32 COLVM. 6, 12, 1. *al., e. g. p. 1906, 26*). 3, 11, 2 quum parum cibus ... -est (4, 2, 9. 5, 26, 33[B] si per se refrigerantia p. -erunt, miscenda erunt. COLVM. 6, 30, 4. PELAGON. 128 si p. -fuerit [*Chiron 414* si hoc non proficerit]). 4, 8, 4 -sunt etiam quaecumque urinam augent, sed nihil magis quam ambulatio (4, 21, 2 *id medicamentum* m. -est potui datum, sed impositum quoque ... dolorem levat. COLVM. 6, 10, 1. *al.*). 4, 29, 2 maxime -esse videtur ... capparis cortex (5, 27, 12[B]. COLVM. 6, 13, 1 [*antea*: praesentior alia medicina est]. 6, 32, 2 SCRIB. LARG. 179. *al.*). SEN. dial. 4, 27, 3 *parentum* castigatio sic accipienda est, quomodo scalpellum et abstinentia et alia, quae -futura torquent. COLVM. 6, 6, 4 si nec hoc -fuit (*postea*: ubi nec haec medicina processit). SCRIB. LARG. 244 et per se solanum vel cum pane -est. 257 hoc medicamentum ... post dies triginta efficacius -est (PLIN. nat. 28, 213 -est ... fimum caprarum, e. silvestrium. 32, 108. *al.; cf.* efficaciter *p. 2244, 55 et* MARCELL. med. 19, 28. *al.,* efficacissime *p. 2244, 21 et* PLIN. med. 2, 4, 5 [*Plin. nat. 26, 77* utilissimae *sunt*]. *al.*). PLIN. nat. 20, 136 *ruta* et in cibo vel cruda vel decocta ... -est. 29, 45 *ova* indurata igni, ut calore quoque -sint. 30, 39 -est haec medicina in annum. PLIN. epist. 7, 21, 3 balineum adsumo, quia -est, vinum, quia non nocet. *al.* *in imagine* (*cf. p. 2244, 4*): NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 3, 3 *absit, ut* properata nimis remedia communicationum utique non -futura praestentur *lapsis.* CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 42, 10 nihil -fuit affectūs medicamentum, consilium effectum non habuit (*gr. I 1 p. 97, 13 ὤνησε ..., ἄπρακτος γέγονεν*).

1 *corporaliter (vel haud raro etiam in imagine) respiciuntur*: **a** *tegimenta, munimenta, latibula sim.*: **α** *notione communi protegunt*: Ⓘ *quae in natura sunt obvia*: VET. LAT. psalm. 104, 39 (cod. 303. *al.* = VVLG.) expandit *deus* nubem in -em eorum (cod. 300. *al.* in -e. *ad rem cf. exod. 13, 21*). cant. 2, 14 (Greg. Ilib. in cant. 4, 22) in -e petrae continuatae muro (*cod. 169* velamento, *Ambr. Isaac 4, 37* integimento, *Vulg.* foraminibus). AMBR. hex. 3, 14, 59 pomum ... validius non multo indiget -is auxilio; nam ipsa -is crassioris umbra pomo nocere plus posset (*antea*: tegmina et munimenta foliorum). HIER. in Ion. 4, 6 l. 169 D. in -e virentis umbraculi. in Matth. 7, 25 *erinaceus* (*psalm. 103, 18*) in petrae cavernas se recipit et ... tali se -e tutatur. AVG. serm. 363, 3 *ut* superbi ... sub umbra *sinapis arboris* (*Matth. 13, 32*) ... refugium -emque conquirant. ROMVL. fab. 65, 24 rec. vet. (*loq. lupus*) *mihi est* in silvis -o (*om. recc. cet.*). EVGIPP. Sev. 29, 1 magnae arboris -e vallatos *viatores contra nivem. al.* *partes corporis*: AMBR. hex. 6, 9, 60 *deus* eo loco oculos constituit, cui supercilia desuper non minimum -is impertiant. Noe 15, 50 artifex deus ad omnium membrorum -em naturalibus vestivit exuviis *hominem.* Ⓘⓘ *arma aliaque ab hominibus facta*: VET. LAT. Iob 21, 28 (Ambr. off. 1, 12, 45) ubi est -o tabernaculorum? (*Hier. interpr.* velamen tabernaculis, *Vulg.* tabernacula). PAVL. NOL. epist. 44, 4 *uxor*

[Frings]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

facta est tibi turris -is a facie inimici (*cf. Vet. Lat. psalm. 60, 4* [*cod. 300. al. et Vulg.*] turris fortitudinis). LEO M. serm. 39, 3 rec. β scutum fidei ad -em totius corporis dedit *Paulus* (*Eph. 6, 16*). MAX. TAVR. 85, 3 quamvis ... esset Golias undique armorum -e munitus, frons tamen eius patebat ad mortem. *al.*

β *metonymice: de loco tuto, latibulo*: VET. LAT. iud. 9, 15 (cod. 100. *in imag.; loq. rubus lignorum rex futurus*) venite, intrate in -e mea (*gr. cod. Vat. ὑπόστητε ἐν τῇ σκιᾷ. cf. cod. Alex. πεποίθατε ἐν τῇ σκέπῃ et* Aug. quaest. hept. 7, 44 confidite in -e). HIER. interpr. Iob 37, 8 introierunt ... bestiae sub -e et quieverunt in cubili (*Vulg.* ingredietur ... latibulum). *de munitione*: VVLG. Is. 28, 17 -em aquae inundabunt.

b *animantes defendentes* (*vi vel armis praeter l. 17*): α *notione communi*: VET. LAT. Is. 30, 3 (cod. 177) erit ... vobis *desertoribus* -o Pharaonis in corruptionem (*Vulg.* fortitudo). AMBR. hex. 5, 21, 71 *apes* regem suum summa -e defendunt. AVG. in psalm. 120, 9 (*ad cant. 2, 6*) complectebatur sponsus sponsam, supponens sinistram ad consolationem, imponens dexteram ad -em. ROMVL. fab. 28, 2 rec. vet. *columbae* putaverunt ... sub eius *accipitris* -e ... se [esse] salvas (*rec. gall.* sub eo).
β *metonymice de protectoribus: ducibus*: VET. LAT. II reg. 1, 21 (Ambr. off. 3, 9, 61) *Saul et Ionathan mortui sunt*; sublata est -o potentium, -o Saul (*gr. θυρεός, cod. 91. al.* tegimen, *Vulg.* clipeus). *satellitibus*: VET. LAT. II Macc. 3, 28 (recc. M, B) *Heliodorus incessit* cum ingenti multitudine praecursorum et cum omni armata -e (*gr. δορυφορίας, rec. V. al.* satellitibus).

2 *incorporaliter respicitur*: **a** *praesidium caeleste, divinum*: α *dei ipsius, personarum trinitatis*: VET. LAT. psalm. 35, 8 (cod. 300) filii ... hominum in -em alarum *dei* sperabunt (cod. 303. *al.* in -e, *Vulg.* in tegmine. *inde e. g.* HIL. in psalm. 60, 5. PS. ORIG. tract. 16, 22 sub -e a. [protestatione *trad.*]. *cf. l. 48*). 90, 1 (cod. 300. *al.* = VVLG.) in -e dei coeli commorabitur (CYPR. domin. orat. 27 -em d. adversus malum petamus. AMBROSIAST. in Gal. 6, 15 tutus est ... -e et misericordia d. HEGES. 1, 32, 6 p. 63, 17 incitet nos ... praesumpta -o d. AVG. in psalm. 62, 16 sine -e d. nihil es. CASSIAN. conl. 7, 8, 2 -es atque adiutoria d. *et saepe*). II Macc. 13, 17 (rec. L, *sim. cett.*) adiuvante eum domini -e (CYPR. epist. 61, 2, 2 in d. circa vos -e. AVG. epist. 92, 6. CASSIAN. conl. 3, 12, 4 nisi d. fuisset adiutorio ac -e salvatus. *al.*). TERT. fug. 2, 4 utrumque apud deum esse, et concussionem fidei et -em, cum utrumque ab eo petitur (*item c. gen. obi.*: 2, 5 fidei. VET. LAT. psalm. 17, 36 [cod. 300. *al.*] dedisti mihi -em salutis meae [*gr. ὑπερασπισμόν,* VVLG. s. tuae]. II Macc. 8, 19 [rec. M, *cf.* B] -es patrum [*gr. ἀντιλήμψεις, rec. L. al.* de auxiliis]. SACR. Leon. 1132 populorum. *al.*). 5, 4 *quidam* desperans potentiam -is ab illo *deo*. CYPR. epist. 48, 4, 2 ut ... pacem ... teneamus, perficiet divina -o (Fort. 10. AVG. c. Faust. 22, 36 p. 630, 17 apostolus Paulus *non* desperaverat adiutorium -emque d. CASSIOD. hist. 3, 3, 13 d. -e potitus est *Constantinus* [*gr. Theodoret. 1, 25, 12 κηδεμονίας*]. *et saepe*). CLEM. ad Cor. 56, 16 quanta -o est his, qui a domino corripiuntur (*gr. ὑπερασπισμός*). FAVSTIN. trin. 5, 4 Moyses ... divinum sensit auxilium ac -em. NICET. psalm. 6 l. 7 *in psalmis* contra inimicos -o postulatur. AVG. epist. 148, 13 alas cum audimus, -em intellegimus (*cf.* serm. 46, 40 'umbra eius' [*Hab. 3, 3*] id est refrigerium eius, -o eius. EVCHER. form. 1 p. 8, 5 'scutum' -o dei. *sim. al.*). PS. ORIG. tract. 20, 21 *ut* ecclesia ... spiritus -e servetur. LEO M. epist. 30, 1 (CONC.^{S} II 4 p. 10, 10; *Pulcheriae Augustae*) illi ... potestatem vestram subicitis, cuius munere et -e regnatis (*item* 31, 1 *ibid.* p. 12, 25). EPIST. pontif. 884 (Cod. Iust. 1, 1, 8), 39 deus regnum et salutem vestram perpetua -e custodiat (*in fine epist. ut*: GREG. M. epist. 8, 4 l. 109 [*reginae Francorum*] deus sua vos -e custodiat. *al.*). SACR. Leon. 291 gregem *fidelium* ... per apostolos tuos pervigili -e custodi (*sim.* 376. *al.; cf. e. g.* 726 quorum *sanctorum* suffragiis -is tuae dona sentimus). *al. metonymice de ipso protectore*: VET. LAT. psalm. 120, 5 (cod. 300. *al.* = VVLG.) dominus -o tua. 143, 2 (cod. 136) misericordia mea ..., -o mea et in eo speravi (*gr. ὑπερασπιστής, cod. 300. al. et Vulg.* protector, *Hier. psalt. sec. Hebr.* scutum). Is. 25, 4 (Hier. ad l.) fuisti ... tristibus ... -o. HIER. psalt. sec. Hebr. 31, 7 tu es -o mea (*Vet. Lat. cod. 300. al. et Vulg.* refugium). *al.*
β *sacramentorum, angelorum, sanctorum*: CYPR. epist. 57, 2, 2 *fideles* -e sanguinis et corporis Christi muniamus (*postea*: eucharistia *fit,* ut possit accipientibus esse tutela. *item respici vid. eucharistia*: SACR. Leon. 60 ut doni tui fiat nobis ... larga -o). AMBR. in psalm. 43, 14, 3 ad -em hominum deputantur *angeli* (*cf.* VINCENT. LER. comm. 26, 9 angelica -e servati *fideles*). GREG. M. epist. 8, 22 l. 20 quanta beati Petri ... in hac urbe -o est (*cf.* moral. 16, 64 hi ..., qui de nullo suo opere confidunt, ad sanctorum martyrum -em currunt. SACR. Greg. 33, 1 [147 D.] concede ..., ut contra adversa omnia doctoris gentium [*i. Pauli*] -e muniamur. *cf. l. 57 sq.*). SACR. Gelas. 1559 (*benedictio salis*) *sal,* sis eis animae tutamentum ... in sanitate mentis, in -e animae *eqs.*

b *praesidium hominum vel rerum ad eos pertinentium*: EVSEB. VERC. epist. 3, 2, 1 *Arianorum* omnis spes ... in -e pendet regni saecularis. EPIST. Bachiar. 1 p. 295, 27 virtutis meae tegumenta corrupta sunt et ... nuda de -e sapientiae ... spoliata cognoscor. AVG. conf. 13, 17, 21 ad subveniendum indigentibus ... in -e adiutorii forti robore (*cf. ibid.* praebendo -is umbraculum). IVLIAN. in Os. 14, 10 diversae nationes sub -e ecclesiae requiescere concupiscent. CONC.^{S} II 3, 3 p. 118, 12 praeceptum ... *haereticos* ab inpugnatione repellens, non avertens a -e pastores (*gr. II 1, 3 p. 113, 6 ἀντιλήψεως*). POMER. 3, 16, 3 *virtus* diffidenti de se -is suae promittit auxilium. CASSIOD. var. 8, 1, 4 (*Athalaricus puer imp. Iustino*) non in totum a parentibus destituimur, qui tali (*sc. tua*) -e fulcimur (*antea*: tuitionem). GREG. M. epist. 9, 156 l. 15 populus ... sacerdotis -e privatus est. *al. metonymice de eo, qui (quod) protegit*: VET. LAT. Sirach 6, 14 amicus fidelis -o fortis (protector *var. l.*). QVODV. symb. 3, 1, 4 accepistis ... symbolum, -em parturientis contra venena serpentis (*cf. apoc. 12, 4*). *Frings.*

prōtēctor, -ōris *m. a* protegere. *scribitur* protic- CIL V 8120^{7}. 8282 INSCR. Ephem. Epigr. IX n. 1030. *notatur* protect *p. 2255, 22. 34. al.,* protec *p. 2256, 3 et* CIL XIII 8291, prtec CIL III 10232, prot CIL V 6226. XI 4082. *al.,* pro *p. 2255, 50,* ?pr *p. 2255, 14 et* INSCR. Dessau 2782, ?p CIL III 7596. *de formis: vix agnoscas abl. sing.* -i *p. 2255, 64* (*item solvas* INSCR. Iugosl. Šašel 458); *de abl. plur.* -is *v. p. 2256, 13. de notione*: GLOSS. *σκεπαστής. προασπιστής. ὑπερασπιστής* (*cf.* LYD. mag. 1, 46 *ὑπερασπισταί, οἱ νῦν λεγόμενοι πρωτήκτορες* [*προτικοκτορες codd.*]). *ὑπασπιστής. al.; cf. l. 64. p. 2256, 25. legitur inde a* VET. LAT., TERT. *inscriptionibusque saec. III; abiit in sermonem gr. προτήκτωρ, πρωτήκτωρ, προτίκτωρ sim.* [*falso trad.* SEN. Herc. O. 290; *falsa var. l. pro* prospector NICET. psalm. 5 l. 6.]

i. qui protegit, defendit, custodit (*iuxta ponuntur* adiutor *e. g. l. 63. p. 2255, 2,* defensor *l. 58. p. 2255, 5,* tutor *l. 56. 68; quis [quid] protegatur, indicatur maxime per gen. et pron. poss., praeterea per praepos.* super *l. 72, dat. l. 70, fortasse et l. 68; malum arcendum indicatur per praepos.* ab *l. 40,* contra *l. 68; v. etiam* ante *p. 2255, 2*): **1** *generatim*: **a** *de quolibet -e* (*sc. anim. praeter l. 39. 43*): α *varia exempla*: TERT. nat. 2, 1, 6 quemcumque vult, de ipsis adversariis socios -esque sibimet assumit *veritas.* apol. 5, 6 edite aliquem debellatorem Christianorum; at nos ... edimus -em (*i. Marcum Aurelium*). HEGES. 1, 44, 7 p. 116, 8 (*Herodes de Antipatro*) hic erat -r meus, cui credebam corporis senilis custodiam (*antea*: minister securitatis. *in eadem re*: 1, 44, 8 tuum -em). GREG. M. in Ezech. 1, 7, 20 (*ad 1, 22* aspectus crystalli horribilis) *si* pavendus ... non esset, -r et modo a peccatis et post a suppliciis non fuisset. β *accedit gen. obi.*: TERT. apol. 6, 1 legum et paternorum institutorum -es et ultores respondeant. adv. Marc. 2, 17 p. 358, 4 haec ... totum ordinem dei iudicis operarium et, ut dignius dixerim, -em ... summae ... bonitatis ostendunt. 4, 4 p. 429, 22 *euangelium* interpolatum a -bus iudaismi. CIL XIV 5334 (*a. 262*) -i imperii Romani (*i. Gallieno*). SCHOL. Cic. Bob. p. 164, 19 -bus salutis nostrae. VVLG. Os. 4, 18 dilexerunt adferre ignominiam -es eius *populi* (HIER. ad l. principes et -es eius, id est reges). CONC.^{S} I 5 p. 251, 14 Nestorii haereseos -es (*gr. I 1, 5 p. 16, 21 ὑπασπισταί*).

b *de deo, numinibus*: α *usu sacrae scripturae et Christianorum*: Ⓘ *de idolis*: VET. LAT. deut. 32, 38 (cod. 100) fiant vobis -es *dei paganorum* (*gr. σκεπασταί, Vulg.* vos protegant). Ⓘⓘ *de deo uno vel deo patre: accedit gen.*: VET. LAT. psalm. 17, 31 (cod. 300. *al., sim.* VVLG.) -r omnium sperantium in se ([*gr. ὑπερασπιστής*]. SACR. Leon. 350 Gelas. 1548. Greg. 202, 31 [906 D.]. *al.*). CYPR. epist. 66, 8, 1 populi sui -r et tutor. LVCIF. moriend. 5 l. 40 -r fidei, gubernator salutis ... semper adest certamini nostro. non parc. 9 l. 35 nos, quos dei virtute tegi cernas, quorum esse defensorem ac -em deum advertas. SACR. Gelas. 1505 regnorum omnium et Romani ... imperii. GREG. M. epist. 11, 23 l. 14 orfanorum gubernator atque -r. *al. varia exempla*: TERT. adv. Marc. 4, 11 p. 449, 19 homo ... suum habens et auctorem et -em (*i. deum Marcionis*). VET. LAT. exod. 15, 2 (Rufin. Orig. in exod. 6, 2. *al.*) *dominus* adiutor et -r factus est mihi in salutem ([*gr. βοηθὸς καὶ σκεπαστής, Vulg.* fortitudo mea et laus mea. *cf.* VEREC. in cant. 1, 3 -es ... sunt alios sua potentia defensantes]. *item iuxta ponitur*: CLEM. ad Cor. 59, 4 a. esto et -r noster [*gr. ἀντιλήπτορα*]. FAVSTIN. trin. 5, 4. *al.*). psalm. 17, 3 (cod. 300. *al.* = VVLG.) -r meus et cornu salutis meae (*gr. ὑπερασπιστής*). CYPR. eleem. 19 ille sit liberis tuis tutor, ... ille contra omnes iniurias ... divina maiestate -r. GAVDENT. serm. 6, 15 dei -is tuitione cessante. PASS. Theclae C b 37 p. 107, 8 desperantibus -r (*gr. σκέπη.* protectio *sim. aliae recc.*). HIER. in Is. 10, 31, 4 quod ... dominus in similitudinem avium -r fuerit super Hierusalem (*antea*: supervolant). INSCR. christ. urb. Rom. 24842 omnes deum habeant -em. *al.* Ⓘⓘⓘ *de Christo* (*hic illic vergit in notionem redemptoris sim., e. g. p. 2255, 7*): CYPR. epist. 10, 3 Christus ... vicit -r fidei (*cf. l. 56*). PS. CYPR. adv. Iud. 7, 7 -em repulisti ... et regem

[Ouink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

suspendisti. PASS. Theclae B a 42 p. 120, 9 Christus ..., qui fuisti mihi adiutor in carcere, -r ante iudicem, auxiliator ..., defensor (*gr. ubique βοηθός, A* adiutor). AVG. serm. 264, 2 videbant ... confortatorem et consolatorem et -em hominum. CHROMAT. serm. 22, 3 omnes ... tuetur, ipse est enim omnium defensor et -r. VEREC. in cant. 1, 3 -r ... in salutem tunc demum fiet, cum nos ab actibus saeculi liberarit. GREG. M. moral. 6, 34 humani generis -r. *al.* Ⓘⅴ *de spiritu sancto*: GREG. ILIB. fid. 8 l. 152 spiritum sanctum ... -em, signatorem et deductorem in vitam aeternam.

β *usu Romanorum*: INSCR. Année Épigr. 1916 n. 19 (*Cuicul; a. 215/6*) Iovi optimo maximo conservatori ac -i imp(eratoris), *sc. Caracallae.* CIL VIII 19124 Marti Aug(usto) -i d(omini) n(ostri) imp(eratoris) ... Severi Alexandri (12425 Gordiani). INSCR. Dessau 7152 (*e Dacia; saec. III?*) Herculi invicto ⌊pr(otectori?)⌋ inperatoris (⌊ ⌋ pr(o salute) *Inscr. Dac. III 3, 234,* p(ost) r(editum) *CIL III 1394*).

2 *technice in re militari Romanorum (praeter l. 26) respiciuntur, quibus mandata est custodia corporis aliave munera*: **a** *apud varios praepositos* (*in titulis saec. III praeter l. 27; fortasse addas nonnulla sub b allata, e. g.* INSCR. *l. 74; ad rem v. Speidel, Guards of the Roman armies, 1978, 130sqq.*): INSCR. Année Épigr. 1979 n. 448 (*a. 212/7*) Vibius Vibianus, -r co(n)s(ularis) (INSCR. Iugosl. Šašel 831 protect(or) c.). CIL VI 3238 protect(or) pr(aefecti) pr(aetorio) (*addas fort. l. 25 et* CIL VI 32854 -i p ⟨pr⟩, *v. Speidel, Equites sing. Aug., 1994 n. 578*). 3261 ⟨prot⟩ect(ori) eq(uitum) sing(ularium) (*v. Speidel, ibid. n. 580,* ⟨adl⟩ecto *CIL*). XIII 7535[a] eq(ues) leg(ionis) XXII prot(ector) pr(aefecti) *legionis* (*si ita solvendum*).
in regno Seleucorum: VET. LAT. II Macc. 3, 24 (rec. B, *cf.* M) ut accessit *Heliodorus* cum armatis -bus ad thesauros (cum satellitibus *recc. cet., gr. δορυφόροις*).

b *apud imperatorem* (*regem* CASSIOD. var. 11, 31; *explicatur* COD. Theod. 6, 24, 9 -es, qui armatam militiam subeuntes ... defendendi corporis sui, verum etiam protegendi lateris nostri sollicitudinem patiuntur, unde etiam -um nomen sortiti sunt; *cf. Jones, The Later Roman Empire II, 636sqq.*): **α** *cum determinationibus*: Ⓘ *gen.* (*addas p. 2256, 26*): CIL XI 1836 (*a. 261/7*) protect(ori) Aug(ustorum) n(ostrorum) (INSCR. Année Épigr. 1965 n. 9 P. Ael(ius) Aelianus praef(ectus) leg(ionis) II ... -r Gallieni Aug(usti) n(ostri) [*de eodem* CIL III 3529]. CIL III 3424 [*a. 267*] prot(ector) Aug(usti) n(ostri). 3126 [*non post a. 312*] -r Aug(ustorum trium) n(ostrorum). *al.; cf.* INSCR. Année Épigr. 1920 n. 108 [*a. 263*] -r eius, *sc. Augusti*). III 1805 (*a. 280*) v(ir) p(erfectissimus) ducen⟨ari⟩us ex protectorib(us) lateri⟨s⟩ divini (INSCR. Année Épigr. 1981 n. 731 ex -bus d. l. [*saec. III ex./IV in. ut* CIL VI 32940. XI 4082]. *cf.* CIL XI 6222 [*saec. IV*] -r divinoru⟨m⟩ laterum et pr(a)epositus iuniorum). XIII 8273 (*saec. III*[2]) *cuiusdam* (centurionis) protect(oris) d(omini) n(ostri). FIRM. math. 3, 11, 2 -es aut satellites imperatorum (3, 12, 1 scutarios vel -es i.). Ⓘⅱ *adi.* (*vix addas* dominicus CIL VI 32942 = INSCR. christ. Diehl 469, *v. vol. V 1, 1888, 57*): CIL XII 2228, 11 (*a. 269*) praepositi et ducenar(ii) protect(ores) (III 14165[1] [*saec. III ex./IV in.*]. XI 4787 [*saec. IV*[1]] viro ducenario -i, ex ordinario leg(ionis) II. *al.; cf. l. 39. vol. V 1, 2132, 59sqq.*). III 14412[4] (= Année Épigr. 1998 n. 1126; *saec. IV*[1]) prot(ector) domes(ticus) (*item in tit. saec. IV*: XII 673 pro(tector) dom(esticus). XIII 3682. *ceterum*: AMM. 14, 10, 2. 15, 3, 10 COD. Theod. 6, 24, 9. SVBSCR. Verg. cod. M Apronianus Asterius ... ex comite domest(icorum) protect(orum). *al.; coll. p. 2256, 20. 31 intellegi possunt etiam duo subst. per appositionem iuncta*).

β *in locutione* ex -e, ex -bus *de emeritis vel honorariis* (*cf. vol. V 2, 1102, 10sqq.; aliter p. 2256, 13. 15*): Ⓘ *sing.*: CIL III 10406 (*a. 290*) pref(ectus) leg(ionis) II Adi(utricis) ex prot(ectore) (*nisi* -bus. *item in titulis*: 8741 Fl. Iuliano ex -e et ex praepositis [*saec. III ex./IV in. ut*: 9861 Ael(ius) Titus ex -e]. *al.*). COD. Theod. 7, 20, 8 is, qui ex -e dimissus erit. Ⓘⅱ *plur. (addas l. 40sq., fort. et l. 57); locutio praepos. est: pro praedicat.* (*cf. l. 59*): COD. Iust. 10, 48, 2 (*ex actis impp. Diocl. et Maxim.*) *vacatio munerum data est* his, qui aut ex -bus sunt aut ex praepositis.
pro appositione iuxta nomina propria: CIL III 7440 (*saec. III*[2]) Iulius ex prote⟨ct⟩ori(bus) (*v. e. g.* INSCR. Bulg. Gerov 308; ex -r CIL). V 6244 (*saec. IV?*) bonae memoriae ... Martinian(i) ex -bus. 8282 (*saec. IV/V*) Sabinus ... ex ⟨p⟩rotictor(i)bu⟨s⟩. INSCR. Colon. Galsterer 288 (*eiusdem aet.*) Donatus ex pro⟨tectorib⟩us. *al.* *pro attributo iuxta appellativa*: COD. Theod. 7, 20, 12 pr. quisquis ... testimoniales ex -bus vel cuiuslibet dignitatis obtinuit (7, 21 rubr.). 7, 21, 1 si qui ex -bus ... vel ex tribunis epistulas reportaverint, non habeant privilegium *eorum, qui munus administraverunt* (8, 7, 2. 3). 7, 21, 3 pr. quicumque ex -bus aut domesticis honorarias missiones meruerint (12, 1, 153).

γ *vario usu*: Ⓘ *in titulis* (*saec. III ex./IV in., nisi aliter adnotavimus*): INSCR. Année Épigr. 1974 n. 648 (*a. 231/3; spectat fort. ad a, v. Speidel, l. cit. 130sq.*) mil(itavit) eq(ues) ann(is) IIII, -r ann(is) IIII, opt⟨io⟩ ann(is) XIII, (centurio) ann(o) I (CIL III 371, 4 factus -r ... m. in scola -u(m). *al.*). CIL III 6988 actuario -um. VI 1595 (*cf. p. 4717*) Fla(vius) Viator -r. XIII 8291 *quidam* (centurio) protec(tor) (III 10509 INSCR. Année Épigr. 1954 n. 135. *cf. p. 2255, 43 et* INSCR. graec. Rom. Cagnat I 1496, 4 (*ἑκατόνταρχον*) *προτήκτορα*). INSCR. Année Épigr. 1939 n. 45 -i(s) de scola seniore peditum (*cf. l. 7. p. 2255, 42*). CIL V 8747 (*saec. IV ex./V in.*) pro tector de numero armigerorum. XI 830 (*saec. IV ex./V in.*) v(ir) c(larissimus) protec(tor) et notarius. *al.* Ⓘⅱ *exempla cetera*: LACT. mort. pers. 19, 6 Daia ... statim scutarius, continuo -r, mox tribunus (*sim. de cursu*: AMM. 18, 5, 1 Antoninus ... rationarius apparitor ... tunc -r. ORIGO Const. 1, 1 Constantius ... -r primum, inde tribunus ... fuit. *cf. p. 2255, 75*). 38, 7 satellitibus et -bus cinctus. CORP. epist. lat. 226, 3 (*a. 341*) *subvenit Augustorum* clementia ... ⟨militi⟩bus suis praesertim ex ⌊-is⌋ immo his, qui *eqs.* (⌊ ⌋ *pro* -bus, *lapsu potius quam heteroclitice*). 227, 3 (*a. 344*) *quodam* ex -bus ... subrogato ⟨ti⟩bi (*praefecto alae*). SYMM. epist. 3, 67 ut illis *veteranis* -um dignitas tamquam pretium longi laboris accedat. AMM. 14, 7, 12 *Caesar* praefecti custodiam -bus mandaverat fidis (*sim.* 29, 5, 7 *aliquem* custodiendum -bus [-tut- *cod.*] committi. *cf. alia munera -is*: AMM. 29, 3, 8 -es ad exhibendas missi personas. COD. Theod. 7, 4, 27 nullus -um vel domesticorum cui ... tuitio locorum ... est commissa. *al.*). 18, 3, 5 Valentinus ex primicerio -orum tribunus *factus* (*al., v. p. 1244, 45sq.*). HIST. AVG. Carac. 5, 8 ita ut in scafam cum -bus ⌊ita⌋ (*codd., del. Jordan*) descenderet. 7, 1 *cum* inter -es suos, coniuratos caedis, ageret. Maximin. 14, 4 Carthaginem venit cum pompa regali et -bus et fascibus laureatis (*cf. Herodian. 7, 6, 2 δορυφόρων. v. l. 32*). COD. Theod. 10, 22, 3 *primicerius* inter -es (eiusdem fabricae *add.* Iust. 11, 10, 2) adoraturus aeternitatem nostram (CORP. epist. lat. 234, 3 [*fere a. 400*] divinam p⟨u⟩rpuram d⟨o⟩minorum. NOT. dign. or. 39, 37 principem de eodem officio, qui completa militia adorat -r [-em *codd.*]. CASSIOD. var. 11, 31. *cf.* CONSTANT. PORPH. caer. aul. Byz. 1, 86 p. 705[A] *Ἀδοράτορ προτέκτορ*). NOVELL. Iust. edict. 8, 3, 3 domestici et -es et scholarii et milites (*gr. προτίκτωρες*). *al., e. g. vol. III 1778, 7sq.* *abusive de praetorianis* (*fort. addas* HIST. AVG. *l. 22sqq., sed v. Lippold, Komm. Maximin., 1991, 490sq.*): HIER. chron. a. Abr. 2056 Gaius *Caligula* a -bus suis occiditur (*de eisdem*: OROS. hist. 7, 5, 9 PROSP. chron. I p. 411, 414 CASSIOD. chron. II p. 137, 648 IORD. Rom. 259).

c *in imagine* (*sec. a vel b*): EPIST. pontif. 110 Cypr. epist. 50, 2 (*ironice*) ut scias quales duces et -es ut schismaticus et haereticus *Novatianus* lateri suo semper iunctos habeat. PAVL. NOL. epist. 25, 8 fias comes Christi; deinde in hac militia soletis in votis habere hanc officii promotionem, ut -es efficiamini. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 12, 1 p. 362[A] in quo *capite* mentem quasi reginam quandam inhabitare pronunciant, quae veluti quibusdam nunciis seu -bus, ita sensibus circumquaque valletur.

f. **prōtēctrīx,** -īcis. *i. quae protegit* (*in appositione fere pro adi., i. q. tuens*): HESYCH. in lev. 16, 2 p. 984[A] a populo Iudaico ... -em deus abstulit manum.

deriv.: protectorius.

prōtēctōrius, -a, -um. *a* protector. *i. q. ad protectorem pertinens*: COD. Theod. 7, 20, 5 (= Iust. 12, 46, 2) veterani -a dignitate cumulati (7, 21, 2 ad honores -ae dignitatis). *Ottink.*

prōtēctum *v.* protego.

[prōtēctūra *non nisi in falsa var. l. pro* proiectura *apud* VITR., *v. e. g. p. 1803, 43. 59.*]

1. prōtēctus *v.* protego.

?2. prōtēctus, (-ūs). *a* protegere. *i. q. effectus protegendi* (*sc. notione p. 2260, 75 illustrata; vix addas acc.* -um *ambiguum p. 2261, 6 sqq.*): SCAEV. dig. 8, 2, 41, 1 *quidam* aperto pariete domus suae, quatenus ... tignorum -s competebat, ianuam in publico aperuit (*sunt qui coniciant* proiectus, *cf. p. 1798, 14sqq. 1802, 66sqq. 1803, 72*). *Bk.*

prōtego, -tēxī, -tēctum, -ere. *a* pro *et* tegere. NOT. Tir. 80, 7 -it (96, 39). 80, 11 -xit (96, 40). 80, 16 -tum. *abl. sing. part. praes.* -enti *p. 2259, 44; abl. plur. p. p. p.* -teis FRONTO p. 66, 25 (-tis *man. sec.*). *de notione*: CHAR. gramm. p. 410, 31 (*tit. p. 408, 25* glossulae) miserere infelicium; succurre miseris; ... defende innocentiam; ... -e adversus fortunae crudelitatem. CASSIOD. in psalm. 26, 5 l. 131 '-i' *est* ... ab omni metu periculoque liberari (*disting.* abscondi). SYNON. Cic. p. 439, 26 -it. tuetur. defendit. custodit *eqs.* GLOSS. -o: *προκαλύπτω, προασπίζω.* -it: *ὑπεραισπίζει.* -or: tueor vel defendor. II 433, 4 *σκεπάζω*: tego, -o, operio. *al.* *legitur inde a* CIC., CAES., VERG. (*et* CVLICE), PROP., OV. [*trad. loco corrupto* PLIN. nat. 17, 89, *falso* -ti *pro* profecti MART. CAP. 5, 429; *e coni. dub.* ENN. ann. 437 -ti gladiis (tecti *trad. metro invito*).]

I *structura communi pro obi. est vel obversatur quod tegimento instruitur, custoditur sim.* (*refl. p. 2257, 63. 2258, 42. 56. 2260, 14. 18. al., mediopass.* -tus *aliquid p. 2257, 45. 54. 2260, 27, ceterum e. g. p. 2257, 62.*

[Schröder]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2260, 42, cf. partes suas pro obi. l. 46. al.; in versione pro obi. ponitur gen. p. 2259, 15, locut. praepos. p. 2259, 20; absolute l. 38. p. 2258, 49. 2259, 28sqq. 60. al.): **A** *notione originaria i. q. tegere propugnando, defendendo sim.* (*saepius coniungitur c.* defendere *l. 14. p. 2258, 10. 2259, 60. al. [apertius distingui vid. l. 15]; pro syn. est e. g.* custodire *p. 2258, 16. 2259, 4. 29,* saepire *p. 2258, 15,* servare *l. 16. p. 2259, 4. 11,* tueri *l. 51; indicatur tegimentum passim per abl. vel ipso subi., e. g. l. 52. p. 2258, 18. 2260, 7; id quod arcetur, impugnatur per praepos.* ab *p. 2258, 2. 4. 12. 34. 36. al.,* adversus *p. 2258, 8. 29. 2259, 60. 2260, 48. al.,* contra *p. 2258, 48. 51. 54. 72, abl. nudo p. 2258, 50, enunt. secund. p. 2258, 74. 2260, 2*): **1** *adversus vi et armis aggredientes, contra tela sim.*: **a** *respiciuntur qui corpus commilitonis ducisve tutantur, servare temptant*: **α** *data occasione, sc. in pugna, incursione*: CIC. Sull. 50 ego iacentem et spoliatum defendo et -o (*in imag. ut*: Sest. 64 qui me ... non modo stantem non defenderunt, sed ne i. quidem -erunt). Planc. 72 milites faciunt inviti, ut coronam dent civicam et se ab aliquo servatos esse fateantur, non quo turpe sit -tum in acie ex hostium manibus eripi ..., sed *eqs.* (*item respicitur corona civica*: SCHOL. Cic. Bob. p. 164, 30). Tusc. 4, 50 cum in acie M. Alliennium ... scuto -erit *Africanus* (CAES. Gall. 5, 44, 6). VERG. Aen. 10, 800 dum genitor nati parma -tus abiret (*cf.* SERV. de historia est; nam Scipio *eqs.* [*contra* LIV. *l. 24 v.* FLOR. epit. 2, 6, 10 nisi *Scipio* -tum patrem ... ab ipsa morte rapuisset]). LIV. 4, 28, 4 (*ad milites circumventos*) an deum aliquem -turum vos ... putatis? 21, 46, 9 equitatus consulem, *i. Scipionem patrem Africani,* ... non armis modo sed etiam corporibus suis -ens (SIL. 12, 263 ductorem. IVV. 15, 155 lapsum ... civem). 22, 49, 8 *consulem saucium* tollere ... ac -ere. *al.* SEN. contr. exc. 3, 4, 1 (*tit.* servatus a filio). CVRT. 8, 1, 24 *Alexandrum* corpus eius *Philippi* -isse clipeo suo (8, 7, 4 SIL. 7, 710. AMPEL. 35, 2 *Ptolomaeus* Alexandrum ... obiecto c. -xit. *al.*). *al.* STAT. Theb. 9, 160 exanimes socios inhumataque corpora. TAC. ann. 6, 35, 2 fortissimis satellitum -entibus saucium *regis filium. al. in iure*: MEN. dig. 49, 16, 6, 8 qui praepositum suum non -xit, cum posset (*sim.* MOD. dig. 49, 16, 3, 22). **β** *generaliter, sc. munere imposito fungentes*: CYPR. ad Donat. 13 licet ... clausum ac -tum latus *regis* numeroso stipatore tueatur (COD. Theod. 6, 24, 9 *v. p. 2255, 31*). CLAVD. DON. Aen. 10, 340 p. 338, 9 -endi officio. AVG. in psalm. 26, enarr. 2, 4 -itur imperator scutatis. -xit *absolute pro protector fuit*: CIL III 6194 (*saec. III ex./IV in.*) militavit in leg(ione) ..., lectus in sacro comit(atu) lanciarius, deinde -xit annis V.

b *vario respectu*: **α** *-unt homines (dei l. 56. 58, cf. l. 23) eorumve coetus, qualitates sim.*: Ⓘ *in ipsa pugna, incursione sim. ad defendendas*: Ⓐ *personas (animalia l. 44. 46. 58) earumve partes, salutem sim. (saepe de iis, qui se ipsi tegunt): sine abl.*: CAES. civ. 1, 79, 2 ex locis superioribus, qui antecesserant, desuper ascendentis -bant. VERG. Aen. 2, 444 clipeos ... ad tela sinistris -ti obiciunt. PROP. 4, 1, 93 *eques* equi ... saucia -it ora. OV. met. 12, 431 *centaurus quidam* hominemque simul -tus equumque (*mediopass.; sim. -it aliquis partes suas*: LIV. 2, 6, 9 sui -endi corporis *non* memor. HIER. epist. 49, 2, 4 [*in imag.*] latus. *al.; cf. e. g. l. 54sq.*). LIV. 38, 33, 7 -ere Lacedaemonios *in tumultu.* VAL. MAX. 5, 4 ext. 6 patris incolumitatem. 6, 8, 2 a quibus *servis* salus dominorum -ta est (*cf.* TAC. ann. 14, 43, 3 cum Pedanium *dominum* ... non -erint *tot servi* [*ibid.* tuebitur ...; opem feret]. VLP. dig. 29, 5, 1, 37 dominum). SEN. clem. 1, 3, 4 consensus ... -endi amandique reges. CVRT. 4, 4, 15. *al. cum abl.*: CAES. civ. 3, 55 (56), 2 *ut* instructus exercitus telis ex vallo abiectis -i posset (VEG. mil. 4, 10, 2). VERG. Aen. 8, 662 *Galli* scutis -ti corpora longis (*ad struct. cf. p. 2260, 27 et* SEN. Phaedr. 403 *Amazon* lunatā latus -ta peltā. *ceterum cf.* OV. met. 5, 46 *Pallas* -it aegide fratrem. CVRT. 6, 1, 14 clipeo -ens corpus *suum Agis. al.*). CVLEX 321 *Aiax* ferro ... -tus. PROP. 3, 14, 12 cavo -it aere caput. OV. met. 8, 394 licet hunc *aprum* Latonia -at armis (LIV. 21, 41, 16 non corpus suum sed coniugem ac liberos. VAL. MAX. 7, 3 ext. 9 metum *salutis* ... a. -ere. HOMER. 821. *cf.* in a.: HOMER. 670). SEN. Herc. f. 1008 *mater* -ens gnatum sinu. CVRT. 4, 3, 26 quis *indumentis sim.* -i poterant *milites.* 5, 3, 21 testudine ... -i (7, 9, 3). LVCAN. 10, 440 Caesar ... foribus clausae se -it aulae. *al.* Ⓑ *res corp., locos*: CAES. civ. 1, 25, 9 a fronte ... cratibus ac pluteis -bat *opus, quo portum clausit.* BELL. Alex. 16, 7 quas *naves fugientes* -erunt ex molibus. OV. met. 13, 93 (*loq. Aiax*) mille meo -xi ⌊pectore⌋ puppes (⌊ ⌋ corpore *var. l.*). LIV. 6, 20, 9 *Manlio* Capitolinam arcem -enti. 32, 23, 7 in quem locum, quia nudatus munimento erat, -endum armis *concurrerunt.* VAL. MAX. 8, 7 ext. 7 -to (-tracto *trad.*) manibus pulvere 'noli' inquit *Archimedes* '... istum disturbare'. TAC. hist. 1, 56, 1 cum *centuriones* -rent Galbae imagines (*cf.* ann. 3, 14, 4 effigies ... Pisonis). CALP. decl. 26 aquilas et signa -xi. APVL. met. 4, 9, 3 solitarii homines fortunam, *i. res suas,* ... dissimulanter obtectam -unt acrius et sanguinis sui periculo muniunt. *al.*

Ⓘⓘ *generaliter, sc. extra pugnam*: OV. am. 1, 2, 52 qua vicit, victos -it ille *Augustus* manu. fast. 5, 588 nisi fortibus armis Caesaris Ausoniae -rentur opes. LIV. 35, 49, 5 *Aetolorum esse* virtute -tos Romanos. 40, 10, 9 (*Perseus Philippo*) *Demetrius* nunc te ab armis Romanis -it *gratia sua.* 42, 29, 10 opes Romanorum, quae tum -rent Carthaginienses. 42, 30, 7 -ente altera *civitate* semper inopem ab alterius iniuria. VAL. MAX. 1, 8, 6 *cum oppidi* incolumitatem ... consul -ret (*item de ducibus*: 5, 1, 9 *Tigranes* Mithridatem ... viribus suis -erat. SIL. 12, 166 qui *Marcellus* ... moenia dextra -ret. IVV. 8, 250 urbem. TAC. hist. 2, 83, 2 partem Italiae). TAC. ann. 4, 5, 2 qui *reges* magnitudine nostra -untur adversum externa imperia. *al. in inscr. honorifica*: CIL VI 31378 ⟨Virtuti⟩ domini n(ostri) Gallieni invicti Aug(usti), qua universum orbem suum defendit ac -it.

β *-unt animalia*: SEN. benef. 2, 19, 1 *leo in amphitheatro magistrum* agnitum ... -xit ab impetu bestiarum. COLVM. 8, 2, 11 -ere coniugalem gregem *debent galli.* PLIN. nat. 11, 53 *apium* examen circa ... eum *regem* globatur, cingit, -it, cerni non patitur. LACT. opif. 2, 3 *ut animalia quaedam* astu se -ant aut latibulis saepiant. PASS. Macc. 14, 6 *ut aves* parvulos suos ... alis -ant, defendant morsu, ungue custodiant (*cf. gr. IV Macc. 14, 15* προασπίζει). *al.*

γ *-unt res corporeae* (*incorp. v. supra, e. g. l. 2sq., item exempla pass. praeter l. 24*): CVRT. 9, 5, 4 arbor ... ramos ... velut de industria regem -entes obiecerat *aggredientibus.* LVCAN. 3, 476 *in testudine* galeam ... extensus -it umbo. PLIN. nat. 4, 33 partem eius *Macedoniae* septentrionalem Paeonia ac Pelagonia -unt a Triballis. 37, 45 retia coercendis feris podium -entia *in amphitheatro.* TAC. ann. 14, 5, 1 *in ruina tecti* Agrippina et Acerronia eminentibus lecti parietibus ... -tae sunt. VET. LAT. I Macc. 6, 37 (rec. V) turres ... -entes super singulas bestias, *sc. elephantos* (*gr.* σκεπαζόμενοι, rec. L -tae super s. b.). PANEG. 6, 11, 5 magis ornant limitem castella quam -ant. *al. in imagine*: TERT. virg. vel. 15, 1 *virginitas* confugit ad velamen capitis ... quasi ad clipeum, qui bonum suum -at adversus ictus temptationum (CLAVD. 20, 601). CYPR. epist. 58, 9, 1 portemus ... scutum fidei, quo -ente *eqs.* 60, 5, 1 *ieiunia, orationes sim.* sunt ... tela divina, quae -unt. *al.*

2 *adversus iniurias caeli, aquarum vel sim.; tegimento, munimento sunt*: **a** *arbores, folia, locus naturalis sim.*: CAES. civ. 3, 42, 1 loco, qui ... eas *naves* a quibusdam -it ventis. VERG. georg. 2, 489 o qui me gelidis convallibus Haemi sistat et ... ramorum -at umbra. SEN. epist. 86, 15 te ... -et illa *arbor umbrā.* 90, 41 quos ... nemus ... a sole -erat. COLVM. 5, 5, 19 *vitem* parcius pampinare, ut ... fructum vestire aut -ere possit. 10, 376 umida ... andrachle sitientis -it antes (-as *codd. potiores*). *al.* CALP. ecl. 1, 12 bullentes ubi fagus aquas ... -it. 5, 58 -at illos *agnos* ..., quae porrigit aesculus umbras. PLIN. nat. 10, 97 *nidos* fronde -ere densa. 15, 86 *iuglandibus* gemino -tis operimento (*postea*: munito). 17, 91 vitis sibi sufficit ... eodem *folio* ... -ens in imbre (*subaudias* se). *al.* STAT. silv. 4, 4, 16. *al. in imagine*: VET. LAT. Sirach 14, 27 sub ramis illius *sapientiae* morabitur, -etur in subtegmine illius a fervore (*gr.* σκεπασθήσεται). PS. ORIG. tract. 2, 8 arbor ... crucis ... umbram ... praestabat, quo credentes ab aestu ... persecutionis -untur. **b** *indumenta, opera structa variaeque res*: CELS. 1, 5, 2 si *quis* caput in sole -it, ne incendatur (*cf.* PLIN. nat. 31, 131 *spongeae* contra solem apte -unt capita. STAT. Theb. 7, 39 *non* bene -it umbra galeri). 7, 26, 5 qui *hapsus lanae* ... plagam ... -at. COLVM. 4, 24, 15 *ut resectae vitis* plaga terram spectet – sic enim ... gelicidiis ipsa se -it. 7, 2, 1 *pecus ovillum* nos contra violentiam frigoris -it. 8, 4, 4 ubicumque cohortem porticus vel tectum -it (*cf.* 9 praef. 2 in -tis porticibus. 9, 14, 14 porticu -ta vasa, *i. alvos,* ... congestu ... frondium supertegemus). 9, 6, 4 latericio circumstructis alvis, ut ... contra flammarum violentiam -antur (-untur *codd.*). *al.* PLIN. nat. 7, 23 *eos* Sciapodas vocari, quod ... resupini umbra se pedum -ant (*inde* AVG. civ. 16, 8 p. 135, 22). 19, 148 *asparagum* stramento ab hieme -i, vere aperiri (*cf. Cato agr. 161, 2* stramentis per hiemem operito). *al.*

3 *adversus accusantes vel litem intendentes* (*munus iniungentes l. 72*): OV. trist. 2, 274 -it haec *facundia* sontes immeritosque premit (*cf.* TAC. ann. 4, 13, 3 insontem. SCHOL. Cic. Bob. p. 80, 9 innocentes). LIV. 22, 49, 11 ut alieno crimine innocentiam meam -am. VAL. MAX. 4, 1, 6 *Scipio* robore mentis causam Hannibalis in senatu -xit (9, 3, 6 languido patrocinio. IVV. 11, 33 ancipitem ... c. [SCHOL. defendere]. PAVL. dig. 49, 14, 44. COD. Iust. 5, 44, 3 [*a. 265*]). 4, 2, 5 *Lentulum* ambitus reum patrocinio suo -xit *Clodius* (8, 1 absol. 11 [*opp.* opprimendis]. TAC. hist. 4, 10). 5, 3, 5 in foro dimicans -tus es, *Pompei, a Carbone.* SEN. benef. 4, 28, 5 legum praesidio, qui plurimum in illas peccaverunt, -untur. ASCON. tog. cand. p. 66, 23 caput *rei.* TAC. ann. 15, 57, 2 alienos ... -endo (*sc. denegando in tormentis*). 16, 28, 2 principis obtrectatores. PLIN. epist. 3, 9, 36. COD. Iust. 10, 46, 1 (*a. 238/244*) appellatione interposita poteris apud praesidem iuris rationibus -i, *ne munere afficiaris.* 4, 26, 6 (*a. 259*) contra vim eius *adversarii* auctoritate ... iudicis -eris. 9, 51, 12 (*a. 293/304*) se -ere sceleris poena *remissa* contra creditores, quo minus iure debitum solvat, improbe conatur. SYMM. epist. 2, 27. *al.*

[Schröder]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

4 *adversus quaelibet incommoda vel parum definita*: **a** *-it deus, numina* (*eorum cura, dextera sim. saepius; de angelis l. 41 sq.*): **α** *paganorum*: GRATT. 15 vitam, Diana, ... dignata *es* repertis -ere auxiliis *contra feras*. VELL. 2, 131, 1 vos ... precor: custodite, servate, -ite hunc statum, hanc pacem. VAL. MAX. 9, 8, 2 caelestium cura -tus est *Caesaris conatus*. CVRT. 10, 5, 35 *Fortuna Alexandrum* perpetua felicitate -xit (*item -untur personae*: LVCAN. 2, 86 *Marius* ingenti superum -tus ab ira [*sc. a dis iratis*]. MART. 9, 20, 9 te, *Caesar*. APVL. met. 11, 25, 2 mari terraque ... homines. TERT. apol. 25, 4 adversus ... arma. ACT. lud. saec. Sept. Sev. 5ª, 70 Pighi nostros ... duces ... dextra -e. CYPR. Fort. praef. 5, 1 p. 319, 20 *idola neminem* -ere et servare ... possunt. *al.*). FRONTO p. 257, 13 ⟨sa⟩lutem tuam ... in longa ⟨te⟩mpora. *al.* **β** *Iudaeorum, Christianorum*: VET. LAT. gen. 15, 1 (Ambr. Abr. 1, 3, 18. *al.*) noli timere ..., ego -am te (*gr. ὑπερασπιῶ, Vulg.* protector tuus sum). Iudith 6, 2 (cod. 151. *al.*) deus illorum -et illos (*gr. ὑπερασπιεῖ αὐτῶν,* cod. 62 -et illorum, *aliter Vulg.*). psalm. 16, 8 (cod. 303. *al., sim.* VVLG.) sub umbra alarum tuarum -e me a facie impiorum (*gr. σκεπάσεις. cf.* 60$_2$ 5 [*ibid.*] -ar in velamento a. tuarum [*gr. σκεπασθήσομαι, cod. 300* cooperiar]. IREN. 3, 11, 8 l. 226 *verbum dei* -ens nos alis suis [*gr. σκεπάζων*]. *al.*). 62, 9 (cod. 136) ⟦in me⟧ -xit dextera tua (⟦ ⟧ *sec. hebr., cod. 300. al.* me suscepit]. AVG. epist. 150 p. 382, 4 -at vos incolumes et feliciores d. altissimi. REGVLA mag. 91, 4. *cf. e. g.* CYPR. epist. 55, 6, 1 quos integros ... domini tutela -xit. LACT. inst. 2, 15, 2 quos manus dei ... non -it. CONC. Valent. a. 374 p. 40 l. 54 divina vos pietas in aeternum -at). TERT. adv. Val. 28, 2 ecclesiae -endae nomine ([*cf. Iren. 1, 7, 4* propter ecclesiae ... curam, *gr. ἐπιμέλειαν*]. CYPR. epist. 51, 1, 1 quod ... divinitus -atur. laps. 20. *cf. l. 31 et e. g.* SACR. Leon. 341 -e, domine, populum tuum). CYPR. epist. 12, 2, 1 cito vobiscum domino -ente celebrabimus *sacrificia* (43, 7, 2. CASSIOD. inst. 1, 11, 1 si ... -ente d. custodimur. *al.; sim. e. g.* deo -ente: AVG. in psalm. 63, 3 *Christus* -tus est a multitudine malignantium -ente se d. BENED. reg. 73, 9; te -ente: SACR. Leon. 450 *ut ecclesia* te fiat operante devota, te -ente secura. 508. *al.*). Fort. praef. 5, 10 maior est dominus ad -endum quam diabolus ad impugnandum. AVG. epist. 220 tit. domino ... dei misericordia -endo et regendo Bonifatio. VITA Hil. Arel. 32 l. 16 *sancte Hilari, fac, ut* tuis ... precibus muniamur, interventu -amur (*cf.* SACR. Leon. 1151 Laurenti ... intercessione nos -e. Greg. 180, 1 [757 D.] *ut martyris* meritis ... -amur et precibus. *al.*). *et saepe, e. g.* CIL VIII 18683 (*supra ingressum aedificii*) domine, -e nomen gloriosum. *part. praes.* -ens *vergens in usum adi.* (*subst. l. 44*): CYPR. epist. 55, 9, 2 maiestas domini -entis ... sacerdotem ... -xit (59, 18, 3). HIL. in Matth. 33, 7 (*ad 27, 51*) veli honor cum ⟦custodia angeli -entis⟧ aufertur *e templo* (⟦ ⟧ *sec. exod. 25, 20. cf.* cherub -ens: VVLG. Ezech. 28, 14 ch. extentus et -ens. 28, 16). AVG. conf. 1, 4, 4 summe, optime, ... portans et implens et -ens *eqs.* COMM. instr. 2, 13, 2 *qui deserunt militiam Christi,* ex hoc -enti (*abl.*) iterum ad sua recurrunt.

b *-unt homines*: **α** *rem: verbis, sc. excusando, probando*: SEN. contr. 9, 2, 27 ne hoc genus furoris *quorundam declamantium* -ere videar. PS. QVINT. decl. 8, 1 parricidii immanitatem metu maiore -ere. 17, 7 supplicia ... rationis fronte. TERT. anim. 53, 2 ad immortalitatem animae ... -endam. ieiun. 1 p. 274, 18 quomodo ... -am ... sobrietatem sine taxatione adversariorum? adv. Marc. 4, 34 p. 533, 18. *quolibet modo*: SEN. dial. 5, 10, 4 scire ... oportet, quid in te inbecillum sit, ut id maxime -as, *ne ira afficiaris*. TAC. ann. 3, 60, 1 seditionibus populi flagitia hominum *in asylum confugientium* ut caerimonias deum -entis. 3, 65, 2 primores civitatis, quibus claritudo sua obsequiis -enda erat. PAPIN. dig. 48, 5, 40 pr. *mulier vim passa tacuit* -endae pudicitiae causa (*cf.* TERT. nat. 2, 9, 22 *Penelope* castitatem ... -xit). *al.* **β** *animantes*: SEN. Med. 225 prodesse miseris, supplices fido lare -ere. Tro. 500 quis feret trepidis opem? quis -et? epist. 73, 5 *multos* rex viribus suis -it. 81, 19 volet adiuvare adiutus, -ere defensus. TAC. hist. 2, 60, 2 Trachalum adversus criminantes Galeria uxor Vitellii -xit (*cf.* ann. 1, 13, 6 precibus *Augustae*). ann. 11, 36, 4 Laterano mors remittitur ...; Caesoninus vitiis *suis* -tus est. FRONTO p. 174, 7 decet a te ... *eum* virum non modo -i, sed etiam provehi (*in commendatione ut*: 177, 9 *eum* ope tua -as). TERT. adv. Marc. 4, 16 p. 473, 1 pauperes et pupillos et viduas -i, iuvari, refrigerari (HERM. vulg. [= Pal.] sim. 9, 27, 2 ministerio [*gr. ἐσκέπασαν*]. CYPR. testim. 3 cap. 113). CYPR. epist. 55, 13, 2 *pater familias sacrificans* domum totam periculi sui pactione -xit. FIRM. math. 4, 19, 25 adfines ... auxilio -ere. *al.*

c *-unt res* (*cf. l. 2*): PAVL. FEST. p. 304 quod his *superciliis* -antur oculi. SEN. epist. 103, 4 in philosophiam recede; illa te sinu suo -et. PLIN. nat. 15, 77 *ficus ruminalis* conditores imperii in Lupercali ... -xit. TAC. ann. 15, 43, 1 *post urbis incendium* additis ... porticibus, quae frontem insularum -rent (*ad rem cf. Suet. Nero 16, 1*). VET. LAT. Sirach 27, 9 *iustitia* -et te in aeternum. FIRM. math. 2, 8, 3 numen solis optima radiatione -itur, quotienscumque stellarum matutino ortu fuerit ornatus (3, 7, 19 si benivolae stellae fuerit r. -tus *Mercurius*. 3, 13, 9. *al.*). *al. aliquid* non -it, quin (quo minus; *cf. p. 2258, 74*): TAC. hist. 3, 33, 1 non dignitas, non aetas -bat, quo minus stupra caedibus ... miscerentur. ann. 6, 6, 2 Tiberium non fortuna, non solitudines -bant, quin tormenta pectoris ... fateretur.

B *notione deflexa, sc. respectu defendendi evanescente, de qualibet actione tegendi, operiendi* (*indicato tegimento per abl.* [in *c. abl. l. 25*] *vel subi. passim praeter l. 43. 49*): **1** *-itur quod vestitur, ornatur, instruitur sim.*: **a** *proprie*: CAES. civ. 3, 96, 1 (*inter luxuriae signa in castris Pompei*) tabernacula -ta hedera (*nisi ad A2; sim. dubites de* PLIN. epist. 5, 6, 36 stibadium ... vite -itur). OV. met. 12, 273 tempora ... fulvo -ta capillo (*cf. l. 28*). fast. 1, 614 -at ... querna corona fores *domus Augustae* (*cf. l. 31*). 3, 33 (*narratur somnium*) *palma* ramis totum -erat orbem (PLIN. nat. 12, 9 *platanus* se vastis -ens r. *cf.* SEN. epist. 41, 3 ⟨densitate⟩ ramorum aliorum alios -entium). CORN. SEV. carm. frg. 7 flavo -erat ora galero (*fort. crinibus fictis, cf. vol. VI 2, 1678, 30 sqq.; de pilleo cogitatur ab aliis et ibid. p. 1677, 75*). COLVM. 7, 3, 10 velamen, quo -itur *pecus ovillum*. 8, 11, 8 *pavo* semet ipsum velut emirantem caudae gemmantibus pinnis -it. LVCAN. 9, 529 truncum vix -it arbor, tam brevis in medium radiis compellitur umbra (*cf.* ADNOT. vestit). 9, 627 squalebant ... arva Medusae non nemorum -ta coma. PLIN. nat. 15, 89 has *nuces Ponticas* ... mollis -it barba (*cf. p. 2258, 41*). STAT. Theb. 7, 107 *Acrocorinthus* alterna geminum mare -it umbra. MART. 13, 83, 2 quem *fluvium* silva ... -it. TERT. virg. vel. 17, 2 *mulieres quaedam* a fronte quidem -tae *ligamentis,* qua proprie autem caput est, renudae (*postea*: operiuntur). VET. LAT. psalm. 103, 3 qui -is in aquis superiora eius *caeli* (*gr. στεγάζων, Vulg.* tegis. *sec. gen. 1, 7 explicat* AVG. *ad l.,* serm. 1, 9). *al. mediopass.* -tus *aliquid aliqua re* (*cf. l. 42. p. 2257, 54*): OV. met. 2, 635 venit rutilis umeros -ta capillis filia *Chironis*. 12, 351 -tum pectora barba Hippason. STAT. silv. 5, 3, 143 *poetam victorem* -tum tempora pinu. **b** *in imag. et translate*: VET. LAT. prov. 4, 9 (cod. 165. *al., sim.* VVLG.) coronā ... deliciarum -at te ([*gr. ὑπερασπίδῃ*]. VAL. CEM. hom. 12, 7 virtutis c. 15, 5 c. victoriae). ITIN. Alex. 3 quae *veritas* ubi arte -itur, scriptor pro auctore laudatur. FIRM. err. 19, 2 nisi inmaculata nos conscientiae ornamenta -erint. HIER. in Is. 5, 17, 12 l. 21 G. *contra tropologicam interpretationem* nos ... historica fundamenta historico culmine -imus. AVG. civ. 5, 16 p. 221, 15 sol iustitiae solos -it bonos *in vita aeterna. al.*

2 *-itur quod absconditur, celatur* (*sublucet respectus defendendi adversus oculos curiosos e. g. l. 42. 48, adversus reprehendentes l. 52. 54. al.*): **a** *proprie*: OV. am. 1, 14, 52 *puella erubescens* ora ... dextra -it (met. 3, 394 *Echo* pudibunda ... frondibus o. -it. CLAVD. 20, 120 crinibus). ars 2, 614 Venus pubem ... -itur laeva ... manu (*mediopass., cf. l. 27; ad rem cf.* TERT. monog. 17, 6 *Adam* pudenda -xit [*de eodem* pall. 3, 4]). SEN. Ag. 937 *Orestis fugientis* laeva ... virenti -at ramo caput et ista ... palma ... velamen ... praestet. COLVM. 3, 10, 10 quod hominibus ignotum voluit esse *deus, sc. fetus procreationem,* ... ventre -xit. FRONTIN. strat. 2, 3, 14 ⟨scutis⟩ -ere galeas *refulgentes*. GELL. 6, 12, 2 *longiorem* vestem ... ad ulnas cruraque adversus oculos -enda (*cf. l. 59*). VLP. dig. 11, 4, 1, 1 ne fugitivi ... -antur a vilicis (*antea*: qui fugitivum celavit, fur est). ARNOB. nat. 7, 46 p. 405, 5 (= 406, 15) cuius *obstaculi* sese obiectu ... -erit *Aesculapius* (*antea*: nusquam ... comparuit). *al.* **b** *translate*: LIV. 25, 5, 1 hunc fraus publicanorum, deinde fraudem audacia -ens exitum habuit. VELL. 2, 100, 5 *adulter* nequitiam supercilio truci -ens. VAL. MAX. 9, 3, 3 quamvis factum eorum nobilitatis splendore -tum sit. PS. QVINT. decl. 14, 4 *venenum* blanda porrigentis dissimulatione -tum. GELL. 9, 10, 1 *Vergilius rem obscenam* translatione verborum ... -xit. PANEG. 12, 14, 5 deliciae ... formidinem -bant; ... securum videri volebat *Maxentius*. IVST. 38, 1, 10 risu -tis insidiis. HIER. epist. 22, 13, 1 *virgines lapsas* infelicem conscientiam mentita ... veste -ere (INTERPR. Paul. sent. 5, 18, 10 ad -endam c. [*ad 5, 16, 10* velandae c. suae gratia]). tract. in psalm. II p. 395 l. 27 sq. (*ad 84, 3* operuisti ... peccata eorum) in paenitentia ... peccata ... -untur, *sc. virtutibus,* non dimittuntur *ut in baptismate,* sed -untur. *al.*

3 *in describendo situ -itur: quod finitimum tangitur, proximitate afficitur* (*evanida vi defendendi, quae obvia est p. 2258, 22*): MIN. FEL. 4, 6 adsedimus, ita ut me ex tribus medium lateris ambitione -rent. AVIEN. orb. terr. 821 qua caespite *Asia* -it ambas terras (*sc. Africam et Europam*). *quod (in) habitaculo quodam conditur*: AVSON. 27, 3 (398 S.), 29 *ostrea,* quae -it aequor Abydi (*sim. ibid.* 32 quae -it amnis *quidam. cf. 31* tecta salo). INSCR. Ital. X 4 n. 77 (*saec. IV? inter commatica affertur* CE 1851) *gladiatores* ambos extincxit ⟦rudis⟧ (*i. ars glad.*), utrosque -it rogus. CLAVD. 8, 242 *Prometheus* distribuit partes animae ...; iram ... regio sub pectore cordis -it (*cf. Cic. Tusc. 1, 20* iram in pectore ... locavit *Plato*).

II *structura minus solita pro obi. est vel obversatur*: **A** *ipsum tegimentum, ut notio sit i. q. tegendo proicere*: **1** *act.: ab-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

solute (*technice in iure*): CIC. top. 24 (*e P. Scaev.*) ex quo tecto in eius aedis, qui -isset, aqua deflueret (*antea*: quod ... tectum proiceretur, *v. p. 1798, 16sqq.*). GAIVS dig. 8, 2, 2 *v. p. 1798, 26sq.* VLP. dig. 9, 2, 29, 1 hic in suo -xit. PAVL. dig. 8, 2, 1 pr. immittendi, -endi, proiciendi (-hibendi *trad.*) ... servitutem. *usum trans.* AMBR. spir. 3, 5, 33 *fide codd. carere monet Faller in proleg. ed. p. 21**. **2** *p. p. p.* -tum *pro subst. neutr. de tecto sim. proiecto* (*cf. p. 1798, 13*): VARRO rust. 3, 16, 23 *apes* faciunt ad foramen introitus -tum ‹in› alvum (‹ *trad.*, ante *Keil*]. PLIN. nat. 16, 35 *cortice* faciunt ... -ta tuguriorum. CIL VI 30881 [*a. 118*] mensam ... et -tum. 27571 -tum ante ollaria). CIL VI 10237, 9 (*a. 16*) *quaestores collegii* mensam ..., -tum ante porticum ... posuerunt. NERAT. dig. 8, 3, 2 pr. (*servitus praedii rustici*) -tum habere licere (POMPON. dig. 43, 26, 15, 2 immissa vel -ta. 47, 7, 6, 2 VLP. dig. 9, 2, 29, 1). EDICT. praet. dig. 9, 3, 5, 6 ne quis in suggrunda -ove ... *aliquid periculose* positum habeat (*inde* VLP. dig. 9, 3, 5, 12). FRONTO p. 66, 25 ut in omnibus ... taberneis, -teis, vestibulis, fenestris ... imagines vestrae sint ... propositae. VLP. dig. 9, 2, 29, 1 si -tum meum ... reccidisses. CIL VI 11998 monimentum circumdatum maceria cum -o. *al. in tit.*

B *res arcenda, ut notio sit i. q. tegendo prohibere*: STAT. silv. 3, 1, 121 coquitur *argilla* ... -tura hiemes atque exclusura pruinas. ANTH. 379, 4 hac *cruce* armata fides -it omne malum.

part. praes. prōtegēns, -entis *vergit in usum adi. p. 2258, 25. 2259, 38, subst. p. 2259, 44; gerund.* prōtegendus, -a, -um *in appellatione honorifica p. 2259, 34.*

p. p. p. **prōtēctus,** -a, -um *pro adi. vel subst.* **1** *adi., i. q. tutus, incolumis sim.*: PS. CYPR. pasch. 16 tunc ... templum ... et ipsa civitas ... per omnia perfecta et ‹-a› demonstrabatur (‹ › munita *var. l.; ad rem cf. I Esdr. 6, 14sq.*). SACR. Leon. 312 ut *populus* corpore et corde -us ..., quod ... sperat, optineat (*sim.* Greg. 201, 14 [853 D.]). *compar.* -ior (*falsa var. l. pro* tectior CIC. Phil. 13, 6): ANON. de mach. bell. 8, 1 *tichodifrus est* ante ballistae ... ducendus incessum, quo -ior ... ballista operetur. **2** *neutr. pro subst. v. l. 6.*

*deriv.: ?*protectibilis, protectio, protector (-trix), *?*2. protectus (-ūs).

compos.: improtectus. *cf. Onom.* (Protectus). *Schröder.*

prōtēlātio, -ōnis *f.* *a* protelare. *plur. non legitur.* *i. q. actio protelandi; c. respectu*: **1** *temporis, sc. protrahendi, differendi*: CONC.^{S} I 5 p. 287, 25 sine ulla -e ... convenimus (*cf. ibid. p. 369, 8* sine mora, *I 4 p. 62, 2* impigre; *gr. I 1, 3 p. 38, 15 ἀόκνως*). II 2, 2 p. 109, 24 (*antea*: intra III menses fieri ordinationes) extendi -is tempus (*cf. ibid. p. 40, 2. al.* dilationis, *gr. II 1, 2 p. 162, 31 ἀναβολῆς*). VEREC. in cant. 2, 8 l. 28 vitae -o longioris. GREG. M. moral. 32, 17 *deus creator* in actione sua nequaquam temporis -e distenditur (prodil- *cod. M*). *de iure temporis protelandi*: NOVELL. Iust. 111, 1 (= IVLIAN. epit. novell. 104) ecclesiis ... quadraginta annorum -o conferatur (*gr. ἐπέκτασις. antea*: triginta annorum ... exceptio). **2** *pugnandi, sc. tela eminus iaciendi*: CASSIOD. Ios. antiq. 15, 149 p. 437 bellum ... committitur et primum quidem -o, deinde vero multis ... ad manus venientibus Arabes afflicti recedunt (*gr. ἀκροβολισμοῖς*).

*?***prōtēlātor** (-lata *trad.*): dilator (-lata *trad.*), qui aliquem differt GLOSS.^{L} I Ansil. PR 3033. *a* protelare, *si recte restituitur.* *Bk.*

prōtēlo,** -āvī, -ātum, -āre. *a* protelum (*de voce q. e.* telum *intercedente v. p. 2262, 9*). *de origine*: PAVL. FEST. *v. l. 58.* DON. Ter. Phorm. 213, 2 -et: ⟨et -o⟩ et protelum a pro et tendendo dictum est, quod est ante et trahere; alii ab assiduo telorum iactu existimant dici (*affert Lucr. p. 2264, 18*). *scribitur* -til- PETR. CHRYS. serm. 5, 1 (*cod. A [saec. VI²?]. al.*) *et hic illic in recc.* *inter verba activa I^{ae} coniug. affert* CHAR. gramm. p. 474, 8. *inf. praes. pass.* -arei FRONTO p. 37, 6. *de notione* (*cf. l. 53sq. p. 1944, 17. 2262, 14sqq. 32*): PAVL. FEST. p. 235 -are: longe propellere, ex graeco videlicet *τῆλε*, quod significat longe. NON. p. 363, 1sqq. -are est 'percutere, perturbare' (*affert* TER. *p. 2262, 13 et* SISENNAM *p. 2262, 24*) ...; (l. 13) -are rursus 'adiuvare' (*affert praeter Varronem p. 2264, 14 etiam Catonem p. 2264, 6 et Lucil. p. 2264, 7sq., v. p. 2263, 63sqq.*) ...; (l. 17) -are etiam 'excludere' (*affert* TVRPIL. *p. 2262, 18 et* SISENNAM *p. 2262, 27*). GLOSS. II 464, 51 *ὑπερτίθημι*: differo, procrastino, ... -o. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 3032 -ta: in longum missa. 3034 protracta. 3035sq. -et: prolonget. provocet. III Abol. PR 101 -tos: exagitatos. IV Plac. P 16 -ta: dilatata. V Aa P 1594 -are: protendere, pertendere. 1602 -tus: procul missus. *sim. al.* *legitur in versibus apud* TER., TVRPIL., ARGVM. Plaut. *al., in prosa oratione ter apud* SISENNAM *et inde a* FRONTONE, APVL. **[vix recte trad.* GLOSS. *l. 49, nisi duae glossae sunt contaminatae; e coni. dub. supra p. 407, 36 nec non* VARRO frg. Non. p. 363, 16 (-at *Riese*; protelo *trad., v. p. 2264, 13*). CASSIOD. var. 12, 16, 3 (letata *trad.*; -ta *Mommsen,* plectenda *Fridh*).**]**

i. q. protelo urgere vel trahere (*imagine proteli fere evanescente, cf. tamen p. 2262, 13 et colorem magnae virium contentionis sublucentem primis sub IA*). *saepius cum structuris indicantibus quo -etur (vi tam locali quam temporali) per praepos.* (usque) ad *l. 40sqq. 69. p. 2263, 10. 24,* in *c. acc. l. 36. 38. 51. 56. p. 2263, 2. 52,* ultra *p. 2263, 38. 50, adv. p. 2263, 43, enunt. secund. l. 67, unde -etur per abl. separ. l. 18. 42, praepos.* de *l. 47; ceterum accedit dat. comm. p. 2263, 4. 25. 55, abl. instr. e. g. l. 13. 18. 24, abl. temporis l. 54. 65. p. 2263, 32* (*cf. adv. l. 59. 67. p. 2263, 22*).

I *pertinet ad demovendum*: **A** *modo infesto fere i. q. e sede movere, deturbare, profligare sim.* (*in sermone militari [v. l. 24sqq.] notio vocis fort. sec.* telum *mutata est, ita ut non modo sub 2, sed etiam l. 13. 18 intellegi potuerit vis q. e. telis propellere* [*cf. explicationes l. 16. p. 2261, 54. 60*]): **1** *incorporaliter, sc. conviciis, saevitia sim.*: TER. Phorm. 213 istuc serva (*sc. vultum confidentem sim.*), et verbum verbo, par pari ut respondeas, ne te iratus *pater* suis saevidicis dictis -et (*i. protelo ducat, ut Lucil. p. 2264, 7sq., sc. de proposito tuo demoveat; locum explicant* NON. *supra p. 2261, 60.* DON. *ad l.* 3 protrahat, percutiat [*Schoell*; proveniat *sim. codd.*], exagitet [*cf. p. 2261, 54*]. EVGRAPH. tela in te frequenter verborum mittens vulneret. SCHOL. p. 130, 8 confodiat vel distrahat). TVRPIL. com. 91 *filium* propter peccatum pausillum ... patria -tum esse saevitia patris (*explicat* NON. *supra p. 2261, 63*). FRONTO p. 37, 6 -arei conviciis talem, *sc. frugi,* a me virum. ARGVM. Plaut. Merc. 2, 12 coniunx ... -at virum, *sc. quem pro adultero habuit.* PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 565 p. 645 *Herodes rex* saevioribus dictis eum *filium* -at (*gr. ἀποκοινάμενος ἀπελαύνει*). **2** *corporaliter, sc. vi et armis* (*in sermone militari l. 24. 27, fort. per imaginem a re rustica sumptam*): SISENNA hist. 27 Romanos inpetu suo -ant *hostes sim.*, ‹-tos persecuntur› (‹ › *ita Ursinus*; prolectus [-lett-] p. *trad.*, protelo p. *Lindsay dubitanter, tribuens Nonio. locum explicat* NON. *supra p. 2261, 60*). 69 duae cohortes de subsidio procedunt atque equites -ant (*explicat* NON. *supra p. 2261, 63*). APVL. met. 8, 18, 4 *infestando vos lapidibus* hanc ipsam cladem (*sc. latrocinium*) de vestris -amus manibus. 9, 2, 4 me *asinum rabiei suspectum* ... arreptis cuiusce modi telis mutuoque, ut exitium commune -rent, cohortati ... persequuntur. *in explicatione mira*: GLOSS. II 463, 59 *ὑπεραspίζω*: protego, -o (*de eo, qui defendendo propellit?*).

B *quolibet modo*: **1** *vi locali vel imagine loci fere i. q. promovere, permovere, amovere*: TERT. paenit. 4, 3 haec *paenitentia* te peccatorum fluctibus mersum prolevabit et in portum divinae clementiae -bit (spect. 1 p. 1, 9 tanta est ... voluptatium vis, ut ... ignorantiam [*i. ignorantes*] -et in occasionem *peccandi*). PS. CYPR. singul. cler. 19 p. 195, 25 *ei non* recto cursu moliuntur continentiae scalas ascendere, quos, ut de alto praecipitet, elaborat ad culmen adversarius (*i. diabolus*) -are (CHALC. comm. 168 omnia, quae -ent ad sapientiam. 266 mentes hominum *-are* usque ad caeli convexa). AVIEN. Arat. 1125 Sirius ... -ans aequore Puppim *Argonis* (*cf. gr. 604 ἕλκων ἐξόπιθεν, Cic. Arat. 389* post ... trahit). PELAGON. praef. 1 nunc pauperem linguam nullus aut modicus sermo -at (*sc. aegre secum trahit sim., cum de medicina tantum equorum agam neque eorum laudes canam*). FVLG. Virg. cont. p. 106, 13 *Iuturna* currum eius *Turni* ... regit et eum de morte -at (*cf.* ad vitam *p. 2263, 34*).

2 *vi temporali fere i. q. differre, procrastinare*: **a** *in iure* (*cf. e. g. l. 73. p. 2263, 22. 38*): VLP. dig. 5, 1, 2, 7 in omnibus *actionibus sim.* ..., in quibus -atur admonitio, hoc procedere sine temporali damno creditorum oportet. CONC. Carth. a. 411, 2, 61 in quem diem debeat iudicium protel[at]ari (*antea*: dilatum esse). CONSENT. Aug. epist. Divj. 11, 17, 3 humanum hoc etiam haereticis visum est, ut lapidationis meae supplicium -ari brevissimo ... spatio paterentur. COD. Theod. 2, 4, 5 ne pervasionibus inproborum -andae cognitionis praebeatur occasio ([*cf. Interpr.* differre]. EPIST. pontif. 937 Conc.^{S} IV 2 p. 147, 7 in subsequentem diem). 2, 27, 1, 6 si ... longa debitoris absentia ... redhibitio *cautionis* -etur. Iust. 5, 37, 28, 2^{b} ne ... contra eos *curatorem sim. desiderantes* agentium iura diutius -entur. *al.* **b** *cetera exempla*: SYMM. epist. 6, 6, 2 (*antea*: allegastis ... piam causam morarum) solaciis ... leniendus est animus, quotiens -antur optata. FVLG. myth. 1 praef. p. 9, 2 (*verba Calliopes*) *Romae* novellos ... frutices (*i. poetas*) edidi ... ita vitae famam linquentes heredem, quo maius (magis *var. l.*) ‹celebriorem› obitum -rent (‹ › celeriorem *haud male coni. Muncker in ed. 1681*). AMBR. in psalm. 118 serm. 8, 11, 2 (*ad Luc. 23, 43* hodie mecum eris in paradiso) id ... unius diei spatio non patitur -ari (*ibid.* dilatione). RVFIN. Orig. in Rom. 7, 3 l. 89 moramur et emendationis nostrae tempus longius -amus, donec *eqs.* GREG. M. in euang. 37, 9 l. 239 hoc (*sc. oblationem hostiae*) pro extensae orationis magnitudine ad horam nonam usque -vit *episcopus.* *al.*

II *pertinet ad extendendum fere i. q. protrahere, producere* (*protrahendo addere p. 2263, 12*): **A** *sec. tempus*: **1** *-antur res*: **a** *tempus, vita sim.*: VLP. dig. 39, 2, 4 pr. dies cautioni praestitutus si finietur, praetoris ... officium erit ex causa vel ‹reum notare› vel -are eum (‹ › *corruptum?* renovare *F²,* iterum dare *Mommsen dubitanter.* eum, *sc. diem, intelleximus cum Basilic.; alii subaudiunt 'reum', ut ad 2b pertineat*).

[Schrickx]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

FVLG. Virg. cont. p. 107, 2 (*allegorice explicatur Aen. 12, 468sqq.*) *Iuturna* (*i. 'Diuturna'*) currum eius *Turni* circumagit, id est in longum tempus -at. HIER. in Ezech. 40, 24 l. 824 si longitudo vitae ... quinquagenarii anni, hoc est iubilaei, mysterio fuerit -ta. in Is. 11, 38, 4 l. 49 G. *ut* nobis ... per resurrectionem Christi vitae spatia -entur (RVFIN. Adamant. 3, 5 in hiemali tempore tenebrarum spatium in longius -atur [*gr. μηκύνεται. syn.* protenduntur, *v. p. 2267, 61*]). VVLG. deut. 5, 33 *ut* -entur dies in terra possessionis vestrae (*cf. 6, 2* prolongentur). IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 2, 84 (*ad Rom. 5, 13* usque ad legem ... peccatum erat in mundo) quod tu tempus usque ad finem legis -are conatus es (CYPR. GALL. Ios. 350 tempora). GREG. M. moral. 8, 82 vitam ... in tempora longiora -vit *Ezechias. al.* *-atur* spatium (*sc. quod insuper additur; cf. l. 36*): HIER. in Is. 11, 36, 22 l. 81 G. quindecim annorum spatiis -tis (*spectat ad Ezechiam ut sim.* adv. Iovin. 1, 25 p. 244[A], *cf. IV reg. 20, 6* addam diebus tuis quindecim annos). **b** *sermo sim. et varia*: SYMM. epist. 1, 90, 2 vereor -are testimonium meum. FVLG. myth. 1, 7 (*antea*: Megera ... quasi megale eris, id est magna contentio) *officium eius est* iurgium -are (*disting.* in voce erumpere). CASSIAN. inst. 2, 2, 1 *psalmos* antiphonarum -tos melodiis. conl. 9, 34, 7 nisi *Danihel* ... in primum atque vicensimum diem orationum suarum perseverantiam -asset (*cf. Dan. 10, 2sqq.*). POMER. 2, 8 longitudine nimium -ti voluminis. COD. Iust. 2, 58, 2, 12 ne diutius lites -entur (3, 1, 13, 1 invito iudice litem -are [*syn.* extendere]. 3, 1, 13, 8). HESYCH. in lev. 6, 19 p. 851[D] mane passio *Christi* incipiens ... usque ad vesperum -ta est. GILD. Brit. 94 chron. III p. 78, 3 ne in inmensum modum opusculum hoc his *fastidiosis* ... -etur. CASSIOD. var. 8, 2, 5 per quos *posteros* ... vigor animi *maiorum* -atur. MVTIAN. Chrysost. hom. 3, 5 p. 259[med.] si non vales in ecclesia publice longum -are sermonem ([*gr. p. 34 λόγον ἀποτεῖναι μακρόν*]. 27, 2 p. 403[med.] s. suum -are [*gr. p. 186 μακρηγορεῖν*]. 32, 3 p. 439[fin.] plurimum ... -are s. [*gr. p. 222 πολλὰ ... διηγήματα εἰπεῖν*]). *al.*

2 *-antur homines; spectat ad*: **a** *vitam sustentandam, continuandam*: TERT. adv. Marc. 4, 21 p. 488, 19 *deus* annis quadraginta ... de manna caelesti ... sexcenta milia hominum -vit. HIER. epist. 38, 1 Ezechias vicina morte terretur, ut ... quindecim annorum ⌞spatio⌟ -etur ad vitam (⌞ ⌟ spatium *var. l., ut pertineat ad l. 13*). **b** *moram inducendam* (*cf. p. 2262, 73*): SYMM. epist. 1, 1, 2 -rem te paululum, ni vererer, ne dilatione expectatio nutriatur; quare ... accipe *nunc carmen*. COD. Theod. 13, 5, 38, 1 si *praefectus urbi* ultra diem praefinitum permiserit naviculario *fraudis suspectum* -ari. PETR. CHRYS. serm. 5, 1 callidi debitoris est ... creditorem longa et artifici cavillatione -are. COD. Iust. 4, 20, 19, 2 oportet minime testes ... -ari (*sc. praeter necessitatem*).

3 *intrans. fere i. q. perseverare, perstare* (*ad notionem cf. l. 31 vel p. 2262, 72*): PS. ORIG. in Iob 3 p. 478[B] (*diabolus ad Iob*) quousque -as? (*pro syn. ponuntur* sustines, suffers, perstas; *spectat ad Iob 2, 9* adhuc tu permanes).

B *sec. varias condiciones; spectat ad*: **1** *formam montium productam*: AVIEN. orb. terr. 487 qua Sicanii tellus madet aequoris aestu, ut -tae molis iuga gurgite condit *mons Appenninus* (*cf. aliam imaginem gr. 341 ἅτε στάθμης* [*vel ἅτ' ἐκ σ.*] *ἰθυμμένον*). **2** *actionem dilatandi, diffundendi*: FVLG. aet. mund. p. 164, 24 *Alexander* ultra mundi terminos ... imperium -vit. COD. Iust. 6, 30, 19 pr. eam deliberationem (*i. ius deliberandi de paterna hereditate*) et in omnes successores, sive cognatos sive extraneos, duximus esse -andam. **3** *actionem augendi*: FVLG. myth. 1, 15 p. 26, 1 nullus scientiam quaerit, nisi in qua famae suae -et dignitatem. AMBROSIAST. in Rom. 8, 18, 2 rec. *β* cuius *Christi* etiam ⌞-ta sunt nobis⌟ beneficia ([⌞ ⌟ rec. *γ* -ta habemus]. *nisi ad A, sc. de beneficiis in perpetuum ductis*).

deriv.: protelatio, *?*protelator. *Schrickx.*

prōtēlum, -ī *n.* [*a* protendere, *cuius radix primitus erat* *ten, *ita ut subsit* *pro-ten-slo-. *quod ad suffixum* *-slo- *attinet, cf.* pālus < *pag-slo-, scāla < *skand-slā; -um *proprie significavit instrumentum quoddam rusticum. Fo.*] *de origine*: DON. Ter. Phorm. 213, 2 *v. p. 2261, 53. de notione: in codd. Nonii p. 363, 13 traduntur* CATO, LVCIL., VARRO *infra laudati sub lemmate* protelare rursus *est* adiuvare (*voluitne Non. locutionem* -o ducere *esse i. q.* protelare*? vix recte sub lemmate* protelare est percutere, perturbare *Lindsay attulit* CATONEM *et* LVCIL., *quos ad lemma, quod excidisset,* -o *pertinuisse coniecit L. Müller perperam de adv. cogitans; cf. Scarsi, Studi Non. V 1978, 279sqq.*). GLOSS. -um: ἔξαμπρον (*Scaliger in marg. cod. Leid.,* ἔκλαμπρον *trad., quod tuetur Laistner* GLOSS.[L] II Philox. PR 431 -um: ⟨...⟩. 431[a] ⟨praeclarum⟩: ἔκλαμπρον). [*dial. it.* (*Trento*) prodel, *it.* trapelo *'equus protelo adiunctus', raet. or.* pradel *'temo', var. dial. francog.* prodial (*Limousin*), prouiel (*Anjou*), podrieu (*Gascogne*), *francog. vet.* proix *'pars addita ad temonem producendum'; raet. occ.* priala (*Puschl., Bormio*), preala (*Bergamo*) *'trahea'. cf. M.-L. 6790a. C. S.*] [*e coni. vix probabili p. 2262, 26.*]

praeter formam gr. -α l. 28 non legitur nisi abl. instr. vel modi -o (-is) *olim pro adv. notionis q. e. porro sim. habitus.* **1** *proprie significatur vel funis (vel catena, nisi lignum) aptus ad producendum temonem, ut iumentis aratro vel plaustro iunctis adiungi possint iumenta auxiliaria, vel ipsa iumentorum in opere coniunctio*: -o ducere (*cf. l. 15*): CATO orig. 103 -o trini boves unum aratrum ducent. LVCIL. 248 quem neque ... tauri d. -o validis cervicibus possent (*eadem figura ad significandum quendam obstinatum, perseverantem*: 435 hunc iuga mulorum -o d. centum non possunt. *cf. p. 2262, 13*). *in comparatione*: LVCR. 4, 190 *in radiis solis* suppeditatur ... confestim lumine lumen et quasi -o stimulatur fulgure fulgur.

2 *transfertur ad:* *?***a** *adiumentum in discendo adhibendum* (*si recte trad.*): VARRO frg. Non. p. 363, 16 remotissimum a discendo formido ... et omnis perturbatio animi; contra delectatio -o ad ⌞discendum ducit⌟ (*Lindsay dubitanter sec. seriem exemplorum a Nonio traditorum, v. p. 2263, 63sqq.*; disce(n)dunt *trad.*, protelat ad discendum *Riese*). **b** *seriem quasi -o iunctam* (*cf. l. 10*): LVCR. 2, 531 corpuscula materiai ... summam rerum, *quae fiunt,* usque tenere, undique -o plagarum continuato (*v.* DON. *p. 2261, 54sq.*). REGVLA mag. 2, 29 *abbas opus fratribus iniunctum* incoet factis et tradens omnia ordinationis suae -o sequantur membra, qua duxerit caput. *?coniunctionem obscenam trium patrantium* (*loco parum perspicuo*): CATVLL. 56, 7 deprendi ... pupulum puellae trusantem: hunc ... -o rigida mea cecidi (*sunt, qui defendant var. l.* pro telo). **c** *iuga iumentorum -o iuncta*: PLIN. nat. 9, 45 *silurus piscis enormis* in Moeno ... -is boum ... extrahitur (*cf. 44 piscis e Pado* boum iugis extractus). 18, 173 -is binis ternisque ... arant. *in munere angariorum*: INSCR. Journ. Rom. Stud. 46, 1956, 46 l. 4 (*in Phrygia; saec. III*) *ποῦ πρώτηλα δίδεται;*

deriv.: protelo.

prōtempto: *προπειράζω* GLOSS. *a* pro *et* temptare.

prōtenam *v.* protinam. *Bk.*

***prōtendo,** -tendī, -tentum (-tēnsum), -ere. [*a* pro *et* tendere; *cf. προτείνω, vet. ind.* pra-tan. *Fo.*] NOT. Tir. 11, 84 -it. *p. p. p.* -tus *occurrit saepe inde a* VERG. georg. 1, 171 OV. met. 11, 511 FEST. p. 242, -sus *rarius, sc. apud* QVINT. inst. 11, 3, 119 HIL. in Matth. 13, 4 in psalm. 67, 15. *al.* HIER. adv. Iovin. 2, 21. *al.* *de notione*: GLOSS. -o: *προτείνω*. II 292, 57 *ἐκτεταμένος*: elatus, porrectus, productus, -tus. V 325, 2 pro[ro]tendere: longe videre (*dub.; fort. restituas* porro tendere). GLOSS.[L] Corp. P 778 -it: ostendit. I Ansil. PR 3038 -ens: porro tendens. 3040 -ere: provenire [alibi pervenire]. *al., v. et p. 2266, 46.* *legitur in poesi inde ab* ENN. *l. 69,* CATVLLO, VERG., OV., *in oratione soluta inde a* SORT. *p. 2266, 47,* FESTO, SEN. *philos.,* CVRT., PETRON.; *frequentatur e. g. a* PLIN. nat., AVIEN., CASSIOD. [*confunditur in codd. imprimis praeverbium* pro-*cum* prae- VERG. Aen. 11, 606 SVLP. SEV. dial. 2, 10, 4. *al.* (*cf. p. 279, 25sqq.; vix recte trad.* TAC. ann. 13, 43, 4), per- PRISC. periheg. 777. 784. *al.* (*cf. vol. X 1, 1778, 58sq.*), por- PLIN. nat. 2, 160 MART. CAP. 6, 713. *al. (cf. p. 11, 42sqq. et 2266, 46); trad. in var. l. minus probabili* sanam -ito dextram IVVENC. 2, 594 (redivivam tendito d. *cod. C*).]

i. q. foras vel porro tendere, sc. tendendo proferre (*de actione tam porrigentis sim. quam protrahentis, extendentis; fere trans. [usum refl. v. p. 2265, 66. 2266, 14. 29. 2267, 28, mediopass. imprimis p. 2265, 56. 2266, 23], absolute p. 2267, 73, intrans. p. 2265, 72*). *indicatur quo per praepos.* ad *p. 2265, 11. 18. 41. 2266, 25. al.* (usque ad *p. 2265, 58. 2267, 40sq. al.*; ad usque *p. 2266, 26. 2267, 55. al.*), contra *p. 2265, 4. 2266, 33,* extra *p. 2265, 13,* in *c. acc. p. 2265, 6. 23. 48. 2266, 31sqq. 2267, 41sqq. al., c. abl. p. 2267, 45,* ultra *l. 69. p. 2267, 57 et sim. al., per acc. direct. p. 2266, 40, adv. p. 2265, 15. 2266, 24. 38. al.; unde per praepos.* ab *p. 2266, 4. 25sqq. 2267, 56. al.,* de *p. 2265, 62. 2266, 13,* ex *p. 2265, 68. 2266, 10. 50. 2267, 38. al., per adv. p. 2265, 74. 2266, 60. al.; quam longe v. imprimis p. 2266, 5. 2267, 50sqq.* (*cf. praepos.* per *p. 2265, 52. 2266, 15. 2267, 64. al., adv.* qua *p. 2265, 64. 2266, 17. 36. al.*). *ceterum accedit e. g. dat. comm. p. 2265, 7sqq. 43. 2267, 55. al., incomm. p. 2266, 49. 2267, 15, abl. speciei externae p. 2265, 57, acc. respectus p. 2265, 63. 2266, 30.*

I *vi locali et usu inde derivando*: **A** *proprie*: **1** *potius de actione, motu* (*fere animantium [animalium p. 2265, 40sq. 57. al., siderum l. 75. p. 2265, 12. 63sqq., simulacrorum l. 74], sed rerum p. 2265, 51. 62. 68. 73*): **a** *respiciuntur animantes bracchia pandentes, manus porrigentes vel iis aliquid gestantes*: **α** *-untur ipsae manus vel bracchia sim.*: Ⓘ *qualibet intentione*: ENN. ann. 618 rex ⌞ambas *manus*⌟ ultra fossam -ere coepit (⌞ ⌟ *sec. Sacerd. gramm. VI 468, 6, ubi pro* -ere *trad.* retinere; *corr. Lachmann*). CATVLL. 66, 10 quam *caesariem* multis illa *Berenice* dearum levia -ens bracchia pollicita est (*gestu aliquid offerentis ut*: CVRT. 10, 8, 20 *rex* dexteram, qua id *diadema* tenebat, -ens, ut *alius* ... acciperet. LACT. inst. 2, 4, 19 sigilla, quae simulacrorum -tis manibus tenebantur [*postea*: porrigentibus]. AVIEN. Arat. 885 *Centaurus* dextram

[Galdi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-ere visus ad Aram [*gr. 439 ταν(ύοντι. cf. Cic. Arat. 213* tendit]. *al.*). VERG. Aen. 5, 377 *pugil* alterna ... iactat bracchia -ens et verberat ictibus auras (*huc pertinet* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 3039 -ens: [h]ictu excludens. *sim. in comparatione*: GELL. 13, 28, 4 *philosophus* consilia cogitationesque contra fortunae verbera ... quasi brachia et manus -ens [*antea*: proiectis ... brachiis]). OV. met. 14, 191 *Cyclops* bracchia ... in mare -ens gentem exsecratur Achivam. LAVS Pis. 253 tu nanti -e manum (*gestu opem ferentis, ut item in imag.*: SIL. 1, 655 Sagunto ... consanguineam -ere dextram. *proprie*: IVVENC. 3, 122 [*sec. Matth. 14, 31*] dextera *Christi* ... -itur obvia Petro). TAC. ann. 14, 8, 1 quidam manus -ere (*sunt qui ad l. 16 trahant*). GELL. 6, 1, 10 Scipio manum ad ... oppidi ... arcem -ens. AVIEN. Arat. 688 bracchia ... -tasque manus *Cephei* (*item de sidere p. 2264, 75*). AMM. 16, 5, 4 brachio extra cubile -to. *al.* *de gestibus oratoris*: QVINT. inst. 11, 3, 115 *si manus* aliqua demonstratione aut invocatione -imus. *al.* FORTVN. rhet. 3, 22 *manus* eo ne -antur, quo facies spectat, nisi *eqs.* CASSIOD. in psalm. 132, 1 l. 30. Ⅱ *supplicandi, venerandi gratia* (*cf. l. 10*): VERG. Aen. 12, 930 *Turnus* humilis supplex ⌞oculos⌟ dextramque precantem -ens (⌞ ⌟ *pertinet ad B1b*). PETRON. 17, 9 -o ... ad genua vestra supinas manus petoque et oro, ne *eqs.* (ob- *var. l.; cf.* CONC.^{S} I 5 p. 367, 29 [*in imag.*] vestra pia genua -sis manibus attingimus [*gr. I 1, 3 p. 66, 17 μακραῖς ταῖς χερσί, cf. I 3 vers. Tur. p. 175, 29* longis manibus]). TAC. hist. 1, 36, 3 nec deerat Otho -ens manus adorare vulgum. VET. LAT. II Macc. 3, 20 (recc. L, V) -entes manus in caelum ([*gr. προτείνουσαι, rec. X. al.* (ex)tend-]. 14, 34 [recc. L, X, V; *gr. προτείναντες, recc. B, M* levantes, *P* extensis]. PASS. Petr. 4 p. 27, 18). ARNOB. nat. 3, 6 p. 163, 20 devotas ... mentes et manus -imus supplices (RVFIN. hist. 3, 6, 14 s. dexteras). *al.*

β *-untur quaecumque manibus bracchiisve tenentur* (*fere arma*): VERG. Aen. 11, 606 *milites* hastas ... reductis -unt longe dextris et spicula vibrant ([prae- *var. l.*]. STAT. Theb. 9, 90 longe. TAC. ann. 2, 21, 1 praelongas h. 14, 37, 1). OV. met. 11, 511 solent ... ire pectore in arma feri -taque tela leones (prae- *cod. unus*). FEST. p. 242 'prolato aere' (*Enn. scaen. 16*) ... significat 'clipeo ante se -to'. PLIN. nat. 9, 153 tridentes. SIL. 13, 212 arcum. SERV. georg. 2, 406 ipsa *falx* -ta (potentia *cod. unus*) nihil valet, retro acta vero ... secat. VVLG. Esth. 8, 4 *rex* sceptrum aureum -it manu (prae-, ex- *var. ll.*). *al.* filium -ere: TAC. hist. 3, 68, 2 *Vitellius in contione* f. -ens, modo singulis, modo universis commendans. DARES 24 *Andromacha* Astyanactem f. -ens ante pedes Hectoris.

b *quolibet respectu*: **α** *trans., act. vel pass.*: Ⅰ *-untur partes corporis* (*manus v. supra*): PLIN. nat. 8, 147 *canes venatici* -entes ... rostra ad cubilia *ferarum*. 9, 101 *cocleae* bina ... ceu cornua -entes contrahentesque (SOL. 52, 35 [*opp.* replicat]. *cf. l. 57*). *al.* TAC. ann. 14, 8, 5 *Agrippina* centurioni ferrum destringenti -ens uterum. 15, 67, 4 *quidam morte multandus* admonitus fortiter -ere cervicem. LACT. opif. 10, 17 *bestiae* -ta ... cavataque *lingua* hauriunt aquam (HIER. epist. 125, 18, 1 post te ... -i linguam *ab inrisoribus tuis*). CLAVD. 20, 592 (*in imag.*) pro fronde Minervae has tibi -o lacrimas (prae- *var. l.*). *al.* Ⅱ *-untur res variae*: PLIN. nat. 17, 211 *traduces* adalligato -untur in viduam arborem unco. PANEG. 11, 16, 3 id, *sc. fines imperii Romani,* ... longius longiusque -ere licet. AVIEN. Arat. 1461 *si luna talis est,* percussi ut tenuem -at corporis umbram (SERV. auct. georg. 3, 145 *v. p. 1556, 16*). AMM. 17, 4, 15 (*de obelisco erigendo*) mons ... paulatim ... ⌞in arduum per⌟ inane -tus (id per arduum *cod. V*). NICET. spir. 2 p. 20, 1 (*in imag.*) ecce laquei duo dextra laevaque -si (*proprie*: LEX Visig. 8, 4, 23 *si venator* laqueos vel arcos -erit seu ballistas). *al.*

β *mediopass.*: LVCAN. 9, 673 defendunt ..., caput *Medusae* -ti (-tis *var. l.*) crinibus hydri. PLIN. nat. 11, 125 cocleis ... bina *cornua sunt,* et ut -antur ac resiliant. SIL. 16, 386 *eques* usque ad colla ... cornipedum -tus et in capita ardua pendens. HIL. in Matth. 13, 4 (*in imag.*) apostolos ... ex Christi virtute -sos et mundum inumbrantes in ⌞ramis⌟ intelligemus (⌞ ⌟ *sc. arboris, Matth. 13, 32. item c. respectu crescendi*: OPTAT. 2, 4, 1 [*in imag.*] ramus ... erroris -tus de mendacio. *cf. l. 68*). AVIEN. Arat. 160 sibila -ti ... ora Draconis (*c. acc. respectus ut*: 893 *Hydra* in Cancrum -ta caput [*cf. gr. 445 sq. κεφαλὴ ὑπὸ μέσσον Καρκίνον ἰκνεῖται*]. *cf. p. 2266, 30*). 273 qua -untur vestigia summa Bootis (*cf. gr. 96 ἀμφοτέροισι ... ποσσὶν ὕπο*).

γ *reflexive*: TERT. paenit. 10, 6 cum te ad fratrum genua -is, Christum contrectas (*cf. 10, 4* prostrato, *9, 6* provolvit). OPTAT. 1, 15, 1 (*in imag.*) ex qua radice sese usque in hodiernum erroris -erint rami (*cf. l. 61; spectat simul ad II*). AVIEN. Arat. 394 *Leonis* membra ..., ⌞quae semet tramite⌟ caeli plurimă -unt (⌞ ⌟ quia semete *trad., corr. Soubiran* [quia s. t. *iam Winterfeld*]).

δ *intrans. fere i. q. in anteriora niti, prorsum contendere*: AMBR. hex. 1, 6, 22 terram ... inmobilem manere, quod aequabili motu hinc atque inde ex omni parte -at (propendeat *cod. unus; cf. gr. p. 24*^{B} *χώραν ... οὐκ ἔχουσαν, ὅπου μᾶλλον ἀποκλιθῇ*). Isaac 8, 65 (*anima passionibus propellitur ut currus equis*) interdum ... equi inter se dissident et aut iracundia -it aut timor et se invicem impediunt.

2 *potius de forma, situ* (*fere mediopass., sed refl. l. 14*): **a** *vario usu*: VERG. georg. 1, 171 huic *aratro* a stirpe pedes temo -tus in octo (*item indicatur certa mensura*: SOL. 52, 40 *infra.* QVODV. prom. 2, 2, 3 [*sec. exod. 27, 9. 11*] centum per centum cubitos duo latera tabernaculi -untur. CLAVD. MAM. anim. 1, 20 p. 70, 1 illius *hominis* in pedes quinque -itur longitudo). PLIN. nat. 11, 244 inter quos *digitos* medius longissime -itur. SOL. 20, 5 istis *uris* ... taurina cornua in tantum modum -untur, ut *eqs.* ([*inde* ISID. orig. 12, 1, 34]. 52, 40 cornu e medio fronte eius *monocerotis* -itur [prae- *cod. unus*] ... ad magnitudinem pedum quattuor). RVFIN. symb. 12 *'latitudo' (Eph. 3, 18) significat partem crucis,* quae distenta in dexteram laevamque -itur. PRVD. perist. 11, 100 *funis* de ... iugo *equorum* in longum se ... -ens (*in imag.*: DONATIST. Aug. adv. Don. 18, 25 p. 123, 20 per seriem -sus peccatorum f.). *al.*

b *in descriptione orbis terrarum* (*totius mundi l. 24. 37; cf. sidera p. 2265, 12. 63 sqq.*): **α** *act.*: SEN. Phoen. 12 qua praerupta -it iuga ... Cithaeron. AVIEN. orb. terr. 122 *insula* litoris ... -ens latius undam (476 Ausoniae ... arva. *cf. l. 36*). 482 gens *quaedam* ... in rupis vestigia Pyrenaeae -ens populos. MART. CAP. 6, 632 cum *provincia* fines Carthaginem usque -ret (*pendet e Plin. nat. 3, 16* termini ... procederent). PRISC. periheg. 826 *forma Asiae* spatiis campos longis -it in ortum (*cf. gr. 888 πεπταμένον*). *al.* **β** *mediopass.* (*refl. l. 29*): PLIN. nat. 2, 160 *in medio mundi terra* adsurgit intumescenti similis extraque -itur (por- *var. l.*). 4, 29 a tergo *Pherarum* Pieria ad Macedoniam -itur. 6, 47 ab huius *urbis* excelsis per iuga Caucasi -itur ad Bactros usque gens Mardorum. *al.* AVR. VICT. Caes. 16, 13 quae *nationes* ... ab usque urbe *Carnuto* ... ad media Gallorum -bantur. AVIEN. orb. terr. 40 caespes ... immensus ... -itur, *sc. Asia* (678 ora Suniados, qua se -it c. Abantum. 1094). 667 -tus aquas Achelous (*c. acc. respectus ut*: 989 prolixus Ionum ... ager glaebam -itur). 1158 *Euphrates* in ... notum ... -itur ([*cf. gr. 979 μακρὸς ἐπὶ νότον εἶσι*]. *item indicatur caeli regio*: 1194 in boream. PRISC. periheg. 64 *sinus Arabicus* contra pelagus [*sc. pontum Euxinum*] -tus in austros. 839 *mons* Libanus ... -tus in ortum [*cf. gr. 901 ἠῴου Λιβάνοιο*]. *cf. l. 22. p. 2268, 25*). AMM. 14, 8, 5 orientis ... limes in longum -tus et rectum. 22, 8, 2 qua late -itur *mare Aegaeum.* FAV. EVL. 19, 4 (*ad Cic. rep. 6, 17*) terra ... nona est, ad quam Styx illa -itur. PS. AMBR. mans. 32 p. 32^{C} plurimas ambiens mansiones illa solitudo (*sc. Pharan*) hucusque -itur. OROS. hist. 4, 22, 6 *mare* obiectu -tae linguae (*i. paeninsulae*) tranquillatur. PRISC. periheg. 777 hinc Hellespontum -itur (per- *var. l.*) angulus ingens *Phrygiae* (*cf. gr. 809 ἐπιτρέχει*). *al.* *audacius de eo, quod distat* (*cf. IIB*): RVFIN. hist. 7, 11, 23 in loco squalidissimo ... a Paraetonio trium dierum itinere in desertum -to (*cf. gr. τριῶν ὁδὸν ἡμερῶν ... διεστηκότες*).

B *translate*: **1** *-untur res, quae potius*: **a** *proponuntur, ostenduntur* (*dicendo vel variis modis significando; nisi cogitandum de confusione cum* portendo, *cf.* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 3037 -ens: significans [*sim.* 3041 sqq.]): SORT. (CIL I^{2} 3398^{b}; *contextu manco*) ⟨p⟩rotendit turbam ⟨m⟩agnam (*si recte huc traximus coll.* SCHOL. Pers. 5, 185, 5 *omen quoddam* periculum -bat ei, pro quo factum fuerat [por- *var. l.*]). TERT. adv. Prax. 9 p. 239, 18 quasi *meum dictum* ex diversitate separationem -at patris et filii (por- *Iunius; an cf.* praetendo *p. 984, 11 sqq.?*). TRACT. Pelag. 2, 6 p. 20 nobis per Christum ... castitatis forma -itur (proponitur *var. l.*). SVLP. SEV. dial. 2, 10, 4 (*in similitudine*) illa *pars prati* ... fornicationis imaginem foedam -it (prae- *var. l.*). EVSEB. EMES. serm. 27, 9 ut propositio paternae dilectionis -ret defensionem et radicaret adhortationem (*cf. 27, 10 p. 200, 20* praebebit). BOETH. top. Arist. 104a14 *sunt* contraria his, quae videntur esse probabilia, secundum contradictionem -sa (*sim. technice respiciuntur propositiones, i. προτάσεις, ut gr. respondeat προτείνειν,* 105b1 *et al. ibid.*). *al.* **b** *aliquo diriguntur, referuntur*: CATVLL. 64, 127 montes, unde aciem ⌞⟨in⟩ pelagi vastos -ret⌟ aestus *Ariadne* (⌞ ⌟ *dub., v. p. 980, 74 sqq., sed cf.* oculos VERG. *p. 2265, 17*). NEMES. cyn. 194 in parvos *catulos* ... -ere curas (*cf. 197* impende labores). ARNOB. nat. 3, 6 p. 163, 20 mentes (*v. p. 2265, 26*). HIL. psalm. instr. 18 *finis* ex se nihil in aliquid aliud -ens (*cf. Cic. fin. 1, 42* ipsum [*sc. τέλος*] nullam ad aliam rem *refertur*). SYMM. epist. 7, 27 non eatenus pontificium tuum in nostra damna -as! AVG. civ. 21, 24 p. 533, 1 *ii,* quibus placet istam sententiam (*sc. psalm. 76, 10*) usque ad illa impiorum tormenta -ere (*simul spectat ad c*). CASSIOD. in psalm. 72, 14 l. 245 *Christus* spem nostram de isto mundo auferens ad caelorum regna -it. *al.* **c** *dilatantur, augentur* (*cf. l. 67*): PS. APVL. herm. 4 p. 267 *licet propositionis* partem in plura verba -ere, ut si pro 'Apuleio' dicas 'philosophum Platonicum' (*cf.* DIOM. gramm. I 440, 24 per circuitum verba -ere). NON. p. 374, 23 proferre *opes*: -ere (*dub.; falso enim trad. locus allatus, sc. Cic. rep. 3, 24*). SERV. Aen. 6, 703 (*definitur εἱρμός*) unus sensus -tus per multos versus. PRVD. c. Symm. 1, 28 *Theodosius* imperium -it latius, aevo posteriore suis cupiens sancire

[Galdi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

salutem, *sc. per leges de recta fide* (*sunt qui aliter interpungentes ad IIA trahant*). EVSEB. EMES. serm. 29, 12 passio *Christi* eorum *Iudaeorum* -it incredulitatem (*praecedit p. 2269, 24*). SIDON. epist. 8, 1, 1 epistularum seriem. CASSIOD. in psalm. praef. 3 l. 9 *finis perfectus* tunc nobis -i magis ac dilatari incipit, quando ad eum mens devota pervenerit. *al.* *-i dicuntur numeri progredientes* (*aliter l. 18*): BOETH. arithm. 1, 24, 3 l. 12 *in superparticularibus quique numerus minor* secundum maiorum normam multitudinemque -itur (*cf. 2 l. 8* progreditur). mus. 2, 3 p. 228, 13 (*definitur multitudo*) crescit ... per numeros atque in infinita -itur (progreditur *var. l., quod verbum antea occurrit*). **d** *-endo efficiuntur*: HIL. trin. 6, 12 (*in explicanda substantia dei patris et filii*) media materies *lucernae bilychnis* lumen ex se utrumque -ens. SYMM. epist. 3, 4, 2 meae occupationes ... nihil mediocre -unt. AVG. gen. ad litt. 10, 3 p. 299, 22 quorum *humanorum corporum* ex illis primis *creatoris* operibus propagatio continuata successione -itur. COMM. instr. 2, 6, 7 lites fratri -is (*nisi ad l. 68*). EVSEB. EMES. serm. 23, 10 cursum. CASSIOD. inst. 1, 21, 1 cum *Hieronymus* aliquos libros magna ubertate -at (per-, perprotendat, propendat *var. ll.*). *-i dicitur numerus multiplicatione generandus* (*aliter l. 6*): BOETH. arithm. 2, 27, 1 l. 2 si unitate tantum discrepent, qui multiplicantur, ... *huius modi* numeri -untur (*cf. gr. 2, 17, 2 ἀποτελοῦνται*). CASSIOD. in psalm. 127 praef. l. 2 (*de numero IX*) trina triplicatione -tus sanctum nobis trinitatis culmen ostendit.

2 *-untur animantes* (*genus, animae qualitates pro persona*): **a** *generatim*: PS. APVL. Ascl. 22 *deus homines* ipsos ad inmortalitatis spem intentionemque -ens (*cf. p. 2266, 68*). SERV. Aen. 4, 231 ('proderet *genus*', *v. p. 1629, 21*) ⌊-ret⌋, hoc est propagaret (⌊ ⌋ per- *cod. unus*). AVG. anim. 4, 18, 28 (*e Vinc. Vict.*) quod anima formam de corpore accipiat et cum incremento corporis -atur et crescat (*cf. p. 2265, 61*). *reflexive* (*cum colore aliquo contendendi vel nitendi*): HIL. trin. 10, 53 ad quam *potestatem dei* si se infirmitas -et, magis infirma reddetur. VINC. VICT. Aug. anim. 4, 2, 2 sapientia mundi, quae sese usque ad veri cognitionem ... -it. CONC.^{S} I 5 p. 285, 13 quur ... *haeretici* sudant frustra et superflue se -unt? (*gr. I 1, 7 p. 62, 26 διατείνονται, cf. I 5 p. 140, 27* contendunt). EVSEB. EMES. serm. 18, 8 rationis non est ad eos *irreligiosos* ... nosmetipsos -ere (*postea*: properare ... ad alia). **b** *speciatim in doctrina Sabellianorum aliorumve -itur deus pater in virginem et filium emanans* (*cf. vol. V 2, 1972, 61 sqq. et infra p. 2268, 74*): HIL. in psalm. 67, 15 *haeretici quidam* in corpus atque ex se ⌊-sum permanantemque⌋ patrem loquuntur (⌊ ⌋ progenitum permantemque *cod. V saec. V*). syn. 45 innascibilem deum usque ad sanctam virginem substantiae dilatatione -ere (trin. 1, 16 [*praecedit p. 2268, 75*] dum u. ad v. pater -sus ipse sibi sit in filium. *cf.* in v.: *ibid.* 4, 4. FERRAND. epist. 5, 2 p. 911^{D} *dum pater* -sus in v. et nascendo inter homines filius fieret). trin. 6, 17 naturam indemutabilis dei, quae nec extendi nec -i possit (*cf.* PS. VIGIL. THAPS. trin. 5, 46 *substantia dei trini non est* extensa ⌊invicem⌋ [*om. rec. II*] vel -sa in aliquo). 10, 51 -si sermonis potestas (-ti, profitenti *var. ll.; antea*: extensae vocis). VIGIL. THAPS. c. Arian. 1, 4 *deus* nec seipsum -endo cumulatus nec suam in virgine portionem derivando divisioni subiectus.

II *vi temporali significantur tempora, actiones sim.*: **A** *quae protrahuntur, continuantur* (*saepe indicatur quamdiu vel quo usque* [*ultra personam l. 60*]): SEN. epist. 120, 17 in quantum potest aetas humana -i, tantum spe occupamus (AVG. in psalm. 60, 6 l. 27 nisi usque in finem *saeculi* -retur *ecclesia*. MACR. Sat. 1, 14, 3 ut annus ... in quadringentos quadraginta tres dies -retur, *sc. intercalando. al.*). SIL. 6, 596 Iovis ... Italis tempus -ere regnis cura fuit. AMM. 19, 1, 9 certamina ad usque finem diei -ta (27, 2, 6. *omisso* ad: 29, 5, 48 a sole orto u. diei extimum). SERV. Aen. 7, 776 quibusdam artibus ... hominum vitam ultra fata -i (COD. Theod. 4, 14, 1 pr. actiones u. triginta annorum spatium. HIL. AREL. vita Honorat. 21 l. 17 nullius paene angustiae ad ipsum *Honoratum* pervenerunt, quae u. ipsum -rentur ac non in ipso metam reperirent). RVFIN. Adamant. 3, 5 aestivis mensibus lucis -untur spatia longiora ([*gr. μηκύνεται τὸ φῶς. syn.* protelatur, *v. p. 2263, 7*]. MACR. Sat. 1, 21, 10 *post aequinoctium vernum* sol diem longiorem nocte -it). Orig. in gen. 8, 4 p. 80, 11 (*ad gen. 22, 3 sq.*) per triduum iter -itur (OROS. hist. 6, 1, 28. MVTIAN. Chrysost. hom. 28 p. 413$^{med.}$ haec *bona* ... per infinita saecula -untur [*gr. p. 197 ἔσται ... ἐν ἀπείροις αἰῶσιν*]). AVG. in euang. Ioh. 36, 4 l. 45 (*antea*: producta morte necabantur *crucifixi*) mors ipsa -batur, ne dolor citius finiretur. COD. Theod. 3, 32, 1 *ut* inchoata lis pos⟨sit proten⟩di (*disting.* terminari; *cf. l. 15*). QVODV. prom. 1, 7, 13 *sex* aetatibus ... hominis longaeva vita -itur, donec ab infantia recurrat in senium (*item per abl.*: OP. imperf. in Matth. 49 p. 907$^{med.}$ tribus annis et sex mensibus -endum est Antichristi regnum). RVSTIC. c. aceph. p. 1202^{A} ⌊quid⌋ volumus sermone -ere? (⌊ ⌋ *i. 'cur', vix pro obi.*). *al.* *respicitur productio syllabarum*: GELL. 2, 17, 1 (*sec. Cic. p. 1643, 6 sq.*) 'in' et 'con' praepositiones ... tunc produci atque -i, cum *eqs.* (*de praeverbiis ut*: 4, 17, 7 p.istae possunt non barbare -i. 4, 17, 9 metri gratia). **B** *quae differuntur, prolatantur*: PLIN. nat. 17, 114 licet ... in Maium ... mensem -ere insitiones *pirorum* (*cf. 113* recrastinare). ISID. nat. 6, 4 *in anno embolismo* longius dies paschae -itur (per- *cod. unus*). **C** *quae protrahendo adduntur* (*pro obi. est, quod abl. indicatur p. 2267, 71*): DON. Ter. Andr. 615 *moram* (*v. p. 1639, 4 sq.*). CYPR. GALL. gen. 201 (*cf. gen. 5, 11. 14*) quem *Enos* Cainanus adaequans quinque fuit ... -tis (pot- *cod. unus*) longior annis. EVSEB. EMES. serm. 18, 45 (*ad gen. 40, 23 sq.*) oblivisceturte homo, et -etur tibi, *i. captivitati tuae,* biennium tempus (*cf. l. 3* additum est ei *Ioseph* biennium). **D** *quae transiguntur, peraguntur*: SCHOL. Pers. 3, 67, 2 quam *vitam* debemus virtute -ere (CASSIOD. in psalm. 24, 11 l. 218 quantum vita -itur, tantum ... peccatur). EVSEB. EMES. serm. 19, 9 quadraginta ... dies -erat in monte Moyses.

p. p. p. **prōtentus** (-tēns-), -a, -um *pro adi.* protens- *legitur* POTAM., PHYSIOGN. *al.* NOT. Tir. 12, 9 -us. *compar.* -ior *v. l. 19. 25; superl. deest, sed cf.* nimium -us *l. 27,* valde -us *l. 35.* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 3046 -us: extentus.

fere i. q. extentus (*exempla potiora; minus certa v. sub verbo*): **1** *vi temporali*: SOL. 30, 9 dimidio ... eorum *Macrobiorum* -ior quam nostra vita est (*sec. Melam 3, 85* dimidio ... longius). SVPPL. Lucan. 1, 671 continuam *seriem malorum*: -am.

2 *vi locali potius spectat ad*: **a** *latitudinem*: POTAM. subst. l. 83 C. nivalia agni vellera -ae trabes accipiunt (*sc. ut Christum crux*; -pensae *cod. unus sec. l. 84 C.*). AVIEN. Arat. 1506 -o ... inani. orb. terr. 128 gurges -ior. 598 Phocis lucis in exortum -ior (*cf. gr. 438 ἑλκομενή, Prisc. periheg. 454* extenditur). 719 -a ... Propontis (*cf. gr. 540 πέπταται*). AMM. 21, 10, 1 suburbanis ... amplis nimiumque -is. HIER. in Ier. 3, 15, 3 *reges* sedent ... -o aqualiculo super thronum (adv. Iovin. 2, 21. *cf. Pers. 1, 57* propenso, *p. 1974, 69 sq.*). GLOSS.^{L} I Ansil. CA 607 (med. p. 15) huic *mamillarum cancro* ven(a)e -(a)e ex utraque parte cernuntur (*cf. Galen. ad Glauc. 2, 12 p. 141 Kühn ἀποτεταμέναι*). **b** *longitudinem* (*olim falso edebatur* -a *pro* propensa GREG. M. moral. 1, 56): AVIEN. orb. terr. 17 *in oriente situs terrarum est* latior ..., cetera -us. PHYSIOGN. 126 hispido corpore, -is capillis. CASSIOD. Ios. antiq. 8, 137 p. 230 *Salomo* aedificavit ... porticus valde -as (*gr. μηκίστας*).

n. **prōtentum,** -ī *pro subst.* *usu technico rhet. significatur colon longius quam per metrum liceat*: POMP. gramm. V 133, 29 apud oratores incisum dicimus et -um; -um dicimus, quotiens post pedes legitimos superest syllaba (*aliter Quint. inst. 9, 4, 122 sq. ab 'inciso' distinguens 'membrum' i. colon*).

adv. **prōtēnsē.** GLOSS. -e: extense, expanse (*inter gloss. Verg.*).

deriv.: protensio (-tio), protento. *Galdi.*

prōtenis *vel* **prōtinis** (*nisi* pro-) *adv.* [*pro* protinus (protenus *p. 2280, 42*) *sec.* magis, nimis, *si quidem* NONIO *fides habenda? Fo.*] *i. q. protinus*: AFRAN. com. 107 (*de metro parum constat, v. Ribbeck ad l.*) comissatum -s recta domum digredimur (*trad. fere* -tenis; *versus inducitur* NON. p. 376, 4 nonnulli veterum pro eo, quod protinus est, protinam vel -s converterunt [*trad. fere* -tinis; *cf. p. 2280, 41*]). *Breimeier.*

prōtēnsē *v.* protendo *l. 41.*

prōtēnsio, -ōnis *f. et* prōtentio, -ōnis *f.* *a* protendere. *scribitur* -tens- *in inscr. a. 238 (v. l. 63) nec non apud* HIL. trin. 5, 37 l. 5 (*etiam in pluribus codd. saec. V–VI, ut* 6, 17 l. 18. *al.*). HIER. vita Pauli 7 RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 17, 2 CONSVLT. Zacch. 2, 16, 11. *et saepius,* -tent- *non nisi* PS. APVL. herm. 1 p. 265 (*in var. l., ut* MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 63 l. 22 [-tens- *cod. Sichardi, ut vid.*]. HIL. trin. 1, 6 l. 17 [-tent- *cod. unus rec.*; -tens- *cod. D saec. V/VI et cett.*]. *al.*). MAR. VICTORIN. adv. Arium 3, 1 l. 31 SERV. Aen. 2, 268 auct. Aen. 4, 206. *legitur in prosa oratione inde a saec. III/IV.*

i. q. actio protendendi vel status protensus (*meton. v. imprimis sub 1a et b; saepius accedit gen. obi., praepos.* in *c. acc. p. 2269, 1,* ex *p. 2269, 2*): **1** *usu fere technico*: **a** *in re militari respicitur praesidium protegendo oppositum* (*sc. meton. de loco vel de corpore militantium, nisi de eorum munere; conferasne* praetentura?): INSCR. Année Épigr. 1934 n. 230 (= Aquil. Brusin 266; *a. 238*), 18 *praepositus* militum agentium in -e Aquileia(e). **b** *in arte dialectica respicitur πρόταsις, propositio* (*cf. p. 2266, 58*): PS. APVL. herm. 1 p. 265 *species orationis* veritati aut falsitati obnoxia, quam *vocant* ... Graeci *πρόταsιν,* tum *ἀξίωμα,* ego verbum e verbo tum -em, tum rogamentum (*syn.* effatum, proloquium, enuntiatum, propositio). **c** *in theologia respicitur natura:* *animae quodam modo extensae*: MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 63 l. 22 *anima est trias* non scissione, non divisione, non effusione, nec -e neque partu praecisa *eqs.* 3, 1 l. 31 quod inde (*sc. ex divinis*) nascitur, imago *est,* non scissio, nec effusio, sed effulsio, nec -o, sed apparentia *eqs.* *divina, sc. emanatio dei patris in virginem et filium* (*fere sec. doctrinam Sabellianorum; cf. p. 2267, 36*): HIL. trin. 1, 16 ut *nativitas filii* -o (-fessio *cod. unus*) sit potius

[v.L.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in hominem quam descensio (*seq. p. 2267, 40*). 5, 37 non ... per desectionem aut -em aut derivationem ex deo deus est. 6, 35 non est portio, non est desectio, non est deminutio, non derivatio, non -o, non passio. CONC.^{S} I 5 p. 73, 14 quae *absurditas* corporum more demutationem dei et -em et inclusionem cogat fateri. VIGIL. THAPS. c. Arian. 1, 4 *Sabellius* nescio quod -is vitium tantae ingerens maiestati (*postea: deus* extensus est in virgine). *al., fere apud* HIL. **d** *in gramm. augentur syllabae*: SERV. Aen. 4, 206 (*item fere* SERV. auct.) Maurusia: Maura; nam -o est.

2 *usu communi*: **a** *in iunctura* -o manuum (manus HIER.): HIER. vita Pauli 7 dexterae -e manus ... *indicare* iter. RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 17, 2 (*subest exod. 14, 26 sq.* extende manum *eqs.*) bellantibus -o sola m. victoriam dabat (*Migne gr. 35, 744*^{B} ἔκτασις. *cf.* CHRYSOST. hom. V 765^{B} [13 p. 348, 36 M.] non ... ut pugnantes, sed ut choros agentes m. -e triumphabant *Iudaei*). IVLIAN. epit. in psalm. 67, 32^{b} dominum suum Aethiopia profitebitur -e m., submissione capitis (*item in veneratione dei*: 133, 1$^{d\text{-}e}$ religiosa -e m. benedicendi. CASSIAN. conl. 21, 26, 2). **b** *vario usu, sc. cum respectu: temporis vel loci, sc. extendendi, protrahendi*: SERV. Aen. 2, 268 descriptiones ... pro rerum qualitate vel tenduntur vel corripiuntur; illo ... loco (*sc. 4, 522 sqq.*) -o ad invidiam pertinet Didonis vigiliarum (*cf.* ENNOD. opusc. 3, 192 p. 380, 23 -e libelli). CONSVLT. Zacch. 2, 16, 11 quo ... pacto includi qualibet -e temporum potest *deus*? EVSEB. EMES. serm. 18, 16 (*cf. gen. 22*) *transierat itineris Abrahae tertia* nox, et nondum finis, sed -o erat tentationis dilatio (pretentio *cod. unus*). *gradus, sc. augendi*: EVSEB. EMES. serm. 29, 12 -em habuit incredulitas *Iudaeorum* maiorem post passionem (*seq. p. 2267, 2*). OP. imperf. in Matth. 42 p. 868$^{in.}$ *imaginem dei exhibeamus* non luxuriae sordibus attaminatam, non elationis -e levem *eqs.* (*spurium? cf. Étaix, Rev. Bénéd. 84, 1976, 276*).

prōtēnsus *v.* protendo. **prōtentio** *v.* protensio.

prōtento, (-āvī), -ātum, -āre. *a* protendere. *i. q. protendere, extendere*: AVIEN. Arat. 286 Spică ... -tă manu *Virginis* (*cf. gr. 97 ἐν χειρὶ φέρει Στάχυν*).

prōtentus *v.* protendo. **prōtenus** *v.* protinus.

proterbus *v.* protervus.

prōtermino, -āvī, -āre. *a* pro *et* terminare. *fere i. q. terminando promovere, proferre* (*vi locali; c. praepos.* in SIDON., ab SYMM.): *proprie -antur ipsi termini sim.*: APVL. met. 9, 38, 3 licet ... fines usque et usque -veris, habiturum *esse* te tamen vicinum aliquem. SIDON. epist. 3, 1, 5 etsi illi *Gothi* ... possessionis ... metas in Rhodanum ... -ant. *translate et reflexive de discedente*: SYMM. epist. 9, 69 vereor ..., ne te diu ⌊ab urbe⌋ -es (⌊ ⌋ ad urbem *var. l.*). *v. L.*

※**prōtero,** -trīvī, -trītum, -ere. *a* pro *et* terere. *de formis* (*inter verba tertiae coniug. affert* EVTYCH. gramm. V 481, 21): *inf.* -ire *exhibet* GREG. TVR. Franc. 8, 39 p. 405, 17, *perf.* -teruit *ibid.* 6, 43 p. 315, 11. GLOSS. -it: pedibus terit. GLOSS.^{L} Corp. P 654 -i: brecan (*anglosax.*). *al. ibid. legitur inde a* PLAVTO, RHET. Her., CIC. [*confunditur in codd. imprimis cum* poterit, poterunt *sim., e. g.* PS. QVINT. decl. 6, 9 PRVD. apoth. praef. 2, 42. OROS. hist. 7, 40, 3 (*ubi et* proderunt), *ceterum e. g. cum* proterrere *p. 2270, 28 et* FRONTIN. strat. 2, 4, 12. *al. (e coni. p. 2271, 46); in falsa var. l. pro* proderit LVCAN. 5, 587; *e coni. dub.* CAES. Gall. 7, 81, 4, *v. p. 2271, 49.*]

i. q. prosternendo terere, conculcare sim. (*adhibetur fere vi perfectiva, sed durativa [iterativa] p. 2270, 11. 16; iuxta ponuntur e. g.* calcare *p. 2270, 24. 46. 74. al.,* conculcare *l. 69. p. 2270, 9. 64. 2271, 1,* proculcare *p. 2271, 9,* prosternere *p. 2270, 21. 40,* subigere *p. 2270, 14*): **I** *proprie et in imagine* (*significantur, qui [quae] vi corporali comminuuntur, conficiuntur, indicato saepe abl. instr., e. g.* pedibus *l. 62. 71. p. 2270, 23. 46. al.,* curru *p. 2270, 22* [*cf. p. 2270, 48*], trabibus *l. 64; notione potius generali p. 2270, 7*): **A** *-untur animantes, partes corporis vel terrae* (*pro incolis*): **1** *generatim* (*saepius in imag.; cf. p. 2276, 15*): PLAVT. Men. 864 iubes ... *me* in currum inscendere, ut ego hunc -am leonem? (*i. senem clamantem*). Truc. 268 te, mulier, quasi sus catulos, pedibus -am. VAL. MAX. 2, 7, 14 *dux transfugas* elephantis -endos substravit. STAT. Theb. 1, 622 trabibus duris ... -ere exanimos artus *monstri.* 4, 815. PS. QVINT. decl. 6, 9 -at miserum *filii cadaver* onustum vehiculum (*cf.* HIST. AVG. Sept. Sev. 11, 8 *ut equus* audacter -ret *cadaver Albini*). HIL. in Matth. 4, 10 *ne quidam ex ecclesia* proiecti ... pedibus incedentium -antur (*in imag. sec. Matth. 5, 13 ut sal* conculcetur). AMM. 22, 11, 8 *plebs episcopum* petit raptumque ... -ens et conculcans. HEGES. 3, 20, 2 p. 224, 4 in mare lapsi concursu alveorum -bantur. PRVD. cath. 3, 150 femineis vipera, *i. diabolus,* -itur pedibus. perist. 3, 74 (*in imag.; loq. Eulalia*) idola -o sub pedibus (*cf. p. 2270, 50*). SIDON. epist. 4, 22, 6 saltibus gloriae -ere ... cervices vituperonum seu supercurrere.

2 *speciatim in pugna, bello* (*animalium p. 2270, 17*): **a** *usu laxiore -unt ipsae copiae, dux copiarum sim.* (*partes in seditione civili l. 9*): **α** *de equitibus, sc. servata quodammodo notione conculcandi sim.*: PLAVT. Amph. 246 *equites* -unt hostium copias. CAES. civ. 2, 41, 5 equitatus hostium ... circumire aciem nostram et aversos -ere incipit. HIRT. Gall. 8, 48, 7. BELL. Hisp. 14, 2 *equites nostri* inter turmas adversariorum -ti. FRONTIN. strat. 2, 4, 12. TAC. hist. 4, 17, 3 Batavo equite -tos Aeduos. HEGES. 5, 42, 4 p. 389, 3. **β** *de quibuslibet, sc. notione generali superandi, fugandi sim.*: RHET. Her. 4, 53, 66 (*loq. Roma*) quam dolis ... labefactare non potuit *Carthago,* eam patimini nunc ab homunculis deterrumis -i atque conculcari? (*antea*: vestris seditionibus). HOR. carm. 3, 5, 34 (*ironice*) *captivus redemptus* Marte Poenos -et altero. SIL. 15, 527 (*loq. Italia*) decima ... iam vertitur aestas, ex quo -imur. TAC. hist. 2, 26, 1 Othonianus pedes erupit: -ta hostium acie versi in fugam *sunt milites.* HIL. in psalm. 65, 3 alalagmos ... significat vocem exercitus ... in concursu -entis hostem. AMM. 29, 5, 53. CLAVD. 3, 374 qui *Honorius* subiget Medos et cuspide -et Indos. OROS. hist. 5, 4, 14 *Viriatus* cum per quattuordecim annos Romanos ... exercitus -visset *eqs. al. de tauro cornibus pugnante* (*cf. p. 2271, 46*): AMBR. in psalm. 43, 15 bos *cornibus* ... ursum -it.

b *pleno respectu conculcandi, prosternendi sim.* (*imprimis de singulis opprimentibus, de equis, elephantis, rotis, saxis*): BELL. Afr. 83, 2 *bestiae* perterritae ... suos ... -ere ... contendunt (*de elephantis ut*: PLIN. nat. 8, 27 prosternunt acies, -unt armatos. *cf. p. 2269, 63*). VERG. Aen. 12, 330 *Turnus* agmina curru -it ([CLAVD. DON. *ad loc.* p. 591, 28 equorum scilicet pedibus et rotarum inpulsu]. HOMER. 477 *auriga deiectus* c. -itur pedibusque simul calcatur equorum. STAT. Theb. 7, 58 -ta ... curribus ora). CVRT. 5, 3, 18 *saxa devoluta* agmina -bant (*cf.* HOMER. 675 *Hector Teucrum* saxo ... occupat ... *et* incautum -it). VAL. FL. 6, 522. SIL. 2, 175 rota -it agmen. TAC. ann. 1, 65, 5 illi *equi* ... excussis rectoribus ... -ere iacentes ([-terr- *trad.*]. PANEG. 4, 29, 5). AMM. 15, 4, 12 -bant barbaram plebem ... calcantes cadaverum strues (*-untur sauciati, mortui ut*: HEGES. 5, 25, 2 iacentes reliquias cruentato -ere vestigio [*gr. 6, 2 πατεῖν*]. *cf. p. 2269, 65*). *al.*

prōtribūnālis, -e. *ex iunctura* pro tribunali (*v. p. 1420, 24sqq.*). *non nisi neutr. plur.* -ia *pro subst. formis gr. traditum in tit. libri Vlpiani; significantur, quae pertinent ad magistratum pro tribunali sedentem* (*i. ius dicentem; ad rem v. Liebs, HLL 4, 1997, 183*): DIG. tit. libr. 24, 5 protribonalion βιβλία δέκα (*sed frg. afferuntur hoc titulo*: de omnibus tribunalibus, *e. g. Dig. 1, 14, 4. 2, 12, 1*). LYD. mag. 1, 48 Οὐλπιανὸς ἐν τοῖς προγραφομένοις Προτριβουναλίοις.

[δημαρχικὴ ἐξουσία: **prōtribūnīcia** potestas GLOSS. II 269, 22 (*errore scribae, ed. Stephani* tribunicia p.).]

prōtrīco, -āvī, -ātum, -āre. *a* pro *et* tricae, *cf.* ex-, intricare. *scribitur et* -trig- *et* -trit-. NOT. Tir. 92, 67 -at (*post* tricat, in-, ex-, retricat).

notione non prorsus dilucida (cf. Svennung, Wortstud. Oribas., 132sq.) significari videtur: **1** *intrans. et vi praeverbii q. e. porro fere i. q. in tricis durare, patiendo vel manendo perseverare: de rebus*: CHIRON 141 si autem [non] -verit et permanserit haec passio (*at v. quae Oder adnotavit in indice p. 414*). 212 in eo loco intestini stercora conspissata -ant (-crit- *cod. Basil. a. corr.,* -trit- *p. corr.*). *de iumentis*: CHIRON 232 si tardius in dolore -verit (-trig-; *cf. Veg. mulom. 1, 49* si moram curationis

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

attuleris). 320 tam diu in arena -et, donec insudet (*cf. Veg. mulom. 2, 88, 8* tam diu retineri). **2** *trans. et vi praeverbii q. e. foras fere i. q. tricis, dolis excitare, provocare*: CHIRON 455 -bis eum meiere (*c. inf. fin.; cf. Veg. mulom. 2, 79, 13* ad urinam invitabis). *ibid.* ibit ad odorem lotei alieni -tus et ipse meiet (*cf. Veg. ibid.* provocabitur).

prōtrīmentum, -ī *n.* *a* proterere, *cf.* intrimentum. *significatur, quod protritum est, sc. plur. de condimentis comminutis, quae carni coquendae adduntur*: APVL. met. 8, 31, 4 *femus asini* detractum et accuratius in -is sapidissime percoctum adpone.

prōtrītus *v.* protero. **προτροπή** *v. vol. I 651, 21.*

protropus (-os *l. 18*) *adi. et* **protropum,** -ī *n., πρότροπος. scribitur* -top- *l. 19. 23.*

significatur genus vini vel musti (definitur l. 23): iuxta subst. (vix addas l. 23): VITR. 8, 3, 12 insulam Lesbon vinum -um *procreare* ([-tyrum *codd.; de struct. enuntiati v. Fensterbusch, ed. 1964, not. 509*]. CAEL. AVR. chron. 2, 7, 100. 2, 7, 104 Creticum v. ... aut Tyrrhenum vel -um et omne, quod adiuncta dulcedine constringit. 5, 10, 121. 125. *cf.* DIOSC. 5, 9 p. 171, 10 vinum dulce ..., qui et creticus appellatur ... aut -os [-top- *trad.; masc. sec. gr. 5, 6, 4 -ος*]). SCRIB. LARG. 109 *pastilli* dantur ... ex ⟨-o⟩ musto, quod est passi genus (⟨ ⟩ croco *vel* cretico *trad., corr. sec.* MARCELL. med. 20, 16). MARCELL. med. 20, 26 polentam cum passo -o. *solum ponitur*: PLIN. nat. 14, 75 post haec *vina est* auctoritas ... -o Cnidio (-top- *codd.*). 14, 85 (*inter vina dulcia*) -um; ita appellatur ... mustum sponte defluens, ante quam calcentur uvae. 28, 206 *medicamento* additur -um. 30, 49. *Wieland.*

prōtrūdo, -sī, -sum, -ere. *a* pro *et* trudere. [*restituitur l. 46; e coni. dub.* AFRAN. com. 314 *p. 2309, 34.* VARRO Men. 455 rostrum ⟨-endo incesserent⟩ (*Iunius,* improtrudentum [*vel* -dum] cesserent *trad.*).]

1 *pertinet ad locum, fere i. q. porro vel foras trudere, promovere, propellere sim.* (*indicatur quo per praepos.* in *l. 36. 51,* extra *l. 43, adv.* foras *l. 37, unde per abl. separ. l. 40, praepos.* de *l. 51*): **a** *-untur animantia*: **α** *vario usu*: LVCR. 4, 879 quae res tantum hoc oneris -ere nostri corporis insuerit, *ita ut promoveamur* (*cf.* 4, 891 *animae vis* proporro corpus ferit atque ita tota paulatim moles -itur). HOR. epist. 1, 20, 15 qui male parentem in rupes -sit asellum iratus (*in comparatione, cf. Otto, Sprichw. n. 181 adn.; item* in *c. acc.*: CE 1948, 4 *quidam* -sus in has *Orci* tenebras). PHAEDR. 5, 7, 39 *tibicen procax* capite est -sus foras. HIL. in Matth. 21, 9 (*in imag.*) *Iudaeorum* plebem ... inutilem fidelis ... populus gentium -sit. AMM. 29, 1, 21 ut ... penatibus multi -rentur. VINCENT. LER. comm. 4, 6 *sancti* interdictis urbibus -si atque extorres. **β** *in re militari* (*repelluntur impugnantes; cf. l. 51 sq.*): SIL. 9, 317 Libyco -i Dardana nisu avertive *non* potest pubes. FRONTIN. strat. 2, 3, 7 *Hannibal* nostros primo impetu -sit. AMM. 19, 6, 9 *Galli* sensim extra vallum -si ... discedebant. 25, 1, 17 Romani pedites ... hostium frontes nisu -erunt acerrimo.

b *-untur res*: **α** *vario usu*: LVCR. 4, 246 *imago rei, ut oculis percipi possit,* ⟨-it⟩ agitque aëra (⟨ ⟩ pro(tu)dit *trad., corr. sec.* 4, 280 [-tudit *var. l.*]). CIC. fat. 43 (*e Chrysippo*) qui -sit cylindrum, dedit ei principium motionis. VITR. 10, 3, 6 *remi* impulsu vehementi -unt ... navem. GELL. 2, 30, 5 *venti* per suprema aequoris euntes -unt magis fluctus quam eruunt. AMM. 23, 4, 8 *arietis machinam* multitudo ... ad obvia quaeque rumpenda -it ictibus validissimis. VEG. mil. 4, 21, 5 *pons* de turri in murum repente -itur. **β** *in architectura -it ipsa structura male firma, quae opus prorui sinit*: VITR. 2, 8, 4 coagmenta ... iuncturis alligata non -ent opus neque orthostatas ... labi patiuntur.

2 *pertinet ad tempus, fere i. q. prolatare, differre*: CIC. fam. 10, 26, 3 comitia ... in Ianuarium mensem -imus. *Frings.*

protrygētēr *m., προτρυγητήρ. nomen stellae q. e. provindemiator* (*ubi v.*): HYG. astr. 3, 24 *in sidere Virginis* una *stella* ... ⟨-ρ⟩ vocatur (⟨ ⟩ *trad. partim litteris lat. ut* SCHOL. Germ. Bas. [p. 67] 10 l. 45).

prōtūbero, -āre. *a* pro *et* tuber (*cf.* extuberare) *vel* tuberare. *i. q. in modum tuberis provenire vel prominere* (*non nisi de rebus*): **1** *procrescendo*: SOL. 32, 34 (*de ficu Aegyptia*) unde pomum decerpseris, alterum sine mora -at ([-tul- *var. l.; cf. Plin. nat. 13, 57* demetitur alio subnascente]. *sim.* 46, 5 protinus ... alia -ant *poma* [*cf. Plin. nat. 12, 15* aliis ... subnascentibus]). 45, 8 equus Bucephalus dictus ..., quod de fronte eius quaedam corniculorum minae -bant. SIDON. epist. 3, 13, 6 verrucis per marginem *aurium* ... -antibus. **2** *quolibet modo: in imag.*: AVSON. 14, 20 (363 S.), 10 *in viro perfecto* ne quid hiet, ne quid -ret (*cf. 5* teres atque rotundus). 18 epist. (350 S.) l. 46 *in centone* densa ne supra modum -rent, hiulca ne pateant. *proprie*: SIDON. epist. 2, 2, 19 *in mari* navalibus trita gyris meta -at. 8, 11, 12 oculi -antes *strangulati cuiusdam.*

[prōtūdit *v. l. 46.*] **protulum** *v.* prothyrum.

protumidus (prō-*?*), -a, -um. *a* pro *et* tumidus. *i. q. tumendo prominens: de luna* (*pro gr. ἀμφίκυρτος, cf. vol. I 1980, 83 sqq. et Macr. somn. 1, 6, 56* insuper mediam luminis curvat eminentiam): APVL. Socr. 1 p. 117 *luna* seu -a, seu plena sit. *de mammis*: AVG. anim. 4, 20, 32 mammas -as et propendulas. *de dispositione capillorum mulierum*: AVG. virg. 34, 34 -is (prae- *var. l.*) umbonibus capillorum.

prōtundo, -ere. *a* pro *et* tundere. *i. q. tundendo promovere, proscindere*: PROB. Verg. georg. 2, 380 *immolabant suem,* quia terram rostro -endo semina rueret.

prōturbātio, -ōnis *f.* *a* proturbare. [*falsa var. l. pro* perturbatio HEGES. 1, 7, 2. 1, 29, 10.] *i. q. actio proturbandi*: SCHOL. Verg. Bern. ecl. 4, 31 Gothorum -em (per- *Mueller*) prophetat *poeta.*

[prōturbātor *falsa var. l. vol. X 1, 1829, 27.*] *Wick.*

prōturbo, -āvī, -ātum, -āre. *a* pro *et* turbare. NOT. Tir. 49, 82 -at. *legitur singulis binisve locis apud* RHET. Her., CAES., VERG., OV., LIV. *al., paulo frequentius apud* STAT., TAC. [*confunditur in codd. saepe cum* per-, *quod infra fere negleximus.*]

I *vi praeverbii plena fere i. q. turbando propellere, propulsare sim.* (*usu transitivo, cum obi. suppl. vel absolute l. 29. 60. 62; pro subi. sunt animantes, raro res, sc. l. 75. p. 2299, 11. 29. al.; indicatur quo -etur per praepos.* in *l. 31, unde per abl. separ., e. g. l. 26. 33. 62, praepos.* ab *l. 71. p. 2299, 5. al.,* de *l. 30. 43. al.,* ex *l. 25. 28. al.,* extra *l. 38; accedit abl. instr. saepius sub A2 et 3, praepos.* per *l. 52. 66; in contextu variat saepe cum* (ex)pellere *l. 27 sqq. 38. 42. p. 2299, 24, ceterum e. g. cum* repellere *l. 55*): **A** *proprie* (*sc. de iis, qui loco movent sive iubendo sive vim adhibendo* [*excitando, terrendo p. 2299, 5*]): **1** *respiciuntur qui e sede sua, domo, patria pelluntur*: RHET. Her. 4, 8, 12 ut eum *proditorem* ... praecipitem -etis ex ... civitate. CVRT. 6, 11, 2 quotiens suis quisque *miles* deversoriis, quae occupassent, -tus esset (*postea*: expulissent). PS. QVINT. decl. 17, 6 tu, *pater,* unicum *filium* cotidie -are conaris e domo (*syn.* expellentis, ... abicientis. *absolute de abdicante*: 17, 19 *pater meus* -at, expellit). APVL. met. 9, 28, 4 *pistor uxorem adulteram* de sua -vit domo. IVST. 3, 4, 12 *dux* per seditionem in exilium -tus. COD. Theod. 16, 5, 20 (*a. 391*) haereticorum polluta contagia pelli urbibus, vicis (vicinis *var. l.*) -ari ... iubemus. CLAVD. 15, 197 *Gildo* -at avita quemque domo (*ibid.* detrudit). AVG. bapt. 2, 12, 17 (*e gestis procos.*) ut ... Maximianistas de basilicis excluderent et iudiciorum strepitu ... -rent (epist. 108, 16 ad expellendos et sedibus -andos M. *al.*). MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 22, 44 *Augustinus* te, *Iuliane,* pastorali clava ab ecclesia deterruit, -vit atque confregit. *al.* *-antur apes*: COLVM. 9, 15, 2 *fuci* extra tecta -antur (*l* expelli ac fugari). PLIN. nat. 11, 67 quae *apes* ... pigras et ignavas -ent (*gr. Arist. hist. anim. 627a19 ἐξελαύνουσι*).

2 *respiciuntur qui in pugna pelluntur, fugantur* (*disting.* ferire *l. 46; huc spectat lectio cod. Carrionis* -ans VAL. FL. 6, 230, *cf. p. 1742, 30*): CAES. Gall. 2, 19, 7 his *equitibus* facile pulsis ac -tis. 7, 81, 2 *Galli* fundis, sagittis, lapidibus nostros de vallo -are ... parant. VERG. Aen. 9, 441 quem *Nisum irruentem* ... hostes hinc comminus atque hinc -ant (*loco vix sano explicatur* SERV. confodiunt, SERV. auct. modo ⟨non⟩ c. [*coni. Burman, cf.* CLAVD. DON. *ad loc.* p. 247, 26 -ant eum, qui poterant et ferire]). 10, 801 tela ... coniciunt -antque (*PR,* per- *M*) eminus hostem missilibus (LIV. 5, 47, 5 telis missilibusque saxis. TAC. ann. 2, 20, 2. *al.*). HOMER. 448 telo. 505 Atrides ... Phrygum -at cuspide turmas. 810 fugientibus imminet ille *Patroclus* ⟨-atque⟩ ferox acies *et* ... sternit (⟨ ⟩ *var. l.* per- *praetulit Scaffai fort. recte, cf. vol. X 1, 1831, 26 sqq.*). FRONTIN. strat. 2, 2, 4. TAC. ann. 3, 74, 3 *dux* per expeditos ... mutantem mapalia Tacfarinatem -bat, donec ... regressus est. *al.* CLAVD. DON. Aen. 9, 440 p. 247, 30 obfuit *Nisi* intentioni ... -antium multitudo (*part. praes. pro subst., ut ibid.* p. 248, 5 -antium turba). HEGES. 5, 4, 3 *Iudaeos* incursantes ... scutis repellere, -are iactu telorum. *al.*

3 *vario respectu*: **a** *usu communi: -antur animantes* (*pectus l. 61*): OV. met. 3, 526 talia dicentem *Tiresiam* -at *Pentheus infensus.* COLVM. 6, 37, 9 *equa* adsilientem admissarium calcibus -at. STAT. Theb. 3, 81 *comites regis iniuriam ulciscentes* ire manuque -are parant. 5, 662 *Tydeus* venienti ... obiecta -at pectora parma. silv. 5, 1, 251 times, ... ne tardior adsit navita (*i. Charon*) -etque vadis, *sc. uxorem mortuam*? TAC. hist. 1, 60 ut ... militum conviciis -tus ... Trebellius ad Vitellium perfugerit. 4, 41, 3 *senatorem* -ant (*antea*: manus intentare ..., donec curia excederet). ann. 2, 69, 2 *Piso* admotas hostias, sacrificalem apparatum, festam Antiochensium plebem per lictores -at. *al.* PLIN. paneg. 76, 8 *cum princeps domo progrediebatur,* nemo -batur, nemo summovebatur. APVL. met. 2, 26, 8 laceratus atque discerptus domo -bor. LACT. epit. 46, 7 *Christus* daemonas verbo et imperio -bat ([*cf. inst. 4, 27, 2* d. verbo fugabat]. HIL. in Matth. 12, 15 [*ad 12, 26*] ut daemon daemones -ret). IVVENC. 2, 159 *Christus mercatores* sancta -at ab aede (*Ioh. 2, 15*). HEGES. 4, 10, 1 *accusatores* -ant iudices (*gr. 4, 344 ἐξέωσαν*). HIER. epist. 54, 13, 1 cantor pellatur ..., fidicinas et psaltrias ... -a ex aedibus tuis. *al.*

-antur res (*adde l. 65*): SEN. nat. 6, 12, 1 is, qui supervenit spiritus, priorem *inclusum* premit et elidit ac frequentibus plagis primo cogit, dein-

[Schrickx]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

de -at. SIL. 9, 447 Mavors moto -ans aëra telo. HIL. trin. 3, 21 si liceret ..., solem astraque cetera annuis cursus sui limitibus -remus (con-, per- *var. ll.*). **b** *usu peculiari de iis, qui deiciunt vel proiciunt (excitant l. 5): animantes (cf. vol. X 1, 1831, 51 sq.)*: VAL. MAX. 1, 8 ext. 8 ut eo *equo* -tus periret. VAL. FL. 1, 597 nuntius hunc *Aeolum* solio Boreas -at ab alto. APVL. met. 9, 39, 3 *miles* eum *hortulanum* dorso meo -at. FAVST. REI. epist. 3 p. 178, 24 *angelus* ex alto -tus (*sc. diabolus*). *res*: AETNA 64 *Iuppiter* -at fulmine montes (*i. Pelion, Ossam, Olympum iunctos; cf. Verg. georg. 1, 283* disiecit f. m.). OV. met. 3, 80 *serpens* obstantes -at pectore silvas. STAT. Theb. 10, 311 *in tanta strage dormientium* -at mensas dirus liquor: undique manant sanguine permixti latices (*hyperbolice, cf. 299* sanguineis nutant tentoria rivis. *vix recte de notione inundandi vel turpandi cogitant alii et vol. VIII 741, 29*).

B *translate -antur*: **1** *animantes, qui: expelluntur sim.*: STAT. Theb. 6, 181 tu, *marite*, ... cui pignora nostri -ta tori *sunt* (*morte*). AVG. c. adv. leg. 2, 9, 33 cur eos *infirmos* ab umbris veteribus *legis* ... -bat *Paulus*? FAVST. REI. grat. 1, 1 p. 9, 30 *Adam et Eva* de beatae stationis culmine -ti (*i. de immortalitate*). *laeduntur, sc. quorum potestas minuitur*: STAT. silv. 1, 4, 47 (*munera praefecti urbis*) reddere iura foro nec -are curules (*sc. praetores*). *prohibentur, abstrahuntur*: CLAVD. DON. Aen. 9, 760 p. 281, 32 *furor* humanas mentes a tractatibus commodis -are consuevit. **2** *res, quae pelluntur, opprimuntur sim.*: STAT. silv. 5, 1, 141 *qua e domo Invidia* saeva -et gaudia dextra. ARNOB. nat. 2, 50 adfectus ex animis insitos -are, pellere. IVVENC. 3, 358 *Christe,* horribilem nati de corpore morbum -es. CASSIAN. inst. 1, 2, 3 antiqua ... *non* sunt -anda decreta. 9, 1 omni ... perdito salubri consilio et cordis constantia -ta (*nisi ad II*). MARCELL. auct. chron. II p. 106, 540, 4 Solomon in Africa feliciter dimicans rebelliones -at. *al. cum obi. quod efficitur; exprimuntur soni*: SIL. 5, 604 ira ... anhelatum -at pectore murmur.

II *vi praeverbii deflexa vel evanida fere i. q. (per)turbare (addas fort. l. 26, sed vix l. 10)*: HIL. in psalm. 118 koph (= 19) 5 ut gravatos somno oculos lux infusa -et. AVG. conf. 3, 3, 6 *discipuli* proterve insectabantur ignotorum verecundiam, quam -rent ... inludendo. ord. 1, 7, 17 quaeso patiare me paululum *prosequi disserentem* nec -es clamitando. CYPR. GALL. gen. 443. lev. 268 nullo quam *pacem* bella tumultu -are queunt. CASSIAN. conl. 12, 6, 8 cum ... puritatis statum senserit -ari.

deriv.: proturbatio. *Schrickx.*

[effectus: **protus** GLOSS. (*corruptum*; profectus *temptavit Heraeus in exemplari suo.*]

prōtūtēla, -ae *f.* *a* pro *et* tutela; *cf. iuncturam* pro tutore. [*non est, quod huc trahas* HERMOG. dig. 27, 3, 25 pro tutela negotium.] *i. q. munus eius, qui pro tutore negotia gerit*: VLP. dig. 27, 5, 1 pr. -ae actionem necessario praetor proposuit ([*postea*: ut sive tutor est sive non sit, qui gessit, actione tamen teneretur]. 27, 5, 1, 6. COD. Iust. 5, 28, 4 [*a. 224*] si res pupillares ... administraverint, *qui tutores non sunt,* -ae actione tenentur). 27, 5, 1, 8 in -ae iudicio.

prōtūto: *προασφαλίζομαι* GLOSS. *a* pro *et* tutare, *sc. vi praeverbii deflexa, ut vergat in vim q. e. praemunire.*

[**prōtūtor** *compos. pro iunctura* pro tutore *vix agnoscendum, ne apud* PAVL. *quidem* dig. 26, 7, 26 ⟨cum⟩ curatore et pro tutore ... agi potest (*ad struct. cf. e. g. p. 1430, 5. 1544, 37 sqq.*); *v.* tutor. *falso trad. pro* protector *p. 2256, 18.*]

protypium, -ī *n.*, *προτυπίον*, *quod gr. alibi non legi vid.* (*cf. τυπίον et προτυπόω*). *i. q. parva figura ad delineandum praescripta* (*ad rem cf.* praeductal *et imprimis p. 637, 35*): CASSIAN. conl. 10, 10, 1 qui *parvuli* alias ... *non* queunt describere *elementorum* characteres, quam -is (-pis, -picis *var. ll.*) quibusdam et formulis cerae diligenter impressis effigies eorum exprimere ... cottidiana imitatione consuescant.

[**protypus** *v. p. 2240, 48.*] [**protyrum** *v. p. 2297, 15.*]

prov- *v. etiam* prob-.

[**prōvaleo** *per confusionem praeverbiorum pro* praevaleo *trad.* LVX. anth. 307, 6 -at (*def. Happ; coni. alii alia*). ACT. Petr. 7 p. 53, 26 -bat (*cod. unico saec. VII, de quo v. ed. p. XXXVII sqq.*).] *Wick.*

[**prōubi** *v. p. 2362, 14.*]

prōvectibilis, -e. *a* provehere. *i. qui provehi potest* (*eruditione*): FVLG. Virg. cont. p. 90, 9 *ut aurum* (*v. p. 1644, 33 sq.*), ita et ingenium (ingenio *trad.*) natum est -e; proficit, quia natum fuit (*antea*: erudibile).

prōvectio, -ōnis *f.* *a* provehere (provehi). *de scriptura* -fec- *v. l. 72.* GLOSS. -o⟨ne⟩: *κατὰ προκοπήν*. *legitur in prosa orat. tantum inde ab* IVL. VAL., LACT., *frequentat* LEO M. (*de* VET. LAT. *v. p. 2300, 24*); *rarius plur., sc. p. 2300, 11. 44. al.* [*confunditur maxime c.* profectio, *etiam in codd. ant.* HIL. trin. 11, 43 HIER. tract. in psalm. I p. 299 l. 17.]

i. q. actio vel effectus provehendi (*fere vi incorp.; vis localis exstat sub 3a, sublucet e. g. p. 2300, 28. 34 sq.; per gen., pron. poss. [adi. pro gen. l. 35] saepe indicatur, quis [quid] promoveatur vel progrediatur, sed quis promoveat l. 12; quo provehatur, indicatur per praepos. l. 34 sq. 50, cf. gen. quo explicatur dignitas l. 18. 43; gen. identitatis v. l. 21, gen. pro gr. κατά l. 45*): **1** *in re publica vel ecclesia respicitur cursus honorum*: **a** *civilium vel militarium* (*tropice* IVL. VAL.): IVL. VAL. 3, 45 l. 1058 (*respondent Amazones*) ea *vulnera* nobis stipendia sunt, haec -o; tantumque quis nostrum honore dives est quantum cicatricibus insignitior. LACT. inst. 5, 11, 8 honor ... aut -o dignitatis. COD. Theod. 6, 8, 1 in ... consessu is eis ordo servetur, quem ordo -is ostenderit (Iust. 12, 3, 4 pr. [*a. 474/491*]). *ibid.* -is ... tempora (*syn.* promotionis). 8, 7, 23 comitum thensaurorum dioeceseos -es. CASSIOD. var. 10, 4, 4 (*verba Theodahadi*) ut ... ad eius *reginae* -is gratiam pervenirem, *qua me regni consortem fecit.* NOVELL. Iust. 62, 2, 6. *al., e. g. p. 2308, 5.* **b** *ecclesiasticorum*: EPIST. pontif. 255, 1 Migne 13, 1132^{C} facto ... primitus meae -is indicio ad singula *respondebo. ibid.* 19 p. 1145^{B} adempta sibi omni spe -is (promotionis *var. l.*). LEO M. epist. 19, 1 ut unius festina et immatura -o ... *aliorum* deiectio facta sit (*item opp.* 111, 2 Conc.^{S} II 4 p. 63, 25). EPIST. pontif. 678 Thiel frg. 6 p. 486 hunc ... diaconii -e decorabis. CANON. Turner II p. 264 rec. II eorum, *i. lectorum et al.*, sufficere -i (*gr. Ioh. Schol. tit. 21, 5 προαγωγῇ, rec. IV. al.* promotiones). SACR. Leon. 987 (= Gelas. 760) *ut* de nostrae gaudeamus -is aumento (*consecrationis diem recolentes*). GREG. M. epist. 2, 32 l. 4 de -bus clericorum, ornatu ministeriisque (*in formula visitationis mandatae ut saepius ibid., e. g. forma pleniore* 5, 22 l. 4). *al.*

2 *in religione christ.* (*vix agnoscas* VET. LAT. Eph. 2, 12 [*var. l.* -is *pro* promissionis Aug. serm. 37, 21; *gr. ἐπαγγελίας*]): **a** *respicitur natura humana, quam Christus assumens auxit dignitate, appropinquavit deo sim.*: HIL. in psalm. 148, 8 (*ad I Cor. 15, 24*) *Christus regnum suum, sc. nos, patri tradet*; regni traditio nostra -o est, ut ... in regno quoque simus et patris (*inde* EVCHER. instr. 1 l. 1471). trin. 9, 4 *non* adsumptio nostra deo profectus est, sed contumeliae suae voluntas nostra -o est (*cf.* LEO M. epist. 35, 2 Conc.^{S} II 4 p. 7, 25 assumpti, non adsumentis -o est, quod deus illum *Iesum* exaltavit). LEO M. serm. 24, 3 'verbum caro factum est' (*Ioh. 1, 14*) -e carnis, non defectione deitatis. 27, 2 ut dei ad humana descensio fieret hominis ad divina -o (82, 2 nostra ... ad summa -o. *cf.* 62, 1 servilis formae in summa -o). 77, 5 humana -o. *al.* **b** *respiciuntur singuli, qui provehuntur pietate, sanctitate sim.*: FILASTR. 98, 1 inspiratio divini spiritus est quaedam gratia et -o dignitatis. HIER. in Eph. 4, 16 p. 503^{C} *in corpore Christi, i. ecclesia,* congaudet membrum membro et in alterius -e laetatur. tract. in psalm. I p. 299 l. 17 vide -em paenitentis, quia ... cum angelis meretur psallere. EVCHER. instr. 1 l. 892 per quosdam profectus ad sublimia spiritalium rerum -e perducant *psalmi 'graduum'* (*ad rem v. vol. VI 2, 2157, 16 sqq.; quintum gradum respicit* CASSIOD. in psalm. 123 l. 188 *ut* quinarii loci -e gauderent). CASSIOD. Clem. Alex. adumbr. 3 p. 212, 26 profectus et -es ... animarum. EPIPHAN. SCHOL. Didym. in II Ioh. 6 p. 84, 27 ⌊effectūs -em⌋ (*disting.* perfectionis ... statum. ⌊ ⌋ *gr. τὴν κατ' ἐνέργειαν ... προκοπήν*). *al.* **c** *respicitur natura divina*: PS. VIGIL. THAPS. trin. 10, 21 nec natus -em sustinet, ... nec generans diminutionem patiatur (*antea*: augeatur divinitate).

3 *exempla cetera*: **a** *vi locali* (*cf. l. 55*): CHALC. comm. 74 *planetae regradatio est* quasi ad contrarium iter prioris itineris -o. **b** *vi temporali*: HIL. trin. 11, 43 per -em temporum. CONSVLT. Zacch. 2, 12, 14 (*ad Luc. 2, 52* proficiebat ... aetate) annorum ... -o. EVSEB. EMES. serm. 29, 3 -o aetatis. **c** *varia vi incorp. provehitur: imperii potentia, magnitudo*: LEO M. serm. 82, 2 rec. *β Roma* ignorans suae ⌊-is⌋ auctorem, *deum* (*sublucet vis localis, cf. antea*: ad eos limites incrementa *imperii* perducta sunt. ⌊ ⌋ dignitatis *rec. α*). *erudiendus, docendus quidam*: CASSIOD. var. 11, 3, 1 de filiorum -e gaudere. GREG. M. moral. 2, 35 *Christus* quibusdam -um accessibus innotuit *discipulis aliquid* (*postea*: causarum verborumque incrementis).

?**prōvectīvus,** -a, -um *e coni. dub. a* provehere *formatum v. p. 2351, 66.*

prōvector, -ōris *m.* *a* provehere. [*coni. dub. pro* pervector *v. vol. X 1, 1841, 11.*] *i. qui provehit dignitate*: INSCR. Année Épigr. 1972 n. 75^{b} (*Capuae; a. 377/8*) Anicio Paulino ... -i Campania(e), qui primus proconsulatus ⌊provinciae⌋ fasces invexit (⌊ ⌋ *prius a consulari administratae*). EPIST. pontif. 636 Thiel 14, 23 p. 375 *si quis ecclesia propria deserta in alia* susceptus fuerit et promotus, ... receptor eius atque -r *punietur.*

?cf. Onom. (Provectrix).

1. prōvectus *v.* proveho(r).

2. prōvectus, -ūs *m.* *a* provehere (provehi). *de notione* (*cf. p. 2301, 35*): GLOSS. -s: *ἡ προαγωγή, ἡ προκοπή*. *legitur in prosa orat. tantum inde a* VET. LAT., IREN., IVL. VAL., *frequentatur ab* AVG., CASSIOD., GREG. M. [*confunditur in codd. passim c.* profectus, *quod infra non notavimus, saepius etiam c.* proventus, *e. g. p. 2302, 37. 64; trad. locis dubiis* FIRM. math. 4, 12, 8. PS. ALEX. c. Dind. coll. 4, 1 (*var. l.*).]

[Löschhorn]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

i. q. actio vel effectus provehendi (*sc. vi incorp. praeter 3a et p. 2302, 57; sublucet hic illic respectus motus, e. g. l. 22. 52. 54; gr. respondere scias προκοπή, nisi aliud infra adnotavimus; fere pro syn. est* augmentum *p. 2302, 7sq. 62 [iunctura* a. -us *l. 45], iuxta ponitur* profectus *l. 40, opp. e. g.* imminutio *l. 42. p. 2302, 63,* incoeptum *l. 19,* perfectio *l. 36. 52. p. 2302, 4. al.; accedit gen. saepe, v. l. 10. 47. p. 2302, 12. al., praepos.* ad *l. 17. 36. p. 2302, 30,* in *c. acc. l. 15. 23*): **1** *in religione christ. respicitur, qui (quod) promovetur vel augetur pietate, sanctitate, fide, emendatione morum sim.* (*de natura dei v. p. 2302, 61sq.*): **a** *generatim*: **α** *accedit gen., pron. poss. (adi. pro gen. l. 17):* *hominum, animi sim.*: VET. LAT. I Tim. 4, 15 (Aug. epist. 243, 12. *al.*) ut -s tuus manifestus sit in omnibus (*v. p. 1678, 24sq.*). AVG. bapt. 5, 27, 38 p. 295, 1 quidam ... adhuc carnales ... -us suos instanter exercent. bon. coniug. 2, 2 p. 189, 1 ut incrementum et multiplicatio (*gen. 1, 28*) ... -u mentis et copia virtutis intellegatur (util. cred. 17, 35 non sine -u m. in deum. *al.*). civ. 4, 33 p. 188, 17 *dei* cultores adhuc in -u animi parvuli (lib. arb. 3, 62 hi qui -u a. ad sapientiam profecerunt. *al.*). epist. 219, 1 ad -um spiritalem pervenisse (in psalm. 106, 1 l. 30 GREG. M. moral. 12, 3). in euang. Ioh. 108, 2 *deo* eorum sanctificante -um, qui sanctificavit incoeptum. LEO M. epist. 140 Conc.^{S} II 4 p. 94, 18 de Alexandrinae plebis -bus (*postea*: de ... pace). EPIPHAN. SCHOL. Didym. in I Ioh. 5, 3 p. 76, 4 ‹-s eius atque perfectio› (*gr. τὸ οὕτως προκόψαι*). in II Ioh. 6 p. 84, 20 'ambulare' -um insinuat perfecti viri. GREG. M. moral. 30, 35 spem -us sui in altiora pollicentur *discipuli. al.* *rerum*: AVG. civ. 11, 12 p. 479, 9 se in actione -uque iustitiae perseveraturum. 21, 27 p. 551, 12 *delictis* permanentibus nec -u vitae melioris absumptis ([*antea*: studium proficiendi]. in euang. Ioh. 107, 4 cordis et v. CASSIOD. in psalm. 125, 6 l. 120. *al.*). LEO M. epist. 140 Conc.^{S} II 4 p. 94, 13 pro omnibus catholicae fidei -bus. PS. LEO M. humil. 5 ad huius virtutis -um (BOETH. cons. 4, 7, 15. GREG. M. in Ezech. 2, 3, 4 alia ... sunt v. exordia, aliud -us, aliud perfectio [*antea*: gradibus augetur]. *al.*). PS. PROSP. vocat. gent. 2, 11 p. 695^{D} (*ad Vet. Lat. prov. 8, 35 ibid.*) huius praeparationis non unus semper -s nec una mensura est. *al.*

β *exempla cetera*: IREN. 3, 20, 2 l. 65 *homo* -us accipiens, dum consimilis fiat eius *Christi.* AVG. epist. 56, 2 in ipsa fide ... et in moribus ... tales te -us habiturum, ut *eqs.* in psalm. 5, 10 in profectione se esse, id est in -u ad perfectionem. HESYCH. in lev. 6, 14 p. 849^{B} ea quae nunc est nostra scientia -u destruitur (*affert I Cor. 13, 10* quando venerit, quod perfectum est *eqs.*). CONC.^{S} II 5 p. 7, 11 ad -um meliorem orationibus vacare (*gr. II 1, 3 p. 127, 23 πρὸς τὸ κρεῖττον tantum*). IOH. epist. ad Sen. 4 quodam profectu atque -u *catechumeni exorcizati.* CASSIOD. in psalm. 119, 1 l. 52 initium ... -us est delicta carnalia relinquere (*antea*: primus virtutum gradus). 127, 1 l. 30 *qui pericula mundi formidant,* -um non habent, sed imminutionem; ascensum nesciunt, sed ruinam. GREG. M. epist. 12, 6 l. 49 (*opp.* impedimentum). moral. 2, 72 *cogitationes tamquam boves arantes* uberes -uum fructus reddunt. 10, 10 de augmento proprii -us. *al.*

b *speciatim respicitur*: **α** *mensura quaedam -us vel meton. ipse locus vel gradus, in quem aliquis provectus est* (*explicatur per gen. l. 55. 57*): HIER. in Gal. 4, 15 in doctrina singuli beatitudinum sunt -us (*cf. ibid.* cum ... singuli ... gradus iuxta -us suos habeant beatitudinem). AVG. gen. ad litt. 12, 29 p. 424, 8 *gradus esse* distinctos iuxta aliquem -um magis minusve inlustrium revelationum. nat. et grat. 60, 70 ad plenissimam perfectionem vel ... ad qualemcumque -um ... iustitiae pervenire. pecc. mer. 3, 1, 1 *Pelagii* sancti viri ... et non parvo -u christiani. virg. 51, 52 p. 298, 5 se ... non usque ad quendam -um, sed omnino ... secuturum. CASSIOD. in psalm. 119 l. 202 videamus, qui sit -s secundi gradus (*in canticis graduum ut*: 127 l. 11 divinus ... timor per omnes -us ... nobiscum ... ascendit. *cf. l. 41. p. 2300, 42*). VEN. FORT. expos. symb. 32 ‹-›um sedis non divina, sed humana natura *Christi* requirit. GREG. M. moral. 2, 1 sentimus quantum proficimus, ... a -u quam longe distamus. *al.* -s est *c. inf.* (*cf. l. 41*): CASSIOD. in psalm. 136, 9 l. 192 iam illa *vitia* tenere -s est. **β** *ille -s, qui fit per mala, poenam, temptationem*: AVG. corrept. 1, 1 *diaboli* insidias in suorum servorum -um ... vertente *deo.* epist. 149, 18 *deus* malis bene utitur ad -um bonorum (*sim.* 264, 1 ad exercitationem et -um sanctorum suorum). in psalm. 60, 3 -s noster per temptationem nostram fit. VITA Caes. Arel. 1, 27 *donec disciplina correcti* gratularentur cohertione et -u. GREG. M. epist. 9, 102 l. 16 (*ad Hebr. 12, 6*) in hoc flagello tuo et -u. *al.* **γ** *Christus, filius dei non natura sed κατὰ προκοπήν* (*sec. Nestorianos*): PROCL. laud. Mar. 9 non ex -u factus est deus Christus. CONC.^{S} I 5 p. 276, 18 *hominem quendam esse* adpellatum apostolum atque pontificem (*Hebr. 3, 1*) et secundum -um in hoc venisse. II 3, 3 p. 120, 17 neque ... per amissionem dei factus est homo *Christus,* neque secundum -um ex hominibus deus est. PETR. Fulg. Rusp. epist. 16, 11 per -um, non per naturam Christum deum ... asserere (*item opp.*: CASSIOD. hist. 1, 14, 32).

2 *in re publica, ecclesia, re militari*: **a** *generatim* (*respicitur successus, status prosperus ducis, regis sim. vel civitatis, ecclesiae; vis localis sublucet l. 3*): IVL. VAL. 2, 21 l. 419 (*verba Darii*) *non* desidia opus esse in hosce -us Alexandri virtutibus procurrentibus. AVG. c. Cresc. 3, 65, 73 tantum -um *ecclesiae per totum orbem se diffundentis,* cui debetur ipsa perfectio. OROS. hist. 6, 22, 10 germinantia tempora christiana magisque ... crescentia et quae adhuc in -u posita. 7, 25, 3 cum ... plus in perniciem quam in -um reipublicae ageret *Carausius.* AVELL. 82, 2 (= 91, 2) cum non alius imperii vestri beatior sit -s quam religionis augmentum. CASSIOD. var. 2, 37 -um regni nostri (*postea*: res publica suscepit augmenta). 3, 17, 1 (*provincialibus Galliarum*) *sub imperatoribus Romanis* -um vestros constat habuisse maiores. hist. 4, 36, 6 apparebat, quia ad Constantium solum imperii iura pervenissent; quo -u *eqs.* (*aliter gr. Socrat. 2, 26, 2*). *al.*

b *speciatim in cursu honorum* (*c. gen. obi. vel pron. poss. saepius, c. gen. explic. honoris conlati l. 20. 24. 32 [cf. praepos. l. 30]*): *civilium vel militarium*: AVR. VICT. Caes. 39, 45 honestiorum ... -u (*opp.* suppliciis flagitiosi). CASSIOD. var. 1, 24, 1 *in exercitu* -us occasionem habere. 5, 3, 1 hic -s non adimitur *succedente alio.* 8, 16, 1 tam frequens est familiae vestrae felicissimus -s (proventus *var. l.*). 8, 22, 3 sub altero *principe* meruisse -um. 10, 19, 1 -um nostrum (*postea*: ad regni culmina pervenisse). Ios. antiq. 6, 59 p. 152 circa -us sublimium malevoli ... esse noscuntur (*gr. πρὸς τὰς ὑπεροχάς*). NOVELL. Iust. 8 praef. pr. ex -u iudicum (*gr. προαγωγῆς*). *al., sc. apud* CASSIOD. *ecclesiasticorum*: PAVL. NOL. epist. 7, 2 *Augustinus* novo more ‹-us› ita consecratus est, ut non succederet ... episcopo, sed accederet (‹ ›, *nisi est p. p. p.*). CANON. Turner II p. 272 rec. II ordinare ... aliquos ad -um sacri ministerii (*cf. ibid. rec. III* ordinare ... aut provehere ad, *p. 273 rec. IV et V* ad promotionem ... ordinare; *gr. Ioh. Schol. tit. 3, 5 εἰς προαγωγὴν λειτουργίας*). EPIST. pontif. 588 Schwartz p. 3, 17 qui eius *Petri* -ui suffragentur. NOVELL. Iust. 22, 42 *lector* affectum illius *uxoris* praeponens meliori -ui (*gr. τῆς ἐπὶ τὰ βελτίω προόδου*). VICT. TONN. chron. II p. 201, 542, 1 -us mei, *quo papa factus sum,* ... gaudia. GREG. M. epist. 9, 219 l. 43 ad summam sacerdotii non suffragio venditorum -s ... esse. resp. ad Aug. p. 336, 29 qui ... in -u ordinati episcopi gaudeant. *al. apud eundem.*

3 *exempla cetera; -s fit*: **a** *incremento vel proventu naturali* (*cf. l. 4. p. 2301, 44; falsa var. l. pro* proventu PS. AVR. VICT. epit. 41, 24): *in agro, herbis*: PALLAD. 1, 6, 1 praesentia domini -s est agri (*cf. Colum. 3, 21, 4* maiorem in modum fructus exuberat). DICT. 6, 11 insulam ... -u frugum ... *esse* redundaturam (proventu *al. var. ll.*). GREG. M. moral. 24, 50 (*in imag.*) vitium superbiae ab ipsa ... radice secandum est ..., ne -u vigeat. *in corpore animantium*: LEO M. serm. 67, 5 omnia incrementa corporalium -uum (*opp.* in ipso ortu). SACR. Leon. 1303 nos ... dispensatis mentis et corporis alimentis per humanorum foves crementa -uum (*spectat simul ad 1*). GREG. M. moral. 15, 47 si hoc, quod *in grege* partum est, per nutrimenta ad -um ducatur. **b** *continuatione temporis*: ZENO 2, 10, 2 (*sim. l. 46*) si -s aetatis eorum *neophytorum* infantiam non mutaverit (SERV. Aen. 5, 443 SIDON. epist. 4, 4, 1. PS. ORIG. infant. p. 855 ante -um a. *infantium. al.*). 2, 29, 3 qui infantiam suam (*v. l. 44*) -u temporis non mutaverit (SACR. Leon. 957). **c** *progressu studiorum, eruditione, contentione mentis*: AVG. lib. arb. 3, 205 trinitati ... intellegendae omnis excubat vigilantia christiana et omnis eius -s intenditur (*cf.* trin. 3, 10, 21 deus quemadmodum haec faciat ..., nec oculorum acie penetrare nec fiducia rationis enucleare nec -u mentis comprehendere valeo). IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 3, 154, 3 (*ironice*) -u eruditioris ingenii dicis *eqs.* (SEDVL. epist. 2 p. 172, 15 -bus uberioris i. CASSIOD. var. 1, 39, 2). CASSIOD. var. 4, 6, 2 studiorum -s. 9, 21, 9 -us adulescentium. *al.* **d** *vario modo: de actione provehendi vel progrediendi* (*ad maius, ad melius sim.*): SYMM. rel. 25, 3 sub ipso aestatis exordio, quo posset -s aedificationis adsurgere *pontis cuiusdam* (*item corporaliter*: GREG. M. moral. 8, 26 tela ... tarditatem -us habet). AVG. quaest. hept. 2, 1 *qui ad benefaciendum mentiti sunt,* -u ipso et indole feruntur, *i. tolerantur* (*cf. de mend. 17, 34 p. 454, 26* de indole ad melius proficiendi mentientes). serm. 362, 29 deus veritas est incommutabilis, sine defectu, sine -u, sine detrimento, sine augmento (*sim.* CASSIOD. hist. 1, 14, 40 *deum* nec -um nec imminutionem recipientem. *cf. p. 2301, 57*). THEOD. PRISC. log. 66 cum humanior, *i. prosperior,* -s causarum adriserit (proventus *var. l.; cf. p. 1677, 50sqq.*). GREG. M. in euang. 16, 2 *diabolus* ex -u avaritiae temptavit *protoplastum* (*postea*: eum ad avaritiam sublimitatis excitavit). *al.* *de bono eventu, successu*: THEOD. MOPS. in II Tim. 2, 18 p. 208, 18 -um eos *prava docentes* ad praesens habere ([*antea*: proficiunt]. IOH. MAXENT. Conc.^{S} IV 2 p. 26, 33 multa ... disserentes nullum apud te, *Nestoriane,* -um h. potuimus). GREG. M. moral. 20, 47 in quibusdam *audientibus* -um non vidi praedicationis. SACR. Greg. 162, 1 (622 D.) praesta ... precibus ... -um, ut *eqs.* (pervectu *falso trad. Gelas. 823*).

prōveho, -vēxī, -vectum, -vehere *et* **prōvehor,** -vectus sum, -vehī. [*a* pro *et* vehere (vehi); *cf. vet. ind.* pra-vah, *avest.* fra-vaz, *lituan.* pra-vèžti. *Fo.*] *scribitur* prob- EPIST. imp. Constant. (CIL XI 5265)

[Löschhorn]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

15, *ibid. etiam* h *omissa ut hic illic in codd. ant., e. g.* LACT. opif. 3, 5 SYMM. or. 1, 9 SACR. Leon. 87. 1104, *et saepius in recc.* *abbreviatur* prov CORP. epist. lat. 232, 14. 15. NOT. Tir. 42, 6[e] -it. -xit. -tum. *de notione* (*cf. l. 49. p. 2307, 16; vis praeverbii illustratur p. 2308, 33*): GLOSS. -it: προβιβάζει. promovet seu profert. -xit: in maius levavit. -or: transportor. honore donor. -tus: προαχθείς, προκόψας, προβεβηκώς. auctus vel cumulatus. *al.* *legitur bis apud* PLAVT., *singulis locis apud* CAECIL. *et* ACC. (*?v. l. 57*), *saepius inde a* CIC., LVCR., CAES. *per totam latinitatem, sed deest e. g.* SALL., VITR., CELSO, COLVM., STAT.; *longe praevalent formae (medio)pass. inque his part. perf.* -tus. [*confunditur in codd. saepe cum* pervehere, *e. g.* CIC. off. 2, 19 PLIN. nat. 6, 199 (*cf. vol. X 1, 1841, 15 sqq.; perperam editum est olim* APVL. met. 1, 20, 6. 9, 19, 1, *quos locos s. v.* per- *vol. X 1 desiderari dolemus*), *vel* praevehere, *e. g.* LIV. 8, 38, 12 (*cf. p. 687, 66. 1097, 70 sq. 74. al.; perperam editum est olim* IVL. VAL. 3, 20 l. 457 [magnitudine⟨m⟩ ... praevectus *trad. sine var. l.; locum addas supra p. 1097, 58*]), *ceterum imprimis* -tus *cum* profectus, *quod infra non notavimus* (*v. e. g.* LIV. 22, 20, 4 *et p. 1695, 2. 1704, 39 sqq.*). *trad. loco corrupto* AETNA 309 (proruere *ed. Ald.*). PLIN. nat. 30, 7 (profectum *var. l.*).]

i. q. porro vehere (rarius autem foras vehere, cf. l. 35. p. 2304, 4. 29 et sub IIC), vehendo promovere sim. (*disting.* avehere *l. 56, iuxta* pervehere *vol. X 1, 1841, 73. 1842, 58; usu trans. passim [c. acc. dupl. p. 2306, 12], refl. p. 2304, 9. 2305, 51. 56. 2306, 63 [cf. obi. qualitatis propriae p. 2304, 25], mediopass. saepius sub I et IIA, ceterum p. 2306, 29, absolute vel obi. suppl. p. 2304, 15 [vix intrans.]. 2307, 48. 54; de formis act. v. l. 34. p. 2304, 44. 2306, 29. 2307, 61*). *quo -atur, indicatur per praepos.* ad *vel* in *c. acc. passim,* ante *l. 70. 73,* ultra *p. 2306, 48. 56. 2307, 5, adv. l. 45. 60. p. 2304, 62. 2306, 32. 34. 58 sq. 2307, 39. al., acc. direct. l. 72, unde per adv. l. 49. p. 2306, 6. 58, praepos.* ab *l. 44. 63. 70. p. 2305, 13. al.,* de *p. 2307, 13. 16. 29,* ex *p. 2304, 73. 2305, 18. 2306, 13. 18. al., abl. separ. l. 46. 71, qua via per abl. l. 47, praepos.* per *l. 59. p. 2304, 66. 2306, 17. al.,* secundum *l. 44, quantum per adv.* (*vel acc. neutr.*) longius *l. 50. 72. p. 2304, 7. 45. al.,* multum *l. 42,* paulum *l. 61. 70, sim. al.*

I *proprie, de motu locali* (*de situ vel forma p. 2304, 33; accedit respectus augendi p. 2304, 37; saepius mediopass.; formas act. v. l. 51 sqq. 56. p. 2304, 7 sqq. 11. 18*): **A** *respicitur navigatio* (*plerumque respic. altum petentes, cf. e. g. l. 38. 42. 46. 57, sed portum e. g. l. 39. 45; iter pergitur e. g. l. 48 sq. 61*): **1** *-untur ipsi navigantes*: PLAVT. Mil. 117 sumus -ti in altum (LIV. 35, 26, 2. *al., e. g. l. 41, cf. l. 62. 63. p. 2304, 3. 2306, 52*). CAECIL. com. 1 ad portum sum -tus prosumia (profec- *falsa var. l.; item c. abl. navigii*: LIV. 22, 20, 4 ad Onusam classe -ti *Romani.* PLIN. nat. 37, 3 *Polycrates* -tus navigio in altum. *al.; cf. l. 62*). CIC. Phil. 1, 7 nec ita multum -tus reiectus austro sum. CAES. Gall. 5, 8, 2 *Caesar* naves solvit et leni Africo -tus *eqs.* (*cf.* LIV. 29, 27, 6 vento secundo. *sim. l. 51. 59*). BELL. Afr. 98, 2 a Caralibus secundum terram -tus *Caesar.* VERG. Aen. 2, 24 huc, *ad Tenedum insulam,* se -ti ... condunt *Danai* (*inde* GLOSS. -ti: introrsum portati). 3, 72 -imur portu terraeque ... recedunt (*huc spectat* GLOSS. -imur: portamur vel egredimur). 3, 506 -imur pelago vicina Ceraunia iuxta, unde iter Italiam (CLAVD. DON. *ad loc.* p. 332, 19 -ti sumus hoc est porro vecti). LIV. 31, 23, 3 ut inde, *Sunio,* -i ad primas angustias Euboeae posset. *al.* *in imag.*: CIC. har. resp. 43 *Sulpicium* longius quam voluit popularis aura -xit (HIER. epist. 2, 4 sancti spiritus a. me -at. *in dicendo, scribendo*: OV. ars 3, 100 me ..., dum sumus in portu, *sc. leviora tractantes,* -at a. levis. VAL. MAX. 5, 7 pr. QVINT. inst. 12 prooem. 2 velut a. sollicitante -ti longius). PLIN. paneg. 66, 3 quos insidiosa tranquillitate -tos improvisus turbo perculerat. **2** *-untur naves, classis, merces, res variae:* *act.*: PLAVT. Rud. 863 (*loq. leno*) *mulierem* -xi, avehere non quivi *naufragio oppressus.* ACC. trag. 128 eo ... retia ut ⌊-rem⌋ et statuerem (⌊ ⌋ *edd.,* prae- *trad.* [*an vi temp. servandum?*]). VAL. FL. 4, 421 *Io* immissis ... ratem sua per freta -at euris. PLIN. epist. 6, 31, 16 (*munitur portus*) ingentia saxa latissima navis -it contra. (*medio*)*pass.*: CIC. Verr. II 5, 87 paulum -ta classis est et Pachynum ... adpulsa (CLAVD. 15, 505). CAES. Gall. 4, 28, 3 in altum -tae continentem petiverunt (*naves ut*: civ. 3, 8, 2 serius a terra -tae n. PROP. 1, 8, 14 rates. LIV. 30, 43, 12 n. -tas in altum incendi iussit. *al.*). LIV. 27, 37, 6 *prodigium* -tum ... in mare proiecerunt. VLP. dig. 28, 5, 35, 5 *si merces* -tae sunt (*antea*: ut Romam veherentur).

B *respicitur quilibet motus*: **1** *-untur animantes*: **a** *qui equo sim. vel curru vehuntur*: CIC. div. 1, 58 (*narratur somnium*) cum tu equo advectus ad ... ripam -tus subito *decidisses.* LIV. 8, 7, 7 *quidam* paulum ab suis equo -tus (23, 47, 2 ante stationes. *item indicato vehente*: SCHOL. Verg. Medic. ecl. 8, 56 ⟨...⟩ delfino Sici⟨lia pro?⟩vectus est. ISID. orig. 20, 11, 11 curru forum). 8, 38, 12 turmā unā longius -tā. 27, 47, 1 Hasdrubal -tus ante signa cum paucis equitibus. FRONTIN. strat. 1, 11, 10. 4, 7, 29 *pedites* adiunctos equitibus ... usque ad moenia -i. AVR. Fronto p. 34, 4. TERT. nat. 2, 9, 16 *Argivi iuvenes* matrem ... iugales -erunt (*cf. Cic. Tusc. 1, 113* curru vehi). *al.* **b** *qui modo alio vel parum definito promoventur*: CIC. Tusc. 4, 42 (*in imag.*) sibi imbecillitas *animi perturbati* indulget in altumque -itur imprudens nec reperit locum consistendi. LIV. 32, 12, 2 aviditate certaminis -ti extra munitiones pugnant (*item affectu instigante*: SEN. dial. 3, 9, 2 [*in imag.*] *ira tamquam miles inutilis* non, ubi iussa est, quiescit, sed libidine ... -itur. CVRT. 7, 9, 16 Macedonas ira longius -xit). MANIL. 3, 324 quidquid ad extremos temet ⌊-erit⌋ axes *orbis terrarum* (⌊ ⌋ *Housman,* praevecteris *trad.*). SEN. dial. 3, 11, 8 (*in imag.*) *virtus bellica* se diu ... circumspexit et rexit et ex lento ... -xit. PLIN. epist. 9, 33, 3 his *pueris natantibus* gloria et virtus altissime -i. FLOR. epit. 1, 18, 12 -tis in primam aciem ... elephantis (*sc. a duce. cf. act. de iis, qui iubent procedi*: APVL. met. 1, 2, 3 *equum* in gradum lenem sensim -o. ITIN. Alex. 24, 58 *Alexander* -it aciem. *al.*). *al.* *absolute*: HIL. in Matth. 22, 1 (*ad 21, 33; in imag.*) qui *deus* ... in turrem ... eminentiam legis exstruxerit, quae et in caelum ex solo egressa ⌊-ret⌋ et ex qua speculari Christi posset adventus (⌊ ⌋ *sc. euntem in speculam; intrans. de turri vel lege, quae erigitur, se levat sim., accipit Doignon in versione*).

2 *-untur res* (*praevalent formae act.*): **a** *usu communi*: LVCR. 4, 194 parvola causa est procul a tergo, quae -at atque propellat *simulacra* (6, 1026 *v. p. 1969, 11 sq.*). CIRIS 26 zephyrus ... -xit ... currum *velo quodam munitum.* VAL. MAX. 4, 8, 1 nostrum opus pio egressu ad proprium dolorem -tum in suum ordinem revocetur (*in imag. respicitur ordo narrationis ut*: SOL. 32, 44 nunc ab Aegypto -amus stilum *Arabiam descripturi*). PLIN. nat. 21, 74 mulis -unt *alvos.* TAC. hist. 3, 18, 1 legionum signa ... illuc usque -ta. FIRM. math. 1, 10, 14 livedinem sideris tui pigro cursu ... -is, *Saturne* (*item de sidere*: CHALC. comm. 116 ad Pisces atque inde ad Aquarium. MART. CAP. 8, 867 Luna ... currens ... in aquilonem -itur). COD. Iust. 9, 19, 2 (*a. 340*) *si* detractum aliquid de sepulchris ad ... villam ... -tum (per- *Theod. 9, 17, 1*) reperietur. *al.* *respicitur ortus siderum*: FIRM. math. 5, 7, 3 ex signorum anaphoris -ti et effecti temporum domini *singula decernunt* (*corruptum putat Kroll*). BOETH. cons. 2 carm. 8, 6 Phoebus roseum diem curru -it. **b** *usu peculiari respicitur:* *situs vel forma* (*per imaginem motus*): IAVOL. dig. 50, 16, 242, 1 (*de parte aedificii prominente, v. p. 1798, 22*). CHALC. transl. p. 46[C] hinc inde tumidioribus et -tis in molem lateribus *speculi* (*gr. ὕψη λαβοῦσα*). comm. 91 *terra* umbram efficit a diametri sui latitudine in angustiam *coni* -tam. *fluvius incitatus* (*accedente respectu augendi*): IORD. Get. 208 *rivulus* peremptorum vulneribus sanguine multo -tus est, non auctus imbribus, ut solebat, sed liquore concitatus insolito torrens factus est cruoris augmento.

II *translate pertinet potius ad actionem*: **A** *producendi, prolongandi, continuandi sim. (mediopass. progrediendi) vel augendi, adiuvandi sim.* (*c. obi. quod augendo efficitur p. 2306, 22; exempla indicantia, ad quid -atur, v. sub B; act.* -ere *v. l. 49. 52. 57. 71 et saepius sub 3; haud raro accedit adv.* longius, *e. g. l. 47. 56. 65. p. 2305, 16*): **1** *respicitur tempus*: **a** *-untur res* (*actus vel status ab hominibus longiores facti praeter l. 53*): CIC. Q. Rosc. 31 paulo longius oratio mea -ta est hac de causa, ut condicionem societatis diligenter cognosceretis (dom. 32 *audientium* benignitas -xit o. meam; sed hoc compensabo brevitate). TAC. hist. 3, 46, 1 longius -tum est *bellum.* DIOM. gramm. I 468, 3 *rhythmi* pro nostro arbitrio nunc brevius artari nunc longius -i possunt. PS. HIPPOCR. ad Antioch. vers. α 1 vitam ... in longum -ere *arte medica* ([*cf. gr. πλεῖστον χρόνον βεβιωκέναι, vers. γ 21, 2* producere]. *c. respectu peragendi*: MVTIAN. Chrysost. hom. 7, 4 p. 289[in.] *canities sim.* indicium est vitae in virtute -tae [*gr. p. 66 τῆς ἐναρέτου ζωῆς*]). **b** *-untur homines: oratione prolixa utentes*: CIC. fin. 3, 74 iam sentio me esse longius -tum, quam proposita ratio postularet (PLIN. epist. 2, 5, 13 l. me -xit dulcedo ... tecum loquendi. *cf.* PAVL. NOL. epist. 21, 5 nimium longe -or). Cato 55 studio rerum rusticarum -tus sum (*antea*: fuisse *dicta* longiora). ad Brut. 23, 2 tanta ... industria est *Messalae* ...; sed -or amore; non enim id propositum est huic epistulae Messalam ut laudem. VERG. Aen. 3, 481 quid ultra -or et fando surgentis demoror austros? ([SERV. sermone progredior]. AVG. dialect. 6 p. 11, 9). *vita fruentes* (*non nisi p. p. p.* -tus; *cf. p. 2306, 34*): CIC. Brut. 129 C. Fimbria temporibus isdem fere, sed longius aetate -tus (*oratoribus antea memoratis superstes*). CE 451, 2 (*saec. II/III*) *mortua quaedam* -ta per annos *tot* (SACR. Gelas. 1460 per felicem -tus aetatem). RVFIN. hist. mon. 1, 6, 2 *cum* -tus tempore prope iam ad senilem venisset aetatem (ORIG. in Matth. ser. 60 p. 137, 4 -tus in t. aetatis corporis sui).

2 *respicitur incrementum, actio naturaliter crescendi* (*vel alendi, fovendi, sc. act. p. 2305, 1 sqq.; cf. p. 2306, 39*): TERT. nat. 2, 5, 2 (*e Varrone*) quod nihil ... sine suffragio illorum *elementorum tamquam numinum* gigni ali -i possit. VET. LAT. Col. 2, 19 (cod. 75; *in imag.*) ex quo *capite* omne[s] corpus ... subministratum et -tum crescit (*gr. συμβιβαζόμενον, cod. 77* productum, *Vulg.* constructum). HIL. trin. 3, 19 caro *virginis* carnem *Christi*

[Löschhorn]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sine elementorum nostrorum pudore -xit. ZENO 2, 11, 3 quos *fructus* solis ardores, pluviae ventique exercendo -unt ad maturitatemque perducunt. AMBR. hex. 3, 15, 62 *aqua* radicem impinguat, caudicem -it *eqs.* IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 2, 181 *Cain* de eadem natura progenitus, non eadem voluntate -tus *atque Abel.* PS. PROSP. vocat. gent. 2, 11 p. 696[A] *herbae et ligna* certis et ordinatis -untur augmentis. EVSEB. EMES. serm. 5, 14 ungues *exanimorum* non -untur (*cf. p. 2308, 73*). *al.*

3 *vario respectu*: **a** *-untur res, quae augentur, iuvantur, diffunduntur sim.*: **α** *quaelibet*: CIC. Cato 27 quorum *Sex. Aeli aliorumque* usque ad extremum spiritum est -ta prudentia *iuris* ([*vix spectat ad p. 2306, 34*]. PHILO quaest. in gen. 4, 190 prudentiam crescere primo interim gradu -tam [*postea*: ampliare]). QVINT. inst. 2, 1, 4 *grammatica nunc* tantum ab hac appellationis suae paupertate ... -ta (*sc. alias artes amplectens*). TAC. dial. 36, 1 eadem ratio ... antiquorum eloquentiam -xit. hist. 1, 1, 3 dignitatem nostram a Vespasiano inchoatam, a Tito auctam, a Domitiano longius -tam *esse* (COD. Theod. 7, 3, 2 tempore -endae d. *al.*). TERT. adv. Marc. 4, 11 p. 452, 15 sicut fructus separatur a semine, ... sic et euangelium separatur a lege, dum -itur ex lege (*antea*: separationem ... per profectum). adv. Val. 29, 3 *semen parvum* iacitur, sed eruditu huius fides augetur atque -itur (AMBR. in psalm. 118 serm. 11, 16, 3). CYPR. patient. 20 *patientia* incrementa spei sublimiter -it. DECRET. fabr. Sentin. (CIL XI 5748) 11 proorsus usqu⟨e qua⟩que esse -tum nomen domus eius. SYMM. epist. 1, 42, 1 ut amicitia ... experiundo cottidie ⌞-atur⌟ (*Gruter,* praebeatur *vel* dilatetur *codd.; antea*: augescit et ... crescit). PAVL. NOL. carm. 12, 24 *Felix,* amicos -e cursus *nobis ad te navigantibus* (24, 45 fortiores -endis c. auras vocabat *gubernator*). BOETH. arithm. 2, 25, 3 l. 26 tetragoni ... multiplicatione facta -untur (*sc. ita ut cybus nascatur. aliter p. 2307, 73*). *al.* **β** *-itur imperium, ecclesia* (*sublucente vi locali maxime l. 35*): TERT. nat. 2, 17, 3 Sterculus et Mutun⟨us et Larentina⟩ pro⟨vexit⟩ hoc imperium ([*suppl. sec.* apol. 25, 3]. OROS. hist. 6, 1, 6 per reges et consules diu -tum). AVG. c. Faust. 28, 2 p. 740, 9 ecclesia ab ipso Christo inchoata, per apostolos -ta, ... *nunc* toto ... orbe dilatata. OROS. hist. 6, 1, 19 ut Romanam rem publicam et propitii -isse et aversi adflixisse videantur *di tanti Romanorum* (7, 9, 10 in inmensum r. p. R. -itur [*enumerantur provinciae*]). *al. apud eundem.* **γ** *-itur natura humana a Christo* (*cf. p. 2300, 26*): LEO M. serm. 23, 2 adsumpsit formam servi ... humana ⌞-ens⌟, divina non minuens (⌞ ⌟ augens *epist. 28, 3 Conc.*[S] *II 2, 1 p. 27, 12*). 24, 3. 72, 6 non dividitur a suscipiente susceptus et honor ⌞-endi⌟ -entis nominatur augmentum (⌞ ⌟ *i. eius qui -itur; postea*: adsumpti hominis exaltatio). *al.*

II *corporaliter*: **A** *usu communi significatur actio proveniendi, quae fit*: **1** *incremento naturali* (*quaedam ad B vergere non negaverimus, e. g. l. 45. 49*): **a** *c. respectu frugum, pomorum* (*in imag. l. 37 sqq.*): **α** *accedit additamentum, quo indicatur*: Ⓘ *tempus proveniendi* (*per adi. praeter l. 6 sq.*): OV. fast. 5, 266 poma ... ⌊-um⌋ temporis huius habent (⌊ ⌋ eventum *var. l.*). COLVM. 3, 6, 4 potest ... anni -u ... infecunda vitis semel exuberare (OPTAT. 3, 3, 16. *al.; cf. l. 35*). PLIN. nat. 15, 38 struthea ... serotino -u, praecoci ... mustea. 15, 71 *ficus* trifero -u. 17, 93 quod *pondus olei* ferant annuo -u *oleae.* 18, 127 durant *rapa* ... paene ad alium -um (19, 74 alios. *cf. l. 19*). SVLP. SEV. dial. 3, 7, 5 futuris -bus. Ⓘⓘ *res proveniens:* *per gen.*: PAVL. FEST. p. 86 epulationes ex -u fetus pecorum frugumque. COLVM. 2, 2, 14 (*indicium fertilis agri*) herbarum et arborum -um (6 praef. 1). 2, 2, 19 quae *terra* melius -u frugum approbatur (CENS. 18, 7 f. -us ac sterilitates. INSCR. Année Épigr. 1988 n. 1048, 4 [*Portis Ciliciae*]. *al.; cf. e. g. l. 12. 24*). 2, 10, 17 magnus ... eius *seminis* ... -s (PALLAD. 7, 9). PLIN. nat. 11, 18 olivae. 14, 65 sua quibusque terris tempora esse, suos rerum -us occasusque. MART. 9, 98, 1 vindemiarum non ubique -s cessavit ...; pluvia profuit. FRONTIN. strat. 3, 15, 3 quo victum sustentarent usque ad satorum -um. SVET. Claud. 16, 4 ut uberi vinearum -u bene dolia picarentur (SOL. 23, 1). APVL. flor. 15, 2 *Sami* ruratio omnis in ⌊sarculo⌋ et surculo, quorum -u magis fructuosa insula est quam frugifera (⌊ ⌋ *ad l. 64*). SOL. 2, 2 vitium olearumque -us *Italiae* ([*cf. Plin. nat. 3, 41* fertilitas]. 52, 24). DIOM. gramm. I 487, 7 precari pecorum ac frugum hominumque -um. ISID. orig. 14, 4, 5 Moesia a messium -u vocata. *al.* *per adi.*: SOL. 11, 12 arborarii -us abundantes (23, 1). 21, 1 Galliae ... praepinguibus glebis accommodae ⌊-bus⌋ fructuariis ([⌊ ⌋ provenientibus *var. l.*]. AMM. 22, 8, 32). PANEG. 2, 4, 4 Gargara -u laeta triticeo. Ⓘⓘⓘ *copia vel qualitas -us* (*per adi. passim; v. etiam e. g. l. 16 et cf. l. 54 sq. p. 2313, 31 sq. 2315, 7*): COLVM. 1, 1, 6 quod Italiae et Africae solum ... nequeat eosdem -us habere. 2, 14, 2 ea res, *sc. stercoratio,* maiorem faciet -um. PLIN. nat. 13, 56 ficus ... fecundo -u (*cf. l. 37*). 18, 320 -u nimio *vitium.* 21, 22 medio -u earum *rosarum.* VLP. dig. 47, 11, 6 pr. (*verba mandati*) qui fructus suos aequis pretiis vendere nollent, dum minus uberes -us exspectant (*adde l. 20 et cf. l. 37. al.*). ARNOB. nat. 1, 14 p. 13, 15 maximos annorum fuisse -us, ... abundantias rerum *eqs.* AMBR. obit. Valent. 72 in quo *agro* ... fecundus -s est gratiarum (*item in imag.*: EVCHER. laud. her. 39 uberi illic, *sc. in eremo,* messem -u colonus, *sc. eremita,* metet. *al., cf. p. 2315, 3; fort. huc* QVINT. inst. 10, 7, 1 *e coni. dub., cf. Walther, Rhein. Mus. 91, 1942, 5 sq.*). *al.*

β *sine additamento*: SEN. benef. 4, 33, 2 quis ... pollicetur serenti -um? COLVM. 4, 18, 2 prodest vires et -um cuiusque partis vinearum nosse (*respicitur terra, e qua provenit aliquid, ut*: PLIN. nat. 21, 17 ibi, *sc. Philippis,* non suae terrae -u *floret centifolia.* TERT. adv. Marc. 4, 28 p. 519, 14 *dives gaudet* de -u agrorum suorum [*respic. Luc. 12, 16 sqq.*]. SYMM. rel. 3, 17). PLIN. nat. 14, 42 *uvae* celeres -u. 15, 85. *al.*

b *c. respectu prolis animantium* (*cf. l. 24*): **α** *animalium* (*cf. l. 58*): PAVL. FEST. p. 167 in pecoribus quoque bonus -s feturae bona natio dicitur (*cf. l. 12. p. 2315, 9 et* SOL. 32, 32 rarescunt -us fetuum). PLIN. nat. 8, 218 Baliaricos adversus -um eorum *cuniculorum* auxilium militare ... petisse. 11, 46 fucorum -s. 11, 101 sicco vere maior -s *locustarum. al. apud eundem.* SOL. 45, 5 *Cappadocia* -ui equino accommodissima est. *al.* **β** *hominum:* *in imag.*: QVINT. inst. 12, 10, 11 deinde efflorescat ... oratorum ingens -s. PLIN. epist. 1, 13, 1 magnum -um poetarum annus hic attulit. IVST. 13, 1, 12 *Macedonia* clarorum virorum -u floruit. *proprie* (*cf. l. 24*): IVST. 36, 2, 4 Israhelem (*sc. Iacob*) ... decem filiorum -s ... *clarum* fecit. CHALC. comm. 182 est inter homines bestiasque ... communio ... corporeorum -uum, siquidem nasci, nutriri, crescere commune est *utrisque.* SYMM. epist. 3, 24, 1 tibi ... deos ... ex ea *coniuge* filiolam tempestivo dedisse -u. *al.*

c *vario respectu*: PLIN. nat. 5, 22 nec praeter marmoris ... ferarumque -um aliud insigne ei *regioni est* (*cf. p. 2311, 9*). 20, 122 *ocimum* inlinitur mammis extinguitque lactis -um.

2 *colligendo, operando* (*de ipsis rebus v. sub B3*): PLIN. nat. 6, 161 Sabaeos ditissimos ... mellis ceraeque -u (*item de -u mellis*: 11, 59 *apes* triplici cerarum ordine, uberrimi -us. 21, 56 -um ... sperant apiarii large florescente eo *thymo. al. apud eundem*). 13, 134 *cytisus est* tralatus ... in urbes graecas, magno casei -u (*cf. Colum. 5, 12, 1* lactis plurimum praebet ovi). *cf. l. 21.*

B *metonymice de iis, quae (qui) proveniunt* (*exempla potiora; v. quae sub A I monuimus*): **1** *quae naturaliter procrescunt* (*frumenta, fructus praeter l. 74. p. 2315, 6; in imag. p. 2315, 3. 9*): VERG. georg. 2, 518 annus ... -u ... oneret sulcos. MORET. 78 non domini ..., sed populi -s erat (*antea*: betae ..., porra ..., cucurbita). PLIN. nat. 18, 209 -um eorum *papilionum* ... frigore extinctum. SOL. 46, 5 ut onere -ūs semper gravetur *arbor*

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*cf. Plin. nat. 12, 15* arbor ... omnibus horis pomifera). PANEG. 3, 22, 2 -uum meorum tertius, consulatus ([*antea*: mihi ... tertia unius anni ubertas est c.]. *in imag. ut*: HIL. in Matth. 21, 6 *ficum Israhel esse* fructibus vacuam, operibus quippe bonis sterilem et exspectatis -bus nudam [*cf. Matth. 21, 19*]). AVG. civ. 22, 22 p. 606, 18 -um optimum frumentorum fluvius ... de horreis eiecit. *al. de multitudine hominum progenitorum*: VAL. MAX. 3, 5, 4 *Hortensius* in maximo ... ingenuorum civium ... -u summum auctoritatis ... gradum obtinuit (6, 9, 5). SEN. dial. 9, 7, 5 (*in imag.*) inter Platonas et Xenophontas et illum Socratici fetus -um.

2 *quae a deo procreantur*: CHALC. transl. p. 41^{D} *ex cratere, in quo creator animam mundi commiscuerat, non* eadem exoriebatur puritas serenitasque -uum, *sc. animarum stellarum* (*gr. aliter*). **3** *quae colliguntur tributi loco*: NOVELL. Valent. 36, 1 delegatione ... ad arcam praetorianam reducta cum aliis -bus (provinciis *trad.; postea*: debita emolumenta).

prōveo(r) *v.* proveho(r). *Spoth.*

prōverbiālis, -e. *a* proverbium. *legitur non nisi posit. inde a* GELL. *et* PORPH., *imprimis apud gramm.* [*loco obscuro* DON. Ter. Eun. 380, 4 ‹'nimium'› -e, quia 'nimium' propria vox est (‹ ›‹ne› n. *ed. Wessner*).]

i. q. ad proverbium pertinens, proverbio similis (*definitur l. 58 sqq. 65; disting.* proverbium *l. 44; fere de locut. tropicis, sed aliter e. g. l. 31. 37; neutr.* -e *pro subst. l. 49, dubitare possis de multis locis, ubi ponitur praedicative, sc.* '...' (est) -e *vel sim.; pendet* quia *l. 49 et conexu laxiore praepos.* in *c. acc. l. 31*): **1** *vario respectu*: **a** *spectat ad locutiones usitatas, vulgo notas* (*imprimis tropicas*): **α** *totum aliquod enunt.* (*cf. Porph. Hor. carm. 1, 29, 10 παροιμιῶδες*): GELL. 2, 22, 24 *καικίας ventus nubes ad se vocat*; ex quo versum istum -em factum ait *Aristoteles*: *ἕλκων ἐφ' αὑτὸν ὥσ⟨τε⟩ καικίας νέφος* (*Diogenian. paroem. 4, 66*). PORPH. Hor. sat. 1, 4, 13 ('minimo me provocat') sensus ex -i consuetudine ductus; solemus namque dicere: minimo [me] digito provocat. DON. Ter. Eun. 304, 1 'quid tu tristis?' -e est in hominem perturbatum et incerti vultus. Phorm. 21, 2 'quod ab illo allatum est, id sibi relatum putet' -e est: quod dedit, accepit (*cf.* SCHOL. *p. 2316, 8*). SERV. auct. Aen. 10, 494 non illi 'parvo', non parvo periculo, constabunt Aeneae hospitia; et est -is sensus (*i. translatus e re pecuniaria; cf. p. 2318, 32*). *al.* **β** *partes orationis, sc. fere opposita coniungentes* (*aliter l. 40; cf. l. 32. 72*): DON. Ter. Andr. 161, 1 'manibus pedibusque' -e, id est omnibus viribus. Hec. 315, 1 'rursum prorsum' (*v. p. 2156, 37 sq.*). *al. apud eundem.* SERV. auct. Aen. 4, 190 'facta atque infecta' ... est quasi -e. 9, 274 ('pectore toto') est de proverbio: ... (*affert Cic. leg. 1, 49*); cum enim dicit 'ut dicitur', ostendit -e.

b *spectat ad praeceptum generale, sententiam ratam sim.*: PORPH. Hor. carm. 4, 4, 31 ('nec inbellem feroces progenerant aquilae columbam') -is sententia. sat. 1, 1, 88 hoc ... de asino (*1, 1, 90 sq.*) proverbium aut -e esse *nec a poeta fictum* (*cf.* SCHOL. de asino ... -e est). 1, 1, 110 ('quod ... aliena capella gerat distentius uber') -is ... sensus (*Meyer*; usus *trad.*), quo etiam Ovidius usus est, cum ait '...' (*ars 1, 350*).

2 *respiciuntur sacrae script.*: **a** *de (locis allatis e) libro proverbiorum qui fertur Salomonis*: AMBR. in psalm. 1, 7, 4 habes ... illud -e, quia 'mansuetus homo cordis est medicus' (*prov. 14, 30*). RVFIN. Basil. hom. 5, 1 p. 1761^{C} ‹libri huius, id est -is sermonis›, intellectus ([‹ › *Migne gr. 31, 385*^{D} *τῆς λέξεως ταύτης tantum*]. *de singulis libri locis*: Greg. Naz. orat. 1, 34, 2 -is ... s., *sc. prov. 4, 27* [*Migne gr. 35, 441*^{C} *αἱ παροιμίαι*]. MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 39, 13. BASIL. hom. p. 80, 28 [*Migne gr. 31, 260*^{B} *ὁ παροιμιακὸς λόγος*]. *cf. l. 59*). 5, 8 p. 1770^{A} -is ... doctrina (*Migne gr. 31, 401*^{B} *ἡ παροιμία*). CASSIOD. hist. 2, 6, 1 illud ... -e ... eloquium: '...' (*prov. 8, 22; cf. gr. Theodoret. 1, 7, 18 τὴν παροιμιακὴν ... ῥῆσιν*). **b** *generaliter de locutione figurata* (*c. respectu et aliarum scripturae partium*): RVFIN. Basil. hom. 5, 2 p. 1762^{B} (*ad Ioh. 16, 25, v. p. 2318, 14*) quia -is sermo ... in manifesto non habeat intellectum, sed obliquis quibusdam indiciis ... eruditioribus voluntatem dicentis insinuet ([*Migne gr. 31, 388*^{C} *τοῦ παροιμιακοῦ λόγου*]. PALLAD. hist. mon. I prol. 2, 18 p. 250 [*respic. Sirach 19, 27*] sanctarum scripturarum -is s. [*gr. p. 14, 24 ἡ σοφία*]). IVNIL. 1, 2 species dictionis quot sunt? :: quattuor: nam aut historia est aut prophetia aut -is aut simpliciter docens (1, 5 [*cap.* de proverbiis] quae est -is s.? :: quaedam figurata locutio aliud sonans, aliud sentiens et in praesenti commonens tempore. *al. ibid.*).

adv. **prōverbiāliter.** *i. q. modo proverbiali, tropice* (*iuxta verba dicendi vel per ellipsin eiusmodi verbi praeter p. 2316, 11*): **1** *vario usu* (*spectat ad locutiones usitatas, vulgo notas praeter p. 2316, 9*): PORPH. Hor. epist. 1, 17, 3 ('ut si caecus iter monstrare velit') -r: u⟨t s⟩i sus Minervam doceat. 2, 2, 189 'albus et ater' -r, hoc est: bonus et malus (*item de iunctura oppositorum*: DON. Ter. Ad. 673, 3 -r 'hinc illinc'. SERV. Aen. 12, 811 'digna indigna pati', id est omnia; et -r dictum est). DON. Ter. Eun. 268, 2 'salva res est' -r. AMM. 29, 2, 25 *σὺ δὲ νόει καὶ στέφε τὴν πύλην*, quod dici proverbi⟨a⟩liter solet, ut audiens altius aliquid agendum agnoscat. SERV. auct. Aen. 12, 891 ('verte omnis tete in facies') est -r dictum. SCHOL. Hor. sat. 1, 4, 120 -r posuit 'nabis sine cortice', hoc est sine alieno adminiculo te reges (*cf. Porph.* allegoricos dicitur). Cic. Gron. A p. 346, 13 *citharista* (*sc. simulacrum subtile eius*) propterea -r dictus est in se canere solitus (*cf. Verr. II 1, 53* in proverbio *graeco*). AMBR. in Luc. 3, 50. SIDON. epist. 7, 9, 19 si ambigitur, quo magistro rudimentis fidei fuerit imbutus *Simplicius*: ut -r loquar, 'domi habuit, unde disceret' (*Ter. Ad. 413*). SCHOL. Ter. Bemb. Phorm. 21 -r: quod dedit, accipit (*cf.* DON. *p. 2315, 32*). *al. spectat ad praeceptum generale, sententiam ratam sim.*: PORPH. Hor. sat. 2, 5, 83 'ut canis a corio numquam absterrebitur uncto' -r: numquam deerit hoc facere. SIDON. epist. 2, 6, 1 -r celebre est saepe moram esse meliorem. **2** *respiciuntur sacrae script.*: RVFIN. Basil. hom. 5, 9 p. 1772^{A} -r iniquitatem iudicii in ponderum inaequalitate designans *Salomon* (*prov. 20, 10*). IVNIL. 1, 3 p. 473, 3 (*ad iud. 9, 8*). 1, 4 p. 475, 17 cum dicitur 'terra ...' (*Ier. 22, 29*), terram -r habitantes in ea homines nuncupat. 1, 6 *simplex doctrina* (*cf. p. 2315, 64*) neque historiam texit neque prophetiam, neque -r loquitur. *Harbsmeier.*

prōverbium, -ī *n.* [*fortasse posterius est voce prisca* adāgio (*q. v.*) *nec ideo facilius explicari potest.* -verbium *pars est t. t. gramm.* ad-, prae-, *sed etiam aliorum compos., sc.* dē-, vēri-verbium, *quae similia sunt nominibus actionis, qualia sunt* dēsīderium, incendium *sim.* (*cf. Leumann, Gramm. 1977, 293 sqq.*). *ab hoc* -verbium *et a* pro-, *quale est e. g. in* pro-fari *sim., fortasse formatum est* -um, *ita ut primitus fuerit i. q. profatus, proloquium, sc. dictum vulgo prolatum* (*cf. theod.* Aus-spruch). *Fo.*] NOT. Tir. 26, 6 -um. *fem. sing.* in -a (-um *vel* -o *var. ll.*) EPIPHAN. in euang. 43 p. 101, 15 *def. Erikson, Sprachl. Bemerkungen, 1939, 6 sq. prima syllaba longa est* OV. fast. 5, 489, *sed corripitur* ALC. AVIT. carm. 6, 388. *de notione*: CHAR. gramm. p. 462, 52 -um *παροιμία* (*item* p. 470, 10 [*inter orationis partes*]. EXC. Bob. gramm. I 554, 24. *al.; addas vol. X 1, 435, 53 sqq. 57 sqq. et cf. supra p. 1106, 68. 72*). AVG. gramm. V 509, 33 tertio modo 'verba' dicimus pro sententiis vulgaribus, quae -a dicuntur (*fort. cf.* GLOSS. pro verbo [*sed una voce ed.*]: -um). GLOSS. -um: *προοίμιον*. similitudo aut parabola vel comparatio. GLOSS. biling. I 4 W 80 *παροιμ*[*ε*]*ία*: -um (prob- *trad.*), adagio, ‹ambitio› (*v. ed. ad l.*). *al. legitur inde a* CIC., VARRONE, *in versibus l. 27 sq. et* COMM. [*confusionem c.* praeverbium *v. p. 1106, 45.*]

1 *strictius et fere technice significatur dictum vulgo prolatum, sc. sive locutio trita tropice adhibita (e. g. l. 60. 62. 64. p. 2317, 38), sive sententia iisdem verbis saepe iterata tamquam populi ore aliquid verum proferens* (*e. g. l. 61. 68. 75. p. 2317, 42; -a sumuntur e carminibus p. 2317, 26 sq.; explicatur*: HIL. in psalm. 127, 9 -a non hoc, quod verbis sonat, explicant, sed dictorum virtutem ex usu verborum communium nuntiant [*cf. p. 2317, 75. 2318, 3*]. RVFIN. *p. 2318, 23.* AVG. *l. 31; ad rem v. Proverbes et sentences dans le monde Rom., Actes ... éd. par F. Biville, 1999*). *indicantur verba vel argumentum -i per orat. rectam p. 2317, 5. 11. 28 et saepe (addito verbo dicendi e. g. p. 2317, 16. 28), inf. vel acc. c. inf. l. 69. p. 2317, 8 sqq. 35. 38 et saepe, coniunct.* quod *p. 2317, 46. 48, gen. gerund. p. 2317, 20, gen. subst. p. 2317, 7 et* PLIN. nat. 29, 102 discordiae (*v. vol. VII 2, 952, 30*). DON. Ter. Andr. 381, 7 celeritatis, *praepos.* de *p. 2317, 6. 22 et e. g.* APVL. met. 9, 42, 4, in *c. acc. p. 2317, 18 et e. g.* PORPH. Hor. ars 19. *epitheta notabiliora*: antiquum VARRO rust. 2, 9, 9 VVLG. I reg. 24, 14 AVG. serm. 167, 4. *al.*, commune CIC. Verr. II 1, 121 HIER. hom. Orig. in Ezech. 6, 6 p. 383, 28, contritum CIC. fin. 2, 52. off. 3, 77 (*cf.* tritum *ibid.* 1, 33 HIER. epist. 7, 5. *al.*), graecum CVRT. 7, 8, 23 SVET. Tib. 38. *al.* (*cf. e. g. p. 2317, 28*), verum CIC. fin. 2, 105 SEN. apocol. 1, 1. VET. LAT. II Petr. 2, 22 (Aug. fid. et op. 24, 45. *al.* = VVLG.). *al.*, vetus CIC. fin. 5, 3 Tusc. 2, 11. *al.* VARRO rust. 1, 2, 2 SEN. epist. 22, 1. *et saepius,* vulgare CIC. nat. deor. 3, 13 fam. 10, 20, 2 PORPH. Hor. sat. 2, 3, 321 ARNOB. nat. 6, 9. *al.*

a *locutiones potiores*: **α** in -o (-is): CIC. Verr. II 1, 53 id, quod est Graecis hominibus in -o, *sc. 'intus canere'* ([*v. vol. VII 2, 104, 33 sqq.*]. orat. 235 ut in -o e. [Tusc. 2, 11 fortis ... fortuna adiuvat, ut e. in vetere -o. off. 1, 51]. ac. 2, 57. FEST. p. 372 'vapula Papiria' in -o fuit antiquis. *al.*). 1, 121 istius nequitiam ... tum in ore vulgi atque in communibus -is esse versatam. FEST. p. 290 *aliquid* in -o dici solet (ARNOB. nat. 6, 9. PALLAD. hist. mon. I 6, 8 p. 256^{B} [*gr. p. 23, 7 τὸ λεγόμενον*]. *al.*). *al.* **β** in -um *sim.*: CIC. off. 2, 55 id ... iam in -i consuetudinem venit (*cf.* in -um venire: VARRO frg. Non. p. 523, 27 [in -o *codd.*]. LIV. 40, 46, 12 volgatum illud, quia verum erat, in -um venit, amicitias immortales, mortales inimicitias debere esse. FEST. p. 372. *al.*). LIV. 23, 47, 6 quae vox in rusticum inde -um prodita est. FEST. p. 310 '...' in -um ⟨abiit⟩ ([*suppl. Scaliger*]. PLIN. nat. 35, 85). 355 'Tyria maria' in -um deductum est. SEN. epist. 114, 1 quod apud Graecos in -um cessit (PLIN. nat. 23, 41). *al. accedente colore maledicendi, ludibrio habendi* (*sim. p. 2317, 46; cf. iam l. 63 sq.*): VVLG. deut. 28, 37 eris perditus in -um ac fabulam omnibus populis (III reg. 9, 7). II par. 7, 21 domus ista erit in

[Funari]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-um. Iob 17, 6 posuit me quasi in -um vulgi et exemplum sum ([*Hier. interpr.* in loquelam]. Ezech. 14, 8 faciam eum in e. et in -um). Ier. 24, 9 dabo eos ... in obprobrium et in parabolam et in -um et in maledictionem. **γ** -um est (*v. etiam l. 14*): Cic. Flacc. 65 utrum ... nostrum est an vestrum hoc -um '...'? fin. 2, 105 ut -a nonnulla veriora sint quam vestra, *sc. Epicureorum,* dogmata. nat. deor. 3, 13 de Sagra Graecorum ... est vulgare -um (Schol. Iuv. 2, 63 -um est corvorum de impudicis. Hier. in Ier. 5, 52, 3). *al.* Fest. p. 165 nec mulieri nec gremio credi oportere -um est (*item pendet [acc. c.] inf.*: Sen. epist. 22, 1. Colvm. 11, 2, 80 vetus est agricolarum -um *eqs. al.*). 282 'rideo ... canterio' -um est (*item inducit orat. rectam*: 325 Epist. imp. Sept. Sev. dig. 1, 16, 6, 3. *al.; cf. l. 5; sine copula*: Fronto p. 9, 9). Vet. Lat. Ezech. 18, 3 (Alc. Avit. hom. 7 p. 116, 5) si erit ultra -um illud (*gr. παραβολή,* Vvlg. si erit ... parabola haec in -um). *al.* **δ** -um *alicunde ortum est*: Cic. fin. 2, 52 unde est hoc contritum vetustate -um 'quicum in tenebris'? (Porph. Hor. carm. 3, 6, 24 hoc -um de graeco e., quod dicunt '...'. Macr. Sat. 7, 12, 9. *al.; sine copula*: Fest. p. 145 unde). off. 3, 77 a quibus natum est ... -um (Fest. p. 330 inde -um est in eas n. res, quae *eqs. al.* Petron. 25, 6 hinc ... -um n. illud, ut dicatur *eqs.* Plin. nat. praef. 29 -um inde n. suspendio arborem eligendi. *al.*). Fest. p. 149 -um est ex graeco ductum (Macr. Sat. 1, 8, 5 inde). Frontin. strat. 4, 1, 7 unde et -um tractum est 'muli Mariani' (Don. Ter. Phorm. 696 a sagittariis. *al.*). Gell. 3, 9, 6 hinc -um de hominibus calamitosis ortum. *al.*

b *exempla cetera* (*selecta inde a* Sen. *philos.*): Cic. Phil. 13, 27 quod in hoc Planco -i loco dici solet (Tusc. 4, 36 Sen. suas. 2, 13. *cf.* vice -i: Gell. 2, 6, 9 antiquissimus versus v. -i celebratus est. Macr. Sat. 5, 16, 6 ut singula eius *Homeri ἀποφθέγματα* v. -orum fungantur). Tusc. 1, 41 bene ... illo Graecorum -o praecipitur: '...' (Porph. Hor. sat. 1, 3, 32 per -um. *cf.* Plin. nat. 28, 25 pollices ... premere ... -o iubemur). Cato 7 pares ... vetere -o cum paribus facillime congregantur (*abl. eadem notione*: off. 3, 78. *cf.* iuxta -um: Hier. epist. 7, 5. 126, 2, 1; secundum -um: Evstath. Basil. hex. 6, 10, 8 [*gr. κατὰ τὸ εἰρημένον*]. Pallad. hist. mon. I 34, 1 p. 299^{C} [*gr. p. 98, 5 τὸ ... λεγόμενον*]). off. 1, 33 illud 'summum ius summa iniuria' factum est iam tritum sermone -um (Sen. apocol. 1, 1 *Claudius* verum -um fecerat aut regem aut fatuum nasci oportere. Gell. 13, 29, 5). *al.* Varro rust. 1, 2, 2 vetus -um ... usurpemus (*cf.* uti *l. 52. 53 et* Porph. Hor. sat. 2, 3, 321). 2, 9, 9. Ov. fast. 5, 489 si te -a tangunt. Liv. 8, 8, 11 rem ad triarios redisse, cum laboratur, -o increbruit. Sen. epist. 47, 5 eiusdem adrogantiae -um iactatur totidem hostes esse quot servos (Svet. Nero 20, 1). Inscr. Année Épigr. 1941 n. 8 (*saec. II^{1}; e taberna Ostiensi*) amice fugit te -um 'bene caca et irrima medicos'. Apvl. met. 11, 28, 2 quod ait vetus -um (*cf.* Amm. 14, 11, 12 ut -um loquitur vetus [*item* 28, 4, 26]. Schol. Hor. epist. 1, 17, 36 dicit). Tert. nat. 1, 7, 6 testibus sententiis et -is (*item fere* apol. 7, 13). Hier. epist. 57, 12, 3 conpletur in me ... -um (*cf.* implere: Greg. Tvr. Franc. 5, 18 p. 219, 8 impletur in te -um illud, quod '...'. 6, 32 p. 302, 15). Vvlg. Iob 30, 9 factus sum eis -um (*Hier. interpr.* me habent fabulam. *cf. p. 2316, 73*). Aster. ad Renat. l. 326 -um de Atheniensibus enarratum, quod novae opinionis studium haberent (*cf. act. 17, 21*). *al.* *in arte rhet.*: Cic. de orat. 2, 258 in hoc genus *ridiculi* coiciuntur etiam -a (*orationi interponenda ut etiam versus*: Qvint. inst. 6, 3, 98 -a opportune aptata *adiuvant urbanitatem.* Fronto p. 215, 27). Qvint. inst. 9, 2, 104 *Celsus figuram putat* -is uti (*cf. vol. X 1, 435, 47 sqq. et* Pomp. gramm. V 311, 36 quotienscumque utimur -is, accommodatum rebus et temporibus facimus hunc tropum). Char. gramm. p. 314, 5 apud Apuleium Platonicum de -is (*si recte huc traximus tit. libri ceterum ignoti*).

2 *laxius de quolibet eloquio (gr. respondet παροιμία, nisi aliud adnotavimus); significantur potius*: **a** *varia dicta, praecepta, sententiae*: **α** *generatim*: Vet. Lat. Sirach 6, 35 ut *a sapientibus* omnem narrationem dei possis audire et -a laudis non effugiant te (*cf.* 8, 9 in -is illorum *sapientium* conversare. 18, 29 *sapientes* intellexerunt veritatem et iustitiam et ⌊imploraverunt⌋ -a et iudicia [⌊ ⌋ impluerunt *ed. Clem.*]). Luc. 3, 4 (cod. 6) sicut scriptum est in libro -orum Ysaiae prophetae (*gr. λόγων, cod. 2. al. et Vulg.* sermonum. *an ad p. 2318, 11?*). Lact. inst. 3, 20, 10 celebre hoc -um Socrates habuit: 'quod supra nos, nihil ad nos' (*sim.* epit. 32, 3. *cf. Otto, Sprichw. n. 1714*). Vvlg. num. 21, 27 dicitur in -o: 'venite *eqs.*' (*affertur canticum quoddam*). Avg. civ. 2, 3 p. 56, 1 ex ... imperitia *stultorum* ... ortum est vulgare -um: pluvia defit, causa Christiani sunt (*de trito vulgi iudicio varia forma enuntiato; cf. e. g.* in psalm. 80, 1 vetus ... -um: non pluit deus, duc ad Christianos). in psalm. 123, 10 -a dei (*opp.* -um illud vulgare, *sc. ad l pertinens*). **β** *speciatim de iis, quae collecta sunt in libro sacrae script., qui inscribitur* -a: Tert. pudic. 18 p. 259, 5 in -is Salomon, quae *παροιμίας* dicimus, ... inquit (Lvcif. non conv. 6 l. 3 dicit dei spiritus per Salomonem in -is. Hier. epist. 22, 14, 2 in -is Salomonis [Avg. serm. 36, 5 in -o S. *al.*]. 30, 1. *al.*). Hier. praef. Vulg. reg. p. 7, 2 (*sim.* Salom. p. 4, 5) -a, quae illi parabolas id est Masaloth appellant (*sim.* Isid. orig. 6, 2, 18, *qui addit*: eo quod ... sub comparativa similitudine ... imagines veritatis ostenderit). Rvfin. Orig. in cant. prol. p. 76, 20 *Salomon* -a attitulavit libellum suum, quod ... nomen significat aliud quidem palam dici, aliud vero intrinsecus indicari. 77, 32 -orum ... libellum, in quo ... moralis traditur locus. Alc. Avit. carm. 6, 388 quidquid ... Salomon obscurum sensu per clara -a duxit. *al.*

b *ratio dicendi*: **α** *quae figurate loquitur de deo, salute aeterna sim., ita ut vergat in vim q. e. parabola, similitudo* (*vice versa vol. X 1, 289, 48 sqq.; cf. explicatores supra p. 2317, 75. 3. huc fort. trahendum* Gloss. dei -a: ⌊*θεολόγια*⌋ [*gr. non legi vid.; confusumne cum -γία?*]): *in sacra script.* (*cf. p. 2317, 62*): Vet. Lat. Sirach 39, 3 *sapiens* occulta -orum exquiret et in absconditis parabolarum conversabitur (*nisi trahas ad p. 2317, 58 sqq.*). Ioh. 10, 6 (cod. 2. *al., item fere* Vvlg.) hoc -um dixit illis Iesus. 16, 25 (*ibid.*) haec in -is locutus sum ad vos; veniet hora, quando iam non in -is loquar vobis, sed evidenter de patre nuntiabo vobis (*Aug. trin. 1, 10, 21* in similitudinibus). 16, 29 (cod. 4. *al.* = Vvlg.) nunc palam loqueris et -um nullum dicis (*cod. 2. 3* similitudinem). Vvlg. Ezech. 24, 3 dices per -um ad domum irritatricem parabolam (Hier. *ad loc.* l. 1322 metaphoram translationemque significat). *inde apud ecclesiasticos*: Hil. trin. 6, 33 post multas ... -orum obscuritates, quibus in parabolis locutus esset *Iesus.* Zeno 1, 37, 6 (*verba domini*) quae in -is locutus sum, non intellegentibus explanabis. Rvfin. Basil. hom. 5, 2 apud nos ... -um est sermo utilis occulta intra se continens *eqs.* (*opp. notione communi*: ea quae vulgo velut ex traditione quadam antiquitatis loquuntur). Avg. in euang. Ioh. 102, 4 (*ad l. 14*) -a illi *homini* sunt quaecumque dicta sapientiae de incorporea ... substantia, ... quia sic cogitat, quomodo qui -a solent audire neque intellegere (*sim.* 103, 2 hoc intellegenti est verbum, non intellegenti -um. *al.*). Evstath. Basil. hex. 5, 6, 15 secundum -i rationem (*sc. parabolam fici Luc. 13, 6 sqq., cf. Matth. 21, 19*). Vita Caes. Arel. 1, 17 alios quasi in -is generaliter monens, alios asperius ... increpans *Caesarius. al.* **β** *quaelibet*: Schol. Cic. Gron. D p. 281, 25 sq. 'est mihi tanti, Quirites'; -um translatum est ab emptione; 'est mihi tanti'; hoc -um: tanti pretii est (*cf. p. 2315, 34*). Ps. Orig. in Iob 1, 37 l. 1 humana usus consuetudine ac -o atque locutione dicit 'venerunt ante deum' (*cf. l, 6*). Salv. gub. 8, 24 latrones hoc -o uti solent, ut quibus non auferant vitam, dedisse se dicant.

deriv.: proverbialis.

[prōverro, -ere *non nisi e coni. dub. p. 2309, 35.*] *Funari.*

[prōversitās *olim falso ed. pro* per- Avg. doctr. christ. prol. 11 (5).]

[prōverso, -āre *cave agnoscas* Gloss. -a: propera, festinus redi (*cf. Gloss.*^{L} *V Aa P 1507* propera:festina, ⌊⟨perpera:⟩⌋ perversa [proversa *trad.*; ⌊ ⌋ *suppl. sec. P 1350*]).]

prōversus *v.* prorsus.

prōverto, -versum (-vors- *l. 47*), -ere. *a* pro *et* vertere. *i. q. ad priora vertere sim.*: **1** *part. perf.*: *vi locali, sc.* -versus *i. q. prorsus: v. p. 2154, 58. 70.* *vi temporali de specie quadam fulguris*: Fest. p. 229 -vorsum fulgur appellatur, quod ignoratur noctu an interdiu sit factum (*v. adnot. Muelleri p. 227 'fulmen est ex nocte in diem, vel ex die in noctem proversum'*). **2** *forma finita* (*at notione non perspicua*): Not. Tir. 28, 1^{b} -it (*inter alia compos.*).

[prōvicārius, *compos. a* pro *et* vicarius, *vix recte agnoscitur in inscr. mutila a. 392/3 vel 425/439* CIL VIII 24069, 4; *legendum est* pro vic(ario) et pro proc(onsule) p(rovinciae) A(fricae), *v. Prosopogr. Later Rom. Emp. II 1226 s. v. anonymus 39.*] *Wieland.*

prōvidē *v.* providus. **prōvidēns, prōvidenter** *v.* provideo.

prōvidentia, -ae *f.* *a* providere. *de origine: cf. p. 2319, 9. 22 sqq.* *de scriptura* (*cf.* Gramm. suppl. 301, 2 per ti syllabam scribitur): probi- Inscr. Alger. I 3809 (*aet. Iust.*), *puncto interposito* pro·v- Inscr. Année Épigr. 1909 n. 68 (*a. 265*), *partim litteris gr.* CIL VIII 4354 (*a. 578/582*). *abbreviatur passim et variis modis in* Inscr. numm. imp. *inde a Tib., v. indices ed.* Not. Tir. 25, 47 -a. *corripitur* pro- Ven. Fort. carm. 9, 9, 23. *de notione v. l. 68. p. 2319, 7 sqq.* *legitur inde a* Rhet. Her., Cic. *eiusque fam.*, Sall., Liv., *sc. sing. praeter p. 2322, 46; in versibus non nisi l. 62.* [*confunditur in codd. saepe c.* prudentia, *e. g.* Cic. Flacc. 3 nat. deor. 2, 98.]

I *notione communi i. q. habitus, condicio sim. providentis, πρόνοια* (*quod gr. respondere solet, nisi aliud notavimus; cf. supra p. 1913, 13 sqq. et* Gloss. -a: *πρόνοια. hic illic de ipsa actione, fere in circumscribendo verbo q. e.* providere, *sc.* -am facere *sim. p. 2319, 52. 73. 2320, 13. al.,* -am gerere, habere *e. g. p. 2320, 16. 17; de facultate providendi maxime p. 2321, 27*). *saepe iuxta alias virtutes, peculiariter* consilium, *e. g. p. 2319, 34. 41,* prudentia, *e. g. p. 1913, 15. 2319, 12* (*prudentiae pars est p. 2319, 10; ceterum cf. p. 2321, 29 et* Pavl. Nol. epist. 13, 22 prudentiam ... -ae. *opp. p. 2321, 14*), sapientia, *e. g. p. 2319, 36* (*cf.* Fvlg. myth. 2, 6 divinae -ae sapientia), *pleonastice e. g.* Val. Cem. hom. 19, 2 -ae cura (*cf.*

[Frings]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 2318, 73 sq.); *opp. e. g.* temeritas FACVND. defens. 2, 6, 12, *sed imprimis* casus, fatum, fortuna *sim., e. g. l. 16. p. 2320, 48* (*sed v. p. 2321, 64*). *accedit gen. subi. passim (adi. pro gen. e. g. l. 75), gen. obi. e. g. l. 52. p. 2320, 13. 15. 34 sqq. (adi. pro gen. p. 2320, 10. 38), gen. gerund. e. g. l. 57. p. 2321, 1. 15. 49. 55, praepos.* circa *l. 51 et e. g.* CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 283, pro RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 53, 2 RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 55, 20.

A *definitiones, explicationes sim. potiores*: CIC. inv. 2, 160 partes eius *prudentiae, sc. virtutis cardinalis*: memoria, intellegentia, -a; ... -a *est,* per quam futurum aliquid videtur, ante quam factum est (*item est eius pars*: MACR. somn. 1, 8, 7 prudentiae insunt ratio, intellectus, circumspectio, -a, docilitas, cautio). SEN. dial. 3, 3, 7 nulli nisi homini concessa prudentia est, -a, diligentia, cogitatio. 7, 9, 4 summum bonum est ... -a. epist. 5, 8 sq. -a, maximum bonum condicionis humanae, in malum versa est ...; (9) timoris enim tormentum memoria reducit, -a anticipat. APVL. Plat. 1, 12 p. 205 omnia ... -ae custodia gubernantur ...; -am esse divinam sententiam ...; divinam legem esse fatum *eqs.* (*item disting.*: CHALC. comm. 143 iuxta Platonem praecedit -a, sequitur f. ...; f. ... dicimus ex -a fore, non tamen -am ex f. [*sim.* 151. 189. *al.*]. BOETH. cons. 4, 6, 9 -a est ... divina ratio in summo omnium principe constituta, quae cuncta disponit, f. vero inhaerens rebus ... dispositio. *al.*). PS. APVL. Ascl. 11 partibus quattuor animi, sensus, memoriae atque -ae, quarum ratione *homo* cuncta divina norit. CHALC. comm. 176 dei voluntatem ... -am vocant homines, non ... ideo dictam, quia praecurrit in videndo atque intellegendo proventus futuros, sed quia proprium divinae mentis intellegere. BOETH. cons. 5, 6, 17 non praevidentia, sed -a potius dicitur, quod ... quasi ab excelso rerum cacumine cuncta prospiciat. *al.*

B *exempla usum illustrantia, quae pertinent*: **1** *ad animum providentem, sc. potius*: **a** *curantem, moderantem sim. (cavendo e. g. l. 41. p. 2320, 30 sq.; saepius inducitur -a tamquam agens, e. g. l. 33. 41. 58. p. 2320, 46); -a praediti sunt*: **α** *homines vel res ad eos pertinentes* (*animalia p. 2320, 32 sq. 43*): Ⓘ *potestate, dignitate publica vel eccles. fungentes* (*apud Romanos praeter l. 57. p. 2320, 2. al.*): Ⓐ *varii* (*addidimus iudices l. 36*): RHET. Her. 4, 32, 43 Scipionis -a Karthaginis opes fregit. CIC. Catil. 3, 14 quod virtute, consilio, -a mea res publica maximis periculis sit liberata. Flacc. 3 si umquam res publica consilium, gravitatem, sapientiam, -am (prudentiam *var. l.*) iudicum imploravit (COD. Iust. 9, 13, 1, 1^{f} -a i. et cura parentum. *cf.* APVL. apol. 84, 6 tuum hoc, Maxime *iudex,* tuaeque -ae beneficium est, quod *eqs.*). VELL. 2, 115, 5 exercitus -a ducis *Tiberii* rectus est (TAC. hist. 2, 19, 1). VAL. MAX. 7, 4, 4 *ne Poenorum* iunctae copiae ... res nostras urguerent, hinc Claudi Neronis ... consilium, illinc Livi Salinatoris ... -a effecit. QVINT. decl. 331, 3 nulla tanta -a potuit esse eorum, qui leges componebant, ut species criminum complecterentur (*cf.* VLP. dig. 26, 4, 1 pr. 43, 4, 1, 1 hoc edictum summa -a praetor proposuit. *al.*). FRONTIN. strat. 1 praef. 1 consilii ... et -ae exemplis. CIL VIII 25943, 1, 2 (*aet. Hadr.*) rogamus, procurato⟨res, per pro⟩videntiam vestram, quam ⟨nomine Ca⟩esaris praestatis, velitis *eqs.* DECRET. decur. Tergest. (CIL V 532; *a. 138/161*) 2, 29 ipsius *Fabii Veri* ... -ae, qua rem publicam n(ostram) ... gubernat. APVL. Plat. 2, 8 p. 232 -am prodesse civilibus rebus. VET. LAT. act. 24, 2 (cod. 50. *al.* = VVLG.) per tuam, *praeses,* -am. INSCR. Dessau 8984 (*saec. IV ex.*) proconsuli Campaniae ... ob inlustria merita et circa provinciales praeclara -a. CONC.^{S} II 3, 3 vers. ant. p. 72, 3 (*imperatoribus*) *rogo,* ut mei -am fieri et causam meam examinari praecipiatis. *al.* Ⓑ *princeps* (*Romulus* CIC., *rex l. 57. p. 2320, 2*): CIC. rep. 2, 5 (*de Romulo*) hoc vir excellenti -a sensit ac vidit non esse opportunissimos situs maritimos urbibus. VAL. MAX. 1 praef. te ..., Caesar, invoco, cuius caelesti -a virtutes ... benignissime foventur. 4, 8 ext. 1 *Hiero* voluntate *aurum Romanis* mittendi prius, iterum -a cavendi, ne remitteretur, liberalis. S. C. de aedif. (CIL X 1401; *a. 44/46*) 3 cum -a optumi principis tectis quoque urbis nostrae ... prospexerit *eqs.* (FRONTIN. aq. 64, 1 praeeunte -a ... Nervae p. 87, 2). TAC. ann. 13, 3, 1 postquam *Nero laudatione funebri* ad -am sapientiamque *Claudii* flexit, nemo risui temperare. PLIN. epist. 6, 19, 3 *ut* huic quoque *vitio* -a sua occurreret *princeps. al.* LEX Hadr. (CIL VIII 25943) 2, 7 permissu[m] prov⟨iden⟩tiae eius. FRONTO p. 230, 2 *divus Pius* divinus ille vir -ā ... omnes omnium principum virtutes supergressus. S. C. de sumpt. lud. glad. (CIL II 6278) 13 iam fructus tantae vestrae -ae emerget. CIL VI 31338a (*a. 214*) mancipes ... divina -a eius refoti. VIII 21920 (*a. 237*) pro sua infatigabili ⟨pro⟩videntia (*item loq. princeps de -a sua*: EDICT. imp. Constant. frg. Vat. 35, 3 iustae -ae consulta deliberatione sancimus, ut *eqs.* NOVELL. Maior. 2, 2 augustae mentis -am sensumque. COD. Iust. 1, 5, 10, 2 [*a. 466/472?*] nostrae ... serenitatis ... -a. *al.*). PANEG. 8, 7, 2 tua, Caesar, divina -a ... efficaci[a] est usa consilio. CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 182, 14 *imperatores haeresiarchas* castigantes, reliquorum vero -am facientes, quatenus ... conversi nihil ... suorum amitterent (*gr. I 1, 3 p. 69, 12 πρόνοιαν ποιησάμενοι, ὅπως κτλ.*). *al.* *adi. pro gen. subi.*: VLP. dig. 1, 7, 22, 1 principali -a (ACT. lud. saec. Sept. Sev. 1 [CIL VI 32326] 7. CASSIOD. var. 2, 28, 5. 4, 19, 1). VET. LAT. II Macc. 4, 6 (rec. L. *al.*) sine regali -a ([*recc. B, M* voluntate]. EVGEN. Vict. Vit. 2, 41 CASSIOD. var. 5, 39, 3. 6, 22, 1. *al.*). Ⓒ *episcopi aliive munere ecclesiastico fungentes*: CYPR. epist. 59, 20, 2 fraternitatem nostram vestra (*sc. Cornelii papae*) ... -a monitam *esse,* sed et sua vigilantia satis cautam *eqs.* CONC. Carth. a. 397 p. 42 l. 180 ut virgines sacrae ... episcopi vel presbyteri ... -a gravioribus feminis commendentur (FERRAND. canon. 48. CASSIOD. hist. 5, 19, 1 eius *e.* -am atque custodiam [*gr. Socrat. 2, 37, 8 παραμυθίας*]). THEOD. MOPS. in I Tim. 5, 9 viduae in ordine constituebantur ecclesiastico, ut ecclesiasticam potirentur -am (*gr. ἐπιμελείας*). COD. Iust. 1, 12, 6, 6 (*a. 466*) studio et -a ... oeconomi sive defensoris ecclesiae diligentia. CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 120, 33 sancta ... synodus omnem faciens -am rectae ... fidei et dogmatum veritatis (*alia vers.* I 5 p. 88, 41 adhibens -am). DIONYS. EXIG. Conc.^{S} II 2, 2 p. 55, 20 episcopum convenit ... monasteriorum -am gerere (*sim. aliae vers. ibid., sed p. 88, 18* curam et sollicitudinem). CASSIOD. hist. 10, 4, 8 -am urbis Constantinopoleos habebat *Ioannes episcopus* (*gr. Theodoret. 5, 28, 2 προμήθειαν*). BENED. reg. 41, 4 *ratio refectionis* in abbatis sit -a. *al.*

Ⓘⓘ *quilibet*: Ⓐ *vario usu*: VITR. 7, 1, 1 incipiam de ruderatione ..., uti curiosius summaque -a solidationis ratio habeatur. VELL. 2, 120, 4 nec temerario consilio nec segni -a (prudentia *var. l.*). VAL. MAX. 5, 7 ext. 1 Erasistrati medici -a. 6, 2 praef. *libertas dicentis vel agentis* frequentius aliena venia quam sua -a tuta. SEN. epist. 58, 29 posse aliquatenus nostra ... -a longiorem prorogari huic corpusculo moram. PLIN. nat. 17, 21 (*opp.* imperitia). 18, 39 summum ... -ae illorum *maiorum* fuit, ut quam minimum esset impendii. 29, 17. PLIN. epist. 3, 19, 9 in disponendis facultatibus plurimum tibi et usus et -ae superest. APVL. met. 5, 19, 4 incuria sequens prioris -ae beneficia corrumpet. Plat. 1, 13 p. 208 -a ... eius *capitis* a periculis vindicari *membra.* FIRM. math. 1, 7, 42 cautos -a saepe decepit. SCHOL. Cic. Bob. p. 174, 24 *eum esse* cautissimum ..., qui ... de sua -a habeat securitatem vitae. CLAVD. DON. Aen. 1, 435 p. 90, 6 *apis habet* -am et partiendi laboris naturalem industriam (*cf.* -am *formicae* CLAVD. MAM. anim. 2, 3 p. 107, 17). *al.* Ⓑ *accedit gen. obi. (adi. pro gen. l. 38): animantium*: POMPON. dig. 33, 1, 7 -a filiorum ... fecisse *legatum* (PAPIN. dig. 30, 90 pr. COD. Iust. 5, 35, 3, 2 [*respic. tutela*]. MVTIAN. Chrysost. hom. 34 p. 453$^{med.}$ cura domus et -a f. [*gr. p. 235 προστασία*]). PAVL. dig. 26, 7, 27 ad -am pupillarem. DIONYS. EXIG. Nyss. creat. 7, 3 p. 355^{B} ovium habere -am (*gr. p. 136 τὴν τῶν προβάτων ἐπισταστίαν*). *rerum*: VET. LAT. Rom. 13, 14 (Aug. conf. 8, 12, 29) carnis -am ne feceritis (*cod. 75. al. et Vulg.* curam). IREN. 3, 25, 1 qui morum -am habent. IVL. VAL. 3, 20 l. 443 excitabamur ad -am periculi imminentis atque ideo arma ... capimus (*vix ad b*). ARNOB. nat. 2, 17 animantia cetera huius rei, *sc. domicilia faciendi,* -am non habent? ALEX. TRALL. 1, 31 capitis -am fieri oportet. *al.*

β *numina, natura sim.* (*haud raro -a inducitur pro agente, e. g. l. 62. 65. 68. p. 2321, 4, ita ut vergat ad IIA1*): Ⓘ *philosophorum, paganorum* (*cf. p. 2319, 15 sqq. 22 sqq.; saepe opp.* casus, fortuita *sim., e. g. l. 51. 55. 60 sq. 66*): CIC. Tim. 10 hunc mundum animal esse idque intellegens et divinā -ā constitutum (nat. deor. 2, 87 *ea, quae cohaerent* sensu moderante d. que -ā [*opp.* fortuita]. *al.* VAL. MAX. 1, 5, 1 *omina* non fortuito motu, sed d. -ā constare creditur. PS. QVINT. decl. 12, 27 APVL. met. 2, 28, 1. *al.; cf. p. 2381, 20*). nat. deor. 2, 75 -ā deorum ... mundi partes et ... constitutas esse et ... administrari (2, 127. *al.* LIV. 1, 51, 3 moram ... velut d. quadam -a inlatam. *al.* SEN. contr. 1, 3, 8 utrum -ā d. an casu? *al.* VAL. MAX. 1, 5, 5. *et saepe*). 2, 140 ad hanc -am naturae tam diligentem tamque sollertem (PLIN. nat. 3, 132 *Alpes erectae* veluti n. -ā. 9, 20. *al.* MACR. Sat. 5, 11, 16). SEN. contr. 2, 2, 1 dii immortales, qua debetis ⌊-ā⌋ humanum genus regitis (⌊ ⌋ prudentia *contr. exc.*). VELL. 2, 66, 5 hoc vel forte vel -ā ... constitutum rerum naturae corpus. VAL. MAX. 7, 2, 5 sive casu sive etiam caelestis numinis -ā (FIRM. math. 4, 1, 6). SEN. benef. 4, 31, 1 quid sibi voluit -a, quae Arrhidaeum regno imposuit? dial. 1, 1 tit. quare aliqua incommoda bonis viris accidant, cum -a sit (*ita cod. Ambr., sim.* LACT. inst. 5, 22, 11; *tit.* de -a *exhibent codd. rec.*). 4, 34, 4 quod hodie esset imperium, nisi salubris -a victos permiscuisset victoribus? epist. 16, 6 si -a in imperio est, aut si fatorum series illigatos trahit, aut si repentina ac subita dominantur (*cf. l. 70*). *al.* QVINT. inst. 1, 10, 7 qua *oratione* nihil praestantius homini dedit -a. decl. 260, 15 quid ... tam naturale, quid ab ipsa -a magis datum *eqs.*? *al.* PS. QVINT. decl. 9, 16 sive caelestis -a sive irrationabilis casus sive assignata siderum cursu ... necessitas (APVL. met. 8, 28, 1 DOSITH. gramm. 68, 10). 13, 8 *ut* animalia hominum causa finxerit -a. FRONTO p. 236, 8 vir sanctus ... filio privatus est; quae, malum, -a tam inique prospicit? (*nisi ad IIA1b*). *al.* ⓘⓘ *Iudaeorum, Christianorum* (*gnosticorum p. 2321, 7*): TERT. ieiun. 4 p. 278, 3 haec ratio servabatur apud -am dei pro temporibus (adv. Iud. 3, 6 haec ... d. -a fuit,

[Frings]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dandi circumcisionem in signum, unde dinosci possent *eqs.* IREN. 3, 25, 1. CYPR. epist. 43, 1, 3 de d. -a ... poenas ... pependerunt. HIL. myst. 1, 6, 3 AMBROSIAST. in Col. 1, 22. *al.*). adv. Marc. 5, 7 p. 592, 19 ne ita argumentareris, -a spiritus sancti demonstravit, quomodo *eqs.* (praescr. 7 l. 29. *al.*). MIN. FEL. 20, 2 si -a mundus regitur *eqs.* VET. LAT. sap. 14, 3 tua ..., pater, gubernat -a (prudentia, sapientia *var. ll. Vulg.*). IREN. 2, 15, 3 secundum -am patris ... emissum *esse* pleroma (*al., e. g. p. 2207, 31*). CYPR. eleem. 1 qualis -a illa et quanta clementia est, quod nobis ... prospicitur, ut *eqs.* epist. 57, 5, 2 -a et misericordia domini (60, 5, 1 PS. GREG. TVR. Thom. 31). mortal. 19 ut manifestius divinae -ae indicia clarescerent, quod dominus praescius futurorum suis consulat *eqs.* (MOYS. Cypr. epist. 31, 1, 1 gratiam d. -ae. LACT. opif. 1, 11. OPTAT. 1, 21, 4 quorum *Iudaeorum* a cervicibus d. -a iugum servile deiecerat. AVG. civ. 15, 27 p. 118, 17 [*opp.* humana prudentia]. *al.*). LACT. inst. 7, 5, 4 *deus fecit hominem,* ut esset, ... qui -am disponendi ... admirari ... posset. FIRM. err. 27, 5 *pascha* ad imaginem futurorum -a divinae maiestatis invenit, ut *eqs.* *al.*

b *intuentem, considerantem (fere futura, sed recondita e. g. l. 48; exempla certiora); -a praediti sunt:* **α** *homines* (*animalia l. 33*): POMP. Cic. Att. 8, 12^{c}, 1 pro tua ⌊-a⌋ debes ... animadvertere, ... quantas ... copias contracturus sit (⌊ ⌋ *in marg. ed. Cratandr.,* prudentia *var. l.*). BRVT. Cic. ad Brut. 12, 3 -am laudabo tuam, cum exploratum habere coepero Caesarem ... fore contentum. SALL. Iug. 7, 5 et proelio strenuos erat et bonus consilio, quorum alterum ex -a timorem, alterum ex audacia temeritatem adferre plerumque solet. LIV. 4, 46, 10 Q. Servilius Priscus, vir cuius -am in re publica ... experta civitas erat ... eventu eius belli. COLVM. 1 praef. 32 *si quis* sagacitatem Democriti ... fuerit consecutus et in motibus astrorum ventorumque Metonis -am vel Eudoxi (*vergit in vim q. e. facultas providendi ut*: HIL. in Matth. 5, 13 *animantia* -am consecuta sollicitudinis recipiunt affectum). QVINT. decl. 252, 8 nullam tantam esse prudentiam, nullam immo tam certam divinationem, ut omnia ... -a caventium videret. CYPR. patient. 12 -a naturali lamentatur *infans* vitae mortalis anxietates. PANEG. 9, 10, 1 iuvat ... -am praescius futurorum *Apollo.* EVSTATH. Basil. hex. 9, 3, 14 cum nimia futurorum -a in mutis pecoribus habeatur (*gr. αἴσθησιν*). CASSIOD. hist. 8, 1, 47 *Binus et Theon* divina -a prophetiaque completi (*gr. Sozom. 6, 28, 3 προγνώσεως*). **β** *deus, spiritus sanctus, angeli*: TERT. apol. 20, 3 (rec. *Φ*) quod iustitia rarescit, iniquitas increbrescit, ... ⌊-ae⌋ scripta sunt (⌊ ⌋ *dat. auctoris,* providenter *rec. vulg.; cf. 20, 2* praenuntiabatur). anim. 17, 11 (*in Academiam*) dei -am excaecas. ieiun. 13 p. 292, 5 spiritus sanctus ... ⟨ex⟩ -a imminentium ... plagarum ... remedia mandabat. adv. Marc. 2, 7 p. 344, 16 si *creator* libero arbitrio hominis ex -a et potentia ... obstitisset (*antea p. 343, 27* praescientiam et praepotentiam). 5, 11 p. 614, 3 respondent spiritus in psalmo ex -a futuri '...'. VET. LAT. Iudith 11, 19 (cod. 151, *sim.* VVLG. 11, 16) h(a)ec mihi dicta sunt secundum -am ([*gr. πρόγνωσιν, cod. 109* pr(a)escientiam]. I Petr. 1, 2 [Ps. Vigil. Thaps. c. Marivad. 3, 32] *v. p. 816, 63 sqq.* IREN. 5, 28, 2 l. 22 deo ... s. suam -am praesciente omnia [*gr. πρόγνωσιν*]. *al.*). VICTORIN. POETOV. in apoc. 4, 5 ('oculos ... intus et foris habere') -am spiritalem ostendit, quae et secreta cordis inspicit et supervenientia videt. LACT. inst. 2, 8, 22 ea vis, in qua inest et -a excogitandi et sollertia potestasque faciendi. HIL. in psalm. 2, 23 per non ambiguam -am gerendorum ... futura pro praeteritis significare. *al.*

2 *ad oculos prospicientes* (*qui respectus sublucet e. g. l. 48. p. 2319, 26. 2320, 73, cf. et l. 73. p. 2322, 1*): LIV. 30, 5, 5 ut quantum nox -ae adimat, tantum diligentia expleant curaque (*cf. Polyb. 14, 4, 3 καθ' ὅσον ... κωλύει τὰ τῆς ὁράσεως*). TAC. hist. 4, 29, 2 neque feriendi neque declinandi -a *in pugna nocturna.*

II *per prosopopoeiam vel metonymiam:* **A** *significantur animantes providentes:* **1** *divinitates* (*cf. p. 2320, 46*): **a** *deus philosophorum (fere Stoicorum): pro gr. πρόνοια*: CIC. *p. 1913, 13 sqq.* *exempla cetera*: CIC. nat. deor. 2, 73 ab iis *Stoicis* -am fingi quasi quandam deam singularem, quae mundum omnem gubernet. 3, 78 vestra ista -a reprehendenda, quae rationem dederit iis, quos scierit ea perverse ... usuros. SEN. nat. 2, 45, 2 *Iovi* nomen omne conveniet; vis illum fatum vocare? ... vis illum -am dicere? ... vis illum naturam vocare? *eqs.* ADNOT. Lucan. 2, 7 'parens rerum': -a naturalis, id est conditor mundi. **b** *virtus (etiam dei cuiusdam) pro numine* (*quaedam fort. ad 2 pertinent*): ACT. Arv. a. 59 (CIL VI 2042) a 14 immolavit ... -ae vaccam, Genio ipsius *Neronis* taurum (*sim.* a. 66 [*ibid.* 2044] II c 24. *al.*). INSCR. numm. imp. Vesp. II p. 74 n. 494 provident(ia) (*item in nummis sine attributo iuxta imaginem altaris [cf. p. 2322, 10] e. g.* p. 79 n. 544. Tit. p. 133 n. 140^{A}; *ceterum*: Trai. II p. 246 n. 28 [*iuxta imag. Traiani a Nerva globum accipientis*]. p. 260 n. 240 [*iuxta imag. deae ut*: p. 269 n. 361. *al.*]. *al.*). QVINT. inst. 6 prooem. 4 nullam in terras despicere -am tester? (*cf. p. 2320, 73*). INSCR. numm. imp. Hadr. II p. 415 n. 598 -a deorum (p. 418 n. 602. Pii III p. 32 n. 59. *al.* ACT. Arv. a. 183 [CIL VI 2099] III 18. *al.*). APVL. met. 9, 27, 1 caelestis *me* respexit -a. MACR. Sat. 1, 17, 55 aedes -ae, quam *ναὸν Προνοίας Ἀθηνᾶς* appellant. **c** *Aeon gnosticorum* (*de eodem p. 2381, 42*): PS. TERT. haer. 1 p. 214, 19 ex quo *summo deo esse* mentem creatam ...; inde verbum, ex illo -am, ⟨ex -a⟩ virtutem (*cf. Iren. 1, 24, 3* a logo phronesin).

2 *princeps (senatus l. 20, rex l. 26), cuius virtus tamquam numen colitur:* **a** *de ara -ae Augustae Romana* (*ad rem v. Torelli, Lex. topogr. urb. Rom. IV 165 sq.*): S. C. de Pisone 84 quam *statuam Germanico* ... in campo ad aram -ae posuissent. INSCR. numm. imp. Tib. I p. 99 n. 80 provident(iae) (*sub imagine arae foribus inclusae ut in aliis nummis, e. g.* Galbae I p. 256 n. 499. Vitell. I p. 275 n. 129). ACT. Arv. a. 38 (ed. Scheid) 12 c 56 in campo Agrippae ad aram -ae Augustae vaccam immolavit (*item fere* a. 39 *ibid.* 13 fgh 5). **b** *vario usu non nisi cum attributo, sc. forma* -a Augusti *vel* Augusta: CIL III 12036 ⟨Num⟩ini ac -ae ⟨Ti(berii) Ca⟩esar(is) Aug(usti) et senatus (XI 4170. *ad eundem referuntur*: XI 4171 -ae Augustae sacr(um). INSCR. lat. Corinth. VIII 2, 110, 4 sacerdoti ... -ae Aug. et Salutis Publicae. *al.*). INSCR. numm. imp. Tit. II p. 128 n. 97 provident(ia) Augus(ta *vel* ti) (*iuxta imag. Titi a Vesp. globum accipientis ut ibid.* 98). Nervae II p. 229 n. 90 (*iuxta imag. Nervae globum tenentis*) -a senatus (*adde l. 15*). CIL X 6310 -ae imp. ... Traiani (*eiusdem e. g.* INSCR. numm. imp. Trai. II p. 291 n. 663 -a Augusti). *et saepe, maxime in nummis, sed non post imp. Const. I.* *cum pron. poss. vergit in appellationem honorificam* (*cf. l. 28. p. 2319, 68 sqq. 71*): EPIST. ad imp. Comm. (CIL VIII 10570, *cf.* 14464) 3, 2 ⟨quae res co⟩mpulit nos ... divinae -ae ⟨tuae suppl⟩icare. FIRM. err. 29, 2 ut hoc -a vestra manifestius discat. PS. HIPPOCR. ad Antioch. vers. *α* 1 -ae tuae metiens curam, qua ... mathesim ... adeptus es (*si recte huc traximus; aliter gr.*).

3 *alii homines, sc. in appellatione honorifica (cf. l. 23):* *episcopi*: CANON. Turner I 2 p. 506 rec. I (*episcopus ad collegas*) hoc quoque -a vestra tractare debet, ut *eqs.* (*interpr. gr. ἀγχίνοια, unde rec. III* solertia, *IV* prudentia). CONC. Rom. a. 501 p. 420, 9 vestrae. Carth. a. 525 p. 263 l. 355 tua. *patricius*: ENNOD. epist. 4, 16, 2 p. 110, 17 (*Agapito*) -ae vestrae profutura tractate (*antea*: magnitudinis tuae).

B *significantur singula facta, dicta, munera sim. providentium* (*exempla potiora; ceterum huc vergit* -am facere *p. 2318, 69*): LIV. 25, 16, 4 cum haruspices ... praemonuissent ..., nulla tamen -a fatum imminens moveri potuit. APVL. Plat. 1, 12 p. 206 *summus deus* tutelam rerum ... diis ceteris tradidit; unde susceptam ⌊-am⌋ dii secundae -ae ... retinent (⌊ ⌋ provinciam *Thomas [cf. p. 2340, 6], sed fort. verba* dii secundae -ae *delenda. cf.* SCHOL. Ter. *infra p. 2339, 56*). VLP. dig. 40, 7, 3, 14 *nummis a statulibero ante diem solutis* utriusque -a infertur, et servi, quatenus maturius in libertatem perveniat, et heredis, quatenus *eqs.* PS. CYPR. epist. 4 p. 275, 17 additur ⌊consolationis⌋ alia -a, quae iaculis orbitatis occurrit (⌊ ⌋ *gen. subi. an obi.?*). COD. Theod. 6, 4, 21, 5 -a secutura, ut ... idoneos dirigant *temonarios.* NOVELL. Valent. 32, 7 (*antea*: recursum ... praebemus) hac -a nihil ... intutum potest urbibus evenire. *plur.*: TERT. adv. Marc. 2, 4 p. 339, 8 agnosce ... bonitatem dei ... ex operibus bonis, ... ex indulgentiis, ex -is *eqs.* VET. LAT. sap. 9, 14 cogitationes ... mortalium timidae et incertae -ae nostrae (*gr. ἐπίνοιαι, Ps. Cypr. singul. cler. 16* prudentiae). CLAVD. MAM. anim. 2, 3 p. 108, 17 'vade ad formicam, o piger, et aemulare videndo vias eius' (*prov. 6, 6*), id est -as eius.

2 *-atur ad impediendum magistratum coercentem, iubentem sim. vel ad impugnandam sententiam iudicis (c. respectu appellationis, cf. iuxta pos.* appellare *l. 70. p. 2358, 8. 9. 28. al.; de origine notionis v. Cloud, Rev. Phil. 72, 1998, 25 sqq.); usu intrans. (praeter p. 2358, 17. 21) petitur auxilium*: **a** *populi Romani iudicantis* (*sc. in comitiis; aliter p. 2358, 13*): **α** *intrans.*: Ⓘ *sine determinationibus*: INSCR. numm. lib. rei publ. n. 301, 1 (*a. 110/9 a. Chr.; sub imag. viri togati manum protendentis*) -o (*exclamatio -antis ut*: LIV. 1, 26, 8 '-o' inquit. 2, 55, 6 [*antea p. 2358, 8*] -o et fidem plebis imploro; adeste cives! 3, 56, 5 tribunos appellavit et ... arreptus a viatore '-o' inquit). CIC. Phil. 1, 22 quasi ... id agatur *hac lege,* ut quisquam -et. rep. 1, 63 populus in pace ... appellat, -at, in bello sic paret ut regi. LIV. 2, 27, 12 *dux seditionis,* cum a lictoribus iam traheretur, -vit. 10, 9, 5 Valeria lex cum eum, qui -asset, virgis caedi securique necari vetuisset. 40, 42, 9 de ... ea *multa,* cum -asset *duumvir navalis,* certatum ad populum. *al.* FEST. p. 343. Ⓘⓘ -are ab: CIC. rep. 2, 54 ab omni iudicio poenaque -ari licere indicant XII tabulae compluribus legibus. LIV. 1, 26, 6 (*verba legis vetustae*) duumviri perduellionem iudicent; si a duumviris -arit, provocatione certato; si vincent *eqs.* POMPON. dig. 1, 2, 2, 18 a quibus *dictatoribus* ... -andi ius *non* fuit (GELL. 19, 8, 10 si a Caesare ... i. -andi foret, ⌞ego nunc ab hoc Caesaris libro, *i. de analogia,* -assem⌟ [*in imag.*]). Ⓘⓘⓘ -are ad: CIC. Phil. 1, 21 promulgata lex est, ut et de vi et maiestatis damnati ad populum -ent (LIV. 2, 55, 5 virgas expediri iubent *consules*; '-o' inquit 'ad p.' Volero [*antea*: appellat tribunos]. 3, 56, 12. 8, 33, 7 [*loq. M. Fabius*] tribunos plebis appello et -o ad p. 37, 51, 4. FEST. p. 297 *quidam* apud duumviros dampnatus ... -vit ad p. SEN. epist. 117, 7 non faciam, quod victi solent, ut -em ad p. *eqs. al.*). leg. 3, 27 ut esset populi potestas, ad quam -retur. LIV. 2, 29, 10 ubi ad eos, qui una *cum -ante* peccaverint, -are liceat. *-ant externi*: LIV. 41, 23, 13 *Dolopes* -antes (provinciis *cod.*) de controversi⟨i⟩s ad disceptationem populi Romani *non* audivit *Perseus* (*cf. 41, 22, 4* ab rege ad Romanos revocabant).

β *trans.*: VAL. MAX. 8, 1 absol. 1 M. Horatius interfectae sororis crimine a Tullo rege damnatus ad populum -to iudicio absolutus est (*cf. l. 21 sqq.*).

b *iudicis alterius* (*sc. maioris auctoritatis*): **α** *ad infirmandam sententiam iudicis*: Ⓘ *trans.; pro obi. est: iudicium, causa* (*cf. l. 18. p. 2359, 11*): VAL. MAX. 6, 2 ext. 1 *mulier* a Philippo rege temulento immerenter damnata -are ⌞se iudicium vociferata est eoque interrogante, ad quem -ret,⌟ 'ad Philippum' inquit, 'sed sobrium' (⌞ ⌟ *suppl. e* PARIDE). EDICT. imp. inc. (Chart. lat. ant. X 415; *aet. Severorum*) 1, 3 causas, qu(a)e a⟨d⟩ principalem notionem ⟨vel⟩ -tae vel ⟨re⟩missae fuissen⟨t⟩. *iudex* (*cf. p. 2357, 45. 58*): VLP. dig. 49, 1, 1, 3 si ... maiorem iudicem -vit. 49, 2, 1, 1 a principe appellare fas non esse, cum ipse sit, qui -atur. 49, 3, 1 pr. *et* 1 (*ter*). *adversarius*: ARATOR act. 2, 1055 (*ad 25, 11; loq. Paulus*) Caesaris ad solium vos -o; Caesaris ... appello Romanus opem.

Ⓘⓘ *intrans.*: Ⓐ -are ad (*addidimus acc. directionis l. 40*): TAC. ann. 6, 5, 2 *Messalinus in senatu revictus* ad imperatorem -vit (PROSP. chron. I p. 462, 1187. *cf.* ad principem: SCAEV. *l. 36.* AMM. 28, 1, 26 SVLP. SEV. chron. 2, 49, 9. *al.*). 14, 28, 1 *v. l. 41.* EPIST. imp. Aur. dig. 49, 1, 1, 3 ad ... praefectum urbi. SCAEV. dig. 45, 1, 122, 5 victus -vit ad competentem iudicem et ab eo quoque ad principem idem -vit (INTERPR. Paul. sent. 5, 35, 1). *in ecclesia*: COD. Theod. 1, 27, 1 ad episcopale iudicium (CONC. Carth. a. 419 p. 143 l. 306). CONC. Carth. a. 419 p. 109 l. 285 ad Africana concilia (a. 424/425 p. 171 l. 64). p. 158 l. 53 Romam. *al.* Ⓑ -are ab: TAC. ann. 14, 28, 1 a privatis iudicibus ad senatum (VLP. dig. 49, 2, 1, 3. *al.; cf. l. 36*). SCAEV. dig. 49, 1, 28, 2 a sententia eius *arbitri* (PAPIN. dig. 46, 8, 3, 1. 49, 1, 23, 1. *al.*). COD. Theod. 11, 36, 1 ab ... praeiudiciis (11, 36, 15. *al.*). 11, 36, 3 non ab ipsis ... interlocutionis exordiis vel ab executionibus -are (11, 36, 15. *al.*). *al.* Ⓒ -are adversus (contra *l. 47*): VLP. dig. 49, 1, 1, 1 an a. rescriptum principis -ari possit (49, 4, 1 pr. MOD. dig. 48, 2, 18). COD. Iust. 7, 63, 3 (*a. 518*) contra quod *iudicium* (REG. eccl. Carth. l. 1136). Ⓓ *exempla cetera*: SCAEV. dig. 17, 1, 60 pr. is condemnatus -vit. VLP. dig. 28, 3, 6, 9 -antis vel eius, pro quo -atur, appellatio (*part. praes. pro subst. ut*: 49, 1, 6 omnem -antem audiri debere. COD. Theod. 11, 30, 55 -antis trepidatio. *al.*). 48, 5, 18, 6 non potuit -are. MOD. dig. 49, 1, 17 pr. ne alteram *sententiam* adgnovisse, de altera -asse intellegatur. SYMM. rel. 33, 2 ne rebus excederet, -ante *quodam.* *et saepe.*

β *ad arcendam obligationem sim.*: Ⓘ *muneris suscipiendi*: PAPIN. dig. 26, 7, 39, 6 tutor datus adversus ipsam creationem -vit (*item -ant tutores*: COD. Iust. 5, 62, 3 [*a. 206*] *cum* a decreto *praesidis non* -veris. MOD. dig. 49, 1, 17, 1). 50, 2, 6, 4 pater, qui filio decurione creato -vit (*simili in re*: VLP. dig. 49, 4, 1, 3. *ibid.* 4 ipse *praeses* erit -andus). COD. Iust. 7, 62, 4 (*a. 244/9*) si ad scribatum nominatus non -asti. 7, 64, 9 (*imp. Diocl.*) veteranis ... onerum ... vacationem concessimus; ... etiam -andi necessitatem remisimus. Ⓘⓘ *debiti fiscalis solvendi*: COD. Theod. 11, 30, 28 si a rationali ... fiscale debitum postulante fuerit -tum (*in eadem re ibid. iterum et* 11, 36, 13). Ⓘⓘⓘ *testamenti aperiendi*: COD. Theod. 11, 36, 26 quisquis, ne *testamentum* ... reseretur ..., ausus fuerit -are.

c *tribuni plebis, sc. ut intercedatur*: GELL. 4, 14, 4 *aedilis* meretrici diem ad populum dixit ...; *ea* ad tribunos plebi -vit (*inde* tit. ad quos ... -tum est). 6, 19, 3 Scipio Africanus fratris nomine ad collegium tribunorum -bat.

B *laxius vel in imag.*: **1** *exempla varia (minus dubia; addas l. 6); -atur*: **a** *adversarius, reus* (*sine tali obi. l. 74*): PLAVT. Bacch. 444 -atur paedagogus, *sc. a patre discipuli conquerentis* (*447* itur illinc iure dicto). PETRON. 70, 13 *cocus* coepit ... dominum suum sponsione -are, 'si prasinus ... primam palmam' (MACR. Sat. 3, 17, 15 Cleopatra ... s. -vit insumere se posse in unam cenam sestertium centies *eqs.; cf. p. 2357, 24*). OPTAT. 3, 7, 2 Fineem ... in iudicium -ate (*spectat ad num. 25,*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

7 sq.). HIER. c. Ioh. 10 l. 8 *in causa fidei* taces ... et Palestinae -tus Alexandriae loqueris. **b** *res, de qua cognoscatur*: TERT. coron. 2, 2 ut ... quis in quaestionem -et observationem (*postea*: requirat, unde habuerit observationem). adv. Iud. 9, 1 -emus istam praedicationem Esaiae et faciamus comparationem, an *eqs.* adv. Marc. 4, 6 p. 432, 13 ipsum, ut professi sumus (*sc. l. 25*), euangelium Marcionis -antes, sic quoque probaturi adulteratum. **c** *testimonium*: LVCIF. Athan. 1, 41 l. 44 Abrahae fidem -at apostolus probans *eqs.* (*cf. Gal. 3, 6 sqq.*).

2 -are ad, *sc.*: **a** *ad iudicantem* (*ad conscientiam l. 15*): CIC. Att. 6, 1, 7 quam id rectum sit, tu iudicabis; ne ad Catonem quidem -bo. PLIN. nat. 35, 95 iudicium ad mutas quadripedes -vit ab hominibus *Apelles tabulam pictam equis proponens.* PLIN. epist. 7, 17, 11 *Pomponius tragicus,* siquid forte ... amicus tollendum ... arbitraretur, dicere solebat 'ad populum -o' atque ita ex populi vel silentio vel adsensu *eqs.* TERT. apol. 10, 3 appellamus et -amus a vobis ad conscientiam vestram; illa nos iudicet *eqs.* **b** *ad argumentum, testimonium, normam sim., quibus adhibitis aliquid diiudicatur*: TERT. anim. 2, 2 *philosophia* -at ad exempla, quasi comparanda sint omnia, omnia praescribit *eqs.* (TRACT. Pelag. 3, 9, 4 p. 38). 6, 2 incongruentiam ... definitionis -antis ad ea, quae ... non conveniunt. coron. 8, 4 -ans eam *quaestionem* ad ... distinctionem *quandam.* adv. Marc. 1, 9 p. 301, 14 ad formam creatoris -ari oportere omnis dei 'novi' ... probationem **(***ibid.* p. 302, 9 ad f. certorum [*antea*: ut ad normam ... certorum probentur incerta]. *al. apud eundem.* TRACT. Pelag. 3, 9, 4 p. 38**)**. 4, 1 p. 422, 24 omnem sententiam ... Marcionis ad ipsum iam euangelium eius -amus (*item ad sacram script. e. g.* 4, 35 p. 539, 27 ad legem. AVG. serm. 202, 3 ad Iudaeorum codices). 5, 1 p. 570, 15 si ad nostram fidem spectas ..., si ad tuam -as. monog. 6, 1 non placent ... quibusdam monogami parentes Adam et Noe ...; ad Abraham ... -ant. IREN. 3, 2, 2 ad eam traditionem, quae est ab apostolis. CYPR. epist. 13, 3, 1 ad quorum *confessorum* mores omnium vita et actus debeat -ari. *al.* **c** *ad exhibitionem rei*: TERT. resurr. 53, 1 ad ipsius rei exhibitionem -buntur *adversarii.*

part. praes. prōvocāns, -antis *fere pro adi. p. 2355, 47. 2356, 22, pro subst. masc. p. 2353, 28. 52. 2358, 50; p. p. p.* prōvocātus, -ī *pro subst. masc. p. 2353, 29.*

homoeoprophora v. p. 2353, 24. 2356, 67; in lusu verborum c. praefocare *p. 647, 56.*

deriv.: provocabilis, provocaticius, provocatio, provocativus, provocator (-trix).

prōvolgo *v.* provulgo. *Spoth.*

prōvolo, -āvī, -āre. *a* pro *et* volare. NOT. Tir. 75, 97 -at. **[***confunditur in codd. maxime c.* pervolare HOMER. 807 (*simul c.* ad- *ut ibid.* 1058; *falsa var. l.* PAVL. NOL. epist. 40, 8 PASS. Macc. 12, 17; *restit. l. 53*); *falso trad. pro* praevolare *p. 1118, 67,* provocare TERT. adv. Marc. 5, 15 p. 629, 1.]

i. q. volando prodire vel quomodocumque procurrere **(***sc. sive foras sive porro; per praepos. indicatur, unde -etur l. 69 [cf. l. 52], quo l. 50. 57 sqq. 68. 70***)**: **1** *proprie* (*saepius forma '-at et facit aliquid', e. g. l. 51. 56*): **a** *de cursu* (*fere hominum praeter l. 61*): **α** *-ant quilibet*: QVADRIG. hist. 19 *obsidum* parentes ... capillo passo in viam -arunt (OV. fast. 6, 443 -at in medium et '...' ait). HOMER. 1058. APVL. met. 8, 27, 4 *deae Syriae cultores* ab ingressu primo *villae* statim ... constrepentes fanatice ⌊-ant⌋ (*Scriverius, tradi vid.* per-). PANEG. 2, 37, 1 *Emona* impulsis effusa portis obviam -vit *imperatori.* **β** *-ant pugnantes, infestantes* (*fere e loco tecto prorumpentes*): CAES. Gall. 2, 19, 6 *hostes* subito omnibus copiis -verunt impetumque ... fecerunt (HOMER. 807 VEG. mil. 3, 17, 1). OV. met. 12, 462. LIV. 1, 12, 7 ad primores Romulus -at. 2, 20, 10 *milites* -ant in primum et ... parmas obiciunt (2, 46, 7. 3, 62, 8. *cf.* 3, 18, 9 in locum vicemque consulis *interfecti* -at *consularis*). 7, 7, 8 -ant ante signa. 10, 41, 9 panduntur inter ordines viae; -at eques. PHAEDR. 3, 2, 12 *panthera* -at, pecus trucidat (*item de animalibus*: PLIN. nat. 11, 111. *cf. var. lect.* LVCAN. *p. 2355, 67*). VEG. mil. 2, 23, 5 -are cum saltu (*opp.* in terga resilire).

b *de volatu, iactu sim.*: **α** *-ant res* (*quasi tela emissa*): LVCR. 4, 1245 *semen virile* non tam prolixo -at ictu (6, 294 *fulmen* ardenti ... -at i.). **β** *-ant animantes: animalia*: PLIN. nat. 10, 159 *pulli* alii -ant, alii *ex ovis* erumpunt (PS. FVLG. RVSP. serm. 69 p. 941^{C} p. *aquilae* -ant ad cadavera). 11, 20 *apes* universae -ant (*cf.* 11, 62 statio *apium* -at). DON. vita Verg. l. 59 e palude culex -vit (prae- *var. l.*). SERV. auct. Aen. 3, 466 *columba* -vit (*ed. Dan.,* per- *codd.*) in ... silvam. *Cupido*: APVL. met. 6, 21, 3 velocius -ans Psychen accurrit suam. *anima*: PAVL. NOL. carm. 11, 58 cum solutus corporali carcere terraque -vero.

2 *in imag. dicuntur -are: poetae utentes pedibus metricis currentibus*: PS. MAR. VICTORIN. gramm. VI 132, 18 iamborum scriptores, quibus celeri versu opus est, fere per pedes iambos -ant (*cf. e. g. p. 764, 70 sq.*). *partes aedificii prominentes* (*cf. e. g. p. 1589, 43 sqq.*): PS. ASCON. div. in Caec. p. 201, 17 super quam *columnam Maenius* tectum proiceret ex -antibus tabulatis.

prōvolvo, -vī, -ūtum, -ere. *a* pro *et* volvere. *in tmesi* LVCR. 6, 1264, *v. l. 42. ?inf. pass.* -ier *v. l. 56.* NOT. Tir. 75, 89 -it. *de notione* (*cf. l. 24*): CLAVD. DON. Aen. 6, 180 p. 533, 20 -ere est, ut quod stat porro volvatur, id est cadat. GLOSS. -tus: *προκυλισθείς. προκυλινδούμενος. legitur paucis locis inde a* TER., SISENNA, LVCR., HIRT., VERG., *decies apud* TAC. [*confunditur in codd. cum aliis compos. verbi q. e.* volvere, *e. g. l. 65 et* HIER. epist. 108, 7, 2.]

i. q. volvendo promovere **(***sive de prosternentibus [mediopass. de procumbentibus], sive de porro moventibus, e. g. l. 31, aut foras moventibus, e. g. l. 57 [mediopass. de procedentibus e. g. p. 2361, 24 sq. 44 sqq.]; saepe indicatur, quo vertatur, per praepos.* ad *p. 2361, 7. 11. al.,* ante *p. 2361, 14. 16. 29,* contra *p. 2361, 14,* in *c. acc. l. 23. 63 et passim [c. gerund. p. 2361, 49], dat. l. 30. p. 2361, 8. 12. 17. 50, unde moveatur per praepos.* ab *l. 49. p. 2361, 24, ?*ex *l. 27,* procul *l. 47, abl. separ. l. 29. 59. 75. p. 2361, 25 sq. 41, adv.* hinc *l. 74. p. 2361, 2***)**: **I** *de motu corporali (in imag. l. 26. 53. 60. p. 2361, 18. al.); respicitur qui (quod) movetur*: **A** *impulsu alieno, vi externa* (*etiam morbo, vetustate sim.*): **1** *notione communi -itur aliquis vel aliquid*: **a** *impulsu animantium prosternentium, protrudentium*: TER. Andr. 777 (*Davus ancillae*) iam ego hunc *puerum ante fores positum* in mediam viam -am teque ibidem pervolvam in luto (DON. *ad l.* 776, 3 -am: porro volvam). VERG. Aen. 10, 556 caput orantis ... deturbat terrae truncumque ... -ens ... fatur '...'. PROP. 4, 5, 27 (*praecepta lenae*) sperne fidem, -e deos (*sc. eorum simulacra, in imag.*). TAC. hist. 1, 41, 2 trepidatione ferentium Galba proiectus e sella ac -tus est. 1, 79, 3 *tegimen catafractarum est* impetu hostium -tis inhabile ad resurgendum. APVL. met. 7, 13, 6. AMM. 25, 3, 7 *accepto vulnere Iulianus* -tus iumento. CLAVD. DON. Aen. 10, 555 p. 364, 4 caput orantis ... -it terrae (*cf. l. 25*). *al.*

b *nisu animantium moles promoventium* (*in hostes praeter* VLP.): HIRT. Gall. 8, 42, 1 *oppidani cupas* ardentes in opera -unt. CVRT. 8, 11, 13 ingentia saxa in subeuntes -entibus barbaris. TAC. hist. 2, 22, 2 praetoriani ... molares ingenti pondere ac fragore -unt. 3, 27, 3 ann. 4, 51, 1. VLP. dig. 8, 3, 3, 2 (*e Nerat.*) *vicino ius esse,* ut in tuum *fundum* lapides -antur *e lapicidinis.*

c *causa naturali*: **α** *pondere suo, ruina*: LVCR. 6, 553 in magnas aquae ... lacunas gleba vetustate e terra -itur ingens (OBSEQ. 59 *v. p. 682, 54*). LIV. 24, 34, 14 quae pondere suo -ta essent (*opp.* missa tormento). PLIN. nat. 2, 203 -tis montibus insulam exstitisse Prochytam. **β** *morbo, fatigatione*: LVCR. 6, 1264 multa siti prostrata ... proque voluta corpora ... iacebant. CELS. 6, 18, 10 si anus ... procidit, ... considerari debet, purumne id sit, quod -tum est. **γ** *impetu aquarum*: OV. met. 8, 587 (*loq. fluvius*) ab arvis arva revelli cumque loco nymphas ... in freta -vi. LIV. 24, 10, 8 ut serias doliaque ... -ta velut impetu torrentis tulerit *fons.* PLIN. nat. 33, 75 ut saxa -at *torrens.* AVIEN. orb. terr. 1352 Hemodi ... rupe procul fulvum -unt fluctibus aurum *Hipanis et Cymander.* **δ** *tempestate*: ARNOB. nat. 7, 40 *Iovis simulacrum fulmine* suis esse ab sedibus -tum. SVLP. SEV. dial. 3, 8, 7 tempestas aedem idoli usque ad fundamentum -it.

d *qualibet causa*: VERG. Aen. 12, 533 hunc *curru excussum* ... -ēre rotae (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 12, 380 p. 597, 3 *impulsu rotae* -tus iacuit). TERT. paenit. 9, 6 *exomologesis* cum ... -it hominem, magis relevat (*in imag., cf. p. 2361, 5 sqq.*). ARNOB. nat. 7, 4 patefactis ... *victimarum* secretis ⌊-i et⌋ intestina cum stercore (⌊ ⌋ *trad.*; et *pro* etiam *def. Brakman, Arnobiana, 1917, 59*; -ier *fere edd.*).

2 *notione peculiari: edendi, proferendi* (*c. obi. quod efficitur*): NEMES. cyn. 256 terribiles ... anheli *equi* -unt flatus. SVLP. SEV. dial. 1, 22, 4 cruentas ... spumas ore -ens *daemoniacus. distendendi, producendi* (*in imag.*): AVG. civ. 20, 19 p. 448, 21 *multas* sententias ... esse praetereundas, ne hoc volumen in nimiam longitudinem -atur.

B *impulsu suo*: **1** *-ere partes suas: de aquis*: SISENNA hist. 104 mare persubhorrescere (subhorrere *var. l.*) caecosque fluctus in se -ere leniter occepit. AVIEN. orb. terr. 877 istius *Caucasi* antro agmina -it *Phasis.* 1274 Choaspes Indica -ens procul aequora *per Persida* (convolvens *var. l.; gr. 1074 ἕλκων Ἰνδὸν ὕδωρ*). *de animantibus*: VET. LAT. Matth. 17, 14 (cod. 2, *sim. al.*) accessit ad eum homo ⌊-tis genibus⌋ **(***gr. γονυπετῶν αὐτόν,* cod. 4. *al. et* VVLG. genibus -tus ante eum. *eadem iunctura*: VITAL. epist. 2 -tis genibus [*codd.,* -ti g. *ed. Sirmond.*] exoramus ... apostolatum vestrum**)**.

2 *mediopass.* (*cf. p. 2361, 40. 52*): **a** *de rebus*: **α** *de atomis*: LVCR. 2, 470 *atomi* -i simul, ut possint et laedere sensus. **β** *de aquis*: SEN. Phaedr. 1019 *maris* fluctus haud cursu levi -itur. AVIEN. ora 286 *Tartessus amnis* tractu *non* simplici -itur. orb. terr. 112 Gallicus hinc aestus -itur. 439 *Hister* Euxino ... salo -itur. AVG. spir. et litt. 4, 6 p. 159, 1

[Funari]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aquae impetus ... violentius per prona -itur. *accedit acc.* (*potius obi. quam respectus*): AVIEN. orb. terr. 956 nec procul hinc purus laticem -itur Iris ([*gr. 783 καθαρὸν ῥόον εἰς ἅλα βάλλει, Prisc. periheg. 756* decurrit in aequor]. 1341 qua ... l. -itur Indus).

b *de animantibus*: **α** *respicitur habitus supplicum* (*cf. l. 29. p. 2360, 53*): Ⓘ *indicatur, quo vertatur procumbens*: LIV. 34, 11, 5 legati ... flentes ad genua consulis -untur (QVINT. decl. 260, 10 Ps. QVINT. decl. 5, 9 FRONTIN. strat. 4, 1, 39. *al.; cf.* genibus [*alterius; suis p. 2360, 68*]: TAC. ann. 11, 30, 1 *Calpurnia* g. Caesaris -ta. *al.* IVST. 11, 9, 14. HIER. vita Hilar. 3, 8 g. Christi [*in imag.*]. RVFIN. hist. 3, 23, 19 [*gr. γονυπετῶν*]. *al.; cf. l. 30*). 36, 35, 3 *Aetolis* -tis ad pedes (CVRT. 3, 12, 11. *al.; cf.* pedibus: AVG. in psalm. 109, 19 *Christi* p. -aris. PAVL. MED. vita Ambr. 31 imperator -tus p. sacerdotis. *al.*). APVL. met. 11, 24, 7 -tus ... ante conspectum deae. VET. LAT. II Macc. 10, 26 (rec. L) *orantes* contra altaris marginem -ti (*gr. προσπεσόντες,* rec. V ad a. crepidinem, *X* se prostraberunt, *sim. cett.; cf.* HIER. in Mal. 2, 13 l. 439 ante altare). AVG. civ. 3, 13 p. 112, 15 *Sabinae* -tae parentibus (*item c. dat. personae, in imag.*: RVSTIC. Conc.^{S} II 3, 1 p. 212, 6 -tus vestrae sanctitati [vers. ant. *ibid.* -tus vestram obsecrans s., *gr. I 1, 7 p. 96, 31 προσπίπτων*]). *al.*
Ⓘⓘ *sine talibus additamentis* (*v. etiam l. 19*): PACIAN. paraen. 10, 6 ieiunare, orare, -i. PRVD. cath. 7, 155 iacens harenis et puer -itur. LIBELL. mirac. Aug. serm. 322 p. 1443 *mulier* sacrum fontem -ta corripuit. GREG. TVR. Mart. 3, 1 -or in pavimento, ... auxilium deprecor.

β *vario respectu*: OV. hal. 58 -itur ursus ab antris. FLOR. epit. 3, 3, 11 Tridentinis iugis in Italiam -ti ⟨veluti⟩ ruina descenderant *Cimbri.* HYG. astr. 2, 5, 3 delphinum magna multitudo mari -ta. APRING. in apoc. 2, 6 (*in imag.*) *haeretici* in limum sunt mendacii -ti.

3 *reflexive* (*cf. l. 49*): LIV. 6, 3, 4 cui *Camillo* cum se maesta turba ad pedes -isset (*habitu supplicis ut*: SVLP. SEV. dial. 2, 3, 9 ante Martini se genua -unt). 44, 5, 8 minimum pedibus itineris confectum; plerumque -entes se ... processerunt *milites per invia.*

4 *absolute vel intrans.*: AETNA 468 effervent ... incendia ..., accensae subeunt moles truncaeque ruinae ⌊-unt⌋ (*utrum recte traditum sit necne, dubitat e. g. Goodyear ad l.*). QVINT. decl. 349, 13 quid ... acturus ⟨es⟩ ad genua -endo, adhibendo amicos, flendo? PASS. Ioh. Migne gr. 5, 1249^{A} eamus et ⌊-amus⌋ genibus *apostoli* (⌊ ⌋ *exspectes* -amur *coll. l. 8; cf. 1249^{B}* prostraverunt se). *e coni. parum probabili* (*exspectes notionem pass.*): CARM. de Iona 89 *v. l. 72.*

II *de motu incorporali* (*cf. imagines p. 2360, 18 sq. allatas*): **A** *de animantibus* (*mediopass. praeter l. 41. 50*): **1** *quasi ruina delatis, deturbatis*: TAC. ann. 6, 17, 3 multi ... fortunis -bantur *faeneratorum causa* (*cf. 13, 15, 2* evolutum ... rebus ... summis). **2** *provectis ad aliquid audendum vel in statum quendam* (*sc. cum praepos. vel dat.*): TAC. ann. 14, 2, 2 *Agrippina* pari cupidine usque ad libita Pallantis -ta. GELL. 1, 26, 7 quod *Plutarchus* -tus effususque in iram ... multaret *servum* (AVG. gen. ad litt. 7, 11 p. 210, 25 ut in opiniones falsas ... labantur et -antur *Manichaei.* LEO M. epist. 82, 2 Conc.^{S} II 4 p. 41, 32 ut in eandem ruinam -rentur *haereseos sectatores. cum gerund.*: AVG. c. Cresc. 4, 2, 2 p. 499, 16 quando me in haec verba *tumida* exquirenda coartarem, quando in exprimenda -rem?). AVG. ord. 1, 3, 8 ne studio poeticae penitus -tus a philosophia longe raperetur.

B *de metro, tempore* (*sc. mediopass. de procurrentibus*): AVG. mus. 3, 1, 2 *rhythmus* pedibus certis -itur (*cf.* ord. 2, 14, 40 ne longius pedum cursus -retur). pecc. mer. 3, 5, 11 in diebus ... ebdomadum, quibus tempora -untur.

deriv.: provolutio, provoluto. *Funari.*

?prōvolūtātio, -ōnis *f.* *a* provolutare; *si recte restit.* *i. q. motio se provolutantis*: VET. LAT. II Macc. 3, 21 (rec. L) erat ... misereri commixtae multitudinis ⌊-em⌋ (*restit. sec. gr. πρόπτωσιν.* propter volutationem *cod., quod defendere possis coll. e. g. vol. VIII 1119, 18; cf. rec. X* multitudo volutans se in precibus, *P* multitudinem ... prostratam, *aliter cett.*).

prōvolūtio, (-ōnis) *f.* *a* provolvere. *i. q. motio eius, qui se provolvit, sc. de pedibus versuum* (*cf. l. 53*): AVG. mus. 3, 1, 2 quia ipsa -o non habet modum nec *finem* ..., non debuit metrum vocari, *sed rhythmus.* 5, 4, 5 finis, quo -o numeri coercetur.

prōvolūto, -ātum, -āre. *a* provolvere. *part. praes.* -ans *i. q. se provolvens*: VET. LAT. Matth. 17, 14 (cod. 3. 16) *accessit quidam* genibus -ans ante eum (*scrib.* -bol-; *cf. p. 2360, 67*). *in var. l. loci corrupti p. p. p.* -tus *i. q. provolutus*: CARM. de Iona 89 *cetus praedam* -tam limosis mox faucibus hausit (*V, T, p* [*sed om.* mox], provolute avide l. f. hesit *P*; provolventem avide l. f. h. *temptavit Peiper,* porro volutatam l. f. h. *L. Müller*).

*deriv.: ?*provolutatio.

prōvomo, -ere. *a* pro *et* vomere. *i. q. vomendo proferre, ex se emittere sim.*: LVCR. 6, 447 *vertex venti* turbinis immanem vim -it (*v. p. 1510, 62*).

prōvorsus *v.* proverto.

[prōvōveo *falso trad. loco corrupto* ASSVMPT. Moys. 12, 4 *deus* omnia praevidit et ⌊-vovit cum eis⌋ (*cod.,* promovit cuncta *Charles,* pronovit cum eis *Volkmar* [*inde* -novit cunctis *Hilgenfeld,* -novit; cum fecit *eqs. Tromp in ed., 1993; verbum q. e.* pronoscere *alibi non legitur*]).] *Wieland.*

prout (proutī *l. 13*) *coni. et adv.* (*v. l. 32*). *a* 1. pro *et* ut (*cf.* praeut *p. 373, 1 sqq.*). *compos. testatur* PRISC. gramm. III 321, 25 sq. praepositio *'pro'* ... quando verbo adiungitur in ... significatione *q. e. 'secundum',* assumit 'ut': '-t possum *eqs.*' *scribitur separatim* DECRET. decur. Tergest. (CIL V 532) 2, 5 pro·ut *et hic illic in codd. rec., in tmesi* IVLIAN. in Ioel 1, 5 l. 84 proque ut; *forma longiore* prouti COD. Theod. 7, 1, 13 (*fort. etiam latet locis corruptis* TERT. anim. 53, 4 proubi. DONATIO Tiburt. p. CXLVI^{b} 37 peracti). *per synizesin pro monosyllabo ponitur* HOR. sat. 2, 6, 67 *et* AVSON. Mos. 372 (*parum constat de* OV. epist. 21, 227). *de notione* (*cf. l. 10*): DOSITH. gramm. 40, 16 *ὡσεί* perinde ac si ..., *ὥσπερ* tamquam, *ὡσάν* -t (*inter adv. similitudinis ut* CHAR. gramm. p. 244, 16). GLOSS. II 335, 48 *καθώς*: -t, velut, sicut. 482, 37 *ὡσαν⟨ε⟩ί*: veluti, ac si, utpote, -t. GLOSS.^{L} II Philox. PR 459 -t: *καθώς, ὡς ἄν.* *legitur in prosa oratione inde a* CIC., CAES., BELLO Hisp., NEP. (*saepius apud* LIV., CELS., SEN. *philos.,* PLIN. nat., QVINT. inst., TAC., VLP. *al.*), *in versibus perraro, sc. locis l. 15 sq. allatis* (*de* TITIN. *v. p. 2365, 64*). [*confunditur in codd. imprimis c.* ut pro AMBR. in psalm. 36, 2, 1 MART. CAP. 5, 533. *al.* (*restit.* LIV. 24, 16, 8), pro SEN. benef. 7, 8, 2 MARCELL. med. 27, 8. *al.* (*restit.* PASS. Perp. 1, 5 MARCELL. med. 20, 15. *al.*), ut PLIN. epist. 4, 30, 5 POMPON. dig. 1, 2, 2, 6. *al.* *vix huc pertinet* DIDASC. apost. 32, 4 (*ubi interpungendum vid.* pro, ut deberent, fructuare sibi [*cf. p. 1437, 62 sq.*]) *nec coni. dub.* TITIN. com. 59 (*v. p. 2365, 64*). CIC. Phil. 5, 46.]

I *vi originaria fere i. q. καθώς, sc.* -t *inducit condicionem vel normam quandam, secundum quam alia sunt vel fiunt* (*cf.* GLOSS. *supra et* pro *p. 1431, 40 sqq.*). *adv. v. p. 2363, 69. 2365, 63. 2366, 6; coniunctio* -t *regit indicat. passim inde a* CIC., *sed coni. inde a* LIV. *p. 2363, 15 (saepius apud* PLIN. nat., TAC. *et posteriores, v. imprimis p. 2365, 73. 2366, 10 sqq.), verbo* esse *subaudiendo p. 2363, 64. 2365, 25. 55 et e. g.* TAC. hist. 1, 12, 3; *respondet adv.* ita *l. 46. p. 2363, 1. 21. 59. 2365, 20 et saepius,* proinde *supra p. 1809, 4 sqq.* (*cf.* perinde PLIN. paneg. 20, 6), sic PS. APVL. Ascl. 35. VET. LAT. Tob. 4, 8 (Cypr. eleem. 20). CHIRON 144. *al.* *ponitur in anaphora p. 2365, 13 sq. 23.*

A *strictius inducitur id, quod pro portione comparatur*: **1** *secundum quaslibet condiciones, quamlibet normam*: **a** *generatim*: **α** -t *inducit normam quandam generalem; in enunt., unde* -t *pendet, varietas rerum consequentium*: Ⓘ *non distinguitur*: Ⓐ *respicitur necessitas, utilitas, opportunitas sim.* (*cf. B1aβ*): CIC. Att. 11, 6, 7 tuas litteras, -t res postulat, exspecto (*cf. e. g. p. 2363, 15. 2365, 44*). LIV. 9, 41, 16 *consul* milites ..., -t loci natura ... patiebatur, ita instruxit (COD. Iust. 7, 16, 15 [*a. 293*]). SEN. benef. 4, 32, 4 -t occasio et ... facultas tulit. PLIN. nat. 31, 58 fieri ... castella, -t res exiget (VLP. dig. 48, 18, 1, 19 [*ex epist. imp. Trai.*] -t causa exegerit, ita pronuntiare. COD. Iust. 11, 37, 2 [*imp. Diocl.*]. *al.; cf. p. 2363, 10*). QVINT. inst. 4, 1, 60 *quae de prooemio monui, valent sim.,* -t formari animum iudicum expediet. TAC. dial. 31, 6 iis *exclamationibus* ..., -t res poscit, uti (CLAVD. MAM. anim. 2, 8 p. 129, 23). ann. 12, 6, 3 morem accommodari, -t conducat (13, 8, 2. *cf. p. 2363, 35*). VET. LAT. I Macc. 8, 27 (rec. V, *sim.* L) *Iudaeos* adiuvabunt Romani ..., -t eis tempus ⌊permiserit⌋ ([⌊ ⌋ re- rec. L]. VLP. dig. 1, 16, 7, 1 ut *opera coepta* consummentur, -t vires ... permittunt. CHIRON 594). Eph. 6, 20 (cod. 78, *sim.* VVLG.) -t oportet, loqui ([*gr. ὡς, cod. 75. 77* quemadmodum, *vers. cett.* (ita) ut]. Col. 4, 4 [Ambrosiast.; *gr. ὡς, vers. cett.* quemadmodum, sicut, ita ut]. *al., cf. p. 2365, 47*). *al.* Ⓑ *respicitur status, casus sim.*: VAL. MAX. 9, 14 pr. species mortalium, -t fortuita sors conceptionis obtulit, attribui (PS. MAR. VICTORIN. gramm. VI 41, 4 -t syllaba *haec* se obtulerit). CELS. 4, 7, 1 *anginae* apud Graecos nomen, -t species est; interdum enim ...; interdum *eqs.* (SERV. Aen. 1, 51 ['nimborum'] ⌊-t⌋ locus fuerit, intellegamus [pro *cod. unus*]. INTERPR. Paul. sent. 1, 5, 2 -t causa fuerit [*cf. Paul.* pro qualitate admissi]. *al.*). 8, 10, 7^{G} potest ... vulnus sanescere ..., -t se habet (CHIRON 294 -t se corpus habuerit [*item* 481, *cf. p. 2364, 71*]. *sine* se: *ibid.* 144). TAC. Agr. 18, 3 -t prima cessissent, terrorem ceteris fore. Germ. 32 *patre mortuo equos* excipit filius, non ut cetera, maximus natu, sed -t ferox bello et melior (*sc. est quis*). VLP. dig. 2, 1, 7 pr. -t res incidit. *al.* *locut. peculiari* -t evenit *fere i. q. temere, fortuito* (*verti vid. gr. ὡς ἔτυχεν, v. l. 73*): IREN. 2, 14, 8 l. 172 *hoc* frustra ... et, -t e., credi volunt *haeretici.* 5, 9, 4 l. 95 *si* vane ... et, -t e., conversati fueritis ([ut e. *cod. unus; gr. ὡς ἔτυ⟨χε⟩ν*]. 5, 15, 2 l. 61 non v. neque, -t e., hoc faciens *dominus.* IND. capp. Iren. 2, 42 [*spectat ad p. 2311, 54*]). Ⓒ *cetera exempla*: SEN. epist. 41, 2 hic *sacer intra nos spiri-*

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tus, -t a nobis tractatus est, ita nos ipse tractat. *al.* QVINT. inst. 11, 3, 16 *utrum aurae differentia sit* propria natura an, -t movetur. TAC. Agr. 12, 6 *margarita* in rubro mari viva ... saxis avelli, in Britannia, -t expulsa sint, colligi. POMPON. dig. 1, 2, 2, 6 actiones *quasdam* ne populus, -t (ut *var. l.*) vellet, instituerent (VET. LAT. Luc. 6, 31 [cod. 8, *sim.* 4. *al. et* VVLG.] -t vultis, ut faciant vobis homines, facitis illis similiter [*gr.* καθώς, *cod. 3* quemadmodum, *2. 6* quomodo, *5. 10* sicut]. *al.; item respicitur voluntas*: II Macc. 15, 21 [rec. L. *al., sim.* P] -t ipsi *domino* placet, dat dignis victoriam [*gr.* καθώς, *recc. B, M* quemadmodum]. FVLG. aet. mund. p. 149, 21 mannae sapor, -t voluntas exigerat, temperatur. *al.; cf. l. 20*). TERT. adv. Marc. 4, 5 p. 432, 4 *Marcionitae* cotidie reformant illud *euangelium suum,* -t a nobis cotidie revincuntur. *al.*

Ⅱ *distinguitur* (*arcuimus contextus latiores, e. g. p. 2362, 63; exempla potiora*): LIV. 5, 47, 2 *Galli* alterni innixi ... et trahentes alii alios, -t postularet locus, ... in summum *Capitolium* evasere (SEN. benef. 6, 1. *al.; cf. e. g. l. 42. p. 2364, 59 et* COLVM. 12, 4, 4 alia ..., nonnulla). VAL. MAX. 9, 12 pr. *vitae* cursus, -t fortuna gubernaculum rexit, modo aspero, modo tranquillo motu peragitur. CELS. 3, 4, 1 curationum ... diversa genera sunt, -t auctores aliquos habent (HIER. in Ezech. 22, 17 l. 617 ferrum d. accipit formas, -t voluntas artificis fuerit. RVFIN. Orig. in num. 9, 9 p. 67, 11. *al.*). 4, 11, 3 -t sedes ipsa *ulcerum sim.* est, ita varia ... genera morborum sunt (VET. LAT. act. 2, 4 [cod. 54. 57, *sim.* 51. *al. et* VVLG.] loqui v. linguis, -t spiritus ... dabat eloqui illis [*gr.* καθώς, *cod. 5. 50* sicut]. SIDON. epist. 1, 1, 1). 6, 18, 2[H] id ... medicamentum, -t opus est, aut ex melle aut ex vino liquatur (QVINT. inst. 7, 2, 57 res, -t ⟨ponuntur *sim.,*⟩ congruunt aut repugnant. TERT. anim. 53, 6 VLP. dig. 40, 4, 13, 1. *al.*). SEN. nat. 2, 6, 3 *voces* remissae claraeque sunt, -t aer se concitavit. SCRIB. LARG. 22 *utor* ceteris auxiliis, -t res postulat (CHIRON 276 c., -t se ostendiderint, causae). 114 myrthae fasciculus ... utroque modo, -t res exegerit, incoctus (VLP. dig. 2, 14, 10, 1 [*e Sab.*] utraque via. COD. Theod. 12, 1, 180). TAC. Germ. 3, 1 *Germani* terrent ... trepidantve, -t sonuit *cantu* acies (*item per particulam* -ve: hist. 2, 74, 2 plus minusve. 2, 98, 1 CLAVD. MAM. anim. 1, 24 p. 86, 13. *cf. l. 40. 58*). 6, 1 eodem telo, -t ratio poscit, vel comminus vel eminus *pugnare* (VLP. dig. 48, 13, 8, 1. *al., cf. e. g. l. 41. 47*). hist. 3, 3 *trahere* huc illuc ... interpretationem, -t conduxisset. TRAIAN. Plin. epist. 10, 16 interim navibus, interim vehiculis uti, -t loca suaserint. *al.*

β -t *ipsum inducit normam quodammodo variatam, distinctam: per pron. indef.*: LIV. 8, 21, 1 (*sim.* 38, 50, 5) -t cuiusque ingenium erat, atrocius mitiusve suadentibus *quibusdam* (DOM. MARS. Quint. inst. 6, 3, 104 virtus ... idonea ad resistendum vel lacessendum, -t quaeque res ac persona desiderat. CELS. 1 prooem. 32. 3, 1, 5 *medici probaverunt* alia atque alia ..., -t cuique cesserat. SEN. benef. 1, 3, 6 interpretationem, -t cuique visum est, deflectit. CVRT. 3, 11, 22 PLIN. nat. 12, 121. *et saepe*). DECRET. decur. Tergest. (CIL V 532; *imp. Pio*) 2, 5 u⟨ti⟩ ... Catali ..., -t qui meruissent vita atque censu, ... civitatem Romanam apiscerentur ([*cf. 1, 6* ut qui]. COD. Theod. 11, 30, 41 vel *te* ... vel *alio* ... comite, -t ad quem negotium pertinebit. *cf. e. g. p. 2364, 11*). PLIN. med. 2, 27, 8 cum ... pluribus malagmatibus utantur *podagrici* ..., -t illa apud unumquemque commendat *medicus.* *per particulas disiunctivas*: LIV. 38, 40, 14 -t locus iniquus aequusve his aut illis *est* ([*v. p. 2365, 13*]. *item per* -ve: CELS. *l. 55.* PLIN. epist. 6, 16, 6 *nubes ex Vesuvio oriens* candida interdum, interdum sordida ..., -t terram cineremve sustulerat. SVET. Nero 25, 3 -t quisque se *Neronem* magis parciusve laudasset. *al.*). CELS. 2, 7, 6 -t *calor* in pedibus manibusve aut alia ... parte sic est, ut ... nervi contrahantur, aut si *eqs.* (5, 20, 4. SEN. epist. 56, 1 -t *manus* plana pervenit aut concava, ita sonum mutat. PLIN. nat. 10, 180 *equae* a coitu ... currunt exadversus aquilonem austrumve, -t marem aut feminam concepere. *al.*). SEN. nat. 1, 5, 7 quam *lucem* -t rectam vel obliquam receperunt, ita colorantur *animalia quaedam* (QVINT. inst. 5, 11, 16 haec ita dicentur, -t nota erunt v. utilitas causae aut decor postulabit. TAC. hist. 2, 10, 1 -t potens v. inops reus inciderat. PLIN. paneg. 20, 6. *al.*). *al.*

b *speciatim spectat ad*: **α** *causam* (*exempla selecta*): BELL. Hisp. 26, 3 (*ex epist. Pompei*) -t nostra felicitas (*sc. est*), ex sententia adversarios adhuc propulsos ⟨habemus *sim.*⟩. NEP. Att. 1, 2 hic *pater,* -t ipse amabat litteras, omnibus doctrinis ... filium erudivit. LIV. 3, 57, 7 legati ... coronam auream in Capitolium tulere parvi ponderis, -t res haud opulentae erant *eqs.* PLIN. nat. 13, 49 *balani* distant et magnitudine, -t multi cubitum effecere, quidam sunt non ampliores faba. *al.* *adv., sc.* -t *inducit enunt. primar., ut significetur fere i. q. proinde, itaque*: PALLAD. c. Ambr. fol. 339[v], 17 dictum est ... de fide nihil posse vobis responderi ...; -t etiam diu silentium habitum est.

β *tempus* (*exempla potiora*); -t *inducit, quod fit*: Ⅰ *secundum ordinem quendam temporis*: COLVM. 5, 6, 24 -t quisque ramus *arboris maritandae* convaluit, vitem accipi⟨a⟩t. PLIN. paneg. 23, 3 circumfusus undique nunc senatus, nunc equestris ordinis flore, -t alterutrum frequentiae genus invaluisset (ANON. de mach. bell. 18, 3 ballistam ... cochleae machina, -t vocet utilitas, n. erigit, n. deponit). HYG. lim. grom. p. 162, 20. SVET. Claud. 15, 2 reum ... mutare habitum saepius et, -t accusaretur defendereturve, iussit. Nero 21, 3 tragoedias ... cantavit ... personis effectis ad similitudinem oris sui et feminae, -t quamque diligeret. FLOR. epit. 1, 3, 4 Horatius ... simulat fugam singulosque *Curiatios,* -t sequi poterant, adortus exsuperat. EPIST. imp. Aur. dig. 50, 4, 6 pr. cautum est, -t quisque decurio creatus est, ut ita et magistratum apiscatur. SCAEV. dig. 36, 1, 80, 1 ut hi *curatores substantiam meam* restituant nepotibus meis, -t quis eorum ad annos viginti quinque pervenerit. TERT. adv. Marc. 4, 14 p. 459, 6 *creator benedixit* universa, -t edidit. VLP. dig. 14, 4, 5, 12 hoc *debitum* ... tribuetur, -t fuerit receptum. 50, 3, 1 pr. *ut in albo scribantur decuriones,* -t quisque eorum in ordinem venit. SERV. gramm. IV 467, 15. ISID. orig. 18, 39 desultores nominati, quod olim, -t quisque ad finem cursus venerat, desiliebat *ex equo.* *al.* Ⅱ *secundum diuturnitatem temporis*: PAPIN. dig. 26, 7, 37 pr. (*e Sab. et Cass.*) tutorem, qui tutelam gerit, ... -t gerit, in singulas res per tempora ... obligari. VLP. dig. 19, 2, 13, 11 ut, -t quisque *in urbanis praediis* habitaverit, ita et obligetur.

γ *locum* (*saepius vigente imagine, imprimis motus*); -t *inducit, quod fit*: Ⅰ *secundum positionem*: CELS. 7, 26, 2[D] *minister* alter, -t consedit, sinistrum crus eius *calculosi,* alter dextrum ... adtrahit. HYG. mun. castr. 10 -t disponi debent *cohortes* (*cf.* 15 -t quis tendere debebit). ARNOB. nat. 4, 5 p. 207, 19 -t nos casus ... conlocaverit ..., ita *eqs.* FIRM. math. 2, 28, 3 signi dominus primos accipit *anni* dies, et post ipsum ceteri, -t sunt singuli constituti. COD. Theod. 7, 1, 13 *ut miles* in inferioribus partibus fluviorum ... vagos natatus animalium, -ti libitum videtur, exerceat (*sc. ne aqua polluatur*). Iust. 8, 53, 30, 1 (*a. 459*) sive apud moderatorem ... provinciae sive apud magistratus ..., -t maluerit *donator* (*postea*: apud quemcumque). *al.* Ⅱ *secundum directionem* (*loci potiores; cf. e. g.* SEN. *p. 2363, 43*): SEN. epist. 35, 4 animum natare, aliubi atque aliubi apparere, -t tulit ventus. TAC. hist. 1, 48, 4 *Vinius,* -t animum intendisset, pravus aut industrius. 1, 59, 1 cohortes ..., -t inclinassent, grande momentum sociae aut adversae. 1, 62, 3 exercitui ... aquila ..., -t agmen incederet, velut dux viae praevolavit. VET. LAT. I Cor. 12, 2 (cod. 75. *al., sim. al. et* VVLG.) gentes eratis ..., euntes, -t ducebamini, *sc. a daemonibus* (*gr.* ὡς ἂν ἤγεσθε vel ὡς ἀνήγεσθε). AVG. mor. eccl. 31, 67 l. 28. COD. Theod. 5, 6, 3 *Scyrarum* traductione, -t libue⟨rit, co⟩ncedenda. *al.*

2 *secundum mensuram, quantitatem*: **a** *cum respectu pecuniae, bonorum sim.*: CIC. Verr. II 2, 83 *Sthenius compararat* argenti ..., -t Thermitani hominis facultates ferebant, satis. VELL. 2, 3, 3 bella ... non causis (*sc. iustis*) inita *sunt,* sed -t eorum merces fuit. SEN. epist. 90, 18 *olim* modus ... omnium, *quae ad vitam pertinent,* ⌊-t⌋ necessitas erat (⌊ ⌋ *del. Madvig*). PLIN. nat. 33, 164 pretia rerum ... omnibus paene mutari annis, -t navigatione constiterint aut ut quisque mercatus sit. TAC. hist. 1, 51, 4 *praedatores* Sequanis Aeduisque ac deinde, -t opulentia civitatibus erat, infensi. TEST. Inscr. Dessau 6468, 13 (*Peteliae, imp. Pio*) sumptum hostiae, -t locatio publica fuerit, dari volo. GAIVS inst. 3, 224 (*inde* INST. Iust. 4, 4, 7). VET. LAT. Tob. 4, 8 (Cypr. eleem. 20) -t habueris ..., sic fac (*gr. rec. I* κατὰ τὸ πλῆθος, *cod. 109. 143* secundum quod, *62. al. et Vulg.* quomodo. *spectat ad elemosinas ut e. g.* act. 2, 45 [cod. 50, *sim.* 51 *et* VVLG.] *fideles* dividebant illa, *quae vendiderant,* omnibus, -t cui opus erat [*gr.* καθότι, *cod. 5* secundum quod]. HERM. vulg. sim. 1 p. 70, 16 [*sim.* Pal. 1, 8] redimite animas de necessitatibus, -t quisque potest [*gr.* καθά]). VLP. dig. 50, 16, 164, 1 partitionis nomen non semper dimidium significat, sed -t est adiectum (*sc. in definitione*). CHAR. gramm. p. 95, 13 ut tributum, -t quisque possideret, inferret. *al.* **b** *cum respectu virium, facultatis sim.: variarum rerum vel personarum*: CELS. 4, 8, 1 quod *malum* apud Graecos aliud aliudque nomen habet, -t se intendit. 6, 15, 3 id bis aut ter die facere, -t vehemens malum est, necessarium est. SEN. nat. 6, 28, 3 brevis ... aut longa *pestilentiae* clades est, -t vitia *spiritus noxii* valuere (*cf. l. 68*). FIRM. err. 20, 7 qui ..., -t potest, dei ... sequitur voluntatem (PASS. Fructuos. 6, 2 cineres *martyrum* ..., -t quisque potuit, sibi vindicavit. *al.; cf. e. g. l. 73*). AVSON. Mos. 372 -t quemque *amnem* suus magis impetus urget. *al.* *aegrotantium* (*sc. in medicina quaeritur, cui curationi pares sint*): CELS. 2, 14, 9 *perfricandus est aeger toties,* ⌊-t vires sunt⌋ ([⌊ ⌋ *v. app. crit.*]. SCRIB. LARG. 93 MARCELL. med. 20, 59). 8, 16, 3 extendendi *membra* ... alia atque alia genera sunt, -t aut nervi valent aut *eqs.* SCRIB. LARG. 138 (*sim.* 139) dantur a tribus pilulis usque ad septem, -t unius cuiusque vires patiuntur (PLIN. med. 1, 26, 2 -t p. facultates. VEG. mulom. 2, 69, 2 -t qualitas corporis p. [*sec.* CHIRONEM *p. 2362, 67*]. MARCELL. med. 26, 69 -t aetas aegri viresque p. *al.*). *al.* *auctorum* (*sc. se vel scripta sua excusantium*): VICTORIN. POETOV. fabr. mund. 1 -t potuero, ... *hoc* conabor exprimere (PS. MAR. VICTORIN. gramm. VI 100, 14 -t potero. GAVDENT. serm. 7, 1. *et saepe; pendet inf.*: RVFIN. Orig. in lev. 5, 10 p. 353, 9 -t

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

occurrere potuit. HESYCH. Aug. epist. 198, 1. *al.*). LACT. opif. 1, 1 -t ingenii mediocritas tulit. HIER. epist. 90, 2 (*Theophil.*) pauca ..., -t patiebatur angustia temporis, conprehendi (*sim.* RVFIN. Orig. in num. 27, 2 p. 258, 21). PS. AVG. vit. christ. praef. -t valeo ([*postea*: ut potero]. PRISC. gramm. II 142, 18). CLAVD. MAM. anim. praef. p. 18, 12 -t posse subest. *al.* **c** *vario respectu* (*exempla selecta inde a* SEN.): CAES. civ. 3, 61, 3 custodiarum varia diligentia ..., -t *praepositi* cuiusque ... aut natura aut studium ferebat. HOR. sat. 2, 6, 67 -t (cum ut *var. l.*) cuique libido est, siccat inaequalis calices conviva. LIV. 24, 16, 8 cum proconsul ... milites ..., -t (ut pro *trad.*) cuiusque virtus atque opera ... fuerat, militaribus donis donasset (*sim.* 26, 48, 14. 29, 35, 3. 30, 15, 13 -t a quoque navata opera erat). 37, 52, 6 propensius ..., -t eius *regis* merita sint, senatum facturum. 38, 40, 14 ⌊-t locus iniquus aequusve his aut illis⌋, -t animus pugnantium est, -t numerus ..., varia fortuna pugnae est (⌊ *potius spectat ad 1aβ*⌋). SEN. dial. 1, 1, 4 *undae oceani* subeunt ampliores minoresque, -t illas lunare sidus elicuit. nat. 4, 2, 2 *in Aegypto* proinde aut fertilis annus aut sterilis est, -t ille *Nilus* largus (magnus *codd. plerique*) influxit aut parcior. COLVM. 3, 13, 3 relicto spatio, -t cuique mos est vineas colenti. SCRIB. LARG. 100 dandum erit medicamentum ... pondere *tanto* ... vel *tanto* ..., -t res postulaverit. PLIN. nat. 5, 51 -t in Mauretania nives imbresve satiaverint, ita Nilum increscere. 35, 171 *genera tetradoron et pentadoron* a quattuor et quinque palmis, -t sunt, nominantur. TAC. Germ. 11, 2 rex vel princeps, -t aetas cuique, -t nobilitas, -t decus bellorum, -t facundia est, audiuntur. SCAEV. dig. 34, 1, 16, 2 -t aetatem ampliaverit *liberta*. VLP. dig. 48, 13, 8, 1 (*ex edicto imp. Pii*) -t dignitas personae (*sc. est*). *al.*

B *laxius inducitur id, quod quomodocumque comparatur, ut abeat in notionem q. e.*: **1** *sicut*: **a** *coniunctio*: **α** *respiciuntur verba allata, praecepta, opiniones sim.*: OV. epist. 21, 227 (*si recte trad.*) *me* adspiceres vellem, -t ipse rogabas (velut *Francius*, quod et *Heinsius*). APVL. Socr. prol. 1 p. 104 -t mea opinio est, bono periculo periculum faciam *eqs.* (CLAVD. MAM. anim. 2, 7 p. 128, 8. *sim.* 2, 10 p. 141, 13 -t m. ... o. fert). VET. LAT. Eph. 3, 4 (cod. 77, *sim.* 78. *al. et* VVLG.) cognitum est mihi sacramentum, sicut ante praescripsi ...; -t potestis legentes intelligere prudentiam meam *eqs.* (*gr. πρὸς ὅ, cod. 75* ad quod, *Mutian. Chrysost. hom. 34 p. 451*$^{fin.}$ secundum quod). Col. 1, 7 (Ambrosiast.) audistis ... gratiam ... dei, -t didicistis ab Epafra (*gr. καθώς, vers. cett. et Vulg.* sicut). LVCIF. Athan. 1, 26 l. 6 si, -t ... furor *haereticorum* ... iusserat, ... mortis tulissemus sententiam. SVLP. SEV. dial. 3, 17, 5 -t ipse dixisti ([pridem ut *var. l.*]. COD. Iust. 5, 17, 8, 6 [*a. 449*]. EDICT. imp. Iust. de fide p. 87, 36 -t dictum est '...' [*Phil. 2, 6; gr. p. 86, 35 κατὰ τό, syn. p. 87, 37* secundum hoc, quod]. *al.; aliter l. 74*). PS. VIGIL. THAPS. trin. 12, 17 rec. II -t dominus profitetur: '...' (*Ioh. 17, 3; rec. I* sicut). *al.* **β** *respicitur quod est necessarium, possibile, utile sim.* (*cf. p. 2362, 44sqq.*): LIV. 9, 29, 4 -t rei magnitudo postulabat, omnes iuniores sacramento adigit *dictator* (RVT. LVP. 1, 17 ut ..., -t tempus p., celeriter, quod opus esset, constitueretur). 9, 43, 12 -t tempus patiebatur, instructa acies *est*. VET. LAT. III Esdr. 1, 12 *sacerdotes* assaverunt phase igne, -t oportebat ([*gr. 1, 13 ὡς. cf. II par. 35, 13* iuxta quod ... praeceptum est]. CASSIOD. in psalm. 150, 5 l. 140). COD. Iust. 3, 28, 28 pr. (*a. 321*) obsequium ..., -t ipsius naturae religio flagitabat, parentibus adhibuerunt *liberi* (*loco gemino Theod. 2, 19, 2* ut). 12, 59, 10 pr. (*a. 457/474*) exemplaribus ..., -t convenit, reservandis (CONC.^{S} II 2, 2 p. 24, 2 -t religiosis temporibus c. [*gr. II 1, 3 p. 120, 3 καθάπερ*]). VIVENTIOL. epist. p. 18, 23 ubi clericos, -t expedit, convenire conpellimus. *al.* **γ** *vario respectu*: VET. LAT. Mich. 7, 15 (Aug. in psalm. 113, serm. 1, 4) -t dies profectionis eorum ex Aegypto (*sc. erant*), ostendam mirabilia illis (*gr. κατὰ τὰς ἡμέρας, Vulg.* secundum dies. *c. verbo* esse: II Macc. 6, 2 [rec. L. *al., sim.* X] templum ... cognominare ..., -t erant *accolae* ..., Iovis Hospitalis [*gr. καθώς, rec. B. al.* sicut]. ANON. med. ed. Piechotta 63 *herbam* coctam, -t est [*i. pura*], manducet *aeger. al.*). INSCR. christ. Diehl 1703, 3 (*a. 431*) vitam suam, -t proposuerat, gessit *puella*. IVLIAN. in Ioel 1, 5 l. 84 pro ... ut status talium *helluantium* meretur, *propheta monitum* adiungit. *al.*

b *adv.* (*inducit exemplum* PS. MAX. TAVR.; *item e coni. dub.*: TITIN. com. 59 si moratae sitis ... ibus, -t ego, moribus [ut ego pro *trad., def. Ax, De hiatu, diss. 1917, 56sq.*]): VET. LAT. II par. 29, 34 (cod. 109) levit(a)e prono animo sanctificati sunt ⌊-t⌋ sacerdotes (⌊ quam *in marg. sec. Vulg.* faciliori ritu ... quam, *gr. προθύμως ... παρά. an per errorem pro* praeut?). IV Esdr. 16, 74 (cod. A) tunc apparebit probatio electorum meorum, -t aurum, quod probatur ab igne (*cod. S* ut). HYG. mun. castr. 16 ala *haec* ... turmas habet XVI, decuriones et reliqua -t numerum turmarum. PS. MAX. TAVR. serm. 34 p. 602^{C} illis *passionem suam praefigurantibus*, ⌊-t Noe⌋, ... benedixit *dominus* (⌊ *deest loco gemino Ps. Aug. serm. 165, 1*).

2 *velut, quasi*: **a** *coniunctio, sc. pendente coni. non nisi in formula* -t diceret *vel sim.* (*cf. p. 2366, 7*): COLLECT. Arian. hom. 17, 4 venit ... 'vox de nube dicens: hic ...' (*Matth. 17, 5*), -t diceret: 'non *eqs.*' (c. Iud. 14, 6. IVLIAN. in psalm. 24, 5^{a} [*antea*: ac si d.]. EVSEB. EMES. serm. 3, 17 [pro eo ut *ed. sec. var. l.*]. *al.*). 22, 3 dicit profheta in psalmis: '...' (*107, 2*), -t dicat: '...' (serm. 2, 2 MAXIMIN. c. Ambr. fol. 301^{r}, 35 RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 218, 5). EPIPHAN. de mensur. 38 mna, -t dicatur mani ([*sec. var. lect. gr. l. 796 μνᾶ ἀντὶ τοῦ μνάμη*]. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 245, 18 prou⟨t⟩). **b** *adv.*: MVTIAN. Chrysost. hom. 10 p. 307$^{med.}$ *Paulus* id ipsum significat, -t si diceret: '...' (*gr. p. 86*$^{extr.}$ *ἀντὶ ... τοῦ εἰπεῖν*).

II *vi novata, sc. finali vel consecutiva, fere i. q. pro eo, ut* (*cf. p. 1425, 6*): PS. CYPR. tract. 13 (*respic. Luc. 19, 12sqq.*) qui *servi* acceptis singillatim mercium quantitatibus, ⌊-t quis dominum placaret⌋, ad mensam protulit (⌊ *ita ed.*, q. -t d. placeret *cod.*). NOVELL. Marc. 1, 3 cum sint in locis iudices ..., ⌊-t quisque⌋ possit sine peregrinatione ... adire iudices (⌊ uti (-t) q., pro utrisque *var. ll.*). PS. MAX. TAVR. serm. 57 p. 647^{B} *Iohannes baptista* parentibus per angelum, -t ... indubitatus ... nuntius esset, ⌊mittitur⌋ nasciturus (⌊ *an* ⟨pro⟩mittitur *sec. p. 1874, 66sq.?*).

Breimeier.

prōvulgo, -āvī, -ātum, -āre. *a* pro *et* vulgare (*cum* vulgus *coniungitur l. 31. p. 1903, 73*). *scribitur* -volg- *in cod. A saec. IX* TERT. nat. 2, 16, 5. NOT. Tir. 42, 92 -at. *de notione*: SYNON. Cic. p. 422, 32 dixit. promulgavit. -vit. exposuit *eqs.* 438, 12 proditum. traditum. -tum. ... inveteratum. 440, 2 prodita. insinuata. -ta. GLOSS. -o: *διαφημίζω*. -vit: inpressit (*cf. l. 39, nisi falso pro* proculc-). *al., e. g. p. 1903, 73.* [*confunditur in codd. c.* pervulgo CHROMAT. in Matth. 26, 4, 2 (*falsa var. l.* SIDON. epist. 9, 11, 4), promulgo *l. 43* (*cf. l. 31. 38. al.; falsa var. lect. p. 1905, 72*). *lexica quaedam perperam afferunt* DON. Ter. Ad. prol. 4, 3 (*suppl. in ellipsi verbi*).]

i. q. vulgando proferre, prodere (*notione praeverbii q. e. foras vel porro*): **1** *dicendo, scribendo* (*respiciuntur potius argumenta, rarius ipsa opera, verba, e. g. l. 33. 44*): PAVL. FEST. p. 224 promulgari leges dicuntur, cum primum in vulgus eduntur, quasi -ari (ANON. c. philos. 1 l. 968 [*ex Aug. civ. 2, 8 p. 62, 17, ubi* -mulg-]). VET. LAT. gen. 45, 16 (cod. 100) vox *de adventu fratrum Ioseph* -ta est in domum pharaonis (*gr. διεβοήθη, Aug. loc. hept. 1, 189* divulgata, *Vulg.* vulgatum). act. 13, 49 (cod. 5) -batur (-mulg- *per errorem Ammassari, ed. 1996*) verbum domini per omnem regionem (*gr. διεφέρετο, cod. 50* divulgata, *Vulg.* disseminabatur). Rom. 16, 19 (cod. 6. *al.*) vestra ... oboedientia in omnes -ta est (*gr. ἀφίκετο, cod. 77. al.* pervulgata, *Vulg.* divulgata). TERT. adv. Marc. 4, 27 p. 513, 10 si alium deum -asset *Christus* (-mulg- *ed. Rhen. altera*). SVLP. SEV. chron. 2, 5, 4 *rex Nabuchodonosor* missis ... edictis facti miraculum -vit (*cf. Dan. 3, 96*). VINCENT. LER. comm. 31, 2 impie -ta *dogmata* (*verba Cyrilli, cf. Conc.*^{S} *I 1, 2 p. 54, 12 ἀσεβῶς εἰρημένα*). *al.* *cum respectu detegendi, prodendi*: SVET. Nero 36, 1 duabus coniurationibus -tis (-mulg- *var. l.*). APVL. apol. 84, 7 *impium est* -ari eas litteras *matris secretas* et potissimum fili praeconio publicari. VET. LAT. Matth. 12, 16 (cod. 7. *al.*) ne -rent eum (*v. vol. X 1, 1893, 9*). TERT. cult. fem. 1, 2 l. 8 *angeli peccatores* incantationum vires -verant (*antea*: cum ... prodidissent). adv. Marc. 4, 21 p. 489, 15 (*ad Luc. 9, 21* ne cui dicerent hoc) *Christus* id noluit -ari, quod Petrus senserat. **2** *diffundendo, ostendendo*: TERT. nat. 2, 16, 5 cerasium Cn. Pompeius de Ponto ⟨primus Ita⟩liae -vit (*cf. apol. 11, 8* promulgavit). virg. vel. 13, 2 quo ergo foris quidem bonum suum abstrudunt, *sc. caput velando,* in ecclesia vero -ant *virgines*?

Schröder.

?**1. prox,** *interiectio.* [*fort. vox onomatopoetica, nisi est* 2. prox. *Fo.*] *si recte a* 2. prox *distinguitur, vox aut crepitum ventris aut vomitum (sic vol. VII 1, 1811, 75) vel ructum imitatur*: PLAVT. Pseud. 1279 ubi circumvortor, cado ... itaque dum enitor, -x (prax *var. l.*), iam paene inquinavi pallium (*an latet* 2. prox, *sc. exclamatio se excusantis, fere pro 'sit venia verbo' sim., sed per iocum simul onomatopoetice adhibita?*).

2. prox. [*sine dubio haec vox aliquid fausti significat, quamquam de re nihil constat. si stirps vocis* prec-es *ad apophoniam* proc-/prec- *referenda est (cf. ποδ-/*ped-; *v. vol. X 1, 1893, 71sqq.), in forma q. e.* prox *nom. sing. vocabuli vetusti intellegi potest; cf. theod.* bitte. *dubium est, an huc spectet etiam* 1. prox. *Fo.*] *est vox quaedam precandi sim.* (*cf. l. 56*): FEST. p. 253 -x, bona vox, velut quidam praesignificare videtur, ut ait Labeo de iure pontificio libro XI (*cod.*; qui(d)dam *temptavit Funaioli, Gramm. Rom. Frg., 558; alii coll.* PAVL. FEST. p. 252 -x bona vox, ut aestimo, quasi proba vox *corrigunt ita*: -x, b. v., vel ut quidam proba, significare v. [*eadem struct. Fest. ibid.* paludati ... significat ... armati]).

proxenēta, -ae *m., προξενητής.* *scribitur variis modis e. g. in* GLOSS., *imprimis* -nit-, *cf. p. 2367, 10sq.* *de notione*: GLOSS. -a: *προξενητής*. homo praecurans quodcumque negotium. quasi inter emptorem et venditorem. anteambulo (*sc. ante negotia, cf. vol. II 140, 11*). negotium nuptiale (*cf. p. 2367, 7*). *sim. al.*

is, qui intercedit in negotiis sim. gerendis (*c. gen. rei curatae praeter l. 75. p. 2367, 4*): SEN. epist. 119, 1 ut negotiari possis, aes alienum facias oportet, sed nolo per intercessorem mutueris, nolo -ae nomen

[Wieland]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tuum iactent (*cf.* VLP. dig. 50, 14, 2 si -a intervenerit faciendi nominis). MART. 10, 3, 4 Vatiniorum *calicum* -a fractorum (*antea*: linguae probra circulatricis). VLP. dig. 50, 14, 3 condicionis vel amicitiae ... vel cuius alterius huiuscemodi -a. *ibid.* est ... -arum modus, qui emptionibus, venditionibus, commerciis, contractibus licitis utiles ... se exhibent. *transfertur ad mulierculas curiosas, per divitum domum vagantes*: AMBROSIAST. in I Tim. 5, 13 nuptiarum ... sunt -ae (-ximi(ta)te, -xime *var. ll.*), multorum secretorum participes *eqs.*

proxenēticum, -ī *n., προξενητικόν. i. q. merces proxenetae*: VLP. dig. 50, 14, 1 -a iure licito petuntur. 50, 14, 3 de -o (-niet- *F ante corr.*), quod et sordidum, solent praesides cognoscere. DIG. 50, 14 rubr. de -is (-nit- *F in indice titulorum*). COD. Iust. 5, 1 rubr. de sponsalibus et arris sponsaliciis et -is.

proximāns *et* **1. proximātus** *v.* proximo(r).

2. proximātus, -ūs *m.* *a* proximus. *i. q. dignitas proximi, sc. eius, qui proximum a magistro scriniorum locum tenet* (*v. p. 2044, 25 sqq.*): COD. Theod. 1, 5, 8 qui ad -um perveniant ... militiae ordine (6, 2, 23 tota impleta militia). 6, 26, 4 (= Iust. 12, 19, 1) splendor indepti -us. 6, 26, 11 uno anno teneant -um. *ibid.* comi⟨tivam⟩ -us. 6, 26, 17 pr. qui -um egerint (6, 26, 17, 1. *cf.* Iust. 12, 19, 11 [*a. 491/518*] ante completum -us actum). Iust. 12, 19, 11 ad heredes ... residui temporis -ūs (*om. cod. I*) solacia ... transmittere.

proximē *v.* prope. **proximior** *v. p. 2031, 71.*

proximitās, -ātis *f.* *a* proximus. *scribitur* -xum- CE 1039, 2 (*saec. I?*), *cf. p. 2031, 53 sqq.*; -mi(a)etas *in cod. ant.* AGENN. grom. p. 28, 11, *ceterum* VITR. 2, 9, 7 (*in var. l. ut* VINDIC. epit. alt. 20 p. 476, 5). *legitur inde a* VITR., OV., PAVL. FEST., *plur. non nisi l. 51; abiit in sermonem gr. l. 54.* [*contextu corrupto* MEROB. pros. frg. 1 A 24.]

i. q. positio proxima, status propinquus (meton. l. 48. p. 2368, 8); respicitur: **1** *propinquitas loci* (*in imag. l. 44 sqq. 51*): VITR. 2, 9, 7 quae pars *abietis* est proxima terrae, per radices recipiens ex -e umorem *eqs.* NVX 56 ream nimiae -is (*cf. 49* vicinia damno est). APVL. Socr. 10 p. 142 *nubes* mobiles huc atque illuc ... ventis gubernantur, paululum immutantes -e et longinquitate. PS. APVL. Ascl. 23 qui *dei* in templis sunt humana -e contenti. CHALC. comm. 69 cum ex -e maiores apparent *stellae quaedam* (*cf. Theo Smyrn. p. 135, 9 διὰ τὸ προσγειότεροι καθίστασθαι. item in aestimando*: CLAVD. DON. Aen. 2, 730 p. 246, 20 angustioris -is aestimationem. OROS. hist. 6, 4, 4 *milites luna splendente* longitudinem umbrarum -em hostium rati). DON. Ter. Eun. 763, 2 -em fori. 794, 3 'coram' etiam -em significat. CHAR. gramm. p. 304, 19 (*e Palaem.*) *'secundum' refertur* ad -em, quasi 'secundum illum sedeo'. CLAVD. DON. Aen. 2, 455 p. 212, 17 loci tanta ... -s fuit, ut *eqs.* (SIDON. epist. 3, 1, 2. *al.; addas p. 2368, 17*). 2, 600 p. 229, 24 -e ... hostium. CONC.^{S} I 5 p. 185, 15 David ad -em, mysticam scilicet, deum verbum ... vocabat (*affert psalm. 9, 22*). ENNOD. epist. 5, 26, 1 p. 146, 6 (*in imag.*) a labiorum -e cupita subtrahuntur. CASSIOD. in psalm. 118, 151 l. 2770 ('adpropinquaverunt persequentes ...; prope es tu') contra illam -em ... persecutionis vicinitatem domini ... esse remedium. *al.* *meton. de ipso loco vicino*: AGENN. grom. p. 28, 11 -s aliqua naturalis ..., quae similitudine⟨m⟩ finis adferre possi[n]t. VINDIC. epit. alt. 20 p. 476, 5 -es *splenis* (*contextu vix sano. item plur.*: ENNOD. opusc. 3, 144 p. 368, 8 David ... caelorum -es indeptum *pietate sua*).

2 *cognatio, necessitudo* (*cf.* SYNON. Cic. *supra p. 2013, 39.* GLOSS. -s: *ἀγχιστεία.* adfinitas. GLOSS. iurispr. *ἄδετ Π* 51 *προξμότης· ἐγγύτης* [*cf. p. 2038, 66 sq.*]. *disting.* agnatio *l. 60. 69*): **a** *in iure hereditario*: OV. met. 13, 154 (*armorum iudicium*) si -s primusque requiritur heres, ... est Pyrrhus filius illi. SENT. centur. *v. p. 2029, 55.* QVINT. inst. 3, 6, 95 *si unam rem* plures petant, vel eodem iure, ut -is, vel diverso, ut cum hic testamento, ille -e nitetur (COD. Iust. 6, 58, 5 [*a. 293*] ad intestati successionem agnationis i. quam -is venientes haberi potiores. OP. imperf. in Matth. 1 p. 619$^{extr.}$ quem i. -is aestimabat propinquiorem *Booz.* CASSIOD. var. 5, 24, 1 [*opp.* testamento]. *al.*). OP. imperf. in Matth. 1 p. 619$^{extr.}$ de lege -is (CASSIOD. Ios. antiq. 5, 333 [*gr. κατ' ἀγχιστείαν*]). CASSIOD. hist. 1, 9, 16 generis -e (*gr. Sozom. I, 9, 1 τοὺς μὴ γένει ἐγγυτάτω προσήκοντας*). *al.* *iunctura* -is nomine (*solo gen. l. 67*): IAVOL. dig. 36, 1, 48 -is n. haec bona petit (VLP. dig. 38, 8, 4 bonorum possessionem. *cf.* APPEND. Visig. 1, 9 -is ... petere). IVLIAN. dig. 38, 8, 3 quae *bonorum possessio* -is n. fratris defertur ([*antea*: cognationes]. PAVL. dig. 22, 6, 1, 1). GAIVS inst. 3, 27 (*disting.* ius agnationis). COD. Iust. 6, 9, 2 (*a. 205*) bonorum possessio ... competit -is n. (6, 58, 1 [*a. 223*]). *al.* **b** *vario usu*: OV. met. 10, 340 (*loq. Myrrha*) damno est mihi -s *patris.* PAVL. FEST. p. 14 avunculus appellatur, quod avi locum obtineat et -e tueatur sororis filiam. CE 1039, 2 (*Romae; saec. I?*) Terra parens, ... quae tangis matres (*i.* matris) -e tuos (*nisi de loco vicino dictum*). COD. Iust. 2, 21, 7 (*a. 294*) sanguinis -s (ENNOD. epist. 5, 22, 1 p. 143, 11. *al.; cf. p. 2368, 9*). PS. APVL. Ascl. 5 -e et consortio diis similes habentur *quidam daemones.* PHILO quaest. in gen. 4, 164 secundum saeculi -em (*postea*: omni mundo propinquus. *contextu corrupto, v. Petit ad l.*). COD. Theod. 9, 7, 8 (= Iust. 9, 9, 33) *si adulteri* obtentu -is intentata depulerint. HESYCH. in lev. 14, 1 p. 953^{C} quod ... ad -em cognationis pertinet. CONC. Tarac. a. 516 ed. Rodríguez p. 272 l. 39 pro parentelae -e. CASSIOD. var. 5, 12, 1 qui nostra -e gloriantur (*postea*: fulgorem consanguinitatis). 10, 1, 2 virum fraterna nobis -e coniunctum. *al.* *meton. de persona cognata*: VET. LAT. num. 35, 12 (cod. 100) quo refugiant *homicidae* a -e[s] sanguinis (*i. a cognato ulciscente; gr. ἀπὸ ἀγχιστεύοντος τὸ αἷμα, Vulg.* cognatus occisi).

3 *quaelibet propinquitas*: **a** *eius, quod vocabulo significatur, littera exprimitur:* *notio*: OV. ars 2, 662 quae turgida *est, dic* plenam, et lateat vitium -e boni. SACERD. gramm. VI 467, 8 ad ... -is interpretationem descendens *dictio* (*in definitione metonymiae, v. vol. VIII 891, 12 sqq.*). CASSIOD. var. 6, 20, 3 (*consulari cuidam*) quem nominis -e contingis (*sc. consulem*). *sonus*: TER. MAVR. 183 ut cuique *litterae* est -s ⌊loci sonive⌋ (*ed. princ.,* locis oriri *Prisc. gramm. III 10, 26; v. Cignolo, 2002, ad l.*). **b** *eius, quod affectu petitur*: APVL. Plat. 2, 14 p. 240 *amor speciei tertiae* divini atque terreni -e collectus nexuque et consortio parili copulatus. CASSIOD. Ios. antiq. 4, 131 *ut Hebraeorum iuvenes* earum *alienigenarum* pulchritudine fruerentur nec consuetudinis -e recederent (*gr. τῆς τοῦ πλησιάζειν συνηθείας*). **c** *eius, quod tempore sequitur* (*cf. p. 2367, 47*): DON. Ter. Ad. 840, 1 quasi gaudere interim non possit, nisi vicinae saevitiae -e solaretur. ENNOD. dict. 1, 2 p. 423, 13 (*in imag.*) -em noctis. 19, 5 p. 480, 2 futuri mens nescia -em mortis incurrerat (*enunt. om. ed. Sirmond.; cf.* epist. 1, 3, 4 p. 5, 25 -s funeris. opusc. 2, 22 p. 294, 18 leti). *Wieland.*

proximo, -āvī, -ātum, -āre *et* **proximor,** -ātus sum, -ārī. *a* proximus. *de notione cf. p. 2015, 68. 2026, 6 et* GLOSS. II 410, 3 *πλησιάζων*: adpropinquans, -ans. *al.* *mediopass. vel deponens v. p. 2369, 68.* *legitur inde ab* APVL., VET. LAT. (*de* CIC. *v. l. 36*). [*continuari vid. in francog. vet.* proismier, *francoprov.* prosmer, *lemov.* se preima, *nisi putes derivata esse a francog. vet.* proisme *vel francoprov. vet.* prosme (*a* proximum). *cf. M.-L. 6794. Wartburg IX 489. C. S.*] [*confunditur in codd. c.* proximus *e. g.* SOL. 15, 3, *falsa var. l.* PLIN. nat. 15, 53, *vix recte trad.* CIC. nat. deor. 2, 112 *supra p. 2033, 69* (proxima est *R. Klotz,* -at *cod. potiores, def. Pease ad l.*).]

I *intrans. i. q. proximum fieri, appropinquare vel proximum esse* (*quas notiones distinximus sub A1 et 2, ceterum occurrit notio status proximi p. 2369, 20. 32. 43. 46. al., praevalet autem notio appropinquandi; gr. respondere solet ἐγγίζειν, quod infra fere negleximus; structuras indicantes, quo -etur, v. l. 53 sqq., unde l. 46; part. praes. pro subst. masc. l. 49. 51. p. 2369, 7, neutr. p. 2369, 6*): **A** *mera vi locali; respicitur potius*: **1** *actio appropinquandi* (*inseruimus etiam ambigua quaedam; -ant fere animantes, rarius res, sc. l. 51. 56 sq.*): **a** *vario usu*: APVL. met. 2, 16, 1 ecce Photis mea ... -at. 2, 32, 2 iam iunctim -amus. 8, 19, 3 senex ... per viam -at. VET. LAT. I Macc. 9, 12 (recc. L, V, *sim.* B) -vit legio ex duabus partibus. PS. CYPR. singul. cler. 4 p. 177, 9 in qua *femina* nihil est aliud, nisi quod feriat -antem (*cf.* PS. HIER. epist. 42 p. 289^{B} *femina,* cum -at, stimulat, incendit ignem). SOL. 5, 21 Gelonium stagnum taetro odore abigit -antes. CHALC. comm. 242 ut, cum accedimus ad speculum, imago etiam -are ... videatur (*opp.* recedere). PS. AMBR. exorc. p. 1020^{B}. *al.*

b *indicatur, quo -etur*: **α** *per dat.* (*cf. l. 75. p. 2369, 34 sqq. 65. al.*): APVL. met. 3, 26, 7 praesepio ... -antem *Lucium asinum.* 6, 3, 3 foribus -at (*cf. l. 59*). VET. LAT. I Macc. 11, 4 (rec. B) -vit Azoto (*rec. V* adpropiavit). SOL. 5, 18 si *sali* liquor aquae -verit. CHALC. comm. 71 *stella* -ante sibi sole ... obscuratur. CASSIAN. inst. 11, 16 qui cum ad cellam ... adveniens ostio -asset. *al.* **β** *per acc. directionis* (*cf. e. g. supra p. 2016, 48 sqq.; hucine l. 65? cf. p. 2370, 8*): APVL. met. 6, 8, 5 fores ei ... -anti occurrit *ancilla* (*cf. l. 55*). 11, 16, 5 iam ripam maris -amus. **γ** *per praepos.* ad (super *l. 62; cf. p. 2369, 15. 58. 2370, 6. al.; aliter l. 72*): VET. LAT. psalm. 26, 2 (cod. 136) -ant super me malignantes ad edendum carnes meas (*cod. 303. al.* adpropinquant, *Vulg.* adpropiant). 31, 6 (cod. 303) ad eum *iustum* non -bunt *aquae diluvii* (*cod. 300* adpropinquabunt, *Vulg.* adproximabunt). OPTAT. 3, 4, 2 cum ⌊ad⌋ (*om. pars codd.*) Bagaiensem civitatem -rent. PS. AVG. quaest. test. 114, 27 -are ad eum *deum* timuerunt, sed longe ... adoraverunt. *al.* **δ** *per struct. fin.* (*ut subluceat vis temporalis*): VET. LAT. Is. 38, 12 (cod. 330. *al.*) sicut lanifica -ans demere telam ([*Vulg. aliter*]. *item c. inf.*: LAVRENT. Chan. p. 123^{B} -at *iudex* te poenis affligere [*cf. Migne gr. 52, 458$^{fin.}$ ὁ ἄρχων πλησίον σου*]). PS. FVLG. RVSP. serm. 6 (*ad Luc. 7, 11 sqq.*) *mors* te *Christum* agnoscebat ad meam misericordiam, *sc. resuscitationem,* -antem (*cf.* ad *c. gerund. l. 62*).

2 *positio proxima* (*exemplа certiora; tam de rebus quam de animantibus; c. dat. saepius, gen. p. 2369, 2, praepos.* ad *p. 2369, 15*): **a** *part.*

[Grossardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

praes. -āns *fere pro adi. vel subst. i. q. proximus*: VET. LAT. Iudith 7, 3 (cod. 109) conlocaberunt castra ... -antes ⌊fontis⌋ (*gen. pro dat. sec. gr. ἐπὶ τῆς πηγῆς, cod. 131. al.* ad fontem, *Vulg. aliter*). CENS. 8, 6 -antia sibimet zodia (*cf.* ORIBAS. syn. 7, 15, 4 La p. 148 -antia invicem labia *rupturae* [*gr. aliter*]). SOL. 5, 3 ei *lacui* -ans *lacus* condensus arbustis. 5, 19. 30, 26 (*respic. chamaeleon*) cutis lēvitate -antia aemulari (*cf. Plin. nat. 8, 122* quemcumque *colorem* proxime attingit). 52, 14 Indo flumini -antes ... torrentur calore (*cf. Plin. nat. 6, 70* quantum ad I. accedunt). EXPOS. mundi rec. D 30 Heliopolis, Libano monti -ans (*rec. vet.* quae propinquat L.). **b** *verbum finitum* (*de* CIC. *v. p. 2368, 37*): VET. LAT. Ezech. 41, 16 (cod. 177) et domus et ⟨quae⟩ -ant ligno structa (*gr. τὰ πλησίον, Hier. ad l.* quae proxima erant, *Vulg. aliter*). Matth. 26, 46 (cod. 5) ecce -at, qui me trade⟨t⟩ **(**[*cod. 4. al.* adpropiavit, *3. al. et Vulg.* adpropinquavit]. *pro perf. gr. ἤγγικεν ut loco gemino* Marc. 14, 42 [cod. 8. *al.*] -at traditor meus [*cod. 3. al.* adpropinquavit, *5. al. et Vulg.* prope est]**)**. SOL. 15, 3 Geloni ad hos *Neuros* -ant (proximi *var. l.*). 27, 45 templo fons -at. *al. apud eundem.*

B *vi temporali*: APVL. met. 2, 16, 5 proelio ... iam -ante. 5, 6, 10 luce -ante. 9, 18, 3 sibi statutam decretamque mortem -are (PVBLIC. Aug. epist. 46, 11 VITA Fulg. Rusp. p. 137). VET. LAT. Marc. 13, 28 (cod. 1) -at messis (*gr. ἐγγὺς ... ἐστίν, Vulg.* in proximo sit). PASS. Perp. 9, 2 -vit dies muneris **(**PONT. vita Cypr. 13, 13 d. crastinus. SORAN. p. 73, 16 -ante d. *partus* [*gr. p. 125, 26 σύνεγγυς, Cael. Aur. gyn. 2, 58* vicinante]**)**. IREN. 3, 21, 4 -asse regnum coelorum (*sec. Matth. 3, 2*). SORAN. p. 17, 15 -ante partu **(**[*gr. p. 41, 5 συνεγγιζούσης, Cael. Aur. gyn. 1, 81* propinquante]. 20, 15 [*gr. p. 50, 13 συνεγγισμοῦ*]**)**. *al.* *-ant animantes* (*huc vergunt p. 2368, 68 sqq.*): CHIRON 169 cuicunque sanguilentus humor per nares profluet ..., morti -a⟨t⟩ (*cf. Veg. mulom. 1, 3* vicinus est morti).

C *varia vi incorp.* (*saepe vigente imagine loci*): **1** *in bonam vel neutram partem*: **a** *in religione Iud. vel Christ. respicitur relatio inter deum propitium, opitulantem et homines ei obsequium, veneration-nem sim. praestantes* (*cf. l. 67 sq. 71. p. 2370, 1. al.*): VET. LAT. Ier. 23, 23 (Fulg. Rusp. ad Tras. 2, 7, 9) ego deus ⌊-ans⌋ et non deus de longinquo (ι) *sed* approx- *Fulg. ter alibi ut Cypr. testim. 3, 56. al.; gr. ἐγγίζων, Vulg.* e vicino). Iac. 4, 8 (cod. 67. *al.*) -ate deo et -bit vobis (*cod. 66* accedite ad ..., accedit, *Vulg.* adpropiate ..., adpropinquabit). RVFIN. Greg. Naz. orat. 8, 18, 5 si non ... convertimur et huic *deo,* qui nobis adproximat, -amus (*Migne gr. 35, 960*^{B} *τῷ ἐγγίζοντι φυσικῶς πλησιάζομεν*). PATRIC. conf. 42 monuit eam, ut esset virgo Christi et ipsa deo -ret. CHRYSOST. hom. III 823^{A} nullus ... fictus accedat, nullus fucato animo tantis audeat mysteriis *eucharistiae* -are. *al.*

b *vario respectu*: **α** *de animantibus, qui proximi sunt: dignitate* (*cf. l. 59*): VET. LAT. Esth. 1, 14 (cod. 109) qui erant priores ... et -bant regi (*gr. οἱ ἐγγὺς τοῦ βασιλέως, cod. 130. al.* qui proximi erant, *Vulg.* primi et proximi). *amore*: BACHIAR. repar. laps. 17 p. 1055^{B} (*in imag. sec. deut. 25, 5*) huic viduae coniungar ac -em. *stirpe*: CASSIOD. in psalm. 77, 71 l. 904 David, qui ab humanitate suscepta Christo domino -bat. **β** *de rebus vario respectu similibus*: SOL. 22, 2 Hibernia ei *Britanniae* -at magnitudine (*cf. Mela 3, 53* paene par spatio). CLAVD. MAM. anim. 1, 22 p. 80, 24 carnale corpus obviat et spiritale -at incorporeis. 3, 7 p. 166, 1 sicuti formatum -at formae, sic animatum -at vitae.

2 *in malam partem, sc. infestando* (*falso ed. Migne pro* appro- PS. ORIG. in Iob 2, 21 l. 10): CASSIOD. in psalm. 90, 10 l. 186 Christo domino *non* -asse peccatum. PS. ORIG. hom. in Matth. 2, 2 p. 248, 24 meae virtuti -are ... non poterit *contaminatio leprae* (*spectat ad Matth. 8, 1 sqq.*).

II *trans. i. q. proximum facere, admovere sim.* (*vi incorp. praeter l. 61 sqq. 72. p. 2370, 8 sqq.*): **A** *notione communi* (*sc. vigente respectu proximitatis*): **1** *act. vel pass.:* VET. LAT. psalm. 68, 19 (cod. 136) -a ad te preces meas (*aliter gr. et recc. cet.*). CASSIOD. var. 9, 22, 1 tanto quis *promovendus* regali animo -atur, quanto *eqs.* in psalm. 118, 169 l. 3137 ('appropiet') sanctorum chorus quantum ad finem psalmi vicinus est, tanto se Christo desiderat -ari. *de motu locali*: ENNOD. opusc. 3, 149 p. 369, 19 quos a vicinitate viae ipsius *episcopi* longa intervalla seiunxerant, ardor animi -bat (-batur *var. l.*). CASSIOD. var. 11, 6, 4 miles ad secreta iudicis -tus (*sc. praesidio*). GREG. TVR. Franc. 5, 46 acceptum *poculum* ... ori -at. **2** *reflexive*: VET. LAT. IV Esdr. 8, 47 te ... -asti iniustis. CASSIOD. in psalm. 63, 7 l. 116 ('accedit homo ad cor altum') quanto se deo -at *sensus,* tanto *eqs.* (*cf.* 118, 15 l. 330 bona conversatione caelestibus se beneficiis -are. 122 l. 7). **3** *mediopass. (nisi agnoscere malis usum verbi deponentis ad I trahendum, maxime l. 71. 75, ubi non motus sed status significari vid.): praes.*: VET. LAT. psalm. 118, 151 (cod. 136) -are tu, domine (*gr. ἐγγὺς εἶ, cod. 300. al. et Vulg.* prope es). PS. AVG. serm. ed. Caillau 1, 36, 3 divina providentia litori bestia, *quae Ionam devoravit,* -atur. CASSIOD. compl. in Iac. 3, 14 *ut diabolus* fugiat, et -etur ille, qui liberat. in psalm. 88, 8 l. 125 'qui in circuitu eius *dei* sunt', sancti scilicet ..., qui dono ipsius gratiae -antur. 128 l. 6 qui ad domini -atur aspectum. 137, 6 l. 136 -antur ... illi *deo* humiles et fiunt superbi ... longinqui. *al. apud eundem.* *perf.* (*de statu proximo*): ORIBAS. eup. 2, 1 *K* 29 Aa p. 460 *faba* media⟨e⟩ -ta est temperantiae (*gr. 2, 1 K 94 τῆς μέσης ἐγγυτάτω κράσεώς ἐστιν*).

B *vi aucta fere i. q. admovendo tradere rei infestanti*: PS. AVG. serm. ed. Mai 40 naufragium Pharaonem ad mortem -bat. *ibid.* Pharaonem ad naufragium -at diabolus. ORIBAS. syn. 4, 30, 10 Aa p. 34 si aut aerem frigidum aut aquam frigidam -atur *brassica cocta* (*c. acc. direct. ut p. 2368, 58; aliter gr.*). ALEX. TRALL. 1, 63$^{med.}$ *aegrotus* exercitia ... faciens non mox -etur frigido aëri (*gr. I 541 μὴ ὁμιλείτω*).

compos.: approximo. *Grossardt.*

proximus *v.* propior. **proxum-** *v. p. 2031, 53 sqq. et 2367, 24 sq.*

prozeuxis, *abl.* -ī, *πρόζευξις* (*quod apud Graecos legi non vid.*). *t. t. rhet. de specie zeugmatis*: SACERD. gramm. VI 456, 25 sq. de -i: -is, quae est (est quae *trad.*) contraria hypozeuxi, fit hoc modo, cum antea verbum ponitur, quod omnia posteriora coniungat (*affert Verg. Aen. 7, 243 sq.*). *adde p. 1849, 17.* *Wieland.*

prūdēns, -entis *adi.* [*part. praes. verbi q. e.* providere *notione sensim dilatata abiit in adi. sui iuris, ita ut etiam vocis sonus mutari potuerit*: *prŏuident- > *proudent- (*per syncopen*) > prūdent-. *in verbo autem servatae sunt litterae* pro *et* videre *per analogiam. cf. Ernout-Meillet, Dict.*^{4} *1959, 541. Fo.*] *de origine: a* porro videre *vel* providere *derivatur p. 2375, 52 sqq.; aliter* VARRO ling. 8, 15 a prudentia -s (*sim.* ISID. orig. 1, 29, 4). *scribitur litteris gr.* GLOSS. iurispr. *ἄδετ P 2 ῥεσπόνσα προνδεντίουμ.* NOT. Tir. 52, 52 -s. 52, 54 -issimus. 59, 62 sq. vir -s. vir -issimus. *de formis* (*singulas formas trium generum esse testatur e. g.* PS. ASPER gramm. suppl. 40, 13; *nomen esse, non part. docet idem* 57, 12): *abl. sing. subst.* -e, *adi.* -i *testatur* PLIN. dub. serm. frg. Char. gramm. p. 154, 12 (*cf.* p. 159, 18. *indistincte utrumque laudat* FRG. Bob. gramm. V 562, 7, *solum* -e VIRG. gramm. epist. 1, 10, 4), *apud auctores praevalet* -i, *sed* -e *exhibent e. g.* SEN. epist. 63, 12. VET. LAT. act. 13, 7 (cod. 51; *sed* -i cod. 5). HIER. adv. Rufin. 3, 23 (*pro subst. ut*: AVG. lib. arb. 2, 158. *al.*). COD. Iust. 1, 27, 2, 2; *nom. vel acc. plur.* -is *trad.* CIC. de orat. 1, 58 fam. 2, 13, 1 NON. p. 441, 8 CLAVD. DON. Aen. 7, 495 p. 75, 26; *gen. plur.* -ium *passim inde a* CIC., -um HIL. in Matth. 21, 5 CONSVLT. 5, 7 *et hic illic in var. l., e. g.* COD. Theod. 1, 4 rubr., *falso trad. p. 2373, 7* (-ium *testatur e. g.* DIOM. gramm. I 306, 11, -um *et* -ium FRG. Bob. gramm. V 562, 7). *compar.* -ior (*abl. sing.* -iori *non nisi in var. l.* VEG. mil. 3, 4, 7, *v. ed. Reeve, 2004, 168*) *et superl.* -issimus *inde a* CIC. *de notione et differentia v. imprimis l. 71 sq. p. 2371, 46. 2375, 52; ceterum* SYNON. Cic. p. 418, 18 cautus. cordatus. sapiens. -s. ingeniosus. GLOSS. -s: *σοφός. φρόνιμος. ἔμπειρος. al.* *legitur singulis vel binis locis apud* PLAVT., ENN., TER., TRAG. inc., HEMINAM, Q. SCAEV. (*v. l. 59*), *frequentatur inde a* CIC. (*fere 140*^{ies}), *sc. imprimis in orat. soluta, deest e. g.* CAES.; *in versibus frequentius apud* HOR. (*15*^{ies}), OV. (*decies*), *deest e. g.* PROP., LVCANO. [*confunditur in codd. e. g. cum* prodens SEN. contr. 2, 5, 15 ARNOB. nat. 1, 56 p. 51, 21. *al.,* providens *p. 2375, 39; saepe in falsa var. l. pro* pudens, *e. g.* CIC. Verr. II 3, 159 CAES. civ. 2, 31, 4 VAL. MAX. 7, 3, 5 (*falso trad. e. g.* CIC. Flacc. 9. 89 rep. 5, 11).]

significatur qui providens est: **I** *vigente vi participii de eo, qui bene prospicit in actionem suam eiusve condiciones, sc. qui sibi conscius est* (*usu praedicat. subaudiendo altero acc. l. 62, periphrast. p. 2371, 27; iuxta ponitur* sciens *saepe,* prognariter *l. 58,* volens *l. 68; opp. e. g.* imprudens *l. 68* [*cf. l. 57*], insciens *l. 57,* neglegentiā *p. 2371, 5; accedit vis q. e. compos mentis suae e. g. l. 64. 66. p. 2371, 7* [*cf. p. 2375, 47*]): **A** *-s scit, quid ipse agat* (*patiatur p. 2371, 6. 7. al.*): **1** *vario usu*: PLAVT. Capt. 45 saepe ... plus insciens quis fecit quam -s boni (*44* imprudens). ENN. ann. 210 prognariter ... -s (*v. p. 1765, 35 sqq.*). HEMINA hist. 10 -s perplexim scribit. VARRO ling. 6, 30 (*e* Q. SCAEV.) *praetor* si -s dixit *die nefasto* (*opp.* imprudens. *inde etiam* MACR. Sat. 1, 16, 10 -em expiare non posse). SALL. Iug. 49, 2 *dux curavit, ut pugnent* -es cum imperitis (*cf. vol. VII 1, 567, 23 sqq.*). CVLEX 365. HOR. sat. 1, 10, 88 amicos *aliquos* -s praetereo (*sc. in enumeratione ut*: PLIN. nat. 10, 79 omitto. TAC. ann. 3, 18, 3). 2, 3, 206 (*loq. Agamemnon*) -s placavi sanguine *Iphigeniae* divos (*opp. 201* insanus ... Aiax). 2, 3, 212 -s scelus ... cum admittis. 2, 5, 58 (*Vlixes ad Tiresiam*) num furis? an -s ludis me obscura canendo? *al.* TIB. 1, 6, 29 non ego te laesi -s. OV. met. 3, 364. *al.* LABEO dig. 24, 3, 66, 4 sive -s mulier plus esset stipulata, sive imprudens. *al.* *iuxta* volens: PRVD. ham. 709 *Adam* letalia -s eligit atque v. **2** *iungitur cum* sciens (scius *p. 2371, 11*): TER. Eun. 72 -s s. vivos videnque pereo (*cf.* DON. *ad l.* 1 sq. -s est, qui intellegentia sua aliquid sentit, s., qui alicuius indicio rem cognoscit; ergo -s per se, s. per alios. *aliter* SCHOL. Bemb. -s in futurum est, s. in pr⟨a⟩esenti). TRAG. inc. 145 -s et s. ad pestem ante oculos positam *profectus est Amphiaraus* **(**CIC. Marcell. 14. APVL. apol. 52, 4 [*opp. 3* ignorans peccat]. CYPR. epist. 73, 13, 2 qui *post revelationem* in eo

[Galdi-Wick]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

errore ... perseverat -s et s., sine venia ignorantiae peccat. LACT. inst. 2, 3, 3. *ordine inverso*: VLP. dig. 17, 1, 8, 8 s. et -es auxilium appellationis omiserunt. HIER. praef. Vulg. Is. p. 4, 10). CAEL. Cic. Att. 10, 9ª (= fam. 8, 16), 5 ne te s. -sque eo demittas, unde exitum vides nullum esse (GAIVS dig. 47, 9, 9 [*opp.* neglegentiā]. PAVL. dig. 22, 6, 9, 5 *si heredes* s. -esque passi sunt, eam pecuniam ... impendi. sent. 1, 5, 1. HIST. AVG. Prob. 6, 7 ut *Aurelianus,* si quid sibi s. -ique eveniret, Probum principem faceret. *al., cf. l. 24. 28; ordine inverso*: SEN. dial. 6, 17, 6 qui *homo* non incidisset in illa *mala,* sed -s s. que venisset). SVET. Nero 2, 3 quod *medicus dubitanti* ... -s ac s. minus noxium *venenum* temperasset (LACT. inst. 6, 12, 13). LACT. inst. 3, 24, 10 eos *philosophos* ... puto ... -es et scios mendacia defendenda suscipere. *al.*

B *-s scit condiciones sim., ad quas actionem suam conformat, dirigit (non nisi in contextu caus. vel concess.); quae indicantur*: **1** *per gen. obi.*: SALL. hist. frg. 1, 71 (*loco manco*) -s omnium, quae senatus censuerat. 2, 87 B 14 Servilius -s ferociae hostium, neque illis taedium belli ... pacem suadere *moenia oppugnavit.* LIV. 34, 28, 11 ni Achaei locorum -es institissent (AMM. 17, 1, 7). TAC. Agr. 19, 1 *Agricola* animorum provinciae -s *bellum repressit.* hist. 2, 25, 1 *dux* doli -s repressit suos (AMM. 30, 1, 5). DICT. 1, 23. MAR. VICTOR. aleth. 1, 212 *homo* dominum -s rationis adorat. **2** *per acc. c. inf.* (*vix addas* PS. AVG. quaest. test. 102, 13): SALL. *l. 17.* CVRT. 7, 1, 4 *Alexander* satis ... -s otii vitia negotio discuti *edicit, ut eqs.* PLIN. nat. 8, 111. 8, 136 *leontophonos* urinam spargit, -s hanc ... leoni exitialem *esse.* VLP. dig. 25, 6, 1, 2 *mulier* sciens -sque se praegnatem non esse voluit in possessionem venire (37, 9, 1, 28. 40, 12, 7, 2 etiamsi *quis* s. -emque se liberum emerit. 46, 4, 8 pr.). COD. Iust. 8, 45, 2 (*a. 240*) cum sciret -sque esset rem sine vitio non esse. **3** *per enunt. secund.*: AMBR. in Luc. 4, 64 *aegrotus* sciens ... -sque, quod esset oculos amissurus, *concubuit cum uxore.*

II *plena vi adiectivi de eo, qui facultatem providendi, percipiendi sim. habet, sc. qui mente, ratione bene utitur, fere i. q. φρόνιμος* (*de rebus ab eo factis sub A2; -s est aliquis potius indole sua [cf. e. g. l. 47. 57. p. 2370, 71] quam usu vel doctrina [idque maxime p. 2373, 24. 75]; quodammodo distingui videntur e. g.* callidus *l. 47. p. 2375, 56* [*fere pro syn. p. 2375, 63*], doctus *p. 2372, 21. 2374, 3. 10. al.,* eruditus *l. 48. p. 2372, 19. al.,* peritus *p. 2372, 73. 2374, 74. al.,* providens *p. 2329, 12* [*pro syn. p. 2375, 54*], providus *p. 2373, 61,* sapiens *p. 2372, 30. 2374, 21. al.; opp.* stultus *sim. p. 2372, 12 sqq.,* insanus *p. 2375, 19. 47*). *accedunt structurae, sc. gen. l. 64. p. 2372, 62. 2373, 24. 2374, 68. 70. al.* (*gerund. p. 2374, 62 et* COLVM. 11, 1, 6 IVV. 3, 86 AVR. VICT. Caes. 33, 13), *abl. l. 47. p. 2372, 68. 2374, 60. 2375, 30. al., praepos.* ad *p. 2372, 71. 2374, 53 et* VVLG. I par. 22, 15, de *p. 2375, 63,* in *c. abl. p. 2372, 70. 2373, 26. 56. 2374, 1. al., inf. p. 2374, 40* (*cf.* -is est *c. inf. p. 2373, 3*).

A *usu communi* (*pertinet fere ad praesentia*): **1** *de animantibus eorumque coetu, animo sim.*: **a** *generatim*: **α** *exempla selecta ad illustrandam notionem*: Ⓘ *explicationes, differentiae* (*cf. p. 2374, 53*): CIC. Scaur. 24 *Siculi quidam* -es natura, callidi usu, doctrina eruditi (*cf. l. 58*). off. 1, 16 *qui* maxime perspicit, quid in re quaque verissimum sit, quique ... celerrime potest et videre et explicare rationem, is -issimus et sapientissimus rite haberi solet (*respicitur φρόνησις, prima ex quattuor illis virtutibus, cf. p. 2375, 27. 2377, 43*). NIGID. Gell. 11, 11, 3 vir bonus ... praestare debet, ne mentiatur, -s, ne mendacium dicat. VVLG. prov. 16, 21 qui sapiens corde est, appellabitur -s. AVG. loc. hept. 1, 8 (*ad p. 2373, 12*) -issimus ... ⟨non sapientissimus⟩, quod multi Latini habent; *φρονιμώτατος* enim in graeco scriptum est, non *σοφώτατος*. OP. imperf. in Matth. 51 p. 926$^{extr.}$ -em ... dico non scientem et doctum, sed sensatum et mente acutum. ORIG. in Matth. ser. 61 p. 140, 26 qui naturalem habet mentis velocitatem et dicitur -s. ISID. diff. 1, 36 sapiens ... qui intellectum aeternorum rimatur, -s ... qui ea, quae sensibus corporis experiuntur. Ⓘ *-es sunt considerati, in errorem non incidunt, affectibus non opprimuntur* (*cf. e. g. p. 2375, 46*): ENN. ann. 250 (*234 eum* vocat, quocum *eqs.*) mores veteresque novosque tenentem ..., ⌊-em⌋, qui dicta loquive tacereve posset (⌊ ⌋ -ter *Vahlen*). CIC. Quinct. 11 *C. Quinctius* ceterarum rerum pater familias et -s et attentus, una in re paulo minus consideratus. Caecin. 22 homo ... -issimus ... in hac re plus mihi animi quam consilii videtur habuisse, *cum se armatis opponeret.* har. resp. 41 ut -es errarent ..., perficere dicendo (*cf. e. g.* SEN. dial. 5, 25, 2 si etiam -issimi peccant *eqs.*). Lael. 63 est ... -is sustinere ... impetum benivolentiae *in eligendo amicum.* HOR. epist. 2, 2, 155 si divitiae -em *te* reddere possent, si cupidum ... minus. OV. epist. 21, 122 (*loq. Cydippe*) sum ... parum -s capta puella dolis (trist. 2, 544 mihi non nocitura putavi scripta p. -s. Pont. 2, 10, 15. *cf. p. 2372, 7*). LIV. 27, 34, 3 temperandum acre ingenium eius *consulis* moderato et -i viro adiuncto collega. 45, 23, 18 superbiam ... iracundi oderunt, -es irrident. CELS. 5, 26, 1^{C} est ... -is hominis, *sc. medici,* ... eum, qui servari non potest, non attingere ...; (1^{D}) sed ut haec -i viro conveniunt, sic rursus histrionis est parvam rem attollere. SEN. dial. 3, 14, 2 non est ... -is errantes odisse. QVINT. inst. 5, 7, 26 (*opp.* timidus ..., stultus ..., iracundus ..., ambitiosus). LACT. inst. 6, 24, 9 nemo ... potest esse tam -s, tam circumspectus, ut non aliquando labatur. *al.* Ⓘⓘ *-es sunt cauti in periculis* (*cf. p. 2371, 66; sublucet color sub B illustratus*): CIC. Marcell. 21 malim videri nimis timidus quam parum -s (*cf. p. 2375, 61*). Tusc. 2, 65 *Graeci* non satis animosi, -es, ut est captus hominum, satis, hostem aspicere non possunt. GELL. 13, 28, 4 (*v. p. 2225, 75*). VET. LAT. Matth. 10, 16 (cod. 4. *al.* = VVLG.) mitto vos sicut oves in medio luporum: estote ergo -es sicut serpentes (*gr. φρόνιμοι, cod. 5* sapientes). AMM. 29, 5, 39 pugnator ... cautus et -s *Fabius Cunctator. al.* Ⓘⓥ *-es distant a stultis, ab opinionibus vulgi*: CIC. Cluent. 5 falsa invidia ... valeat in opinionibus ... imperitorum, ab ingeniis -ium repudietur (p. red. in sen. 29. SEN. nat. 6, 2, 1 ratio terrorem -bus excutit, i. magna fit ex desperatione securitas. *al., e. g. p. 2370, 61. 2374, 14*). Catil. 2, 10 inertes homines fortissimis viris insidiari, stultissimos -issimis *eqs.* (de orat. 1, 44 ut -bus diserte, stultis etiam vere videare dicere. *al.* OV. Pont. 4, 11, 11 neque solari -em stultior ausim. *et saepe, e. g. p. 2373, 5*). Pis. 62 (*ironice*) tu eruditior ..., -ior ..., abundantior consilio ... ea contemnis, quae illi idiotae ... praeclara duxerunt. fin. 5, 85 si ... ad populum me vocas ..., si ad -es *eqs.* (TAC. dial. 32, 2 id ... non doctus modo et -s auditor, sed etiam p. intellegit. ann. 16, 2, 1. *al.*). fam. 12, 23, 2 (*opp.* multitudini). VAL. MAX. 3, 1 ext. 1 (*opp.* consilio ... puerili). QVINT. inst. 7, 3, 34 (*opp.* credulitas). TAC. hist. 3, 58, 3 consilia -ium et volgi rumor (ann. 1, 47, 3 LACT. inst. 2, 3, 1. *al.*). *al.* VET. LAT. Matth. 25, 2 (cod. 4 = VVLG.) quinque *virgines* ... erant fatuae et quinque -es (*gr. φρόνιμοι, cod. 5* sapientes). *al.* Ⓥ *notabilia varia: epitheton est sollemne*: CIC. S. Rosc. 70 -issima civitas Atheniensium (*de eisdem*: QVINT. inst. 5, 11, 38. *cf. p. 2373, 58. 2374, 59 sq.*). div. in Caec. 66 M. Catonem illum sapientem, clarissimum virum et -issimum (*de eodem*: Lael. 5 quo erat ... nemo -ior. GELL. 14, 2, 21). *comparantur animalia rationis expertia* (*aliter l. 10*): CIC. Tusc. 5, 115 nihilo ... erat ipse Cyclops quam aries ille, *sc. Vlixis,* -ior. SEN. epist. 99, 24 sic ferae suos diligunt; ... hoc -em virum non decet. LACT. opif. 3, 12. *in sententiis generalibus* (*cf. e. g. p. 2371, 52. 74*): PVBLIL. sent. P 43 -is (-i *var. l.*) vultus etiam sermonis loco est. LIV. 42, 62, 4 modum imponere secundis rebus ... -is hominis ... esse. VET. LAT. Sirach 21, 24 ornamentum aureum -i doctrina *est.* HIER. epist. 61, 3, 1 -is hominis est nosse mensuram suam. *al.* *ironice* (*cf. e. g. l. 19. p. 2373, 26. 2374, 26*): PETRON. 69, 9 ego, scilicet homo -issimus, statim intellexi, quid esset. APVL. met. 1, 25, 6 *abeo* -is condiscipuli valido consilio et nummis simul privatus et cena. *al.* *in sacra script. contemnitur impiorum prudentia* (*cf. p. 2374, 22*): VET. LAT. Is. 5, 21 (Ps. Aug. spec. 75, *sim.* VVLG.) his, qui -es sunt apud se et in conspectu suo sapientes (*gr. συνετοί, Cypr. testim. 3, 53* arguti). 29, 14 *v. p. 2378, 41.* Matth. 11, 25 (cod. 4 = VVLG.; *sim.* Luc. 10, 21) *deus,* abscondisti haec a sapientibus et -bus et revelasti ea parvolis (*gr. συνετῶν, cod. 5* sensatis. *explicat e. g.* TERT. adv. Marc. 3, 6 p. 384, 18 -bus ... id est Pharisaeis. *saepe apud eccl., cf. e. g. p. 2374, 24*).

β *exempla sec. usum digesta*: Ⓘ *de hominibus* (*animo, coetu sim.; pauca selecta*): Ⓐ *adi.*: ENN. ann. 250 *v. p. 2371, 62.* CIC. Quinct. 11 pater familias ([*v. p. 2371, 64*]. LIV. 9, 1, 2 filium ... p. longe -issimo natum. CIL VI 1587 [*saec. III*] -issimo et benignissimo p.). Verr. II 3, 80 Philinus ... homo disertus et -s et domi nobilis (de orat. 3, 134 Scipionis -issimi h. sapientia. Att. 9, 11, 2 temperatus et -s. *et saepe, e. g. l. 37 et* PETRON. 105, 10. QVINT. inst. 8 prooem. 14 dispositionem -is h. *esse* ..., eloquentiam oratoris. *cf. p. 2373, 26. 55. al.*). p. red. in sen. 15 -issimam civitatem, *Romam* (*al., v. l. 28. p. 2374, 59*). rep. 1, 18 vir -s omnibusque ... carus, M'. Manilius (*et saepe, e. g.* NIGID. *p. 2371, 52.* HOR. epist. 1, 16, 32 VAL. MAX. 5, 8, 3. *cf. p. 2373, 29. 2374, 13. 53. al.*). ad Brut. 1, 18, 1 rogatus sum a -issima ... femina, matre tua (PETRON. 112, 8 FRONTO p. 5, 8. *al.*). HOR. sat. 2, 3, 89 credo hoc Staberi -em animum vidisse (carm. 4, 9, 35 a. ... rerum ... -s. SEN. epist. 98, 3. 113, 24 iustus et -s et fortis). LIV. 44, 4, 8 -s interdum in exitu est *audacia.* VAL. MAX. 7, 5 pr. *ut* honores ... -iore cum animi iudicio petent (AVG. civ. 8, 17 p. 347, 16. *cf. p. 2373, 59*). COLVM. 1, 8, 15 *ut* cognoscam cuiusque *servi* ingenium, quale quamque sit -s (PHYSIOGN. 37 [pudens *var. l.*]. 38 [*si recte coni. Förster*]). MART. 10, 47, 7 simplicitas. *al.* *praedicative* (*cf. e. g. p. 2371, 69*): CIC. Cluent. 107 quis ... Balbo ingenio -ior *est,* iure peritior? off. 2, 35 quasi possit quisquam, qui non idem -s sit, iustus esse. Att. 4, 1, 1 cognoram ... te in consiliis mihi dandis ... *non* -iorem quam me ipsum. 12, 37, 2 quamvis -s ad cogitandum sis. *al.* LVCR. 3, 762 *cur non* -s sit puer ullus (*764* nec tam doctus). NEP. Epam. 3, 1 erat ... modestus, -s, gravis, ... peritus *eqs. al.* Ⓑ *masc. pro subst.*: CIC. Rab. Post. 43 -ium iudicio expenditur *laus.* fam. 2, 13, 1 cum sentimus -bus ... idem videri. 6, 11, 2 quae ... facimus, ea -issimo cuique ... probata esse

[Galdi-Wick]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

volumus (SALL. Catil. 8, 5 SEN. epist. 74, 7. *al.; praeterea superl. p. 2371, 68 et* QVINT. inst. 8, 4, 21. *al.; cf. l. 47. 68. p. 2374, 4. al.*). *al.* PVBLIL. sent. P 53 -is est irasci nec sero et semel (*item c. inf.*: COLVM. 1 praef. 2 credere. *al.; adde p. 2371, 68. 2372, 2 et cf. e. g.* hominis -is est *p. 2371, 74. 2372, 38*). SEN. dial. 5, 24, 4 -iori credamus, stultiori remittamus (*item compar.*: epist. 22, 5 PETRON. 88, 1. *al.; cf. l. 70. p. 2374, 18*). *al. de septem sapientibus*: AVSON. 26 (300 S.), 48 quas *sententias* quisque iam -(i)um anteverterit (*v. app. crit.*).

Ⓘ *de animalibus* (*cf. p. 2372, 10. 32*): CIC. nat. deor. 1, 97 elephanto beluarum nulla -ior. APVL. met. 7, 12, 1 de verbis ... quibusdam dubiis, sed non obscuris -i asino. VET. LAT. gen. 3, 1 (Aug. gen. ad litt. 11, 1, *sim. al.*) serpens ... erat -issimus (-ior *var. l.*) omnium bestiarum (*gr. φρονιμώτατος* [*-ώτερος var. l.*], *Ps. Aug. serm. ed. Mai 71, 2* sapientissimus, *Vulg.* callidior. *explicat* AVG. *ibid.* 11, 2 translato ... verbo dictum est '-issimus' *eqs.* [*cf.* 11, 29 hoc est astutissimus]. *v. etiam p. 2371, 54*).

Ⓘ *de deo, natura, mundo*: HOR. carm. 1, 3, 22 nequiquam deus abscidit -s Oceano ... terras. 3, 29, 29 -s futuri temporis exitum ... nocte premit deus. NOVATIAN. trin. 2, 11 *deus est* omni prudentia -ior. LACT. inst. 7, 7, 8. PS. APVL. Ascl. 34 (*de mundo*) quod totum est bonum, decens et -s *eqs.* CHALC. transl. p. 46^{D} (*sim.* comm. 261) -issimae naturae ... causam ... inquirere (*gr. ἔμφρονος*). MAR. VICTOR. aleth. praef. 18 *deus,* -s rationis origo.

b *speciatim*: **α** *in singulis artibus* (*vergit hic illic in notionem q. e. doctus, peritus, maxime si pendet gen. artis, v. l. 32. 39. p. 2374, 41. 43. 50. al., vel inf., v. p. 2374, 40*): Ⓘ *in iure*: Ⓐ *adi.*: CIC. Verr. II 3, 17 (*ironice*) *Verrem* hominem in edictis praetoriis ... tam -em (Caecin. 56 ratio iuris ... et praetorum voluntas et h. -ium consilium ... respuat hanc defensionem. de orat. 1, 66 h. -issimum et peritissimum in iis ipsis rebus *iuris civilis.* part. 118. *al. apud eundem*). 3, 19 -issimi viri, ... quibus senatus legum dicendarum in locandis vectigalibus omnem potestatem permiserat (part. 134. LIV. 39, 16, 9 -issimi v. omnis divini humanique iuris. GELL. 11, 18, 19. *al.*; responsum v. -issimi: COD. Iust. 5, 4, 6 [*a. 239*] Pauli. 6, 37, 12 pr. [*a. 240*] Papiniani. *al.; cf. l. 50*). Balb. 45 -issumos interpretes foederum, ... peritissimos bellici iuris. de orat. 1, 58 decemviros, qui XII tabulas perscripserunt, quos necesse est fuisse -es. Lael. 6. *al.* QVINT. decl. 262, 4 -issimi constitutores iuris. 311, 10 ea *defendere,* quae -issimi maiores constituerint (320, 3 TERT. nat. 1, 10, 13). LACT. inst. 5, 12, 1 cum sint iniustitiae ... doctores, ... -es videri volunt *persecutores.* *al.* Ⓑ *masc. pro subst.*: iuris -s (legum COD. Iust. 8, 25, 11, 1. *cf. l. 32*): PAVL. FEST. p. 221 i. -es avos *quoque* ... parentum nomine appellari dicunt (*opp.* vulgo). VLP. dig. 38, 15, 2, 5 quae *scientia* cadit in i. -es (*disting. quilibet* -iores. *item* PAVL. dig. 37, 1, 10). COD. Iust. 7, 14, 1 (*a. 222/235*) i. -bus placuit. CLAVD. 20, 347 (*in lusu verborum*) *Hosius, coquus emeritus,* -s ... movendi i. CIL III 14188^{2} A. Servilius Maximus i. -s (*gr. ibid. νομικός*). *al.* *solum ponitur* (*fort. agnoscas var. l.* -bus *pro* peritis iuris PLIN. epist. 4, 10, 2): NERAT. dig. 22, 6, 2 *cum* facti interpretatio ... etiam -issimos fallat. POMPON. dig. 1, 2, 2, 5 hoc ius, quod sine scripto venit compositum a -bus. 1, 2, 2, 12 ius civile, quod ... in sola -ium interpretatione consistit (PAPIN. dig. 2, 15, 5 PAVL. sent. 4, 8, 3). GAIVS inst. 1, 2 constant ... iura populi Romani ex legibus, ... responsis -ium (1, 7. COD. Theod. 1, 1, 5 -ium tractatibus et r. *al.*). 2, 195 dissentiunt -es. APVL. met. 9, 27, 5 ex secta -ium (*vix de philosophis*). LACT. inst. 1, 1, 12 quidam -es et arbitri aequitatis. *et saepe.*

Ⓘ *in arte loquendi, scribendi, explicandi* (*saepius de audientibus; cf. p. 2372, 55*): CIC. Brut. 105 hunc *Carbonem* qui audierant -es homines, ... canorum oratorem ... fuisse dicebat *Gellius.* 239. 316 *Molonem* in ... instituendo docendoque -issimum. orat. 1 qui *auctor* vereretur reprehensionem doctorum atque -ium. 25 quorum *Atheniensium* semper fuit -s sincerumque iudicium *in eloquentia.* 31 *Thucydides* rerum explicator -s. 178 versus inventus est terminatione aurium, observatione -ium. part. 15 auditoris aures moderantur oratori -i et provido (*cf.* GELL. 18, 3, 1 *Aeschines* -issimus ... oratorum). Tusc. 2, 49 (*antea*: Pacuvius ... melius quam Sophocles) poeta -s (AMM. 29, 1, 21 Theognis. *cf.* poetarum -issimus: GELL. 1, 15, 14 Hesiodus. 12, 11, 6). HOR. ars 445 vir bonus et -s versus reprehendet inertes (APVL. Socr. prol. 1 p. 104. FILASTR. 142, 6 *LXXII* sapientes ac -es v. interpretes. *al.*). LIV. 43, 13, 2 *rerum scriptores.* SEN. contr. 2, 5, 15 -s divisor controversiarum. 7, 1, 24 displicebat color hic -bus. QVINT. inst. 7, 10, 4 apud ... -issimos (*antea*: a doctissimis). FRONTO p. 176, 15 -issimum iudicem ... eloquentiae. *al.* *masc. plur. compar.* -iores *pro subst.*: TERT. nat. 1, 8, 6 ipsam *Philomelam* -iores ... ⟨ra⟩p⟨ti pu⟩doris rubore mutam interpretantur. SERV. Aen. 6, 532 -iores ... dicunt *eqs.* (*antea*: altius intellegunt). 8, 601 agrorum deum esse Silvanum; -iores tamen dicunt *eqs.* *al. apud eundem.*

Ⓘ *in philosophia* (*cf. l. 7. p. 2374, 52*): Ⓐ *in universum respicitur potius:* *doctrina, scientia sim.*: CIC. Brut. 118 ut omnes fere Stoici -issumi in disserendo sint (*opp.* ad dicendum inopes). 315 cum Antiocho ... -issimo philosopho fui (*cf.* APVL. mund. praef. p. 289 Aristotelem, -issimum et doctissimum philosophorum). parad. 33 cum ... apud -issimos loquar *eqs.* ([*opp.* agrestes]. *item masc. pro subst.*: TAC. dial. 32, 3 sapientiae ... studium et praecepta -ium. FAV. EVL. 1, 1 -ium coniecturas *de animae immortalitate* [*e Cic., v. rep. 6, 3*]. AMBR. virginit. 18, 114 -es Graeciae. *al.*). ac. 2, 132 (*loco nondum sanato*) uter est -ior, *Stoicus an Academicus*? (*antea*: sapiens). nat. deor. 1, 34 Xenocrates in hoc genere -ior *non* est. SEN. epist. 83, 8 -issimi viri, qui ... probationes ... perplexas fecerunt (GELL. 1, 13, 2. 1, 26, 4 Plutarchus noster, vir doctissimus ac -issimus). GELL. 12, 5, 10 *iudicium* quorundam ... ex ... Porticu -iorum hominum. *al.* *vita beata, recta sim.*: SEN. epist. 78, 10 *in dolore ferendo* vir magnus ac -s animum diducit a corpore *eqs.* ([*antea opp.* imperitos]. APVL. Plat. 2, 23 p. 252 v. perfecte iustum, pium, -em. HIER. epist. 58, 7, 1. *al.*). 85, 2 qui -s est, et temperans est; ... ergo -s beatus est. 90, 2 si hanc *philosophiam* ... bonum vulgare *di* fecissent et -es nasceremur, sapientia *vilis esset.* 98, 17 videre, quid homo -s animi habeat contra mortem. *al.* MELA 3, 65 -iores *Indorum,* et quibus ars studiumque sapientiae contigit, ... semet ignibus laeti *ingerunt morituri.* QVINT. inst. 12, 1, 19 amicos et bonos viros et -issimos dicimus vulgo, quorum nihil nisi perfecte sapienti datur. APVL. Plat. 2, 21 p. 249 sapientem ... bonum ac -em recte arbitratur *Plato.* *al.* Ⓑ *cum contemptu apud Christ.* (*fere sec. p. 2372, 42. 2375, 6*): TERT. adv. Marc. 4, 25 p. 507, 10 ut *quaedam* absconderentur et a sapientibus atque -bus saeculi (HIL. trin. 3, 8. GAVDENT. serm. praef. 44 nonnulli ... -ium s., sapientiae caelestis ignari. *al.*). LACT. inst. 6, 15, 5 (*ironice de Stoicis*) homines -es non intellegunt, cum vitia ex homine tollunt, etiam virtutes se tollere. HIL. trin. 5, 1 ut ... non secundum humanam sapientiam -s sit *sensus,* sed secundum quod ad deum proficit, sapiat. AMBR. in Luc. 7, 65 -bus istius mundi (AMBROSIAST. in Rom. 5, 5 AVG. serm. 184, 1. *al.*). AMBROSIAST. in Col. 2, 9, 1 filosofiam dicit terrenam, per quam solent seduci, qui cupiunt -es iudicari in mundo. in I Thess. 1, 10 terrigenae -es. *al.*

Ⓘ *in variis artibus*: CIC. rep. 2, 67 est ille -s, qui ... *elephantum* regit ..., quocumque vult (*cui comparatur mens*). Cato 50 *studia doctrinae varia* -bus et bene institutis pariter cum aetate crescunt. VERG. georg. 2, 315 nec tibi tam -s quisquam persuadeat auctor, tellurem ... rigidam ... movere (*item in agricultura*: COLVM. 1, 1, 3 -issimos agricolas [2, 8, 2. 2, 17, 7. *al.*]. 6 praef. 5 -em diligentemque *pastorem* [*opp.* inertem et inscium]. *sim. al. apud eundem, e. g. l. 51*). HOR. epod. 17, 47 in sepulcris ... -s anus ... dissipare pulveres (SCHOL. gnara vel docta). OV. epist. 5, 150 (*loq. Oenone*) deficior -s artis ab`arte mea (*sc. medica, ut*: CELS. 1 prooem. 43 *interiora corporis* cognoscere -em medicum. COLVM. 7, 3, 16 veterinariae medicinae -s ... pecoris magister. SCRIB. LARG. 38 ocularios. *al.; generaliter p. 2371, 74 sq.*). GRATT. 333 *magister catulorum.* VITR. 2, 10, 3 *ii,* qui potuerint ... praeceptorum sequi praescriptiones, erunt -iores (*in architectura ut*: 10 praef. 2. VET. LAT. Is. 3, 3 [Ambr. in psalm. 118 serm. 15, 14] -em architectum [*gr. σοφόν, Tert. adv. Marc. 3, 23. al. et Vulg.* sapientem, *Ps. Cypr. adv. Iud. 6, 10* peritum]. *al.*). FEST. p. 274 cuidam artis figulinae -i. PHAEDR. app. 14, 5. SEN. epist. 31, 6 ille -s atque artifex. COLVM. 2, 2, 15 Celsum, non solum agricolationis, sed universae naturae -em virum. *al.*

β *in re publica* (*respiciuntur simul philosophi l. 55. 64*): CIC. Font. 43 virum ad labores belli impigrum, ... ad usum ... peritum, ad consilia -em *servabitis rei publicae* (dom. 21 [*de Catone min.*] sanctissimum, -issimum *eqs.* 68. *al.* LIV. 3, 64, 4. *al.* MANIL. 1, 772 -es ... v., ... iustusque Solon fortisque Lycurgus *eqs.* VELL. 2, 49, 3. *al.*). de orat. 1, 36 *genus humanum olim* -ium consiliis compulsum ... se oppidis saepsisse. off. 2, 42 (*antea*: ad imperandum deligi *iustos quosdam*) ut idem etiam -es haberentur. OV. met. 15, 641 senatus. LIV. 28, 41, 17 Athenienses, -issima civitas (*de eadem*: VAL. MAX. 8, 9 ext. 1. *cf.* 2, 6, 3 -issimi pacis moribus Athenienses). 42, 30, 5 optima ... et -issima *pars principum Macedoniae.* QVINT. decl. 339, 7. TAC. ann. 3, 69, 5 *Tiberius* -s moderandi, si ... ira non impelleretur. SVET. Tib. 21, 3 circumspectissimum et -issimum principem (COD. Iust. 6, 35, 11, 2 divi Marci -issimi p. *oratio* [*postea*: p. philosophiae plenus]). GELL. 10, 28, 2 Servi Tulli, -issimi regis *censio* (LVCIF. Athan. 1, 42 l. 41 AMM. 23, 6, 32). PANEG. 4, 24, 1 imperator -issime (LVCIF. Athan. 2, 6 l. 39 [*ironice; l. 41* sapiens]. *al.*). *al.*

γ *in re militari*: SALL. epist. Mithr. 16 militibus ⟨belli -bus⟩ ([Char. gramm. p. 255, 24, *om. cod. Sall.*]. AVG. civ. 20, 8 p. 425, 18 [*in imag.*] m. Christi tam -es et fortes). NEP. Con. 1, 2 -s rei militaris ... imperator (LIV. 4, 27, 9). 4, 3 ducem ... -em (-ter *var. l.*) ... opibus praefuturum (VELL. 2, 29, 5. AMM. 15, 5, 19 *Vrsicinus* d. -issimus. VEG. mil. 3, 9, 19 vigilans, sobrius, -s. *al.*). LIV. 22, 29, 9 parere -i, *sc. Fabio Maximo* (*item masc. pro subst.*: 44, 22, 12 a -bus et proprie rei militaris peritis ... monendi imperatores sunt). 22, 39, 12 (*loq. Fabius Maximus*) -iores, con-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

stantiores nos tempus *belli* ... facit. AMM. 16, 12, 22 -em ex equo bellatorem (26, 8, 9. 31, 2, 20 *Alani* multiplici disciplina -es sunt b.). AVR. VICT. Caes. 20, 14 *Severus* felix ac -s, armis praecipue (*cf.* PS. AVR. VICT. epit. 2, 3 *Tiberius* satis -s in armis). *al.*

δ *in religione Iud. et Christ.* (*paganorum l. 20*): VET. LAT. I Cor. 3, 18 (Zeno 2, 1, 5) si quis inter vos videtur sapiens esse in hoc saeculo, stultus fiat ut sit -s (*gr.* σοφός, *cod. 75. al. et Vulg.* sapiens). I Petr. 4, 7 (cod. 65. *al., sim.* VVLG.) estote ... -es et sobrii in orationibus (*gr.* σωφρονήσατε). TERT. castit. 4 l. 33 hominis -is consilium (*sc. Pauli, v. I Cor. 7, 25*). praescr. 3 l. 5 neque -es neque fideles ... aestimandos, quos haereses potuerint demutare. IREN. 3, 12, 12 putaverunt *haeretici* ... se ... sinceriores et -iores apostolis esse. PS. CYPR. adv. Iud. 10, 1 *quidam* ex illis -bus (*antea*: docti et periti et legis disciplinam scientes). rebapt. 1 p. 70, 10 *quod* in diversis sententiis -ium ac fidelium virorum constitutum est. HIL. ad Const. 2, 1, 2 apud -es religionum. LVCIF. moriend. 6 l. 50 Christianum te pium, -em *putas* (*opp.* hebes et veritatis ignarus). GAVDENT. serm. 18, 34 -es nos esse Christus praecipit, ... sapientes ..., qui ... in novum hominem reformemur (*ad p. 2372, 10*). RVFIN. apol. Orig. epil. 1 *Origenes* vir tam eruditus, tam -s ..., neque stultus neque insanus. PRVD. perist. 10, 610 ut stultus esset saeculi, -s dei. *al.* *in religione pagana*: ARNOB. nat. 1, 28 p. 23, 9 illi cati, sapientes, -issimi vobis videntur ..., qui Faunos ... reverentur ..., nos hebetes ... pronuntiamur. AVR. VICT. Caes. 26, 4 huius scientiae, *sc. haruspicinae,* usu immodice -s erat *Gordianus.*

2 *de rebus, sc. prudenter factis, actis, excogitatis sim.* (*animum et eius qualitates v. sub 1*): CIC. Brut. 291 acutum -s et idem sincerum ... genus orationis probant *Atticorum.* fin. 5, 58 (*inter actionum genera*) -s, temperata, fortis, iusta ratio reliquaeque virtutes (*cf. p. 2371, 50*). Tusc. 1, 86 quasi ... sperare sit -ius quam timere. Att. 10, 8, 2 consilium istuc tunc esset -s, ... si *eqs.* (BALB. Cic. Att. 9, 7ª, 1 BELL. Alex. 24, 6 PS. SALL. rep. 2, 12, 3. CVRT. 4, 1, 33 c. *ducis* non ratione -ius, quam eventu felicius fuit. *al.; e coni. dub.* PHAEDR. 1 prol. 4). fam. 2, 13, 1 quas *litteras* proxime acceperam, quam -is, quam multi ... consili. *al.* SALL. hist. frg. 2, 43 *provincia* -iore ... imperio co⟨nti⟩nenda fuit. OV. epist. 21, 137 consilium -sque animi sententia (SEN. epist. 120, 2 -em moderatamque s. HIST. AVG. Tac. 6, 1. *al.*). LIV. 45, 19, 7 amici -s monitio. GRATT. 427 o rerum -s ... experientia! VITR. 7 praef. 16 -es ... cogitationum apparatus *in operibus templorum.* 10, 1, 3 organa ... unius operae -i tactu perficiunt, quod est propositum. VAL. MAX. 4, 7, 1 -i sermone salutem suam ... tueri (SEN. epist. 113, 25. TERT. test. anim. 5 p. 141, 15 [providentior *var. l.*]. ORIG. in Matth. 17, 29 p. 664, 12 -iores habere s. [*gr.* κρείττονα λόγον]). 6, 9 ext. 1 -issima praecepta *philosophi* (DOSITH. gramm. 1, 1 [*gr.* ἔμπειρος]). SEN. epist. 74, 25 non dices vitam iustiorem salvis liberis quam amissis ... nec -iorem *eqs.* 113, 22 ambulatio. PETRON. 94, 4 *Giton* iram ... meam -i absentia extinxit. FRONTIN. aq. 119, 2 *opera* -i temperamento festinanda. strat. 2, 3, 16 tam -s ordinatio *exercitus* ... causa victoriae fuit. PS. QVINT. decl. 10, 12 (*loq. mater*) nihil est sceleratius -i orbitate (*sc. non effusa in luctum*). AVG. c. Fel. 2, 8 p. 836, 23 non ... -s, sed insana paenitentia, *sc. de peccatis alienis.* MAR. VICTOR. aleth. 1, 24 *non* casus mentis inops ... tam -s contorsit opus, *sc. mundum.* *al.* *?neutr. pro subst.*: NEP. Eum. 3, 5 hoc ⌈eius *Eumenis* fuit⌋ -issimum, ut deviis itineribus milites duceret (⌊ ⌋ ei visum est *Nipperdey*).

B *cum respectu providendi futura, exitum*: **a** *explicationes*: CIC. div. 1, 111 *sapientes ut Solon* orientem tyrannidem multo ante prospiciunt: quos -es possumus dicere, id est providentes (ISID. diff. 1, 40 -s est veluti p., utilis rerum futurarum ordinator; peritus usu doctus; callidus per exercitationem artis instructus). AVG. in psalm. 73, 25 l. 94 -s ... porro videns (*inde* ISID. orig. 10, 201 GLOSS. IV 276, 6. *al.*). GLOSS.ᴸ I Ansil. PR 3214 (cod. Paris.) -es futurorum: ⟨h⟩aruspices *eqs.* *al.*
b *exempla usum illustrantia* (*potiora; v. quae p. 2372, 5 monuimus*): CIC. fam. 4, 14, 2 me haec praedicentem ... malebant nimium timidum quam satis -em existimari (*cf. p. 2372, 6*). 6, 2, 2 exitus, quem vir -issimus M. Antonius iam tum timebat, cum *eqs.* PS. SALL. rep. 2, 1, 1 cum ... neque de futuro quisquam satis callidus satisque -s sit. LIV. 40, 6, 7 -es amici eius *Persei* eam ... rem ... dicere praebituram causam criminandi iuvenis *fratris* (*cf. 40, 5, 5* prospicientes animo exitum ... iuvenis). PETRON. 79, 4 *Giton* -s ... puer, cum ... timeret errorem, omnes ... columnas ... notaverat creta. IVV. 6, 365[34] crimen commune tacetur; prospicit hoc -s ... uxor *adultera.* HYG. fab. 14, 11 *Idmon* augurio -s. PS. AVR. VICT. orig. 5, 2 litterarum peritissima futurorumque -s *Carmenta.* *al.*

adv. **prūdenter.** *compar.* -ius *et* superl. -issime *inde a* CIC.; *cf.* valde -r *p. 2376, 53.* GLOSS. -r: συνετῶς. GLOSS.ᴸ I Ansil. PR 3208 sqq. (cod. Paris.) honeste. bene. moderate. in silentio *eqs.* *excepto* CIC. (*fere 45ies*) *haud saepe legitur inde a* RHET. Her., SALL., LIV., VITR., *frequentius apud Christ., maxime* AVG.; *in versu* PROSP. carm. de ingrat. 863 PAVL. PETRIC. Mart. 4, 352 (*vix iam* ENN. *p. 2371, 63*). [*confunditur in codd. imprimis c. formis adi., e. g. l. 41. 59, ceterum c.* providenter BENED. reg. 61, 4 (*cf. et p. 2329, 34*), pudenter *l. 63.*]

i. q. modo prudenti (*respicitur fere ingenium sim. agentis, sed eius mores l. 22 sqq., sollertia in artibus vel doctrinis l. 30. 58. 61. al., cura futuri l. 38. 71 sqq., status mentis sanae l. 55; sublucet color q. e. calliditatis l. 13. 45; iuxta ponitur imprimis* fortiter *l. 31 et* CIC. Att. 10, 18, 3 LIV. 41, 7, 8. *al.,* iuste *l. 11. 23. al.* [*opp. l. 14*], rationabiliter *p. 2377, 7; opp. e. g.* avidius *l. 34,* impudenter *l. 62,* stulte *l. 11. 45,* temere *l. 16*): **1** *usu communi, sc. iuxta verba* (*illustratur fere ratio agendi, sed de tota sententia iudicatur e. g. l. 24. 33. 43*): **a** *varia*: -r facere, fieri: RHET. Her. 3, 8, 15 ut, si laudemus, aliud iuste ..., aliud -r factum esse dicamus (*opp.* stulte). CIC. rep. 3, 16 transalpinas gentes ... vitem serere non sinimus, quo pluris sint ... nostrae ... vineae; quod cum faciamus, -r facere dicimur, iuste non dicimur. Tusc. 4, 12 id, *sc. appetitio bonorum,* cum ... -r fit (*opp.* ratione adversante incitata *voluntas*). *al.* LIV. 28, 6, 12 id -r, ut in temere suscepta re, Romanus fecit, quod *eqs.* SEN. contr. exc. 4, 3, 3. SEN. epist. 66, 15 quod fit *in bonis malisve condicionibus,* aeque recte fit, aeque -r, aeque honeste. *al.* *exempla cetera* (*selecta inde a* VAL. MAX.): CIC. Phil. 2, 22 de morte Clodi fuit quaestio non satis -r ... constituta (*cf. l. 69*). Cato 67 pauci veniunt ad senectutem; quod ni ita accideret, melius et -ius viveretur ([*postea*: consilium in senibus est]. *aliter, sc. c. respectu bonorum morum*: VET. LAT. Tit. 2, 12 [Alc. Avit. c. Ar. 27] ut abnegantes impietatem ... -r et iuste et pie vivamus [*gr.* σωφρόνως, *Vulg.* sobrie]. AVG. trin. 14, 1, 3 l. 78. *al.*). nat. deor. 1, 1 -r ... Academici a rebus incertis adsensionem cohibuisse, *sc. putantur sim.* (*postea*: quid tam temerarium tamque indignum sapientis gravitate *eqs.*?). fam. 2, 15, 1 non potuit ... agi ... -ius *de supplicatione Curionis* (VVLG. I reg. 18, 14. *al.*). *al.* BRVT. Cic. ad Brut. 12, 2 tueri. LIV. 33, 13, 3 -r iis, sine quibus pax impetrari non poterat, ... omissis. *al.* VITR. 1, 6, 1 Mytilene ... est aedificatum ... eleganter, sed positum non -r. *al.* VAL. MAX. 3, 2, 12 (*in imag.*) laqueos -r pariter ac fortiter rupit. SEN. epist. 77, 6 magnum est honeste mori, -r, fortiter. 113, 20 -r tacere bonum est (AVG. civ. 12, 21 p. 545, 2 quae si vera essent, non solum tacerentur -ius [*i. -ius esset ea taceri*], verum etiam ... doctius nescirentur). CVRT. 4, 16, 29 *Alexander* -ius quam avidius persecutus est *inimicos.* 5, 21, 1 quod *Darius* ... insidias ... -r cauteque vitasset (VEG. mil. 1, 4, 8). TERT. adv. Marc. 2, 2 p. 336, 4 Adam numquam figulo suo, *i. deo,* dixit: non -r definxisti me (*cf. Rom. 9, 20 sq.*). AVR. VICT. Caes. 35, 7 usus porcinae carnis ... -r ... prospectavit *Aurelianus.* AMM. 17, 13, 26 ut miles strenue factis, ductor -r consultis exsultet (HIST. AVG. Hadr. 12, 4 Tac. 6, 1). 31, 10, 13 leguntur armati usu -r bellandi comperti. AVG. civ. 1, 3 p. 7, 11 istis penatibus victis Romam, ne vinceretur, *Romani* -r (prudentes *var. l.*) commendare debuerunt? 2, 16 p. 72, 5 quod, *sc. Lycurgum ex auctoritate divina leges instituisse,* -r Romani credere noluerunt (conf. 3, 12, 21 *me docere* noluit ille, -r sane). GREG. M. moral. 2, 62 dolus ... quanto apud homines -ius callet, tanto apud deum stultius desipit. *al.* **b** *dicendi, scribendi* (*respicitur fere argumentum propositum, sed de eloquentia cogitare possis e. g. 50. 53*): CIC. Sest. 73 *Cotta* disputavit ... multa -r *de Cicerone* (Lael. 1 multa ab eo *Scaevola* -r disputata, multa ... commode dicta. Att. 1, 20, 2 AMM. 16, 5, 6. *al.*). de orat. 1, 64 *qui rem* -r et composite et ornate ... dicet (leg. 1, 57. VITR. 3 praef. 1 *Socrates* memoratur -r doctissimeque dixisse *eqs.* SEN. epist. 113, 20 sententiam -r in senatu dicere. GELL. 13, 8 tit. *al.*). Brut. 108 loqui putabatur ... P. Scaevola valde -r et acute, paulo ... copiosius nec multo minus -r M'. Manilius (CELS. 3, 18, 4 neque credendum est *phrenetico vincto* ..., quamvis -r et miserabiliter loquitur; ... is dolus insanientis est. *al.*). Att. 12, 13, 1 Bruti litterae scriptae et -r et amice (*al.* BALB. Cic. Att. 9, 7ᵇ, 3). 16, 15, 4 suades (CVRT. 3, 8, 6). VAL. MAX. 3, 3 ext. 4 *Anaxarchus* mundi naturam -issime et facundissime expromit. *al.* COLVM. 7, 2, 2 ut ait -issime Celsus ([-issimus *var. l.*]. 9, 14, 6 [-issima *var. l.*]. AMM. 18, 1, 4. *al.*). *al.* APVL. mund. 32 p. 361 Empedocles -r his verbis sensit: '...'. VVLG. gen. 41, 15 (*Pharao ad Ioseph*) quae *somnia* audivi te -issime conicere. AVG. civ. 15, 1 p. 59, 11 hanc ... similitudinem, *sc. dei figuli,* non ⌈impudenter sed -r⌋ introducit apostolus (⌊ ⌋ inprudenter *et* pudenter *var. ll.; cf. l. 36*). *al.*
c *intellegendi, cogitandi, inquirendi sim.*: CIC. de orat. 2, 357 vidit ... hoc -r ... Simonides ..., ea maxime animis effingi nostris, quae essent a sensu tradita (Brut. 239 *Cn. Pompeius* erat oratione satis amplus, rem -r videbat. *al.* QVINT. inst. 2, 6, 6. *al.*). Brut. 23 dicere ... bene nemo potest, nisi qui -r intellegit (AVG. civ. 10, 12 p. 422, 6. *al.*). nat. deor. 3, 94 Stoicorum rationem, quae de providentia deorum ... -issime constituta est (TRAIAN. Plin. epist. 10, 16. *cf. l. 19*). div. 2, 12 *num vates* belli administrationem -ius quam imperator coniectura adsequetur? Lael. 6 multa eius *Catonis* ... vel provisa -r vel acta constanter (VAL. MAX. 7, 4, 3 illud ... maioribus ... consilio -r ... provisum *est*). off. 1, 160 cogitare (SEN. contr. 1, 7, 16). *al.* SALL. Iug. 88, 2 Marius inpigre -rque suorum et hostium res pariter adtendere: cognoscere ..., explorare *eqs.* (AVG. serm. 36,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

5. *al.*). LIV. 45, 11, 6 haec, *sc. pericula sim.*, -r animadversa *a Ptolemaeo* (VAL. MAX. 8, 14 pr.). VAL. MAX. 4, 1, 10 sensit (CLAVD. DON. Aen. 5, 725 p. 508, 19). COLVM. 1, 2, 1 quo -ius naturam soli ... contempletur *pater familias*. QVINT. inst. 4, 2, 60 quidam scriptores artium *aliquid* ... tamquam occultum et a se -r erutum tradunt. *al.* AVSON. 21 (419 S.), 57 ratio ... -r occurrit. AVG. serm. 8, 1 perscrutata diligenter atque discussa et -r vestigata et inventa. SACR. Leon. 1241 in quo *mysterio* ... rationabiliter credimus et -r. *al.*

2 *usu peculiari*: **a** *solum ponitur* (*fere subaudias verbum generale agendi; scribendi l. 12*): CIC. Att. 15, 17, 1 de Syro -r. 16, 7, 2 haec, etiamsi non -r, tamen *ἀνεμέσητα* sunt, primum quod de mea sententia acta sunt, deinde *eqs.* 16, 15, 3 multa ... a te saepe *ἐν πολιτικῷ* genere -r, sed his litteris nihil ⌊-ius⌋ (⌊ *ad p. 2375, 24*). VAL. MAX. 7, 2, 2 *non* aliter cum hoste confligere debere, quam aut si occasio obvenisset aut necessitas incidisset; aeque -r: nam *eqs.* 7, 3 ext. 6 (*inducitur aliud exemplum*) ac ne illud quidem parum -r *eqs.* HIST. AVG. trig. tyr. 30, 11 idque consulte ac -r. **b** *iuxta adi.* (*part. v. supra, e. g. 2376, 56. 72*): HIST. AVG. trig. tyr. 30, 16 *Zenobia fuit* larga -r.

deriv.: prudentia. *compos.*: imprudens.

cf. Onom. *Galdi-Wick.*

prūdentia, -ae *f.* *a* prudens (*vice versa p. 2370, 23; cf.* CIC. rep. 6, 1 ex providendo [*item* leg. 1, 60 phil. frg. V 33 NON. p. 41, 28. *al.*]). *de scriptura*: GRAMM. suppl. 299, 10 -a ... per 't' litteram scribendum (*sim.* 301, 2). *de notione v. imprimis l. 41 sqq.; adde* GLOSS. -a: *σοφία. φρόνησις. ἐμπειρία, σύνεσις, γνῶσις, πρόνοια. al.* *legitur inde a* TRAG. inc. *p. 2378, 16* (*ceterum raro in versibus, fere singulis binisve locis apud* VERG., HOR., OV. [*quinquies*], GRATT., MANIL., PERS. *al.*), RHET. Her., CIC. (*a quo frequentatur, ut etiam a* NEP.; *vocem non exhibet* SALL.); *plur. non exstat nisi p. 2380, 64.* [*confunditur in codd. saepius c.* providentia, *e. g. p. 2381, 20 sq., cf. p. 2318, 64.*]

fere i. q. status, habitus sim. prudentis, φρόνησις (*cf. l. 44. 60. p. 2381, 16. al.; postea et pro gr. σοφία, quae opp. e. g. l. 61, σύνεσις aliisve vocibus; de ipsa mente p. 2378, 10, metonymias v. p. 2380, 32. 2381, 11. 31; passim iuxta alias virtutes, e. g.* calliditas *l. 57. p. 2378, 19* [*cf. l. 47; opp. p. 2378, 28. 2379, 46*], ingenium CIC. Verr. II 1, 115 Sull. 32 *et saepe, e. g. p. 2379, 48,* providentia *p. 2318, 72, strictius distinguitur* sapientia *l. 69 sqq. [coniunguntur l. 66. p. 2378, 4. 6. al.]; opp. imprimis* imprudentia *p. 2378, 7. 2379, 20. 2380, 30. al.,* stultitia *e. g. p. 2378, 8. 21 sq.,* temeritas *p. 2378, 1. 52. 2379, 40. al.; in lusu verborum c.* impudentia *p. 2379, 56*):

I *hominis*: **A** *notione communi*: **1** *exempla generalia respicientia virtutem*: **a** *definitiones, partitiones* (*potiores selectae*): RHET. Her. 3, 2, 3 *rectum* dividitur in -am, iustitiam, fortitudinem, modestiam (*inter easdem quattuor virtutes inde a Platone memoratas* [*sc. φρόνησις, e. g. rep. 433*^{B}]: 3, 6, 10. CIC. inv. 2, 159 [*quarta appellatur* temperantia, *ut postea saepe*]. fin. 5, 36 [*inter virtutes* voluntarias]. SEN. epist. 90, 46. *al.; inter varias virtutes e. g.* CIC. fin. 5, 43 SEN. benef. 4, 8, 3. *al.; per prosopop.* CLAVD. 22, 107). *ibid.* -a est calliditas, quae ... potest dilectum habere bonorum et malorum (CIC. inv. 2, 160 -a est rerum b. et m. neutrarumque scientia. off. 3, 71 [*opp.* malitia]. *al.* APVL. Plat. 2, 6 p. 228 [*opp.* sapientia, *ut l. 52*]. *al.; sim. e. g.* CIC. leg. 1, 19 ut recte facere iubeat, vetet delinquere. off. 1, 153 rerum expetendarum fugiendarumque scientia [*opp.* sapientia ... rerum est divinarum et humanarum scientia]. QVINT. inst. 2, 20, 5. *cf. et l. 62*). *ibid.* dicitur item -a scientia cuiusdam artificii et appellatur -a rerum multarum memoria et usus complurium negotiorum. CIC. inv. 2, 160 *pars eius est* providentia (*v. p. 2319, 8; cf.* MAR. VICTORIN. in Eph. 3, 4 vel memoria vel scientia vel intellegentia; haec enim sunt partes -ae). part. 76 quae *virtus* -a, quae calliditas quaeque ... sapientia appellatur, haec scientiā pollet unā, *non actione. ibid.* illa -a in suis rebus domestica, in publicis civilis appellatur. fin. 5, 16 vivendi ars est -a (*sim.* 5, 18). off. 1, 153 -am ..., quam Graeci *φρόνησιν* dicunt (AVG. in psalm. 104, 14. *utrobique disting.* sapientia, *σοφία*). 3, 118 -am introducunt *Epicurei* scientiam suppeditantem voluptates, depellentem dolores. SEN. epist. 67, 10 -a, sine qua nullum initur consilium *eqs.* FRONTO p. 5, 7 ratio consiliorum -a appellatur, vatum impetus divinatio nuncupatur. APVL. Plat. 2, 9 p. 234 virtutes eas doceri ... posse ..., quae ad rationabilem animum pertinent, id est sapientiam et -am. CHALC. comm. 137 quae *virtus* mutabilium generatorumque opinatrix est, cui -ae vocabulum congruit (*disting.* quae contemplatur ... immutabilem ... naturam, *sc. sapientia ut*: 180. HIER. in Eph. 1, 9 p. 452^{A} *Stoici* dicentes: s. est rerum divinarum humanarumque cognitio, -a vero tantum mortalium. RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 119, 28. *al.; v. iam l. 50. 52*). PS. AVG. categ. 18, 160 inter versutiam hebetudinemque -am posuerunt *peripatetici.* ISID. diff. 2, 154 -a est agnitio verae fidei et scientia scripturarum. *al.* **b** *exempla varia* (*pauca selecta*): CIC. part. 81 et -am malitia ... et fortitudinem audacia imitatur (*cf. e. g. p. 2378, 22. 28 et* off. 3, 95 simulatione -ae). 115 communis ille ... locus audaciam temeritati non -ae esse coniunctam. Tusc. 2, 31 -amne vis esse, sine qua ne intellegi quidem ulla virtus potest? 3, 37 (*per prosopop.*) -ae ... quid respondebis docenti? off. 1, 15 in qua *parte honesti* sapientiam et -am ponimus, inest indagatio ... veri. SEN. epist. 74, 29 *virtus* magni spiritus est et erecti, exactae -ae. QVINT. decl. 327, 2 in ipsis ..., qui -a sapientiaque gloriari solent, habet locum paenitentia. GELL. 7, 1, 4 quo ... modo -a esset, nisi foret ... imprudentia? VET. LAT. prov. 9, 6 (Cypr. testim. 2, 2) derelinquite stultitiam et quaerite -am (*gr. φρόνησιν,* VVLG. ambulate per vias -ae). *al.* *vi dilatata fere i. q. ratio, mens*: APVL. Plat. 1, 13 p. 208 -am sensusque omnis ... illa parte corporis, *sc. capite,* contineri.

2 *usu magis definito pertinet*: **a** *ad percipiendum, intellegendum, sciendum vel ad diiudicandum, suadendum* (*ubicumque aliquid obscurum, reconditum vel periculosum, difficile sim. est*): **α** *in variis vitae condicionibus*: Ⓘ *generatim* (*exempla inde a* CIC. *selecta pauca*): TRAG. inc. 58 (*loq. Aiax*) ni Palamedi (*gen.*; -dis *var. l.*) perspicax -a istius *Vlixis* percepset (-isset *trad.*) malitiosam audaciam. RHET. Her. 3, 3, 6 quam -am appellarit *adversarius,* ineptam ... scientiam dicemus. CIC. S. Rosc. 61 restitue nobis ... veterem tuam illam calliditatem ac -am, confitere *eqs.* (*ironice in accusatorem ut*: Cluent. 84 tene hoc, Atti, dicere tali -a ... praeditum?). de orat. 3, 142 malim ... indisertam -am quam stultitiam loquacem. Brut. 53 qui *L. Brutus* summam -am simulatione stultitiae texerit. orat. 44 invenire et iudicare, quid dicas, ... sunt ... propria magis -ae quam eloquentiae. 145 -a, *ut e. g. iuris,* hominibus grata est, lingua suspecta. Tusc. 1, 98 temptarem ... et Vlixi Sisyphique -am (*item de -a Vlixis*: OV. Pont. 1, 3, 33 non dubia est Ithaci -a. APVL. met. 9, 13, 4. *cf. p. 2381, 29*). off. 3, 113 *id, quo quis se iure iurando liberare temptaverat,* fuit ... stulta calliditas perverse imitata -am. Att. 12, 4, 2 eam ..., quam ad omnes res adhibes, ... ad convalescendum adhibe -am. ad Q. fr. 1, 3, 5 aut -a aut doctrina *tanta,* ut tantum dolorem possit sustinere. NEP. Att. 10, 6 singularis eius ... -a, qui ex tot ... procellis civilibus ad incolumitatem pervenit (*comparatur gubernator*). OV. Pont. 4, 12, 47 miseros -a prima relinquit. GRATT. 262 quo⟨m⟩ sera cadit -a damno. VAL. MAX. 2, 6, 14 fortissimos hoc in genere -ae viros (*sc. in contemnenda morte*). SEN. epist. 47, 1 cognovi familiariter te cum servis tuis vivere; hoc -am tuam, hoc eruditionem decet (*nisi ad p. 2379, 7*). VAL. FL. 4, 622 saepe acri potior -a dextra. PLIN. epist. 6, 20, 7 quod ... in pavore simile *est* -ae, alienum consilium suo praefert *vulgus.* APVL. Plat. 1, 14 p. 212 ut quae -a corde conceperit, ea ... promat oratio. VET. LAT. Is. 29, 14 (Tert. adv. Marc. 3, 6. *al.; inde* I Cor. 1, 19) auferam ... sapientiam sapientium illorum et -am prudentium eorum abscondam (*gr. σύνεσιν, Vulg.* intellectus). *al.* Ⓘⓘ *speciatim:* *de -a communi hominum minus doctorum* (*exempla potiora*): CIC. de orat. 2, 132 naturali quadam -a, non iis subductionibus, quas isti docent (DON. Ter. Eun. 136, 3 -a n. est, gnaritas extrinsecus venit. AMBR. in Luc. 2, 74. *al.*). *ibid.* perspicua sunt haec ... et in vulgari -a sita (2, 299 v. et communi -a [lingua *var. l., corr. alii aliter*]). nat. deor. 1, 61 *Epicurus* quid dicit, quod non modo philosophia dignum esset, sed mediocri -a? (div. 2, 130 ad haec m. opus est -a an ingenio praestanti et eruditione perfecta? *al.*). TERT. anim. 6, 7 *animae barbarorum* ⌊indoctae⌋ -a pollent (indocta *ed. princ.; postea*: sine academiis *eqs.*).

de -a senum (*cf. p. 2380, 68*): CIC. Tusc. 1, 94 *nihil est* homini -a dulcius, quam ... adfert ... senectus. Cato 20 temeritas est ... florentis aetatis, -a senescentis. div. 2, 50 puerili specie ..., sed senili ... -a (SEN. dial. 6, 23, 3 in iuvene. APVL. flor. 9, 38. *al.*). off. 1, 122 ineuntis ... aetatis inscitia senum ... regenda -a est (*cf.* FRONTO p. 37, 3 seniorum ... -am). *al.* OV. ars 2, 675 (*667* serior aetas) est illis operum -a maior. *al.*

β *in artibus, disciplinis*: Ⓘ *in arte dicendi, scribendi* (*cf. e. g. 21. 24*): RHET. Her. 3, 3, 4 -ae partibus utemur in dicendo, si *eqs.* CIC. de orat. 1, 89 Demosthenem summam -am summamque vim habuisse dicendi (2, 11 -am rationemque d. [*opp.* usum]. *cf.* part. 81 disputandi -am). 2, 307 quae *ratio rerum ac locorum collocandorum* oratorum iudicio et -a comparatur (2, 308 Brut. 322). Brut. 97 Sex. Pompei sunt scripta ... plena -ae. orat. 162 rerum verborumque iudicium in -a est. *al.* VITR. 9 praef. 3 *cum* tanta munera ab scriptorum -a ... fuerint hominibus praeparata. QVINT. inst. 2, 5, 8 quanta ... in dividendo -a. 2, 13, 15 multo labore ..., altissima -a ... constat ars dicendi. TAC. dial. 35, 4 suasoriae ... etsi, tamquam plane leviores et minus -ae exigentes, pueris delegantur. HIL. in Matth. 10, 13 verborum adhibenda -a est. *al.* Ⓘⓘ *in philosophia:* *de varia doctrina, scientia* (*cf. e. g. l. 2. 4. p. 2377, 57*): CIC. de orat. 2, 160 *Aristoteles* eadem acie mentis, qua rerum omnium vim naturamque viderat, haec quoque, *sc. rhetorica,* aspexit ...; illi *rhetores* ... non eadem -a, qua ille *eqs.* (*cf.* Tusc. 1, 7 *Aristoteles docuit adulescentes* -am cum eloquentia iungere). 3, 60 cum -a ..., tum ... eloquentia ... omnium fuit ... princeps (*Socrates ut*: APVL. met. 10, 33, 3 divinae -ae senex). VAL. MAX. 3, 3 ext. 2 qui *Zeno Eleates* cum esset in dispicienda

[Hajdú]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rerum natura maximae -ae. Ivv. 10, 48 *Democriti* -a. Call. dig. 50, 11, 2 summae -ae et auctoritatis apud Graecos Plato. Lact. inst. 5, 12, 11 *habeant* suam ... -am prudentes; relinquant nobis stultitiam nostram (*contemnitur philosophia paganorum sec. p. 2374, 22 sqq., ut e. g.* Hil. trin. 3, 8 saeculi prudentes, quorum -a deo stultitia est. *cf. p. 2378, 40. 68*). Serv. Aen. 6, 603 *Mercurius* est deus -ae, per quam philosophi deprehenderunt *παλιγγενεσίαν* vel *μετεμψύχωσιν*. *al.* *de recte vivendo* (*cf. e. g. 2377, 48 sqq. 59. 2378, 30* [*disting.* doctrina]): Cic. Marcell. 25 omitte ... doctorum hominum in contemnenda morte -am. Hor. epist. 1, 11, 25 ratio et -a curas, non locus ... aufert. Sen. dial. 2, 10, 3 nec -ae quicquam in se esse ... ostendit, qui contumelia afficitur. epist. 74, 19 adhibebitur -a, quae modum illis *bonis* ... imponat. 85, 2 -a ad beatam vitam satis est. *al.* Ⓘⓘ *in quibuslibet disciplinis*: Cic. off. 1, 114 ne scaenici plus quam nos videantur habere -ae; illi enim ... sibi accomodatissimas fabulas eligunt (*cf.* CIL III 375 *quendam* comoedum propter singularem artis -am). 1, 151 quibus ... artibus aut -a maior inest aut non mediocris utilitas quaeritur ut medicina, ut architectura, ut *eqs.* Vitr. 1, 1, 10 ut *architectus* legibus scribendis -a cavere possit et locatori et conductori (*nisi ad p. 2380, 23; item de -a architecti*: 5, 8, 2. 10 praef. 3. 10, 1, 2. *al.*). Vell. 1, 13, 5 *vix dubites,* quin hac -a, *qua artis opera magni aestimentur,* illa imprudentia *Mummii* decori publico fuerit convenientior. Val. Max. 8, 7 ext. 7 eximia ... -a *Archimedis* (*cf.* Firm. math. 3, 7, 9 -a computationis). Cels. 2, 10, 4 intentionem animi et -am (*medici ut*: 7, 29, 1 *curatio* summam -am ... desiderat. Phaedr. 1, 14, 11 artis ... -a. Plin. nat. 19, 128. *al.*). Petron. 140, 2 commendare liberos *instruendos* ... -ae bonitatique *Eumolpi.* Sil. 16, 338 *quibus est* interior cura et -a circi altior. *al.*

γ *in vita publica et re militari* (*exempla selecta*): Cic. Quinct. 54 si recte vestram bonitatem atque -am cognovi (*iudicum ut*: Font. 23 *in audiendis testibus,* ubi elucere possit -a, ubi discerni stultus auditor ... ab ... sapienti iudice. Cael. 19 fretus vestra -a, iudices. *al.*). S. Rosc. 69 *maiores nostri in legibus condendis* quantum -a praestiterint eis, qui apud ceteros sapientissimi fuisse dicuntur (*cf. e. g.* Caecin. 34 cum maiores nostri tanta diligentia -aque fuerint, ut omnia omnium rerum ... iura statuerint. Sen. contr. exc. 4, 7, 2). de orat. 1, 60 num *possit* in senatu ... dici sine summa rerum civilium cognitione et -a? (div. 1, 24 rei publicae gerendae ratio atque -a. Nep. Cim. 2, 1 -am ... rei militaris [Vell. 2, 29, 5]. Liv. 4, 41, 2 -a rei bellicae). rep. 2, 45 id ... est caput civilis -ae ... videre itinera flexusque rerum publicarum. 6, 1 -am ... rectoris. Caes. Gall. 2, 4, 7 propter iustitiam -amque *regis.* Hirt. Gall. 8, 8, 1 consilia plena -ae longeque a temeritate barbarorum remota. Bell. Alex. 27, 5 *hostium* impetum Mithridates magna cum -a ... sustinuit. Nep. Milt. 2, 2 *Chersoneso potitus est*; neque minus in ea re -a quam felicitate adiutus est. Thras. 1, 4 ducis -am (Liv. 27, 27, 11. 29, 30, 9. Vell. 2, 111, 4 -a d. *Tiberii*). Liv. 22, 12, 6 dictatoris. 45, 32, 10 ut ... -am *Pauli* in dandis spectaculis ... admirarentur. Vell. 2, 111, 4 qua -a hiberna disposita sunt. Val. Max. 7, 4, 4 Punica calliditas Romana elusa -a. Sen. epist. 90, 5 horum *regum sapientium* -a, ne quid deesset suis, providebat. Pers. 4, 4 (*ironice Alcibiadi ad rem publicam accessuro*) ingenium et rerum -a velox ante pilos venit. Tac. Agr. 42, 3 Domitiani ... natura ... moderatione ... -aque Agricolae leniebatur. Traian. Plin. epist. 10, 117 ideo -am tuam elegi, ut formandis istius provinciae moribus ipse moderarereris. *respicitur scientia iuris* (*cf. l. 18. p. 2378, 24. 2380, 24*): Cic. Mur. 26 (*de formulis quibusdam*) inanissima -ae reperta sunt, fraudis autem et stultitiae plenissima (*cf.* 30 ista vestra verbosa simulatio -ae). Phil. 2, 81 hoc imperite *dixit Antonius de iure sacerdotii*; nec enim est ab homine numquam sobrio postulanda -a; sed videte impudentiam. de orat. 1, 167 *defuit patronis* iuris civilis -a ([scientia *var. l.*]. 1, 256 historiam ... et -am i. publici *eqs.* [*nisi ad p. 2380, 47*]. Nep. Cim. 2, 1. *cf. p. 2380, 49*). top. 65 in iuris consultorum ... -a. *al.*

δ *in religione*: Ⓘ *paganorum* (*cf. l. 55. p. 2380, 20 sq.*): Cic. har. resp. 14 quorum *pontificum* auctoritati, fidei, -ae maiores nostri sacra ... commendarunt. Ps. Apvl. Ascl. 22 in multis remanere malitiam defectu -ae scientiaeque rerum omnium. 29 pietate, religione, -a, cultu et veneratione dei. Macr. Sat. 3, 8, 4 hoc (*sc. Aen. 5, 517*) ... de -a religionis a Vergilio dictum est (*postea*: docte ... dixit). Avg. civ. 3, 8 p. 105, 7. Ⓘⓘ *Iudaeorum vel Christianorum* (*rarius de doctrina, e. g. l. 75 [cf. p. 2377, 73. 2380, 43], quam de recte vivendo* [*etiam in malam partem, ut l. 68. p. 2380, 7*]): Vet. Lat. Rom. 8, 6 (cod. 78. *al., sim.* Vvlg.) -a carnis mors est, -a autem spiritus vita et pax (*gr. φρόνημα, Tert. castit. 10 l. 28* sapere secundum carnem *eqs., pudic. 17* sensum ... c.; *huc spectant e. g.* Pelag. in Rom. 7, 22 p. 59, 21 *corporis* lex -a c. est, quae docet edere et potare. Ps. Hier. in Rom. 31 quomodo debeant c. vitia atque -a resecari. Avg. in Rom. 40, 6 carnalis ... -a illa). Eph. 3, 4 (cod. 75. *al., sim.* Vvlg.) potestis legentes intellegere -am meam in sacramento Christi (*gr. σύνεσιν, Hil. in psalm. 9, 3* intellectum, *Hier. ad loc. p. 477*^{B} sensum, *cf. e. g.* Theod. Mops. *ad loc.* p. 155, 12 quam suscepi -am de hoc mysterio). Iac. 3, 13 (Ps. Aug. spec. 35) *sapiens* monstret de bona opera conversationem suam in mansuetudine et -a (*v. app. crit.; gr. σοφίας, Vulg.* in m. sapientiae). Iren. 1, 26, 1 *Iesum hominem* plus potuisse iustitia et ⟨-a et sapientia⟩ ab omnibus (⟨ ⟩ *gr. σωφροσύνῃ καὶ συνέσει*). Ps. Philo antiq. 21, 2 (*loq. Iosue*) domine, largire populo tuo cor sapientiae et sensum -ae et ... non peccabunt. Pelag. in II Cor. 1, 9 p. 234, 6 ('ut non simus fidentes in nobis') hoc est in nostra -a vel cautela. Epiphan. Schol. Didym. in I Petr. 1, 15 p. 15, 26 oboedientes vocationi *dei* omni conversatione atque -a fieri sanctos eius. *al.*

b *ad providenda futura* (*cf. p. 2381, 45; disting.* divinatio *p. 2377, 64*): Cic. Catil. 2, 29 quae ... ego neque mea -a neque humanis consiliis fretus polliceor vobis, Quirites, sed ... deorum ... significationibus. Cato 78 memoria praeteritorum futurorumque -a. off. 1, 81 praecipere (per- *var. l.*) cogitatione futura ..., haec sunt opera ... animi ... -a consilioque fidentis. Att. 16, 16^{b}, 8 ea te esse -a, ut videas ... magnam perturbationem rerum fore. 16, 16^{c}, 12 *ut* pro ingenio et -a sua non sit dubitaturus, quin *eqs.* (*sim.* fam. 11, 12, 1). fam. 6, 4, 4 in hac inani -ae laude delector (*antea*: casu, non divinatione mea factum est). *al.* Nep. Att. 16, 4 -am quodam modo esse divinationem (*postea*: futura praedixit *eqs.*). Verg. Aen. 3, 433 (*loq. Helenus*) si qua est Heleno -a vati, ... illud tibi ... praedicam *eqs.* Fest. p. 169 ut *Tarquinius Priscus* eluderet eius *auguris* -am *eqs.* Qvint. decl. 252, 8 *v. p. 2321, 29. al., e. g. p. 1114, 54.* *cum respectu cavendi* (*disting.* cautela *l. 7*): Cic. Verr. I 52 si avi Scaevolae -am *ceperis* ad prospiciendas insidias ..., si *eqs.* Caecin. 78 (*de C. Aquilio iuris consulto*) cuius -am populus Romanus in cavendo, non in decipiendo perspexerit. Tac. Agr. 4, 3 *Agricola* studium philosophiae acrius ... *hausisset,* ni -a matris incensum ... animum coercuisset.

c *ad conscientiam agentis* (*cf. p. 2370, 51*): Cic. inv. 1, 41 modus ... est, in quo ..., quo animo *aliquid* factum sit, quaeritur; eius partes sunt -a et imprudentia; -ae autem ratio quaeritur, quae clam, palam, vi, persuasione fecerit (*inde* Rhet. min. p. 309, 11).

B *metonymice (exempla minus dubia; cf. p. 2381, 11); significatur*: **1** *ipsa disciplina, doctrina artis*: **a** *cuiuslibet* (*saepe philosophiae*): Cic. de orat. 1, 85 esse quandam -am, quae versaretur in perspiciendis rationibus constituendarum et regendarum rerum publicarum. 1, 193 *civilem scientiam* Scaevola non putat oratoris esse propriam, sed cuiusdam ex alio genere -ae. 3, 95 veterem illam ... -am Graecorum *rhetorum* ad nostrum usum ... transferri. div. 2, 11 unusne mundus sit an plures ..., physicorum est ista -a. *al.* Val. Max. 4, 7 ext. 1 Damon et Phintias Pythagoricae -ae sacris initiati. 8, 7 ext. 2 *Pythagoras* magorum exactissimae -ae se formandum tradidit. Apvl. Plat. 2, 20 p. 247 *sapiens* artibus et -ae partibus absolutus. Min. Fel. 16, 5 pauperes et commentos esse -am et tradidisse ceteris disciplinam *christianam.* Vet. Lat. Bar. 3, 37 (Cypr. testim. 2, 6) *deus* invenit omnem viam -ae (*gr. ἐπιστήμης, cod. 133. al. et Vulg.* disciplinae). Firm. math. 3 prooem. 1 huiusce -ae disciplina (6, 1, 10 divinae). Hil. trin. 1, 13 saecularis -ae ... errore (*affert Col. 2, 8* per philosophiam). *al.* **b** *iuris* (*cf. p. 2379, 51*): Cic. Mur. 28 sapiens existimari nemo potest in ea -a, quae ... *nihil* valet. Vlp. dig. 1, 1, 10, 2 (*inde* Inst. Iust. 1, 1, 1) iuris -a est ⟨divinarum atque humanarum rerum notitia⟩, iusti atque iniusti scientia (⟨ ⟩ *loco philosophiae, cf. p. 2377, 52*). Cod. Iust. 3, 33, 15 pr. inter antiquam -am dissensio incidit, si *eqs.* (4, 18, 2, 1^{d} et in libris iuris auctorum et in alia a. -a. *al.*). *al.*

2 *prudenter factum, dictum, cogitatum*: **a** *sing.*: Cic. de orat. 2, 149 ut adversarium attente ... *observemus,* diligentia est; id tamen dissimulanter facere ..., -a est (*item c. inf.*: Mart. Cap. 6, 585 [vers.] o felix cura et mentis -a maior corpore sub nostro aequiperasse Iovem). Tert. carn. 5 l. 2 aut -am dic deum crucifixum aut aufer hoc quoque. Vet. Lat. psalm. 48, 4 (cod. 303. *al.* = Vvlg.) os meum loquetur sapientiam et meditatio cordis mei -am (*gr. σοφίαν ... σύνεσιν,* cod. 136 -am ... intellectus, Hier. psalt. sec. Hebr. sapientias ... -as). *mire pro gr. ὠφέλεια*: Vet. Lat. Iob 21, 15 (cod. 95, *sim.* 91. 94) quae *est* -a, quia obviabimus illi *deo*? (*Ambr. Iob 5, 17 et Hier. interpr.* utilitas, *Vulg.* quid nobis prodest. *de subst.* prodentia *a* prodesse *derivandum cogitat Ziegler, Sitz. Ber. Bayer. Ak. 1980, 2, 46*). **b** *plur.*: Vet. Lat. sap. 9, 14 *v. p. 2322, 49.* Philo quaest. in gen. 4, 154 amatori -arum (*antea*: eruditionum ... spectaculis). 4, 232 *Esau* in nullo -arum conspirantem *cum Iacob.* *addas l. 60.*

3 *homo prudens* (*prosopop. v. p. 2377, 47. 2378, 3*): **a** *poetice* (*respicitur Nestor; vix huc trahas p. 2378, 16*): Ov. met. 12, 178 o facunde senex, aevi -a nostri. Homer. 144 sollertis -a Nestoris ... sedavit ... turbam. Stat. bell. Germ. frg.' 1 Nestorei mitis -a Crispi et Fabius Veiento. **b** *in titulo honorifico aetatis posterioris* (*cum pron. poss.; cf. p. 2379, 50*): Edict. imp. Diocl. coll. Mos. 15, 3, 5 quae pandit -a tua in relatione (*sc. proconsul Africae; de similibus dignitatibus*: Firm. math. 6, 28, 1 -am t. admonemus, *Lolliane Mavorti.* Cod. Theod. 6, 29, 2 pr. ex officio mirandae -ae t., *sc. praefecti praetorio. al.; de imperatore e. g.* Hil.

[Hajdú]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

coll. antiar. p. 85, 5 t. sanctam religiosamque -am. EPIST. pontif. 212 Lucif. epist. 5 l. 62. *de episcopo*: HIL. coll. antiar. p. 130, 4 t. ... excellens -a [*de papa ut e. g.* HIER. epist. 141, 2]. AVG. epist. 21, 1 religiosa. *al.*). HIL. coll. antiar. p. 86, 4 scit -a vestra, consacerdotes ..., quod *eqs.* (*item de episcopo*: EPIST. pontif. 215 Migne 8, 1356[B] AVELL. 46, 7. *al.; de aliis*: CONC.[S] II 3, 1 p. 144, 27 a v. incircumscriptibili -a [*i. a Florentio patricio; gr. II 1, 1 p. 159, 10 σοφία*]. CASSIOD. var. 4, 50, 7 [*praefectus praetorio*]. *al.*). p. 93, 23 (*verba imp. Constantii*) litteris ad nostram -am datis (*aet. recentioris vid.* EPIST. Alex. p. 203, 24 [*add. cod. H*] -a nostra).

II *numinis*: **A** *apud paganos* (*saepius respicitur Stoicorum illa mens mundi; meton. de ea l. 13. 19. 23. al., de Minerva l. 29*): CIC. ac. 1, 29 *eam vim* esse mentem *mundi* sapientiamque perfectam ... omniumque rerum, quae sunt ei subiectae, quasi -am quandam procurantem caelestia maxime. 2, 87 esse aliquam vim, cum -a et consilio scilicet, quae finxerit ... hominem. Tim. 51 de iis *causis,* quae vacantes ⌊-a⌋ inconstantia ... efficiunt (*opp.* quae cum intellegentia *efficiunt.* ⌊ ⌋ *gr. p. 46[E] φρονήσεως,* CHALC. transl. *causae* mente -aque cassae). nat. deor. 1, 30 *sine corpore deus* careat ... sensu necesse est, careat etiam -a (*sim.* 1, 33). 2, 58 mens mundi cum ... vel -a vel providentia appellari recte possit (graece enim *πρόνοια* dicitur). 2, 80 omnia regi divina mente atque -a ([provid- *var. l. ut*: PETRON. 18, 3]. FIRM. math. 1, 5, 7 *habent* stellae ... d. ... -am). 2, 162 deorum -a consuli rebus humanis (provid- *var. l. ut*: 3, 65). *al.* MANIL. 2, 69 *nisi* tantum mundi regeret -a censum (sensum *codd.*), non esset statio terris *eqs.* VAL. MAX. 4, 1 ext. 7 *Solon* titulum amplissimae -ae ... ad ipsum Apollinem transtulit. APVL. met. 11, 15, 4 Isidis magnae ⌊-a⌋ gaudens Lucius ... triumphat (⌊ ⌋ *trad., def. Hildebrand, 1842, ad l.*; provid- *edd. plerique*). Plat. 1, 8 p. 198 *ex septem motus generibus rotatio* una mundo relicta est sapientiae et -ae propria, ut rationabiliter volveretur. Socr. 24 p. 177 *Homerus Vlixi* comitem voluit esse -am, quam poetico ritu Minervam nuncupavit. *al.* MART. CAP. 6, 567 (vers.) Pallas, ... ingenium mundi, -a sacra Tonantis. *al.* **B** *apud Iudaeos vel Christianos* (*meton. l. 42 sq.*): VET. LAT. psalm. 146, 5 (cod. 300, *item* HIER. psalt. sec. Hebr.) -ae eius *dei* non est numerus (*gr. συνέσεως, cod. 303. al. et Vulg.* sapientiae). prov. 3, 19 (Iren. 4, 20, 3, *sim.* VVLG.) deus sapientia fundavit terram, paravit autem caelum -a (*gr. σοφίᾳ ..., φρονήσει*). ACT. Pauli Cor. II rec. L 19 dei -am respuunt (*gr. πρόνοιαν,* -am *etiam* recc. M, P, providentiam *B*). IREN. 1, 14, 7 *gnosticorum demiurgus* sua virtute et -a ... hunc ... animavit mundum (*gr. φρονήσει*). IVVENC. 3, 301 (*Matth. 16, 23; Petro*) non divina tibi mentem -a tangit, sed terrena sapis (PS. AVG. serm. ed. Mai 1, 4). HIL. trin. 3, 26 *cum* imperitiam naturalis in nobis imprudentiae senserimus, tum per divinae sapientiae -am ad dei sapientiam imbuemur. PS. HIER. indic. de haer. 5 (*de Aeonibus*) a verbo -am *ortam esse,* a -a virtutem *eqs.* (*cf. p. 2322, 2*). CYPR. GALL. gen. 1105 *Isaac moriens* visurus sanctas, quas dat -a, sedes. *al.*

III *animalis*: VERG. georg. 1, 416 *corvi praenuntiant tempus serenum, non* quia sit divinitus illis ingenium aut rerum fato -a maior; verum *eqs.* PLIN. nat. 8, 1 *elephantis est* probitas, -a, aequitas *eqs.* APVL. met. 10, 34, 5 *bestia* non adeo vel -a sollers vel artificio docta, *ut mihi parceret.* *serpentis* (*fere sec. Matth. 10, 16, v. p. 2372, 10*): TERT. adv. Val. 3, 1 totam ... -am in latebrarum ambagibus torqueat *serpens* (*respicitur diabolus ut*: IREN. 5, 19, 1 serpentis -a devicta in columbae simplicitate. *al.*). HIL. in Matth. 10, 11 (*explicatur proprie*). *al.*

appendicula syntactica et stilistica: **1** *determinationes*: **a** *indicatur persona vel res prudens per gen.* (*pauca exempla selecta; cf. etiam adi. l. 20. p. 2382, 25. al.*): TRAG. inc. 58 Palamedi (*et passim c. gen. nom. proprii vel pron.*). CIC. Caecin. 86 maiorum (parad. 7. *al.* SEN. contr. exc. 4, 7, 2 QVINT. decl. 350, 5. *al.*). rep. 2, 61 legum ([*v. app. crit.*]. CYRILL. hom. pasch. 17, 1, 5 [*gr. τὸ σοφόν*]. EDICT. Theodor. 153). Att. 6, 9, 3 litterarum tuarum (fam. 3, 11, 4). PLIN. nat. 35, 118 antiquitatis. HIL. trin. 3, 26 divinae sapientiae (*cf.* PAVL. NOL. epist. 13, 22 providentiae). *al., e. g.* carnis *p. 2379, 67,* dei *l. 22. 36,* ducis *p. 2379, 43.*

b *indicatur res, quam prudens novit, curat sim.*: **α** *per gen. obi.* (*exempla selecta; cf. l. 72*): CIC. de orat. 1, 89 dicendi (*item c. gerund.*: div. 1, 24 rei publicae gerendae. *al.* HIL. in Matth. 14, 2). 1, 167 iuris (*v. p. 2379, 56*). 1, 214 rerum magnarum (*al., v. e. g. l. 46. p. 2379, 35. 48*). OV. ars 2, 675 operum. PHAEDR. 1, 14, 11 artis (CIL III 375, 6). *al.* **β** *per praepos.*: ad: CIC. Verr. I 52 ad prospiciendas insidias (*v. p. 2380, 23*). TERT. apol. 45, 2 ad demonstrandum. in *c. abl.*: CIC. Marcell. 25 in contemnenda morte (*item c. gerund.*: Phil. 10, 12 in iudicando. ac. 2, 3 LIV. 45, 32, 10 VAL. MAX. 3, 3 ext. 2. *al.*). de orat. 2, 4 in omni genere (*item* fam. 10, 3, 1. *cf.* Att. 7, 1, 2). NEP. Alc. 5, 1 in omnibus rebus. de (*testatur* PRISC. gramm. III 375, 24 -a illius rei et de illa re): THEOD. MOPS. *p. 2379, 75.* CONC. Carth. a. 525 p. 279 l. 259 *episcopi* -am de nobis.

c *praedicative positum explicatur per struct. verbalem*: **α** *inf. pendentem ex*: -a est: *v. p. 2380, 55; cf. p. 2379, 37.* -ae est: CIC. Caecin. 37 *id* dicere ... neque -ae neque auctoritatis tuae est. fam. 13, 4, 2. *al.* AMBR. epist. 7, 40, 1 HIER. adv. Rufin. 3, 5 l. 57. *al.* **β** *enunt. secund.*: quod: PLIN. epist. 8, 23, 3 Avitus, cuius haec praecipua -a, q. alios prudentiores arbitrabatur. quia: *v. p. 2380, 61.*

2 *locutiones quaedam modales*: pro tua (sua, vestra) -a: CIC. Cluent. 160 (*ad iudices*) mihi ... pro vestra -a satis dixisse videor. Flacc. 49 sua. Att. 11, 6, 1 tua. *al.* CAECIN. Cic. fam. 6, 7, 5 DOLAB. *ibid.* 9, 9, 2 FRONTO p. 174, 11 VLP. dig. 29, 2, 25, 8. *al.* *enunt. relat.*: CIC. Cael. 45 quae vestra -a est (*sim.* Att. 6, 9, 1 quae tua -a ... est). BRVT. Cic. fam. 11, 13, 1 qua ... -a es (*sim.* TAC. hist. 2, 37, 2).

3 *epitheta selecta*: **a** *c. respectu gradus*: CIC. Verr. II 3, 170 summa (Brut. 53. *et saepe.* CELS. 7, 29, 1 SEN. clem. 1, 23, 1. *al.*). Cael. 32 praestanti (Phil. 9, 10. *al.* NEP. Alc. 5, 1). Phil. 5, 50 singularem (Att. 7, 1, 2. *al.* HIRT. Gall. 8, 28, 2 NEP. Att. 10, 6. *al.*). de orat. 3, 95 excellentem (VAL. MAX. 7, 2 ext. 16 GELL. 1, 10, 4. *al.*). off. 1, 151 maior (Att. 4, 8[a], 4. BELL. Alex. 27, 5 magna. NEP. Cim. 2, 1 VERG. georg. 1, 416. VAL. MAX. 3, 3 ext. 2 maximae. *al.*). VAL. MAX. 7, 2 ext. 7 altioris (SIL. 16, 338 QVINT. inst. 2, 13, 15. *al.*). *al., e. g.* mediocris *p. 2378, 48.* **b** *vario respectu*: CIC. part. 76 civilis ([*opp.* domestica]. rep. 2, 45. CHALC. transl. p. 19[E] [*cf. gr. πολιτικῶν*]. AMM. 19, 13, 2). fin. 4, 76 communis (SEN. epist. 109, 15. *cf. p. 2378, 46*). TAC. Agr. 9, 2 naturali (*adde p. 2378, 43*). APVL. met. 10, 33, 3 divinae (PANEG. 3, 21, 3. *al., v. p. 2381, 20. 39*). MIN. FEL. 8, 1 inreligiosa (*cf.* religiosa: LVCIF. epist. 2 l. 7. *al., e. g. p. 2381, 1. 3*). TERT. idol. 10, 4 humanam (HIL. trin. 3, 24 AMBR. Abr. 2, 9, 61. *al.*). HIL. coll. antiar. p. 84, 9 sanctam (AVG. epist. 74. *al.; cf.* sacra: MART. CAP. 6, 567 [vers.; *item* 574]). trin. 1, 13 saecularis (AMBR. hex. 1, 2, 6. *al.*). AVG. gen. ad litt. 1, 14 p. 21, 2 spiritali (MAX. TAVR. 92, 2 EVSEB. GALLIC. hom. 4, 1. *cf.* carnalis *p. 2379, 72*). CASSIOD. var. 8, 30, 3 antiqua (*adde p. 2380, 51*). *al., e. g.* senilis *p. 2378, 53.* *Hajdú.*

prūdio *v.* prurio.

[prūditās *suffixo mutato pro* prudentia *sunt qui agnoscant loco corrupto* VARRO Men. 140; probit- *coni. Riese,* rudit- *Oehler, alii alia.*]

prūdī- *v.* pruri-. **prūgella** *v.* prun-.

*?***prugnum:** pronum (prom- *var. l.*) PAVL. FEST. p. 226. [*vox incerta; si* pronum *re vera respondere putes, cogitare possis de forma secundaria in pravum modum correcta* *prognum (> prugnum), *cf.* aprunus/aprugnus *sim. apud Leumann, Gramm. 1977, 200; sin* pronum *mera litterarum similitudine comparatum sit, subesse possit* *pro-gno- *eadem radice* gen *formatum ac* beni-gno- *sim. Fo.*]

pruīna, -ae *f.* [*a* *prusu̯-īnā; *de suffixo v. Leumann, Gramm. 1977, 326–329. stirps ipsa servata est in vet. ind.* prúṣvā- *'gutta roris'. de* -s- *evanida v. Hamp, Journ. Indo-Europ. Stud. 1, 1973, 217 sq.; Rix, Kl. Schr., 2001, 288. fortasse non alienum est theod.* Frost < *prus-to-, *vet. ind.* pruṣ *'respergere'; cf. e. g. Lex. der idg. Verben[2], 2001, s. v.* *preu̯s-. *Fo.*] *de origine*: PAVL. FEST. p. 226 -a dicta, quod fruges ac virgulta perurat (*cf.* ISID. orig. 13, 10, 8 quia sicut ignis urit; *πῦρ* enim ignis). *scribitur in codd. hic illic* proina, *e. g.* VET. LAT. psalm. 77, 47 (cod. 325) *et in var. l.* GREG. TVR. Franc. 6, 44 p. 316, 13. NOT. Tir. 59, 18 -a. *de notione v. infra.* *legitur inde a* PACVV., VARRONE, CIC., LVCR., VERG. georg. *per totam latinitatem; frequentant imprimis* COLVM., PLIN. nat., *apud quos praevalet plur., et* AMM., CLAVD., *qui plane vitant sing.; vox deest e. g.* TIB., TAC. [*dial. it. vallium Alpin.* pruinna (*Sesia*), pruvina (*Anzasca*), *lugan.* pruina, *langob. vet., mediol., genav.* prinna; *raet. occ. vet.* pruvina, *rec.* pruiña; *cat.* pruina. *ceterum per* b *pro* p *it.* brina *et francog. passim, sc. vet.* broïne, *vet. et med. et rec.* bruine. *cf. M.-L. 6796. Wartburg IX 490. C. S.*] [*confunditur in codd. imprimis cum* ruina, *e. g.* PROP. 1, 8, 7 COLVM. 5, 9, 7 (*falso trad.* PETRON. 123 vers. 191; *restit. p. 2383, 25 et e. g.* AMM. 22, 8, 48), *ceterum e. g. cum* bruma *p. 2385, 18; falso trad. pro* pruna DIDASC. apost. 7 l. 22. *e coni. dubia*: GARG. MART. pom. 3, 7 circumfosso stipite *amygdalae* ... caverna ponitur, qua ⌊pru⟨i⟩na⌋ decurrat (⌊ ⌋ *Scotti contra usum vocis agnoscens notionem liquoris ex arbore destillantis*).]

I *de aqua frigore caeli in varias species formata*: **A** *vi originaria et strictius significatur ros concretus, gelatus sim., sc. fere i. q.* *πάχνη* (*ad rem v. imprimis sub 1a; coniungitur saepe cum aliis subst. magis minusve distinctis, maxime c.* nix, *e. g. p. 2383, 1. 67 sqq. 2384, 5. 64 [cf. iuncturas c. gen. vel adi. p. 2384, 42. 69], ceterum c.* frigus *p. 2383, 54 et e. g.* COLVM. 4, 24, 16, gelicidium *e. g. p. 2383, 41. 56 sqq.* [*nota gen. p. 2383, 59*], gelu *p. 2383, 63. 2384, 20. al.,* grando *e. g. p. 2383, 46. 2384, 31,* ros *p. 2383, 33. 42. 2384, 11. al. [cf. adi. p. 2385, 3 sq.], et sim. al.; opp. nimirum* ardor, ignis, vapor *sim., e. g. p. 2383, 23. 30. 70. 2384, 12*): **1** *proprie*: **a** *explicationes, enumerationes*: LVCR. 6, 529 quae sursum crescunt ... et quae concrescunt in nubibus ... nix, venti, grando gelidaeque -ae *eqs.* (*item in serie e. g.* PLIN. nat. 2, 102 grandines, -ae, imbres, procellae, turbines. APVL. mund. 8 p. 306 [*gr. 394a16 πάγων ἰδέαι*]). CIC.

[Wick]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nat. deor. 2, 26 *aqua* neque conglaciaret frigoribus neque nive -aque concresceret, nisi *calore admixto diffunderetur.* SEN. nat. 4, 3, 6 grando nihil aliud est quam suspensa glacies, nix [in] -a pendens [congelatio] (*secl. Madvig; coni. alii alia*). *ibid.* quod inter rorem et aquam interest, hoc inter -am et ⌞nivem nec non inter glaciem⌟ et grandinem interesse (⌞ ⌟ *Gross,* glaciem ... nivem *codd.*). 4, 13, 2 *nivem* -ae similem habere naturam. PLIN. nat. 2, 105 alia *sidera sunt fecunda umoris* concreti in -as aut coacti in nives *eqs.* (*item de vi siderum*: GELL. 14, 1, 9 stellae ... non usquequaque -as aut calores cient, sed mutant et variant. *cf. l. 32 et* PLIN. nat. 18, 277 *luna* per se roscida quotiens alget, ... illo tempore ⌞cadentes -as⌟ congelat [⌞ ⌟ *pro obi., quod efficitur*]). 2, 152 -am ... ex rore gelido *gigni.* 17, 222 *-a* non fit nisi immoto aëre et sereno (*sim.* ADNOT. Lucan. 4, 53. AVG. in psalm. 77, 26 -a distat a grandine, nam serenis hiemalibus noctibus -a terra canescit). APVL. mund. 9 p. 307 huic *glaciei* est -a consimilis, si mollitia roris matutinis frigoribus incanuit (*cf. gr. 394a25 πάχνη ... δρόσος πεπηγυῖα*). AVG. in Iob p. 608, 4 -a ... minutissima grando est. GREG. M. moral. 7, 32 -a ... inferius gelascit, nix autem de superioribus ruit. GLOSS. -a: *κρύσταλλος, πάχνη*. dicitur aqua alba hiemalis, quae ante lucanum cadit super herbas. gelus nivalis vel aqua gelata. *al.*

b *exempla sec. usum digesta*: **α** *respicitur -ae vis et effectus* (*sc. infestans praeter l. 48. 60. 64 sq.; dealbans l. 26 sqq.*): Ⓘ *in quidlibet*: PACVV. trag. 14 (*Catulo tribuit* Varro ling. 6, 6) omnia, nisi interveniat sol, -a obriguerint (GELL. 12, 5, 11 cur aut in ardoribus solis aestuet aut in -is immanibus obrigescat *Stoicus*?). VARRO Men. 171, ⌞teges, -a⌟ (leges ruina *codd.*) ne iacentem ⌞subdealbet⌟ (*codd.*, subdiu dealbet *Bücheler, alii alia. item -a dealbat e. g.* HOR. carm. 1, 4, 4 solvitur acris hiems ..., nec prata canis albicant -is. SEN. Herc. f. 139 pastor gelidā cana -ā ... pabula carpit. MART. 7, 31, 5 canum gelidis holus -is). COLVM. 1, 4, 10 *aer temperatus* neque depressus hieme -is torpet aut ⌞torret⌟ aestate vaporibus (⌞ ⌟ torretur *alii*). LVCAN. 4, 53 urebant montana nives camposque iacentes non duraturae conspecto sole -ae (*cf.* VAL. FL. 2, 287 *navem* dies ... solibus et canis urebat luna -is. 4, 70 ambusta -is lumina *Promethei vincti*). PLIN. nat. 31, 33 rore nimio scabiem fieri *liquoribus,* -a uredinem. *al.* Ⓘⓘ *in fruges, herbas sim.* (*cf. l. 28. p. 2382, 46*): LVCR. 5, 216 subiti peremunt imbres gelidaeque -ae *fruges.* VERG. georg. 2, 376 frigora ... *non* tantum ⌞canā concreta -ā⌟ ... quantum illi *viti* nocuere greges (⌞ ⌟ *aliter p. 2385, 9. item de -ae in vitibus effectu*: COLVM. 3, 1, 5 quod *genus vitis* nebulas -amque sine noxa perfert. 4, 20, 4 *dependentibus palmitibus* -ae [ruinae, -ae ruinae *var. ll.*] ... *non* tantum nocent quantum religatis. *al.*). COLVM. 2, 8, 3 ut prius convalescant radices frumentorum quam hibernis imbribus aut gelicidiis (gelidis *cod. potiores*) -isve infestentur. 11, 3, 63. PLIN. nat. 16, 109 punica, quae ... roribus nimiis et -is florem amittit. 17, 222 quod -arum iniuria evenit. 19, 142 *brassicis vel caulibus* -ae plurimum suavitatis conferunt, at nisi ... defendatur medulla, plurimum nocent. *al.* VET. LAT. psalm. 77, 47 (cod. 400. *al.* = VVLG.) occidit *deus* in grandine vineas eorum et moros eorum in -a (*gr. ἐν τῇ πάχνῃ, cod. 300* ruina, *303* gelicidia, *Hier. psalt. sec. Hebr.* frigore. *explicat* AVG. *p. 2384, 31*). *al.* *respiciuntur effectus grati*: COLVM. 3, 1, 7 gelicidiis ac -is ... mitescunt *uvae.* PLIN. nat. 15, 31 e lilio ... fit *oleum* sub diu (divo *var. l.*) sole, luna, -a maceratum. 17, 29 quasdam *vites* -is ac nebulis pasci (*sim.* 18, 128 *rapae* nebulis et -is ... aluntur. *cf. l. 64 sq.*). 19, 142 *v. l. 44.* Ⓘⓘⓘ *in saxa, terram, materiem sim.*: VERG. georg. 2, 263 optima putri arva solo: id venti curant gelidaeque -ae (*cf.* COLVM. 11, 3, 13 *solum* effossum iacere brumae frigoribus et -is inurendum). VITR. 2, 4, 3 *harenae fossiciae* ab sole ... et -a concoctae resolvuntur (*cf.* PALLAD. 1, 10, 2 -a ... vanescunt *fossiles harenae*). 2, 7, 2 *saxa* in apertis *locis* ... gelicidiis et -a congesta ... dissolvuntur. 2, 8, 19 *testa* se ostendet esse vitiosam gelicidiis et -a tacta. 7, 1, 5 gelicidia et -ae non patiuntur integra permanere (*respiciuntur pavimenta ut*: 7, 1, 6 in se recipere gelicidii -am. PALLAD. 6, 11, 1). COLVM. 5, 9, 7 quos *scrobes* sol et -a *pingues putresque* facere debuerit. 10, 74 ponere, quae canis iaceant *viscera terrae* urenda -is. 10, 86 durata ... summa -is aequora ... humi. PLIN. nat. 36, 167 *lapides quidam* aspergine et gelu -isque rumpuntur in testas. LACT. ira 13, 4 ut ... hibernis umoribus ac -is ... terra pinguescat (*inde* ISID. orig. 3, 50, 2. *cf.* LACT. opif. 11, 1 terra ... imbribus ac -is *alitur*).

2 *i. q. pruritum provocans*: CAEL. AVR. chron. 2, 1, 33 acopa, quae mordicatione quadam corpus afficiant ..., ut sunt ea, quae conficiuntur ex ... squilla (*i.* sci-), quam vulgo bul⟨b⟩um -um vocant (pluriosum *ed. princ. codicis instar; cf. Varro rust. 2, 7, 8* si fastidium saliendi est *equo,* scillae medium conterunt *eqs.*).

*?**prūrītīvus,** -a, -um. *a* pruritus (*si recte restit.*). *i. q. pruritum provocans*: PLIN. nat. 19, 157 ruta runcatur non sine difficultate, -is ulceribus, ni munitis manibus id fiat oleove defensis (*Hardouin,* pruritus *vel* prorituus *codd.; ad rem cf. p. 2390, 26*).

prūrīto *v.* prorito.

prūrītus, -ūs *m.* *a* prurire. *scribitur in codd. etiam* plur- AVG. gen. ad litt. 9, 10 p. 279, 25 (*cod. E saec. VI man. pr.; cf. p. 2390, 3*),

[Grossardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

prud- PLIN. phys. Bamb. 5, 7 ORIBAS. syn. 3, 105 Aa p. 871. 7, 8 tit. Aa p. 139. *al. ibid.*, prod- ORIBAS. eup. 4, 52, 5 La p. 570, pror- ORIBAS. eup. 4, 52, 1 *et* 5 Aa p. 570 syn. 1, 19, 5 La p. 65. *al. ibid. et in var. l.* PLIN. nat. 9, 146 ENNOD. opusc. 5, 15 p. 397, 15. *al.* *legitur inde a* PLIN. nat.

i. q. status pruriens (*metonymice l. 8; syn.* mordicatio *l. 29. 33,* titillatio, titillatus *l. 28 sq. 51*): **1** *strictius de affectione cutis tensione quadam titillante vexatae* (*fere hominum praeter l. 16. 35; tam de accidenti, indicio morbi [e. g. l. 20. 26 sq.] quam de ipso morbo [meton. de locis affectis maxime l. 18. 25]; saepius c. gen. eius, qui [quod] afficitur, cf. praepos. l. 28. 31; iuxta ponitur imprimis* scabies, *v. l. 14. 15. 24. al.* [-s scabiei *l. 30*], *aliae affectiones e. g. l. 27. 32*): PLIN. nat. 20, 234 *lapathum discutit* -um corporis (35, 180 ad lepras, lichenas -usque corporum. *al.* THEOD. PRISC. eup. faen. 92 tit. de -u vel scabie totius c. *al.*). 21, 138 tollit *crocum* ... -us, urinas ciet (28, 140 -us et papulas. 29, 47 scabiem corporum ac -um. *al.*). 22, 147 *lens silvestris* -us testium sedat (32, 119 -um scabiemque non hominum modo, sed et quadripedum. *al.*). 22, 153 aqua decocti *ervi* perniones et -us sanat (27, 51. 35, 185 papulas -usque). 23, 13 *quodam* decocto ... fovere psoras et -um. 23, 18 *nuclei uvae cuiusdam* pthiriasi ... liberant ..., item -u et psoris. 24, 36 in -u genitalium (*cf. l. 15*). 26, 6 sine dolore, sine -u, sine alio ... indicio. 28, 125 usus lactis ad ... -um cutis (29, 121 summae c. *cf.* CASS. FEL. 6, 1 nascitur ... -s in superficie c.). 32, 65 -bus ... medetur *cinis quidam* (PLIN. med. 1, 2, 2 [*v. p. 2390, 46*]. PLIN. phys. Bamb. 5, 6). *al.* SER. med. 84 -us ... salsos levat umor aceti. Ps. APVL. herb. app. 13 l. 8 omnem -um et scabiem discutit *herba* (*v. iam l. 11*). Ps. THEOD. PRISC. add. p. 297, 23 -um illinies (*ibid.* 25 papulas et -um). CAEL. AVR. acut. 3, 18, 182 (*inter accidentia satyriasis*) ruborem, fervorem, -um vel in usum venerium cupiditatem (*nisi ad l. 43*). chron. 2, 7, 95 *aegrotos* sequitur -s quidam secundum fauces atque titillatus (*sim.* 2, 11, 129 -s vel mordicatio ... cum quodam titillatu). CASSIOD. gramm. VII 166, 5 a -u nimio ... scabiei (*v. vol. VII 2, 1178, 34 sqq.*). ORIBAS. eup. 4, 52, 5 Aa p. 570 ad -u(m) in faci[a]e (*sim.* La, *gr. 4, 51, 5 τοῦ προσώπου κνησμούς*). syn. 1, 19, 5 La p. 65, 27 daoxismus (*i. ὀδαξησμός*) dicitur mordicatio sive -s (*item* 5, 8 Ab *et* La p. 53). *al.* *de affectione extrinsecus allata*: PLIN. nat. 9, 146 vis -u mordax *est urticae marinae* (*cf.* 9, 147 *pisces* attritu ... petrae scalpentes -um invadit *urtica*). 21, 93 tactu *urticae herbae* ... -um pusulasque ... existere. 23, 26 *vitis alba* -um adfert (*antea*: uret). *al.* PLIN. med. 3, 36, 1 *araneorum aliorumque* morsus non sentiuntur, sed -u intelleguntur. THEOD. PRISC. eup. faen. 37 si -s *oculorum* ... solis ex labore vel pulveris fuerit. *al.*

2 *laxius de quolibet impulsu, libidine sim.* (*in religione christ. praeter l. 49. 54. 75 sq.; c. gen. rei, quae -u petitur, maxime p. 2394, 2, ceterum saepe c. gen. poss. vel explic.* [*in iunctura quodammodo abundanti l. 46. 49. 54. al.*]): **a** *corporis humani; cum respectu*: **α** *veneris* (*adde l. 69, fort. et l. 27*): AVG. gen. ad litt. 9, 10 p. 279, 25 genitalibus membris ... imperare ... sicut ceteris, quae ... anima sine ulla molestia et quasi -u voluptatis movet. nupt. et concup. 1, 12, 13 huius plagae (*sc. peccati*) quidam -s in adulteriorum ... foeditatibus regnat, in conubiorum vero necessitudinibus servit. serm. 69, 4 *Adam* significans in illis foliis *ficulneis* -um libidinis (*cf. l. 60. p. 2391, 4*). MART. CAP. 1, 7 -ui subscalpentem circa ima corporis apposuerat voluptatem *Venus Ψυχῇ*. CASSIAN. conl. 12, 16, 2 sine ulla titillatione voluptatis ..., sine ullo -u corporis (*aliter l. 11*). 22, 3, 6 *ut diabolus nocte* absque ullo quidem carnis -u mentisve consensu ... egestione *seminis* nos polluat. *al. apud eundem.* **β** *gulae*: MACR. Sat. 7, 4, 31 -u desiderii (*antea*: gula ... lacessitur). CASSIAN. conl. 5, 4, 1 nonnumquam ... solius instigatione ac -u carnis oriuntur *gastrimargia et fornicatio.*

b *animi; c. respectu*: **α** *cuiuslibet peccati*: AVG. conf. 2, 8, 16 possem etiam solus ... committere *furtum* ... nec confricatione consciorum animorum accenderem -um cupiditatis meae. gen. c. Manich. 2, 15, 23 folia ... fici (*cf. l. 48*) -um quendam significant ..., quem ... animus patitur cupiditate et delectatione mentiendi. IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 2, 16, 1 hic ... miserorum -s et sponte aegrescentium (*sc. eorum, quibus placet per peccatum originale* delicta voluntatis imputare naturae, *ibid. 2, 15*). CASSIAN. conl. 23, 6, 5 lubricos occultosque -us, qui mentem ... subtili suggestione conpungunt. PETR. CHRYS. serm. 117, 5 vitiorum -s pestifer, delictorum letalia blandimenta. **β** *prava audiendi* (*sec. II Tim. 4, 3, v. p. 2392, 1*): AVG. in euang. Ioh. 97, 4 secreti furtique commemoratio ... -um facit audientibus in auribus spiritaliter fornicantibus, sicut -u quodam libidinis etiam in carne corrumpitur integritas castitatis. serm. 361, 1 *quidam* -um malarum aurium corrumpentes dicunt 'manducemus et bibamus *eqs.*' ([*I Cor. 15, 32*]. IVLIAN. in Am. 5, 13 *ut* -um a. sustinentes ineptis tantum fabulis acquiescant. ENNOD. opusc. 5, 15 p. 397, 15 -u a., ... gustandi oblectatione). CONSENT. Aug. epist. Divj. 12, 10, 1 tali ... -um invicem nostrum scalpebamus alloquio *detrectantes studium doctrinae.* **γ** *nimium vel prave loquendi*: MACR. Sat. 7, 2, 15 ut -um senectutis expleret *Nestor quam plurimum interrogando.* SIDON. epist. 3, 13, 10 *parasitus* -u laborat sermonis inhonesti. ENNOD. opusc. 2, 24 p. 295, 8 -s iste linguarum *prava dicentium.*

*deriv.: ?*pruritivus. *Grossardt.*

[prūrium, *sc. plur.* pruri(a), *perperam legebatur ligatura contempta* INSCR. Année Épigr. 1957 n. 279, 9 (*ad Serdicam; a. 152*) *pro* phruri(a), *v. ibid.* 2000 n. 1291 (*i. φρούρια. item* n. 1268 [*ad Marcianopolim; saec. II med.*]. *vocem inseras vol. X 1 p. 2058*).**]**

prūrulentus *v.* purulentus. **prūscus (-um)** *v.* ruscus (-um).

[prūsiniā vite *edd. vet. sec. var. l.* PLIN. nat. 14, 39 *pro* Perus-; *cf. Schulze, Zur Gesch. d. lat. Eigennamen, 1904, 207.***]**

prutanēum *v.* prytaneum.

[prydanis: prudentia GLOSS. *corruptum* (*subest fort. explicatio nominis* Prytanis *Verg. Aen. 9, 767*).**]**

prymna, (-ae) *f., πρύμνα.* NOT. Tir. 109, 78 -a (*scrib.* pri-; *antea*: prura, *i.* pro-).

prymnēsius (prosnes- *l. 28*), -a, -um, *πρυμνήσιος* (*lat. trad. formis corruptis tantum*). [*a forma* prosnesium *it. vet.* provese, *venet.* provese. *cf. Alessio, Lex. etym., 1976, 334. C. S.*]

i. q. ad puppim pertinens (*usu pro subst. certe sub 2, fort. etiam sub 1*): **1** *de palo* (*quae notio gr. non occurrit reiciturque a Timpanaro, Nuovi contributi, 1994, 148 sqq.*): PAVL. FEST. p. 224 ⌊-us⌋ palus, ad quem funis nauticus religatur, quem alii tosillam dicunt (⌊..⌋ *trad.* prymes-, primes-, perimes-; *dub. utrum* -us, *an* -us palus *scriptori veteri, quem Verrius explicavit, tribuendum sit; nullo certo argumento nituntur, qui* LVCILIO *adscribunt, sc.* 1371 -us palus [*cf. vol. X 1, 174, 59 sqq.*]). **2** *de fune* (*cf. e. g. Etym. magn. p. 693 [628], 38 -α, τὰ ἀπόγεια σχοινία, οἷς ἐκ τῆς πρύμνης δεσμεῖται ἡ ναῦς πρὸς τῇ γῇ*): ISID. orig. 19, 4, 6 ⌊prosnesium⌋ funis, quo navis in litore ligatur ad palum (*lectio codd. confirmatur et* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2885 *et l. 18; forma fort. orta est e veriloquio explicationi cuidam perperam aptato* [*cf. l. 28*]).

prytanēum (-īum), -ī *n., πρυτανεῖον.* *scrib.* prut- *l. 41; praevalet forma* -eum, *quam confirmat cod. ant.* LIV. 41, 20, 7 (*cf.* CIL X 6 [*saec. I/II*], *ubi var. ll. apographorum referendae vid. ad* -aeum); -ium *trad.* CIC. Verr. *et* HIST. AVG.

significatur aedificium publicum, sedes summorum magistratuum civitatium quarundam graecarum (*addasne* GLOSS. *vol. II 2199, 63 sq.?*): CIC. Verr. II 4, 119 *in quadam regione Syracusarum est* forum ..., porticus, ornatissimum -um *eqs.* (*de eodem*: 4, 125 [126] *statua Sapphus* sublata de -o est). de orat. 1, 232 ut ei *Socrati* victus cotidianus in -o publice praeberetur (prut- *cod. potiores; respicitur Plat. apol. 36^{D} ut*: AMBR. in psalm. 118 serm. 16, 11, 1 [pit- *pars codd.*]. *cf. l. 44*). LIV. 41, 20, 7 Cyzici ⟨in⟩ -o (-um *cod.*), id est penetrale urbis, ubi publice, quibus is honos datus est, vescuntur (*in eadem urbe*: PLIN. nat. 36, 99 e -o – ita vocatur locus [*v. supra p. 1737, 75*]). CIL X 6 (*Regii; saec. I/II*) legavit municipibus ... in -o statuam. NOT. urb. Const. 6, 9 (*inter* necessaria civitatis aedificia) Cisternam Theodosianam, -um *eqs.* (prytt- *cod.*). SIDON. epist. 9, 9, 14 per gymnasia ... vel -a. *transfertur ad aedificium villae Hadrianae*: HIST. AVG. Hadr. 26, 5 ut in ea *villa* ... locorum celeberrima nomina inscriberet, velut Lycium, Academian, -um *eqs.*

prytanis, *acc.* -in *m., πρύτανις.* *appellatio summi magistratus civitatium quarundam graecarum*: LIV. 42, 45, 4 *Rhodius quidam* cum in summo magistratu esset, -in ipsi vocant, *eqs.* (*Polyb. 27, 3, 3 τότε πρυτανεύων*). SEN. dial. 9, 4, 5 consul aut -is ... administrare rem publicam *vis.*

cf. Onom. *Wieland.*

prytanīum *v.* prytaneum. **?psacas** *v.* psecas.

[psaces *corrupte trad.* ORIBAS. syn. 3 add. 56 La p. 914 'smygma Asclepius' faciens ad infrigdatos musculos et ad membrana, quae circa ossa sunt in corpore, et ⌊-s⌋ et sciaticis (⌊..⌋ *exspectes* psiadicis, *qui saepius memorantur iuxta* ischiadicos, *v. p. 2416, 31. 33. 38*).**]**

psagdas *m., ψάγδας.* *genus resinae*: PLIN. nat. 14, 123 in Asia quae *resina* fit e picea, admodum candida, ⌊-s⌋ vocatur (⌊..⌋ spa(r)gas *sim. trad.*).

psalacurna *v.* palacurna.

?psallentia, -ae *f.* *a* psallere (psallens), *si recte legitur.* *i. q. ratio psallendi vel meton. id quod psallitur* (*sc. liber psalmorum ita digestus, ut a Christ. cantari soleat*): Ps. HIER. epist. 46 (*Damasus Hieronymo* = EPIST. pontif. 242, *sc. spuria*) peto ..., ut sicut ... *in oriente* didicisti, ⌊Graecorum -am⌋ ad nos dirigere tua fraternitas delectetur (⌊..⌋ in gremio G. psallendum et *var. l., sc. Praef. bibl. psalm. p. 65, 15 B.; cf. responsum Hieronymi p. 2400, 68*).

⁂psallentium, -ī *n.* *a* psallere (*sec.* silentium, *cui in officiis ecclesiae christ. opponi potuit, cf. p. 2395, 4 et e. g. p. 2398, 68*). *apud solum* GREG. TVR. *et non nisi sing.; scrib. hic illic* sall-, *e. g.* Franc. 3, 18 p. 119, 14.

i. q. actio psallendi, psalmodia (*quae fit fere per choros in officiis*

[Schrickx]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ecclesiae [in caelo l. 3]; respiciuntur singuli psallentes l. 12. al.; sunt qui praeter necessitatem agnoscant notionem q. e. chorus, e. g. l. 9): GREG. TVR. Franc. 1, 48 p. 32, 6 multi ... in eius *Martini* transitum -um audierunt in caelum (2, 37 p. 86, 6 [*antea*: antefanam]. vit. patr. 7, 2 p. 687, 32 silentium erat; postea -um ... audiebatur). 2, 21 p. 67, 17 cum magno -o comitantibus clericis ... ad ecclesiam suam revertebatur (4, 1 p. 135, 18 cum magno -o deportata *regina defuncta*. 4, 13 p. 144, 20 discendente ... episcopo cum -o [*antea*: psallendo adire]. glor. mart. 82 p. 544, 2 cum grandi -o vel clericorum officio. *et saepe*). 4, 13 p. 145, 12 relicto -o *fugit episcopus* (*quae praecedunt v. l. 8*). 5, 20 p. 228, 25 numquam a -o cessare. 7, 1 p. 324, 16 in -o fletuque ... exegunt noctem (*cf. e. g.* glor. mart. 78 p. 541, 13 noctem totam in lacrimis et -o ducit *episcopus*). glor. conf. 72 p. 791, 8 -i chorum conspiciunt. glor. mart. 33 p. 509, 17 dicta gloria trinitati -i modolatio conquievit (*cf.* vit. patr. 1, 1 p. 664, 7 cum -i modolamine). *al.* -um instituere, *sc. fundatione monasterii*: GREG. TVR. Franc. 3, 5 p. 101, 16 -um ibi, *sc. Acauno,* assiduum instituens *Sigismundus rex* (*in eadem re*: glor. mart. 74 -um cotidianum).

psallio *v.* psallo. ***?psallista*** *v. p. 2406, 69.* *Schrickx.*

***psallo,** -ī, -itūrus, -ere, *ψάλλω* (*cf.* EVTYCH. gramm. V 477, 29 -o graecum). *scribitur hic illic* sal-, *e. g.* VET. LAT. psalm. 7, 18 (cod. 300). NOT. Tir. 106, 56 -it. *de formis: perf.* -i *testatur* PRISC. gramm. II 526, 20 (*allato* -erat BASS. *l. 62; alia exempla desunt*), *supin. non legi docet ibid.* 527, 21 (*cf. tamen part. fut.* -iturus CASSIOD. in psalm. 9, 1 l. 25). *formae heteroclit. vel corruptae: confusione sollemni* -et *pro* -it *e. g.* REGVLA mag. 47, 9; *ceterum* -ent *pro* -unt CASSIOD. hist. 8, 13, 19 REGVLA mag. 53, 50. *al.; singulariter occurrunt*: CHAR. gramm. p. 477, 30 -io. VET. LAT. psalm. 74, 10 (cod. 136) -ans (-am *Amelli*). PS. PHILO antiq. 32, 18 -averunt (*in codd. interpol.*). CONC. Tur. a. 567 p. 182 l. 192 -etur (*iuxta* celebretur). *legitur in sermone paganorum raro inde a* SALL. (*v. infra sub I*), *saepe in scripturis sacris* (*maxime* psalm.) *et apud Christianos inde a saec. IV med.* (*antea raro, sc. singulis binisve locis apud* TERT., PASS. Perp., IREN., ARNOB. nat.). [*confunditur in codd. maxime c.* pallere MART. CAP. 1, 1 (vers.). SIDON. carm. 16, 27. *al.* (*falsa var. l.* CONSVLT. Zacch. 3, 3, 16). *falsa var. l. pro* cantare CIC. Catil. 2, 23 (*sec. l. 47*), *pro* salire CALP. ecl. 4, 124.]

significatur primitus i. q. citharam sim. pulsare, chordis sonos elicere (v. IA et p. 2396, 2), accedit postea longeque praevalet notio canendi, sc. voce humana (*v. IB1 et p. 2396, 7; gr. respondere solet ψάλλειν, quod infra negleximus; notiones deflexas v. sub IB2 et IIB; usu intrans. praeter l. 71 et IIA2; pro subi. sunt fere homines, numina autem l. 56. 62 sq. 65 sqq. [angeli p. 2396, 33], res l. 58. p. 2396, 33. 35. 2397, 38. al.; part. praes.* -ens *pro subst. masc. l. 53. p. 2396, 64 et saepius, in iunctura* -entium chorus *e. g. p. 2396, 65. 70 et vol. III 1024, 40 sqq.*): **I** *vario usu*: **A** *mero fere respectu sonorum citharae sim.* (*cum contemptu quodam tamquam rei parum dignae Romanis e. g. 47. 49; saepius disting.* canere, cantare): SALL. Catil. 25, 2 *Sempronia fuit* litteris graecis latinis docta, -ere saltare (cantare *var. l.*) elegantius, quam necesse est probae *eqs.* (HOR. carm. 4, 13, 7. APVL. flor. 15, 12 *Pythagoras* -endi musicaeque omnis ... doctissimus. *cf.* HOR. epist. 2, 1, 33 pingimus atque -imus et luctamur Achivis doctius). SVET. Tit. 3, 2 qui cantaret et -ret iucunde scienterque. GELL. 19, 9, 3 scitissimos utriusque sexus, qui canerent voce et qui -rent. APVL. met. 5, 15, 2 *Psyche* iubet citharam loqui: -itur, tibias agere: sonatur, choros canere: cantatur. flor. 15, 9 (*describitur statua adulescentis*) dextra -entis gestu pulsabulum citharae admovet. Socr. 21 p. 169 non *necessaria est* ratio pingendi nec ratio -endi *eqs.* (*cf. l. 49*). ARNOB. nat. 3, 21 p. 178, 14 in caelo ... cantatur et -itur *a Musis*. PS. AVR. VICT. epit. 14, 2 *Hadrianus* potitus ... canendi, -endi ... scientia (*sim.* HIST. AVG. Hadr. 14, 9). SCHOL. Cic. Gron. A p. 346, 16. *-it plectrum*: MART. CAP. 9, 914 (vers.) -ente plectro concinentur nuptiae.

B *accedit clariusque apparet respectus vocis animantium*: **1** *notione communi de iis, qui cantant ad citharam sim.*: BASS. Prisc. gramm. II 527, 17 Calliope princeps sapienti -erat ore (*cf.* MART. CAP. 9, 888 [vers.] *non* temptat -ere Melpomene). AVR. VICT. Caes. 5, 5 dum *Nero* -ere per coetus ... in certamen coronae coepisset. MART. CAP. 1, 1 (vers.) *Hymenaeum* -entem. 9, 904 -endi materiem (*cf. 905* cantus; ... organicarum vocum ... permixtio). 9, 906 -entes ... Gratiae admixtis lyrae vocibus ... advenere. **2** *notione deflexa de iis: qui cantant irridentes* (*vix explices sec. p. 2397, 60*): VET. LAT. psalm. 68, 13 (cod. 303. *al., sim.* VVLG.) in me *ieiunantem* -bant, qui bibebant vinum (*antea*: detrahebant; Hier. epist. 117, 1, 3 -bant contra me, *psalt. sec. Hebr.* cantabant. *explicant e. g.* ARNOB. IVN. *ad loc.* l. 24 me -bant ebrii *primores civitatis*. CASSIOD. *ad loc.* l. 305 de fidelibus dicit ...; in deum -unt, qui actione probabili diriguntur [*v. IIB*]; ... alii hoc Iudaeis applicant ..., qui ... de nece domini ... garriebant). *?qui vana loquuntur sim.*: GLOSS. blaterare: ‹-ere›, vaniloqui (*mire e Non. p. 78, 30*; ‹ ‹ *ψελλίζειν Goetz dubitanter*).

II *in cultu Iudaeorum et Christianorum* (*inde etiam paganorum l. 43*): **A** *usu communi: in vet. test. fere viget respectus citharae sim. percutiendae* (*cf. Delling, Theol. Wb. NT VIII 497 et infra e. g. l. 23 sqq. 40. p. 2398, 10; explicatur e. g.* MAR. VICTORIN. in Eph. 5, 18 l. 22 '-entes', id est percutientes ... vel citharam vel cetera organa. VEREC. in cant. 9, 4 l. 33 -ere dicitur artifici manu psalterium contrectare. *saepius iuxta est* cantare, *e. g. l. 16. 20*). *saepius coniuncta est notio canendi* (*quod testantur e. g.* AVG. in psalm. 65, 3 l. 3 -ere est organum etiam assumere, quod psalterium dicitur, et pulsu ... vocibus concordare. IVLIAN. epit. in psalm. 149, 3 '-ent ei': ... cantica vestra organis adiuventur), *quae apud Christianos quam maxime praevalet* (*saepius iuxta ponitur* orare, *v. vol. IX 2, 1046, 65 sq.; cantabantur imprimis psalmi, ceterum cantica q. d. biblica, e. g. p. 2398, 4. 34, raro alia, e. g. p. 2397, 61. 2398, 2* [*cf. enim p. 2397, 52*]).

1 *intrans.*: **a** *-itur qualibet occasione*: VET. LAT. iud. 5, 3 (Rufin. Orig. in iud. 6, 3, *sim.* VVLG.; *loq. Debbora victoria parta*) domino cantabo, -am deo Istrahel ([*cod. 100. al.* psalmum dicam]. *item se -turum dicit, qui iam -it*: psalm. 7, 18 [cod. 303. *al.* = VVLG.] confitebor domino ... et -am nomini domini [*Hier. psalt. sec. Hebr.* cantabo, *quod saepius respondet, e. g.* 58, 18 cod. 300. *al.* = VVLG.]. 103, 33 [cod. 303. *al., sim.* VVLG., HIER. psalt. sec. Hebr.] cantabo domino ..., -am domino meo, quamdiu sum. *al.*). I reg. 16, 16 (cod. 91. *al., sim.* VVLG.) *servi* quaerant domino suo *Saul, quem arripuit spiritus dei malus,* virum scientem -ere deo in cythara; ... cytharizabit ... et refrigerabit *male affectum* (*in eadem re*: 16, 23 *v. p. 2398, 13.* RVFIN. Orig. in num. 18, 3 p. 171, 13 quibus *sonis* posset ... regem vexatum ... -endo mitigare. *al.; verba David canentis finguntur* PS. PHILO antiq. 60, 3). psalm. 9, 12 (cod. 300. *al., sim.* VVLG.) -ite domino ..., adnuntiate in gentibus mirabilia eius ([*Hier. psalt. sec. Hebr.* cantate]. *item imperat.*: 46, 7 sq. [*ibid.*] -ite deo nostro, -ite; -ite regi nostro, -ite; ... -ite intellegenter [*Hier. ubique* canite]. 67, 33 [*ibid.*]. *al.*). PASS. Perp. 18, 7 Perpetua, *cum induceretur in amphitheatrum,* -bat (*item in martyrio*: RVFIN. hist. 8, 9, 5 PRVD. perist. 5, 313. *al.*). AMBR. hex. 5, 11, 35 *Iona* -bat in utero ceti (*v. Ion. 2, 2 sqq.; in eadem re*: SIDON. carm. 16, 27 -ente cibo [pallente *var. l.*]). in psalm. 1, 2, 1 laudant angeli dominum, -unt ei potestates caelorum *eqs.* (*item in caelo, vita aeterna*: PRVD. cath. 9, 22 -at altitudo caeli *eqs.* AVG. gen. ad litt. 12, 17 p. 405, 12 piorum -entium laetitiam. in psalm. 85, 24 l. 38. *al.; cf. p. 2397, 61*). 1, 3 *David* -endi munere caelestis nobis instar conversationis instituit. 40, 40, 2 qui -it, in laetitia est (*cf. e. g.* AVG. in psalm. 7, 19 l. 45 -ere ... ad gaudium pertinet. CAES. AREL. serm. 77, 6 -endo ad spiritalem ... laetitiam pervenire). in psalm. 118 serm. 7, 26, 2 prophetae ... -endi peritum iubebant -ere, quo ... spiritalis infunderetur gratia (*cf. IV reg. 3, 15 infra p. 2406, 52*). AVG. in psalm. 46, 9 l. 15 gentes ... adorabant deos manu factos et -bant illis, sed non intellegenter (*sim. -unt pagani*: CASSIOD. in psalm. 9, 12 l. 196 ne in suis superstitionibus -endum putaret esse gentilitas). CASSIAN. conl. 12, 5, 4 solita -endi modulatione concinimus *versum* ([*psalm. 15, 8*]. *cf.* GREG. M. in Ezech. 2, 6, 21 l. 517 haec ... -endo dicimus). EVGIPP. Sev. 43, 8 *Severinus monachis,* ut -rent, imperavit (*in hora mortis ut e. g.* GREG. M. dial. 4, 11, 4 qui, illis *monachis* -entibus, orationi intentus animam reddidit). IVLIAN. epit. novell. 52 in his *oratoriis privatis* orare et -ere sine clericis. *al.* *qui -it, conscius esse debet eorum, quae profert*: VET. LAT. I Cor. 14, 15 (cod. 78. *al.* = VVLG.) -am spiritu, *sc. λαλῶν γλώσσῃ,* -am et mente (*Ambrosiast.* psalmum dicam [*bis*]. *explicat e. g.* PELAG. *ad l.* ut prius ipse intellegat, quod aliis est dicturus). AMBR. in psalm. 1, 12 intus ... canere ..., intus -ere. HIER. in Eph. 5, 19 p. 528^{C} magis animo quam voce (*ad p. 2398, 40 ut sim. e. g.* NICET. psalm. 2 l. 8). tract. in psalm. I p. 330 l. 24 bene -it, qui cantat in corde, ... in conscientia. NICET. psalm. 13 l. 1 intento sensu et vigilanti mente -amus (*affert* psalm. 46, 8, *v. p. 2398, 37*). *al.; cf. p. 2397, 47 sq. 2398, 30.*

b *-itur in caerimoniis, officiis sollemnibus*: **α** *Iudaeorum*: VET. LAT. II par. 5, 12 (cod. 109; *infertur arca foederis in templum*) *aderant* levit(a)e, qui -bant ([*gr. ψαλτῳδοί, Vulg.* cantores]. *in eadem re*: 5, 13 [*ibid.*] cum -rent et cum vocem darent [*gr. ψαλτῳδεῖν, Vulg.* concinentibus]). psalm. 67, 26 (cod. 300. *al.* = VVLG.) *in pompa quadam* praevenerunt principes coniuncti -entibus in medio iuvencularum tympanistriarum (*cf. e. g.* IVLIAN. epit. *ad l.* sequebatur chorus -entium). II Macc. 1, 30 (rec. X, *cf.* M) sacerdotes ... -bant (h)ymnis, usque dum consummatum est sacrificium (recc. V, P hymnos). FILASTR. 129, 6 in medio ... ea *arca dei* posita -bat cum populo ... David *eqs.* AMBR. in psalm. 43, 5, 1 *filii Core* -endi munus receperunt. HIER. in eccles. 12, 1 l. 40 conticescent ... in templo -entium chori. CONC. Narb. a. 589 p. 255 l. 69 ut Iudeis non liceat corpus deducere -endo. *al.*

β *Christianorum*: Ⓘ *generatim*: HIER. in Eph. 5, 19 p. 528^{D} quibus -endi in ecclesia officium est (*cf. e. g.* CANON. *p. 2406, 66*). epist. 108, 29, 1 *cum episcopi quidam* choros -entium ducerent (*in funere ut*: NOVELL. Iust. 59, 4, 1. CONC. Brac. a. 561, 7, 17 ut catechumenis sine

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

redemptione baptismi defunctis ... neque -endi impendatur officium. *al.; cf. p. 2396, 71*). NICET. psalm. 14 l. 12 ut sive in orando ... sive in -endo ... unitas servetur ab omnibus. AVG. epist. 29, 11 *in ecclesia* legebatur alternatim et -batur. CONC. Epaon. a. 517 p. 30 l. 177 qui *clerici* sacris cinerebus -endi frequentia famulentur (*in cultu reliquiarum ut*: CASSIOD. hist. 6, 31, 2 cum Christiani festivitatem deducto corpore *martyris* -entes agerent [*gr. Theodoret. 3, 10, 3 τὴν Δανϊτικὴν ᾄδοντες μελῳδίαν*]. GREG. TVR. vit. patr. 7, 4 p. 690, 5. *al.*). MARCELL. chron. II p. 97, 512, 2 multi orthodoxorum pristina voce -entes (*sc. spernentes additamentum haereticum in formula q. d. trishagion; cf. l. 63*). CASSIOD. hist. 5, 32, 7 *Flavianus et Diodorus* primi in duas partes choros -entium dividentes ex successione Daviticam melodiam cantare docuerunt (*per antiphonas ut*: ISID. orig. 6, 19, 7. *cf. l. 31. 66*). MART. BRAC. canon. 63 ad quotidianum -endi sacrificium matutinis vel vespertinis horis. CONC. Brac. a. 561, 7, 11 ut lectores in ecclesia habitu saeculari ornati non -ant. GREG. TVR. Franc. 5, 4 p. 199, 16 *die festo,* cum *cives* -entes de eclesiam egressi ad ... basilicam properarent (*sim. in processione*: 5, 11 p. 205, 16). ISID. eccl. off. 1, 5, 2 primitiva ... ecclesia ita -bat, ut modico flexu vocis faceret resonare -entem ita, ut pronuntianti vicinior esset quam canenti. *al. respicitur formula doxologiae q. d. psalmis in cantando addita* (*cf. l. 71*): CASSIOD. hist. 4, 34, 8 qui secundum traditionem Nicaeni concilii -rent deo (*gr. Sozom. 3, 20, 9 ὑμνοῦντας*). Ⓘⓘ *speciatim in monasteriis* (*cf. e. g. l. 50sq. 66*): HIER. reg. Pachom. 8 p. 15, 5 *si* -endi tempore ... aliquis loquatur aut rideat. RVFIN. hist. mon. 1, 6, 12 ad solita -endi et orandi officia (*cf. gr. 1, 52 ὕμνους*). CASSIAN. inst. 2, 11, 2 si quispiam iuniorum ... coeperit modum decantationis excedere, -entis progressio senioris interciditur plausu. 2, 11, 3 numquam amplius -unt in synaxi quam quattuor fratres. EVSEB. GALLIC. hom. 44, 3 qui *monachus* se de choro -entium ad comissationes ... subducit. REGVLA mag. 11, 116 *indicatur sono* -endi horam ... advenisse. 40, 1 prima, tertia, sexta, nona *hora* cum -itur, cum antifanis (*i.* -phon-) totum -atur *eqs. al.*

2 *accedit obi.* (*adiecimus struct. eius locum tenentes*): **a** *id, de quo agitur* (*aliter p. 2395, 71*): VET. LAT. psalm. 20, 14 (cod. 300. *al.* = VVLG.) *domine,* cantabimus et -emus virtutes tuas. IREN. 4, 27, 1 l. 11 *David* Christi adventum -bat. AMBR. in psalm. 47, 1, 2 ut *filii Core* ascensionem domini ... voce sua -rent. PRVD. perist. 6, 150 vestrum -ite rite Fructuosum *eqs.* (*-itur sanctus ut*: SIDON. epist. 9, 16, 3 vers. 65 primum mihi -at hymnus *episcopum quendam*). NICET. psalm. 9 l. 27 *Christus* a caelestibus cunctis ... -itur. ARNOB. IVN. in psalm. 70 l. 7 in -endo ⌊deo⌋ ([*nisi dat.*]. EPIPHAN. in euang. 56 p. 148, 7). SEDVL. carm. pasch. 1, 25 placidis caelestia -ere verbis (*sim.* PS. DAMAS. epigr. 1, 10 [*saec. VI?*] caelestia regna). CASSIOD. in psalm. 14, 5 l. 159 secreta tanti mysterii. *al.*

b *id, quod profertur*: **α** *pron., adi. neutr.* (*adv. l. 53; pauca selecta; cf. p. 2398, 51*): TERT. ieiun. 13 p. 292, 19 'quam iucundum habitare fratres in unum' (*psalm. 132, 1*); hoc tu -ere non facile nosti, nisi *eqs.* HIL. in psalm. 56, 9 quid ... confitendum ... -endumque ... esset. HIER. tract. in psalm. I p. 175 l. 6 ut intellegat quis, quod -it (*sim.* NICET. psalm. 13 l. 4 ut ... ipsum, quod -imus, cogitemus. ISID. reg. monach. 6, 2). REGVLA mag. 45, 18 *die festo quodam* sicut in dominica cum alleluia totum -atur (*cf. l. 31*). BENED. reg. 18, 24 *inertes sunt* monachi, qui minus a psalterio cum canticis ... per septimanae circulum -unt. CONC. Brac. a. 561, 7, 12 ut extra psalmos vel canonicarum scripturarum ... nihil poetice compositum in ecclesia -atur. *al.* sic(ut) (*si huc spectat; cf. l. 72*): HIER. epist. 106, 46, 5 sic -endum *esse,* ut nos interpretati sumus (*sc.* 'quiescere faciamus', *non* 'incendamus', *psalm. 73, 8*). SIDON. epist. 2, 10, 4 vers. 28. BENED. reg. 13, 10 sicut. **β** *subst.*: IREN. 4, 27, 1 l. 39 David ... psalmum exomologeseos -bat (PS. PHILO antiq. 59, 4. AMBR. in psalm. 38, 1, 1 [*syn.* canendum]. CASSIAN. inst. 2, 11, 3 senos. BENED. reg. 17, 6 in directum [*opp.* cum antiphonas]. *al.; -untur more perverso*: VEREC. in cant. 9, 3 l. 5 in conviviis ... ad ebrietatis augmentum p. et divina cantica [*aliter p. 2403, 3*]). HIL. hymn. 2, 44 ymnos perennes angelorum cum choris ... -am (AMBR. off. 3, 17, 100. *al., e. g. p. 2396, 66; respicitur trishagion q. d.* [*cf. l. 10*]: MARCELL. chron. II p. 98, 512, 4 hymnum trinitatis). AVG. epist. 55, 34 divina cantica (CYPR. GALL. exod. 506. VEREC. in cant. 1, 1 ut eodem sono cantuque -antur, quo solent ... psalmi cantari. *al.*). CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 91, 4 *monachi* -entes antiphonas (REGVLA mag. 45, 1 a. et responsoria ... cum alleluia. ITIN. Anton. Plac. rec. A 40. *al.*). PRAEDEST. 2, 4 l. 55 (= 3, 17 l. 7) legentes et -entes hos versiculos (CAES. AREL. serm. 75, 3 p. 301, 10). CORIPP. Ioh. 8, 328 dulcia -unt carmina ... *sacerdotales* ministri. CONC. Narb. a. 589 p. 254 l. 24 ut in -endis ordinibus per quemque psalmo gloria dicatur ... deo. *al.*

γ *oratio recta*: MAR. VICTORIN. adv. Arium 2, 12 l. 5 *David* sic deo -it, sic canit: '...' (ARNOB. IVN. in psalm. 140 l. 66). PS. PHILO antiq. 21, 9 -bant ... domus Israel in voce magna dicens: '...' ([*III reg. 8, 20. al.*]. AMBR. apol. Dav. I 17, 82 de Sion. *al.; cf. e. g.* AVELL. 1, 8 [*a. 374/380*] *plebs* -bat ... et dicebat: '...'. CONC.^{S} I 5 p. 184, 8 David -it ... et ait: '...'). AMBR. apol. Dav. I 3, 12 (*sec. I reg. 18, 7*) ut puellae cum tympanis -rent: '...'. HIER. in Ezech. 44, 22 l. 1846 -ent cum propheta: '...' (*psalm. 72, 26*). AVG. in euang. Ioh. 13, 3 l. 12. CYPR. GALL. iud. 236 (*sc. iud. 5, 3 sqq.*).

al. -ere alleluia (*cf. p. 2397, 49. 67*): ARNOB. IVN. in psalm. 134 l. 70 *populus christ.* in canticis Davidicis -it a. CASSIOD. hist. 9, 27, 11 in templo Serapis. 9, 39, 3 REGVLA mag. 28, 47. *al.*

3 *appendix structurarum indicantium, quo instrumento -atur* (*fere locut. praepos. vel abl., vix agnoscas acc. obi. l. 11; adv. l. 37. 44*):

a *instrumentis musicis vel manu, qua percutiuntur*: VET. LAT. I reg. 16, 16 (cod. 91. *al.*) -ere deo in cythara ([VVLG. cithara, *var. l.* citharam]. psalm. 70, 22 [cod. 303. *al., sim.* VVLG.]. PS. PHILO antiq. 60, 1. *al.; cf.* per c.: PS. DAMAS. epigr. 1, 10). 16, 23 (Rufin. Orig. in num. 15, 1) adsumpsit David psalterium et -bat in manibus suis (19, 9 [Lucif. Athan. 1, 13 l. 60; VVLG. in manu sua]. *solo abl.*: VVLG. I reg. 18, 10 AVG. in psalm. 104, 2 l. 2. *al.*). psalm. 32, 2 (cod. 303. *al., sim.* VVLG.) in psalterio decem chordarum (149, 3 [*ibid.* = VVLG.] in tympano et p. AVG. in psalm. 104, 2 l. 2. *al.*). 97, 5 (*ibid., sim.* VVLG.) in cithara et voce psalmi, in tubis *eqs.* AMBR. apol. Dav. I 3, 12 p. 307, 16 cum tympanis (*adde l. 17; cf. l. 21*). IVLIAN. epit. in psalm. 70, 22 organa, quibus -batur, enumerat, tympanum et citharam atque alia huiusmodi (LIB. geneal. chron. I p. 164, 57 voce, non organo. *al.; cf.* per o.: CASSIOD. in psalm. 80, 4 l. 93).

al. **b** *hominum voce, verbis, ore sim.*: VET. LAT. psalm. 32, 3 (cod. 400. *al.*) bene -ite ei *domino* in iubilatione (*cod. 300. al.* canite, VVLG. in vociferatione, HIER. psalt. sec. Hebr. in iubilo). Sirach 50, 20 amplificaverunt -entes in vocibus suis ([*si ἀπὸ κουοῦ. cf. gr. 50, 18 ψαλτῳδοί*]. VITA Eugen. 4 p. 608^{B} modulatis v. *al.; sing.*: PS. PHILO antiq. 21, 9 in v. magna. AMBR. in psalm. 47, 1, 2 v. sua. NICET. psalm. 13 l. 24 lenta. *al., e. g. l. 22*). HIER. tract. in psalm. I p. 175 l. 7 *ne quis* corpore quidem videatur -ere, mens autem sine fructu sit (*sim.* ARNOB. IVN. in psalm. 65 l. 41). PAVL. NOL. carm. 21, 273 carminibus. epist. 5, 16 p. 35, 17 (*sec. p. 2403, 50*) hymnis et canticis spiritalibus (PAVL. PETRIC. Mart. 3, 270. *adde p. 2396, 66; cf. p. 2397, 61*). CYPR. GALL. exod. 506 Moysetis ... verbis ([*sc. exod. 15, 1 sqq.*]. SEDVL. carm. pasch. 1, 25 CAES. AREL. serm. 75, 2). ARNOB. IVN. in psalm. 58 l. 44 spiritu et ore (ISID. reg. monach. 6, 2. *cf. p. 2395, 62*). *al.* **c** *corde, mente sim.*: VET. LAT. psalm. 46, 8 (cod. 300. *al.*) -ite intellegenter ([VVLG. sapienter]. AVG. in euang. Ioh. 13, 3 l. 41. *al.*). I Cor. 14, 15 (cod. 78. *al.* = VVLG.) -am spiritu, -am et mente (*v. p. 2396, 52. 57 et* AMBR. in psalm. 118 serm. 7, 25, 3 REGVLA mag. 47, 19. *al.*). Eph. 5, 19 (*ibid.*) cantantes et -entes in cordibus vestris domino (NICET. psalm. 2 l. 11 non reprehendo -entes in corde. *al.; cf. e. g.* HIER. tract. in psalm. I p. 330 l. 22 non voce, sed corde. EVAGR. PONT. sent. virg. 35 rec. W l. 51 ex corde). AMBR. in Luc. 6, 8 cantare graviter, -ere spiritaliter *eqs.* (PROSP. in psalm. 137, 2 l. 14. VITA Caes. Arel. 2, 5 s. cum sanctis. *cf. l. 38*). *al.*

B *in explicatione allegorica transfertur ad opera bona, deo accepta*: HIL. in psalm. 65, 5 si digne nomini eius *dei* organi, id est corporis nostri, operatione -amus. HIER. tract. in psalm. I p. 41 l. 25 'cantate' in theoria semper significat scriptura ...; '-ere' autem in bono opere significat scriptura ..., ut *eqs.* p. 164 l. 81 -at manus in elemosyna, -at pes vadens in opere bono. AVG. in psalm. 65, 3 l. 6 -ite etiam, quod homines et videant et audiant; sed non nomini vestro. 91, 3 l. 58 *qui* operatur opera bona, -it deo. 146, 2 l. 15 cum manducas et bibis, -e ... frugaliter ... manducando et bibendo. PROSP. in psalm. 146, 1 in gloriam dei -ere, non voce tantum ..., sed multo amplius modulatione ... vitae. CASSIOD. in psalm. 46, 7 l. 98 -ere ... est bonis actionibus laudes deo cantare. *et saepius. cum respectu decem chordarum* (*sec.* psalm. 32, 2. 143, 9): AVG. in psalm. 143, 16 l. 9 in lege decem praeceptorum, ibi tibi -am. ARNOB. IVN. in psalm. 143 l. 45 sq. in psalterio decem chordarum -am tibi decem praecepta legis tuae suscipiens, et decem plagas *Aegypti* ... fugiens -am tibi. CASSIOD. in psalm. 32, 2 l. 73 -imus ... decem chordis, quando in quinque sensibus carnalibus et in quinque spiritalibus probabili nos conversatione tractamus. *al.*

*deriv.: ?*psallentia, psallentium, psaltor (-trix).

compos.: com-, superpsallo. *Breimeier.*

psalma, (-atis) *n., ψάλμα.* [*perperam exhibet ed. princ.* FORTVN. gramm. VI 282, 19 sq. *pro* plasmate.] *i. quod psallitur*: AVG. in psalm. 4, 4 l. 20 ut -a (psalmus *var. l.*) sit quod psallitur, diapsalma vero interpositum in psallendo silentium (*inde* ISID. orig. 6, 19, 15).

psalmicen, -inis *m.* *a* psalmus *et* canere. *i. qui psalmos canit* (*in appos.*): SIDON. epist. 5, 17, 3 quas *vigilias* alternante mulcedine monachi clericique -es concelebraverant.

psalmidicus, -a, -um. *a* psalmus *et* dicere (*cf.* hymnidicus). *i. q. psalmos dicens* (*adhibetur fere ad afferendos versus psalmorum*): PRISCILL. tract. 7, 116 iter -i sermonis intrantes 'ambulate in lege domini' ([*psalm. 118, 1*]. 10, 132. 137). PS. AVG. alterc. l. 450 H. respice, quid

[Schrickx]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-us David ait. AVELL. 231, 4 -i vox prophetae, qui ... inquit (PS. AVG. serm. ed. Caillau 1, 7, 9). *masc. pro subst.*: PS. AVG. alterc. l. 299 H. sic et -us refert: '...' (*psalm. 87, 10*).

psalmigrafus *v.* psalmographus.

psalmisonus, -a, -um. *a* psalmus *et* sonare (*cf.* hymnisonus). *i. q. psalmis sonans, psalmos canens: adi.*: ALC. AVIT. hom. 25 p. 146, 10 cum ad praesens psalmison⟨um⟩ sollemne perventum est. *neutr. pro subst. de cantu psalmorum*: VITAE patr. Iurens. 156 reliquiarum vasculis cum tripudio et exsultatione atque -o exhibitis (166). VITA Eutr. (BHL 2782) p. 15 -um nescioquid resonans *episcopus moribundus.*

psalmista, -ae *m. cum vox gr. non legi videatur, fort. lat. a* psalmus *formatum sec.* citharista, euangelista *sim. de origine*: ISID. orig. 7, 12, 24 -ae a psalmis canendis vocati. *scribitur etiam* sal- *in codd. rec. legitur inde ab* HIL. *Pictav., pluribus locis apud* AMBR., HIER., GREG. M., *semel tantum apud* AVG. *l. 22.* [*falsa var. l. pro* psalta *p. 2406, 38.*]

i. qui psalmos dicit (*psalterio sonat fort. l. 36; cf.* GLOSS. -a: *ψάλτης*): **1** *de eorum auctore* (*fere David, cf. e. g. l. 24. 26; non nisi sing.*): **a** *in afferendis vel attingendis versibus psalmorum*: HIL. in psalm. 118 nun (= 14) 18 utere ... voce -ae dicentis ista '...' (AMBR. obit. Theod. 17 -a dixit. HIER. epist. 17, 1 AVG. serm. 70, 3. *et saepius*). AMBR. epist. 2, 7, 9 pulchre -a ait: '...' (GAVDENT. serm. 12, 12. *al.*). HIER. epist. 58, 3, 5 de quo -a canit: '...' (hom. Orig. in Ezech. 2, 4 p. 346, 13 ut David -a canit. *cf. e. g.* in Is. 11, 38, 10 l. 29 G. decantat. PALLAD. hist. mon. II 13 p. 367[A] cantat ... sanctus -a David [*gr. p. 22, 24 ὁ ἱεροψάλτης, I 6, 7 p. 256[A]* conscriptor psalmorum]). hom. Orig. in Ier. 8 p. 642[C] secundum -am ([*Migne gr. 13, 357[B] ἐν ψαλμοῖς*]. CONC. Araus. a. 529 p. 59 l. 116. *cf.* HIER. in Matth. 23, 23 iuxta -am dicentem). RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 12, 23 dulcivocus -a ... praecipiebat (*Migne gr. 78, 988[C] ὁ μελῳδός*). *al.*

b *exempla cetera*: AMBR. paenit. 2, 8, 72 (*de se ipso*) raptus de tribunalibus ... a praeconis voce ad -ae adsuefactus canticum (*vix ad 2, v. Leeb, Die Psalmodie bei Ambr., 1967, 43*). CASSIOD. in psalm. 18, 1 l. 16 *ut deus David* sibi dignum faciat esse -am. GREG. M. epist. 9, 148 l. 148 cur -a ex legitimo coniugio prolatus in iniquitate conceptus est? (*subest psalm. 50, 7*). *?de David citharizante* (*sec. I reg. 16, 16, v. p. 2396, 21 sqq., sed respici vid. simul auctor psalmorum*): RVFIN. Greg. Naz. orat. 4, 14, 2 *spiritus* si pastorem invenerit, -am facit, ita ut psallendo malignos daemones fuget (*Migne gr. 36, 448[B] ψάλτην*).

2 *de clerico, cui in ecclesia canendi vel legendi sunt psalmi (simul de psaltis veteris testamenti l. 49 sq.; cf. l. 32 et var. ll. p. 2406, 66. 68. 70. 72): iuxta est* lector (*gr. resp. ψάλτης praeter* ISID.): CONC.[S] II 2, 2 p. 101, 7 in quibusdam provinciis conceditur l. vel -is matrimonia inire (*sim.* DIONYS. EXIG. *ibid.* p. 57, 22 vers. pr.; *sed* psaltis *vers. alt. ut p. 2406, 69*). CANON. Turner I 2, 1 p. 32[v], 2 subdiaconus vel l. sive -a *aleae dediti* (*cf. I 1 p. 29* cantor). ISID. orig. 7, 12, 24. 15, 4, 15 quod in eo *pulpito* l. vel -a positus ... conspici a populo possit. *exempla cetera*: SACR. Gelas. 746 -a, id est cantor, potest ... sola iussione praesbiteri officium suscipere cantandi. ISID. eccl. off. 2, 12, 1 sq. (tit. de -is) -arum, id est cantorum, principes vel auctores David sive Asaph extiterunt; ... *postea filii Asaph* erant ... -ae per successionem generis ...; (2) *inde* ecclesia sumpsit exemplum nutriendi -as, quorum cantibus ... mentes audientium excitentur; -am autem et voce et arte praeclarum ... esse oportet.

psalmizo, -āre. *fort. potius a* psalmus (*sec.* citharizare, *cf. l. 60 et deriv. lat., e. g.* tibizare), *cum gr. ψαλμίζειν non legi videatur. i. q. psallere, sc. psalmum cantare* (*cf.* GLOSS. II 480, 1 *ψάλλω*: nablizo, -o): NICET. psalm. 9 l. 4 ne officium -andi putetur inhibitum (psalmodiandi *var. l.; cf. 2 l. 3* qui superfluam ... existiment psalmorum ... decantationem). CASSIOD. in psalm. 97, 6 l. 150 dicit, ubi sit ... psallendum, ubi in psalmo citharizandum, ubi in cithara -andum (*ad 97, 5* psallite ... in cithara et voce psalmi). *Schrickx.*

[psalmocanticum *et* **canticumpsalmum** *subst. compositionis mirae vix recte agnoscunt edd.* CASSIOD. in psalm. praef. 7 l. 1 sq. 8 l. 1 sq. 10 l. 14; *quibus compositis in enarrationibus singulorum psalmorum, sc.* 29, 1. 47, 1. *al. vel* 82, 1. 87, 1. *al., nusquam utitur auctor, nec mirum, cum eius explicatio pendeat ex* HIL. psalm. instr. 19 l. 5 sq. canticum ... psalmi *et ibid.* l. 8 psalmus ... cantici. *si igitur easdem c. gen. iuncturas e var. ll. apud* CASSIOD. in psalm. praef. *restituere nolis, subesse putes asyndeton bimembre* psalmus canticum (*et* c. p.), *quod intellegi potest e. g. etiam* PSALT. Rom. 107, 1 canticum psalmus (psalmi VVLG.).**]**

[psalmodes *v. p. 2407, 63.***]** *Bk.*

psalmōdia, -ae *f., ψαλμῳδία* (*quod gr. respondet*). *scribitur* sal- *hic illic in codd. rec. legitur singulis locis apud* HIER. *et in* VITA Melaniae, *saepius saeculo VI.*

i. q. actio psalmos canendi (*vi deflexa sub 2b; gen.* -ae *in iunctura quodammodo abundanti l. 11 sq. 22*): **1** *in caerimoniis, officiis ecclesiae sollemnibus (saepe in monasteriis): iuxta est* oratio: HIER. epist. 108, 20, 1 *ut virgines sanctimoniales* in opere et cibo separatae -is et o. iungerentur. VITA Melaniae (BHL 5885) 42 in -a et o. ... vigilare. COMMON. patr. 1, 5 *frater hora nona* complebat omnes orationes et -am secundum regulam (1, 13 ex more [4, 9]. *cf.* EVGIPP. Sev. 39, 1 adimplebat. GREG. M. dial. 2, 4, 2 cum ... expleta -a sese fratres in o. dedissent). VITAE patr. 5, 5, 18. *al. exempla cetera*: VEREC. in cant. 1, 1 *canticum num. 21, 17 sq.* propter brevitatem nimiam in ecclesiastica -a cantari non solet. CASSIOD. hist. 4, 11, 4 dum ... consonantia -ae celebraretur. inst. 2, 2, 16 *monachus* vocis ... diligentiam in -ae cantatione custodit (*cf.* VITA Roman. rec. [BHL 7306] 10 -ae decantatione et hymnorum laudibus). in psalm. 33, 4 l. 84 *chori* -am domini alterna sibi successione respondent (33, 5 l. 89). 72, 1 l. 26 ecclesia ... immolationem corporis et sanguinis Christi et sanctam peragit -am. DIONYS. EXIG. vita Pachom. 39 l. 19 cadaver efferri ... praeter aliquam -am (*item in funere: ibid.* l. 23 consuetam. l. 33 solitam). BENED. reg. 17, 1 digessimus ordinem -ae (18, 20 disposito o. -ae diurnae). GREG. M. epist. 9, 7 l. 7 -ae officium sollemniter ... exhibere. *al.*

2 *variis occasionibus et generaliter*: **a** *vi communi*: CASSIOD. hist. 1, 11, 33 divinis potestatibus cum -a praecedentibus eam *animam in caelum sublatam* (*cf.* GREG. M. dial. 3, 31, 5 *caelitus* coepit ... -ae cantus ... audiri. *al.*). in psalm. 29, 7 l. 118 sanctis -am ... imperavit (*ad 29, 5* psallite domino, sancti, *ut ibid. 1 l. 17* iubens laudem dicere). 29, 13 l. 220 iustis ... indeficiens promittitur -a *in paradiso.* 136, 4 l. 87 -ae verba in locis profanis ... gesticulatione nefandissima canere. 136, 6 l. 114 -a est ... consolatio flentium *eqs.* RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 83, 1 *Paulus* noctes -is mutabat in dies. GREG. M. epist. 12, 5 l. 11 -ae et lacrimis horas vitae frequentius impende. in Ezech. 1, 1, 15 *Heliseus* psalten fecit applicari, ut prophetiae spiritus ad hunc per laudem -ae descenderet (*et bis ibid.; spectat ad IV reg. 3, 15, v. p. 2406, 52, sed de psalmo cantando cogitare vid. Greg. M.*). *al. in tit. libri* (*spurio, ut vid.*): SVPERSCR. Nicet. psalm. cod. B de -ae bono (*cf. cod. R* de utilitate hymnorum). **b** *vi deflexa: de actione David psalmos facientis*: DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 23, 7 p. 385[A] *propheta* per -am amoris sui magnitudinem confitetur et dicit: '...'. *meton. de ipso textu psalmorum* (*addasne l. 25?*): HESYCH. in lev. lib. 5 praef. p. 967[A] illo loco propheticae -ae: '...' (*psalm. 93, 12*).

[psalmōdio *v. p. 2399, 57.***]**

psalmographus, -ī *m., ψαλμογράφος* (*gr. exstat apud Theodoret. in psalm. 72, 1*). *scribitur in codd. ant.* salmografo HIL. trin. 4, 8 l. 43, psalmigrafus AMBROSIAST. in Rom. 10, 18, 2. 15, 3, 1 in I Cor. 9, 9; *sim. variant codd. rec. saepe* -mi- *et* -graph- *exhibentes.* NOT. Tir. 117, 87[a] -us. *legitur inde ab* HIL. *Pictav., plur. non nisi l. 62. 64.*

1 *notione originaria de eo, qui psalmos scribit* (*fere David, cf. l. 56. 60*): **a** *usu sollemni adhibetur ad afferendos vel attingendos versus psalmorum*: HIL. trin. 4, 8 l. 43 Paulo testante: '...' et -o dicente: '...' (LVCIF. Athan. 1, 24 l. 15 -i sermo dicentis: '...'. AMBROSIAST. in Rom. 10, 18, 2 rec. *β* quod ... -us de creatura dixit. *al.*). LVCIF. reg. apost. 10 l. 35 qui per -um notatur a spiritu sancto. HIER. in Ier. 6, 37, 7 iuxta illud -i dicentis (GREG. TVR. vit. patr. 5 praef. *cf.* FVLG. RVSP. trin. 6, 3 secundum illud -i). PS. AMBR. serm. 46 (Corp. Christ. 69, 258), 31 sicut ait ... -us (SIDON. epist. 7, 9, 21. *al.*). APRING. in apoc. 4, 1 l. 21 illud, quod -us canit (*cf. l. 54. 58 et* GREG. TVR. glor. conf. 22 cantavit). VEN. FORT. laud. Mar. 21 -i plectro cantata est ista virago. *et saepius. iuxta subst.* (*agnoscas potius appos. quam usum pro adi.*): PS. MAR. VICTORIN. phys. 18 propheta -us David ... ait: '...' (PETIL. Aug. c. Petil. 2, 51, 117 D. p. -us. PS. AVG. serm. ed. Mai 49, 2). PS. AMBR. epist. 2, 1 -us ⌊vates canit⌋ (vaticinavit dicens *var. l. BHL 3514*). ARNOB. IVN. in psalm. 103 l. 130 -us patriarcha. **b** *exempla cetera*: CARM. adv. Marc. 3, 130 -us David magnus rex atque propheta *erat.* RVFIN. symb. 27 l. 41 nullus super hoc propheta, nullus legislator aut -us siluit. CASSIOD. in psalm. praef. 2 l. 26 -os ... fuisse *Idithum aliosque* historia nulla testatur (*l. 19* auctores ... psalmorum. *cf.* 41, 1 l. 3 *filii Core* nomina cantorum sunt, non -orum). *al.*

2 *transfertur ad ipsum librum psalmorum*: PS. VIGIL. THAPS. trin. 1, 65 in -o scriptum est: '...' (*psalm. 83, 8*). PS. HIER. epist. 47, 1 (= PRAEF. bibl. psalm. p. 65, 25 B.) ut secundum simplicitatem septuaginta interpretum ⌊canens -um interpretari festinem⌋ (canentes -um me interpretare festines PRAEF.; *ad rem cf. iussum Damasi p. 2394, 67*).

[psalmosaltrum *v. p. 2405, 26.***]** *Schrickx.*

psalmus, -ī *m., ψαλμός. orig. gr. testatur* CASSIOD. in psalm. praef. 4 l. 24; *a* psalterium *sec. p. 2401, 39 derivatur* PS. ORIG. in psalm. 91, 1 EVCHER. instr. 1 l. 872. *al. scribitur* salm- CE 653, 5 (*a. 373*) *et hic illic in var. l. codd., e. g.* VVLG. Is. 38, 20. *abbreviatur* psl VET. LAT. psalm. 3, 1 (cod. 305 *saec. VIII*). *al. ibid.; ceterum cf. Lindsay, Notae Lat., 1915,*

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

438. de notione v. l. 23 sqq. 30 sqq. legitur in script. sacris (maxime psalm.) *et apud Christianos inde a* TERT.

i. q. ψαλμός (item GLOSS.; *quod non notavimus, ubicumque infra gr. respondet; significatur fere actus vel effectus psallendi praeter metonymias l. 14. p. 2402, 68. 2403, 68*): **I** *mero respectu musicae*: **A** *de actione psallendi per organa, sc. psalterium sim.*: VET. LAT. Am. 5, 23 (Hier. *ad l.*) -um organorum tuorum non audiam **(**[*Vulg.* cantica lyrae]. PS. PHILO antiq. 2, 7 *Iobal* initiavit docere omnem -um o. [*8* percutere ... cytharam; *v. p. 2405, 20*]**)**. HIL. psalm. instr. 19 *in musicis artibus* -us est, cum cessante voce pulsus tantum organi concinentis auditur (*disting.* canticum *al.; sim.* CASSIOD. in psalm. praef. 5 l. 2). in psalm. 65, 5 ut per organum -us est, ita et corporis nostri, quod animae ... organum est, artificiosis operibus est placendum. **B** *de instrumento, sc. psalterio (per meton.)*: VET. LAT. Iob 21, 12 (Ambr. Iob 2, 4, 16) *impiorum pueri* ludunt accipientes psalterium et citharam et delectantur voce -i **(**[*Hier. interpr.* ad v. organi, *sim. Vulg.*]. psalm. 97, 5 [cod. 300. *al.* = VVLG.] psallite domino ... in cithara et voce -i [*6* v. tubae]**)**. psalm. 80, 3 (cod. 300. *al., sim.* VVLG.) accipite -um et date tympanum psalterium pulchrum cum cithara **(***Hier. psalt. sec. Hebr.* carmen; *instrumentum musicum intellegit* CASSIOD. *ad loc.* l. 55, *spiritaliter explicat* AVG.; *alludit* PETR. CHRYS. serm. 6, 1 -um sumere, dare tympanum [*ad Luc. 15, 25*]**)**. HIER. interpr. Iob 30, 31 versa est in luctum cithara mea, et -us meus in fletu (*Vulg.* organum). *explicationes (respicitur fere forma instrumenti, cf. p. 2404, 71)*: CASSIOD. in psalm. 4, 1 l. 13 -us est ... organum musicum capite sonorum (*disting.* canticum *ut*: 65, 1 l. 8 ex superioribus sonat). 70, 22 l. 458 -us ... de superioribus sonat, cithara de inferioribus melos ad superna transmittit (146, 1 l. 27 -us ... est ... organum musicum, sicut c. [*aliter ad eundem locum* AVG. *l. 39*]).

II *c. respectu carminis, quod canebatur prius concinente psalterio, apud Christ. fere sola voce. definitiones, explicationes potiores (cf. e. g. l. 64. p. 2402, 33; aliter l. 4)*: HIL. psalm. instr. 21 musicae artis quadrifaria diversitas (*v. l. 9*) -orum est diversitatibus coaptata, ut -us per corporei organi motum in commemoratione gestorum sit, canticum vero per sapientiae cognitionem habeat in se doctrinae scientiam *eqs.* (*sim. distinguuntur*: HIER. tract. in psalm. I p. 201 l. 2sq. c. ... refertur in sensum, -us vero in corporalia; ... c. in theoriam refertur, -us autem in practicen, hoc est in opere. AVG. in psalm. 67, 1. *al.*). HIER. in Ezech. 9, 29 l. 943 carmen est (*v. l. 63*). AVG. in psalm. 4, 1 ne forte ... -i ... dicantur, qui cantantur ad psalterium (*sim.* 146, 2 -us ... cantus est ... ad p. *al.; cf. p. 2400, 72. 2402, 55*). GLOSS. -us: cantus. *iuxta ponuntur vel pro syn. sunt* antiphona *p. 2403, 13. 14 et e. g.* PS. AVG. reg. II 2, canticum *p. 2403, 16. 50. al.* (*cf. iuncturam per gen. p. 2402, 29*), carmen *e. g. l. 71* (*cf.* carmen -i: ORIENT. comm. 1, 359 ARNOB. IVN. in psalm. 101 l. 13 EPIST. Austras. 22, 2), hymnus *vol. VI 3, 3144, 34 sqq.*, oratio *vol. IX 2, 888, 74 sqq.*

A *pertinet ad cultum divinum*: **1** *usu communi de -is illis veteris testamenti (sc. qui libro -orum collecti sunt; de aliis p. 2402, 73 et fort.* VVLG. Is. 38, 20 Hab. 3, 19): **a** *exempla potius rem describentia (sc. argumenta, auctores, appellationes, partes variasque condiciones)*: **α** *generatim*: TERT. adv. Iud. 10, 13 vicesimus primus -us totam Christi continens passionem (*cf. p. 2402, 23*). adv. Marc. 3, 20 p. 411, 10 iuratur in -o ad David: '...' (*et passim in afferendis verbis -i, e. g.* CYPR. testim. 1, 3 item in -o XXVI. LACT. inst. 4, 8, 14 *David* divinorum scriptor hymnorum in -o XXXII sic ait. *cf. p. 2402, 57. 2404, 32. 43*). CYPR. epist. 4, 1, 2 in -is ... spiritus sanctus admonet ... dicens *eqs.* (hab. virg. 1 in -is loquitur s. s.: '...'. FIRM. err. 20, 2. HIER. in psalm. 1 l. 2 hunc -um quasi praefationem esse s. sancti. *al.*). HIL. psalm. instr. 2 sunt ... plures ... -orum scriptores; nam aliquibus David auctor praescribitur, in aliquibus Salomon *eqs.* (*sim. e. g.* HIER. psalt. sec. Hebr. praef. l. 6; *aliter e. g.* AVG. civ. 17, 14 p. 236, 11 credibilius videntur existimare, qui omnes ... -os eius *David* operi tribuunt eumque aliquos praenotasse etiam nominibus aliorum. *cf. l. 52*). FILASTR. 130, 5 de inaequalitate ... -orum secundum historiam ... hoc dixerunt *eqs.* (*cf.* HIER. in Ezech. 9, 29 l. 943 in -is ..., quia carmen est lyricum, historiae ordo non quaeritur). AMBR. in psalm. 1, 9 -us ... benedictio populi est, dei laus, plebis laudatio *eqs.* HEGES. 5, 2, 1 p. 296, 5 suavitatem -orum. HIER. epist. 28, 2, 1 -i tunc temporis iuncta voce ad organum canebantur (*cf. e. g. l. 39*). 30, 3, 1 quattuor -os secundum ordinem Hebraeorum incipere elementorum (*cf. e. g.* in psalm. 111 hic -us ... secundum ordinem scribitur litterarum, et ideo ethicus est ... et per elementorum exordia provehens ad maiora. AVG. in psalm. 118, serm. 32, 8). IVLIAN. in psalm. 9, 22ª tam apud Syros quam apud Hebraeos alter -us hinc incipit. epit. in psalm. 116 praef. hoc carmen superiori -o ut ordine, sic argumento coniungitur. CIL X 761 (*aet. infimae*) ebeniat ei *violatori sepulcri,* cot (*i.* quod) est in -u(m) CVIII (*acc. pro abl.*). *al. de commentariis -orum*: SVPERSCR. Hil. psalm. instr. cod. V instructio -orum. *ibid.* in psalm. 118 cod. L tractatus -i CXVIII (POSSID. indic. p. 182. *al.*). Ambr. in psalm. 118 serm. cod. A *al.* expositio de -o CXVIII (HIER. epist. 51, 5, 4 [*Epiphan.*]. *al.*). HIER. epist. 33, 4, 2 *scripsit Origenes* excerpta in -os. 34, 1, 2 centesimi vicesimi sexti -i commentarium (61, 2, 3. *al.*). *al.*

β *speciatim*: ① *de appellatione singulorum -orum: sec. auctorem -i vel eum, cui -us destinatus est sim.*: VET. LAT. psalm. 3, 1 (cod. 300. *al., sim.* VVLG.) -us David, cum fugeret a facie Abessalon **(***ita saepe, sc. ambiguum inter gen. et dat. sec. hebr. [v. e. g. Westermann, Bibl.-Hist. Handwörterb. III 1527]; confirmatur dat. pronomine, e. g.* 7, 1 [*ibid.*] -us ipsi D. [*gr. τῷ Δ., ut locis cet. praeter* 16, 1 *et* 36, 1 *τοῦ Δ.*], *intellegitur gen. e. g.* HIL. psalm. instr. 3. *cf.* Daviticus *Onom. III 62, 31 sqq.***)**. 46, 1 (*ibid.*) filiis Chore -us ipsi David ([VVLG. pro f. C.]. 48, 1 [*ibid.*] in finem f. C. -us. *al.*). 70, 1 (*ibid.*) -us David filiorum Ionadab et priorum captivorum. 72, 1 (*ibid.*) -us Asaph (76, 1 [*ibid.*] in finem pro Iditum -us A. *al.*). *al. sec. argumentum, occasionem sim.*: VET. LAT. psalm. 4, 1 (cod. 300. *al., sim.* VVLG.) in finem -us, canticum David **(**108, 1 [*ibid.*]. AMBR. in psalm. 61, 1 -i, qui titulantur in f. *al.; v. quae monuimus vol. VI 1, 797, 82 sqq.***)**. 8, 1 (*ibid.*) in finem pro torcularibus, -us ipsi David (RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 185, 13. *al.*). 28, 1 (*ibid.*) -us ipsi David consummationis tabernaculi. 99, 1 (*ibid.*) -us in confessione. 143, 1 (*ibid.*) ⌊-us⌋ ad Goliam (⌊ ⌋ *om. gr. et Vulg.*). HIL. in psalm. 119, 6 -os ... graduum quindecim legimus (HIER. tract. in psalm. I p. 246 l. 20. *al.; ad rem v. vol. VI 2, 2157, 16 sqq.; cf.* gradalis *ibid. 2134, 37 sq.*). trin. 11, 15 in -o passionis (*sc. psalm. 21 ut*: AVG. c. Parm. 1, 7, 12 p. 31, 25. *al.*). HIER. epist. 36, 9, 1 quinquagesimum *positum esse* -um paenitentiae (*de eodem*: AVG. serm. 20, 1 -us est paenitentis. *cf. e. g. p. 2397, 57 et* CASSIOD. in psalm. 150 l. 228 paenitentium septem -i esse). *al. per gen. ident. q. d.* (*cf. asyndeton p. 2399, 68*): VET. LAT. psalm. 29, 1 (cod. 300, *sim.* VVLG., HIER. psalt. sec. Hebr.) -us cantici dedicationis domus David **(**86, 1 [*ibid.*]. *al.; vice versa* canticum -i: 65, 1 [*ibid.*]. 87, 1 [cod. 325. *al.* = VVLG.; c. diapsalmi *cod. 300,* c. carminis *Hier.*]. *al.; differentiam explicat* HIL. psalm. instr. 19, *v. vol. III 284, 55 sqq.* [*sim.* CASSIOD. in psalm. praef. 7 sq.; *paulo aliter* 66, 1 l. 10 -us ... cantici est, qui sola humanae vocis modulatione canebatur]**)**. ② *de appellatione collectionis totius: per iuncturas cum gen.* -orum: VET. LAT. Luc. 20, 42 (cod. 5 = VVLG.) David dicit in libro -orum '...' **(**act. 1, 20 [*ibid.*]. MAR. VICTORIN. adv. Arium 2, 12 l. 3. HIL. psalm. instr. 1 neque secundum quosdam Hebraeos quinque libri, neque secundum plurimorum simplicitatem '-i David' dicendi sunt, sed secundum apostolicam auctoritatem 'l. -orum' esse noscendus est. *al.; de singulis libris e. g.* ARNOB. IVN. confl. 1, 5 l. 228 in l. primo -orum**)**. AMBR. in psalm. 40, 38, 1 unum corpus est ...'-orum (HIER. epist. 112, 20, 2 CASSIOD. inst. 1, 4, 4. *al.*). HIER. Didym. spir. 3, 7 de -orum volumine testimonium proferens *Paulus* (epist. 140, 4, 2 aiunt Hebraei uno -orum v. quinque libros contineri. *al.*). *al. per solum plur.* -i: VET. LAT. Luc. 24, 44 (cod. 5, *sim.* VVLG.) quae scripta sunt in lege Moysei et prophetis et -is (RVFIN. Orig. in num. 17, 4 p. 163, 13 ex verbis legis et p., ex sermonibus -orum. ARATOR act. 2, 208 -i, lex atque p. *al.*). TERT. adv. Marc. 3, 20 p. 410, 15 statim tibi in -is promissio patris occurret (*affert psalm. 2, 7 sq.*). LACT. inst. 4, 16, 6 David in principio -orum suorum ... ait (*cf.* -i David *l. 38 et e. g.* RVFIN. symb. 35). FIRM. err. 20, 2 in -is etiam simile responsum est. HIL. myst. 2, 4, 1 ut in -is dictum est. RVFIN. Orig. in num. 27, 1 p. 256, 16 cum leguntur euangelia vel apostolus aut -i (VINCENT. LER. comm. 25, 1 per singula quaeque sanctae legis volumina, ... per -os, per apostolos *eqs. al.*). CASSIOD. in psalm. praef. 4 l. 13 opus daviticum -os dictos esse *sec. formam psalterii* (*v. p. 2401, 23*). *al.* ③ *de partibus -i*: TERT. adv. Marc. 3, 22 p. 415, 8 ab ... iudaismo divertentes ... -um exequebantur: 'disrumpamus vincula *eqs.*' **(***psalm. 2, 3. item sing.* -us *pro versu quodam -i*: 4, 43 p. 568, 11 *Christus* -um adimplendo praecepit *aliquid, sc. psalm. 18, 5.* SVLP. SEV. Mart. 9, 7 divino nutu -um hunc lectum fuisse [*6* quem primum versum invenit, arripuit, *sc. psalm. 8, 3*]. *al.***)**. HIL. psalm. instr. 2 *ut* in plurimis ... codicibus sine horum *auctorum* nominibus simplices tantum -orum tituli praeferantur (ZENO 2, 11, 1 inscriptio ... tituli -i. AMBR. in psalm. 45, 1, 1. *al.*). FAVSTIN. trin. 3, 2 l. 6 his -orum versibus (AVG. civ. 17, 18 p. 244, 12 versum -i). AMBR. bon. mort. 3, 8 superior versiculus -i eius (RVFIN. Orig. princ. 2, 4, 4 secundi -i ... v. ARNOB. IVN. in psalm. 21 l. 2. *al.*). COLLECT. Arian. c. Iud. 9, 8 in ipso -o in capite (*cf.* in capite -i: AVG. in psalm. 105, 1 l. 23 ARNOB. IVN. in psalm. 5 l. 11. *al.*). *al.* ④ *meton. de ipso psalmista*: VET. LAT. II reg. 23, 1 (cod. 91. *al.*) *David* fidelis vir ... et speciosus -us Israel (*Vulg.* psalta).

b *exempla illustrantia, quo in usu fuerint -i*: **α** *generatim*: VET. LAT. II par. 35, 15 (cod. 109) -os cantantes filii Asaph (*in faciendo pascha; gr. ψαλμῳδοί, Vulg.* cantores). Iudith 16, 1 (cod. 130, *sim. al.*) *victoria parta* dixit Iudit(h): '... canite deo ..., conponite illi -um' (VVLG. 16, 2 -um novum). psalm. 94, 2 (cod. 300. *al.* = VVLG.) in -is iubilemus ei (*Hier. psalt. sec. Hebr.* in canticis). TERT. spect. 25 p. 25, 10

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*ironice*) *Christianus* inter effeminati tibicinis modos -um secum comminiscetur. uxor. 2, 8 l. 53 *in matrimonio* sonant inter duos -i et hymni. CYPR. ad Donat. 16 sonet -os convivium sobrium. CE 653, 5 (*a. 373*) ut semper ... -os ... dicamus *defunctae*. AVG. conf. 9, 12, 31 *inter lugentes* psalterium arripuit Euodius et cantare coepit -um, cui respondebamus. epist. 185, 27 cum ... nostri *episcopum exsanguem* cum -is auferre temptarent. COMM. instr. 2, 19, 18 pro -is cantatis amores (*inde varie emendatur* 1, 34, 12). OROS. hist. 7, 36, 5 orationibus, ieiuniis, -is dies noctesque continuans sine bello victoriam meruit *Maszecel. al.*

β *speciatim adhibentur -i in officio ecclesiae christ.* (*saepius apud monachos; cf. sub 2*): Ⓘ *vario usu*: TERT. anim. 9, 4 *inter dominica sollemnia* scripturae leguntur, -i canuntur *eqs.* PEREGR. Aeth. 24, 4 *hora decima* dicuntur ... -i lucernares, sed et antiphonae (*cf. l. 15 et* -i lucernariae: REGVLA mag. 36 tit. 36, 1. 41, 1). 25, 5 -i vel antiphonae ..., qui per diem vel sexta aut nona vel ad lucernare *dicuntur*. GAVDENT. serm. 4, 17 orationibus, hymnis, -is et canticis spiritalibus ... incumbite, *neophyti*. AVG. in psalm. 46, 1 in hoc -o, quem cantatum audivimus, cui cantando respondimus, ... sumus dicturi (*cf. e. g.* serm. 22, 1 audivimus et contremuimus, quod in voce -i est prophetatum). SVLP. SEV. epist. 3, 21 *in funere* Martino divinis plauditur -is, Martinus hymnis caelestibus honoratur. CASSIAN. conl. 7, 23, 1 vigilias celebrantes -is et orationibus seu lectionibus inhaerebant. inst. 2, 4 *in Aegypto* duodenarius -orum numerus ... in vespertinis ... sollemnitatibus custoditur. 3, 8, 2 usque ad matutinos -os (REGVLA mag. 35, 1. 39, 1. *cf.* CAES. AREL. serm. 118, 1 -os matutinales). CE 1423, 9 (*saec. V; loq. archidiaconus*) qui voce -os modulatus et arte ... cecini verba sacrata. ALC. AVIT. hom. 6 p. 111, 6 dummodo -orum officia ... persolverentur *rogationum diebus*. CONC. Agath. a. 506 p. 206 l. 261 in conclusione ... vespertinarum missarum post hymnos capitella de -is dici. Tur. a. 567 p. 183 l. 199 (*de ordine psallendi*) ut in diebus aestivis ad matutina sex antephan(a)e binis -is explicentur *eqs. al.* Ⓘⓘ *c. respectu respondendi* (*cf. l. 5*): TERT. orat. 27 p. 198, 15 subiungere in orationibus alleluia ... et hoc genus -os, quorum ⌊clausulis⌋ (*abl.*) respondeant, qui simul sunt (*cf. e. g. l. 18 et* -um respondere: PEREGR. Aeth. 24, 1 CASSIAN. inst. 3, 8, 4 uno modulante). PEREGR. Aeth. 27, 8 tota ... nocte vicibus dicuntur -i responsorii, vicibus antiphonae, vicibus lectiones diversae (PS. AVG. reg. II 2 GREG. TVR. Franc. 8, 3). AMBR. in psalm. 45, 15, 2 quod hodie in -i responsorio decantatum est (*affertur psalm. 39, 2*). AVG. conf. 9, 7, 15 hymni et -i ut canerentur secundum morem orientalium partium, ... institutum est *in ecclesia Mediolanensi* (*ad rem v. Leeb, Die Psalmodie bei Ambr., 1967, 90 sqq.*). CASSIAN. inst. 2, 8 ut uno cantante in clausula -i omnes adstantes concinant ... 'gloria patri *eqs.*'. BENED. reg. 17, 9 qui -i directanei sine antiphona dicendi sunt. *al.*

2 *per similitudinem de novis hymnis sim. Christianorum (etiam haereticorum; in allegoria l. 61; ad rem v. Bastiaensen, Studia patrist. 21, 1989, 15 sqq.): in novo test.* (*sunt qui ad 1 trahant*): VET. LAT. I Cor. 14, 26 (cod. 75 = VVLG.) cum convenitis, unusquisque vestrum -um habet, doctrinam habet *eqs.* (*cf.* AMBROSIAST. *ad l.* 1 laudem dei per cantum eloquitur). Eph. 5, 19 (cod. 75. *al., sim.* VVLG.) inplemini in spiritu loquentes vobis ipsis in -is et hymnis et canticis (*cf. locum geminum* Col. 3, 16 [*ibid.*], *ubi -os David intellegit* PELAG. *ad l.*). Iac. 5, 13 (cod. 66) *si quis* hilaris est, -um dicat (*gr.* ψαλλέτω, *Vulg.* psallat). *apud scriptores*: TERT. carn. 17 l. 2 cum -is Valentini (20 l. 20 nobis ... -i patrocinantur, non quidem ... V., sed ... David). adv. Marc. 5, 8 p. 600, 21 exhibeat ... Marcion dei sui dona ...; edat aliquem -um, aliquam visionem. FRG. Mur. 83 *haeretici quidam* novum -orum librum Marcioni conscripserunt. RVFIN. hist. 2, 17, 13 -os ... novos ([*cf. Philo vita contempl. 29* ἄσματα καὶ ὕμνους]. PRAEDEST. 1, 44 l. 13. *cf.* RVFIN. hist. 7, 30, 10 neotericos et nuper inventos). 5, 28, 5 -i vel cantica, quae a fratribus fidelibus ex initio scripta sunt. PRVD. perist. 4, 148 *martyres* pangere -is. psych. 664 expugnata Vitiorum gente resultant mystica dulcimodis Virtutum carmina -is. AVG. epist. 55, 34 cum ipsi *Donatistae* ebrietates suas ad canticum -orum humano ingenio compositorum ... inflamment (*opp.* divina cantica prophetarum). CANON. Turner II p. 388 rec. I non oportet ⌊ab idiotis -os compositos et vulgares⌋ dici in ecclesiis (⌊ ⌋ rec. II *et* III plebeios -os). GENNAD. vir. ill. 75 Petrus *presbyter* ... in morem sancti Ephrem diaconi -os metro composuit.

B *extra cultum*: **1** *metonymice de homine cavillationibus petito* (*cf. p. 2395, 67*): VET. LAT. thren. 3, 14 (cod. 177) factus sum risus omni plebi meae, -us horum tota die (*Vulg.* canticum. *cf.* VVLG. thren. 3, 63 ego sum -us eorum). **2** *de carmine abecedario* (*sc. digesto sec. ordinem litterarum ad exemplum psalm. 118. al., v. p. 2401, 66 sqq.; fere in titulo librorum*): AVG. retract. 1, 20 -us contra partem Donati (*aliter codd.* psalm. c. Don., *v. Lambot, Rev. Bénéd. 47, 1935, 318. de eodem libro*: POSSID. indic. p. 168 -um abecedarium. *explicat* AVG. retract. 1, 20, 1 -um, qui eis *Donatistis* cantaretur, per latinas litteras feci ..., tales autem abecedarios vocant). SVBSCR. Fulg. Rusp. psalm. abeced. (*cod. Leid.*) explicit -us abecedarius. *generaliter*: AVG. in psalm. 118, serm. 32, 8 *in hebraica lingua* diligentius factum est, quam nostri vel latine vel punice, quos abecedarios vocant -os, facere consueverunt.

appendix iuncturarum: **1** *nominalium*: **a** *gen.* -i/-orum *pendet e subst.* (*cf. e. g. p. 2402, 34. 62; vice versa e. g. l. 9. p. 2402, 7. 21 sqq.*): TERT. adv. Marc. 4, 42 p. 564, 1 -i prophetiam (HIL. in psalm. 67, 17 AVG. epist. 140, 67. *al.; cf.* HIL. in psalm. 2, 14 prophetiae -us). HIL. in psalm. 62, 1 -i sermo (RVFIN. Orig. in num. 17, 4 p. 163, 13. IVLIAN. in psalm. 36 praef. s. -i huius et oratio. *al.*). 66, 2 praesens -i oratio (AVG. in psalm. 85, 1 l. 42. *al., e. g. l. 11; cf. p. 2401, 44*). HIER. in Is. 18, 66, 10 l. 36 G. -i ... verbum ... ambiguum (AVG. in psalm. 118, serm. 27, 1. PROSP. in psalm. 118, 84. *al.*). AVG. civ. 6, 1 p. 243, 11 a veridico oraculo ... -i (IVLIAN. in psalm. 8, 3ª. *al.*). in euang. Ioh. 4, 2 cantica -orum ..., eloquia prophetarum (*aliter p. 2402, 29*). in psalm. 130, 3 l. 26 vox -i non tacet (serm. 29A, 1. PROSP. in psalm. 130, 1 hanc -i v. *al.; cf. p. 2401, 15*). *al.* **b** *accedunt adi.* (*epitheta quaedam generalia; alia v. supra, e. g. p. 2403, 14. 35*): AMBR. parad. 4, 25 propheticus (AVG. c. adv. leg. 1, 11, 15 LEO M. epist. 172 Avell. 54, 2. *al.; cf. l. 9. 33*). HIER. in eccles. 11, 2 ethicum (epist. 39, 2, 7. *explicatur p. 2401, 68*). AVG. civ. 6, 1 p. 243, 10 sancti (serm. 213 coll. Morin p. 442, 1. *al.*). 12, 28 p. 556, 4 sacer (trin. 15, 2, 2 QVODV. prom. 1, 38, 55. *al.*). c. Pelag. 1, 7, 12 divinus (serm. 265A coll. Morin p. 394, 16 SVLP. SEV. epist. 3, 21. *al.*). *al.*

2 *verbalium*: **a** *-um dicere sim.* (-um psallere *v. p. 2397, 57*): VET. LAT. II par. 35, 15 (cod. 109) -os cantantes filii Asaph ([*v. p. 2402, 71*]. psalm. 7, 1 [cod. 300. *al.* = VVLG.]. AVG. serm. 22, 1. *al.*). psalm. 17, 50 (cod. 303. *al.* = VVLG.) -um dicam nomini tuo (I Cor. 14, 15 [Ambrosiast.; *Vulg.* psallam]. HIER. reg. Pachom. praef. 3 p. 6, 4. *al.*). TERT. castit. 10 l. 12 si -um canit (AMBR. epist. extra coll. 1ª, 16. *al., v. vol. III 267, 3 sqq.*). AMBR. in psalm. 1, 9, 4 -us legitur (AVG. epist. 29, 11. *al.*). *al.* **b** in -o *sim.*: TERT. adv. Iud. 8, 17 sicut in -is erat prophetatum (HIL. psalm. instr. 6 AVG. civ. 17, 15 tit. *al.; cf. l. 19*). adv. Marc. 4, 15 p. 468, 4 *deus* in -o ... dicit (CYPR. zel. 8. LVCIF. Athan. 1, 23 l. 15 dicitur. *al.*). CYPR. epist. 10, 2, 3 sicut scriptum est in -is (OPTAT. 2, 23, 4 HIER. in eccles. 1, 2 l. 78. *al.*). MAR. VICTORIN. adv. Arium 2, 12 l. 5 David in libro -orum ... sic deo psallit, sic canit (AVG. civ. 12, 19 p. 542, 10 in -o. ARNOB. IVN. in psalm. 17 l. 2. *al.*). HIL. psalm. instr. 7 deus cantatur in -is (HIER. in eccles. 1, 1 l. 66 AVG. civ. 13, 21 p. 586, 18. *al.*). in psalm. 63, 5 propheta orare intellegetur in -o ex persona sua (HIER. epist. 64, 1, 2 David orabat in -o. AVG. serm. 20, 2. *al.*). OPTAT. 4, 4, 2 in -o ... legitur (HIER. in Is. 9, 30, 7[bc] l. 8 G. AVG. civ. 17, 17 p. 242, 17. *al.*). *sim. al.* **c** *-us ipse dicit sim.*: TERT. adv. Marc. 3, 22 p. 416, 5 canit (5, 9 p. 604, 10 AVG. civ. 8, 24 p. 361, 4. *al.*). 4, 14 p. 461, 24 dicit (AVG. civ. 12, 15 p. 533, 24 ALC. AVIT. epist. 20 p. 8, 31. *al.*). HIL. in psalm. 52, 3 ait (AVG. in euang. Ioh. 34, 3 PROSP. in psalm. 136, 3. *al.*). AVG. in euang. Ioh. 28, 6 inquit (serm. 145, 2 COMM. apol. 377. *al.*). *al.*

deriv.: cf. psalmista, psalmizo.

compos.: psalmicen, psalmidicus, psalmisonus. *Ramminger.*

[psalphinga (-inx) *aliasque voces stirpis per confusionem c.* psallere *depravatae* (*sc. in codd.* PS. PHILONIS antiq.) *v. sub* salpi-.**]**

psalta *v.* psaltes.

[psaltāria *v. p. 2407, 60.***]** **psaltātrīx** *v.* salt-; *cf. p. 2407, 8.*

psaltērātus, -a, -um. *a* psalterium, *sc.* i *suppressa* (*fort. sec.* litteratus). *i. q. psalterio instructus, sc. psalmos memoria tenens*: REGVLA mag. 57, 6 si *frater* fuerit -us (*postea*: si vero non fuerit, tabulas ... superpositas psalmis secum portet). 84, 2 ad mensam abbatis sedeant ... fratres -i.

psalteria (-ae) *v.* psaltria.

?**psaltērio,** -āre. *a* psalterium, *sed est fort. medii aevi. i. q. psallere*: GRAMM. suppl. 300, 28 hymnum, mysterium, ⌊Moyses, -o⌋ per y *scribitur* (⌊ ⌋ *om. loco gemino ibid. 299, 6*). *Schrickx.*

⁂**psaltērium,** -ī *n.*, ψαλτήριον (*cf. p. 2405, 2. 11; aliter* ISID. orig. 3, 22, 7 a psallendo). *scribitur* psaltir- *in var. ll.* GREG. TVR. Franc. 1, 10 p. 12, 16 VEN. FORT. carm. 2, 9, 53. *al.* NOT. Tir. 106, 56ª -um. -e- *corripitur* ARATOR ad Vigil. 24 VEN. FORT. carm. 2, 9, 53. 4, 7, 15 (*cf.* monastĕrium *Mart. 1, 158. 220*). *de notione v. p. 2405, 1 sqq. 69. 74. legitur fere singulis locis apud* SCIP. min., VARRONEM (*ter*), CIC., CIRIM, QVINT., *saepius inde a* VET. LAT.

i. q. ψαλτήριον (*quod infra gr. respondere solet*): **1** *de organo musico* (*saepe iuxta alia instrumenta, imprimis* cithara, *e. g. p. 2405, 20. 23. 34 [cf. p. 2405, 6], ceterum e. g.* cymbala *p. 2405, 44. al.,* sambuca *p. 2405, 13. 28. al.,* tympanum *p. 2405, 24. 41. al.; memorantur varia genera, sc.* -um heptachordum *p. 2405, 58 et* decachordum *p. 2405, 31. 65. al. [cf.* decem chordarum *p. 2405, 32. 64 sq. al.]; ad rem v. McKinnon, The New*

[Rebrik]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Grove XX 521). *explicationes*: HIL. psalm. instr. 7 eo ... organo prophetatum est, graece -o, hebraice nabla nuncupato, quod unum ... rectissimum est ... neque quod ex inferioribus locis ... commovetur *eqs.* (*cf. l. 5*). HIER. tract. in psalm. I p. 201 l. 12 -um ex multis chordis compositum est. AVG. in psalm. 80, 5 l. 6 -um lignum illud concavum, unde canorae chordae redduntur, in superiore parte habet (*disting.* cithara *ut sim. saepe, v. vol. III 1196, 44 sqq. et e. g.* CASSIOD. in psalm. praef. 4 -um est, ut Hieronymus ait, in modum Δ deltae litterae formati ligni sonora concavitas *eqs.; in explic. allegorica l. 53 sqq. al.*). ISID. orig. 3, 22, 3 (*inter citharae species*) -a, lyrae, barbitae *eqs.* GLOSS. V 119, 27 nablum: -um. GLOSS.^{L} I Ansil. PS 7 -um: sambucum; graecum est. *al.*

a *proprie*: **α** *vario usu*: SCIP. min. or. frg. Macr. Sat. 3, 14, 7 *iuvenes* cum cinaedulis et sambuca -oque eunt in ludum histrionum. VARRO Men. 352 (*tit.* ὄνος λύρας) neque orthopsalticum attulit -um *neque alia organa,* quibus sonant in Graecia dicteria (*cf. l. 70*). 366 (*ibid.*) quem ad modum in -o extendamus nervias. ling. 8, 61. CIC. har. resp. 44 (*in describendo Clodii habitu, quo sacris Bonae deae interfuit; cf. p. 2407, 45*). CIRIS 178 arguta sonant tenui -a chorda. QVINT. inst. 1, 10, 31 *non praecipi a me* -a et spadicas etiam virginibus probis recusanda. VET. LAT. gen. 4, 21 (Aug. civ. 15, 17. *al.*) *Iobal* ostendit -um et citharam (*Vulg.* cithara et organo. *cf. e. g.* Ps. CYPR. cena 170 -um duxit Iubal). Iob 21, 12 (Ambr. Iob 2, 4, 16; *sim.* HIER. interpr.) *impiorum pueri* ludunt accipientes -um et citharam (*Vulg.* tympanum). Is. 5, 12 (Ambr. Hel. 15, 53) cum cithara ... et -o et tympanis vinum bibunt *impii* (*Vulg.* lyra). ARNOB. nat. 6, 25 (*inter attributa deorum*) cum tibiis et cum -is Musae (*cf.* Ps. DOSITH. Hyg. gen. 1 Melpomene ⌊-um⌋, *sc. curat sim.* [*gr.* ψαλμόν. ⌊ ⌋ psalmosaltrum *trad.; fuitne* psalmon, -um?]). VVLG. Dan. 3, 5 in hora, qua audieritis sonitum tubae et fistulae et citharae, sambucae et -i ..., cadentes adorate statuam (3, 7. *al.*). *al.* **β** *adhibetur in cultu dei Iudaeorum* (*deorum paganorum v. l. 17. 28; in interpretatione christ. l. 39*): VET. LAT. psalm. 32, 2 (cod. 300, *sim. al. et* VVLG.) in -o decacordo psallite (143, 9 [*ibid.*] in -um decem cordarum [AVG. *ad l.* in lege decem praeceptorum]. 149, 3 [*ibid.; Hier. psalt. sec. Hebr.* cithara]. *al.*). 80, 3 (*ibid.*) accipite psalmum et date tympanum, -um iucundum cum cithara. Is. 38, 20 (Ambr. Iob 2, 4, 14) non cessabo benedicens te cum -o (*Vulg.* psalmos ... cantabimus). HIL. psalm. instr. 19 *cum* vocis ... modulis praecinentis pari -um suavitate modulatur. AMBR. Iac. 2, 9, 39 *David* hoc -o terrorem mortis infregit, hac suavitate cordarum *eqs.* (*antea*: hoc cantu ..., hoc sonitu). HIER. epist. 53, 8, 17 David ... Christum ... in decacordo -o ab inferis excitat resurgentem. VVLG. I reg. 10, 5 obviam habebis gregem prophetarum ... et ante eos -um et tympanum (*Vet. Lat. cod. 115* cimbala, *gr.* νάβλα). I par. 13, 8 *arcam comitantes* ludebant coram deo ... in canticis et in citharis et -is *eqs.* 16, 5 *David constituit quosdam* super organa -i et lyras. 25, 1 secreverunt in ministerium *quosdam levitas* ..., qui prophetarent in citharis et -is et cymbalis (*sim.* 25, 6). *al.*

b *in imagine, comparatione, explicatione allegorica per -um intelleguntur*: **α** *homo pius eiusve opera*: HIL. in psalm. 65, 5 ex organi nostri -o, id est corporis animae famulantis effectibus praebetur ... deo ... laudatio. AMBR. in psalm. 40, 40, 1 -um ... est homo ..., in quo ... resonant opera ... virtutum. 48, 7, 2 bonum -um, cum fidei vita consentit *eqs.* HIER. tract. in psalm. I p. 202 l. 15 in actibus nostris si unum mandatum praetergressi fuerimus, -um nostrum rumpitur. AVG. in psalm. 42, 5 l. 28 discernenda sunt opera nostra, quando in -o sint, quando in cithara; ... (l. 32) ubi facimus ..., -um est ...; cum autem aliquid patimur ..., cithara est (*sim.* 56, 16 l. 32 sqq.; *cf. et* 70, serm. 2, 11 l. 8 significari videtur per -um spiritus, per citharam caro). EVCHER. form. 9 l. 1108 -um: opera bona. *al.* **β** *varia*: AMBR. Iac. 2, 12, 56 *in martyrio septem Machabaeorum* audires (h)eptachordum -um triumphalibus gemitibus resultare. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 95, 3 *ut lingua mea* repleatur exultatione in psalmis ... exsurgens velut plectrum matutinum in -o (*spectat ad psalm. 56, 9*). PAVL. NOL. carm. 21, 274 ut decachorda sonant pulsis -a nervis ..., sic ... testudo resultet *consociationis nostrae.* AVG. conf. 3, 8, 16 vivitur male adversus ... -um decem chordarum, decalogum (*cf. l. 32 et* serm. 32, 8 illa decem praecepta -i decem chordarum. *al.*). c. Faust. 15, 4 p. 423, 24 *Christus* in decachordo -o tamquam pro te ... nervos suos extensurus in ligno. in psalm. 149, 8 l. 9 in -o chordae extenduntur; ... caro crucifigitur. VEN. FORT. carm. 4, 7, 15 (*respic. episcopus psalmos recitans*) organa -i cecinit ... et tetigit ... plectra. *al.*

2 *transfertur ad id, quod canitur* (*cf.* GLOSS. -um: laus [*item* GLOSS.^{L} Corp. P 836; *ad Rufin. p. 2406, 56 refert ed.*]): **a** *carmen famosum* (*cf. l. 15*): PAVL. sent. 5, 4, 16 -um, quod vulgo canticum dicitur, in alterius infamiam compositum et publice cantatum ... extra ordinem vindicatur.

b *liber psalmorum* (*cum organo confundens [v. l. 1] explicat* ISID. orig. 6, 2, 15 psalmorum liber graece -um, hebraice nabla, latine organum dicitur): **α** *generatim*: FILASTR. 130, 1 de inaequalitate -i errorem patiuntur *haeretici* ... aestimantes omnem librum -i non esse David beatissimi. AMBR. fid. 5, 17, 214 *cur* in -o propheta dicat: '...' (*psalm. 52, 3. sim. afferuntur verba*: HIER. quaest. hebr. in gen. p. 4, 2 in -o ... ait. AVG. c. Faust. 21, 3. *al.*). in psalm. 40, 37, 1 in quinque libros divisum videtur esse -um (*cf.* 40, 39, 1 quinque libri et unum -um. HIER. epist. 26, 4, 1. *al.*). HIER. epist. 22, 29, 7 quid facit cum -o Horatius? cum euangeliis Maro? cum apostolo Cicero? (*iuxta alias partes script. sacrae ut e. g.* 32, 1, 2 prophetis, Salomone, -o regnorumque libris). in Hab. lib. 2 praef. *in cantico* (*sc. Hab. 3*) sermonem ... epicum et -i, id est lyrico more compositum. in Ier. 5, 3, 2 in -o male quidam ... requirunt ordinem *historicum,* quod in lyrico carmine non observatur. AVG. epist. 49, 2 in capite sacrosancti -i scriptum est *eqs.* ARATOR ad Vigil. 24 -um lyrici composuere pedes. GREG. TVR. Franc. 5, 14 p. 212, 13 -i ... versus. ITIN. Anton. Plac. rec. A 21, 1 *turris,* ubi -um decantavit *David.* *in titulo libri*: SVPERSCR. Hier. psalt. sec. Hebr. cod. G (*saec. IX*) prologus ... in -um iuxta Hebraeos (*alii codd., nisi tit. omittunt, alia exhibent, e. g.* in librum psalmorum, de libro -i. *cf. l. 30*). **β** *speciatim respicitur: -um adhibitum in officio ecclesiae christ.*: HIER. reg. Pachom. 18 p. 17, 16 psallente ... quolibet ..., id est legente -um *eqs.* AVG. conf. 10, 33, 50 quibus *cantilenis* daviticum -um frequentatur. EVGIPP. Sev. 11, 3 -o ex more decurso (*in ecclesia*). COMMON. patr. 1, 13 psallebant totumque -um compleverunt. REGVLA mag. 33, 29 *dicantur antiphonae* currente ... -o (*item* 33, 36. 35, 2. *et saepe; cf.* CAES. AREL. reg. mon. 21 dicite ... antiphonas ... de ordine -i). BENED. reg. 18, 23 ut omni (h)ebdomada -um *totum* ... psallatur. *al.* *ipsum exemplar operis scripti*: HIER. in psalm. 4 p. 12, 9 cum vetustum Origenis hexaplum -um revolverem, quod ipsius manu fuerat emendatum. PAVL. NOL. epist. 50, 6 sicut in quibusdam -is scriptum audio. AVG. conf. 9, 12, 31 -um arripuit Euodius et cantare coepit psalmum. epist. 261, 5 -um a sancto Hieronymo translatum ex hebraeo non habeo. PASS. Matth. 25 tulit secum euangelium et David -um. *al.*

deriv.: psalteratus, ?psalterio. *Rebrik.*

psaltēs, -is *et* **psalta,** -ae *m.,* ψάλτης (*quod gr. respondet, nisi aliud adnotavimus*). *scribitur* salt- *hic illic in codd. rec.* *formae lat. primae decl. trad. l. 45 et inde a saec. IV, v. sub 2, formae gr. acc. sing.* -en *l. 53, plur.* -as (*nisi lat.*) *l. 47. 65. al.* *legitur raro apud paganos inde a* VARRONE (*v. sub 1*), *saepius usu iud. vel christ.* [*confunditur c.* psalmista *saepius sub 2b et c.*]

i. qui psallit (*organo sub 1 et 2a, cantu sub 2b et c.* GLOSS. II 480, 4 ψάλτης: nablio, -a. *cf. 57.`59 et vol. X 1, 2352, 55 sq.*): **1** *vario usu*: VARRO Men. 136 cum -e Pisia et cum Flora lurcare. CIL VI 33968, 3 (*aet. Aug.*) ⟨dec⟩urionum sententia synhodi m(agnae) -um. INSCR. Année Épigr. 1985 n. 211 (*Ostiae; saec. I*) L(ucius) Lollius Libani ⌊-is⌋ l(ibertus) Eros (⌊ ⌋ *vix cognomen*). QVINT. inst. 1, 10, 18 *ad filii educationem* -is se et geometris multa dicit dedisse *senex apud Menandrum.* CIL VI 10100 (*saec. II*) Stratone comoedo, Ibyco -e. MART. CAP. 9, 924 (*loq. Harmonia*) -as, chordacistas, sambucos, hydraulas. *in imag. de Lampridio poeta*: SIDON. epist. 8, 9, 5 vers. 16 *Tityre,* chordā, voce, metro stupende -es.

2 *in cultu Iud., Christ.*: **a** *de quibuslibet*: PHILO quaest. in gen. 4, 196 propheta ... pro organo, deus autem ⌊pro -a⌋ (*coni. Petit sec. vers. armen.,* propheta *vel* per prophetam *trad.*). VVLG. IV reg. 3, 15 *Heliseus dixit* 'adducite mihi -en'; cumque caneret -es, facta est super eum manus domini (*explicat Ambr. p. 2396, 40 [sim.* GREG. M. in Ezech. 1, 1, 15 *p. 2400, 29]. ad rem cf. p. 2405, 40*). I par. 23, 5 *e levitis electi sunt tot* -ae canentes domino in organis. *in tit. libri*: RVFIN. hist. 4, 18, 5 est ... alius *liber Iustini,* qui superscribitur -es (*inde perperam* GLOSS. -es: cythara). **b** *de auctore psalmorum*: VVLG. II reg. 23, 1 *David* egregius -a Israhel (-es, psalmista *var. ll.; explicat* GLOSS. I p. 162 e. cantator I.). HESYCH. in lev. 22, 22 p. 1074^{D} illud, quod -es ait: '...' (*sim. inducuntur verba psalmi*: CONC.^{S} I 5 p. 349, 12 [*gr. I 1, 4 p. 56, 24* ὁ ψαλμῳδός]).

c *de clerico, cui in ecclesia canendi vel legendi sunt psalmi*: AMBR. Iob 4, 6, 24 *in psalmo 30, 6* (= *Luc. 23, 46*) non ... aliqui addant 'domine', ut -ae faciunt. CANON. Turner II p. 354 rec. I non liceat praeter canonicos ⌊-as⌋, qui pulpitum ascendunt et de codice legunt, alium quemlibet in ecclesia psallere (⌊ ⌋ *pars codd. et* FERRAND. canon. 131, psalmistas *alii; cf. l. 72*). *iuxta est* lector: HIER. epist. 52, 5, 6 si l., si acolythus, si -es te, *clerice,* sequitur *eqs.* (psalmista *var. l.*). CONC.^{S} II 2, 2 p. 37, 4 l. et -ae nubere permittuntur ([-es, psallistae *var. ll.*]. *sim. aliae vers. forma* -is concessum est, *sc.* p. 90, 9 [psalmista *var. l., cf. p. 2399, 44*]. 108, 10. II 3, 3 p. 95, 32). CANON. Turner I 2, 1 p. 32^{s}, 5 (*cf. I 1 p. 19* cantores). p. 32^{cc}, 2 diaconus seu l. vel -a *eqs.* II p. 362 rec. I (psalmistas *var. l. ut ibid. iterum; cf. p. 363 rec. II et III* cantores).

psalticus *v.* salt-. **psaltīrium** *v.* psalterium.

psalto *v.* salto.

[Schrickx]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

psaltor, -ōris *m.* *a* psallere. *i. qui psallit*: VET. LAT. psalm. 67, 26 (cod. 136) antecedent principes, retrorsum -es (*gr. ψαλλόντων, cod. 300. al.* = *Vulg.* coniuncti psallentibus).

f. **psaltrīx,** -īcis. [*in falsa var. l. pro* altrices VET. LAT. Is. 49, 23 (Quodv. prom. 3, 36, 38).] *i. quae psallit, sc. psaltria*: VET. LAT. Sirach 9, 4 cum -e ne adsiduus sis nec audias illam (*gr. ψαλλούσης,* saltrice *var. l. Vulg. et Ps. Aug. spec. 53,* saltatrice *ibid. et Ps. Cypr. singul. cler. 10 Orig. in Matth. ser. 44,* psaltatrice *var. l. Vulg. et Orig.*). *Schrickx.*

psaltria, -ae *f.* (*m. perperam l. 17*), *ψάλτρια. scribitur* spalt- *l. 32, ?*phsalt- *l. 33,* psalter- *in cod. G saec. VII* HIER. epist. 54, 13, 1 *et saepius in recc., e. g.* CIC. Sest. 116 ARNOB. nat. 2, 42 (*cf.* (p)saltar- *l. 60*). *de notione*: SCHOL. Ter. Bemb. Ad. 405 ⟨-a:⟩ fidicina; nam Gr(a)eci a voce nomen inposuerunt, Latini a manu; psalin (*i. ψάλλειν*) enim cantare dicimus, fides vero c(h)ordae su⟨nt⟩, quae manu temperantur (759 Eun. 457). CASSIOD. in psalm. praef. 4 l. 26 '-as' citharoedas vocamus, docto pollice modulationes musicas exprimentes. GLOSS. -a: cantatrix. cantrix. -ae: ⌊cantores⌋ sive cantrices in conviviis cantando saltantes (⌊ ⌋ *fort. respicitur 1b infra*). *legitur duodecies apud* TER. Ad. *et fere singulis binisve locis inde a* TITIN., CIC., LIV.

fere i. q. fidicina (*cf. l. 12. 25; disting.* fidicina *l. 40. 42 et e. g.* sambucistria *l. 28. 35*): **1** *strictius*: **a** *respiciuntur quaelibet fidicinae*: TER. Ad. 743 viginti minae pro -a *datae* periere (*cf. 750* facturum credo, ut habeas, quicum cantites. *de eadem*: 759 intus -ast; domus sumptuosa, adulescens luxu perditus. *et saepe ibid., cf. Sulp. Apoll. perioch. Ter. Ad. 3* citharistriae. *Ter. Eun. 457. al. legitur* fidicina, *ut iam apud Plaut.; v. vol. VI 1, 693, 81sqq. et cf. l. 12*). CIC. Tusc. 3, 46 (*affertur Enn. scaen. 86sqq.*) eripiamus huic *Andromachae* aegritudinem: ... conlocemus in culcita plumea, -am adducamus *eqs.* LIV. 39, 6, 8 tunc -ae sambucistriaeque et convivalia alia ludorum oblectamenta addita *sunt* epulis (*inter exempla luxuriae a. 187 a. Chr. ex Asia invectae ut*: AVG. civ. 3, 21 p. 132, 23). INSCR. Notiz. Scavi 1914 p. 388 n. 33 Hymnis Cellia ... -a (*in titulo Rom. saec. I ut*: CIL VI 10137 Iconium l(iberta) -a. 10138 *quaedam* spaltria Muren⟨ae⟩ et ministra f⟨amiliae⟩. *fort. huc pertinet etiam* 10139 phsaltria [*corruptum*]). ARNOB. nat. 2, 42 idcirco animas misit *deus,* ut ... in feminis fierent meretrices, sambucistriae, -ae? PS. AVR. VICT. epit. 48, 10 *Theodosius prohibuit* lege ministeria lasciva -asque comissationibus adhiberi. QVEROL. p. 19, 10 da mihi, *Lar,* -as et concubinulas. HIER. in Dan. 11, 13 l. 1034 Agathocliam -am (salt(e)r-, splantr- *var. ll.; nisi ad 2 trahas; cf. Plut. amat. 9 p. 753^{D} αὐλητρίδες ... καὶ ὀρχηστρίδες*). epist. 54, 13, 1 (*Furiae viduae*) fidicinas et -as et istius modi chorum diaboli ... proturba ex aedibus tuis (*inde in lusu ibid.* 6 virginum choro praecinit *Eustochium* ...; has docet -as Christo, has fidicinas erudit salvatori). *al.* -a *est nomen operis scripti vel picti* (*cf. l. 57*): TITIN. com. tit. -a. PLIN. nat. 35, 141 Habron ... Concordiam pinxit ..., Leontiscus ... -am. **b** *respicitur Clodius, qui se -ae habitu in sacra Bonae Deae insinuavit* (*cf. l. 17*): CIC. Sest. 116 in coetum mulierum *Bonam Deam venerantium* pro -a adducitur. or. frg. A 14, 22 quem decet muliebris ornatus, quem incessus -ae. IVV. 6, 337 omnes noverunt ..., quae -a penem ... illuc ... intulerit (*cf.* SCHOL. *ad l.* 1 de -a, id est de Clodio, dicit. 2 templum Bonae Deae ingressus habitu -ae adulterium admisit). SCHOL. Iuv. 6, 314.

2 *laxius de qualibet muliere, quae convivas sim. arte musica vel saltatione oblectat* (*conviciose praeter* MACR.; *cf. l. 38*): MACR. Sat. 2, 1, 5 non defuit, qui -am intromitti peteret, ut puella ... canora dulcedine et saltationis lubrico exerceret inlecebris philosophantes (*spectare vid. ad αὐλητρίδα Plat. sympos. 176^{E} vel 212^{C,D}; an per errorem?*). LVX. anth. 361 tit. in -am foedam (*cf. ibid.* 3 cum saltas misero, Gattula, corpore ... insanam te probo -am; 6 credis, quod populos cymbala mulceant?). PRVD. tituli 136 fert regia donum -a, *sc. Salome caput Iohannis* (*antea*: saltatrix. *respicitur Matth. 14, 6sqq. ut*: MAX. TAVR. 88, 4 [(p)saltar- *var. ll. codicis ed. Rev. Bénéd. 58, 1948, 62 l. 52sq. 56sq.*]).

psaltrīx *v.* psaltor. *Harbsmeier.*

[psammōdes (psalm- *trad.*) *explicat* GLOSS.^{L} I Ansil. PS 6 (med. p. 65) *sec.* AESCVLAPIVM 41, *v. Mittellat. Wb.*]

psapta *v.* psetta.

psar (psaros), *gen. pl.* -ōn *m., ψάρ* (*ψάρος sim.*). *i. q. sturnus*: ORIBAS. eup. 2, 1 *K* 21 Aa p. 457 *stercus crocodili* desiccativam birtutem habet, sicut et -on (*sim. K* 1 La *ibid.; cf.* add. 26 La p. 515 [i]psaron, id est sturnus; *gr. K 74 ψάρων*). *Schrickx.*

psaranus (-ān-*?*) *vel* psarōn(i)us, -a, -um *trad. cod. potiores* PLIN. nat. 36, 157 (*inter* lapides mortariorum) Thebaicum *lapidem,* quem pyrropoecilon appellavimus, aliqui -um vocant. *de lapide ad sturni similitudinem maculis variato cogitant viri docti (v. Blümner, Technol. III 11 adn. 1), sed haerere videntur in explicanda formatione adi. ψάρανος/ψαρώνιος, quae gr. non leguntur, ideoque variam lect. cod. a* psaron, *i. ψαρόν, praetulit Eichholz, ed. 1962.* -ānus *ad nomen loci ceterum ignoti rettulit Kircher-Durand, Les noms en -nus, -na, -num, 1982, 201.*

[glaucia: ⟨**p**⟩**saria** GLOSS. (*Stadler e coni. parum dilucida*).]

psarōn(i)us *v. p. 2407, 70.* **psaros** *v. p. 2407, 66. 75.* *Bk.*

psathyrus (-os), -a, -um, *ψαθυρός. scrib.* sat-, ipsat-, -t(h)i-, *v. infra. i. q. ψαθυρός, sc. friabilis, in frustula fractus sim.*: **1** *adi.*: ORIBAS. syn. 2, 56, 53 La p. 126, 22 *murram cuiusdam generis* nova(m), psathiram, levem (*gr. ψαθυράν, om. Aa*). 4, 1, 10 Aa p. 4 (*inter alimenta extenuantia*) de ... satyris luxuriosis carnibus (La ipsatirus; *v. vol. VII 2, 1933, 60sqq.*). **2** *neutr. pro subst. de opere pistorio*: CASSIOD. hist. 9, 40, 5 quidam Theoctistus ... -a (-thi- *C,* -thyria *N*), id est ⌊duplicia⌋, vendens (*gr. Socrat. 5, 23, 7 ψαθυροπώλης.* ⌊ ⌋ *sc. liba sim.?* dulcia *Bulhart in schedis, cf. enim locum geminum Sozom. 7, 17, 11 ψαθυροπώλης – ποπάνου δὲ τοῦτο εἶδος*). *Schrickx.*

psecas (*?*psac- *l. 21*), *abl.* -ade *f. vel m., ψεκάς* (*ψακάς*). *nomen personae fere servilis condicionis generaliter adhibitum ad significandum, quicumque (quaecumque) munus tonsoris, ornatricis sim. suscepit (ad rem v. l. 24sqq. et e. g. Risch, Mus. Helv. 32, 1975, 110sqq.): exempla ambigua* (*ad Onom. relegavimus* OV. met. 3, 172 *titulosque, cf. Solin, Die gr. Personennamen in Rom III^{2} 1216*): CAEL. Cic. fam. 8, 15, 2 -e natus (*Partagathus,* ipsa cadenatus *cod. M,* psacade natus *Mendelssohn; appellatur ibid. antea* Bellieni verna Demetrius, *opp.* Venere prognatus, *sc. Caesar*). IVV. 6, 491 disponit crinem ... nuda umeros -s infelix ([*de eadem* 6, 494]. *cf.* SCHOL. ornatrices ... componentes rarum ac parvum aquae solent mittere ac velut pse[u]cazin [*i. -ειν*]; ergo nominis etymologiam ab arte sumpsit). *appellativum certum* (*sc. masc.*): CIL VI 9840 (*saec. I/II*) Arcelaus -s de porticu.

psēfop(a)ecta *v.* psephopaecta.

psēgma (psīma) *n., ψῆγμα. i. q. ramentum, materia particulatim distributa*: DIOSC. 5, 99 p. 204, 18 *florem aeris* antiqui auctores psima dixerunt esse (*gr. 5, 77, 1 ψῆγμα. inde haud inepte restituit Hermolaus Barbarus* -a *pro* smegma PLIN. nat. 34, 134 [*cf. ibid.* aeris palea *nec non var. l.* specma 1, 34, 36]).

pseliūmenos, *acc. f.* -ēn, *ψελιούμενος. non nisi in appellatione signi aenei Veneris collari se ornantis* (*cf. Delivorrias, Lex. icon. myth. class. II 1, 59sq.*): PLIN. nat. 34, 70 *Praxiteles fecit* Venerem ... -en (spellu- *sim. codd.*).

*?***psellus,** (-a, -um), *ψελλός. i. q. fracte loquens* (*sc. masc. pro subst. de effeminato, si recte coni.*): IVV. 6, 365^{9} *in domo privata effeminatus vivit inter alios, et in ludo gladiatorio* longe migrare iubetur ⌊-us ab euphono⌋ (*Housman,* psillus ab eupholio *trad.; coni. alii alia*).

cf. Onom.

psēphis (sīfis), *gen. pl.* -īdōn *f., ψηφίς. i. q. silex parvus*: ORIBAS. syn. 9, 4, 10 La p. 276 *medicamentum* ad magnitudinem sifidon factum ... sub lingua das ad tenendum (*gr. ψηφίων, Aa* ad m. cochlearii).

cf. Onom.

psēphisma, -atis *n., ψήφισμα. scrib.* psof- *in var. l.* CIC. Flacc. 17. 19 (*cf. l. 50*). *i. q. plebiscitum, decretum sim. civitatium graecarum*: CIC. Flacc. 15 sic, *sc. minis et praemiis,* sunt expressa ista praeclara, quae recitantur, -ta ([soph- *var. l.*]. 75 Smyrnaeorum). 17 *in contione turbida* -a natum est; hoc testimonium est? (*item opp.* 19. 23). PLIN. epist. 10, 43, 1 *a re publica Byzantiorum* legatum ad te salutandum annis omnibus cum -e mitti. 10, 43, 2 *solum* -a ... mittendum putavi (TRAIAN. Plin. epist. 10, 44).

*?***psēphista** (-ēs*?*), -ae *m., ψηφίστης. temptavit Bücheler loco corrupto* VARRO Men. 48 (*v. Cèbe, comm. II, 1974, 286*).

psēphopaecta (-ēs*?*), -ae *m., ψηφοπαίκτης. i. qui lapillis sim. ludit, sc. praestrigiator*: FIRM. math. 3, 7, 15 in hoc loco Mercurium *planetam* [i]psefopectas saepe fecisse.

psētta (psītta, psissa), -ae *f., ψῆττα, ψῆσσα. significatur genus piscis cuiusdam plani* (*cf. e. g. Athen. dipn. 7, 139 p. 330b Ῥωμαῖοι ... καλοῦσι τὴν ψῆτταν ῥόμβον*): PLIN. nat. 9, 57 vado maris excavato condi per hiemes torpedinem, ⌊-am⌋, soleam tradunt (⌊ ⌋ *Harduinus,* pyston *sim. codd.*). *inter cibos*: ORIBAS. syn. 4, 1, 12 Aa p. 4 buclosa (*i. βούγλωσσα*) et psitta (*cod.* spitta, *La* psapta [*cf. formas dor. ψᾶσσα, boeot. ψᾶττα*]. *gr. resp. ψῆττα ut*: 4, 14, 8 Aa *et* La p. 14 psitta). ALEX. TRALL. 1, 63 pisces ... offerendi sunt, quales sunt ⌊-an⌋, merula, turdus (⌊ ⌋ sisan *ed. vet.,* sysan *cod. Andecav.,* psisan *Paris., sc. acc. sec. gr. I 543 προφερέσθωσαν ..., οἷον ψίσσαν* [*i. ψῆ-*]). *Wieland.*

pseud- *cf.* pseudo- *p. 2409, 14.*

pseudapostolus *v.* pseudoapostolus.

[pseudenedrus *perperam irrepsit in lexica ex additamento ed. Aldinae ad* FIRM. math.]

pseudepigraphus, -um *adi., ψευδεπίγραφος.* [*fere confunditur c.* pseudographus.] *i. q. falso auctoris nomine inscriptus*: HIER. in

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Is. prol. l. 87 G. feruntur ... sub nomine eius *Origenis* ... libri, qui -i putantur (pseudogr- *var. l.*). praef. Vulg. Salom. p. 4, 9 *liber* ‹-os›, qui sapientia Salomonis inscribitur (‹ › -us, pseudogr- *sim. var. ll.; inde* CASSIOD. inst. 1, 5, 5 *Hieronymus Sapientiae librum* -um praenotavit, propterea quod usurpationem nominis portat alterius [pseudogr- *trad.*]). vir. ill. 32 feruntur sub nomine eius *Modesti* et alia *συντάγματα,* sed ab eruditis quasi -*α* repudiantur (*inde* GLOSS. -a: falsa superscripta).

pseudĭsodomus, -um *adi., ψευδισόδομος* (*quod alibi non legi vid.*). *technice significatur opus minus aequaliter structum, isodomo simile* (*cf. vol. VII 2, 492, 83 sqq.*): VITR. 2, 8, 5 sq. *a Graecis* unum *genus structurae* isodomum, alterum -um appellatur ...; (6) -um *dicitur,* cum inpares et inaequales ordines coriorum diriguntur (*inde* PLIN. nat. 36, 171).

pseudo- *saepe scribitur in codd. rec.* seudo-, seodo-, speudo- *et sim. al., quod raro adnotavimus; contra usum gr. ante vocalem hiatus fere retinetur* (*v. e. g.* pseudoapostolus), *ut et edd. et codd. aliquot spatium interponant (tmesis trad. l. 54. p. 2410, 46. 2413, 64); praefigitur etiam vocibus lat., e. g.* -aridus, -calidus, -comitatensis.

pseudoalēthinus, -a, -um. *potius a* pseudo- *et* alethinus (*ἀληθινός*) *quam a compos. gr.* (*quod alibi non legi vid.*). *i. q. purpuram genuinam mentiens* (*cf.* alethinus *vol. I 1529, 29 sqq. et infra* pseudoflavus): PS. CYPR. cena 65 *cenatoriam vestem accepit* Iacob -am (*quae convenit ei, qui patrem deceperat, v. gen. 27*; aletinam, pseudolatinam *var. ll.*).

pseudoanchūsa, -ae *f., ψευδ(ο)άγχουσα* (*cf. l. 15, sed gr. non legi vid.*). *nomen herbae* (*ad rem v. André, Les noms de plantes, 1985, 209*): PLIN. nat. 22, 50 est et alia *herba anchusae* similis, -a ob id appellata, ... lanuginosior *eqs.* (*inde* 1, 22, 24 -a sive echis sive doris). *Spoth.*

***pseudoapostolus,** -ī *m., ψευδαπόστολος* (*cf. l. 15*). *scribitur* pseudoap- *in codd. ant.* VET. LAT. II Cor. 11, 13 (cod. 64; *item* 75, *ubi et gr. ψευδοαπ-*). AMBROSIAST. in II Cor. 11, 12 (*C*). AVG. bapt. 1, 16, 25 (*K*). *al., in recc. etiam* pseudap- VET. LAT. II Cor. 11, 13 (cod. 77 *saec. IX; item in ed. Rhen.* TERT. adv. Marc. 4, 3 p. 427, 20. *al.*), speudoap- *et sim. al.; per tmesin l. 54. de notione* (*cf. l. 41 sqq.*): TERT. adv. Marc. 4, 5 p. 431, 21 ideo ... -i, quod per falsum apostolos imitarentur. praescr. 4 l. 11 qui -i *sunt,* nisi adulteri euangelizatores?

i. q. ψευδαπόστολος (*quod gr. resp.*), *falsus apostolus* (*opp.* apostolus *l. 40 et passim,* verus a. *l. 51. 54. al.*): **1** *usu sollemni*: **a** *in ecclesia primitiva*: VET. LAT. II Cor. 11, 13 (cod. 75, *sim. al. et* VVLG.) eiusmodi -i sunt operarii dolosi, transfigurantes se in apostolos Christi (*explicant* TERT. adv. Marc. 5, 12 p. 617, 18 *Paulus eos* conversationis, non praedicationis adulteratae reos taxat. AMBROSIAST. *ad l.* non religiosa mente neque missi praedicabant Christum, nomen sibi apostolicum usurpantes. *al.*). TERT. resurr. 24, 13 (*affertur II Thess. 2, 2*) 'ne cito commoveamini animo ... neque per spiritum neque per sermonem', scilicet ‹pseudoprophetarum, 'neque per epistolam', scilicet -orum› (‹ › -orum ... pseudoprophetarum *var. l.*). MAR. VICTORIN. in Eph. 1 praef. l. 12 etiam Ephesii a -is depravati videbantur, uti iudaismum iungerent christianae disciplinae (*cf. e. g.* AVG. doctr. christ. 4, 34 *Paulus* [*sc. l. 39*] redarguit quosdam, qui erant ex Iudaeis -i eique detrahebant). in Gal. 2, 4 l. 24 multi -i, quos 'falsos fratres' dicit *Paulus* (*opp. l. 27* veri apostoli). AMBROSIAST. in II Cor. 7, 2 pseudo enim apostoli (-i e. *var. l.*) erant, qui ... nocebant illis *Corinthiis* corrumpentes sensus illorum (*item in tmesi*: in I Thess. 2, 5 p. e. a. [-i e. *ed. sec. var. l.; opp.* veros a.]. PS. AVG. quaest. test. app. nov. 57, 1 ‹p. e.› a. ... hoc dicebant a salvatore traditum, quod ipsi docebant [‹ › *om. cod. alter et ed. princ.; opp.* apostolus]). 11, 12 gloria -orum in pecuniis erat accipiendis. *al.* **b** *in ecclesia aetatis posterioris, sc. fere conviciose de haereticis sim.*: FIRMIL. Cypr. epist. 75, 25, 4 Cyprianum ... -um ... dicere (*v. p. 2410, 70*). HIL. c. Const. 2 *ego* per factionem eorum -orum, *sc. Arianorum,* ad Biterrensem synodum conpulsus. PRISCILL. can. 52 p. 131, 19 (*cf. l. 39 et II Cor. 11, 14. al.*) quia ... futuri sint -i et pseudoprophetae, per quos sectae, et satanas se transfiguret in angelum lucis. TYCON. reg. 5 p. 63, 13 vicarii eius *Christi sunt* custodes legis; ... vicarii eius *diaboli* -i, praedicatores legis (*cf. e. g.* HIER. in Is. 6, 14, 13 l. 47 G. [*ad 14, 14* ero similis altissimo] 'quomodo Christus habet prophetas et apostolos suos, sic et ego *diabolus* habeam pseudoprophetas et -os'; haec autem omnia referenda sunt ad haereticos. RVFIN. Clement. 4, 34, 5 *diabolus emittit* pseudoprophetas et -os falsosque doctores, qui sub nomine ... Christi loquerentur). RVFIN. Clement. 8, 53, 3 divino cultui est contrarius daemonum cultus ... et apostolis -i et doctoribus falsi doctores. *al.*

2 *transfertur ad Iudam apostolum Christi proditorem*: AVG. bapt. 1, 16, 25 Iudam -um et Simonem magum et ceteros usque ad haec tempora pseudochristianos. *Schrickx.*

pseudoāridus, -a, -um. *a* pseudo- *et* aridus. *i. q. non omnino aridus* (*cf. e. g.* pseudocalidus): HERM. Pal. sim. 8, 1, 8 *angelus* a quibusdam ... accipiebat *virgas* aridas ...; alii porrigebant -as (*gr. ἡμιξήρους, quod 8, 1, 9 redditur per* semiaridas [*item vulg. loco utroque*]).

[pseudoātrium *v. p. 2415, 60.*]

pseudobaptīzātus, -a, -um. *a* pseudo- *et* baptizatus (*compos. gr. non legi vid.*). *i. q. baptismi particeps non veri*: CYPR. sent. episc. 4 haereticos et schismaticos ad ecclesiam venientes, qui -i videntur, debere eos in fonte perenni baptizari (*inde gr. p. 42, 15 sq. μετὰ τὸ ψευδὲς ἐκείνων βάπτισμα*).

pseudobūnion, *abl.* -ō *n., ψευδοβούνιον. nomen fruticis incerti bunio similis* (*confundere vid.* PLIN. *βούνιον* et *βουνιάς, cf. André, Les noms de plantes, 1985, 209*): PLIN. nat. 24, 153 -on napi folia habet, fructicans palmi altitudine; laudatissima in Creta *sunt* ([pseudoboun- *vel* pseodoun- *codd.*]. *inde* 1, 24, 96 *medicina ex* -o). DIOSC. 4, 120 p. 58, 10 de -on: -on frutex est ...; folia habet similia ‹bunion› ([*pro dat.*]. *loco utroque trad.* seudo-; *gr. 4, 124 -ov*).

pseudocalidus, -a, -um. *a* pseudo- *et* calidus. *i. q. non omnino calidus* (*cf. e. g.* pseudoaridus): MARCELL. med. 36, 74 remoto ab igni caccabo mittitur pulvis *quidam* ...; tum medicamen adhuc -um diffunditur in mortarium.

pseudocassia, -ae *f., ψευδοκασσία* (*quod infra gr. resp.*). *genus casiae*: DIOSC. 1, 11 p. 10, 12 (*tit.* de cassie diversitates) est etiam ‹-a›, lappatio (*i.* lapathio) similis (‹ › seu- *cod.*).

pseudocastus, -a, -um. *a* pseudo- *et* castus. *i. q. castitatem simulans* (*masc. pro subst.*): PRAEDEST. 1, 12 (*de Valentinianis*) *turpitudinem corporis* quasi illi -i declinare se simulant.

pseudochrīstiānus, -ī *m., ψευδοχριστιανός. legitur plur. praeter l. 32; in tmesi l. 46.*

i. q. falsus Christianus (*syn.* ficti Christiani *l. 50 [cf.* antichristi *l. 36], opp.* veri *vel* boni Ch. *l. 35. 37. 41* [*cf.* semichristiani *l. 38*]): **1** *respiciuntur haeretici, schismatici sim.*: LVCIF. non parc. 27 l. 15 dicam te, *Constanti,* operarium dolosum, -um (*sec. p. 2409, 39; postea*: fingis te Christianum, cum Arrianus sis). AVG. bapt. 3, 19, 26 p. 217, 14 quos alios imitantur -i – hoc enim sunt omnes haeretici et schismatici – nisi pseudoisrahelitas? (*opp. l. 18* veri Christiani). *ibid.* p. 218, 5 fraternae caritatis, *sc. unitatis ecclesiasticae,* inimici ... -i sunt et antichristi. 4, 3, 4 p. 224, 23 recte iam vivere non ut -i, sed ut veri Christiani. 5, 23, 33 p. 290, 3. c. Faust. 1, 3 p. 252, 14 tu semichristianos cavendos putas, quod nos esse dicis (*sc. 1, 2*); nos autem -os cavemus, quod vos esse ostendimus (*in eadem re ibid.* p. 253, 3. 8). **2** *respiciuntur quilibet praevaricatores fidei christ.*: AVG. bapt. 1, 16, 25 (*v. p. 2409, 74; opp.* omnes bonos Christianos). in psalm. 64, 16 l. 4 superseminavit inimicus zizania (*Matth. 13, 25*); et exorti sunt mali inter bonos, -i, similem habentes herbam, sed non parem fructum. OP. imperf. in Matth. 29 p. 784[extr.] in adventu antichristi -i ... in spiritu maligno facient virtutes. VEREC. in cant. 2, 6 l. 30 (*ad deut. 32, 5* progenies prava) pseudo quoque Christianos inpulsat, qui ... vitia pro virtutibus offerunt deo ...; quod etiam potest haereticis convenire (*item distinguuntur*: 2, 37 l. 53 -i, qui nobiscum in ecclesiis corpore sociantur, mente tamen longius semoventur [*ceterum disting. l. 42* pagani, *l. 55* Iudaei]. 2,4 l. 32 *et* 45. *cf. syn. 2, 21 l. 42* fictis ... Christianis). CONC. Matisc. a. 585 p. 242 l. 165 quosdam -os (seudo- *var. l.*) ... suae religionis oblitus (*i.* -tos).

pseudochrīstus, -ī *m., ψευδόχριστος* (*quod gr. resp.*). *scribitur per compendium* pseodoχ̄i (*i.* -i) *in* cod. 13 VET. LAT. Matth. 24, 24 *et* Marc. 13, 22; (p)seodo-, seudo- *sim. et -χ̄-etiam in recc.* GLOSS.[L] I Ansil. PS 16 -i et pseudoprophet(a)e: id est falsi vel mendaces; graecum est.

i. q. falsus Christus (*sing. non nisi l. 69*): **1** *loci sacrae script.*: VET. LAT. Matth. 24, 24 (cod. 2, *sim.* 3. *al. et* VVLG.) surgent ... -i et pseudoprofetae et dabunt signa magna et prodigia, ita ut errent ... electi (*sim. loco gemino* Marc. 13, 22 [cod. 1. *al. et* VVLG.]). **2** *loci pendentes*: TERT. adv. Marc. 3, 3 p. 379, 6 *Christus* temerariam ... virtutum fidem ostendit, ut etiam apud -os facillimarum. CYPR. epist. 73, 16, 1 ne quis a pseudoprophetis et -is in nomine suo facile fallatur (AVG. in psalm. 49, 3 l. 22. *addas e. g. l. 65*). RVFIN. hist. 4, 22, 6 ex ipsis *sectis quibusdam* processerunt -i et pseudoprofetae et pseudoapostoli ... impietatem loquentes adversum dominum et adversum Christum eius (*item iuxta ponitur l. 70 et* PASS. Petr. Paul. long. 39 p. 153, 15 -i, sicut est Simon *magus*). PS. ORIG. in Iob 1, 74 l. 9 sq. *diabolus* seducit ... per -os ac pseudodoctores. *sing. adhibetur convicii causa*: FIRMIL. Cypr. epist. 75, 25, 4 non pudet Stephanum *papam* ... Cyprianum -um et ‹pseudoapostolum et dolosum operarium› dicere (‹ › *sec. p. 2409, 59*).

pseudocinnamōmum, -ī *n., ψευδοκινάμωμον* (*quod infra gr. resp.*). *genus cinnamomi*: DIOSC. 1, 12 p. 11, 30 est etiam alterum genus cinnamomi, quem aliqui -um (seudo- *cod.*) vocant, visu bono, ... virtute inferior.

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pseudocomitātēnsis, -e. *a* pseudo- *et* comitatensis. *fere i. q. comitatensibus militibus similis* (*sed dignitate inferior; ad rem v. Hoffmann, Das spätröm. Bewegungsheer I, 1969, 405 sqq.*): -es numeri: COD. Theod. 8, 1, 10 (*a. 365*) actuariis ... comitatensium n. senas annonas ..., -ium ... quaternas annonas *tribuendas esse.* -es legiones (*subst. subaudiendum est ex tit. antecedentibus in* NOT. dign., *nisi dubites de l. 11*): COD. Theod. 7, 1, 18 (= Iust. 12, 35, 14; *a. 400*) non solum de comitatensibus ... numeris ad alios numeros militem transferri non licere, sed ne ⟨de⟩ ipsis quidem ⌊-bus⌋ l. (⌊ ⌋ seu de comitatensibus *trad.*). NOT. dign. occ. 5, 256 -es XVIII: [legio] prima Alpina *eqs.* (*antecedunt* l. comitatenses *ut*: or. 7, 48 item -es XI: prima Armeniaca *eqs.* 9, 39). or. 6, 68 ⌊item⌋ -es: auxiliarii sagittarii (⌊ ⌋ *antecedunt: 34* vexillationes comitatenses, *41* l. palatinae, *48* auxilia palatina).

pseudocyp(e)rus (-pīrus), -ī *f.*, *ψευδοκύπ(ε)ρος* (*vel -πειρος*). *genus fruticis cypiro similis* (*cf. André, Les noms de plantes, 1985, 209*): PLIN. nat. 17, 95 ocissima omnium cypirus et ⌊-us⌋ frutex; protinus enim floret semenque perfert (⌊ ⌋ -capirius *trad.*). 34, 133 'antispodon' vocant cinerem ... e buxi coma aut -i **(**-cupiri, -cyp(e)ri *sim. fere trad.; in eadem re*: DIOSC. 5, 97 p. 203, 16 multi ... buxi folia ... aut -o(n) cum flore suo ... in sole ... conficiunt [-cypro *M,* seudo cipro *P, gr. 5, 75, 15 -ον*]**)**.

pseudodecimiānus, -a, -um. *a* pseudo- *et* decimianus. *i. q. decimiano piro similis*: PLIN. nat. 15, 54 auctores suos nobilitavere decimiana *pira* et ex eo tractum, quod -um vocant (s(p)eudo- *var. ll.*).

pseudodiāconus, -ī *m.*, *ψευδοδιάκονος.* *i. q. falsus diaconus* (*sc. conviciose*): HIER. epist. 143, 2, 1 (= Aug. epist. 202, 2) utrum rescripserim contra libros Anniani, -i Celedensis, *sc. Pelagiani.* VITA Amator. 9 (*questus mulieris ab Amatore diacono vituperatae*) nescio a quo -o coram tota ecclesiae multitudine lacerata sum.

pseudodictamnum, -ī *n. et* pseudodictamnus, -ī *f. (v. l. 38) vel m.* (*v. l. 41*), *ψευδοδίκταμνον* (*-ος*). *scribitur* -dipt- *e. g. in cod. vet.* Aa ORIBASII. *formas gr. v. l. 35. 39.*

nomen herbae incertae dictamno similis (*cf. André, Les noms de plantes, 1985, 209*): PLIN. nat. 25, 93 pro eo *dictamno Cretensi* est -um multis in terris nascens, folio simile, ramulis minoribus, a quibusdam chondris vocatum (*inde* 1, 25, 53 -on sive c. *item iuxta ponitur*: 26, 49 [*inde* 1, 26, 31]). 26, 142 dictamnum (*sc. herba?*) pota sagittas pellit ..., proxime -um; utraque et suppurationes discutit (26, 154). 26, 161. PS. APVL. herb. interpol. 62 l. 25 alia huic *dictamno* similis, quae appellata est -os (*sim.* DIOSC. 3, 34 p. 392, 11 [*gr. 3, 32, 2 -ον*]). *ibid.* l. 28 tertia species ... dictamni, ... similis virtute -i. CAEL. AVR. chron. 3, 8, 143. ORIBAS. eup. 2, 1 ⊿ 9 Aa p. 465 qui ... vocatur ⌊-us⌋, inbecillior est in omnibus diptamno (⌊ ⌋ -dipt- *ut* La, -dypt- Ab). syn. 2, 2 Aa p. 94, 12 (*inter ea,* qu(a)e calefaciunt) diptamus, -us (*deest La*).

pseudodipteros, -um *adi.*, *ψευδοδίπτερος* (*quod alibi non legi vid.*). *in codd. aliquot scribitur* speudo-, -dypt-. *formas latinas v. l. 52. 53.*

i. q. diptero ordini similis (*t. t. architecturae; ad rem cf. e. g. Höcker, Der neue Pauly X 517*): VITR. 3, 2, 1 (*enumerantur principales aedium species*) primum in antis ..., deinde ... peripteros, -os **(***subaudiendum vid.* aedes [*v. l. 54*] *ut*: 3, 2, 6 -os ... sic collocatur, ut in fronte et postico sint columnae octonae *eqs.* 3, 3, 8 *Hermogenes* primus invenit octastylon -i⌊ve⌋ rationem [⌊ ⌋ *del. Rose*]: ex dipteri enim aedis symmetria[e] distulit interiores ordines columnarum *eqs.***)**. 3, 3, 9 in -is aedium dispositionibus. 7 praef. 12 de aede Dianae ..., quae est Magnesia -os.

pseudodoctor, -ōris *m.* *a* pseudo- *et* doctor. *i. q. falsus, mendax doctor* (*sc. errorum*): PS. HIER. doctr. p. 119 (*explicat II Thess. 2, 2*) 'ut non cito moveamini ... neque per sermonem' -um 'neque per epistolam' fraude conscriptam. RVFIN. epist. Clement. 14, 3 ⌊pseudoprophetarum et -um⌋ inprobae doctrinae (⌊ ⌋ p. et seductorum *codd. plerique, cf. gr. τῶν πλάνων καὶ ψευδοπροφητῶν*). PS. ORIG. in Iob 1, 74 l. 10 (*v. p. 2410, 69*). VINCENT. LER. comm. 25, 14 pseudoapostoli vel pseudoprophetae vel -es (*spectat ad II Cor. 11, 13, sed cf. etiam II Petr. 2, 1 ψευδοδιδάσκαλοι*). OP. imperf. in Matth. 48 p. 905$^{med.}$ (*ad 24, 24* surgent ... pseudoprophetae) 'doctores' dicuntur prophetae; ergo 'pseudoprophetas' -es appellat haeresum ... aut illos, quos modo videmus ... religionis speciem praetendentes.

pseudoecclēsia, -ae *f.* *potius a* pseudo- *et* ecclesia *quam a compos. gr.* (*quod nusquam legi vid.*). *i. q. falsa ecclesia*: NICET. symb. 10 p. 48, 18 *praeter eccl. catholicam* sunt ... et aliae -ae ..., ut puta Manichaeorum *eqs.*

pseudoepigraphus *v.* pseudepigraphus.

pseudoepiscopus, -ī *m.*, *ψευδεπίσκοπος* (*hiatu servato, cf. p. 2409, 15*). *script. sollemnis* pseudoep- *confirmatur codice ant.* PRISCILL. tract. 2, 50 (*bis*).

i. q. falsus, non legitimus episcopus: **1** *strictius*: **a** *de episcopo partis adversae: schismaticae, haereticae*: CYPR. epist. 59, 9, 1 de Fortunato isto -o a paucis ... haereticis constituto (59, 10, 2 extra ecclesiam in haeresi. 59, 14, 1. 69, 6, 1 qui schisma faciunt et relicto episcopo alium sibi foris -um constituunt). 59, 9, 2 pars Novatiani Maximum presbyterum ... a nostra communicatione reiectum nunc istic sibi fecisse -um dicitur (59, 10, 1. 59, 14, 2 -um contra episcopos factum. 59, 15, 1 [*bis*]). 59, 10, 3. 72, 2, 1 si qui presbyteri ... apud haereticos a -is et antichristis ... promoti sint. LVCIF. Athan. 2, 28 l. 5 *si* -is Arrianis communicarem. non conv. 2 l. 38 cum -is sectae tuae Arrianis ... convenire (*item fere ibid.* l. 67). PRISCILL. tract. 2, 50 *Hydatius* rescribtum contra -os et Manichaeos petit. RVFIN. Adamant. 1, 8 ex quo defunctus est Marcion, tot episcopi, immo -i, apud vos fuerunt (*gr. ψευδεπισκόπων*). *al. catholicae* (*sc. iudice Donatista*): PASS. Donat. 2 res apud Carthaginem gesta est ⌊Caeciliano -o⌋ tunc instante *eqs.* (⌊ ⌋ cecilianuseudonepiso *sim. codd.*). **b** *de quolibet episcopo illegitime creato*: LEO M. epist. 167, 1 (*antea*: qui nec a clericis sunt electi ... nec a provincialibus episcopis ... consecrati). EPIST. pontif. 952 Gassó-Battle 69, 1 (*magistro militum*) petimus, ut ... Paulinum Forosimproniensem -um ad nos sub digna custodia dirigas (*de eodem*: 69, 2 praefatum -um. *al.; cf. 994 ibid. 35, 15* Paulino ... episcopo). 1018 *ibid.* 59, 1 ad Paulinum -um *Aquileiensem* (seudo episcopum *trad.; de eodem*: 59, 3 istum Paulinum -um et illum Mediolanensem episcopum).

2 *laxius de Iuda Christi traditore*: MAX. TAVR. 58, 1 l. 27 Susannam ... pseudopraesbyteri arguunt (*Dan. 13, 36*), prodit -us salvatorem; episcopus enim et Iudas fuit, sicut ait propheta de eo dicens: 'episcopatum eius accipiat alter' (*psalm. 108, 8*).

pseudoeuangelista, -ae *m.* *potius a* pseudo- *et* euangelista *quam a compos. gr.* (*quod nusquam legi videtur*). *i. q. falsus euangelista*: HIER. in Eph. 4, 11 p. 500^{C} (*v. p. 2413, 41*).

pseudoflāvus, -a, -um. *a* pseudo- *et* flavus. *i. q. non vere flavus, sufflavus* (*cf. e. g.* pseudocalidus): MARCELL. med. 8, 128 qui cutiones sunt colore -o, quasi leonino.

Charibdis: **pseudofluctus** aquae GLOSS. *i. q. falsus fluctus* (*sc. qui se movet sursum deorsum nec, ut alii, per planum vel declive; an qui nautas fallit?*). *a* pseudo- *et* fluctus.

pseudoforum, -ī *n.* (*?*). [*aetate recentiore ortum iuxta* pseudothyro- (*e gr. *ψευδόθυρος*) *sec. propriam eius vocis notionem; pro littera gr. ϑ sono spirantis q. d. pronuntiata latine* f *substitui potuit, cf.* Afenodorus *et al. apud Leumann, Gramm. 1977, 161 et Biville, Les emprunts du latin I, 1990, 200 sq.; ita ad similitudinem vocis q. e.* foris *'porta' prope accedens inde* o *vocalem recepit. Fo.*] *i. q. ostium falsum, sc. posticum*: SVLP. SEV. dial. 3, 14, 1 vidi ... ad ⌊-um⌋ monasterii ... adductum energumenum et prius, quam limen adtingeret, fuisse curatum **(**[⌊ ⌋ -thyrum *Giselinus*]. *inde* VEN. FORT. Mart. 4, 388 ad -um [*scrib.* seu-] cellae dum accederet aeger**)**.

pseudofrāter, -tris *m.* *a* pseudo- *et* frater. *i. q. falsus frater, sc. usu christ.*: *de quibuslibet fidei consortibus*: PASS. Theclae D 4 p. 131, 19 Dimas ... et Hermogenes -es, sagitta diaboli amplius percussi (*gr. brevius. de eisdem 1 p. 130, 12 sq.* am⟨bi⟩gui fratres [*antea*: falsis fratribus]). *de monachis*: VITAE patr. Iurens. 140 -es, qui pridie cothurno elationis inflati discesserant (*cf. 138* monasterii ... desertione).

pseudographia, -ae *f.*, *ψευδογραφία.* [*quae e* BOETH. *afferuntur, e. g.* elench. soph. 171b12 (*v. Migne 64, 1019^{D}*), *aetatis recentioris sunt, cf. l. 58.*] *i. q. ψευδογραφία, sc. t. t. ex geom. ad arithm. translato significatur ratiocinatio fallax quaedam*: QVINT. inst. 1, 10, 39 falsa ... veris similia geometria ratione deprendit; fit hoc et in numeris per quasdam quas -as vocant, quibus pueri ludere solebamus (*cf. Colson, 1924, ad l.*).

[pseudographus *pro* falsigraphus (*quod inseras vol. VI 1 p. 201*) *perperam afferebatur olim e* BOETH. elench. soph. 171b35 top. Arist. 101a10 (*v. Migne 64, 1020^{B}. 911^{A}*); *cf. p. 2408, 75.***]**

pseudoliquidus, -a, -um. *a* pseudo- *et* liquidus. *i. q. liquori similis, non omnino liquidus* (*cf. e. g.* pseudocalidus): MARCELL. med. 16, 8 piper contunditur ..., myrra teritur ...; deinde mellis ... adicitur quantum sufficiat, ut sit -um. 16, 12 haec trita permiscentur, ut -a sint.

pseudolus *v.* pseudulus.

pseudomagister, -trī *m.* *a* pseudo- *et* magister. *i. q. falsus magister*: HIER. in Eph. 4, 11 p. 500^{C} (*v. p. 2413, 41*). VINCENT. LER. comm. 27, 1 quorum *diaboli discipulorum* alii sunt pseudoapostoli, alii pseudoprophetae et ⌊-i⌋, et omnes ex toto haeretici (⌊ ⌋ *subesse vid. II Petr. 2, 1 ψευδοδιδάσκαλοι*).

pseudomartyr, -is *m.*, *ψευδομάρτυς* (*quod gr. resp.*). *i. q. falsus martyr*: CANON. Turner II 3 p. 371 rec. II *et* III deserere martyres Christi et ire ad -es, id est hereticorum (*cf. p. 370 rec. I* ad falsos martyres factos).

pseudomenos (-us), -a, -um, *ψευδόμενος* (*sed usu masc. pro subst. praeter* GRILL.). *trad. ubique litteris lat., sed formis gr. praeter p. 2413, 3. 11 sq. 16.*

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1 *t. t. dialecticae de syllogismo ambiguo fere i. q. fallax, mentiens (quod pro syn. est l. 4; disting.* sorites [soriticus] *praeter* SEN.): CIC. ac. 2, 147 *ne disseramus* de sorite aut -o, quas plagas ipsi contra se Stoici texuerunt. div. 2, 11 quo modo ... mentientem, quem -on vocant, dissolvas aut quem ad modum soriti resistas (*cf.* GRILL. in Cic. inv. 1, 12 l. 100 alii *syllogismi sunt* ... mendaces, qui dicuntur graeco vocabulo -(o)e, alii soritici. *ibid.* l. 102). phil. frg. V 55 ⌊-ūs⌋ et soritam et totam dialecticam ... illudis (⌊ ⌋ *ita* Non. p. 329, 21; *ed.* -on, -um, *-ον, -ους*). SEN. epist. 45, 10 quid me detines in eo, quem tu ipse ⟨ps⟩eudomenon appellas? (*cf. 9* verborum ambiguitates). FRONTO p. 141, 12 ceratinas et soritas et -ūs (*item* ADNOT.). HIER. in Am. 1, 4 l. 272 *haereticorum* sophismatibus et -is atque soritis. adv. Rufin. 1, 30 l. 49 soritarum gradus, -i argutias, sophismatum fraudes. AVG. c. acad. 2, 5, 11 -oe et soritae. SCHOL. Hor. epist. 2, 1, 45 Crisippi sillogismi sunt ⌊-os⌋ et sorites; ⌊-os⌋ est, cum *quis* falsitatem veritate confirmat *eqs.* (⌊ ⌋ seu dominos *trad. utrobique*). **2** *de ipsa persona fallaci (quae eo syllogismo utitur)*: GLOSS.^{L} IV Plac. P 25 -i dicuntur fallaces a Graeco, qui rem aliquam ment⟨it⟩ionibus conantur adserere, ut diximus de philosophis, qui dicunt '⌊si dico ⟨me⟩ mentiri et mentior, verum dico⌋' (*sec. Gell. 18, 2, 10*).

pseudomonachus, -ī *m., ψευδομόναχος. i. q. falsus monachus*: HIER. epist. 57, 2, 3 quidam -us ... Iudas est factus proditor *tradens meum libellum.* RVSTIC. adnot. Conc.^{S} II 3, 2 p. 123, 11 archimandritae orthodoxi consentiunt concilio sancto adversum -os impios (seudos monachos *cod.*). EVTR. VAL. epist. 2 l. 177 propter ... -os, qui diversorum cotidie circumeunt domos et *convivantur.*

pseudomūnicipium, -ī *n. a* pseudo- *et* municipium. *i. q. municipium non genuinum (de vico quodam)*: Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 4, 552 p. 765 *dux* Capheram ... -u(m) ... incendit (*gr. ψευδοπολίχνιον*).

pseudonarcissus, -ī *m., ψευδονάρκισσος (quod gr. non legi vid.). nomen herbae ignotae narcisso similis (cf. André, Les noms de plantes, 1985, 209)*: DIOSC. 1, 9 p. 9, 7 (*antea*: flores narcisso similes) *phu herba est* colore rufo, odore grato -i (seu- *cod.; gr. 1, 11, 1 aliter*).

pseudonardum, -ī *n. (potius quam* -us *f., cf.* nardum *Plin. nat. 12, 45. 47. al.), ψευδόναρδον (exspectes -ος, sed neutra forma legitur). nomen herbae nardo simili (cf. André, Les noms de plantes, 1985, 209)*: PLIN. nat. 12, 43 *nardum* adulteratur et -o herba, quae ubique nascitur, crassiore ... folio *eqs.*

pseudopāstor, -ōris *m. a* pseudo- *et* pastor. *i. q. falsus pastor*: HIER. in Eph. 4, 11 p. 500^{C} ('apostolos, ... prophetas *eqs.*') esse plurimos ... tam in ecclesia quam in haeresibus, qui pseudoapostoli sint et pseudoprophetae et pseudoeuangelistae et -es et pseudomagistri (*paulo post*: falsi ... pastores, qui non pascunt oves cum disciplina).

pseudoperipterus, -um *adi., ψευδοπερίπτερος (quod alibi non legi vid.). i. q. periptero ordini similis (t. t. architecturae; ad rem cf. e. g. Höcker, Der neue Pauly X 519)*: VITR. 4, 8, 6 alii ... removentes parietes aedis et adplicantes ad intercolumnia ... efficiunt amplum laxamentum cellae; reliqua ... conservantes aliud genus figurae nominisque videntur -um procreavisse.

?**pseudophorum** *v.* pseudoforum.

pseudopontifex, -icis *m. a* pseudo- *et* pontifex. *i. q. falsus pontifex, sc. Iudaeorum*: IVLIAN. epit. in psalm. 57 praef. l. 7 quae sub Demetrio rege *Seleucorum,* ... -e Alcimo, adversus Iudam moliti sunt.

pseudopresbyter, -ī *m., ψευδοπρεσβύτερος. i. q. falsus presbyter: de iis, qui Susannam falso accusaverunt (Dan. 13, 8sqq.)*: LVCIF. Athan. 2, 11 l. 6 illi libidinis scopuli, -i, falsi testes. *ibid.* l. 34 illis -is Susannae inimicis. MAX. TAVR. 58, 1 l. 26 (*v. p. 2412, 24*). *inde transfertur ad Arianos*: LVCIF. Athan. 2, 9 l. 6 (*antea affertur Dan. 13, 41*) tu, *Constanti,* detestabilior fuisti ab illis conperditis tuis -is.

pseudoprophēta (-phētēs), -ae *m., ψευδοπροφήτης. in codd. vet. scribitur* pseudi- VET. LAT. Marc. 13, 6 (cod. 1), speodo- Marc. 13, 22 (cod. 13, *ut* Luc. 6, 26. *variis modis in codd. rec.*), -prof- Matth. 7, 15 (cod. 12). 24, 24 (cod. 2. 3. *al., sed* -proph- cod. 4. 10. *al.*). Luc. 6, 26 (cod. 2. 8. *al., sed* -proph- cod. 3. 4. *al.*). apoc. 16, 13 (Priscill. tract. 1, 13 [*cod. Wirc.; item* PRISCILL. tract. 10, 131]). *al.; per tmesin p. 2414, 33 et* ARNOB. IVN. in Matth. 25 p. 144, 15 (*vix etiam p. 2414, 46*). *de formis: fere trad. nom. sing.* -a, *sed* -es LVCIF. non conv. 3 l. 69. 80 (-is *cod. alter; cf.* -a *ibid.* l. 70 *et* non parc. 21 l. 2. *al.*). HIER. chron. a. Abr. 2069 (-is *var. l.*), -is *non nisi in var. lect. l. 66sq. al.; nom. plur.* -i VET. LAT. Matth. 24, 11 (cod. 13; *sed* -ae 24, 24 *ibid.*). *de notione (cf. e. g. p. 2410, 56)*: TERT. praescr. 4 l. 10 qui -ae sunt, nisi falsi praedicatores? FIRMIL. Cypr. epist. 75, 9, 2 (*ad Matth. 24, 5 Marc. 13, 6*) nulla ... differentia est inter -am et haereticum; nam ut ille in nomine dei ..., ita iste in sacramento baptismi fallit. HIER. in Ier. 5, 64, 3 secundum tropologiam -as eos debemus accipere, qui aliter scripturarum verba accipiunt, quam sacra scriptura sonat. AVG. serm. 182, 2 (*ad p. 2414, 29*) -a est mendax propheta. GLOSS. III 502, 81 (*graecolat.*) -es: fallax propheta. *legitur in* VET. LAT. *et apud scriptores christ. inde a* TERT. (*in versibus* AVG. psalm. c. Don. 35 *et ter apud* COMM.).

i. q. falsus propheta (opp. propheta *saepius,* verus p. *l. 18 et e. g.* FILASTR. 26, 3, p. dei *vel* domini *l. 16sq.; gr. fere resp. ψευδοπροφήτης, sed προφήτης l. 7. 17*): **1** *de iis, qui fuerunt ante Christum natum*: VET. LAT. Ier. 23, 16 (Cypr. epist. 43, 5 unit. eccl. 11) nolite audire sermones -arum (*gr. προφητῶν, Vulg.* prophetarum). Luc. 6, 26 (cod. 3, *sim.* 2. *al. et var. l.* VVLG.) similiter faciebant -is patres eorum *Iudaeorum (cod. 10. 11 et Vulg.* prophetis). II Petr. 2, 1 (cod. 55, *sim. al. et* VVLG.) ⟨f⟩uerunt ... ⟨pseudopr⟩ophetae in populo *Israhel,* sicut et in vobis erunt ⟨magistri⟩ mendaces, qui subinducent sectas perditio⟨nis⟩. TERT. adv. Marc. 4, 23 p. 498, 14 repraesentat creator ignium plagam Helia postulante in illo -a (*cf. IV reg. 1, 10* quinquagenarium principem). ITIN. Burdig. p. 589, 1 iussum fuerat prophetae, ne cum ⌊-a[m]⌋ ... manducaret (⌊ ⌋ *de quo cf. III reg. 13, 11* prophetes ... quidam senex). LVCIF. reg. apost. 7 l. 87 ad Achab quadringenti illi -ae ... *hoc* loquebantur, contra vero *illud* dei dicebat propheta Michaeas (*respicitur LXX III reg. 22, 6sqq., ubi προφ-*). *ibid.* l. 90 ille *rex* magis diligebat eos -as quam verum domini prophetam. HEGES. 2, 7, 1 Aegyptius ... -a ... magicis inbutus artibus iactabat se prophetico spiritu caelestia adnuntiare oracula (*sim.* Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 2, 61 p. 675). HIER. in Ier. 5, 38, 2 'prophetae' (*Ier. 26, 7. 8*), quos '-as' LXX manifestius transtulerunt. in Is. 2, 3, 3 l. 10 G. constituti erant in populo Iudaeorum sacerdotales gradus, qui prophetas -asque discernerent. *al.*

2 *de iis, qui prodeunt post Christum natum*: **a** *generatim, sc. fere in ecclesia christ.*: VET. LAT. Matth. 7, 15 (cod. 12, *sim.* 1 [*p. corr.*] *et* Hil. in Matth. 6, 4. *al.*) attendite vobis a -is, qui veniunt ad vos in vestitu ovium (*cod. 3. al. et Vulg.* falsis prophetis. *quem locum sibi invicem obiciunt* AVG. c. Petil. 1, 20, 22 *et* PETIL. *ibid.* 2, 16, 36 [*cf.* 1, 23, 25]). 24, 24 (*v. p. 2410, 59*). I Ioh. 4, 1 (Tycon. reg. 6, *sim.* Aug. serm. 182, 1. *al. et* VVLG.) multi -ae prodierunt in hoc mundo. IREN. 4, 33, 6 -as, qui non accepta a deo prophetica gratia ... secundum operationem mali spiritus fingunt se prophetare. HIER. hom. Orig. in Ezech. 2, 1 p. 341, 13 ut 'prophetae' quidem accipiantur in eam partem, qua verbis dei ministrant, pseudo vero prophetae dicantur quidam ecclesiarum magistri, qui non recte seu sermone seu vita congruant ei, quam praedicant, disciplinae. 2, 2 p. 341, 22 sunt ... et hodie in vero Istrahel, id est in ecclesia, quidam -ae et falsi magistri (*cf.* CHROMAT. serm. 41, 2 l. 26 'vulpes' hic [*Matth. 8, 20*] -as significat, qui eo tempore erant in populo Israhel, et nunc sunt haeretici). SVLP. SEV. Mart. 24, 3 conicere possumus, istius modi -is (*sc. de quibus antea*) existentibus, antichristi adventum imminere. *et saepe.* **b** *speciatim: de antichristi comite (de ipso antichristo* AVG.): VET. LAT. apoc. 16, 13 (Priscill. tract. 1, 13, *sim. al. et* VVLG.) vidi ... de ore bestiae et de ore -ae spiritus ... inmundos ... (*sc. exire*), et hi sunt spiritus daemoniorum. TERT. resurr. 25, 1 (*cf. apoc. 19, 19sq.*) ut ... bestia antichristus cum suo -a certamen ecclesiae inferat. AVG. civ. 20, 14 p. 439, 6 ⌊-a vero⌋ eius *bestiae* aut antichristus est aut *eqs.* (⌊ ⌋ pseudo vero propheta *ed. Bened.*). COMM. instr. 1, 41, 16 multa signa facit ... cuius *antichristi* -a. *al. de haereticis (cf. l. 38)*: PRISCILL. can. 52 (*v. p. 2409, 62*). FILASTR. 49, 3 *Montanistae* separant se a catholica ecclesia propter illos suos ⌊-as⌋ et falsos doctores (proph- *var. l. sec. 49, 2; cf. l. 56*). LVCIF. non parc. 24 l. 7 (*allato* I Ioh. 4, 1, *v. l. 29*) tu, *Constanti,* mihi unus esse ex his -is manifeste videris. AVG. in epist. Ioh. 6, 12 omnes ... istae haereses spiritum dei habent? non ergo -ae sunt? *al.*

pseudoprophētīa, -ae *f., ψευδοπροφητεία. scrib.* -fet- *in cod. ant.* HIER. chron. a. Abr. 2187.

i. q. falsa prophetia: **1** *respicitur haeresis Montanistarum vaticinando conspicua*: TERT. ieiun. 1 p. 275, 9 *continentiam Montanistarum esse* aut haeresim iudicandam, si humana praesumptio est, aut -am pronuntiandam, si spiritalis indictio est (*item disting.*: 11 p. 289, 15 aut -a est, si spiritalis vox sollemnia ista constituit, aut h. *ibid.* p. 289, 23). HIER. chron. a. Abr. 2187 -a, quae Cata Frygas nominatur, accepit exordium auctore Montano et Priscilla Maximillaque insanis vatibus (*inde* PROSP. chron. I p. 429, 685). **2** *vario respectu*: IREN. 5, 29, 2 l. 48 in quem *Antichristum* recapitulatur sex millium annorum omnis apostasia et iniustitia et nequitia et -a et dolus. VICTORIN. POETOV. in apoc. 8, 2 *non* requirendus est ordo in apocalypsi, sed intellectus ...; est enim et ⌊-a⌋ (*i. et falso intellegi potest, cf. Haussleiter in app. et e. g. supra p. 1993, 68sqq.*; ⌊ ⌋ *corruptum in rec.* HIER.). AVG. un. eccl. 9, 23 p. 257, 11 *nil aliud est* prophetiam *in vet. test. contentam* crimine falsitatis arguere quam dicere, quae praenuntiavit, non posse compleri; hoc est enim dicere non esse prophetiam, sed potius -am.

pseudoprophēticus, (-a, -um), *ψευδοπροφητικός. i. q. non vere propheticus, sc. falsa prophetans vel ad falsum prophetam pertinens*: TERT. pudic. 21 p. 269, 26 ipsum paracletum in prophetis novis habeo dicentem: '...'; quid, si -us spiritus pronuntiavit?

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pseudoprophētis, -idis *f., ψευδοπροφῆτις. i. q. falsa prophetis*: TERT. anim. 57, 9 eundem spiritum *pythonicum esse* et in -e (-propheti *cod. A*) et in apostata, *sc. Saul eam adeunte* (*respicitur I reg. 28, 7sqq.; cf. I par. 10, 13* pythonissam). HIER. in Ier. 4, 60, 5 quod ... ⌊-es⌋ consuant cervicalia ..., ut faciant peccatores requiescere (⌊ ⌋ -prophetae [*quod antea disting.*] *al. var. ll.; respicitur Ezech. 13, 17* filias populi ..., quae prophetant de corde suo).

pseudoprophētissa, -ae *f. a* pseudo- *et* prophetissa. *i. q. pseudoprophetis*: RVFIN. hist. 4, 27 quos *libros Apollinaris* ... edidit adversum Catafrygas, Montanum scilicet et -as eius (*gr. ψευδοπροφήτισιν. cf. p. 2414, 62*).

pseudosacerdōs, (-ōtis) *m. a* pseudo- *et* sacerdos. *i. q. falsus sacerdos*: TRACT. Migne suppl. 4, 909 Sadoc -s, ... qui dixit non esse angelum ... nec resurrectionem (*cf. doctrinam Sadducaeorum*).

pseudoselīnon (-um *l. 21*) *n., ψευδοσέλινον. nomen herbae selino similis, q. e.*: **1** *quinquefolium, pentaphyllon* (*cf.* GLOSS. III 573, 53 -o, id est quinque folia [peodo- *cod.*; vel pentha *adscr. man. pr.*]): PS. APVL. herb. 2 l. 29 (*inde* GLOSS.^{L} I Ansil. PE 387 [med. p. 54], *ubi scrib.* seudo-) a Graecis dicitur pentafillos, alii -on *eqs.* (*cf. Diosc. gr. Vind. 4, 42 -ov*). DIOSC. 4, 39 p. 24, 11 pentafillu ... aut pentedactilo aut seudoseleno (*gr. 4, 42, 1 -ov*). **2** *apiastrum*: GLOSS. III 502, 80 ⌊-um⌋: apiastrum (⌊ ⌋ -lesinum *cod.; cf. III 359, 77* apiastrum: *ψευδοσέλινον*).

pseudosēricus, -a, -um, *ψευδοσηρικός* (*quod alibi non legitur*). *i. q. sericum mentiens* (*fort. neutr.* -um *pro subst. de vestimento*): NOT. Tir. 98, 47 pseudosiricum (*inter* siricum *et* (h)olosiricum).

pseudosmaragdus, -ī *m.* (*sec. usum* PLIN., *vix f.*). *potius modo compositorum gr. fictum quam receptum e gr. ψευδοσμάραγδος* (*quod non legi vid.; cf. l. 30*). *i. q. smaragdus non genuinus*: PLIN. nat. 37, 75 esse in ... templo *quodam* stelen amplam e smaragdo, nisi potius -us sit, nam et hoc genus reperiri *dicit Theophrastus* (*sc. lapid. 25 ψευδὴς σμάραγδος*).

pseudosphēx, *acc.* -ēcem *m., ψευδόσφηξ* (*quod alibi non legitur*). *significatur vespa aliis vespis solitaria natura dissimilis* (*cf. Leitner, Zool. Terminol., 1972, 206*): PLIN. nat. 30, 98 ⌊-em⌋ vocant vespam, quae singularis volitat (⌊ ⌋ *Gelenius*; -spe(r)cen, -spen *codd.*).

[pseudosynodus, -ī *f., in lexicis quibusdam perperam affertur ex* AVG. in psalm. 56.**]**

pseudothyrum, -ī *n. (v. l. 45) vel* **pseudothyrus,** -ī *f.* (*l. 62, sed m. l. 53*). [*ψευδόθυρο-, quod gr. non inveniri vid., deminutivis -ίς et -ιον exstantibus tamen agnosci potest; optime de genere disseruit Ranstrand, Querolusstud., 1951, 134sqq. comparans syn. παράθυρος fem.; cf.* pseudoforum *p. 2412, 37. Fo.*] *de origine cf. l. 46. scribitur etiam* se(u)do-, -ter-, -thir-, -tyr- *al. de notione*: GLOSS. per -um: þorh ludgaet (*anglosax.; spectat ad* OROS. *infra*). -um: posticium, id est latens ostium, quod semotum est a publico (*item nom. sing. neutr.*: GLOSS. V 622, 41 posticum ..., quod -um [seudotinum *trad.*] dicitur graece a seducendo).

i. q. ostium falsum, sc. posticum: **1** *in imag. iunctura* per -um (*abl.* -o *l. 51*) *spectat ad ea, quae clam, occulte fiunt* (*opp.* ianua *praeter* CIC. Verr.): CIC. Verr. II 2, 50 ea HS $\overline{CCC}$ quem ad modum ad istum *Verrem* postea per -um revertantur, ... planum faciam. p. red. in sen. 14 idem *Piso* domi quam libidinosus ... non ianua receptis, sed ⌊-o⌋ intromissis voluptatibus! (-t(h)yra, porro *var. ll.*). PS. HIER. epist. 6, 14 p. 97^ *Iohannes* nos de eo libro (*sc. apoc.*) ... non per aliquem -um (-terum, -typum *var. ll.*), sed per patentes ianuas ... inducat *in veritatem* (*v. Savon, Rev. Phil. 55, 1981, 99 adn. 47, qui in alio opere eiusdem Eutropii restituit* -um *ibid. p. 97*: 19 p. 191^{D} gloria filii hominis, quae per ianuam prohibetur, per ⌊-um⌋ videtur intrare [se ut(e)rum, secretum, seudoterum *codd.*]). OROS. hist. 7, 29, 3 *Constantius,* qui per ianuam ab errore idololatriae fuerat egressus, rursus in sinum eius ... tamquam per -um inducitur (-atrium *var. l.*). **2** *proprie* (*opp.* fores QVEROL.; *vix addas p. 2412, 43*): QVEROL. p. 46, 15 quidnam est hoc, quod fores clausas video? ... :: eamus huc ad -um, ⌊quam⌋ nosti bene; ... noster ille est aditus (⌊ ⌋ *def. Ranstrand, loco cit.*; quod *var. l.*). AMM. 14, 1, 3 *mulier quaedam* per palatii -um introducta *reginam corrupit* (OROS. hist. 7, 6, 17 *Claudius* per -um in Palatium refugiens [*subest Suet. Claud. 18, 3* postico]).

pseudotragoedia, -ae *f. potius a* pseudo- *et* tragoedia *fictum quam e gr. ψευδοτραγῳδία* (*quod non invenimus*). *in titulo operis Varroniani significari videtur fabula quodammodo tragoediis similis* (*v. Dahlmann, RE suppl. VI 1276*): HIER. epist. 33, 2 scripsit ... Varro ... ⌊-arum⌋ libros VI (⌊ ⌋ (seudo) trag- *var. ll.*).

pseudourbānus, -a, -um. *a* pseudo- *et* urbanus. *fem.* -a *pro subst. significat villam rusticam stili urbani* (*nisi subaudias* aedificiis): VITR. 6, 5, 3 earum ... rerum non solum erunt in urbe aedificiorum rationes, sed etiam ruri, praeterquam quod in urbe atria proxima ianuis solent esse, ruri ⌊ab⌋ -is statim peristylia (⌊ ⌋ autem [< aū] *Rose*).

pseudulus, -a, -um. [*gr. *ψευδύλος > lat.* pseudolus (*cf. nom. propr.* -us PLAVT. Pseud.), *postea* -ulus (*sec.* tremulus *sim.*); *v. post aliōs Biville, Les emprunts du latin II, 1995, 123sq. Fo.*] *i. q. (aliquantum) falsus* (*item* GLOSS.): VARRO Men. tit. -us Apollo, *περὶ θεῶν διαγνώσεως* (*respici vid. Serapis, v. Cèbe, comm. XI, 1996, 1800sq.; trad. forma* Varro -o Apolline *apud* Non. p. 468, 2 [pseudo(lo) *sim. var. ll.*]. 478, 9**)**.

cf. Onom. (Pseudolus). *Spoth.*

psī *subst. indecl., ψεῖ. nomen litterae gr. ψ*: QVINT. inst. 1, 4, 9 *litterarum* nostrarum ultima (*sc. x*), qua tam carere potuimus, quam ⌊-i⌋ non quaerimus (⌊ ⌋ *Pithoeus,* si *trad.*). HIER. in Ier. 5, 27, 2. *cf. vol. X 1, 2, 26sqq.*

psia (psoa, psoea), -ae *f., ψύα* (*ψόα, ψοία*). *codd. lat. testari vid. formam* psi- *l. 15,* pso- *l. 21. i. q. lumbus sim.* (*cf.* GLOSS. clunis: *ψύα.* lumbus: *ψύα.* lumbi: *ψύαι* [psoeae *cod.* III 86, 5]): CHIRON 981 *morbus* renalis, qui ⌊spiam⌋ et renes liquidos facit (⌊ ⌋ *cod. Monac. per metathesin, cf. e. g. p. 2420, l. 32; ad rem conferre possis e. g. Veg. mulom. 4, 3, 3* quasi lumbi dolere creduntur. *vix praeferas lect. cod. Basil.* spinam). CAEL. AVR. acut. 2, 37, 209 (*inter cibos*) aprorum clunes, quas Graeci ⌊*ψοίας*⌋ vocant (⌊ ⌋ *Bendz sec. ψόιας ed. princ.*; psoeas *Drabkin*). chron. 5, 1, 1 musculos clunium sub spinae finem ... adhaerentes -as vocaverunt *Graeci* (psoeas *Drabkin, Bendz,* psoas *Amman*). ORIBAS. syn. 1, 35, 2 La p. 89, 17 ⌊-as⌋ dolentes diu (⌊ ⌋ *scrib.* pro has, *cf. Li* paroidas, *St. al.* pro as, *gr. ψόας*; *Aa* lumborum doloribus diuturnis).

psiadicus (psoad-, psoead-), -a, -um, *ψυαδικός* **(***cui respondent variae formae codd.* CASS. FEL., GLOSS. *traditae, sc.* psiatic-, psidi(a)c- *sim.*; *ψοαδ-, ψοιαδ- gr. non legi vid.; suspicari igitur licet formas* pso(e)ad- *apud* CAEL. AVR. *ab ed. doctis restitutas esse* [*sim. e. g. chron. 5, 10, 124* coeliacis *edd.,* quiliacis *cod. L*]**)**. [*e coni. dub.* psoadicus *restit. Haupt, Opusc. III 336, apud* VLP. *supra p. 83, 27sqq.*]

i. q. pertinens ad psoas, lumbos: **1** *adi.*: CASS. FEL. 53, 5 medicamento emplastro ischiadico ⌊et -o⌋ uteris (⌊ ⌋ *Fraisse, ed. 2002; om. Rose cum cod. uno*). **2** *masc. plur. pro subst. de iis, qui affecti sunt lumborum dolore*: CAEL. AVR. chron. 5, 1 tit. de ischiadicis et -is (psoea- *edd.; item iunguntur*: 5, 1, 7 [*ed. ut l. 35*]. CASS. FEL. 53, 4. *cf. etiam p. 2394, 59*). 5, 1, 6 -i ... clunium dolore afficiuntur et tardo motu (psoea- *Drabkin, Bendz,* psoa- *Amman*). CASS. FEL. 53, 1 -is ... musculi patiuntur ... supra lumbos iuxta spinae finem adhaerentes (*cf. l. 20*). **3** *fem. sing. pro subst. de passione lumborum*: CASS. FEL. 53 tit. ad ischiadicam et -am (*inde corrigitur* GLOSS. III 604, 4 pissada i. sciada).

psialgia *f., ψοαλγία* (*Aet. med. 12, 70 tit. p. 130, 8, cf. 130, 19 ψοαλγικούς. formae ψυαλ-, ψοιαλ- gr. non legi vid.*). *i. q. dolor lumborum*: PS. SORAN. quaest. med. cod. Lincol. fol. 36^{r} quid est -a? renium dolor *eqs.* (*sim.* cod. Carnot. fol. 12^{r} [*scrib.* proalgia], *om. ed. Rose sec. cod. Lond.*). *Bk.*

psialgicus (psoeal-), -a, -um, *ψοαλγικός* (*v. l. 41*). *non nisi masc. plur. pro subst. in explicationibus.* THEOD. PRISC. log. 117 haec etiam ⌊-is⌋ rite conveniunt, quibus lumbi dolere consuerunt **(**ps(i)alg-, sciaticis *codd.,* psoealg- *Rose; sim.* GLOSS.^{L} I Ansil. PS 18 [med. p. 65; *ex opere medii aevi*]**)**. GLOSS. psialeg(ic)i: lumborum dolores.

psiathium, -ī *n., ψιάθιον, et* **psiathus,** -ī *m. vel f., ψίαθος, vel per contaminationem* psiathius, -ī *m. scribitur saepe* h *omissa, e. g. in cod. ant.* HIER. tract. in psalm. I p. 148 l. 182 -tio, *aliaque ratione depravatum, e. g.* siat-, spiat- CASSIAN. conl. 4, 21, 2 (*cf. l. 63sq.*). *codd. passim variantibus praevalere vid. neutr.* -ium; *formas masc. plur.* -i *vel* -os *exhibet* DIONYS. EXIG. *l. 64. p. 2417, 1sqq.; excipitur per pron. neutr. l. 61, masc. vel fem. p. 2417, 2* (*ubi et fem.* -tae *var. l.*). [*francog. vet.* plyace (*nisi perperam lectum pro* *psyace); *cf. Wartburg IX 501. C. S.*]

i. q. matta (*stragulum iuncis, papyris sim. factum, v. Hug, RE XIV 2310*): **1** *explicationes*: HIER. reg. Pachom. 88 p. 39, 4 praeter -ium (-tum *var. l.*) id est mattam ... ad dormiendum nihil ... substernet **(**[*gr. -ιον*]. GREG. M. dial. 2, 11, 2 in -io [-to *var. l.*], ⌊quod vulgo m. vocatur⌋, quo orare consueverat [⌊ ⌋ *om. pars codd.*]. GLOSS. I p. 297. IV 553, 24 [*scrib.* pisiatium]. V 417, 28 [*scrib.* spiathio. *cf.* GLOSS.^{L} Corp. SP 487 spiato]. *cf. l. 65***)**. DIONYS. EXIG. vita Pachom. 43 l. 13 *fratrem* -thos id est tegetes operantem, quas mattas vulgus appellat (-ios *var. l.; gr. -θον, -ιον*). GLOSS.^{L} I Ansil. PS 19 (cod. Paris.) -io: cylicio. *corruptae*: GLOSS.^{L} I Ansil. PS 20 -io ('spodo?' *ed.*): cinere. 21 -to: holocausto.

2 *illustratur usus*: HIER. reg. Pachom. praef. 4 p. 6, 7 nihil habent *monachi* in cellulis praeter -ium (-t(h)um *var. ll.; sim.* CASSIAN. inst. 4, 13. *cf. l. 59*). 94 p. 40, 2 nullus in -io (-t(h)o *var. ll.*) cum altero dormiat (*inde* REGVLA orient. 44 in -tho). tract. in psalm. I p. 148 l. 182 *vir pius* vigilet, ieiunet, iaceat in -io, non in plumacio. CASSIAN. conl. 1, 23, 4 *abbas* ipsis, quibus insidebamus, -iis admonens incubare (inst. 5, 35). 4, 21, 2 curam -ii, sportellae *eqs.* 15, 1, 1 -iis (-t(h)is *var. ll.*) ... consedimus (17, 3. *cf. l. 73 et* 18, 11, 2 -ii ... refugiens sessionem). DIONYS. EXIG. vita Pachom.

[Wieland]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

43 l. 24 -thos ... cum fratribus texere (-ios *var. l.; gr.* -ια). 43 l. 28 quot sunt ... ⌞-thi⌟, quas (quos *var. l.*) te fecisse dixisti (⌞ ⌟ -ii *et* -tae *var. ll.; gr.* -ια). 47 l. 29 -thos operabantur (-ios *var. l. ut* 52 l. 5; *gr. eadem varietate utrobique. cf. p. 2416, 65*).

psiaticus *v.* psiadicus. **psic(h)-** *v.* psych-.

[psidia *falso in ed. vet.* ALEX. TRALL. *pro* sidia, *ubi v.*]

psidi(a)cus *v.* psiadicus. **psidracion** *v.* psydracium.

psīla, -ae (psīlē, -ēs) *f., ψιλή (adi. ψιλός pro subst. fem.). scribit* sipl- ISID. *l. 14 (veriloquii causa). formis lat. utuntur* LVCIL. *l. 13 (inde* ISID.), PS. PHOC. *l. 24,* GLOSS. *l. 19, gr. ceteri.*

significatur, quod aliqua re caret: **1** *de veste stragula, cuius altera superficies villis tecta non est (fem. pro subst., nisi loco manco antecessisse putes e. g.* vestes): LVCIL. 13 ⌞-ae⌟ atque amphitapae villis ingentibus molles (⌞ ⌟ *codd. Nonii,* siplae *sim. trad.* ISID. orig. 19, 26, 5, *qui explicat* sipla tapeta ex una parte villosa, quasi simpla). **2** *de prosodia, quae caret aspiratione* (*opp.* dasia *passim, syn. v. l. 26; explicationes*: PS. PRISC. gramm. III 520, 15 [*inde* ISID. orig. 1, 19, 10 GLOSS.] -e [silen *var. l.*], quod interpretatur siccitas vel ⌞purum⌟ [*Isid., var. l. Gloss.,* parum *codd. Ps. Prisc., var. l. Gloss.*]. GLOSS. -a: *ψιλὴ ἐπὶ τῆς προσῳδίας.* GLOSS.ᴸ I Ansil. PS 23 -e: lene): VICTORIN. gramm. VI 193, 25 (*inter accentus*) quare dasian et -en, quibus Graeci utuntur, ... praetermittimus? quoniam adspirationem nobis adposita H littera ... repraesentat (*sim.* DON. gramm. mai. 1, 5 p. 611, 8 POMP. gramm. V 132, 28 sq. 133, 2 AVDAX gramm. VII 331, 3). PS. PHOC. gramm. V 440, 35 de -a, id est inaspiratione. 440, 40 *voces quaedam* -en amaverunt (*cf.* 441, 7 -en ... in scriptura habere solent). PRISC. gramm. II 35, 26 -es notam ..., quam Remmius Palaemon exilem, Grillius vero ... levem nominat (*cf. e. g. vol. VII 2, 1215, 35 sqq. 1220, 25 sqq.*).

cf. Onom.

psillium *v.* psyllium. **psillus** *v. ?*psellus.

psīlocitharisis NOT. Tir. 106, 85 (*notae explicationem, quae in K excidit, suppl. Schmitz*; philocitharis *sim. var. ll.*). *est gr. ψιλοκιθάρισις, quod alibi non legi vid.; i. q. cantus psilocitharistae.*

psīlocitharistēs (*vel* -a), -ae *m., ψιλοκιθαριστής.* NOT. Tir. 106, 86 -es (pilocitharestis *sim. trad.*). *i. qui sola cithara canit (non iuncta voce humana; ad rem v. Bélis, Rev. Phil. 62, 1988, 242 sqq.*): CIL VI 10140 (*saec. I?*) Pothus psilocithar(istes) (*vel* -(ista)) palmaris. SVET. Dom. 4, 4 *certamine Capitolino certabant* praeter citharoedos chorocitharistae quoque et -ae.

psīlōsis (spīl-), *acc.* -in *f., ψίλωσις. i. q. nudatio: ossis (sc. carne sublata, cf. gr. Hippocr. aphor. 7, 19 ἐπὶ ὀστέου ψιλώσει*): CHIRON 58 (*in fractura capitis*) ubicumque ⌞-is⌟ facta fuerit, ... radito cottidie (⌞ ⌟ spil- *codd. Monac. et Basil.*). *cutis*: GLOSS.ᴸ I Ansil. AL 278 (med. p. 6) alopicia (*sc.* -pe-): ... est ... capillorum fluor circuminscriptus, quam Gr(a)eci -in vocant.

psīlōt(h)ro, -āre. *a* psilot(h)rum. *i. q. psilotro depilare*: PLIN. med. 3, 32, 4 hoc *remedio* peruncti -antur (*paulo aliter Plin. nat. 30, 133* psilotri vice utuntur evolsis prius pilis). *Wieland.*

psīlōt(h)rum, -ī *n., ψίλωθρον (quod gr. respondere solet). in codd. longe praevalet scriptura* psilotr-, *e. g.* ORIBAS. eup. 4, 7 Aa p. 533 (*sed* psy- *ibid.* 2, 1 *A* 29 Aa p. 438. *al. et hic illic in posterioribus*), -thr- *exhibent* CIL IV 2613 *et codd. nonnulli med. aevi; ceterum occurrunt variae formae depravatae, e. g.* sil- PLIN. nat. 32, 76 (*ubi et* pil-). 32, 135. *al.,* phil- PELAGON. 248. NOT. Tir. 102, 11 -um (*scrib. fere* -lut-). *de genere et formis: nom. vel acc. gr.* -on *v. p. 2418, 14. 18, nom. sing. masc.* -us ORIBAS. syn. 9 add. La p. 401 (*sed ibid.* tit. -um). *legitur inde a* PLIN. nat. *et inscr. vasorum Pomp. nimirum apud artium scriptores praeter* MART., HIST. AVG. [*fort. francog. vet.* cilestre; *cf. Wartburg IX 501. C. S.*]

1 *remedium ad tollendos pilos vel capillos* (*vergit fort. in notionem actionis depilandi l. 73; memorantur genera tria l. 75,* -um album *p. 2418, 13,* medicinale CASS. FEL. 1, 13; *iuxta ponitur saepe* dropax, *e. g. p. 2418, 3. 6. 10; huc fort. spectat* GLOSS. -um: azelia ['*ἀζαλέα?' Goetz*]): **a** *usu vario*: PLIN. nat. 20, 90 *brassicae* cinis inter caustica intellegitur ..., cum lasere et aceto inter -a; evulsis inlitus pilis nasci alios prohibet (*sim.* GARG. MART. med. 30, 33). 21, 118 cypero vis in medicina -i *est* (28, 250. *al.*). 22, 34 eadem *urtica* -um est sicca (30, 133 fel irenacei -um est. 28, 46. *al.*). 28, 46 terram e calvaria -um esse palpebrarum (32, 76). 32, 136 alii ex XV ranis conficiunt -um (ORIBAS. eup. 4, 7, 7 Aa p. 533. *al.*). *ibid.* in omni ... -o evellendi prius sunt pili (*sim. praecipit* PLIN. med. 3, 32, 2; *cf. l. 48. 64*). *al.* CIL IV 2613 (*in amphora; sim.* 2614) -u(m). MART. 6, 93, 9 *Thais* -o viret aut acida latet oblita creta. DIOSC. 5, 144 p. 233, 14 *alcyonei genera quaedam* -is miscentur. ORIBAS. eup. 2, 1 *A* 29 Aa p. 439 *arsenico* utuntur ... in -is (*sed gr. A 68 εἰς τὰς ψιλώσεις, cf. A* 30 La p. 438 in -um). 4, 7 tit. Aa p. 532 de -is (*gr. περὶ τῶν φθειρόντων τὰς τρίχας. sim. respondet* 4, 7, 1 *ibid.* tria genera sunt -a, unum de quo capilli ... cadunt et iterum renascuntur, alterum *eqs.*). *al.* **b** *adhibetur a viris effeminatis*: PLIN. nat. 26, 164 -um ... in muliebribus medicamentis tractamus, verum iam et viris est in usu. MART. 3, 74, 1 -o faciem levas et dropace calvam, *Gargiliane.* HIST. AVG. Heliog. 31, 7 ut eas *mulieres* ipse -o curaret, ipse quoque barbam -o accurans. SCHOL. Iuv. 9, 14 'fascia visci': -um significat, dropacem. **c** *adhibetur in curationibus morborum, vulnerum sim.*: PELAGON. 248 *medicamentum* inponis, sed prius ... articulos -o levigabis (*sim.* VEG. mulom. 2, 48, 3 locum ... inducto -o decalvas. CAEL. AVR. chron. 2, 13, 153. CASS. FEL. 1, 13 *supra p. 2144, 20*). THEOD. PRISC. gyn. 31 locis *feminarum fluxu laborantium* ... -a, ... dropaces ... appono (*in eadem passione* CAEL. AVR. gyn. 2, 55). CAEL. AVR. chron. 2, 1, 31 utemur ... localibus adiutoriis ..., ut dropace ..., -o. ORIBAS. syn. 3, 167 add. Aa p. 881 (*item* 9 add. La p. 401) -um album; ad artriticos, podagricos *eqs.* (*cf.* ALEX. TRALL. 2, 260 tit. [cod. Andecav.] -on podagricis). *al.*

2 *nomen herbae, sc. bryoniae vel vitis albae (ad depilandum aptae; ad rem cf. André, Les noms de plantes, 1985, 209*): PLIN. nat. 23, 21 (*inde* 1, 23, 16) vitis alba, ... quam Graeci ampelon leucen, ... alii -um ... appellant (*sim.* DIOSC. 4, 177 p. 87, 23 ampelos leuce aut brionia ... aut -on ... dicunt). PALLAD. 1, 35, 8 pulices *fugas* ... infundens ... aquam lupinorum -i austeritatibus iutam.

deriv.: psilot(h)ro. *Wick.*

psīma *v.* psegma.

⊠psimithium, -ī *n., ψιμύθιον (-μίθ-). scribitur* -myth- *in var. l.* PLIN. nat. 1, 34, 54. 23, 125, *ceterum fere ubique* -mit(h)-, *etiam in cod. vet.* Aa ORIBASII, *sc.* syn. 7, 13 add. p. 146 -u (*potius gen. gr. quam acc.; item* 7, 45 add. p. 187) *et* h *omissa* eup. *Ψ* 1 p. 514; *ex recentiorum varietate neglegere noluimus* ipsi- CHIRON 473 p. 156, 8. CHALC. comm. 332 (*var. l.*). GLOSS. (*ubi et* pisi-), pri- *l. 39 et in var. l.* PLIN. nat. 22, 112, si- VITA Athan. 14 ORIBAS. syn. 2, 60, 12 La p. 133, 23, spi- HIER. epist. 38, 4, 3 (*var. l.*). MARCELL. med. 8, 219 med. carm. 30. *nom. vel acc. gr.* -on *exstat l. 43. 44, gen.* -u *l. 25; ceterum occurrit masc.* -us *l. 42. 43.* [*confunditur c.* apsinthium PLIN. nat. 34, 175 (*cf.* 22, 42. *restituit Bulhart in schedis* DIOSC. 3, 47 p. 398, 26).]

i. q. cerussa (item e. g. l. 44. 48 et GLOSS.): **1** *est medicamentum*: SCRIB. LARG. 32 -i *tantum* (*inter substantias collyrii ut*: 33. MARCELL. med. 8, 219 -i loti. *al.*). PLIN. nat. 20, 141 *ruta* emendat ... ignem sacrum ex aceto ... vel -o (*eodem spectat* 22, 42). 23, 125 *ficus* adiecto -o digeritur in pastillos ad ... scabritiam. CHIRON 473 p. 156, 15 ⌞-um⌟ ex aqua maceratum (⌞ ⌟ primicium *vel* post im- *trad., corr. sec. Hippiatr. gr. I 225, 16*). 896 ⌞cerusae *tantum* ..., -um *tantundem*⌟ (*per abundantiam [v. l. 35]; item inter substantias emplastri*: MARCELL. med. 7, 18. ORIBAS. syn. 2, 60, 12 La p. 133, 23 -us [*Aa* cerussa]. *al.; cf.* ORIBAS. eup. 2, 1 *Ψ* 1 Aa p. 514 -on inplasticus est [*i.* empl-; La -us]). *al.* **2** *est venenum*: SCRIB. LARG. 184 cerussam, quam Graeci -on vocant, qui biberunt *eqs.* PLIN. nat. 20, 63 *lactucae* venenis resistunt ... -o excepto. 20, 223 contra -i venena (22, 112. 23, 80 v. omnia ..., praecipue -i et gypsi). 23, 128. **3** *cetera exempla*: PLIN. nat. 34, 175 (*inde* 1, 34, 54) -um ..., hoc est cerussam, plumbariae dant officinae, laudatissimam (-issimum *var. l.*) in Rhodo. CHALC. comm. 332 si sit aliquid candidum, ut -um (*item exemplum est materiae albae*: VITA Athan. 14 sicut ... nix et -um quantum ad albedinem similes *eqs.*). HIER. epist. 38, 4, 3 crebris lacrimis facies *viduae* -o ante sordidata purgatur (*cf.* GLOSS. -o: cerussa, ⟨or⟩natura mulierum).

psīricus *v.* psor-. **psissa** *v.* psetta. **psita-** *v.* pista-, psitta-.

psithius, -a, -um, *ψίθιος (ψυθ-; de verilequio et notione vocis gr. nihil constat). in codd. scribitur variis modis, e. g.* psit(h)-, psyt(h)-, pith-, sith-, *v. infra.*

significatur genus uvae (vitis) vino passo aptum (omphacio l. 64), vel ipsum passum (cf. André, Rev. Ét. Lat. 30, 1952, 151): **1** vitis -a: VERG. georg. 2, 93 sunt Thasiae vites, sunt et Mareotides ... et passo -a utilior (sit- *Non. p. 370, 11. cf.* BREV. EXPOS. *ad l.* ⌞genus vitis⌟ -a in Creta insula [⌞ ⌟ *item* PROB. *ad l.*]). 4, 269 -a passos de vite racemos. COLVM. 3, 2, 24 *graeculae vites,* ut ... -ae (pi-, py- *codd.*), ... habent probabilem gustum, *sed in Italia minus uberes sunt.* PLIN. nat. 12, 130 *omphacium* e vite -a fit. **2** *de uva*: PLIN. nat. 14, 81 *passum fieri* ex uva, quam Graeci ⌞-am⌟ vocant, nos apianam ([⌞ ⌟ stic(h)am *var. ll.*]. SERV. georg. 2, 93 etiam de alia uva posse passum fieri, sed melius de -a. MACR. Sat. 3, 20, 7 [*inter genera uvarum; antea*: melampsithia]). STAT. silv. 4, 9, 38 passum -is ⌞suis⌟ recoctum (⌞ ⌟ uvis *trad. contra metrum; ad rem v. Coleman, 1988, ad l.; de vite cogitant alii*). **3** *de vino passo*: PLIN. nat. 14, 80 vinum omne dulce minus odoratum; ... -um (psy- *edd. vet.*) et melampsithium passi genera sunt suo sapore, non vini.

psītta *v.* psetta. *Wieland.*

psittacinus, (-a), -um, *ψιττάκινος. i. q. colorem psittaci habens, sc. viridis (sed cf. p. 2419, 8 sq.*): SCRIB. LARG. 27 collyrium ⌞-um⌟ a

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

colore ita dictum, facit ad epiphoras (*item* MARCELL. med. 8, 6, *litteris gr.* SCRIB. LARG. ind. capp. 27 *-ον* [*ed. princ., ψυττακεινουν cod. T*]; *inde ψιττάκιον Galen. XII 764*).

1. psittacium *v.* pistacium.

2. psittacium *n., adi. et subst., ψιττάκιον (adi. a ψιττακός derivandum, nisi fallimur; cf. l. 9). trad. variis modis depravatum (v. infra).*

i. quod colorem psittaci habet, sc. viridem; non nisi ad significandum genus emplastri sim. (sed fort. intercedit etiam confusio quaedam cum nuce eiusdem coloris q. e. pistacium, *quod saepe trad. forma* psitt-, *v. vol. X 1, 2214, 75 sq. et gr. ψιττ- iuxta πιστ-*): emplastrum ⌞-um⌟ (*attrib. an appos.?*): CASS. FEL. 17, 3 (*ad parotidas*) -o e. uteris (sitac-, sutac- *trad.*). 21, 6 (psyta-, psita- *sim. codd.*). ORIBAS. syn. 3, 8 Aa p. 851 tit. ⌞e. siptacum⌟ (*gr. ψιτάκιον, var. l. πιστ- in ind. capp.,* La p. 894 siptagio(n)). *solum ponitur*: ALEX. TRALL. 1, 125 (cod. Andecav.) *ad parotidas facit* dia mellilotum ... cum septatio mixtum (*cod. Oxon. in marg.* septacio, *ed.* septenno, *gr. II 109 ψιττακίου*).

psittacus, -ī *m., ψιττακός. de scriptura* (ps- *testantur* MART. CAP. 3, 245. 254 PRISC. gramm. II 43, 15): *occurrit in codd. rec. etiam* psy- *vel* -ita- *sim.; formam* sipt- (*cf. vocem peregrinam l. 47*) *exhibet cod. unicus* POL. SILV. chron. I p. 543, 15, *cf. var. ll. (etiam* sitt- *sim.) e. g.* VARRO rust. 3, 9, 17 SOL. 52, 43 AMBR. hex. 5, 12, 39. *genus masc. testatur* CHAR. gramm. p. 71, 27.

significatur genus avium Aethiopiae (l. 30) vel Indiae (e. g. l. 34. 41), sc. 'Psittacus Alexandri L.' sim. (cf. GLOSS. -us: *ψιττακός. ad rem v. e. g. Capponi, Ornithologia lat., 1979, 433 et 458 sqq.; fusius de ave* PLIN. nat. 10, 117 APVL. flor. 12, 1 sqq. SOL. 52, 43 sqq.; *iuncturam* -us avis *v. l. 31. 34. 36*): **1** *vario usu*: VARRO rust. 3, 9, 17 *gallinae* in ornatibus publicis solent poni cum -is ac merulis albis. OV. am. 2, 6, 16 quod fuit ... *Pylades* Orestae, hoc tibi, ... -e, turtur erat (*de eorundem amicitia*: PLIN. nat. 10, 207). PLIN. nat. 6, 184 inde, *sc. ab insula quadam Nili in Aethiopia,* primum visas aves -os *ab exploratoribus.* 11, 132 *ossa capitis* durissima -is. STAT. silv. 2 praef. *in* -um ... leves libellos. 2, 4, 1 -e, dux volucrum. 2, 4, 25 -us, ille plagae viridis regnator Eoae (*item de colore viridi*: APVL. flor. 12, 1 color -o viridis. SOL. 52, 43 sola India mittit avem -um colore viridem, torque puniceo [*e* PLIN. *l. 47*]. *al.*). MART. 14, 73 tit. PLIN. epist. 4, 2, 3 habebat puer ... luscinias, -os. APVL. flor. 12, 1 -us avis Indiae avis est. 12, 6. SOL. 52, 45 ut barbari -os mercem fecerint. IVL. VAL. 3, 29 l. 647. HIST. AVG. Heliog. 20, 6 *patinas* refertas ... capitibus -orum et fasianorum (*item inter cibos*: 21, 2 -is ... leones pavit. APIC. 6, 6, 1). *al.* **2** *respicitur facultas imitandae vocis (humanae praeter l. 52), garrulitas sim.*: OV. am. 2, 6, 1 -us, Eois imitatrix ales ab Indis, occidit (*cf.* 2, 6, 38 ille loquax humanae vocis imago, -us. STAT. silv. 2, 4, 2 humanae sollers imitator, -e, linguae). 2, 6, 57. PERS. prol. 8 quis expedivit -o suum 'chaere'? (*item de salutatione*: MART. 14, 73, 1 -us ... hoc didici ... dicere: 'Caesar, have'. MACR. Sat. 2, 4, 30). PLIN. nat. 10, 117 (*inde* 1, 10, 58) *aves quaedam* humanas voces reddunt, -i quidem etiam sermocinantes; India hanc avem mittit, ⌞siptacen⌟ vocat, viridem *eqs.* (⌞ ⌟ psitacen, septagen *sim. var. ll.*). APVL. flor. 12, 5. 12, 8 corvus et -us nihil aliud, quam quod didicerunt, pronuntiant (*sim.* AVG. mus. 1, 4, 6 [*v. vol. X 1, 2073, 56 sqq.*]. CASSIOD. in psalm. praef. l. 102). AMBR. hex. 5, 12, 39 unde mihi voces -i dulcedinemque merularum (5, 14, 49). *al. in comparatione (ad illustrandam rem parum credibilem)*: MART. 10, 3, 7 voce ut loquatur -us coturnicis et *choraules* concupiscat esse ... ascaules?

cf. Onom. *Ottink.*

arbores eas ⌞**psitthachora**⌟ vocari, qua *Indorum* appellatione significetur praedulcis suavitas, *narrat Ctesias* PLIN. nat. 37, 39 (⌞ ⌟ *cod. B* [*inde* -as *edd. rec.*], apitachora *F,* aphytacoras *L; haud inepte* siptachoras *restit. Harduinus sec. Frg. Gr. Hist. 688 Ctes. F 45 p. 501, 8 σιπταχόρα, v. Brust, Die ind. und iran. Lehnwörter im Griech., 2005, 618 sqq. et ad rem e. g. Kiessling, RE IX 331 sq.*).

psix *f., ψίξ, non nisi in iunctura* dia psicōn (*διὰ ψιχῶν*) *ad appellandum genus fomenti per frustula panis minutissima factum*: ORIBAS. syn. 3, 64 Aa p. 864 epithima d. -n ([*gr. ψιχῶν, quae vox inter singulas substantias ibid. vertitur* micas panis]. 3 add. 32 Aa p. 906 [*postea*: buccellatum ... tritum]). 9, 45 add. Aa p. 363, 6 malagma d. -n (*scrib.* d. bsicon. *postea*: pane siccu ... tritu pulvis). *corrigas igitur vol. V 1, 954, 16.*

pso(e)a, pso(e)adicus, pso(e)algicus *v.* psia(-).

psōlē, *acc.* -ēn *f., ψωλή. i. q. mentula (sc. praeputio non tecta)*: PRIAP. 68, 5 *dominus meus versus Homeri recitat*; ille vocat, quod nos ⌞-en⌟, *ψολόεντα κεραυνόν (ω 539;* ⌞ ⌟ *Heinsius,* psolon *Gronovius,* psoleon *codd. ordine verborum turbato*).

psōmus, *acc. pl.* -ūs *m., ψωμός. i. q. frustum alicuius escae (sc. intinctae vel condītae)*: ORIBAS. syn. 9, 16, 3 La p. 304 dabis ad edendum calidus ⌞-us, id est sundas⌟ (*Aa* suppas, *gr. ψωμούς*). *Wieland.*

psōra, -ae *f., ψώρα. perperam scribitur in var. ll. codd., e. g.* spor- PLIN. nat. 25, 173 GARG. MART. med. 30, 20. *al.,* sor- PLIN. nat. 34, 102. *al. sing. non nisi l. 7. 9. 15.*

significatur morbus vel asperitas summae cutis, fere i. q. scabies sim. (quae distingui vid. e. g. l. 13, ita ut aliae affectiones, quae passim iuxta enumerantur, maxime lepra. *cf.* CHAR. gramm. p. 46, 3 scabies *ψώρα.* GLOSS. vitiligo: macula alba in corpore, alfon Graeci et -am [-an *var. l.*] vocant): **1** *vario usu*: PLIN. nat. 20, 4 *radix cucumeris* impetiginem et scabiem, quaeque -am (-an *var. l.*) et lichenas vocant, ... sanat. 20, 88 *brassica illita levat* lepras et -as (*inde* GARG. MART. med. 30, 20 emendat). 20, 94 *brassicam petraeam* oris ulcera ... tollere, item -as et lepras veteres (20, 181. 22, 72. 32, 85). 20, 141 *ruta* -as et lepras cum melle et alumine illita emendat (23, 117 palpebrarum ... scabiem ..., item lichenas et -as. 31, 101. *adde l. 10*). 23, 83 *oleum cicinum* prodest et articulorum morbis, ... item -ae. *al. apud eundem.* **2** *-ae illinuntur medicamentis (sc. ut eluceat notio partis scabie affectae)*: PLIN. nat. 20, 41 alopecias fricuere et -as tusis cepis. 23, 3 *lacrima vitis* lepras et lichenas et -as nitro ante praeparatas sanat. 23, 13 *quodam* decocto ... fovere -as et pruritum. 23, 22 *semen vitis albae* -is et lepris illinitur (30, 29. *cf. l. 10. 13*).

psōranthemis *f., ψωρανθεμίς (apud Graecos non legitur). nomen herbae, sc. roris marini species (cf. André, Les noms de plantes, 1985, 209)*: PS. APVL. herb. interpol. 80 l. 46 alia *est* infructuosa ..., vocatur etiam ab aliis -is ..., Latini malum lentum (*nomina desunt Diosc. gr. 3, 74, 2*).

psōri *v.* sori.

psōriāsis *f., ψωρίασις. nomen morbi*: CAEL. AVR. chron. 5, 4, 60 (*inter passiones vesicae*) ulcus, durities, pityriasis, item -is, quam scabiem vel scabrum appellamus (*cf.* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 2780 [med. p. 65] -is [*scrib.* propri-]: est vesic(a)e causa, unde pit⟨y⟩riasis efficitur, hoc est furfures in urinis).

psōricus, -a, -um (-on), *ψωρικός. scribitur in codd. variis modis depravatum, imprimis* so- PLIN. nat. 34, 119 (*var. l.*). DIOSC. 5, 125 p. 221, 1. *al.,* spo- *l. 48 et* CASS. FEL. 15, 2. *al., ceterum e. g.* psi- *l. 50; notatur l. 52 sq. nom. sing. neutr.* -on *e. g. l. 44. 47, litteris gr. l. 46.* [*e coni. dub.* CATO agr. 157, 16 (*v. Mazzarino in ed., p. XII sq.*). VLP. frg. Vat. 130 *supra p. 83, 28.*]

i. q. ad psoram pertinens, sc. de medicamento (adhibetur passim pro subst. neutr., certe exstat adi. l. 46. 48 sq. 57): **1** *curantur oculi, palpebrae (aut admiscetur* -um *aliis substantiis collyrii ut l. 39 sqq., aut pro collyrio est)*: CELS. 6, 6, 31^{A} *collyrium Euelpidis* habet papaveris lacrimae ..., -i *tantum (item inter varias collyrii substantias*: 6, 6, 33 SCRIB. LARG. 32). 6, 6, 31^{B} nulla ... per se materia est, quae -um nominetur, sed chalcitidis aliquid et cadmiae dimidio plus ex aceto simul conteruntur *eqs.* (*describitur eadem fere confectio*: PLIN. nat. 34, 119 [*inde* 1, 34, 29] medicamentum ... -on dictum [*nisi ad 2*]. DIOSC. 5, 124 p. 220, 7 [pyor- *cod.*]. ORIBAS. syn. 3, 133 Aa p. 876 ⌞dicitur haec confectio -um⌟ [*om. gr.*]. *al.*). SCRIB. LARG. 32 (tit. collyrium -um; *cf.* ind. capp. 32 collyrium *-όν*) ad aspritudinem oculorum ... facit hoc collyrium bene, quod -on dicitur. MARCELL. med. 8, 125 collyrium stratioticum -um (spor- *trad., ut ibid. iterum*). DIOSC. 5, 125 p. 221, 1 excepta confectione -a (*cf. l. 45*). ORIBAS. syn. 8, 56, 3 La p. 261 cum psirico pulvere sunt curandae, *sc. ἐγκανθίδες (gr. διὰ ... καδμείας ψωρικῷ). al. in signaculis oculariorum (cf.* diapsoricus *vol. V 1, 954, 13 sqq.*): INSCR. ocul. (CIL XIII 10021) 79b pso-ri(cum). 206c -um. Année Épigr. 1946 n. 9b p(soricum); ... Fortunati psoric(um) ad clar(itatem). **2** *curatur cutis aliarum partium corporis (addasne l. 44?)*: CASS. FEL. 2, 3 *adiutoria* localia ..., ut est -on medicamentum ad scabiem totius corporis (15, 2 curatur m. scabioso, quod -on dicitur. *cf. l. 44*). 15, 3 aliud -on emplastrum faciens ad scabiem et lepram. ORIBAS. syn. 7, 8 add. Aa p. 139 *ad pruritum* -on optimum: *eqs.*

psōrōdēs *adi., ψωρώδης. i. q. psorae plenus, scabiosus sim.*: ORIBAS. syn. 9, 27 add. Aa p. 331 *confectio* facit ad -es passiones.

psōron *n., ψωρόν.* sporon *codd. per metathesin (ut l. 1. 32). significatur substantia quaedam superficiei asperae sim. (an adhibenda contra psoram coll.* medicamentum scabiosum *l. 56?)*: MARCELL. med. carm. 56 (*inter varias substantias*) sandaracam, samsucum, -on, alumen.

psōropthalmia, -ae *f., ψωροφθαλμία. scribitur in codd. etiam* pro- *aliisque mendis. i. q. oculorum asperitas, scabies*: ORIBAS. eup. 4, 28 tit. Aa p. 548 ad -a(m) id est scabiosos oculos (*gr. πρὸς -αν,* La ad -as *eqs.*). syn. 3, 132 La p. 876 *collyrium* reumam omnem et dolores, -as tollit (*gr. 3, 136 περιωδυνίας καὶ -ας, Aa p. 877* ad scabros oculos habentibus). 3, 139 La p. 878 ad ... -as (*gr. -ας, Aa sim. ac l. 70*).

psya, psyadicus, psyalgicus *v.* psia(-). **psyc-** *v. et* syc-.

[psȳchē *non trad. nisi gr. (e. g. περὶ -ῆς* CIC. Att. 13, 32, 2) *excepto nomine proprio, quod subest etiam* CIL IV 1362 (*aliter index ed. p. 763*); *cf.* psychiexodo.**]** *Clavadetscher.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

psȳchicus, -a, -um, *ψυχικός* (*quod gr. fere resp. apud* IREN. *infra*). [*confunditur in codd. c.* physicus *e. g.* TERT. monog. 1, 1 (*restit. l. 37*).]

i. q. animalis, sc. technice in doctrina christ. (sec. I Cor. 2, 14. 15, 44. al.) de eo, quod non spiritale est (*i. praeditum anima ideoque non materiale quidem [opp.* choicus *l. 15. 16,* hylicus *l. 16. 21. 42], sed expers spiritūs dei [sc. πνεύματος. opp.* spiritalis *l. 16. 21. 25. al., cf. e. g. l. 13. 27]; explicatur* animalis *l. 20. 40; cum contemptu de catholicis apud* TERT. *ubique praeter l. 14. 24, apud* IREN. *l. 17. 33. al.*): **1** *adi.*: **a** *de rebus*: TERT. monog. 1, 2 neque continentia eiusmodi (*v. l. 26*) laudanda, quia haeretica est, neque licentia defendenda, quia -a est. IREN. 1, 8, 3 *hominem non perfectum* de -o genere fuisse volunt. **b** *de animantibus: hominibus*: TERT. monog. 16, 2 *Hermogenes* spiritum a deo non habet, iam nec -us, quia non de afflatu dei -us (*sc. sed hylicus*). IREN. 1, 5, 5 *demiurgum* in hunc *hominem choicum* insufflasse -um (*ibid. iterum* [*opp.* hylicum]. 1, 6, 2 *v. l. 40.* 1, 7, 5 spiritalem, -um, choicum). 1, 8, 3 l. 93 nos, hoc est -am ecclesiam (*sc. catholicam, cf. l. 22*). *aeonibus gnosticorum*: IREN. 1, 5, 4 demiurgum ... -um filium matris suae dicunt (*cf.* 1, 8, 3 l. 87 cum -us sit *demiurgus.* 2, 19, 6 demiurgus, quem -um vocant). 1, 6, 1 *salvatorem* a demiurgo ... indutum *esse* -um, id est animalem, Christum (*opp.* spiritale *et* hylicum).

2 *pro subst.*: **a** *masc.* (*de catholicis, sed usu potius generali l. 24*): TERT. ieiun. 1 p. 274, 3 mirarer -os istos, si sola luxuria tenerentur, qua saepius nubunt *eqs.* 3 p. 277, 7 *Adam* tunc in -um reversus post ecstasin spiritalem, in qua ... prophetaverat (*gen. 2, 23 sq.*), ... salutem gula vendidit. monog. 1, 1 haeretici nuptias auferunt, -i ingerunt; illi nec semel, isti non semel nubunt. 1, 5 -is non recipientibus spiritum (*cf.* adv. Prax. 1 p. 228, 20 *nos* agnitio paracleti ... disiunxit a -is). 12, 8 evasisti, -e, ... vincula disciplinae. pudic. 1 p. 220, 17 eri⟨t i⟩gitur et hic adversus -os titulus (*sc. hic libellus. cf.* PRAEDEST. 1, 86 l. 37 ubicumque ... legeris Tertulliani adversum -os [*sc.* ieiun. *an* pudic.*?*]. *quibus collatis genuinus vid. titulus libri* TERT. *ed. Gagneianae* de ieiunio adversus -os). *et saepius apud eundem.* IREN. 1, 6, 4 nobis ..., quos -os vocant *gnostici* et de saeculo esse dicunt. 3, 15, 2 *Valentiniani* mediarum partium dicentes esse illum, *quicumque contradicit,* hoc est -orum. PRAEDEST. 1, 86 l. 36 *Tertullianus* nos catholicos -os titulat. *e coni. dub.*: ORIENT. carm. app. 4, 52 qui voce vera nominantur -i (*Ellis,* phys- *cod.*). 4, 56 a faece ⟦-orum⟧ emersimus, ... rupimus caliginem, dum spiritales exaudimus angelos (⟦ ⟧ *Havet,* ethnicorum *cod. et vol. V 2, 924, 21*). **b** *neutr.*: IREN. 1, 6, 2 erudiuntur ... -a, id est animalia, -i, id est animales, homines, qui ... non perfectam agnitionem habent. 1, 7, 1 nihil ... -um intra pleroma transire. *opp.* hylica: IREN. 1, 5, 1 *et* 2, *v. vol. VI 3, 3140, 62 sqq.*

adv. **psȳchicē.** *i. q. ratione psychica*: IREN. 2, 29, 1 *gnostici dicunt se* in consummatione ... sponsas futuros spiritalium angelorum ..., iustorum autem animas requiescere in medietatis loco -e, *impiorum remanere in igni* (*cf. l. 34*). *Wick.*

[psȳchiexodō (psi- *cod.*): anim(a)e exitu GLOSS. Leid. Hessels 30, 81 (*sim.* GLOSS. V 379, 24 GLOSS.^{L} Corp. D 59. P 838). *compos. spurium in falsa var. l. pro αὐτεξουσίῳ* HIER. vir. ill. 83, 1 (*v. cod. δ*).]

psȳchogonia, -ae *f., ψυχογονία. i. q. origo animae* (*vocem gr. vitavit Chalc. comm. 7, 2* de ortu animae, *31* animae genituram): CHALC. comm. 95 primam -ae descriptionem (-gen-, -machiae *var. ll.*). 208 quae in -a docuerat (-gen- *var. l.*). *Clavadetscher.*

psȳchomachia, -ae *f., ψυχομαχία.* [*falsa var. lect. l. 52.*] *i. q. pugna, quae fit in anima inter virtutes et vitia* (*cf.* GLOSS. -a: animae pugna), *sc. titulus libri Prudentii*: SVBSCR. Prud. ham. cod. B *al.* (*sim.* SVPERSCR. Prud. psych. cod. A *al.*) liber tertius -a.

psȳchomantīum, -ī *n., ψυχομαντεῖον. i. q. locus vel ritus vaticinii eliciendi ab manibus*: CIC. Tusc. 1, 115 *quendam* venisse in -um (sich- *cod. potiores*) quaerentem, quae fuisset ... causa. div. 1, 132 non me sortilegos neque *hariolos* ..., ne -a quidem, quibus Appius ... uti solebat, agnoscere.

psȳchotrophos *f.* (-on *n.*), *ψυχοτρόφος. scrib.* -trof- *excepto uno cod. L. nomen herbae Vettonicae* (*ortum confusione quadam e* psychrotrophon, *q. v.*): PS. MVSA herb. Vett. l. 177 -os (*inter varia herbae nomina; trad.* psic(h)o- *et* psyc(h)o-; *ed.* psicro- *audacius quam verius, cf. enim ibid. l. 182* animas hominum ... custodit. *formam* psycho- *confirmant codd. interpol. ibid.* l. 193 -on).

psȳchrocoelius, -a, -um, *ψυχροκοίλιος. i. q. ventrem frigidum habens*: FIRM. math. 4, 15, 2 *luna* faciet circa ventrem frigus adsiduum, quos Graeci -o⟨s⟩ vocant (*scrib. et* psich-).

psȳchrolūsia, -ae *f., ψυχρολουσία. i. q. frigida lavatio*: PORPH. Hor. epist. 1, 15, 3 consuetudo lavationis meae, quod mediis frigoribus -a utor (exp(o)lusam *trad., -ą edd.; cf.* SCHOL. Hor. epist. 1, 15, 3 medicus Horatio iusserat, ut -a uteretur [psuc(h)rolucia *sim. codd.*]). CAEL. AVR. acut. 1, 14, 112 frigida lavari, quam -am appellant *Asclepiades aliique* (*sim. explicatur*: chron. 1, 1, 47 frigido lavacro [3, 1, 10. 3, 2, 40. 5, 7, 85]). chron. 2, 14, 214 *Diocles* -an imperat adhibendam. 3, 6, 88 convenit ... -a. 4, 1, 1 lixivii calidi perfusio et -a.

psȳchrolūtēs (-a), -ae *m., ψυχρολούτης.* NOT. Tir. 114, 21 -a (psycolutra *cod. Casell.*). *i. qui se lavat in aqua frigida*: SEN. epist. 53, 3 vetus frigidae cultor mitto me in mare, quomodo ⟦-am⟧ decet, gausapatus (⟦ ⟧ *scrib. et* sych- *vel* sich- *et* -cro-). 83, 5 *ego* ille tantus -es, qui Kalendis Ianuariis euripum salutabam *eqs.* CAEL. AVR. chron. 5, 11, 134 -arum corpora densa ac veluti testea sentiuntur.

psȳchrotrophon *n., ψυχρότροφον. nomen herbae Vettonicae* (*cf. André, Les noms de plantes, 1985, s. v.* psychotrophon, *quam v. supra*): PLIN. nat. 25, 84 *herba, quae* Vettonica dicitur in Gallia ..., a Graecis cestros aut -on (pychrotropon, p(h)ycro- *fere trad.; inde* 1, 25, 46 *similibus var. ll.*). DIOSC. 4, 1 p. 9, 10 cestron qui appellatur -on (psicrotrofon *cod.*), quia in frigidis locis nascitur (*gr. trad. ψυχο- contra veriloquium, ψυχρο- Wellmann*).

*?***psycticus,** -a, -um, *ψυκτικός, si recte restit. i. q. refrigeratorius*: PS. DIOSC. herb. fem. 9 l. 6 *herba polygonus* vim habet constrictoriam et ⟦-am⟧ (stipt- *trad., corr. ed. sec. gr. 4, 4, 1 l. 1 στυπτικὴν καὶ ψυκτικήν. cf. Diosc. 4, 4 p. 11, 13* stiptica et frigida). *sim. Bulhart in schedis pro* stipticus *sec. gr. ψ. restituit* -us DIOSC. 4, 168 p. 84, 15 *et* 5, 113 p. 215, 11.

psydracium (-on), -ī *n., ψυδράκιον* (*quod gr. resp.*). *scrib.* psi- *e. g.* ORIBAS. syn. 7, 37 add. Aa p. 182 (*e* CELSO), sidr- *l. 31 sq.; acc. plur.* -as *l. 30.*

i. q. genus pusulae: CELS. 5, 28, 15^{B} (*disting.* exanthemata *et* phlyctaenae) ⟦-on⟧ ... paulo durior pusula est, subalbida *eqs.* (⟦ ⟧ *cod. J [erasa prima littera] et* ORIBAS. *l. 24,* phyzacion *cett., unde* phlyzacion *edd. et vol. X 1, 2046, 41*). ORIBAS. syn. 7, 8, 3 La p. 139 *opium* proritum et -a mitigat (*aliter Aa*). 8, 29, 2 Aa p. 247 utere ad crepantis -as (La -cea). ALEX. TRALL. 1, 17 -a (sidr- *cod. Andecav.*) ... sunt parvi tuberculi ..., paulo duriores (*cf. l. 27*). 2, 216 vesicas ... parvas vel -a (sidr- *cod. Andecav.*). *Wieland.*

psyllium (-on), -ī *n., ψύλλιον* (*quod gr. infra resp.; de origine v. et l. 58. 61. al.*). *scribitur* psi-, *e. g. in cod. vet.* Aa ORIBASII *et* RVFI, *nec non formis gravius depravatis, imprimis* spy- (*in var. l.* PLIN. nat.), ips- ORIBAS. *al.,* silos ANON. med. *l. 59,* sel(l)- GLOSS. *l. 65. de formis et genere: nom. et acc. gr.* -on *saepius (cf. e. g. l. 56. 60), gen. gr.* -u *l. 52. 54. al.; pro* -um *occurrunt hic illic* -u(s) *vel* -o(s), *sed* -a *l. 65; iuxta pron. masc.* DIOSC. *l. 60.*

i. q. herba pulicaris vel eius semen, sucus (*ita e. g. l. 44. 50 sq. et in explic. l. 53; accedit* herba *e. g. l. 51. 59; ad rem v. André, Lex. des termes de botan., 1956, 263*): **1** *de -i usu, sc. in medicina*: CELS. 5, 2 glutinant vulnus murra, tus ..., -um. PLIN. nat. 25, 143 -on inlitum fronti epiphoras suspendit. 26, 45 -um in aqua *bibitur.* 26, 101 podagras refrigerat ... semen e -o (26, 104 s. eius herbae, quam -on appellavimus. *iunctura* s. -i: 26, 122. 161. PHILVM. med. 2 p. 131, 9 accipiens -i, id est herbae pollicaris, semine *tantum.* ORIBAS. syn. 2, 9 Aa p. 98, 7 *et* La p. 98, 9). 26, 119 hydropicos sanat ... -on ex vino *potum. al.* PHILVM. med. 2 p. 131, 1 -i cocti apozima. CAEL. AVR. chron. 5, 7, 84 inicienda loca *sunt* ... -o herba. ORIBAS. syn. 2, 43 p. 113, 16 qu(a)e densant cutem: ... -us (La -on), lenticla. 3, 35, 10 Aa p. 859 sucum sempervivae ... aut -u (RVF. podagr. 34. *al.*). *al. de ipso semine* (*cf. l. 46*): MARCELL. med. 16, 94 *aliquantum* -u, quod est semen nigrum, minutum, pulicibus simile (*sim.* GALEN. alfab. 213 [de -o]). CASS. FEL. 18, 3 pulicinum semen, quod Graeci -on vocant. **2** *de -i natura, nomine* (*cf. l. 47*): PLIN. nat. 25, 140 (*inde* 1, 25, 90) -on alii cynoida, alii crystallion, alii Sicelicon, alii cynomyiam appellant, radice tenui ..., semine *simili* ... pulici, unde et nomen (ANON. med. ed. Piechotta 167 hervam -os quod semon pullicis, id quod africati dicitur. DIOSC. 4, 65 p. 37, 6 de -on; -on ..., quem Siculi cristallion dicunt *eqs.* PS. DIOSC. herb. fem. 25 n⟨omen⟩ h⟨erbae⟩ -os; dicta eo, quod *eqs.* [*ibid.* Latini herbam pulicarem vocant. *sim.* ISID. orig. 17, 9, 54]). GLOSS.^{L} I Ansil. PS 25 (med. p. 66) -os: pulicaria, id est coriandrum. GLOSS. cinomia: -um. cristalion: -on. pulicaria: -os (*et variis formis depravatis, e. g.* selia, sellio [*nisi est* Sicelicon, *v. l. 57*], *ut sim.* GLOSS. *s. v.* pulicaris). *Grossardt.*

psyllus, -ī *m., ψύλλος* (*Ψύλλος*). NOT. Tir. 48, 68 -us (*66 sq.* magicus; mathematicus. *cf. p. 2423, 9*). *usu derivando e nomine gentis Libycae significantur homines artem suam contra venena serpentium sim. efficacem venditantes* (*ad rem v. Treidler, RE XXIII 2, 1464 sqq.; exempla plurima ad Onom. relegantes hic dedimus pauca vim potius generalem illustrantia, quam testatur etiam e. g. Cass. Dio 51, 14, 4*): CELS. 5, 27, 3^{B} *non* scientiam praecipuam habent ii, qui -i nominantur, sed audaciam *in exsugendo veneno.* 5, 27, 3^{C} quisquis exemplum -i secutus id vulnus exsuxerit *eqs.* PLIN. nat. 11, 89 -i, qui ... quaestus sui causa peregrinis

[Wick]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

malis implevere Italiam, hos *scorpiones* quoque importare conati sunt. 25, 123 vidimus ... -os in certamen (-mine *trad.*) *ranas venenatas* ... admittentes *corporibus suis.* SVET. Aug. 17, 4 Cleopatrae *mortuae* ... etiam -os admovit, qui venenum ... exsugerent **(***inde* OROS. hist. 6, 19, 18. *quo spectare vid. glossae corruptae hae*: GLOSS. V 378, 28 phisillos: leceas [*anglosax.; item* GLOSS.^{L} Corp. P 383]. GLOSS.^{L} Corp. P 861 p[u]sillos: medicos [*item* S 459 spillos: m.]. *cf. ibid.* O 94 obsillagis: marsus**)**. ARNOB. nat. 2, 32 -is marsis *phylacteria* vendentibus aliisque insti[tu]toribus atque planis. DRAC. laud. dei 1, 515 (*inter alios, qui arte sua praesagiunt futura vel recondita*) praedicit ⟨-us⟩ vim cuiusque veneni (⟨ ⟩ sibilus *codd.*; suillus *Isid. orig. 12, 2, 37 ichneumona intellegens*).

psylōt(h)rum *v.* psil-. **psyt(h)ius** *v.* psith-.

psyttacus *v.* psitt-.

ptarmicē *f., πταρμική. scrib.* dipt- *utroque loco* (*restit. sec. Diosc. gr. 2, 162*). *nomen herbae* (*ad rem v. André, Les noms de plantes, 1985, 210*): DIOSC. 2, 148 p. 234, 24 de -e[r]; -e[n] herba est ...; sternutamenta provocat; unde et nomen ... a Gr(a)ecis accepit, quod sternutatio ptarmos dicatur.

ptarmicus, -a, -um, *πταρμικός* (*quod gr. respondere solet*). *scribitur in codd. haud raro* opt- *sim., e. g.* CASS. FEL. 71, 3.

i. q. sternutamenta commovens (*explicatur infra l. 22. 31*): **1** *adi.*: CASS. FEL. 71, 3 -o medicamento, id est sternutatorio, nares ... apoflegmatizabis (ORIBAS. syn. 8, 1 add. 3 Ab p. 264 -is uteris m. [*Aa p. 204* sternutamenta adhibis]). **2** *neutr. pro subst.* (*de medicamento*): HIPPOCR. aphor. 5, 49 matricum praecipitationes: -um apponens adprehende nares et os mulieris. SORAN. p. 61, 16 frequenti -o percutiebant caput. THEOD. PRISC. log. 15 acerbis adiutoriis -orum. gyn. 26 -a adhibuerunt *ad abortum* (CAEL. AVR. chron. 1, 1, 46. 3, 2, 42 adhibenda ... -a *sunt,* quibus stomachus commotione capitis contremiscat. *al.*). CAEL. AVR. acut. 2, 7, 33 sternutamenta, quae Graeci -a vocaverunt **(***sim. explicatur*: chron. 1, 1, 40. ALEX. TRALL. 1, 41 -a [*litt. gr. cod. Andecav.*], id est sternutationes. *al.***)**. chron. 2, 1, 37 utentes -is vehementioribus (ALEX. TRALL. 1, 60. *al.*). *al.* **3** *fem.* -ē *de herba v. l. 14.*

ptarmus, -ī *m., πταρμός. i. q. sternutatio* (*adhibita purgandi causa; cf. l. 18*): ORIBAS. syn. 1, 21, 5 La p. 73, 11 -i ..., id est sternutamenta, ... non expedit (*gr. πταρμὸς ... οὐ συμφέρει, Aa* purgatorium capitis). 8, 5, 2 La p. 211 apoflegmati⟨s⟩mis et -is, ⟨qui idem capitis purgatione[m] et sternutamentis sunt iuvandi *aegroti*⟩ (*explicandi causa additum; gr. 8, 4, 2 πταρμοῖς* [*-μικοῖς var. l. et ed.*], *Aa* narium sternutamenta).

-pte *particula enclitica.* **[***eadem particula vim pronominis augens contineri vid. in gr. τί-πτε 'quidnam, cur tandem' (quod quidem negant alii, e. g. Leumann, Gramm. 1977, 466) nec non in formis celt. quibusdam, e. g. cambr. vet.* hinnu-ith *'ille'* (< *-pte), *quas confert Klingenschmitt, Aufsätze zur Indogerm., 2005, 212 sqq. Fo.***]** *affigitur formis quibusdam pron. poss. (vel pers.) ad augendam vim*: PRISC. gramm. II 591, 22 'pte' ... ablativum ... pronominum possessivorum invenio asciscere: meapte *eqs.* (*sim.* 595, 17). 593, 18 met, te, pte, ce adiectiones esse ipse sensus arguit, qui nullus in his separatis potest inveniri (III 144, 2 appositae intendunt significationem). *exempla usus v. sub singulis vocibus, e. g. vol. V 2, 255, 17. 257, 2. VIII 927, 48 sqq. nec non Neue-Wagener II^{3} 366. 373 sqq. 389.*

1. ptelea (pteleas), -ae *f., πτελέα.* **[***calabr. sept.* attawèjë; *probabiliter huc trahere possis etiam lat.* tilia. *cf. Battisti-Alessio IV 3133, V 3788. C. S.***]**

nomen arboris, i. q. ulmus **(***cf.* CHAR. gramm. p. 453, 7 ulmus: *πτελέα* [*item* GLOSS. *voce varie depravata*]**)**: *forma* -as *transcripta e gen. gr. -ας*: DIOSC. 1, 94 p. 49, 17 de -as, id est ulmu; ulmi folia *eqs.* (*gr. 1, 84, 1*). ORIBAS. eup. 2, 1 *Π* 12 Aa p. 498 -as; -as credo quia ulmus sit, folia eius *eqs.* (*gr. 2, 1 Π 30,* La -us). 4, 58, 3 La p. 574 -as arboris folia **(**[*gr. 4, 57, 3, Aa* ulmi]. syn. 2, 34 Aa p. 110, 3 [La -ae foliae]. 2, 53, 2 Aa p. 118, 16 [*om. La*]**)**. syn. 3, 179 Aa p. 884 -as corticem (*deest La, sed eandem rem tractat l. 58*). *aliae formae* (*adde l. 59. 60*): ORIBAS. syn. 7, 2, 4 Aa p. 133 *quae habent* virtutem ... purgatibam, ut est -a, quae purgat (*gr. -α, om. La*). 7, 23 La p. 161 -ae radices (*gr. -ας, Aa* ulmi).

*?***2. ptelea** POL. SILV. chron. I p. 543, 25 (*inter nomina* volucrum; *paulo post ibid.* pletea). *corruptum vid., fort. pro* 2. platea (platalea) *vel* pelias (*πελείας*).

[ptereon *v. p. 2424, 45.***]** **pteri-** *v. etiam* ptery-.

pterion *n., πτέριον.* [*falso trad. pro* pterygium ORIBAS. *p. 2424, 54.*] *nomen herbarum*: PS. APVL. herb. 51 l. 9 (*tit.* herba politricum) alii -on *dicunt* **(**pteres *rec. α, om. cett.; corr. sec. Diosc. gr. Vind. 4, 134 -ον, ... Ῥωμαῖοι ... πίννουλα* [*item fere 4, 135*]**)**. GLOSS. filix: pterion **(***si recte huc traximus; cf. ibid.* putteru *aliasve formas depravatas, nisi spectant ad* pteris *p. 2424, 16; ad rem v. Diosc. gr. Vind. 4, 183 πτέρις· οἱ δὲ -ον, οἱ δὲ πτέρινον* [*πτερίνεον codd., cf. p. 2425, 24*]. *cf. p. 2424, 7. 45. 2425, 25***)**.

pteris, -eōs (-idis) *f., πτέρις. scripturas depravatas* dipt-, ipt-, ter-, tyr- *sim. v. infra. de formis: gen.* -eos *sim. v. l. 20. 23. 24 (pro nom. ponitur l. 14)*, -idis *l. 18. 21 (cf.* -icis *l. 23), dat.* -idi *l. 11 sq., acc.* -im *l. 6 sqq. excipitur per pron. masc. l. 14.*

nomen herbae q. e. filix (*gr. respondere solet πτέρις*): **1** *generatim*: PLIN. nat. 27, 78 filicis duo genera *sunt* ...; *unum* -im vocant Graeci (pteri(gi)a *sim. codd., sed* -im 1, 27, 55); ... alterum ... thelypterion Graeci vocant, alii nymphaea⟨m⟩ -im (-ryc(h)a, -rigan *sim. codd.* 1, 27, 55). PS. APVL. herb. 68 l. 7 *herba* a Graecis dicitur nimfea, alii ⟨nimfea⟩ -is⟩ (⟨ ⟩ protea *vel* nycteris *trad., corr. sec. Diosc. gr. Vind. 4, 185*). DIOSC. 4, 31 p. 22, 6 *sideritis* folia habet ... similia -di **(**[per(i)st- *trad. deficiente cod. M, corr. sec. gr. 4, 34*]. *item in comparatione*: 4, 180 p. 89, 19 folia -di [ipt- *M*] similia. 4, 181 p. 90, 7 [ter- *M*]**)**. 4, 179 p. 89, 11 de [di]pteris; [di]pteris, quem ... *et* polyrizon dicunt. ORIBAS. eup. 2, 1 *Π* 13 Aa p. 498 ⟨-eos⟩ quam Latini felicim vocant (*sim.* La; ⟨ ⟩ *transcriptum e gen. gr. 2, 1 Π 33*). GLOSS. filix: terius (*si recte huc trahitur ut aliae formae depravatae ibid., e. g.* ipterius. tyris). *al.* **2** *speciatim adhibetur in medicina* (*ad rem cf. Plin. nat. 27, 79 sq.*): MARCELL. med. 25, 37 herbae -dis, id est filiculae, ... radices tunsae in potione ieiuno dantur **(**ORIBAS. eup. 4, 116, 1 Aa p. 623 -eos [*La* felices]. syn. 2, 1 Aa p. 93, 9 -aee [La p. 93, 12 tyrios]. *al.***)**. 28, 32 ad lumbricos eiciendos: ... addes -dis tunsae *tantum.* ANON. med. ed. Piechotta 51 hervam ⟨-de(m)⟩ coces **(**[⟨ ⟩ *v. Helmreich, Arch. Lat. Lex. 4, 1887, 340*]. ORIBAS. eup. 4, 91 [89], 3 Aa p. 607 -eas h. [Ab -icis h.]. *al., e. g. l. 18***)**. ORIBAS. eup. 4, 91 add. La p. 608 antidotus dia -eus: -eu *tantum eqs. al.*

[pterna (*scrib.* teter-): calcitratio GLOSS. *subest gr. πτέρνα e glossa gr.-lat., cf. Goetz apud Loewe, Glossae nominum, 1884, 6.***]**

pternix, *acc.* -ica *f., πτέρνιξ.* PLIN. nat. 21, 97 *cactos* unum ... caulem rectum habet, quem vocant -a (tin-, tunica *trad., corr. Barbarus sec. Theophr. hist. plant. 6, 4, 11 πτέρνικα*).

pterōma, -atos *n., πτέρωμα. scribitur in codd. etiam* ptor-, -rem- *sim. i. q. universitas pinnarum, figurate dictum de columnis aedem cingentibus, porticu sim.* (*cf.* pteron *et* peripteros *sim.*): VITR. 3, 3, 9 -tos ... ratio et columnarum circum aedem dispositio. 4, 4, 1 quae *columnae* disiungant -tos et pronai spatium. 4, 8, 6 alii ... -tos (ple- *trad.*) spatiis sublatis efficiunt amplum laxamentum cellae.

pteron, *acc.* -on *n., πτερόν. i. q. pinna sim., sc. figurate dictum*: **1** *de opere structo: quod columnis cingit aedificium* (*cf.* pteroma): PLIN. nat. 36, 30 *Mausoleum* cingitur columnis XXXVI; -on vocavere circumitum (*de eodem*: 36, 31 supra -on [ite- *var. l.*] pyramis altitudinem inferiorem aequat). *?quod aedificii lateribus adiacet* (*de re nihil constat*): PLIN. nat. 36, 88 aliae ... extra murum labyrinthi *Heracleopolitani* aedificiorum moles; -on appellant (ite- *var. l.*). **2** -on ibeos *nomen herbae q. e. quinquefolium*: PS. APVL. herb. 2 l. 31 alii -on i. *appellant* **(**ptheron *vel* ptereon [*i.* -ion] *codd.; corrigendum sec. Diosc. gr. Vind. 4, 42 et* GLOSS.^{L} I Ansil. PE 387 [med. p. 54] pheron i. GLOSS. III 578, 20 teron i.: quinquefolia**)**.

*?***pterōtus,** *πτερωτός, e coni.* PLIN. nat. 36, 195, *v. vol. X 1, 1984, 44.*

pterygium (-on), -ī *n., πτερύγιον* (*quod gr. infra resp.*). *scribitur* pterig- ORIBAS. eup. 4, 24, 12 Aa p. 545 syn. 3, 139 Aa p. 877. *al.*, peri- *p. 2425, 25. 30,* terri- CHIRON 81 DIOSC. 1, 111 p. 56, 9. 1, 119 p. 62, 17. *al.* (teri- 5, 144 p. 233, 2. *al.*), -yc- (-ic-) *saepius in codd.* PLIN. nat. *al.; inseruimus et formas alieniores (coll. exemplari gr., si quidem exstat), sc.* pteria ORIBAS. *l. 68. 72* (*vix trahas ad* pterion), pytiria ALEX. TRALL. 1, 105 (*cod. Andecav.,* ptiriam *Oxon.; cf.* ptyria ORIBAS. syn. 8, 46 add. La p. 255) *et sim. al. formam gr.* -on *v. l. 62. 73. p. 2425, 1. al.; abiit hic illic in fem. sing., v. l. 55. 68. al. legitur apud scriptores artium inde a* CELSO; *praevalet plur.* (*sing. e. g. l. 56. p. 2425, 4. 21*).

i. q. pinnula sim., sc. per similitudinem formae significans: **1** *carnes vitiose excrescentes*: **a** *in digitis*: CELS. 6, 19, 1 in iisdem *digitorum ulceribus* recedere ab ungue caruncula cum magno dolore consuevit; -on Graeci appellant. PLIN. nat. 23, 9 ad ulcera purganda et paronychia et -a (23, 163. 24, 9. 24, 182 ad p. et -a unguium et cum caro unguibus increvit. 34, 153 p. digitorum et -a). 23, 25 *vitis alba* inlinitur ... -is digitorum (27, 20. 28, 192. 34, 178 et quidquid excrescit. *v. et l. 64. 69. 71*). 26, 26 digitorum vitiis omnibus et privatim -is quinquefolium medetur. 30, 111 reduvias et quae in digitis nascuntur -a **(**[*inde* PLAC. med. 9, 5 rec. *α*]. ORIBAS. syn. 7, 18, 11 Aa p. 151 si in d. -i⟨gi⟩a, id est orbicalus [*i.* -cul-], surgit [La ad ... digiti -a]**)**. DIOSC. 1, 119 p. 62, 17 -a et pascentia vulnera (*gr. 1, 110, 2 -α τὰ ἐν δακτύλοις*). ORIBAS. syn. 3 add. 41 Aa p. 909 ad -u(m) digitorum, id est urbicalum (*i.* orbiculum *ut l. 69 et* 3 add. 48 La p. 913 ad -i⟨gi⟩a *eqs.* [*Aa* ad u. in digitis]). *al.* **b** *in oculis* (*cf. p. 2425, 42*): CELS. 7, 7, 4^{A} unguis ..., quod -on Graeci vocant, est membranula nervosa oriens ab angulo, quae nonnumquam ad pupillam quoque pervenit eique officit (*item explicatur* CHIRON 81. *cf.* PS. SORAN.

[Wick]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quaest. med. 110 in oculo -on, id est ungula. ORIBAS. eup. 4, 24, 12 La p. 546 -a id est hungiculus). PLIN. nat. 28, 171 *medicamentum* contra glaucomata ... et albugines et caligines et -a et argema. 32, 72. 34, 105 -a et sordes oculorum purgare. CHIRON 81 -um traicies ... et suspendes ipsum -um *eqs.* 316 praecluduntur -is oculi (*item* VEG. mulom. 2, 88, 1). DIOSC. 1, 111 p. 56, 9 *acacia* -a oculis tergit ([*gr. 1, 101, 2 -α tantum*]. *item additur* o.: 4, 159 p. 77, 4. 5, 7 p. 169, 12). 5, 144 p. 233, 2 *species quaedam halcyonei* ut -a oculorum invenitur (ALEX. TRALL. 1, 99. *cf. l. 4*). CASS. FEL. 29, 21 *collyrium quoddam* -a mitiora et rubicunda attenuat. *al.* **c** *in qualibet parte corporis*: PLIN. nat. 20, 243 *farina marrubii* efficacissima est ... ad gangraenas et -a (*nisi ad a vel b; sim. dubites e. g. de* 21, 118 -is ulceribusque genitalium. 23, 108 oris vitiis, ... oculorum caligini, -is, genitalibus *eqs.*). 26, 150 tithymalli omnes genera verrucarum omnia, item -a, varos tollunt. 31, 99 ad excrescentes ibi (*in oculis*) carnes totiusque corporis -a, sed in oculis peculiariter.

2 *vitium lapidis pretiosi*: PLIN. nat. 37, 79 *in berullis sunt* vitia ... eadem fere, quae in smaragdis, et -a.

3 *genus technopaegnii alarum figuram praebentis* (*ad rem v. e. g. Courtney, The Fragmentary Latin Poets, 1993, 136sq.*): CHAR. gramm. p. 375, 17 sq. solent esse summi -orum senum denum *pedum,* sequentes quinum denum, quales sunt in -o Phoenicis Laevii, novissimae odes Erotopaegnion.

4 *herbam q. e. filix* (*cf. var. l.* PLIN. nat. 27, 78 *supra p. 2424, 7*): PS. APVL. herb. 77 l. 13 (*tit.* herba filix) alii -on dicunt (*ita rec. β,* teri- *γ,* per(ig)ion, pterineon *α,* pterion *Rabbow in schedis*). *addendae vid. formae depravatae* (*cf. p. 2423, 72. 2424, 16*): GLOSS. filix: picerigia. perigonon. eptegereon. pyrigion.

5 *ossiculum, quo continuatur os pectoris*: VINDIC. epit. alt. 34 p. 482, 3 *costae* in pectoris ossum coniunguntur circa, quod Gr(a)eci -on (peri- *trad.*) vocant, hoc est li(n)gula stomachi (*cf.* GLOSS. III 176, 6 [*in cap.* de membris humanis] ⌞-α⌟: li(n)gula [⌞⌟ *litt. lat.*]).

pterygōma, -atos *n., πτερύγωμα. i. q. pinnaculum, sc. figurate dictum: de parte quadam ballistae*: VITR. 10, 11, 7 *mensura* -tos (*Turnebus,* p(l)entig- *trad.; ad rem v. Callebat, ed. 1986, 234, qui confert 10, 10, 3* bucculas). *de labris genitalium mulieris*: SORAN. p. 9, 4 -ta (*v. vol. X 1, 1094, 16sqq.*).

pteryx, *acc.* -iga(s) *f., πτέρυξ. i. q. pinna*: **1** *nomen herbarum: q. e. asplenos*: DIOSC. 3, 146 p. 436, 4 asplenon aut scolopendrion ... aut ⟨pt⟩eriga vocant (*gr. 3, 134 πτέρυγα*). *?q. e. lingua canina*: PS. APVL. herb. 97 l. 12 (*tit.* herba lingua canis) alii -a *dicunt* (*si recte restit. sec. l. 39*; pyrgos *rec. α,* alypyrgis *β, om. γ*). *?***2** *vitium oculorum, i. q. pterygium* (*v. p. 2424, 72*): PLAC. med. 4, 8 rec. *α* facit *medicamentum* et ad ... glaucomata et ⌞-as⌟ (*Howald-Sigerist,* -ygia *edd. vet.,* percias *vel* pergias *trad.*). *Wick.*

pthartus, (-a, -um), *φθαρτός. scrib.* fta-. *i. q. corruptus* (*sc. peccato originali; vox miro quodam modo e gr. sacrae script. sumpta vid., cf. e. g. sap. 9, 15. I Cor. 15, 53sq.*): CHILP. hymn. Medard. 12, 1 -us ⌞mundus renovatus⌟ iam cesso (*vi act.*) tartarecola ... cogitur *laudare Christum* (⌞⌟ *Meyer, Strecker,* mundum renovat *cod.; minus apte de daemoniaco cogitat Kindermann, Sacris Erudiri 41, 2002, 267 et 271 adn.*).

pther- *v.* pter-.

pthinōdēs, -es, *φθινώδης. scrib.* thin- *l. 55,* ptin- *l. 56; non nisi formis gr. i. q. pthisi affectus: adi.*: HIPPOCR. aer. 7, 7 pariunt ... grandia corpora et tumentia, deinde ⟨de⟩ cibo ⌞-ea⌟ et vilia efficiuntur (⌞⌟ thin- *P,* tenuem *H; gr. φθινώδεα*). *pro subst. masc.*: HIPPOCR. aphor. 4, 8 *purgare convenit* -eas ... vitantes aestate (ptin- *cod. plures; gr. τοὺς δὲ φθινώδεας*).

pthīr *m., φθείρ. i. q. piscis marinus quidam* (*v. Strömberg, Stud. zur Etymol. ... der griech. Fischnamen, 1943, 124; aliter Leitner, Zool. Terminol., 1972, 21*): PLIN. nat. 32, 150 (*inter* peculiares ... maris) porcus, ⌞-r⌟, passer (⌞⌟ *cod. B,* pthiarum *sim. var. ll.,* phthitarus *edd. vet.*).

[pthīria *v. l. 74.*]

⁂pthīriāsis, (-eōs) *f., φθειρίασις* (*cf. l. 73sqq.*). *scribitur in codd. rec. fere* pt(h)-, t(h)-, *sed* pht(h)- *edd. plerique, quod non invenitur nisi falsa var. l.* PLIN. nat. 24, 79. 26, 138 PLIN. med. 1, 2 tit. *al.* (*cf.* ft- *l. 75*). *de formis: praeter nom.* -is *occurrunt dat. et abl.* -i, *acc.* -im *et* -in (-em *var. l.* PLIN. nat. 30, 144), *acc. plur.* -is PLIN. nat. 20, 24 (-es *edd. ut* 20, 53 [-es *cod. unus*]). [*falso trad. pro* pityriasis CAEL. AVR. chron. 5, 4, 60. GLOSS.ᴸ I Ansil. CA 1036 (med. p. 17). PT 3 sq. (med. p. 66), *vix etiam p. 2426, 7; ceterum pro* siriasis GARG. MART. med. 6, 12.]

i. q. morbus pedicularis (*cf.* SERV. georg. 3, 564 morbus pediculari, qui est *-ις. ad rem v. Keller, Antike Tierwelt II, 1913, 397sq.*): CELS. 6, 6, 15ᴬ inter pilos palpebrarum peduculi nascuntur, -i⟨n⟩ Graeci nominant (*item explicatur*: PLAC. med. 5, 21 rec. *β* ad ⌞-as⟨in⟩⌟, id est ad peduclosos [⌞⌟ *ita corrigas sec.* 23, 9 *ibid.*]. GLOSS.ᴸ I Ansil. FT 1 [med. p. 36] -is: est peduculorum quantitas aliquando in capillis, aliquando in toto corpore emergentium *eqs.; cf. l. 11*). PLIN. nat. 19, 86 -in cordi intus inhaerentem non alio *quam raphani suco* potuisse depelli (*inde* GARG. MART. med. 1, 7). 20, 53 -is (-es *var. l.*) et porrigines potum *alium* ... conpescit (23, 154 cutis porriginem ... et -im. *cf. l. 14*). 23, 18 -i caput et reliquum corpus *astaphidos nuclei* triti liberant, ... item pruritu et psoris (PLIN. med. 1, 2, 2 -i medetur et pruritibus [*sec. l. 9*; pityr- *vol. X 1, 2228, 74 vix recte*]. CAEL. AVR. chron. 4, 2, 18). 23, 94 *oleum* raphaninum -is longa valetudine contractas tollit. 25, 136 hysopum in oleo contritum -i resistit et prurigini in capite (PS. DIOSC. herb. fem. 38 [*gr. Diosc. 4, 152, 2 φθειριάσεις*]. *al.*). 26, 138 ⌞-i Sulla ... consumptus est⌟, nascunturque in sanguine ipso hominis animalia exesura corpus (⌞⌟ *sim.* VIR. ill. 75, 12). *al.* *de parte corporis morbo affecta*: PLIN. nat. 24, 18 -is perunguere ..., item porrigines.

*?***pthīrophoros** *v. l. 20.*

*?***pthīropoeos** *adi., φθειροποιός. i. q. semina faciens pediculi formam exhibentia*: PLIN. nat. 16, 49 *nucleos* minimos ac nigros, propter quod Graeci ⌞-on⌟ eam *piceam* appellant (⌞⌟ *cod. T.,* pthiroporen *sim. rell.; Theophr. hist. plant. 2, 2, 6 φθειροποιός, sed loco gemino caus. plant. 1, 9, 2 φθειροφόρος, unde* phthirophoron *edd. vet. Plin.*).

⁂pthisicus, -a, -um, *φθισικός. scribitur* ptis- *et* ptys- *in cod. vet.* Aa ORIBASII (*cf. p. 2427, 2*); *quae scripturae etiam abundant in recc., qui ceterum exhibent* pthis-, phthis-, this- (tis- *e. g.* PETRON. 64, 3), tys- *al.* NOT. Tir. 111, 79 -us (phis-, phys- *trad.*). *de notione v. l. 37. 68. legitur inde a* VITR., SEN. *rhet.,* SCRIB. LARG., PETRON., *saepe apud* PLIN. nat., MARCELL. *aliosque medicos; in versibus non nisi* MART. 11, 21, 7. [*vocem continuari potuisse per dial. vallis Sesitis* tisgu, tisgarìa *et maxime per hisp. vet.* tesga (de la cabeça, del vientre, de la fiel) *infitiandum non est. cf. Battisti-Alessio V 3804. Corominas² V 510. C. S.*] [*in codd. confunditur e. g. cum* physicus (phis-) PLIN. nat. 20, 46 PS. MVSA herb. Vett. l. 65. *al.* (*restit. l. 57 et* FIRM. math. 8, 27, 10) *et* tussicus PS. APVL. herb. app. 55 l. 2 FIRM. math. 5, 6, 2. *al. (cf. l. 44. 72sq.); cf. etiam* pthisis *p. 2427, 15.*]

i. q. φθισικός (*quod gr. resp., nisi aliud adnotavimus*), *affectus pthisi*: **1** *pulmonum* (*in imag. l. 50,* quasi -us *l. 54*): **a** *respiciuntur homines*: **α** *masc. pro subst.* (*cf. l. 52; explicatur* GLOSS.ᴸ I Ansil. TI 209 sq. [med. p. 86] -i: sunt hii, quos tussicula cum saniosis sputis sequitur): VITR. 2, 9, 17 *laricis resina* medetur -is. SCRIB. LARG. 77 ad veterem tussim et ad -os vel alios, qui purulenta excreant. *al.* PLIN. nat. 20, 46 sanguinem ... excreantibus et -is et destillationibus longis. 28, 231 deploratum -um convaluisse *medicamine quodam* (*inde* PLIN. med. 2, 1, 1 desperatum -um sanatum). *et saepius apud eundem.* FIRM. math. 3, 2, 24 *Saturnus ita constitutus* facit -os. PS. APVL. herb. app. 55 l. 2 ad -os vel colicos (*l. 3* colicis vel tussientibus). HIPPOCR. aphor. 5, 9 -i maxime fiunt his aetatibus *eqs.* (*gr. φθίσιες γίνονται*). MARCELL. med. 16, 93 antidotum -is incomparabile. 20, 18 ad tussicos et -os sanguinem et pus reicientes. THEOD. PRISC. log. 61 -os et apoplecticos una sub sorte ... medicina desperat. PLIN. phys. Bamb. 59, 11 antidotus ad siccandum reuma[m] -orum temporalium. PLAC. med. 14, 5 rec. *β* ad -os incipientes. *et saepe. vigente imagine*: SEN. contr. 1, 3, 11 qui aut athleta aut -us (pthuicus *trad.*) est, *sc. se nimis fortem aut infirmum praestat in dicendo.*

β *adi., quod ponitur*: Ⓘ *praedicative* (*ut etiam subst. intellegere possis; cf. iuxta subst. l. 50*): SCRIB. LARG. 186 *qui gustaverunt leporem marinum,* minutatim ... per tabem quasi -i consumuntur. PETRON. 64, 3 cum essem adulescentulus, cantando paene -us factus sum. FIRM. math. 5, 6, 2 alios -os (tuss-, typs- *var. ll.*), alios spleneticos efficiet *luna.* 8, 27, 10 erunt invidi, -i, sine gratia (phis- *trad.*). SORAN. p. 76, 1 ut *mulieres steriles* sint tenues et macilentae et -ae. THEOD. PRISC. log. 68 aliqui ... medici iactantiores ... *syntecticos* curaverunt, quos -os mentiebantur. CAEL. AVR. chron. 2, 14, 200 longo tempore ... tussientes limpidis adhuc sputis affecti necdum -i iudicantur. ORIBAS. syn. 9, 3, 1 Aa p. 272 (*gr. φθινώδεις*). *al.* Ⓘⓘ *attributive* (*cf. l. 74*): PLIN. nat. 22, 67 defectis corporibus et ⌞-is⌟ (*an masc. pro subst.?*). MART. 11, 21, 7 de -o lapsa est armilla cinaedo. FIRM. math. 7, 14, 4 homines. CAEL. AVR. acut. 2, 26, 142 *peripneumonia passio acuta est,* ad discretionem -ae passionis, quae est et ipsa ... effluentis humoris per tussiculam exclusio (chron. 2, 8, 114 *tussicula arida irruit* quibusdam ... cum sanguinis egestione aut -a p. CASS. FEL. 40, 1 est ... -a p. ulceratio pulmonis et thoracis cum defluxione corporis [*inde* GLOSS.]. *al.*).

b *respiciuntur animalia*: VEG. mulom. 1, 38, 1 ex perfrictione ... fiunt opisthotonici, podagrici, -i (*Chiron 152* tussici). 1, 38, 3 ex qua causa fiunt peripleumonici, vomicosi, orthopnoici et -i (*Chiron 155* tussici).

2 *stomachi*: CAEL. AVR. acut. 3, 21, 198 *convenit cholericis membrorum* ligatio, qua, cum fuerint densa, -um consentire stomachum cogant *medici.*

[Grossardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pthisis, -eōs (*v. l. 5*) *f.*, *φθίσις.* *scribitur* ptys- (pyts- *l. 63*) *in cod. vet.* Aa ORIBASII, *e. g.* eup. 4, 48, 1 p. 566 syn. 8, 47, 1 p. 256; *item saepe in recc., qui etiam passim exhibent* pt(h)is-, phthis-, t(h)is- *al. (quod infra raro adnotavimus); litteris gr. l. 22 sq.* NOT. Tir. 111, 78 -is (phis-, phys- *trad.*). *de formis: sing.: praeter nom.* -is *trad. gen.* -eos *l. 63, dat. et abl.* -i CELS. 3, 22, 10 (-is *var. l.*). SCRIB. LARG. 89 PLIN. nat. 28, 54. *al.* SER. med. capp. 18. *al., acc.* -in (*-ιν*) CELS. 2, 1, 8. 3, 22, 3 SEN. epist. 75, 12. PLIN. nat. 1, 36 (*in summa; aliter l. 9*). *et saepius,* -im SCRIB. LARG. 90 (*si recte trad., v. l. 38*). PLIN. nat. 20, 250. 28, 231. *al.* *plur. fere vitatur (redditur plur. gr. per sing. lat. e. g.* CELS. 2, 1, 8 HIPPOCR. aer. 4, 9, *per* pthisicus *p. 2426, 45, cf. l. 42), sed occurrit nom.* -es *fort. l. 60, acc.* -īs PLIN. nat. 26, 109. 110 HIPPOCR. aer. 10, 15 ORIBAS. syn. 9, 4 add. La p. 277. *legitur inde a* VITR. *l. 30,* CELSO, SEN. *philos., imprimis apud medicos; in versibus non nisi* IVV. 13, 95 SER. med. 341. **[***in codd. confunditur e. g. cum* pthisicus PLIN. nat. 26, 109 VEG. mulom. 4, 13 tit., physis (phis-) SEN. epist. 75, 12 SER. med. 341. *al.* (*restit. l. 4 et* GELL. 4, 2, 4), tussis SER. med. 341 VEG. mulom. 4, 13. *al.* (*restit.* PLIN. nat. 11, 231).**]**

i. q. *φθίσις* (*quod gr. fere resp.*), *sc. respicitur tabes, consumptio:* **1** *pulmonum:* **a** *afficiuntur homines:* **α** *exempla potiora notionem et naturam morbi illustrantia* (*cf. etiam p. 2426, 68*): CELS. 2, 1, 8 tabes, quam Graeci *-ιν* nominant **(***cf. Hippocr. aphor. 3, 22 φθίσιες nec non* CELS. 3, 22, 3 *tabis* tertia est longeque periculosissima species, quam Graeci *-ιν* [*litt. lat. ed.*] nominarunt**)**. CAEL. AVR. chron. 2, 7, 94 fiet influxio *vel catarrhus etiam* ... ad thoracem vel pulmonem, quae appellatur -is (*sim.* diaet. pass. 73 ISID. orig. 4, 7, 11). ORIBAS. syn. 9, 4, 1 Aa p. 275 -is est vulnus in pulmone factus (*sim.* La). COMMENT. Hippocr. aphor. (Italia medioev. uman. 4, 1961) p. 47 ⌊-is⌋ nihil aliud est, nisi consumptio totius corporis (⌊ ⌋ in tysicis *var. l.*). GLOSS. III 601, 21 f[i]tisis: ulceratio pulmonum vel thoracis. *al.* **β** *exempla varia:* VITR. 1, 6, 3 (*inter* vitia ..., quae difficulter curantur) tussis, pleuritis, -is (tiphisis *trad.*). CELS. 3, 22, 8 si ... vera -is est, inter initia protinus occurrere necessarium est (*sc. navigatione sim.; cf.* PLIN. nat. 28, 54 equitatio stomacho ... utilissima, -i navigatio. 31, 62). 3, 22, 10 in -i (-is *var. l.*) ... recte dari potest *lac* (*cf. Hippocr. aphor. 5, 64 φθινώδεσι*). SEN. epist. 75, 12 destillatio una nec adhuc in morem adducta tussim facit, adsidua et vetus -in. 91, 5 invadit ... validissimos -is. SCRIB. LARG. 89 catapotium ad tussim veterem, suspirium et -i temptatos. 90 *hoc medicamentum* praecipue ad ⌊initio -im habentes⌋ bene facit (⌊ ⌋ initia -im h. *trad.*; initio phthisicos *Sconocchia sec. Ind. capp. et Marcell. med. 16, 1*). PLIN. nat. 26, 109 *potio quaedam* bibitur contra -īs (-in *edd. vet.,* pehisis, ptisicis *var. ll.*). 28, 138 vetus *axungia* etiam -īs ... sanat (*inde Marcell. med. 16, 71* pthisicis). *et saepe apud eundem.* IVV. 13, 95 (*inter defectus corporis*) -is et vomicae putres. GELL. 4, 2, 4 (*e Cael. Sab.*) totius corporis morbum esse, veluti sit p⟨t⟩hisis aut febris, partis autem, veluti sit caecitas. SER. med. 341 si ... -is annoso sedet improba morbo (physis, tussis *al. var. ll.; cf.* THEOD. PRISC. log. 68 illa -is inplacabilis). HIER. in Eph. 5, 29 p. 533^{D} morbo regio laborantes et -i et cancere et distillationibus. HIPPOCR. aer. 4, 9 -is ... illis *mulieribus* innascitur frequenter de partu (*gr. φθίσιες*). MARCELL. med. 16, 60 qui -i et diutina tussi laborat. *et saepius.*

b *afficiuntur animalia:* COLVM. 6, 14, 1 est etiam illa gravis pernicies, cum pulmones *boum* exulcerantur; inde tussis et macies et ad ultimum -is invadit (*pendent* PALLAD. vet. med. 14, 1 VEG. mulom. 4, 13). VEG. mulom. 1, 11, 1 *aridus morbus* -i, quae hominibus mortifera est, similis invenitur. 4, 13 tit. de -i (tisico *var. l.*).

2 *oculorum:* THEOD. PRISC. log. 56 -is et mydriasis certissima paralysis oculorum est; -is ex contractione vel deminutione pupillae contingit. CAEL. AVR. chron. 2, 1, 6 si conductione fuerit paralysis *oculorum* facta, angustior pupula fiet cessante nutrimento, ⟨et⟩ appellatur -is (*cf.* ORIBAS. syn. 8, 47, 2 Aa p. 256 ⌊different ... -es⌋ [*sing.* La *sec. gr.*] ab atrofia eo, quod -is angustiorem facit pupulam). 2, 1, 16 de nominibus ... paralyticae passionis, ut mydriasi, -i *eqs.* ORIBAS. syn. 3, 142 Aa p. 878 collurium ad -in oculorum. 8, 47 tit. Aa p. 256 de -eos et atrofia (pyts- *cod., gr. περὶ -εως,* La ad ptysis et atrofia). 8, 47, 1 *ibid.* -is est, quando pupula minor a natura fit et obscurior *eqs.* (*sim.* La).

deriv.: pthisiscens.

pthisīscēns, -entis *part. praes. masc. verbi a* pthisis *derivandi* (*aliter Sittl, Arch. Lat. Lex. 1, 1884, 488*). *i. q. pthisi laborans, pthisicus:* SIDON. epist. 5, 14, 1 te ... iecorosis ac ⌊-entibus⌋ languidis medicabilis piscina delectat (⌊ ⌋ pti-, ptysitis-, ptitisis- *codd.*).

[p(h)thitarus *v. p. 2425, 61.***]**

pthoē *f.*, *φθόη.* *i. q. pthisis:* CAEL. AVR. chron. 2, 14, 196 pthisis sive, ut plerique appellant, -e, quod corporis faciat defluxionem sive corruptionem. CASS. FEL. 75, 1 *oedema* saepe eveniens in -es (*i. -αις*), hoc est in pthisicis, et in cachexies. *Grossardt.*

pthois, *non nisi abl. pl.* pthoibus, *φθόϊς, m. vel f.* *i. q. genus placentae in sacrificiis adhibitum* (*cf.* GLOSS. III 184, 69 *φθόϊς*: libum [ft(h)ois: uvum *trad.*]): ACT. lud. saec. Aug. (CIL VI 32323) 115 s⟨a⟩crificium fecit deis ⟨I⟩lithyis libeis VIIII, ... -bus VIIII imp(erator) Caesar Augustus (140 ⟨Apollini et Dianae⟩. *inde restit. loco simili* ACT. lud. saec. Sept. Sev. 5^{a}, 55 Pighi). 118 (*in precibus*) tibi ... VIIII -bus sacrum fiat (*item* 142. *inde restit.* Sept. Sev. 5^{a}, 56 Pighi). 145 idem in -bus.

pthongus, -ī *m.*, *φθόγγος.* *scribitur litt. graecis* CENS. 10, 3 (*cod. C saec. VII*) *et saepe in edd.* **(***ubi et perperam litt. lat.* phth-, *sc.* h *priore contra codd. inserta, v.* pth- *in codd. ant.* CHAR. gramm. p. 157, 25. CENS. 10, 8 [*cod. C, ubi in eodem cap. etiam* th-, pt-] *et passim in recc.***)**. *trad. formis gr. l. 18 sq. 25 sqq. 43.* *legitur apud script. artium inde a* VITR., PLIN. nat.

t. t. mus. (gramm. l. 45) i. q. vox, sonus (*quodam modo disting.* tonus *l. 29 sq. 39*): **1** *in arte musica* (*cf.* -us musicorum *l. 20*): **a** *usu communi, sc. de singulis sonis* (*qui concentum efficiunt l. 20 sq. al.*): **α** *generatim:* VITR. 5, 4, 5 ⌊sonitus, qui graece -i dicuntur⌋, ... sunt X et VIII, e quibus VIII sunt ... perpetui ..., reliqui ... vagantes (⌊ ⌋ *item* 5, 4, 9, *nisi glossema delendum*). CENS. 10, 3 singulae ... voces simplices ... *-οι* vocantur. *ibid.* alter - *ος* acutior est, alter gravior. 10, 8 *Pythagoras* repperit -os musicorum convenire ad rationem numerorum. *ibid.* nec -is ad ullam symphonian concordantibus. CHALC. comm. 44 diastematum ... partes sunt -i, qui a nobis vocantur soni **(**[*sec. Theonem Smyrn. p. 49, 18 ut*: FAV. EVL. 22, 3]. MART. CAP. 9, 939 -os s. dicimus [*seq. l. 30*]. *ibid.* ⌊s.⌋ -us vel speciatim vel generaliter appellatur [*obscurum, v. Cristante, 1987, 299 ad l.; sunt qui* ⌊ ⌋ *ad verba praecedentia trahant*]. 9, 945 sonorum, id est -ōn. BOETH. mus. 1, 8 s. ... non generalem ... definire, sed eum, qui graece dicitur -os, dictus a similitudine loquendi, id est *φθέγγεσθαι*. GLOSS. II 471, 7 *-ος*: vocis s.**)**. FVLG. myth. 3, 9 -os iugare. *ibid.* habet ... musica partes septem, id est ... diastemata, ... -os, tonos. 3, 10 armonia -orum (*disting.* effectus tonorum). MART. CAP. 9, 939 -us dicitur vocis modulatae particula una intentione producta. *ibid.* ⌊virtus -i⌋ docet, quid vel acuminis exeramus vel leniminis remittamus (⌊ ⌋ *cf. gr. Anon. Bellerm. 2, 21 δύναμις τοῦ φθόγγου*). **β** *speciatim, sc. in descriptione siderum concentu moventium* (*additur* Dorius, Phrygius *per confusionem c. modis, sc. qui pluribus sonis constant; ad rem v. Pizzani, Helmantica 37, 1986, 197 sqq.*): PLIN. nat. 2, 84 septem tonis effici *harmoniam* ...; in ea Saturnum Dorio moveri -o, Iovem Phrygio **(***inde suppletur* MART. CAP. 2, 196 *Iovis* circulus -o ⟨Phrygio⟩ personabat [*cf. 197 Saturni* orbis melo Dorio tinniebat]**)**. MART. CAP. 2, 169 *portitores Philologiae ascendentes* tonum primum ex -is complevere caelestibus (*sc. circulum lunarem*).

b *abusive de sono coniuncto, concentu:* CENS. 10, 8 *Pythagoras* deprehendit ... duas chordas concinere id quod est *διὰ τεσσάρων*..., quem -on arithmetici graeci *ἐπίτριτον* vocant, latini supertertium (*postea*: symphoniam, quae *διὰ πέντε* dicitur).

2 *in arte gramm.:* CHAR. gramm. p. 157, 25 (*e Romano; loco corrupto*) licet apud Graecos -os plures habeat haec littera (*fort. digamma in voce q. e. βοῦς? v. Keil in app.* gramm. I 123, 18). PRISC. gramm. II 37, 14 binos -os, hoc est voces, comprehendunt *dipthongi.*

cf. Onom. *Clementi.*

pthonos, *acc.* -on *m.*, *φθόνος.* *i. q. invidia* (*per prosopop. de potestate quadam gnosticorum ad ogdoadem inferiorem pertinente*): IREN. 1, 29, 4 *fabricatorem mundi* generasse kakian, zelum et ⌊-on⌋ *eqs.* (pth- *codd. recte*, phth- *edd.*).

[pthora (fitora *trad.*) stomaci *explicat* GLOSS.^{L} I Ansil. FI 317 (med. p. 35) *sec.* AESCVLAPIVM 21, *v. Mittellat. Wb.***]**

pthorius *adi.*, *φθόριος.* *i. q. perniciosus sim.:* PLIN. nat. 14, 110 vinum, *quod scammoniam sapit,* ⌊-um⌋ vocatur, quoniam abortus facit (pth- *cod. ant. M,* it(h)- *var. ll.*).

[pthuicus *v. p. 2426, 50.***]** **pti-** *v. etiam* pthi-, pty-.

(p)tisana, -ae *f.*, *πτισάνη* (*quod gr. respondere solet infra*). *de scriptura: praevalet* pti- *non modo in codd. ant. R* VVLG. II reg. 17, 19 *et* Aa ORIBASII *passim* (*sc. fere* pty-), *sed etiam in recc., quod colligitur etiam e formis vario modo depravatis, e. g.* tipsana (*var. l.* VVLG. II reg. 17, 19 ISID. orig. 20, 3, 21. *al.; v. Mayhoff ad* PLIN. nat. 30, 47 *p. 497, qui monet ab edd. perperam Plinio restitutam esse formam* ti-); ti- *exstat* CIL IV 4986 *et in codd. ant.* VEG. mulom. 1, 11, 14 (*v. ed. Lommatzsch, p. XV; cf. frg. Bob.* PELAGON. 396 thi-). VVLG. prov. 27, 22 (*A et D saec. VII/VIII*) *et rec. nonnullis* (*e. g.* DIOSC. 2, 69 p. 209, 17; *cf. gr. τισάνη p. 2429, 31 et* PAP. Oxyrh. IV 736, 51 [*saec. I*]), ty- *testatur* GLOSS. *l. 71 exhibentque* ORIBAS. syn. 6, 6 Aa p. 10, 20 *et hic illic codd. rec.* NOT. Tir. 68, 34 -a. *de notione*: GLOSS. -ae (*scrib.* ty-): ex hordeo fiunt, genus placentae aegrotis solidum cibum capere non valentibus valde salubris, et scribitur sine p. GLOSS.^{L} Corp. T 357 -as faciunt de hordeo; decorticant ipsa grana in pilo, id est in ligno cavato, deinde coquentur in quo volunt. *ceterum v. p. 2429, 32 et vol. IX 2, 1072, 18.* *legitur inde a* VARRONE *fere apud artium*

[Wick]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

scriptores praeter inscr. l. 16, MART., TERT., HIER. *al.; plur. non ante saec. IV ex., e. g. l. 32. 49. 74. p. 2428, 71, nisi agnoscendus est l. 18.* [*salent.* tisana, *francog.* tisaine; *abiit etiam in hibern.* tiosan. *cf. Battisti-Alessio V 3803. Wartburg IX 503. C. S.*]

fere i. q. puberem fieri, maturescere (*illustratur adverbio* iam *p. 2438, 1. 29. 2439, 18. al.,* male *p. 2439, 21,* paulatim *p. 2438, 31,* vix(dum) *p. 2438, 48. 2439, 16. 25. al., et sim. al.; accedit struct. fin. p. 2438, 44. 57, ceterum v. quae collegimus sub 1aα*): **1** *pertinet ad viventia et crescentia, sc.*: **a** *herbas, arbores sim.*: **α** *indicatur, quid procrescendo efficiatur* (*cf. adv. p. 2439, 32*): Ⓘ *per abl.* (*cf. p. 2438, 34. 40. 45. 2439, 17; aliter p. 2438, 72*): ENN. scaen. 152 (*locum inducit Cic. Tusc. 1, 69 per*: non intermittit suo tempore) caelum nitescere, arbores frondescere, vites laetificae pampinis -ere, ... herbis prata convestirier. VERG. georg. 2, 390 largo -it vinea fetu. OV. trist. 3, 12, 7 iam ... prata ... -unt (viresc- *var. l.*) variorum flore colorum. PLIN. nat. 14, 24 ex iis *apianis vitibus* duo genera lanugine ... -unt (*cf. Colum. 3, 2, 17* lanatae). AMBR. hex. 3, 8, 34 p. 81, 28 *triticum* paulatim ... adolescit ut faenum culmoque -ens erigitur et adsurgit. CLAVD. rapt. Pros. 2, 79 (*ad Zephyrum*) pater ... veris, ... nunc omnia fetu -ant virgulta velis (pinguescant *cod. unus*). CARM. de resurr. 23 arbor ut ... nigris -at olivis. Ⓘⓘ *per praepos.* in: *c. acc.*: MAX. TAVR. 56, 1 l. 18 herba crescit in segetem, vinea -it in palmitem. CASSIOD. in psalm. 57, 10 l. 159 *rhamnus* prius in herbam mollissimam -it, sed ubi adulta aetate ⌞cal⟨v⟩uerit⌟, ramusculos producit acuminatos (⌞ ⌟ *corr. Bulhart, Rev. Bénéd. 70, 1960, 641*). *c. abl.*: PETR. CHRYS. serm. 118, 9 *triticum* revivescit in germine, in herba -it, iuvenescit in caule, maturescit in fruge. Ⓘⓘⓘ *per part. praedicative positum*: DRAC. laud. dei 3, 30 tunicis vestita ceres -it adulta.

β *cetera exempla*: CIC. Cato 51 *terra elicit e semine* viriditatem, quae ... adulescit culmoque erecta geniculato vaginis iam quasi -ens includitur (*sim.* AMBR. *l. 4*). nat. deor. 1, 4 quibus *caeli mutationibus* omnia, quae terra gignat, maturata -ant. 2, 41 cum is *sol* ... efficiat, ut omnia floreant et in suo quaeque genere -ant. 2, 50 multa ... ab ea *luna* manant ..., quibus ... -ant maturitatemque adsequantur, quae oriuntur e terra. COLVM. 4, 3, 2 pulcherrime positas vineas, antequam -ant, *destituere.* 4, 28, 1 florentem fructum *non* movere ..., -entem vero et quasi adulescentem ... foliis ... nudare (*sc. pampinando; cf. Plin. nat. 17, 189* variante se uva). PLIN. nat. 13, 121 incipiente -ere uvā, *i. autumno* ([*cf. Theophr. hist. plant. 3, 4, 4 ἅμα τῷ βότρυϊ περκάζοντι*]. 17, 49 -entes *u.* [*cf. gr. ibid. 2, 7, 5 περκάζοντος*]. 17, 188. 17, 265 animal praerodens -entes u. [*cf. Colum. arb. 15* teneros adhuc pampinos et u.]). 14, 8 quamquam ubicumque -entium *vitium* odori nulla suavitas praefertur. STAT. silv. 2, 2, 100 per autumnum, iam -ente Lyaeo. ANTH. 646, 44 quas *rosas* -entes iuncta senecta premit (*nisi praeferas var. l.* cum -enti, *sc. aetate,* i. s. brevis, *sc. est rosis*). EVSTATH. Basil. hex. 5, 1, 3 *herba* paulatim -ens articulatur et ita usque ad tempestivam maturitatem seminis coalescit (*gr. aliter*). *al. -ere dicitur* ver (*cf. l. 6; aliter, ut vid., p. 2439, 33*): MART. CAP. 6, 605 hic ver -it florentibus pratis, illic edomita aestas teporibus autumnascit.

b *homines (deum l. 60), sc. qui iamiam perveniunt ad statum habitumque adultum* (*imprimis de maribus, sed certe de feminis p. 2439, 2. 11 et e. g.* IVVENC. 1, 55; *civitates sim. v. sub 2*): **α** *-unt ipsi eorumve corporis partes* (*sc. quae pilis vestiri incipiunt*): Ⓘ *exempla varia*: LVCR. 5, 673 florescunt tempore certo arbusta ...; nec minus in certo ... imperat aetas tempore ... inpubem molli -ere veste (*cf. l. 52 sqq.*). CIC. off. 1, 118 cum primum -ret *Hercules* (*sec. Xen. mem. 2, 1, 21 ἐπεὶ ἐκ παίδων εἰς ἥβην ὥρμᾶτο*). VERG. Aen. 3, 491 (*ad Ascanium*) nunc aequali tecum -ret aevo *Astyanax* (*cf. p. 2439, 19 et* GLOSS. IV 460, 32 -ere: iuvenescere). LIV. 8, 8, 6 florem iuvenum -entium ad militiam ([*disting.* robustior ... aetas]. CVRT. 7, 2, 4 *quidam* i. erat primo aetatis flore -ens). 21, 46, 7 tum primum -entis filii, *sc. Scipionis* ([*v. Händl-Sagawe, comm. 1995, ad l.; ceterum cf. p. 2432, 51 et Polyb. 10, 3, 3 ἑπτακαιδέκατον ἔτος ἔχων*]. AMM. 26, 3, 3 vixdum -entem f.). 24, 25, 2 *quendam* puerum ac vixdum -entem. PLIN. nat. 11, 216. 11, 230 *inter animantes* -it homo solus, quod nisi contigit, sterilis in gignendo est, seu mas seu femina (*cf. Arist. hist. anim. 518a19 κατὰ τὰς ἡλικίας γινόμεναι ἐν ἀνθρώπῳ μόνῳ, sc. αἱ ὑστερογενεῖς τρίχες*). VAL. FL. 7, 340 (*Medea secum*) non *videris* dulces fratris -ere malas? (SIL. 5, 414 -ente ... m. *cf.* 6, 22 -ente gena [GLOSS. IV 276, 14 -entes g.: barba(m) mittentes]. 10, 649 puerilis ... vultus ... hostis -ere caede iubetur. STAT. silv. 3, 3, 11 nati modo -entia ... ora). SIL. 2, 318 -it castris miles *Romanus,* galeaque teruntur nondum signatae ... lanugine malae. 4, 427 -ere bello. STAT. Theb. 2, 159. SVET. Tib. 6, 4 ⌞-ens⌟ Actiaco triumpho currum Augusti comitatus est (⌞ ⌟ *sc. duodecim annos natus*). CARM. Année Épigr. 1967 n. 146, 1 (*e Lusitania; saec. II?*) -ens ego ... fata tulei brevia. TERT. nat. 2, 12, 13 *Saturnus* -ens sorori[s] suae, *i. Opi,* iungitur. VLP. dig. 37, 10, 3, 8 (*e Iuliano*) si duo impuberes patiantur status controversiam et alter eorum -uerit. CYPR. ad Donat. 8 l. 170 Iovem ... in puerorum -entium raptus ... prosilire. CONC. Hipp. a. 393 p. 20 l. 18 lectores ... -entes coartari debere, ut matrimonia suscipiant aut *eqs.* (*cf. Carth. a. 397 p. 38 l. 114 sq.* usque ad annos pubertatis legant). AVG. conf. 2, 3, 6 me ... pater in balneis vidit -entem (*antea*: sexto ... et decimo anno). serm. 136C Rev. Ét. Aug. 24, 1978 p. 91, 70 quando ... creverit *pupillus* et -ere coeperit, ... iam adultus dicitur. CYPR. GALL. iud. 538 -enti ... iam corpore (pubis uenti *var. l.; respic. iud. 14, 1, cf. 13, 24* crevit ... puer). BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 8 p. 99, 7 in pubertate -ere. *ibid.* l. 10 constitutum ... tempus est ... adolescentibus -endi ...; neque enim a sexto anno vel septimo aliquis -it. DYNAM. vita Max. 3 l. 66 adolescentiae ritu corporeo coepit robore -ere. *al. part. praes.* -ens *pro subst. masc. vel fem.*: PLIN. nat. 30, 41 ut lanugo tardior sit -entium. APVL. Plat. 1, 2 p. 183 Speusippus ... et pueri eius, *sc. Platonis,* ... ingenium ... laudat, et -entis (-entes *var. l.*) primitias

[Harbsmeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... amore studendi inbutas refert, et in viro *eqs.* AMBR. Ioseph 10, 58 (*respic. I Tim. 5, 9*) adulescentiores viduas ... declinandas *esse* ... propter quandam -entium delictorum lasciviam inmaturitatemque virtutis.
Ⓘ *indicatur aetas -entium* (*imprimis definitione, cf. p. 2436, 9 sqq.; exempla potiora, v. etiam p. 2438, 46 sq. 58. 66. al.*): CENS. 7, 2 siquidem ... *dentes* post septimum cadant annum, quarto decimo autem -ere soleamus (*sc. vita humana per numerum septenarium partita ut*: VINDIC. med. 14 bis septenis *annis* -ere et ... semen generare. MACR. somn. 1, 6, 71. *cf. Hippocr. num. sept. 5*). AVG. gen. ad litt. 10, 13 p. 311, 24 ab anni quarti decimi articulo, ⌊cum -ere⌋ (conpub- *cod. unus*) coeperint *pueri.* COD. Iust. 5, 60, 3 quemadmodum feminae post impletos duodecim annos omnimodo -ere iudicantur, ita et mares post excessum quattuordecim annorum puberes existimentur.

β *-it eorum aetas sim.* (*sc. non nisi part. praes.* -ens *praeter l. 17. 20; cf. p. 2438, 30, sed vix addas* primitias *p. 2438, 75*): VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 l. 154 *Theseus* regis Minois imperia vixdum aetate -ente reppulit (SIL. 3, 84 ubi flore novo -et firmior aetas, emicet in Martem. FIRM. math. 1, 7, 25 a primo vestigio -entis a. 1, 8, 6 *aliquis* iam -entis a. [*opp.* vergentis a.]. CLAVD. DON. Aen. 3, 490 p. 330, 9 [*ad p. 2438, 42*] aetas *Astyanactis* ... consimilis tecum, *Ascani,* -ret, si *eqs.* AMBR. hex. 3, 7, 30 [*v. p. 1233, 48*]). PETRON. 119 vers. 20 *quidam castrantur* male -entibus annis (STAT. Theb. 1, 21 defensa ... vix -entibus a. bella [*sc. a Domitiano, a. 69*]. 9, 765 PANEG. 4, 3, 4. AVSON. 10, 23 [182 S.], 7 laetis et -entibus a. *defunctus quidam. al.; vix addas var. l.* STAT. Theb. 1, 571 -entibus a. [*pro* pubem ineuntibus a.]). SIL. 16, 677 vix -ente iuventa.

c *animalia*: CLAVD. carm. min. 27, 52 *Phoenix,* qui saepe renasci exitio proprioque soles -ere leto. AVG. in psalm. 68, serm. 2, 16 vitulos -entes et in taurinam audaciam grandescentes.

2 *cetera exempla* (*in imag. [typologia l. 40] fere sublucet usus sub 1 illustratus*): INSCR. Année Épigr. 1950 n. 188 (*Lepci Magna; a. 376/8*) -ente Romani nominis gloria et vigente fortuna ... principum. AMM. 21, 13, 14 succrescentis rabiem belli *opprimere,* antequam -at validius. 27, 5, 2 -ente vere quaesito in unum exercitu (30, 5, 1 -ente iam v. Valentinianus a Treveris motus [*i. post const. datam* a. d. v Id. April. Trev(iris) *Cod. Theod. 12, 6, 16*]). 31, 4, 4 res aspernanter ... inter initia ipsa accepta est ...; verum ⌊-ente⌋ fide gestorum *eqs.* ([⌊ ⌋ pubiscenter ad *cod. V*]. *f. christ.*: AMBR. Cain et Ab. 2, 6, 19 nova ... f. renovatorum [*sc. per baptismum*], valida, -ens ..., quae pullulet ... et iuvenali ... fervore -at. 2, 6, 22 si tamquam -ens adolescat f. [*opp.* senescentis devotionis]). AMBR. in Luc. 9, 29 vinea (*Luc. 20, 9 sqq.*) typus noster est, quod populus dei ... nunc gemmanti flore -it. PRVD. psych. 886 (*spectat ad num. 17, 8*) *virga Aaron* sicco ... germina cortice trudens explicuit tenerum spe -ente decorem. CLAVD. rapt. Pros. 2, 50 invalidum ... Titana, nondum ... -entibus alte cristatum radiis. MACR. Sat. 7, 7, 15 cum -it, magis suave quam dulce est *vinum* (*opp.* cum in infantia est). OROS. hist. 2, 2, 10 *Roma* -ens (*sc. libera re publ. instituta; opp.: Babylon* quasi moriens).

deriv.: pubens (*et* pubeo). *compos.*: repubesco.
pūbetenus *v. p. 2434, 60.* **pūbis** *v.* 1. *et* 2. pubes.
pūbīsco *v.* pubesco. **pūblicāns** *v.* publico. *Harbsmeier.*
⁂**pūblicānus,** -a, -um. *a* publicus (publicum); *cf. e. g. l. 75 et* PRISC. gramm. II 78, 2. *scribitur* pup- *in codd. ant.* VET. LAT. Matth. 21, 31 Luc. 5, 27. *al.* (cod. 4, *sed* pub- *ibid.* Matth. 9, 10 *et saepius*), Matth. 9, 10 sq. *al.* (cod. 13), COD. Theod. 11, 28, 3 (*V*) *et hic illic in recc. notatur ?*public CIL I² 2224 ([*non exstat*]. *ita Mommsen dubitanter*; velic *apogr., tuetur Gaggiotti* vilicus *intellegens, v. Année Épigr. 2002 n. 612*). 2690, 9 (*v. p. 2440, 56*), publ CIL XII 2396, 2, *?*p INSCR. Brit. 2485 (*v. vol. II 5 p. 30, sed* p(rocuratores) *malunt edd.*). NOT. Tir. 5, 60 -us. *de formis: nom. plur.* -ei LEX Anton. de Term. (CIL I² 589) 2, 36, *dat. vel abl. plur.* -eis CIC. Font. 2 (*cod. P saec. IV*). *de notione v. l. 66 sqq. legitur inde a* PLAVTO, LVCIL., LEGE agr., CIC. (*qui vocem frequentat in oratt. et epistulis*). [*confunditur in codd. c.* publicus *e. g.* ZENO 2, 3, 10 (*falso trad.* EDICT. praet. dig. 39, 4, 1 pr.; *in falsa var. l.* CIC. fam. 13, 10, 2. *al.*). *vix recte trad.* CIC. Verr. II 2, 174.]

I *vi originaria i. q. ad publicum pertinens* (*sc. sec. usum p. 2451, 24 illustratum*): **A** *pro subst.*: **1** *masc.* **-us,** -ī: **a** *generatim de eo*: **α** *qui vectigalia exigenda conducit*: Ⓘ *definitiones, explicationes* (*cf. etiam p. 2440, 37. al.; ad rem v. e. g. Andreau, Der Neue Pauly X 575 sqq.*): GAIVS dig. 50, 16, 16 eum, qui vectigal populi Romani conductum habet, '-um' appellamus; nam 'publica' appellatio ... ad populum Romanum respicit, civitates enim privatorum loco habentur (VLP. dig. 39, 4, 12, 3. AVG. serm. 105A Rev. Bénéd. 45, 1933 p. 103, 85 -i ... non quasi populares dicebantur, sed qui ⌊v.⌋ conducebant [vectalia *ed. per errorem*]. *cf.* ISID. orig. 9, 4, 32 -i appellantur conductores vectigalium fisci vel rerum publicarum). VLP. dig. 39, 4, 1, 1 -i ... sunt, qui publico fruuntur –nam inde nomen habent–, sive fisco vectigal pendant vel tributum consequantur; et omnes, qui quod a fisco conducunt, recte appellantur -i. ISID. orig. 9, 4, 32 (*item fere* 10, 227) *-i appellantur,* qui vectigalia publica exigunt vel qui per negotia saeculi lucra sectantur (*sec.* HIER. *p. 2442, 3; cf.* GLOSS. -us: qui publica vectigalia exigit). GLOSS.ᴸ II Abav. PU 1 -i: qui publicam rem faciunt, ⌊non a peccando⌋ (⌊ ⌋ *sec. p. 2441, 65 sqq.? glossae alteri tribuit ed.*; non a publicando *temptavit Goetz, Gloss. I p. 424*).

Ⓘ *illustrantur genera vectigalium*: Ⓐ *pascuorum scriptura* (*in imag.* PLAVT.): PLAVT. Truc. 146 (*adulescens ad meretricis ancillam; in imag.*) *era tua* habuit publicum; ... ⌊ob meam scripturam pecudem cepit.⌋ :: ... ubi non est, scripturam unde dent, *pastores* incusant -os; ... ad pueros ire *tibi* meliust; (151) hunc nos habemus publicum, illi alii sunt -i (⌊ ⌋ *cf.* VLP. dig. 47, 8, 2, 20 [*e Labeone*] si -us pecus meum abduxerit, dum putat contra legem vectigalis aliquid a me factum). LVCIL. 671 -us ... ut Asiae fiam, ut scripturarius pro Lucilio, id ego nolo. LEX agr. (CIL I² 585) 20 *ne* quis quid pro scriptura pecoris ... populo aut -o dare debeat (*sim. al. ibid., partim e suppl.; cf. l. 22*). 36 quoi -o e(x) h(ac) l(ege) pequnia debebitu⟨r⟩. *al.* VARRO rust. 2, 1, 16 ad ⌊-um⌋ (-catum *cod. unus*) profitentur *opiliones,* ne, si inscriptum pecus paverint, lege censoria committant. FEST. p. 333 -us scribendo conficit rationem cum pastore. PLIN. nat. 19, 39 -i, qui pascua conducunt. Ⓑ *agrorum decuma* (*cf. l. 51*): LEX agr. (CIL I² 585) 83 ⟨is pro eo agro loco vectigal decumas⟩ scripturam populo aut -o ... dare debeto. *al.* (*partim e suppl.*). CIC. Verr. II 3, 77 Aeschrio ... in Herbitensibus decumis novus instituitur -us. leg. agr. 2, 50 *P. Servilius* adiungit agros Bithyniae regios, quibus nunc -i fruuntur, *aliosque* ..., qui item a censoribus locati sunt et certissimum vectigal ⟨adferunt⟩. *al.* EPIST. imp. Aur. (Chart. lat. ant. 419) 6 ⟨ve⟩teranos nost⟨ri⟩ pra⟨etorii⟩ ... a p⟨ub⟩l⟨i⟩canis (*loco lacunoso respici videtur agrorum immunitas ut*: COD. Theod. 7, 20, 2 pr. -i[s] ... ab his veteranis amoveantur). Ⓒ *portorium*: CIC. Font. 2 (*loco lacunoso*) cum -eis, qui Africam, qui Aquil⟨e⟩iense por⟨torium ...⟩ (*cf. inscr. Aquil.*: CIL V 798, 3 [*a. 165*] -o Alfio Plocamo). PLIN. nat. 12, 65 *negotiatores turis* pro mansionibus variisque portoriis pendunt ..., iterumque imperii nostri -is penditur. QVINT. decl. 340 them. mango novicium puerum per -os traiecit praetextatum. 341 tit. res furtiva improfessa apud -os. 359 leg. praeter instrumenta itineris omnes res quadragesimam -o debeant; -o scrutari liceat. *al.* DON. Ter. Phorm. 150, 1 more veterum magistri tributorum, id est -i, operas in portu dabant, inferendarum et efferendarum rerum vectigal exigentes. Ⓓ *quaelibet*: CIC. Manil. 16 cum -i familias maximas, quas in salinis habent, quas in agris, quas in portubus atque custodiis, magno periculo se habere arbitrentur. LIV. 25, 3, 9 (*spectat ad a. 212 a. Chr.*) -us erat Postumius, qui ... parem fraude avaritiaque neminem in civitate habuerat (*sc. curando ea,* quae portarentur ad exercitus, *v. ibid. 10*). PLIN. epist. 7, 14, 1 (*ad rem cf. 7, 11, 1 sqq.*) quanti a -is partem vicensimam emisti (*hereditatis ut*: paneg. 37, 7. 39, 5 summam, quae -um pati possit). GAIVS dig. 39, 4, 13 pr. et hi, qui salinas et cretifodinas et metalla habent, -orum loco sunt. TERT. nat. 1, 10, 22 *deos* -is subdidistis, omni quinquennio inter vectigalia vestra proscripto⟨s⟩ addicitis (*cf.* 1, 10, 24 exigitis mercedem pro solo templi ...; plus denique -is reficitur quam sacerdotibus).

Ⓘ *cetera exempla* (*pauca selecta*): CIC. Verr. II 2, 175 decumani, hoc est principes et quasi senatores -orum (*al., v. p. 1281, 73 sq.*). Font. 46 omnes illius provinciae -i (CAES. civ. 3, 31, 2 a -is suae p. debitam ... pecuniam exegerat *Scipio. cf.* Asiae *l. 14*). prov. 10 quo in oppido ipse esset ..., ibi -um aut -i servum esse vetuit *Gabinius procos.* (CIL I² 2690, 9 [*Minturnis; cf. add. p. 935*] Menophilus public(anorum) s(ervus) [*nisi solvas* publicus *vel* Publiciae, *sed cf. e. g. ibid. 2693, 7* salinat(orum) soc(iorum) s(ervus)]. VLP. dig. 39, 4, 1, 5 [*bis*]). Planc. 23 flos ... equitum Romanorum ... -orum ordine continetur (*item -i coniunguntur cum equitibus*: Q. CIC. pet. 3 habes ... omnis -os, totum fere equestrem ordinem *eqs.* 50). fam. 13, 9, 2 universo ordini -orum ([*postea*: societati]. *addas l. 59, v. etiam vol. IX 2, 963, 12 sqq. et cf.* societas -orum: SCHOL. Cic. Bob. p. 155, 17. 158, 10; factiones -orum: VLP. dig. 39, 4, 12 pr. quantae temeritati⟨s⟩ sint -orum f.). LEX Anton. de Term. (CIL I² 589) 2, 36 quos per eorum *Termessium* fineis -ei ex eo vectigali transportabunt ⟨...⟩ (*loco lacunoso et parum perspicuo; per* -ei *respici vid. ii, de quibus antea*: quei publica populi Romani vectigalia redempta habebunt). BELL. Alex. 70, 7 familias ... -orum (EDICT. praet. dig. 39, 4, 1 pr. quod -us ⌊eius⌋ public[an]i nomine vi ademerit quodve familia -orum [⌊ ⌋ *del. Arangio-Ruiz*]. 39, 4, 12, 1 VLP. dig. 39, 4, 1 pr. 39, 4, 1, 5 et qui in numero familiarum [*an* -arium*?*] sunt -i, sive [igitur] liberi sint sive servi alieni, qui -is in eo vectigali ministrant, hoc edicto continebuntur). VITR. 6, 5, 2 feneratoribus et -is ... ab insidiis tuta *sint aedificia privata.* VAL. MAX. 2, 10, 5 P. Rutilio conspiratione -orum perculso. 6, 9, 8 P. Rupilius non -um in Sicilia egit, sed operas -is dedit. MARCIAN. dig. 39, 4, 16, 12 (*ex epist. imp. Sept. Sev.*) si quis professus

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

apud -um fuerit, non tamen vectigal solverit, hoc concedente -o, ... res in commissum non cadere. SOL. 1, 43 *sacerdotes* plerumque gratificantes rationibus -orum pro libidine sua subtrahebant tempora vel augebant, *sc. intercalando* (*sim.* AMM. 26, 1, 12. MACR. Sat. 1, 14, 1 *sacerdotes* -is proferri vel imminui consulto anni dies volebant. *cf. Cens. 20, 7* publici redemptor). COD. Iust. 1, 17, 2, 7[a] quae ... de -is ... cauta legibus invenimus (*cf. Dig. de confirm. dig. 7[a] τὰ περὶ τῶν ἀθροιζόντων τὰ δημόσια τέλη*). *al.*

β *qui quaslibet res administrandas conducit* (*exempla potiora; cf. p. 2440, 1*): LIV. 39, 44, 8 vectigalia summis pretiis, ⌞ultro tributa⌟ infimis locaverunt *censores*; quas locationes cum senatus precibus ... victus -orum ... de integro locari iussisset *eqs.* (⌞ ⌟ *spectat ad 39, 44, 5* opera ... facienda ..., lacus sternendos lapide detergendasque ... cloacas. *cf. etiam* 43, 16, 3 [*2* qui ... *illis* censoribus publica vectigalia aut ultro tributa conduxissent]. 43, 16, 6). VITR. 7, 9, 4 ⟨e⟩ quibus metallis *peregrinis* glaebae portantur et per -os Romae curantur, *sc. in officinis.* 8, 6, 2 uti, qui privatim ducent in domos, vectigalibus tueantur per -os aquarum ductus. VAL. MAX. 5, 6, 8 (*cf. Liv. 24, 18, 10 sq.*) *aerario exhausto* -i ultro aditos censores hortati sunt, ut omnia sic locarent, tamquam res publica pecunia abundaret, seque praestaturos cuncta ... polliciti sunt. VLP. dig. 43, 14, 1, 7 -o ..., qui lacum vel stagnum conduxit, si piscari prohibeatur, utile interdictum *praetoris* competere Sabinus consentit. SCHOL. Iuv. 3, 31 ('conducere flumina, portus') ut -i (publi fani *var. l.*; '*fort.* ut public. fiant' *Wessner*).

b *speciatim in novo testam. et usu christ. inde pendente (gr. resp. τελώνης praeter l. 26); respiciuntur*: **α** *certi quidam -i: Zaccheus*: VET. LAT. Luc. 19, 2 (cod. 21) ecce vir nomine Zaccheus, et hic erat ⌞princeps -us⌟ (*gr. ἀρχιτελώνης,* cod. 3. *al. et* VVLG. p. -orum. *cf. e. g.* AVG. serm. 113, 3 Z. maior erat -orum, id est cui vectigalia publica conferebantur). IREN. 1, 8, 3 *Christus* Zacchaeo -o dicens '...' (*Luc. 19, 5*). *al.* *Mattheus* (*cf. l. 56*): VET. LAT. Matth. 10, 3 (cod. 3. *al.* = VVLG.) Mattheus -us. Luc. 5, 27 (cod. 3, *sim. al. et* VVLG.) *Iesus* intuitus est -um nomine Levi sedentem ad teloneum (*cf. e. g.* HIER. vir. ill. 3, 1 Matthaeus, qui et Levi, ex -o apostolus). TERT. adv. Marc. 4, 11 p. 449, 3 *Marcion* -um adlectum a domino in argumentum deducit quasi ab adversario legis adlectum, extraneum legis et Iudaismi profanum. HIL. trin. 6, 20 l. 8 electus ex -o Mattheus in apostolum (*cf. l. 32 et* HIER. tract. in Marc. p. 367, 15 sq. post apostolatum dicitur -us: non quod -us sit, sed quia de -o factus sit apostolus. EVAGR. GALL. alterc. p. 22, 7 Matthaeum apostolum -um [-orum *var. l.*]. CASSIAN. conl. 12, 12, 5 ex rapacissimis -is apostolos fieri. *al.*). RVFIN. Orig. in gen. 1, 13 p. 18, 6. *al.* -us *ille parabolae* (*cf. l. 57*): VET. LAT. Luc. 18, 10 (cod. 3, *sim. al. et* VVLG.) duo homines ascenderunt in templo orare, unus -us et alius Pharisaeus. TERT. adv. Marc. 4, 36 p. 543, 25 duos adorantes diversa mente describit, Pharisaeum in superbia, -um in humilitate. AVG. in psalm. 74, 12 quod figuratum est nobis ... per duos homines, Pharisaeum et -um, hoc latius accipientes intellegamus duos populos, Iudaeorum et gentium. CHROMAT. in Matth. 27, 2, 2. NOVAT. 110 -us ... ille humiliatus. *al.*

β *quilibet -i*: Ⓘ *iuxta ponuntur peccatores, ethnici (gentiles), meretrices*: VET. LAT. Matth. 9, 10 (cod. 4. *al., sim. al. et* VVLG.) multi -i et peccatores venerunt et recumbebant cum Iesu (*sim.* Marc. 2, 15 [cod. 3. *al., sim. al. et* VVLG.]). 18, 17 (cod. 3. *al.* = VVLG.) *siquis peccaverit in te nec ecclesiam audierit,* sit tibi sicut ethnicus et -us. 21, 31 (cod. 4, *sim. al. et* VVLG.) meretrices et -i praecedent vos in regno dei. TERT. pudic. 7 p. 230, 28 Pharisaei -os et peccatores ethnicos admittentem dominum ... indignati mussitabant. 9 p. 236, 12 si quis dubitat ethnicos fuisse -os apud Iudaeam ..., legat deuteronomium (*23, 19*): 'non erit vectigal pendens ex filiis Israel' (*contra dicit* HIER. epist. 21, 3, 2 quasi vero et Mattheus non ex circumcisione fuerit -us et ille *in templo orans* ... non ex Israhel fuerit -us [*seq. l. 74*]). *ibid.* l. 17 peccatores ... cum adiungit -is, non statim Iudaeos ostendit, etsi aliqui fuisse potuerunt. HIL. in Matth. 18, 7 *Israhel insolens tertio domini adventu* -i aut ethnici vilitate neglegitur. myst. 1, 3, 5 ecclesia ... ex -is et peccatoribus et gentibus est. FAVSTIN. trin. 2, 4 l. 45 ad hoc nomen adoptionis meretrices et -i, quamvis emendatione, venerunt. GILD. epist. 1 chron. III p. 86, 9 non ... Christus ⌞-orum convivia⌟ (c. paganorum *var. l.*) devitabat, ut omnes peccatores et meretrices salvaret. *al.*
Ⓘⓘ *vario usu, sc. saepe laxiore de cuiuslibet generis peccatoribus, profanis sim.*: VET. LAT. Luc. 3, 12 (cod. 3, *sim. al. et* VVLG.) venerunt ... -i ..., ut baptizarentur. TERT. pudic. 9 p. 236, 15 nec tam execrabile esset nomen -orum apud dominum, nisi extraneum, vendentium ipsius caeli et terrae et maris transitus. *ibid.* l. 19 sq. unum genus ethnicorum, alios ex officio peccatores, id est -os, alios ex natura, id est non -os, ... distinxit *euangelista.* HIL. in Matth. 9, 2 -orum nomen ex vita est, qui relictis legis operibus gerere se usu communi et publico maluerunt. PS. ATHAN. Lucif. epist. 3 l. 20 qui *haeretici,* dum negant Christum, -os se effecerunt sedentes in ecclesiis et exigentes vectigalia. HIER. epist. 21, 3, 3 in -is non tam gentilium quam generaliter omnium peccatorum, id est qui erant et de gentibus et de Iudaeis, accipi posse personas. hom. Orig. in Luc. 23 p. 145, 17 *Iacob* audacter ad -um illum loquebatur Laban: '...' (*gen. 31, 32; gr. τῷ οἰονεὶ τελώνῃ*). in Matth. 18, 17 -i ... vocantur secundum tropologiam, qui saeculi sectantur lucra et exigunt vectigalia per negotiationes et fraudes ac furta, ⌞scelera atque⌟ periuria (⌞ ⌟ sceleratque *var. l.*). CANON. ad Gallos episc. 6 (*ironice*) *si* permanet praesumptio, oportet iam episcoporum ... disciplinam (disci ne *trad.*) cum -orum vita sociari. 8 si nihil ... inter iustum et impium, ... inter observantem legem et -um, *sc. intersit.* AVG. serm. 302, 15 -i, id est teloneарii (*ad p. 2441, 66 ut*: QVODV. cant. Is. 4 l. 224 '-i' ab euangelista theloniarii vel negotiatores appellati sunt). PS. CHRYSOST. hom. II 1183[B] (p. 82, 9 McK.) -us et blasphemus, principia malignitatum. LAVRENT. Chan. p. 118[A] quid est -us? praedo sine pudore, medicus exterminii (*cf. gr. p. 451[in.] τί ἐστι τελώνιον;*). *al.*

*?***2** *neutr.* **-um,** -ī (*si recte trad.*): GLOSS. II 269, 48 *δημόσιον τελώνιον*: -um (-carium *ed. Stephani*).

B *adi.: de animantibus*: CIC. Verr. II 3, 78 *Verres* mulierculae -ae noluit ex decumis nimium lucri dare (*de -i uxore; cf. 79* decumanae mulieris). EPIST. pontif. 346 Migne 20, 684[A] (*antea: in concilio vestro* laicus ... iudicaturus interest sacerdotem) adde, quod telonariorum ... etiam nomen inseritur ...: sedent -i homines, et auditur episcopus. *de munere*: PRAEF. bibl. monarch. in Matth. p. 15, 2 *Matthei* vocatio ad dominum ex -is actibus fuit.

II *vi debilitata fere i. q. publicus (quod tamen disting. l. 28); respiciuntur*: **A** *meretrices*: **1** *usu potius adi.* (*cf. l. 34*): ZENO 1, 25, 11 *quidam* -as mulieres cum vi subiciunt sibi, viliores se esse, quam illae sunt, produnt (GREG. TVR. Franc. 9, 6 adiunctis -is ac rusticis m. *pseudoprophetae. vix addas l. 31*). VEN. FORT. vita Radeg. 12 *consecratione* principi subducere reginam non -am, sed publicam. *in imag.*: ZENO 2, 3, 10 o quam -a (publica *var. l.*) *est fides,* cuius fabulantur etiam profani secreta! (*cf. ed. Löfstedt p. 116**). **2** *usu potius pro subst.*: PS. AVG. serm. ed. Mai 188, 1 *ante Salomonem* assunt ... duae mulieres et, quod magis attinet, ⌞-ae⌟ (meretrices *aliae rec., sc. Ps. Fulg. Rusp. serm. 10 p. 870[C] et Rev. Bénéd. 80, 1970, 54; item III reg. 3, 16*). ITIN. Theod. 1 *in Hiericho* erat domus Raab -ae (meretricis *add. cod. unus; respic. Ios. 2, 1* mulieris meretricis). LAVRENT. paen. p. 100[C] (*cf. e. g. Luc. 7, 36 sqq.*) ⌞-a⌟, ... doce nos, quo genere facta es de meretrice virgo (*ibid.* meretrix; ⌞ ⌟ *ita ed., sed fort. trad.* publica, *v. Gribomont, Novarien. 19, 1988, 169*). p. 100[D] accepit meretricem, purgavit ⌞-am⌟, clarificavit corruptam (⌞ ⌟ -um *ed. Migne vix recte*). p. 101[C] (*bis*).

B *officiales quidam*: PASS. Theclae C b 15 p. 39, 8 *quidam Paulum adiit* cum turba copiosa ... et magistratibus et -is (*hinc corrigas rec. a p. 39, 2* publice. *gr. p. 245, 9 δημοσίων*).

*?***C** *qui in publico desides circumferuntur vel qui ad publicum, vulgum pertinent* (*siquidem notio agnoscenda est*): FERREOL. reg. 24, 9 p. 968[A] quicumque *monachus* ... ioca non fugerit, quid aliud nisi ⌞-um⌟ commutat ex monacho? qui in civitatibus amplius populosis hanc sibi tantum operam deputant: vacare iocis (⌞ ⌟ *'bouffon, pitre' intellexit Desprez p. 122*; pulic- *cod. A,* planum *Ménard*). *loco dubio* (*pro adi.*): MAX. TAVR. 28, 2 (*ad Is. 1, 22*) *non* de his cauponibus ... loquitur, qui -is ministeriis servientes *merum aqua* ... permiscent ..., sed de illis ..., qui praesunt ecclesiis, non tabernis (-cis *Migne 57, 490[B]; ed. utraque sine adn. in app.*).

cf. Onom. (Ad -os TAB. Peut. III 2 *et* V 2). *Spoth.*

[pūblicārius, -a, -um *non est quod agnoscas p. 2580, 19 nec var. lect.* FIRM. math. 3, 7, 22 *p. 2447, 22; de* GLOSS. II 269, 48 *v. l. 15.*]

⁑pūblicātio, -ōnis *f.* *a* publicare. *de notione*: GLOSS. -o: *δημοσίευσις.* triumphatio (*mirum; conferasne p. 2443, 15, an pro gr. πομπή?* [*cf. p. 2443, 13*]). *ceterum v. vol. V 2, 78, 84 sq., ubi addas* GLOSS. V 357, 24 editiones: ⌞-es⌟ (dupl- *trad.*). *legitur inde a* CIC., *?*LEGE Iulia (*v. l. 70*), QVINT. *imprimis in sermone iuris; plur. deest praeter l. 58.*

i. q. actio publicandi (*accedit gen. obi. e. g. l. 65. p. 2443, 10. 23 [cf.* in *c. abl. p. 2443, 2], *subi. p. 2443, 4 [adi. pro gen. l. 75]; gen. explic.* -is *v. p. 2443, 25. 28*): **1** *technice in iure respiciuntur bona privata, quae publici iuris fiunt*: **a** *poenae nomine* (*ad rem v. Fuhrmann, RE XXIII 2, 2484, 48 sqq.*): CIC. Catil. 4, 10 *Caesar supplicio P. Lentuli* adiungit ... -em bonorum (Planc. 97 cum ... -o b., exsilium, mors proponeretur. fin. 4, 22. QVINT. decl. 320 them. *ut* multaretur -e b. MARCIAN. dig. 48, 10, 1, 13 omnium. COD. Iust. 9, 6, 6, 2 [*a. 239*] particularis -o [*cf. l. 70*]. Theod. 7, 15, 2 capitali sententia cum b. -e *plecti.* 16, 5, 66, 2 [*gr. Conc.[S] I 1, 3 p. 68, 27 δημεύσει. cf. I 3 p. 181, 31* confiscatione]. *al.; cf.* -o partis b.: VENVL. dig. 48, 2, 12, 4 tertiae [*sec. legem Iuliam ut*: INST. Iust. 4, 18, 4 dimidiae. 4, 18, 8]). FIRM. math. 6, 10, 5 patrimonium patris misera ... -e proscribi. SYMM. epist. 6, 14, 1 an Rufini poenam secuta sit ... -o facultatum (COD. Theod. 16, 5, 52, 3 f. omnium -o. NOVELL. Anth. 1, 3. *al.*). COD. Theod. 4, 22, 3 plerosque ... in rem privatam nostram, quam -o ... quaesierat, invasisse. 16, 6, 2, 1 fiscalis -o. NOVELL. Theod. 8, 2 id, *i.*

[Clementi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

contemptionem legis, navigi ... -e corrigimus. Iust. 30, 8, 1 *proconsul praeceptum neglegens* in suis rebus -em sentiet (*gr. δημεύσεως*). *al.*
b *liberalitatis causa* (*cf. p. 2444, 34*): CIL V 7905 Q. Domitio ... civitas Cemen⟨el⟩(ensium); cuius publicatio⟨ne⟩ ... ep⟨ulum et⟩ ... oleum *datum* (*ad 2 trahit Laguerre, Inscr. ... Nice-Cimiez, 1975, 101*).

2 *vario usu significatur actio ostendendi, palam faciendi (opp.* occultatio *l. 34,* secretum *l. 9), quae fit*: **a** *quolibet modo exhibendi, producendi*: PS. QVINT. decl. 18, 12 (*antea*: coram omnibus ...; in abditam ... partem) dabo ... inter secretum *quaestionis* -emque temperamentum. TERT. virg. vel. 3, 7 omnis -o virginis bonae stupri passio est (*postea*: sublato velamine). 14, 10 necesse est -e sui periclitetur *virgo,* dum percutitur oculis ..., dum digitis *monstratur.* PASS. Theclae C a 29 p. 79, 6 cum recepisset Trifena Theclam a ⌊-e⌋ (*gr. πομπῆς. cf. vers. A* expugnatione bestiarum, *B* pompa). CASSIAN. conl. 2, 11, 4 (*in imag.; antea*: adversarium tuum hodie triumphasti) post hanc -em ⌊suam⌋ ... *diabolus te* inquietare non poterit (⌊ ⌋ tuam *var. l., ut spectet ad l. 21; postea: diabolus* confessione protractus ad lucem). NOVELL. Theod. 22, 2, 3 (*antea*: in medium proferri ... non patimur) -e pompaque rerum familiarium et paupertatis detegi vilitatem et invidiae patere divitias.

b *verbis; respiciuntur*: **α** *crimina, errores sim., quae publicantur:* *confitendo* (*cf. l. 16*): TERT. paenit. 10, 1 hoc opus (*i. confessionem publicam peccatorum*) ut -em sui ... suffugere. pudic. 1 p. 222, 8 -em dedecoris. AMBR. off. 3, 5, 29 *sapienti non* tam pudenda ... -o flagitii quam conscientia est. IVLIAN. in Iob 31, 34 silentii latebras et non magis curationem -is elegi. PS. AVG. serm. ed. Mai 172, 2 l. 83 S. revelat pudenda operum suorum et *paenitens* in hac voce -is erumpit: '...' (*psalm. 31, 5*). CASSIAN. conl. 20, 8, 8 verecundiae -e. *denuntiando* (*cf. l. 15*): PAVL. NOL. epist. 29, 11 processit *Melania martyr* ... iniuria -is exultans ... ad iudicem. COD. Theod. 16, 9, 3 iudices ... fide -is inspecta eorum *accusantium* insolentiam *puniant.* **β** *leges, edicta*: COD. Theod. 5, 3, 1 *non* liceat petitori post huius legis -em iudicium ingredi (9, 31, 1. *cf.* 16, 2, 37 p. -em edictorum [LEX Visig. suppl. p. 469, 16]). **γ** *virtutes alicuius* (*sc. praedicando*): GREG. M. moral. 19, 36 eorum *hominum bonorum* -o sit utilitas aliena (*opp.* occultatio). *Clementi.*

pūblicātor, (-ōris) *m.* *a* publicare. *i. qui publicum facit, proditor*: SIDON. epist. 3, 13, 2 *quidam est beneficii* -r occulti.

pūblicātrīx, (-īcis) *f.* *a* publicare. *i. quae publicum facit, proditrix*: ARNOB. nat. 1, 36 p. 30, 19 *Venus* viri materfamilias Troici atque intestini decoris -x. *Wieland.*

pūblicātus *v.* publico. **pūblicē** *v.* publicus.

[pūbliciter *falso trad. p. 2472, 72.]* **pūblicitus** *v.* publicus.

***pūblico,** -āvī, -ātum, -āre. *a* publicus. *scribitur* pup- FRG. Mur. 77 *et hic illic in codd. rec.* GLOSS. -o: *δημεύω. δημοσιεύω.* -are: conponere vel publice ⌊decipere⌋ (rec- *Goetz in indice*). GLOSS.^{L} II Abav. DE 150 detectus: -tus. PU 2 -tus: detectus, infamatus. *legitur in versibus singulis locis apud* NAEV., PLAVT., SIDON.; *in orat. soluta inde a* CIC., VARRONE, CAES., SALL.; *abiit in sermonem gr. forma πουβλικίζειν* PS. MAVRIC. strat. 1, 9 l. 62 *et saepius apud eundem* (*cf. 3, 5 l. 83 προπουβλικίζεσθαι*). [*formae hereditariae, sc. it. vet.* piuvicare, *patav. vet.* spiovegare, *francog.* publier, *port. vet.* provicar, *passim locum cesserunt formis lat. sermonis docti. cf. M.-L. 6804. Battisti-Alessio IV 2960. Wartburg IX 505. Corominas*^{2} *IV 670. C. S.*] [*trad. loco corrupto* QVINT. decl. 276, 7; *e coni. dub.* TAC. ann. 11, 14, 3. APVL. met. 10, 23, 2 (*femina* -ans [*i. se prostituens*] *Wiman, Textkritiska studier, 1927, 74,* -ans pudicitiam *Robertson*; publicam *trad.*). *al.*]

i. q. publicum facere (fere spectat ad rem publicam vel hominum universitatem, sed laxius ad pauciores l. 75 et sub IIB; coloribus peculiaribus imprimis p. 2444, 54. 2446, 8. 2447, 34). *pro syn. vel iuxta ponitur* in publicum redigere *sim. p. 2445, 2. 40. 2446, 17* (*cf.* publicum facere *sim. p. 2444, 70. 74*), proferre in medium *sim. p. 2446, 44. 2447, 12,* provulgare (div-) *p. 2445, 70. 2446, 10, ceterum e. g.* detegere *p. 2446, 19. 2447, 24,* prodere *p. 2446, 20 sq.* *fere pendet acc. obi. rei (personae p. 2444, 14. 2446, 37. 2447, 18. 49. al., refl. p. 2447, 31. 53. 64. 72, mediopass. p. 2447, 73; c. praedic. p. 2446, 22. 2447, 13. 28), pro quo substituitur (acc. c.) inf. p. 2445, 73. 2447, 31, enunt. interrog. p. 2446, 5. 24,* quod *p. 2446, 7. 2447, 15; sine obi. vel obi. supplendo p. 2445, 6. 2446, 2 (inf. ut p. 2446, 32. al.). 2447, 58; ceterum accedit dat. comm. p. 2444, 13. 17 (nisi est adv.). 23. 2445, 72. 2446, 60. 2447, 61 sqq. al. (cf. e. g. locat. p. 2444, 69. 2447, 42. al., praepos.* apud *p. 2446, 57. 63. 66), dat. fin. p. 2444, 12. 2446, 73* (*cf. praepos.* ad *p. 2445, 19,* in *c. acc. p. 2444, 28. 2445, 75*). *p. p. p.* -tus *pro adi. p. 2446, 8, part. praes.* -ans *fere pro subst. masc. p. 2446, 30, gerund.* -andum *pro subst. neutro fort. p. 2446, 4.*

I *-antur, quae potius traduntur in potestatem publicam, dantur habenda, utenda*: **A** *in sermone communi respiciuntur, quae praebentur populo omni* (*multitudini cuidam circumscriptae e. g. p. 2444, 4. 13*):

1 *varia*: NAEV. com. 28 (*parasitus militi?*) polluxi[t] tibi ⟨i⟩a⟨m⟩ -ando epulo Herculis decumas. LIV. 34, 61, 16 (*15 reum* privatim ad neminem, publice ad seniores ... mandata habuisse) -to crimine minus intenta de paucis quaestio erat. VELL. 2, 114, 2 erat desiderantibus paratum iunctum vehiculum, lectica eius *Tiberii* -ta. SEN. clem. 1, 13, 4 *rex bonus* felix abunde sibi visus, si fortunam suam -arit. PETRON. 39, 1 interpellavit ... fabulas Trimalchio; ... convivae vino sermonibusque -tis operam coeperant dare. PLIN. nat. 15, 19 usum eius *olei* ad luxuriam vertere Graeci, ... in gymnasiis -ando. SVET. Iul. 56, 7 quos omnes libellos vetuit Augustus -ari in epistula, quam ... ad Pompeium Macrum, cui ordinandas bibliothecas delegaverat, misit (*nisi ad p. 2446, 28*). TERT. apol. 42, 3 navigamus et nos *Christiani* vobiscum et militamus ...; artes, opera nostra -amus usui vestro. ITIN. Alex. 44, 99 magnum praemium -at ausuris eius saxi inscensionem. *-ari dicitur princeps, quem adire licet*: PLIN. nat. 33, 41 *privilegia paucorum* exortus Vespasiani ... abolevit aequaliter -ando principem. **2** *corpus, sc. prostitutione* (*adulterio* PLAVT., TAC.; *cf. p. 2443, 54. 2447, 53*): PLAVT. Bacch. 863 quae *adultera* corpus -at volgo suom. TAC. Germ. 19, 1 -tae ... pudicitiae nulla venia *apud Germanos est* (*opp.* saepta p.; *cf.* pudorem -are: LACT. inst. 6, 23, 7). TERT. nat. 1, 16, 12 quotcumque adulteria, quotcumque stupra, quotcumque -tae libidinis ⌊po⟨...⟩st⟨...⟩⌋ stativo vel ambulatorio titulo (⌊ ⌋ *dub. quomodo restituendum sit; cf.* libido publica *p. 2464, 29*). ARNOB. nat. 2, 42 p. 116, 6 venalia ut prosternerent corpora, vilitatem sui populo -rent *feminae.* 6, 12 p. 321, 2 Venus nuda et aperta *fingitur,* tamquam si illam dicas -are, divendere meritorii corporis formam. **3** *aedificia, horti*: FAST. mag. Ost. a. 109 (Inscr. Ital. XIII 1 p. 199) Traianus ... thermas suas dedicavit et -vit. SVET. Aug. 29, 1 *forum* festinatius necdum perfecta Martis aede -tum est. 100, 4 *mausoleum* extruxerat circumiectasque silvas et ambulationes in usum populi ... -arat.

B *technice c. respectu iuris dicuntur -ari, quae rei publicae propria fiunt* (*publice instruuntur l. 68. imprimis pertinet ad pecuniam per venditionem locationem partam, quae infertur aerario [postea etiam fisco Caesaris], rarius ad ipsas res usui publico destinatas [v. l. 57. p. 2445, 1. al.]; -ant fere magistratus vel leges, hic illic privati largientes [v. l. 53. 64. p. 2445, 4]; respicitur res publica Romana praeter l. 56. 58 sqq. p. 2445, 43; ad rem v. Fuhrmann, RE XXIII 2, 2484 sqq.*): **1** *strictius -antur res*: **a** *iuncturae quaelibet*: **α** *-antur varia*: Ⓘ *pecunia sim. et quae venum danda vel locanda sunt*: CIC. inv. 2, 118 (*exemplum legis ambiguae, quam v. p. 2452, 18*) *ut* contra eum, qui meretricem -ari dicat ex lege oportere, possit dici ... *nullum esse* exitum legis in meretrice -anda, at in auro -ando ... exitum facilem esse (*simili amphibolia*: QVINT. inst. 7, 9, 4 *αὐλητρίς* illa vulgata, cum quaeritur, utrum aula, quae ter ceciderit, an tibicina, si ceciderit, debeat -ari [*cf. Theon progymn. 81 δημοσία ἔστω*]). dom. 101 in Vacci pratis domus fuit M. Vacci, quae -ta est et eversa (102 d. eversa et -ta est. PAVL. FEST. p. 131. *cf. l. 56*). SALL. Catil. 51, 43 (*loq. Caesar*) ita censeo: -andas eorum *coniuratorum* pecunias (52, 14. LIV. 31, 13, 4 -tam pro beneficio tamquam obnoxiam ... pecuniam *mutuam* fore. LIV. perioch. 104, 6). LIV. 5, 25, 12 *Camillum* praedam Veientanam -ando sacrandoque ad nihilum redegisse (6, 4, 11 -ari p. tribunis placebat; ... dum cunctantur, iam militum praeda erat). TAC. ann. 6, 19, 1 aurarias ⟨argentarias⟩que eius, quamquam -rentur, sibimet Tiberius seposuit. VLP. dig. 24, 3, 24, 7 si ... -ta sit pro parte dos (*ibid. iterum.* 48, 20, 3. 48, 20, 5 pr. PAVL. dig. 24, 3, 36). HIST. AVG. Tac. 10, 1 patrimonium suum -vit, quod habuit in reditibus. *al.* *accedit color delendi, evertendi* (*nisi per breviloquentiam quandam, cf. e. g. l. 44. p. 2445, 48*): VVLG. I Esdr. 6, 11 *ut* domus ... eius, *qui hanc iussionem mutaverit,* -etur (Dan. 2, 5 peribitis vos, et d. vestrae -buntur). Ⓘⓘ *alia usui publico destinata*: CIC. inv. 2, 98 lex est apud Rhodios, ut, si qua rostrata in portu navis deprehensa sit, -etur; ... quaestor navem populi vocat, navis dominus negat oportere -ari; ... iudicatio est: cum *hanc navem* ... lex -arit cumque haec navis ... vi tempestatis in portum coniecta sit, oporteatne eam -ari? HYG. lim. grom. p. 134, 11 hos *linearios limites* conditores coloniarum fructus asportandi causa -verunt (*sc. ut itineri publico servirent*). CIL VI 31026 (*saec. I/II*) Silvano sancto sacrum T. Flavius Anicetus locum ita, uti determinat(us) est, fecit et -vit. INSCR. suppl. Ital. n. s. 6 p. 93 n. 1 Herculi M. Cassius Messor IIIIvir i(ure) d(icundo) aram qum solo [c] -vit. VLP. dig. 43, 24, 11, 1 *statua alicuius e loco publico sublata* municipes ... furti acturos *esse,* quia res eorum sit quasi -ta. bibliotheca *publice instructa*: PLIN. nat. 7, 115 in b., quae prima in orbe ab Asinio Pollione ex manubiis -ta Romae est (*cf. 35, 10* publicam fecit). SVET. Iul. 44, 2 ISID. orig. 6, 5, 2.

β *-antur agri sim.*: CIC. leg. agr. 1, 10 *lex* iubet ... decemviros omnibus agris publicis pergrande vectigal imponere, ut idem possint et liberare agros, quos commodum sit, et, quos ipsis libeat, -are (*cf. 1, 9* publicum iudicare. *sim.* 2, 57 privata *loca* -are, publica liberare). CIL VI 874 id, quod intra cippos ad camp(um) versus soli est, Caesar August(us)

[Schrickx]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

redemptum a privato -vit (*item* 40882, *ubi a tergo*: publicum est. *cf. 1262* a privato in publicum restituit). Liv. 3, 31, 1 de Aventino -ando lata lex est (*sc. ut plebs eum incoleret*). Frontin. strat. 1, 8, 2 ne suspecta civibus fides esset, *Fabius a populatione Poenorum integer* magnitudine animi effecit -tis possessionibus suis. Afric. dig. 19, 2, 33 fundus ([*bis*]. Pavl. dig. 8, 3, 23, 2 [*bis*]). Vlp. dig. 43, 8, 2, 21 qui ius -andi habuit. *adempti proscriptis, condemnatis*: Cic. leg. agr. 3, 12 sunt ... multi agri lege Cornelia -ti nec cuiquam adsignati neque venditi ([*opp.* privatos facit]. Att. 1, 19, 4 Arretinos, quorum a. Sulla -arat neque diviserat. Liv. 27, 3, 1 agro *Campano,* qui -tus erat, locando. Frontin. aq. 97, 3 a. ..., qui aqua publica contra legem essent inrigati, -bantur). Liv. 8, 19, 4 diruto aedificio -toque solo. Vlp. dig. 47, 12, 3, 5 Hadrianus ... poenam statuit ... in eos, qui in civitate sepeliunt, ... et locum -ari iussit (*sc. sepulcralem; aliter*: Cod. Theod. 16, 5, 4 iussimus ... -ari l. omnia, in quibus falso religionis obtentu altaria locarentur). *capti ex hostibus* (*in imag.* Symm.): Cic. Sest. 62 regno *Ptolemaei* ... iam -to (63. Caes. civ. 2, 25, 4 tribunus plebis legem promulgaverat, qua lege r. Iubae -verat. Schol. Cic. Bob. p. 133, 6). rep. 2, 33 *Ancus Marcius* silvas maritimas omnis -vit, quas ceperat (Vir. ill. 5, 2 ad usum navium). Liv. 4, 48, 2 cum *tribuni plebis* rogationem promulgassent, ut ager ex hostibus captus viritim divideretur, magnaeque partis nobilium eo plebiscito -rentur fortunae *eqs.* Pompon. dig. 49, 15, 20, 1 verum est expulsis hostibus ex agris, quos ceperint, dominia eorum ad priores dominos redire nec aut -ari aut praedae loco cedere; -atur enim ille ager, qui ex hostibus captus sit. Symm. or. 2, 24 nunc primum victoriis tuis, *Valentiniane,* externus fluvius (*i. Niger*) -atur; gaudeat servitute: captivus innotuit (*postea*: amnes incogniti mancipantur. *vigente imag. simul sublucet usus sub γ illustratus*).

γ *-antur servi* (*cf. l. 25. p. 2444, 39 sq. 43*): Frontin. aq. 99, 1 *Agrippa* habuit ... familiam propriam aquarum, quae tueretur ductus ...; hanc Augustus hereditate ab eo sibi relictam -vit (*sim.* 116, 3). Vlp. dig. 48, 5, 28, 11 ratio ... -andorum servorum *de domino interrogatorum* ea est, ut sine ullo metu verum dicant (*al. in eodem contextu; antea*: publicos esse). Hist. Avg. Hadr. 19, 6 histriones aulicos -vit. Alex. 34, 4 mulieres infames ... -ari iussit (*cf. 34, 2* populo donavit). *al.*

b bona -are: *apud Romanos* (*exempla selecta*): Cic. Catil. 4, 8 *Caesar* b. ... -ari iubet, vitam solam relinquit nefariis hominibus. off. 2, 27 secutus est *Caesar,* qui ... singulorum civium b. -ret (*item act.*: Liv. 3, 58, 9 b. Claudi Oppique tribuni -vere. *al.; cf. l. 45*). Varro frg. Don. Ter. Eun. 256, 2 his *latronibus* in exsilium actis b. -ta sunt. Liv. 4, 15, 8 (*ibid.* in publicum redigere). S. C. de Pisone 84. Call. dig. 48, 20, 1 pr. damnatione b. -antur, cum aut vita adimitur aut *eqs.* Marcian. dig. 48, 21, 3, 8. Cod. Theod. 9, 25, 3 (= Const. Sirmond. 10) *raptor monachae* -tis b. deportatione plectatur. *al.* *apud exteros*: Caes. Gall. 5, 56, 3 *Indutiomarus* in ... concilio Cingetorigem ... hostem iudicat b. que eius -at (*item act.*: 7, 43, 2. Nep. Hann. 7, 7 *Poeni* b. eius *Hannibalis* -arunt. Liv. 31, 19, 1 Oros. hist. 6, 2, 8). Nep. Alc. 4, 5 *Alcibiades* se capitis damnatum b. -tis audivit. Thras. 1, 5. 3, 1. Schol. Cic. Bob. p. 143, 17 b. -ta, domus diruta est.

2 *laxius dicuntur -ari homines, quorum bona proscribuntur* (*aliter sub 1aγ*): Cic. dom. 20 cum lege nefaria Ptolemaeum, regem Cypri, ... causa incognita -asses (*Clodius ut*: Sest. 57 cum bonis omnibus. 59 cum victu ac vestitu suo). Svet. Claud. 25, 1 libertinos, qui se pro equitibus R(omanis) agerent, -vit. Conc.^{S} IV 1 p. 92, 31 si quicumque tale aliquid perpetraverit, -tus perpetuo tradetur exilio. Ivlian. epit. novell. 123, 7 si quis iudex cum diasosta colluserit, ... magistratu suo privatus -bitur et in exsilio mittatur ([*cf. Novell. Iust. 130, 7* confiscationi *et gr.* δημεύσει]. *sim.* 124, 12 [*gr. 128, 12* δημευθείς]).

II *-antur, quae potius traduntur in notitiam publicam, exhibentur cognoscenda, videnda sim.*: **A** *strictius, sc. omnibus sine discrimine; respiciuntur, quae innotescunt*: **1** *dictis, scriptis*: **a** *in sermone communi -antur*: **α** *varia* (*fere argumenta praeter l. 63*): Sen. dial. 2, 18, 6 *Socrates* comoediarum -tos in se et spectatos sales in partem bonam accepit. 3, 16, 2 obiurgatio te primum secreta deinde -ta emendare temptabit (*sc. palam facta est ipsa actio obiurgandi*). Petron. 71, 3 haec, *quae testamento cavi,* ideo omnia -o, ut familia mea iam nunc sic me amet tamquam mortuum (*nisi ad B1*). Plin. nat. 33, 17 -tis diebus fastis (Svet. gramm. 17, 4 in quo *hemicyclio* f. ... -arat). Svet. Iul. 20, 1 instituit, ut tam senatus quam populi diurna acta confierent et -rentur (Aug. 36 ne a. senatus -rentur). Cal. 16, 1 rationes imperii (*v. p. 2061, 49*). Apvl. apol. 84, 7 provulgari eas litteras (*i. matris*) et potissimum fili praeconio -ari. Symm. epist. 6, 12, 1 praefectus urbi ... oblationem communem populo -vit. Hist. Avg. Pius 4, 4 cum eum *Antoninum* Hadrianus adoptare se velle -asset. Alex. 64, 2 de quibus *principibus* ... ea, quae conperta fuerint, -bimus. Anian. Chrysost. hom. 7, 3 ut *magi* ... rem (*i. Christum natum*) ... in notitiam omnium -rent (*gr.* ἵνα ... πᾶσι κατάδηλον τὸ πρᾶγμα γένηται). Ps. Orig. tract. 18, 2 audeo -are, sed exilis et tenuis loquendi impedior parvitate (*item sine obi.*: Ps. Avg. serm. 46, 4 enormitas facinoris -are coegit). Ps. Varro sent. 110 (*si recte ed. explicavitque Germann*) utilissima est ⌞propriae invidiae mordacitas⌟ scribenti -anda (⌞ ⌟ *i. fere severa propriorum operum censura*). Conc.^{S} I 5 p. 293, 8 quae sit virtus interpretationis Iesu, *euangelista* -at: '...' (*Matth. 1, 21*). Conc. Matisc. a. 585 p. 247 l. 320 si ... -tum fuerit, quod inepta erat eius *episcopi absentis* excusatio. *al.* *p. p. p.* -tus *fere pro adi. notionis q. e. publice notus, tritus, vulgaris*: Scrib. Larg. 38 novas et non aliquibus notas ... compositiones, verum etiam quasdam divulgatas et, ut ita dicam, -tas. Qvint. decl. 377, 9 passim obiectas et -tas *causas* ... non transibo. Arnob. nat. 4, 18 p. 222, 17 nobis ... satis est rebus de -tis loqui (*postea*: id, quod in medio positum est). Ennod. dict. 13, 1 p. 464, 21 quid mihi est cum ingenii mei -ta et degeneri paupertate? epist. 9, 11, 3 p. 236, 13 nebulosum de -ta promissione constitutum. **β** *secreta et quaecumque deteguntur sim.* (*noxii latentes l. 21 sq.*): Sen. benef. 6, 32, 2 *Augustus* haec, *sc. flagitia filiae,* ... parum potens irae -verat (*cf. 1* in publicum emisit; *opp.* tacenda, silentio pressisset). epist. 83, 20 *ebrietate* impudicus morbum profitetur ac -at (*cf. 19* detegit). Porph. Hor. sat. 1, 4, 89 cum per ebrietatem ea, quae in penitiora mentis condiderat, prodit ac -at. Ps. Cypr. singul. cler. 23 quos *pseudoapostolos sim.* Paulus ... prodit et -at, dicens: '...' (*II Cor. 11, 12 sq.*). Arnob. nat. 4, 24 p. 230, 10 numquid furem Mercurium -vimus nos? 4, 34 p. 241, 9 Iuppiter ... describitur confiteri culpas suas et ..., quas uxori anteposuerit p(a)elices, ... -are. Lact. inst. 4, 7, 2 *non* ante id *verum nomen dei filii* -bitur ..., quam dispositio dei fuerit impleta. Ps. Apvl. Ascl. 1 tractatum *arcanum* ... inreligiosae mentis est multorum conscientia -are. Amm. 29, 1, 7 obumbrare iam -ta. *al.*

γ *ipsi libri sim.* (*eorum auctor l. 37; cf. p. 2444, 10*): Sen. benef. 4, 28, 4 monumenta ingeniorum (*sc. libros*) et ad indignos perventura -vit editio. Plin. nat. praef. 6 *non* similis est condicio -antium et nominatim tibi, *Vespasiane,* dicantium (*item absolute*: Plin. epist. 1, 8, 3 erit ... et post emendationem liberum nobis vel -are vel continere [*cf. 4* editione]). Stat. silv. 4 praef. quam *epistulam* ... de editione Thebaidos meae -vi. Plin. epist. 1, 1, 1 hortatus es, ut epistulas ... colligerem -remque. *al.* Symm. rel. 33, 3 libellos, quos Theodosius -vit. Hist. Avg. Hadr. 16, 1 ut libros vitae suae scriptos a se libertis suis litteratis dederit iubens, ut eos suis nominibus -rent. *al.* *-ari dicitur ipse auctor pro eius scriptis*: Svlp. Sev. epist. 3, 5 ego tibi, *mater,* statui nihil scribere, ne ubique me -es (*cf.* 3, 2 per quos *notarios* tibi nostrae ineptiae -antur).

b *technice c. respectu iuris dicuntur -ari*: **α** *qui (quae) ab accusantibus deferuntur ad magistratus cognoscentes* (*cf. e. g.* in publicum deducere *p. 2458, 53*): Tert. fug. 9, 4 (*spiritus sanctus ad martyrem*) -aris? ... bonum tibi est; qui enim non -atur in hominibus, -atur in domino; ... iustitia te producit in medium *eqs.* Cod. Theod. 7, 1, 10 qui *milites* occultatores perfidos -verint (*antea*: tribunis suis sive praepositis offerant). 10, 10, 9 non aliter adipiscantur petitionis effectum, nisi delatores valuerint -are. 16, 2, 31 (= Const. Sirmond. 14) *iniuria a multis in ecclesiam illata* possunt ... aliquanti cognosci, quorum confessione sociorum nomina -entur. Vict. Vit. 3, 11 si forte tales (*i. haereticos*) celare deligerent et minime -assent et retentos iudicio non facerent praesentari, ipsi tenerentur ad poenam. Greg. Tvr. Franc. 4, 43 nequaquam -are, sed excusare suos *furti noxios.* *al.* *in imag.*: Avg. c. Cresc. 4, 15, 17 frustra ... ore maledico conscientiam nostram tamquam -tam atque damnatam crimine ... persecutionis accusare voluisti (*respic. Cresc. Aug. c. Cresc. 2, 22, 27* vestra ... persecutionis crimine damnata conscientia est). **β** *quae a privatis indicantur professione legitima*: Cod. Iust. 6, 23, 2 (*a. 225*) -ti semel testamenti fides ... valet (Theod. 4, 4, 4 apud officium censuale. Lex Visig. 5, 5, 10 ante testes. *cf.* -are voluntatem: Cod. Theod. 4, 7, 1, 1 Interpr. cod. Theod. 4, 4, 7 novell. Theod. 16. iudicium: Cod. Iust. 6, 23, 19, 1 [*a. 413*] qui actis cuiuscumque iudicis ... aut auribus privatorum mentis suae postremum -vit i. Novell. Theod. 16, 1). Theod. 2, 27, 1 pr. ut, qui *creditor* ... iudiciis conpetentibus non -verit cautiones ..., actione privetur. 8, 12, 8, 1 ut instrumentum, quo continetur munificentia, aput acta -etur. 13, 9, 2 de casu ... navis ..., quidquid acciderit, iudiciis -etur. Iust. 1, 3, 28, 2 (*a. 468*) gestis intervenientibus earum *pecuniarum* quantitatem ... apud rectorem provinciae -are. *al.* **γ** *quae proponuntur edicto, lege*: Cod. Theod. 7, 18, 8 pr. ex die -ti huius edicti (7, 18, 9 pr. postquam e. ... fuerit -tum. 11, 1, 34 ab e. -ti die). 8, 7, 10 nulli eorum *officialium,* quos inl(ustris) praestantia tua propositis -vit edictis, ... adipiscendi gradum alterum sit facultas. 12, 5, 2 legem hanc incisam aeneis tabulis iussimus -ari. Const. Sirmond. 2 hanc ... legem ... magnificentia tua cunctas per dioceses ... -bit edictis (*cf.* Novell. Theod. 12, 2 *constituta* edictis propositis -ari. Valent. 19, 4 sanctionem cunctorum notitiae -ari propositis ... edictis. Avell. 34, 2). *al.*

2 *re ipsa, quae monstratur, exhibetur*: **a** *potius animo, menti; c.*

[Schrickx]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

respectu prodendi, detegendi: **α** *res* (*sc. virtutes, bona sim. praeter l. 13 sq.*): VAL. MAX. 3, 3 ext. 2 *Zeno* praeceptorum fidem exemplo virtutis suae -vit. SEN. epist. 7, 9 non est, quod te gloria -andi ingenii producat in medium, ut recitare istis velis aut disputare. 79, 17 veniet qui conditam *virtutem* ... dies -et. 113, 32 qui virtutem suam -ari vult, non virtuti laborat, sed gloriae. QVINT. decl. 329, 13 *per pestilentiam* dii inmortales non tam tacite intellegi, quam ⌞-ari⌟ poenam tyranni voluerunt (⌞ ⌟ *Shackleton Bailey,* -are *trad.*). PS. QVINT. decl. 9, 2 intellegam verum esse ... ambitiosum patrem -are voluisse domus suae misericordiam. SVET. Claud. 3, 1 disciplinis ... liberalibus ... non mediocrem operam dedit ac saepe experimenta cuiusque etiam -vit. TERT. virg. vel. 14, 3 *virgines non velatae* prolatae ... in medium et -to bono suo (*i. virginitate*) elatae. LVCIF. Athan. 2, 23 l. 41 *examinatione sacerdotum* opus tuum -ari serpentinum. AVELL. 95, 36 si Eutychem haereticum *esse* negant, omnimodis -atur, quod *eqs.* SIDON. carm. 23, 68 fidem ... fortem *tuam, Narbo,* oppugnatio passa -vit. *al.*

β *animantes* (*sc. in malam partem exponendo infamiae sim.*): Ⓘ *cum acc. obi. solo*: VET. LAT. Hebr. 6, 6 (Synod. Hil. coll. antiar. p. 63, 8) crucifigentes iterum filium dei atque illum denuo -antes (*gr.* παραδειγματίζοντας, *Vulg.* ostentui habentes; *ceterum cf. vol. IX 2, 1142, 22. 1149, 79*). FIRM. math. 3, 7, 22 Vespertinus ... faciet peregrinitates ..., facit etiam in omnibus actibus -ari ([publicariis *var. l.*]. 7, 25, 13 in ista libidinum labe). PS. AMBR. laps. virg. 37 ubi *homo* celat mala sua, invitus detegitur et nolens -atur. paenit. 4 p. 976^{C} non habes, *Cain,* ullum hominem testem, ecce habes effusum sanguinem proditorem: ipse te -at et accusat. SALV. gub. 4, 13 *dominos probos* ideo non nomino, ne non tam eos nominando laudare quam alios non nominando videar -are. *al.* Ⓘⓘ *accedunt aliae struct.: praedic.* (*nisi subaudias inf.* esse; *cf. p. 2446, 22*): LVCIF. Athan. 2, 8 l. 13 quando tu, *Constanti,* serpens -tus es, quando patuerunt cuncta venena tua. EPIST. pontif. 577 Schwartz p. 121, 34 se haereticum -vit *episcopus quidam. al. inf.* (*cf. l. 28*): ZENO 1, 39, 9 in uno corpore *martyris* quantum diabolus -tus est furere, tantum agnoscatur dominus triumphasse.

b *potius oculis vel auribus* (*v. l. 53. 56*): **α** *cum obi.*: Ⓘ *rerum: incorp.* (*sc. quae apparent, manifestae fiunt*): SEN. epist. 51, 4 videre ebrios ... et alia *vitia sim.,* quae velut soluta legibus luxuria non tantum peccat, sed -at. frg. 36 in Capitolium pervĕni: pudebit -tae dementiae *rituum.* TAC. ann. 16, 4, 3 flagitante vulgo, ut *Nero* omnia studia sua -ret, haec enim verba dixere, ingreditur theatrum (*cf. l. 53*). ARNOB. nat. 4, 36 p. 244, 19 in quibus *theatris* infamiae numinum ... cotidie -antur in fabulis. *corp.*: PLIN. nat. 29, 26 pectines (*i. imae partes ventris*) in feminis ... -ti. 35, 24 quam primam arbitror picturam externam Romae -tam. 35, 26 de tabulis omnibus signisque -andis. SVET. Tib. 5 *quod* simulacrum Felicitatis ex S. C. -tum ibi (*sc. Fundis*) sit. SOL. 34, 2 ossa monstri ... Scaurus ... in aedilitate sua Romae -vit (*cf. Plin. nat. 9, 11* ostendit). *al.* Ⓘⓘ *animantium*: SVET. Aug. 43, 4 *Augustus* solebat ... id (*sc. aliquid dignum cognitu*) extra ordinem quolibet loco -are: ut rhinocerotem apud Saepta, tigrim in scaena. SOL. 1, 52 legimus Cn. Pompeium ... feminam, Asia exhibitam, quam constabat tricies enixam, cum viginti eius liberis in theatro suo -asse (*sed cf. Plin. nat. 7, 34* posuit effigies). 30, 20 animal hoc (*i. camelopardalis*) Romae circensibus dictatoris Caesaris primum -tum (*cf. Plin. nat. 8, 69* primum visa Romae). *al.* *refl.* se -are: SVET. Nero 21, 2 *canendo sim.* non cessavit identidem se -are (*cf. l. 38; simul ludi vid. cum IA2*). PS. AVG. serm. 219, 2 (*de caede Bethleemitica*) quantis modis *mater* infantem volebat abscondere et ipse se infantulus -bat; nesciebat tacere.

β *sine obi. vel obi. supplendo*: QVEROL. p. 41, 15 nocte balneas adimus ...; luminis ... illud subornatur, quod sufficiat, non quod -et.

B *laxius, sc. singulis vel paucis*: **1** *quibuslibet* (*hucine iam* PETRON. *p. 2445, 65?*): MACR. Sat. 6, 7, 1 quin age ... verecundiam Avieni ... iuva et ipse -ato nobis, quod immurmurat. LEO M. epist. 44, 1 Conc.^{S} II 4 p. 19, 19 si scripta ... episcoporum -ari auribus Alexandrinus permisisset antistes. SEDVL. op. pasch. 5, 30 *Christus* confractione panis eorum *discipulorum* (*Luc. 24, 30 sq.*) se sensibus et oculis -vit (*cf. carm. pasch. 5, 366* agnitus). ALC. AVIT. epist. 43 *opusculum* ante *non* editum ... fratri nostro ... -are. ENNOD. dict. 20, 2 p. 481, 12 (*tit.* in eum, qui in lupanari statuam Minervae locavit) *non* reverentiam te exhibere Veneriae pollutioni clamat -ta corruptio (*sc. oculis Minervae; cf. antea*: et virginitatis oculos et lupanaris secreta violavit). EPIST. pontif. 937 Conc.^{S} IV 2 p. 166, 22 *non* destitimus ... scripta ... Theodori perscrutari, quamvis nobis et ante utcumque fuerint -ta. *al.* **2** *medico vel aegroto* (*in imag. p. 2448, 1*): THEOD. PRISC. eup. faen. 95 per initia ... passionis, cum se necdum plene vitium -verit *eqs.* log. 10 quibus *accidentibus* passio -ta est (*mediopass. ut*: 63 qui *sanguis erumpens* vapore quodam ... et dolore totius capitis -atur. *et saepe apud eundem.* ORIBAS. syn. 8, 2, 3 Aa p. 205). CASSIOD. in psalm. 31, 3 l. 98 (*in imag.*) ulcus non fuerat salutari medico, *i. deo,* -tum (*sc. confitendo*).

deriv.: publicatio, publicator *et* -trix. *compos.: cf. p. 2443, 48.*

pūblicola (popli-), -ae *m. 'populum colens', non nisi in explic. nominis proprii: v. Onom.* (*cf. e. g. Volkmann, RE VIIIA 1, 180*). *Schrickx.*

⁂**pūblicus,** -a, -um. [*forma prisca est* pŏpl-icus, *quae e subst.* pŏp(u)lus *et suffixo* -iko- *constans primitus significat 'ad manum militum pertinens'; postea notio adi. una cum subst.* populus *mutata est. iam apud* PLAVT. *longa est syllaba prima (v. l. 30); forma novata* poublicus > pūblicus *orta e* poplicus *esse vid. interposito subst.* pūbēs *'manus iuvenum' (cf. e. g. Porzig, Gymnasium 63, 1956, 326), fort. per lusum quendam; diutius fluctuat ratio scribendi* (o/ou/u, pl/bl), *item in nominibus propriis* Poplius, Poplicius, -ilius, -icola (> Pūblius *etc.*). *umbr.* pupřike *notionis inc. idem esse potest ac dat.* poplicō; *idem suffixum exhibet etiam osc.* túvt-íks, *quod derivandum est a* touto *'populus'; v. Untermann, Wb. des Osk.-Umbr., 2000, s. vv. Fo.*] *scribitur* pub- *passim in titulis et codd. ant., e. g.* LEX agr. (CIL I^{2} 585) 5. PLAVT. Persa 407 (*A*); *scripturam priscam* pop-, *quam testatur e. g.* PRISC. gramm. II 27, 11 (*e Papir.*), *exhibent* S. C. de Bacch. (CIL I^{2} 581) 15. LEX Bant. (*ibid.* 582) 2. 4. *al.* repetund. (*ibid.* 583) 27. 34. *al.* SENT. Minuc. (*ibid.* 584) 13. *al.; ceterum occurrunt* pob- *l. 27 et* CIL I^{2} 397, poub- *ibid.* 402. 403, pup- *e. g.* LEX repetund. (CIL I^{2} 583) 11. 15. CIL XIV 3530 (*a. 88*). PLAVT. Rud. 572 (*A*) *et passim in* SEN. benef. (*cod. Naz. saec. VIII/IX*), publik- CIL II 2102b, pulic- *p. 2454, 1 et* CIL XIII 5695. *notatur* p LEX Rubr. (CIL I^{2} 592) 2, 2. 25 CIL I^{2} 988. 1503. 1533. *al.* (*v. etiam p. 2456, 31 et cf.* INSCR. Epigraphica 3, 1941, 178 n. 1552 *π.; vix addas p. 2449, 27*), pu *p. 2451, 65. 66,* pub CIL I^{2} 1142. 1336. 1690 (*scrib.* pob). *al.,* publ CIL I^{2} 1628. NOT. Tir. 5, 59 -us. *al.* *de formis: nom. pl.* -eis LEX agr. (CIL I^{2} 585) 29; *neutr. pl.* pupla VIRG. gramm. epit. 4, 2, 5. *compar. deest, superl.* -issimus *non nisi p. 2462, 74. syllaba prima longa est excepto nimirum* COMM. apol. 856. *de notione et differentia*: CIC. inv. 1, 40 -um est, quod civitas universa aliqua de causa frequentat, ut ludi, dies festus, bellum (*disting.* commune ...; singulare). GLOSS. -us: *δημόσιος.* -um: *δημόσιον. v. etiam p. 2451, 27. 2452, 47. legitur inde a* LEGE Sil., NAEV. (*semel, sc.* res -a, *q. v.*), PLAVTO *per totam latinitatem; raro in poesi dactylica inde ab* HOR. (*quinquies* [*sexies in* carm.]), PROP. (*quater*), *sed 38^{ies} apud* OV., *16^{ies} apud* CLAVD.; *abiit in sermonem gr., v. e. g. p. 2452, 29. 48. 2462, 15. 2465, 20.* [*formis lat. sermonis docti passim locum cesserunt formae hereditariae, q. s. tusc. vet.* piuvico, *sard. centr. vet.* plubicu, *raet. or.* plóvi *'angaria' sim., port. vet.* pruvico, provico *'miserabilis'. cf. M.-L. 6805. Battisti-Alessio IV 2960. Wartburg IX 506. Corominas^{2} IV 670. C. S.*] [*confunditur c.* publicanus *e. g. p. 2439, 61, cf. p. 2451, 35; trad. loco corrupto* PLAVT. Truc. 557, *loco manco* SALL. hist. frg. inc. 27; *e coni. dub.* LVCIL. 675 *p. 2579, 18.*]

fere i. qui ad populum pertinet, populi est, δημόσιος (*opp.* privatus *passim,* sacer *saepe, e. g. p. 2450, 34. 38. 2452, 70, ceterum* domesticus *p. 2450, 19. 2454, 33. 2457, 20. al.,* familiaris *p. 2455, 72. 2457, 29, sim. al.; saepe adhibetur pro subst. neutr., v. imprimis p. 2449, 75. 2450, 29. 2453, 22. 2458, 29. 2460, 25. 2466, 32, rarius masc., v. p. 2452, 28. 2459, 48, vel fem., v. p. 2452, 58. 2454, 2. 2465, 74, cf. p. 2456, 32*). *omissa iunctura* res -a (*v. vol. XII 1 s. v.* res), *exempla sic digerenda esse putavimus*:

I *c. respectu civitatis legibus constitutae* (*imprimis populi Romani*):
A *de rebus*:
1 *corp.*: **a** *vario respectu: p. 2449, 20* (*e. g. alimenta p. 2449, 37*). **b** *mero fere respectu proprietatis, possessionis: p. 2450, 28* (*neutr.* -um *de vectigali p. 2451, 24; mancipia v. p. 2452, 13, loca p. 2452, 67*).
2 *incorp.*: **a** *quae fiunt auctoritate, nomine rei -ae: p. 2454, 7* (*munera p. 2454, 48, ius, iudicium p. 2455, 3, leges, monumenta scripta p. 2455, 26, ludi, sacra p. 2455, 71, impensae p. 2456, 39*). **b** *quae fiunt erga, in, circa rem -am: p. 2456, 55* (*mala p. 2457, 9*). **c** *quae vario modo pertinent ad civitatem* (-us *fere pro gen.* rei -ae): *p. 2457, 35* (*neutr.* -um *vergit in vim q. e. res -a p. 2458, 38*).
B *de hominibus*: **1** *praeditis auctoritate rei -ae: p. 2458, 62* (*magistratus, sacerdotes p. 2459, 5*). **2** *operam navantibus iussu magistratuum sim.: p. 2459, 22.* **3** *variis: p. 2459, 51.*
C *de deis: p. 2459, 69.*
II *in universum respiciuntur, quaecumque communia sunt, fere ad omnes spectant*:
A *res corporeae et sensibus percipiendae*: **1** *neutr. pro subst.: p. 2460, 25* (*iuxta praepos. p. 2460, 25; exempla cetera p. 2461, 41*). **2** *adi.; significatur, quod commune est cuiuslibet coetus* hominum p. 2461, 59, omnium hominum p. 2462, 16 (*c. respectu iuris naturalis p. 2462, 17*).

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *incorporalia*: **1** *usu sollemni: p. 2462, 47 (de eis, quae omnes dicunt, scribunt, putant p. 2463, 38, quibus omnes afficiuntur p. 2464, 3).* **2** *peculiaria quaedam, sc. de eo, quod fit palam sim. p. 2464, 56; de eo, quod est notum vulgo p. 2465, 19; c. contemptu fere i. q. vulgaris, tritus p. 2465, 34; usu deflexo fere i. q. generalis p. 2465, 41.*

C *animantes*: **1** *qui omnium usui patent: p. 2465, 60 (scorta, adulteri sim. p. 2465, 60).* **2** *exempla cetera: p. 2466, 14 (neutr.* -um *de multitudine hominum p. 2466, 33).*

adv. pūblicē *p. 2466, 55,* pūblicitus *p. 2472, 46.*

I *cum respectu civitatis legibus constitutae (imprimis populi Romani [disting. quae sunt Caesaris p. 2452, 23. 2459, 65; iungitur c. gen.* civitatis *p. 2455, 49. 2458, 5. 2459, 50,* populi Romani *p. 2451, 61 sq. 2452, 32. 2453, 9. al.]; ad gentes exteras spectat e. g. p. 2450, 7. 11. 19. 2452, 74, ad municipia vel colonias civium Romanorum* [abusive *sec.* VLP. *p. 2452, 5; sim.* GAIVS *p. 2439, 69*] *e. g. p. 2451, 63. 69. 2452, 70. 2453, 29. 2459, 17 et saepe [maxime in iunctura* res -a, *q. v.], ad deos p. 2458, 70, ad apes p. 2458, 50)*: **A** *de rebus (addidimus animalia l. 35 sq. 38. p. 2450, 19 nec non mancipia p. 2452, 13 sqq.)*: **1** *corporeis (litteras, tabulas sim. v. p. 2455, 26), quae ad civitatem pertinent*: **a** *vario respectu, sc. de iis, quae in usum civium et magistratuum praebentur, curantur sim.*: **α** *pondera et vasa iussu magistratuum ad legitimam normam facta*: LEX Sil. (Fest. p. 246) ex ponderibus -is, quibus ... populus oetier [qui] solet ([FEST. *antea*: -a p. ⟨ad legitimam normam exacta fuisse⟩]. FIRM. math. 4, 14, 6 p. -is aut fiscalibus *praeponere.* 4, 21, 10 CIL XIII 10030, 15. VVLG. II reg. 14, 26 ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis p. -o. *addas l. 29, sed vix* INSCR. Année Épigr. 1992 n. 1701 [*a. 19; de nota* p p *in amphoris v. vol. X 1 s. v.* pondo]). *ibid.* si quis magistratus ... dolo malo pondera, ... vasaque -a modica minora maiorave faxit. *loco dubio*: INSCR. Année Épigr. 1992 n. 1219 (*in pondere; saec. I ex.?*) ⌊pub(licum)⌋ col(oniae) Aug(ustae) Nem(ausensium), Brig(innone?); v *librae* (⌊ ⌋ *sc.* pondus? *ad p. 2453, 29 trahunt alii*). **β** *vehicula, iumenta*: PLAVT. Capt. 874 *filium* salvom ... vidi in -a celoce (*cf.* VAL. MAX. 9, 15, 2 *remus* -ae triremis). AVR. VICT. Caes. 40, 2 (= PS. AVR. VICT. epit. 41, 2) ad frustrandos insequentes -a iumenta *interficere* (*cf.* AMM. 21, 16, 21 animalia -a). AMM. 21, 13, 7 vehiculis -is inpositum ... militem (COMM. apol. 856). **γ** *alimenta et alia, quae singulis dantur, distribuuntur*: LVCIL. 1078 -o ⟨equo⟩ lege ut mereas, praesto est tibi quaestor ([*Cichorius,* publicitus *Müller*; -a *trad.*]. VARRO frg. Non. p. 345, 1 qui ... e. -o mererent. ling. 8, 71 CIC. Phil. 6, 13. rep. 2, 36 -is e. adsignandis [*Corinthi*]. LIV. 29, 37, 8. *al., v. vol. V 2, 734, 75 sqq.; cf. infra p. 2451, 10*). CIC. Verr. II 3, 203 in -o frumento (*al., v. vol. VI 1, 1413, 25 sqq.; addas* PS. SALL. rep. 1, 7, 2 plebs largitionibus et -o f. corrupta). SIC. FLACC. grom. p. 129, 20 militi praetereunti ... annona -a praestanda est (MARCIAN. dig. 48, 12, 1. FIRM. math. 3, 13, 5 a fiscalibus vel a -is a. alimenta *suppeditare. al., e. g. l. 48*). AMM. 25, 9, 2 sine alimentis -is *defendere civitatem* (HIST. AVG. Aur. 11, 2 de a. -is multa prudenter invenit). VEG. mil. 2, 19, 5 qui *miles* veste et annona -a pascebatur. *al.* **δ** *aedificia (cf. quae praevalente respectu proprietatis ad p. 2453, 47 traximus): adi.*: CIC. Rab. perd. 20 ex ... armamentariis ... -is arma populo Romano ... dantur. dom. 128 de -is templis *cautum est, ne iniussu plebis consecrarentur* (APVL. apol. 65, 6. *cf.* LIV. 40, 59, 7 in fanis -is, ubi lectisternium erat. SEN. dial. 6, 13, 2 ab altaribus -is et fausta nuncupatione). div. 1, 52 cum esset in custodia -a *Socrates* (*al., v. vol. IV 1560, 1 sqq.*). Att. 4, 16, 8 adiungetur huic operi villa ... -a (INSCR. numm. lib. rei publ. 429, 2a *et* b [*a. 55*] vil(la) pub(lica). VARRO rust. 3, 2, 1 v. -ae utamur umbra. PS. SALL. rep. 1, 4, 1 LIV. 4, 22, 7. *al.; ad rem cf. Varro rust. 3, 2, 4 est* communis universi populi *eqs. et e. g. Agache, Lex. topogr. urb. Rom., V 202 sqq.*). CALID. or. frg. Non. p. 208, 29 horrea(e⟩ curiaque et tabulariae -ae (*cf.* tabularium: APVL. apol. 89, 2 tabulae eius partim t. -o, partim domo adservantur. HIST. AVG. Aur. 9, 8). OV. Pont. 1, 1, 5 -a non audent intra monimenta venire *libri mei* (SEN. dial. 6, 1, 3 restituisti in -a m. libros. *item respiciuntur bibliothecae -ae*: OV. trist. 3, 1, 79 statio ... -a [*v. p. 1396, 25*]. SCRIB. LARG. 97 bibliothecis -is [SVET. Tib. 70, 2 APVL. apol. 91, 2. *al.*]). LIV. 5, 28, 4 adductos ... in -um hospitium legatos (45, 22, 1 ex -o h. in curiam *ire. cf.* VAL. MAX. 5, 1, 1[f] e curia ... ad -os penates *ducere aliquem. aliter p. 2454, 29*). 24, 10, 9 atrium -um in Capitolio. 24, 21, 11 praesidiis ... horrea -a *firmare* (TAB. cer. Pomp. Camodeca 45 pag. 5, 7 [*a. 37*] Puteolanorum. *al. ibid., ceterum v. vol. VI 3, 2987, 84; cf. iam* CALID. *l. 59*). 26, 51, 7 fabris omnium generum in ⌊-a officina⌋ inclusis ([⌊ ⌋ -am officinam *var. l.*]. frg. 22 [21, 5 *ed. Jal*]. *aliter p. 2461, 74*). 29, 37, 2 viam ... circa foros -os ... faciendam *locare* (45, 1, 7 sq.). 32, 26, 18 in carceris -i custodia *esse* (CALP. decl. 4 *bis.* APVL. met. 9, 42, 4. 10, 34, 3. *al.; cf. p. 2450, 11*). *al.* VITR. 5, 5, 7 omnia -a lignea theatra tabulationes habent (TAC. ann. 14, 15, 1). *al.* *neutr. pro subst.* (*vix huc p. 2458, 53. 2460, 35 sqq.*): CIC. Flacc. 21 ne corrumpi tabulae facile possint, idcirco lex *tabulas* obsignatas in -o poni voluit (*syn.* ad praetorem, ad iudices. *item respicitur tabularium sim.*: VARRO rust. 2, 11, 10 ut scriptum in -o Ardeae in litteris extat [*nisi ad II, v. e. g. p. 2460, 46*]. PAPIN. dig. 28, 4, 4. VLP. dig. 48, 19, 9, 6 quo in -o instrumenta deponuntur, archivo forte vel grammatophylacio). CAES. civ. 1, 36, 3 frumenti quod inventum est, in -um conferunt (*respicitur horreum ut*: 2, 22, 1 *panicum* in -um contulerant *Massilienses*). PAP. Tjäder 10–11 III 1 (*a. 489*) *possessores a fundo* regressi ad -um (*de magistratuum sede ut ibid.* IV 4 cum ... in -um pervidissent magistratos. 14–15 III 2 [*saec. VI ut*: 31 III 2]. ENNOD. epist. 3, 20, 1 *reus* praesentiam suam -o ... ingessit iudicis). **ε** *varia*: VARRO Men. 99 Socrates cum in vinculis -is esset (NEP. Milt. 7, 6 in v. -a coniectus est. Cim. 1, 4 in v. -is interire. *al.* VAL. MAX. 4, 1, 8. 6, 1, 10. 6, 9, 13. *al.; in imag.*: SEN. dial. 3, 16, 2 in te duriora remedia iam solida nequitia desiderat: et v. -a et carcer adhibebitur [*antea p. 2445, 63*]). CIC. Flacc. 44 quaestor a mensa -a *numeravit argentum* (FIRM. math. 8, 19, 7 de m. -is colligens *divitias. cf.* SEN. dial. 1, 3, 8 pretium caedis, *sc. proscriptionis,* per quaestorem et tabulas -as numerat *Sulla*). leg. 2, 20 ignem foci -i *custodire.* Tusc. 1, 108 *ad mortuos dilaniandos* in Hyrcania plebs -os alit canes, optumates domesticos. CAES. civ. 2, 18, 2 arma omnia privata ac -a in domum Gallonii contulit (VAL. MAX. 2, 3, 1. *aliter p. 2459, 31*). SEN. contr. 9, 2, 24 refulsit inter privata pocula -ae securis acies (*ibid. iterum.* PRVD. perist. 2, 327. *al.; cf.* 1, 55 praebenda cervix ad bipennem -am). VAL. MAX. 6, 6 ext. 1 -o et communi rogo semet ipsi superiecerunt *Saguntini.* LVCAN. 2, 319 quin -a signa ducemque Pompeium sequimur? (7, 164. *cf. 2, 533* quibus arma senatus non privata dedit). PLIN. nat. 22, 5 *in imperio Romano* sagmina in remediis -is fuere et in sacris ... verbenae. *al.*

b *mero fere respectu proprietatis, possessionis*: **α** *pecunia, bona sim. (cf. p. 2456, 39)*: ① *neutr. pro subst.; pertinet ad*: Ⓐ *varia bona (sing.* -um *saepe de summa bonorum omnium civitatis vel de ipso aerario. definitur* VLP. dig. 50, 16, 17 pr. inter '-a' habemus non sacra nec religiosa nec quae -is usibus destinata sunt, sed si qua sunt civitatium velut bona): ① *sine praepos.*: PLAVT. Asin. 321 rapere cupio -um (*sim.* Trin. 1044 [*opp.* sacrum]). Stich. 717 *poculum* accipe ...; non hoc ⟨tuo fit sumptu⟩: inpendet -um (*Leo, alii alia*). Trin. 287 rapax, avarus ... sacrum profanum, -um privatum habent. LEX Tarent. (CIL I[2] 590) 1, 3 *ne quis* per litteras -as fraudemve -um peius facito. CIC. Verr. II 4, 2 nihil ... -i (*v. p. 1393, 60*). rep. 3, 24 suum cuique reddere, sacra, -a, aliena non tangere. HOR. ars 397 -a privatis secernere, sacra profanis. LIV. 38, 58, 2 omnem, quam accepisset, pecuniam in aerario esse nec se quicquam -i habere. *al.* LABEO dig. 41, 1, 65, 1 si qua insula in flumine propria tua est, nihil in ea -i est. SEN. epist. 88, 12 negant iurisconsulti quicquam usu capi -um: ⌊hoc quod tenes, quod tuum dicis, -um⌋ est et quidem generis humani (⌊ ⌋ *om. codd. plerique, spectat ad p. 2462, 17; antea*: cuius ... populi fuerit). *al.* ② in -um: PLAVT. Persa 68 (*in lacuna*) det in -um dimidium (CATO orat. 80 praedia ... in -um [pulli *trad.*] dedisti, vinum non dedisti. SENT. Minuc. [CIL I[2] 584] 25 vectigal ... in -um ... dent ... in anos singulos *tot.* 27. 35. LEX agr. [*ibid.* 585] 74. Mamil. [grom. p. 265, 2]. *al.*). CATO orat. 72 tit. (*nisi est gramm. cuiusdam*) uti praeda in -um referatur (LEX Tarent. [CIL I[2] 590] 1, 36. CIC. leg. agr. 2, 59 [*verba legis*] argentum ex praeda. NEP. Timoth. 1, 2 *tot* talenta praedae in -um rettulit. LIV. 38, 54, 4 sq. *al.*). CIC. rep. 2, 60 censores multis dicendis ... a privatis in -um averterant *armenta.* CAES. civ. 2, 18, 5 eorum bona in -um addicebat (POMPON. dig. 41, 1, 30, 3). 2, 21, 2 pecunias, quas erant in -um ... cives Romani polliciti. LEX Mamil. (grom. p. 266, 1) *pecuniae tot* in -um redigito (Vrson. [CIL I[2] 594] 76, 28. LIV. 2, 42, 2 *consul praedam* redegit in -um. 4, 10, 6. *al.* LABEO Gell. 1, 12, 18. *al.*). VARRO ling. 5, 95. 6, 74 (*v. p. 804, 56*). LIV. 7, 16, 3 *consul praedae* nihil in -um secernendo augenti rem privatam militi favit. 26, 36, 5 aurum ... in -um conferamus (26, 36, 11. *al. apud eundem*). 39, 44, 7 *censor* quattuor tabernas in -um emit basilicamque ibi fecit (44, 16, 10 IVLIAN. dig. 3, 5, 29 pr.). *al.* INSCR. Plin. nat. 34, 93 (*aet. Aug.*) ex privato in -um *restituit statuam* (CIL VI 919 [*a. 47*] quae *loca* a privatis possidebantur, ... in -um restituerunt. *al.*). *et saepe.* ③ in -o (*cf. p. 2451, 44*): LEX agr. (CIL I[2] 585) 74 praedium ... ob eum agrum locum in -o obligatum erit. CAES. civ. 1, 23, 4 *pecuniam quam* in -o deposuerat. LIV. 5, 50, 7 cum in -o deesset aurum. 26, 35, 2 nec ... pecuniae quicquam ea tempestate in -o *erat.* CALL. dig. 47, 21, 3 pr. quinquaginta aureos in -o dari iubet *lex.* VLP. dig. 50, 12, 1, 3. *al.* ④ de -o (*attributive l. 73. p. 2451, 3*): CIC. inv. 2, 87 sumptus ..., qui de -o dari solet, is ab quaestore non est datus ([*cf. ibid.* sumptus, qui debebatur de -o, non daretur]. Verr. II 4, 9 dabatur ... de -o *argentum.* LIV. 2, 16, 7. *al.*). Verr. II 2, 88 *oppidum,* unde nihil ... de -o per vim, ... nihil imperio ... posset auferre. 2, 113 nihil ex sacro, nihil de -o *attingere.* 3, 105 *Apronium* cotidie solitum esse non modo in -o, sed etiam de -o convivari. 3, 170 quos de -o nummos acceperat (LIV. 4, 59, 11 SEN. contr. exc. 3, 1

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

leg. *al.*). 4, 53 avertere aliquid de -o quam obscurissime ... solebant. LEX Vrson. (CIL I^2 594) 71, 26 de ... -o in sing(ulos) aedil(es) ... sumere *pecuniam.* LIV. 1, 20, 3 *virginibus Vestalibus* stipendium de -o statuit *Numa.* 22, 60, 3 *senatores* alii *captivos* redimendos de -o, alii nullam publice impensam faciendam *censuerunt.* VITR. 10 praef. 1 de -o praestatur *impensa operis -i* (VLP. dig. 50, 9, 4, 1). 10, 16, 3 *architecto* de -o ... merces ... tribuebatur. PLIN. paneg. 36, 3 plus tibi licere de tuo quam de -o credis (*antea*: non eadem severitate fiscum qua aerarium cohibes). *al.*

⑤ ex -o: CAES. civ. 2, 22, 5 pecuniam ex -o tradunt *Massilienses.* LIV. 1, 43, 9 ad equos emendos dena milia aeris ex -o data (25, 12, 9 cum populus dederit ex -o partem *impensae*). 21, 14, 1 argentum aurumque ... ex -o privatoque in forum *conferre.* 45, 44, 15 ut victimae ... regi ex -o ... praeberentur. SEN. benef. 7, 27, 2 *v. p. 1393, 46.* PLIN. nat. 35, 127 tabulas ... e -o ... propter aes alienum civitatis addictas Scauri aedilitas Romam transtulit. FRONTIN. strat. 4, 3, 15 ut filiam eius *Mummii* inopem senatus ex -o dotaverit. TAC. ann. 4, 45, 3 pecunias e -o interceptas. TRAIAN. Plin. epist. 10, 111 largitiones ex -o fieri mandata prohibent. SVET. Iul. 41, 3 *ex tot* milibus accipientium frumentum e -o (GAIVS dig. 29, 5, 25 pr. *al.*). *al.* ⑥ *cum aliis praepos.*: HIER. epist. 123, 13, 3 *servi,* qui praesint domui, qui ad -um respondeant, tributa persolvant (COD. Iust. 11, 48, 20, 3 qui *domini* ... colonis ... non contradicentibus ad -um tributarias functiones minime inferebant). CASSIOD. hist. 3, 10, 12 locum a -o comparavit (*gr. Sozom. 2, 30, 7 παρὰ τοῦ δημοσίου*).

Ⓑ *singula vectigalia locanda, redimenda, solvenda* (*aliter p. 2450, 47; definitur* VLP. dig. 50, 16, 17, 1 '-a' vectigalia intellegere debemus, ex quibus vectigal fiscus capit: quale est vectigal portus vel venalium rerum, item salinarum et metallorum et picariarum. *cf.* GLOSS. V 379, 47 -um: vectigalia): PLAVT. Truc. 141 an tu te Veneris -um aut Amoris alia lege habere posse postulas, quin *eqs.* (*in imag. ut*: 143. 151. SEN. dial. 2, 14, 2 quisquis erit, qui hoc salutationum -um exerceat). LEX agr. (CIL I^2 585) 25 queiquomque id -um fruendum redemptum comductumve habebit (CIC. prov. 12 si qui frui -o non potuit per hostem. VLP. dig. 39, 4, 1, 1 publicani ... sunt, qui -o fruuntur). CIC. Verr. II 3, 167 magister scripturae et sex -orum *in Sicilia* (*item accedit numerale l. 55. 57*). dom. 74 omnium -orum societates (fam. 13, 10, 2 mature se contulit in s. -orum [publicanorum *var. l.*]). Rab. Post. 4. parad. 46 qui honeste rem quaerunt mercaturis faciendis, operis dandis, -is sumendis. ad Q. fr. 1, 1, 33 ut et publicanis satis facias, praesertim -is male redemptis, et socios perire non sinas (*adde l. 31. 56; cf. l. 51*). HOR. epist. 1, 1, 77 conducere -a (*adde l. 31*). SEN. epist. 101, 4 qui *Senecio* ad -a quoque ... accesserat. 119, 5 circumspiciebam ..., quod -um agitarem (*cf.* agere *l. 53*). LEX Irnit. 5 C 8 cum -a locabuntur, venibunt. QVINT. decl. 340, 8 *dominus servum per publicanos traiecit praetextatum,* ut -a non solveret. 341, 2 -um eversum est. IAVOL. dig. 4, 6, 34, 1 qui operas in -o, quod vectigalium causa locatum est, dat. TAC. ann. 13, 51, 1 edixit princeps, ut leges cuiusque -i ... proscriberentur. EDICT. praet. dig. 39, 4, 1 pr. *v. p. 2440, 68.* SVET. Cal. 40 additum ... ad caput legis, ut tenerentur -o et quae meretricium quive lenocinium fecissent (*41, 1* eius modi vectigalibus indictis). TERT. apol. 42, 9 rec. *Φ* quantum ⟨-o⟩ pereat ... fraude (⟨ ⟩ vectigalibus *rec. vulg.*). VLP. dig. 17, 2, 33 ut in conductionibus -orum, item in emptionibus. CENS. 20, 7 -i redemptor. *al.* *definitur genus vectigalis* (*addas l. 28. 30 nec non* -um portorii *p. 56, 73 sqq.*): VAL. MAX. 6, 9, 7 cum Asiatici -i exiguam ... particulam habuisset. SVET. Vesp. 1, 2 -um quadragesimae in Asia egit (CIL V 7213 Pudens soc(iorum) publ(ici) XL *Galliarum* ser(vus) (contra)scr(iptor)). CIL III 3925 (*aet. Hadr.*) proc(uratori) IIII p(ublicorum) Afr(icae) (FRONTO p. 79, 2 -um A. redemit *Saenius Pompeianus* [*de eodem*: CIL VI 8588 cond(uctoris) IIII p(ublicorum) A.]. CIL VIII 997 [*saec. II ex.*] cond(uctor). *al.*).

Ⓘ *adi.* (*huc fort.* CIL XI 5063 -a Mevanatium, *sc. aqua*): LEX agr. (CIL I^2 585) 85 vectigalibus ... -eis fruendeis locandeis vendundeis (86 quae v. in Africa -a populi Romani sunt. 87. Anton. de Term. [*ibid.* 589] 2, 34 populi Romani. CIC. Verr. II 3, 86 qui ex -is v. tanta lucra facit. LEX Iul. munic. [CIL I^2 593] 73. LIV. 43, 16, 2. 7. *al.; de v. municipiorum e. g.* CIL II 1956 [*saec. I^2*] v. -a vindicavit. IX 5144 -um Interamnitum v. balnearum). INSCR. numm. lib. rei publ. 322, 1b (*a. 102 a. Chr.*) ex a(rgento) pu(blico) (325, 1 [*a. 101 a. Chr.*] arg. pub. 344, 1c [*a. 89 a. Chr.*] a. pu. *sim. al., cf. p. 2467, 17; addas p. 2452, 9*). RHET. Her. 4, 9, 13 non idoneos imperatores, non pecuniam -am praesto esse (LEX Tarent. [CIL I^2 590] 1, 1 quod eius municipi p. -ae sacrae religiossae est erit. *al.* CIC. Verr. I 11 *consulem* spoliatum a quaestore suo p. -ā. II 3, 165 ex aerario erogata. Phil. 5, 11 dissipatio p. -ae [*postea*: p. populi Romani]. fam. 12, 30, 4 incredibiles angustiae p. -ae. *et saepissime, v. vol. X 1, 937, 30 sqq.; cf.* CIL XIII 1900, 14 *statuam* ex aerario ⟨p⟩ublico poni [*17* ⟨p⟩ecunia sua]). CIC. Caecin. 75 (*in imag.*) non minus diligenter ... -a patrimonia iuris quam privatae rei vestrae retinere debetis (leg. agr. 1, 21 caput p. -i, ... subsidium annonae

ager Campanus. Tusc. 3, 48 lege Sempronia p. -um dissipari [*antea syn.* cum ... effudisset aerarium]. GREG. M. epist. 9, 239 -i p. curam). leg. agr. 1, 2 proscribit auctionem -orum bonorum ([*antea*: vectigalia]. IVLIAN. dig. 49, 15, 22, 1 si nemo ex lege Cornelia heres extiterit, b. -a fient. GAIVS inst. 4, 146 qui -a b. emerit. VLP. dig. 50, 16, 15 b. civitatis abusive '-a' dicta sunt: sola enim ea -a sunt, quae populi Romani sunt. *al.; aliter p. 2456, 56*). fam. 13, 29, 4 pars *hereditatis ad proscriptos pertinens* sine ulla cuiusquam querela -a potest esse. INSCR. numm. lib. rei publ. 494, 1–7 (*a. 42 a. Chr.*) IIIIvir a(uro) p(ublico) f(eriundo) (LIV. 21, 13, 6 a. et argentum omne -um privatumque). LIV. 6, 15, 5 -is thesauris *incubare* (39, 50, 3). VAL. MAX. 4, 5 pr. ut privatas facultates neglegerent, -as quam amplissimas esse cuperent *viri boni.* *al.*

β *mancipia*: Ⓘ *adi.* (*huc fort. spectant quaedam sub B2 allata*): CIL I^2 1336 (*saec. II/I?*) Menopilus Alf(ianus) ser(vus) pub(licus) (1337 CIC. Verr. II 3, 86 Phil. 8, 24. 13, 26. LEX Iul. munic. [CIL I^2 593] 82 quae loca s. -eis ab cens(oribus) ... adtributa sunt. VARRO frg. Gell. 13, 13, 4 *magistratus* stipati s. -is. ling. 8, 83 libertini[s] orti ⟨a⟩ -is s. LIV. 1, 7, 14. 9, 29, 9. *et saepe; vix addas p. 2440, 57*). CIC. inv. 2, 118 (*lex ambigua*) meretrix coronam auream ne habeto; si habuerit, -a esto (*ibid. iterum; v. p. 2444, 39*). Cluent. 43 ministri -i Martis atque ei deo ... consecrati *Martiales Larinates.* LIV. 34, 35, 4 mancipium regium -umve aut privatum. FRONTIN. aq. 116, 3 *ad tutelam aquae ductuum paratae* familiae sunt duae: altera -a, altera Caesaris; -a est antiquior *eqs.* (118, 1 commoda -ae f. ex aerario dantur. VLP. dig. 1, 15, 1 f. -a circa portam et muros disposita. *al. in titulis, v. vol. VI 1, 239, 80 sqq.*). VLP. dig. 48, 5, 28, 11 iubet lex eos homines, de quibus quaestio ita habita est, -os esse (*postea*: publicamus). SCHOL. Hor. sat. 1, 5, 46 -i muliones (COD. Theod. 8, 5, 58). CIL XIII 603 ancillae. *al.* Ⓘ *masc. pro subst.* (*sc.* servus; *in sermone gr.* CIL IV 6828 *πύπλειικος Καίσαρος*): CIL I^2 1142 (*saec. II/I?*) Protarcus ... pub(licus). LEX Vrson. (CIL I^2 594) 62, 17 *aedilibus singulis* scribas sing(ulos), -os cum cincto limo IIII ... habere ius ... esto. LIV. 26, 47, 2 *opifices captivos* -os fore populi Romani edixit *Scipio* ([*nisi est adi.*]. CIL VI 2345 Laetus -us p. R. *addas l. 39. 42*). ACT. Arv. a. 87 (CIL VI 2065) II 13 *quidam est* allectus ... -us ... ad fratres Arvales (*cf.* a. 155 [*ibid.* 2086] 64 Carpi -i Corneliani promoti ad tabulas quaestorias transscribendas). CIL VI 68 Felix -us Asinianus pontific(um) (*item c. gen.*: 2315 augur(um). 2318 VIIvir(orum) epulon(um). 2325 curionis maximi. 3882 sodalium Titium. 37177 sodal(ium) Flavial(ium). XI 5375 municipum Asisinatium. *al.*). 2307 Antiocho -o p(opuli) R(omani) ... pontificali (*item c. adi.*: 2326 -o curionali [2327]. 2332 sacerdotialis. 2333 -us cens(ualis). *al.*). 2312 *cuiusdam* -i a commentariis (*item c.* ab: 2334 ab censu. 2335 a censibus p(opuli) R(omani). 2337 ab opera -a. 2340 a subsel(liis) tribunorum. 2349. *al.*). 2324 ex sacer⟨dot(io)⟩ Aureliano Anton⟨in⟩iano Veriano. 2348 de porticu Octaviae a bibliotheca Graeca. *al.*

γ *varia* (*huc fort. spectant quaedam sub IIA1 allata*): Ⓘ *itinera* (*nisi quaedam ad II trahas*): via -a (*per ellipsin l. 58; aliter p. 2462, 67. definitur p. 2453, 18, cf.* GLOSS. via -a: *ὁδὸς δημοσία. in serm. gr.* THEOPHIL. inst. Iust. 4, 3, 5 *ὁδοῦ πουβλίκας*): PLAVT. Capt. 821 si in v. petronem -a conspexero (*iocose, cf. 823* edictiones aedilicias). Curc. 35 (*in imag.*) nemo ire quemquam -a prohibet v., dum ne per fundum saeptum facias semitam. CATO agr. 2, 4 -am v. muniri. LEX agr. (CIL I^2 585) 89 ⟨quae v. in eo⟩ agro, ante quam Carthago capta est, fuerunt: eae omnes -ae sunto. Iul. munic. (*ibid.* 593) 26 v. -as in urbem Roma⟨m⟩ ... sternendas *curare.* 51 purgandas. 69 quei v. loceisque -is ... purgandeis praerunt. CIL I^2 1847 ex hoce loco in via(m) -am Campanam ... p(edes) *tot.* VARRO rust. 1, 14, 3 LIV. 24, 10, 9. 32, 9, 2. EDICT. imp. Aug. (CIL X 4842) 45. VITR. 4, 5, 2 NVX 60. *et saepe, v. e. g. l. 60. 61 sq. p. 2463, 15. 2464, 45; subst. fem.* -a *per ellipsin*: PASS. Domnin. (BHL 2264) 5 egressus foris conspexit ad -am et vidit *furem.* *iuncturae ceterae*: LEX agr. (CIL I^2 585) 26 quod quisque pecudes in calleis viasve -as ... indu⟨xerit⟩ (*ibid. iterum.* VARRO rust. 2, 2, 9 c. -ae *inter* distantes pastiones). Vrson. (*ibid.* 594) 78, 34 quae viae -ae itinerave -a sunt (78, 38 eae viae eique limites eaque i. -a sunto. *al., v. vol. VII 2, 539, 52 sqq.*). PAVL. FEST. p. 111 insulae dictae ..., quae ... circumitu ... -o aut privato cinguntur. PEREGR. Aeth. 9, 3 ag(g)er -um ... per Egyptum (*al., v. vol. I 1309, 41 sqq.*). CIL XI 3003, 29 per vias limitesque -os (PAP. Tjäder 30, 16 [*saec. VI*]. *v. iam l. 62*).

Ⓘ *loca, agri, solum sim.*: Ⓐ *adi.*: PLAVT. Rud. 572 da mihi aliquid, ubi condormiscam, loci. :: ... ubi vis, condormisce; nemo prohibet, -um est. CIL I^2 403 (*saec. II in. a. Chr.? Venusiae; inde suppl.* 402) aut sacrom aut poublic(om) locom ese (*item in municipio e. g.* X 1018 [*Pompeiis*] l. -a a privatis possessa. *spectat ad populum Romanum e. g.* LEX agr. [CIL I^2 585] 5 ⟨quod eius quisq⟩ue agri l. -ei in terra Italia *est.* CIC. leg. agr. 2, 39 quem *l.* non possint xviri dicere -um populi Romani esse factum. S. C. de Pisone 107 curatores l. -orum iudicandorum. *in civitatibus externis*: LEX *p. 2453, 50.* CIC. Verr. II 1, 53 *Aspendi signa* omnia ex fanis, ex l. -is ...

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

exportata ... esse. *al.; generaliter*: RHET. Her. 2, 4, 7 l. quaeritur ... sacer an profanus, -us an privatus fuerit. *al.*). HEMINA hist. 17 quicumque ... agro -o eiecti sunt (CIL I^2 638, 13 [*a. 132 a. Chr.*] ut de a. -o aratoribus cederent paastores. SENT. Minuc. [CIL I^2 584] 13 a. -i, quod Langenses posident. 23. 37. LEX agr. [*ibid.* 585] 1 quei a. -us ⌞populi Romanei⌟ in terram Italiam ... ⟨fuit⟩ [⌞⌟ *item*: 4. 15. 29. CIC. Verr. II 3, 13 *Siculorum* a. cum esset -us p. R. factus. LIV. 3, 71, 7 iure belli -um p. R. factum *agrum quendam. al.*]. 5. IVDICIVM Contreb. [*ibid.* 2951^a] 8. *al., v. vol. I 1283, 61 sqq.*). CIC. leg. agr. 2, 38 quicquid ... sit extra Italiam, quod -um populi Romani factum sit L. Sulla Q. Pompeio consulibus (2, 39. 2, 40 regnum Bithyniae, quod ... -um est p. R. factum. LIV. 31, 4, 2. *al., v. iam l. 5*). Mil. 26 quibus *servis* silvas -as depopulatus erat (LIV. 28, 45, 18 abiete ex -is s. VLP. dig. 43, 24, 7, 8). LIV. 39, 29, 9 qui vias latrociniis pascuaque -a infesta habuerant (*al., v. vol. X 1, 603, 9 sq.*). LABEO dig. 32, 30, 1 qui hortos -os a re publica conductos habebat. LEX de Germ. tab. Siar. II b 9 *statuae ponantur in* eis ar⟨e⟩is -is, in quibus *eqs.* FEST. p. 242 proaedificatum dicitur, quod ex privato loco processit in -um solum (CIL VIII 23107 [*a. 196*] *templum* s. -o consummavit. VLP. dig. 43, 8, 21 viam -am eam dicimus, cuius etiam s. -um est. *al.*). DECRET. decur. Castrimoen. (CIL XIV 2466; *a. 31*) 18 in quo *loco* antea columnar -um fuit. CIL VI 933 (*a. 75*) viniae. PAPIN. dig. 19, 2, 53 *colonus* -orum praediorum (*al., v. p. 582, 27 sqq.*). *al.* Ⓑ *neutr. pro subst.* (*vix cogites de masc., sc.* locus, *cf. enim l. 25*): PLAVT. Most. 909 *nullam porticum* in -o esse maiorem hac, *sc. privatā,* existimo. :: quin ego ipse et Philolaches in -o omnes porticus sumus commensi. CIL I^2 1471 *quaestores* locum emerunt de L. Tondeio L. f.; -um est longu(m) p(edes) *tot.* 1473 (*aet. Sullae*) duovir(i) balneas reficiund(as) aquam per -um ducendam d(e) d(ecurionum) s(ententia) coeravere (*sim.* LIV. 5, 55, 5 ut veteres cloacae, primo per -um ductae, nunc privata passim subeant tecta). 1502 (*in termino*) public(um) Fid(enatium) (*item c. gen. municipii*: VIII 10838 Hipp(onensium). X 6430 Circeiens(ium). *al., cf. p. 2449, 31; generaliter*: VLP. dig. 43, 24, 5, 4 in -o municipii). CIC. Caecin. 82 sum ex proximo vicini fundo deiectus ..., sum de via, sum certe alicunde, sive de privato sive de -o. leg. agr. 2, 57 *decemviros* posse, quibuscumque locis velint, ... privata publicare, -a liberare. LIV. 43, 16, 4 *censores* parietem in sacra via ... demoliri iusserant, quod -o inaedificatus esset (*cf.* LABEO dig. 41, 1, 65, 4 si id, quod in -o innatum aut aedificatum est, -um est). VITR. 8, 6, 2 *aqua* ne desit in -o. *al.* *respiciuntur signa, monumenta in locis -is collocata*: LEX Tarent. (CIL I^2 590) 1, 38 *magistratus pecuniae* dimidium in -um referto (*v. p. 2450, 49*), dimidium in l⟨u⟩deis ... consumito, seive ad monumentum suom in -o consumere volet, l⟨icet⟩o. CIC. Verr. II 2, 85 signa ... Thermis in -o posita (VARRO rust. 2, 4, 18 simulacra ... ahenea ... in -o p. NEP. Alc. 4, 5. *al.; cf.* exponere: PLIN. nat. 35, 52). dom. 130 censor signum Concordiae fecerat idque in -o conlocarat ([*opp.* in curiam *translatum*]. VITR. 10, 16, 8 *Diognetus* helepolim reduxit in urbem et in -o conlocavit). Tusc. 5, 102 *signorum, tabularum sim.* est ... in nostra urbe summa in -o copia.

Ⓘⓘ *aedificia* (*cf. p. 2449, 48; balnea sim. v. p. 2462, 4*): CIL I^2 638, 15 (*a. 132 a. Chr.*) forum aedisque -as ... fecei (LIV. 43, 16, 4. *al., v. vol. I 909, 10 sqq. 912, 48 sqq.*). LEX Anton. de Term. (CIL I^2 589) 1, 12 quei agrei, quae loca aedificia -a preivatave Thermensium ... intra fineis eorum sunt fueruntve (CIC. Verr. II 4, 120 BELL. Alex. 13, 2. LEX Iul. munic. [CIL I^2 593] 29 via ⟨int⟩er aedem sacram et a. locumve -um. 31 a. -um seive locus -us. Vrson. [*ibid.* 594] 96, 6 de ... locis agris a. -is. *et saepe*). CIC. Verr. I 12 aedium sacrarum ... -orumque operum depopulatio (har. resp. 16 nego ullo de o. -o ... tot senatus exstare consulta, quot de mea domo. Phil. 14, 34. *al., v. vol. IX 2, 846, 37 sqq. 851, 75 sqq.; aliter infra p. 2454, 53*). Sest. 95 qui monumenta -a, qui aedis sacras, qui domos inimicorum suorum oppugnavit (CIL IX 3306 *iuxta* aedium sacr(arum). *cf. p. 2449, 61. 2455, 51*). LEX Iul. munic. (CIL I^2 593) 68 quae loca -a porticusve -ae in u(rbe) R(oma) ... sunt (*al., v. p. 25, 52 sqq.*). LIV. 1, 29, 6 -a privataque omnia tecta (5, 24, 6. 5, 53, 2. 26, 16, 8. *al. apud eundem*). *al.*

Ⓘⓥ *res aliae*: CIL I^2 2922b (*saec. III/II; in ansa aenea, fort. situlae*) -a (*sc. situla?*) ex aidi Sumani (*i. ex aede Summani*). RHET. Her. 1, 12, 22 si quis peculatus accusatur, quod vasa argentea -a de loco privato dicatur sustulisse (*aliter p. 2449, 29*). LEX Anton. de Term. (CIL I^2 589) 1, 27 quae Thermensorum ... -a preivatave praeter loca agros aedificia sunt. CIC. Verr. I 14 neque hoc solum in statuis ornamentisque -is fecit (*cf.* II 4, 88 -um populi Romani signum de praeda hostium captum ... non dubitavit auferre. leg. 3, 31 villas signis et tabulis refertas, partim -is, partim etiam sacris et religiosis). CIL I^2 3475b (*ca. a. 50 a. Chr.? in tegula*) ⌞popl⌟ Nucer(inorum) (⌞⌟ -um *an* -a?). LEX Vrson. (CIL I^2 594) 99, 1 quae aquae -ae in oppido colon(iae) Gen(etivae) adducentur (LIV. 39, 44, 4 a. -am ... in privatum ... agrum fluentem. S. C. Frontin. aq. 106, 2 [*cf. ibid.* 1 ex rivis -is]. *al., v. vol. II 358, 2 sq.*). CIL XV 6223a (*saec. I; lucernae inscriptum ut*

b) lucer(na) pu(b)lica (*fort. destinata illuminationi festi cuiusdam -i, v. Dressel ad l.; subst. fem.* -a *per ellipsin*: 6224 pulibca. 6225. *al.*). TAC. hist. 1, 16, 2 (*in imag.; cf. 1* imperii corpus) *Neronem* sua immanitas, sua luxuria cervicibus -is depulerunt. CIL XI 3817 (*saec. III; in fistula plumbea*) ⌞public⌟ Veientanorum (⌞⌟ -um *an* -a?).

2 *incorporeis* (*addidimus tabulas sim. p. 2455, 26 sqq.; per imaginem v. l. 4*): **a** *quae auctoritate, iussu, nomine rei -ae instituta sunt, fiunt*: **α** *varia* (*selecta inde a* LIV.): PLAVT. Capt. 334 privatam servitutem servit illi an -am? :: privatam medici Menarchi. Truc. 92 legatus ... cum -o imperio fui *aliquo missus* (VAL. MAX. 6, 3, 5). CIC. inv. 2, 3 Crotoniatae -o de consilio virgines *convocaverunt* (*al., v. vol. IV 450, 49 sqq., ubi legas* Non. p. 485, 20 *et* Gall. 5, 54, 2. *aliter infra p. 2459, 9. 2464, 58*). Verr. II 2, 163 *cum Centuripinorum civitas* -o consilio atque auctoritate iudicarit *eqs.* (*al., v. vol. II 1228, 39 sqq.; aliter infra p. 2455, 45*). Manil. 53 *cum* commeatu et privato et -o prohibebamur. Catil. 1, 11 non -o me praesidio, sed privata diligentia defendi (BRVT. Cic. fam. 11, 1, 6 ut liceret nobis Romae esse -o p. *cf. p. 2459, 29*). 3, 8 fidem -am iussu senatus dedi; hortatus sum, ut ea, quae sciret, sine timore indicaret (*sim.* Att. 2, 24, 2 *reus in senatum adductus* statim f. -am postulavit. *al., v. vol. VI 1, 669, 50 sqq., c. respectu rei familiaris ibid. 674, 34 sqq.; ceterum*: CIC. Sest. 50 me restituto vivit mecum simul exemplum f. -ae. VARRO ling. 5, 86 'fetiales', quod f. -ae inter populos praeerant. LIV. 5, 29, 10 f. -ā decipi tribunos. *al.; aliter p. 2457, 45*). Flacc. 40 *ut levis testis in causa repetundarum* sit gravis auctor iniuriae -ae (*item de scelere sim.*: SEN. contr. 2, 5, 3 nuptias *inimici* cito tyrannus oppressit; hoc -um divortium fuit. VELL. 2, 1, 5 -am violationem fidei. VAL. MAX. 5, 1, 3 -a impietate furere [*respic. defectio Campanorum*]. SEN. dial. 4, 9, 4 -a periuria gentium et rupta foedera. *al.*). Sest. 10 decretum officio aliquo expressum vicinitatis aut clientelae aut hospiti -i (*al., v. vol. VI 3, 3038, 10 sqq.; aliter supra p. 2449, 65*). de orat. 3, 122 si in civium disceptationibus, si in periculis, si in deliberationibus -is adhibendi *sunt oratores.* OV. Pont. 4, 14, 56 *immunitatem* -us ... favor, *sc. Tomitanorum, mihi* imposuit. LIV. 1, 1, 9 Latinum ... domesticum -o adiunxisse foedus filia Aeneae in matrimonium data (25, 18, 5 in discidio -orum f. 29, 23, 5 ut -um ... f. privato adiceretur. 30, 13, 11. *al.*). 2, 10, 13 privata quoque inter -os honores studia eminebant ([*12* statua *eqs.*]. TERT. anim. 33, 9. *cf. l. 67*). 6, 26, 2 ite Romam ad senatum, ... non praecipiam gratiam -i beneficii (APVL. flor. 16, 42 ut ... b. ad me -um perveniret [*40 sententia* de honoribus meis]. *al.; aliter p. 2456, 59*). VAL. MAX. 2, 2, 4 -a instituta privata pietate potiora *iudicare.* SEN. epist. 114, 6 ⟨in⟩ tribunali, in rostris, in omni -o coetu. PLIN. paneg. 4, 2 *Traianus* privatas ⌞gratiarum actiones⌟ cohibet ..., intercessurus etiam -is (⌞⌟ *fere item* 90, 3). PORPH. Hor. epist. 2, 2, 72 redemptorem ... cursus -i (*al., v. vol. IV 1536, 43 sqq.; cf.* evectio -a *vol. V 2, 1006, 9 sq.*). HIER. chron. a. Abr. 2104 (= SVET. rhet. 40) Quintilianus ... primus Romae -am scolam et salarium e fisco accepit (*cf.* AVG. conf. 9, 2, 3 de -a professione *rhetoris* atque ante oculos omnium sita ... discedere. *aliter p. 2463, 33*). *al.*

β *munera, negotia sim.* (*cf.* ε): PLAVT. Trin. 331 -isne adfinis fuit an maritumis negotiis? (CATO orat. 162 ecquis ... -is n. repulsior? orig. 117. LEX Tarent. [CIL I^2 590] 1, 22. CIC. Sest. 66 n. -i ... curatio. Phil. 2, 63 n. -um gerens. de orat. 2, 24 quando ages n. -um? Tusc. 3, 57 privatum otium n. -is *anteferre. al.* CAEL. Cic. fam. 8, 5, 1. VARRO frg. Non. p. 523, 26 a -is n. liberi. SALL. Iug. 64, 3. *et saepius*). CATO agr. 2, 2 *vilicum* opus -um effecisse (CIC. Flacc. 44 [*respic. aedes sacra reficienda*]. dom. 51 o. -orum exactio. *al.* LIV. 6, 4, 6 FRONTIN. aq. 23, 1. *al.; de poena publice imposita v. vol. IX 2, 851, 65 sqq.; aliter supra p. 2453, 54*). LEX repetund. (CIL I^2 583) 79 militiae munerisque -i ([*sc. vacatio sim.*]. *al., v. vol. VIII 1665, 30 sqq., cf. definitiones ibid. l. 21 sqq.; aliter infra p. 2462, 27*). CIC. Marcell. 14 hominem sum secutus privato officio, non -o (div. 2, 7 quantum *temporis* vacabit a -o o. et munere. LIV. 9, 6, 7 privatisque et -is ... o. *fungi.* DECRET. decur. Pis. [CIL XI 1421] 45. PAVL. FEST. p. 184 VAL. MAX. 2, 1, 9. *al.* SEN. dial. 2, 19, 2. *al.*). ac. 2, 6 ne quid privatis studiis de opera -a detrahamus. orat. 148 cum meae forenses artes et actiones -ae concidissent ([*postea*: in iudicia atque in curiam]. VAL. MAX. 2, 5, 4 inter -as privatasque serias a. VICT. VIT. 2, 23. *al.*). POLLIO Cic. fam. 10, 32, 1 magno pondere auri ... coacto de -is exactionibus (*al., v. vol. V 2, 1134, 48 sqq.*). VARRO ling. 5, 80 incipiam ab honore -o: consul nominatus, qui *eqs.* 6, 46 cura sacrorum -a (LIV. 4, 13, 2 ad levandam -a c. annonam. 42, 19, 5. *al., v. vol. IV 1462, 22 sqq.; aliter infra p. 2456, 69. 2464, 8*). VITR. 5 praef. 3 distentam occupationibus civitatem -is et privatis negotiis (*al., v. vol. IX 2, 382, 44 sqq.; cf. infra p. 2457, 22*). VAL. MAX. 4, 3, 9 de -o ministerio nihil cuiquam praeter laudem bene administrati officii accedere debere (*al., v. vol. VIII 1011, 13 sqq.; aliter infra p. 2459, 37*). 5, 8, 1 *consul filios supplicio afficiens* orbus vivere quam -ae vindictae deesse maluit. QVINT. decl. 249, 20 nobis ... suscipientibus legationes -as. FRONTO

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 190, 2 quibus ... scriptus -us Concordiae datus est (*sc. munus scribae coloniae*). *al.*

γ *ius, iudicium* (*cf.* δ): TER. Phorm. 412 num iniquom postulo? an ne hoc quidem ego adipiscar, quod ius -umst? (*al., v. vol. VII 2, 681, 36 sqq., ubi addas* LIV. 2, 55, 8 S. C. de Pisone 33; *cf. definitionem ibid. 679, 29 sqq.; aliter infra p. 2457, 57. 2463, 8*). LEX Bant. (CIL I^2 582) 2 *sive* in sena⟨tu seiv⟩e in -o ioudicio ne sen⟨tentiam rogato⟩ (*al., v. vol. VII 2, 612, 44 sqq.; addi possunt e. g.* LEX Irnit. 8 B 5. VENVL. dig. 48, 2, 12, 2 lege Iulia i. -orum cavetur, ne *eqs. [de eadem lege saepius; cf. l. 23]; loci simul ad II pertinere vid. coll. e. g. p. 2457, 69. 2463, 13 et Leonhard, RE IX 2499, 61*). RHET. Her. 1, 12, 22 in -is quaestionibus (CIC. Caecin. 29 *aliquem* venisse in consilium -ae q., cum eius consili iudex non esset. Cael. 30 [*opp.* iurgi petulantis]. VAL. MAX. 2, 8, 3. *al.* IAVOL. dig. 43, 5, 5 POMPON. dig. 1, 2, 2, 32. *al.*). CIC. S. Rosc. 59 quod antea causam -am nullam dixerim (div. in Caec. 1 in c. iudiciisque -is. de orat. 1, 201 in c. -is iudiciorum, contionum, senatus. Brut. 178 [*opp.* privatus *ut*: 238. 311 BELL. Hisp. 42, 2 SEN. contr. 1, 7, 13. *al.*]. *al.* RVT. LVP. 1, 15 LEX Irnit. 8 A 2. 5. QVINT. inst. 8, 3, 14 -ae capitalesque c. *al.; aliter p. 2457, 41. 2464, 36*). CAES. Gall. 6, 13, 5 de omnibus controversiis -is privatisque constituunt *druides* (HIRT. Gall. 8, 46, 5 *cum* -as c. cognovisset). QVINT. decl. 266, 2 -as actiones maiores esse, quam ut cadant exceptione ([*opp.* privatis litibus]. 341, 12 [*opp.* privata a.]). *al.* *per ellipsin* lex (Iulia) -orum (*sc.* iudiciorum, *v. l. 8*): PAPIN. dig. 48, 2, 2 pr. 48, 3, 2 pr. lege -orum cavetur, ut *eqs.* VLP. dig. 48, 19, 32 utrum *lege* Iulia -orum an Iulia privatorum. frg. Vat. 197. *al.*

i. q. publice (*iuxta verba praeter l. 65*): **1** *respicitur res publica, fere i. q. eius nomine vel respectu*: **a** *iuncturae quaelibet*: PLAVT. Amph. 162 (*ironice*) peregre adveniens hospitio -s accipiar (*sc. carcere*). Bacch. 313 *aurum* in ... aede Dianai conditumst; ibidem -s servant (*opp.* privatim). CAECIL. com. 185 ibo domum. :: ad plebem pergitur; -s defendundumst. TER. Phorm. 978 (*hyperbolice*) *parasitum procacem* -s ... hinc asportarier in solas terras (DON. publica cura atque consilio). GELL. 7, 14, 4 quae *peccata* prohiberi -s interest. APVL. flor. 9, 32 (*ad proconsulem*) me dilectorem tuum profiteor, nulla tibi privatim, sed omni -s gratia obstrictus. HIST. AVG. Gord. 9, 3 appellato ... Gordiano imperatore iuvenes ... *Maximini* nomen -s eraserunt (*sc. auctoritate novi imperatoris nisi*). trig. tyr. 18, 10 quod -s est decretum. Tac. 10, 3 librum *Taciti* ... decies scribi -s ... iussit et in bibliothecis poni. *iuxta p. p. p. pro subst.*: PANEG. 4, 33, 7 praetereo ... facta *ab imperatore* -s explicare (*opp.* privatim). **b** -s *dare, tribuere sim.*: PLAVT. Amph. 1027 paene effregisti, fatue, foribus cardines; an foris censebas nobis -s praeberier? (LVCIL. 429 -s qui *quaestor* mi atque e fisco praebeat aurum). ENN. ann. 183 proletarius -s scutisque feroque ornatur ferro. TITIN. com. 123 statui statuam -s (*cf.* APVL. apol. 14, 2 -s simulacrum suum cuique ... pro meritis praemio tribui). POMPON. Atell. 27 dantor Dossenno ... -s cibaria (-citer *codd. Non. p. 513, 11, sed v. l. 46*). **c** -s *vendere*: PLAVT. Persa 509 *urbe capta* comportatur praeda, ut fiat auctio -s. LVCIL. 530 -s vendis.

2 *respicitur quilibet coetus, fere i. q. universe, communiter vel in*

[*Spoth*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

publico, palam: APVL. met. 1, 10, 1 -s indignatio percrebruit *in sagam noxiam.* 3, 16, 4 -s maleficae disciplinae perinfames sumus. 6, 7, 3 (*Venus Mercurio*) tuo praeconio praemium investigationis *Psyches fugitivae* -s edicere. 10, 29, 1 *asinus* mulieris *sceleratae* -s matrimonium confarreaturus, *sc. in circo* (*postea*: publici spectaculi). AVSON. 21 (419 S.), 73 *tollens tributa* tu argumenta omnia flagitandi -s ardere iussisti; videre in suis ... foris omnes civitates conflagrationem *eqs.* PRVD. perist. 14, 38 -s ... flexu in plateae sistere virginem (*25* in lupanar ... publicum). MART. CAP. 5, 437 (*loq. Rhetorica*) minus ... quam -s soleo *placere.* CLAVD. MAM. anim. 3, 18 p. 189, 17 (*ad adversarium*) edito pro sententia tua aliquid -s lectitandum.

deriv.: publicanus, publico. *cf. Onom.*

publinus *v.* populinus. **pūbor** *v.* pupor. *Spoth.*

?**pucīnus,** -a, -um. *de etym. cf.* pisinnus *vol. X 1, 2213, 60 sqq.* (*non est quod huc trahas* castellum ... Pucinum *Plin. nat. 3, 127; fort. perperam scriptum pro* puti-, *ubi v.*). *i. q. parvulus*: INSCR. christ. urb. Rom. 10896 (*graphio scriptum*) Euthicia puerina -a (*annorum trium*).

pucn- *v.* pugn-.

[pudam ENN. scaen. 150. *corruptum; v. vol. X 1, 2131, 28.*]

pudefacio (pudē-*?*), -tum, -ere. *a* pudere *et* facere; *cf.* impudefactus. *i. q. ad pudendum inducere, pudore afficere*: GELL. 15, 17, 1 *Alcibiades puer* tibias, cum ad os adhibuisset inflassetque, -tus oris deformitate abiecit.

pudendus, pudendē *nec non* **pudēns, pudenter** *v.* pudeo.

pudentia, -ae *f.* *a* pudere (pudens). GLOSS. II 221, 14 *αἰσχύνη*: hic pudor, -a. **[***perperam laudatur ex edd. vet.* APVL. Plat. 2, 3 p. 224 (*coni. Oudendorp pro falsa var. l.* prud-, *v. p. 2483, 70*). HIST. AVG. trig. tyr. 26, 1 (*pro* pude[n]t iam). PELAG. in Rom. 14, 21 p. 111, 11 (*falsa var. l. pro* pudicitia). *al.*] *Wieland.*

pudeo, -uī, -ēre *et* ⁸**pudet,** -uit, -itum est, -ēre. **[***primitus structura tam pers. quam impers. adhibitum; v. Delbrück, Vergl. Syntax III, 1900, 30, Wackernagel, Vorl. über Syntax I², 1926, 116. unde ortum sit vel quae fuerit notio prior, incertum est. sunt qui conferant* re-pud-iāre *aliasque voces, quas potius coniungas c.* pēs, *subst. a* pudeo, -et *prorsus alieno. stirps verbi q. e.* pudē-re *revocanda vid. ad verba formationis ususque similis, imprimis* pigēre, taedēre. *Fo.*] *de origine: coniungitur c.* pubes *p. 2481, 74,* pudor *p. 2481, 8.* NOT. Tir. 52, 13 -et. *de genere et formis (affertur inter impersonalia* SACERD. gramm. VI 431, 26 *et saepius; schema coniugationis exhibet* CHAR. gramm. p. 333, 19 sqq.; *cf. p. 2478, 7): longe praevalet stirps praes. act.; perf. act. occurrit raro apud* PLAVT., TER., TIB., PROP., OV., SEN. *philos. al.; depon. v. sub IB; part. fut.* -turum PLIN. nat. 36, 108; *?gerund. vi act. p. 2479, 9. metitur* pūd- CYPR. GALL. gen. 90 (*sed* pŭdlev. 40). *de notione*: NON. p. 423, 27 '-et' ... verecundiae est, 'pigere' paenitentiae (*affert e. g. p. 2476, 5. 52 sq.; alias distinctiones v. vol. X 1, 2111, 50 sqq.*). SCHOL. Hor. epod. 11, 7 'paenitet' ad factum, '-et' ad verecundiam pertinet. GLOSS. -et me: *αἰσχύνομαι. αἰδοῦμαι.* taedet me. -uit: *διετράπη. sim. al. legitur inde a* PLAVTO *aliisque scaenicis,* CORNELIA, AEDIT., VARRONE *per totam latinitatem.* [*confunditur imprimis c.* piget, *v. vol. X 1, 2111, 61 sqq., et* putet, *sc.* PROP. 4, 1, 38 TERT. adv. Val. 32, 3 CYPR. epist. 73, 5, 1. *al.*]

significatur affectus animi, qui commovetur conscientia dedecoris (*fere proprii, imprimis peccati, erroris sim. praeteriti, vel status praesentis, actionis instantis, v. e. g. p. 2476, 28. 41; c. respectu futuri maxime p. 2476, 13; -et dedecoris aliorum p. 2474, 75 sqq.; iuxta verba notionis affinis*: pigere *saepe, v. vol. X 1, 2111, 75 sqq., ceterum* dolere *e. g. p. 2475, 33 sq. 2476, 8. 2478, 47,* erubescere *p. 2474, 14. 2478, 27,* miserere *p. 2475, 11. 31. 39. al.,* paenitere *e. g. p. 2474, 27. 52 sq. 2478, 71, sim. al.; opp. e. g.* iuvare TIB. 1, 1, 74 OV. epist. 19, 64). *qui sentit pudorem, est subi. sub III (vel dat. auctoris iuxta gerund.* -endus *p. 2478, 67), indicatur per acc. passim sub I et II (-et rem pro persona p. 2474, 50. 2475, 24. 2477, 69. al.), per dat. p. 2476, 40 et in var. l.* CAES. AREL. serm. 72, 3 (*vix etiam p. 2476, 51*); *quod (qui) pudorem movet, est pro subi. sub II, latet tamquam obi. in gerund.* -endus *p. 2478, 56. 67 (cf. Müller, Syntax des Nom. und Akk., 1908, 131), indicatur per gen. p. 2474, 35, abl. causae p. 2475, 64. 2478, 62. 2479, 3. 6 (cf. p. 2481, 63), praepos. p. 2475, 50, struct. verbalem p. 2476, 27, cf. supin.* dictu *p. 2474, 10. 2478, 44* (*cf. p. 2481, 68*). *saepe in interrogatione indignantis, sc. forma* non -et (-bit) *p. 2474, 20. 21. 2476, 31. 2477, 1. 44* (non -et, ut *p. 2477, 72*), *ceterum e. g. p. 2476, 19. 64; homoeoprophora: iuxta* piget *l. 54 (nota p. 2474, 20), ceterum p. 2478, 10. 11. 16. al., cf. p. 2479, 36.*

I *vis verbi* -endi *respicit pudorem, qui afficit aliquem* (*usu impers. q. d.; explicatur* PRISC. gramm. III 232, 27 -et me tui *est* pudor me habet tui): **A** *act.*: **1** *sine ullo additamento* (*exempla selecta inde ab* OV.; *cf. p. 2478, 14*): PLAVT. Cas. 911 eloquere. :: at -et. Trin. 345 pol -ere quam pigere praestat totidem litteris. *al.* TER. Haut. 1044 eheu quam nunc totus displiceo mihi, quam -et. Phorm. 233 non simultatem meam revereri saltem! ⌊non -ere⌋! o facinus audax! (⌊ ⌋ DON. *ad l.* 1 hoc absolutum est et nulli adnexum). *al.* TIB. 1, 5, 42 me ... devotum femina *coitu fraudata* dixit ⌊et -et et narrat⌋ scire nefanda, *i. artes magicas,* meam *dominam* (⌊ ⌋ *cf. l. 5*). PROP. 2, 16, 35 at -at! certe, -at. OV. epist. 16, 325 (*Paris Helenae*) si -et et metuis, ne me videare secuta *eqs.* rem. 407 et -et et dicam. SEN. suas. 6, 3 supplex ... deprecaberis, *Cicero*? ... -at. SEN. Ag. 162 -et ⌊doletque⌋ (*E,* pigetque *A*). LVCAN. 5, 690 (*loq. milites*) corpora segnis nostra sopor tenuit, -et heu (*et saepius, v. vol. VI 3, 2673, 45 sqq.*). STAT. silv. 2, 6, 13 ne comprime fletus, ne -at. TAC. Agr. 32, 1 Gallos et Germanos et, -et dictu, Britannorum plerosque. FLOR. epit. 1, 11, 6 de Verulis et Bovillis, -et, sed triumphavimus (*vix ad p. 2475, 50*; -et *per parenthesin dictum ut antea* quis credat?). CE 882, 2 (*saec. II*) si sordes, *hospes,* patior, sed -et, hospitium (*alii iungunt* -et h., *ut spectet ad p. 2476, 17*). VET. LAT. Is. 45, 16 (Hil. trin. 4, 38. 41) erubescent et -bit omnes (-bunt *recc. duo utroque loco, gr. ἐντραπήσονται, Cypr. testim. 2, 6* reverebuntur, *Vulg.* erubuerunt). *al.*

2 *adduntur variae determinationes*: **a** *acc. personae erubescentis* (*subauditur ex enunt. relat.* PVBLIL.; *acc. iuxta alias struct. v. infra; exempla selecta inde a* SEN. *rhet.*): PLAVT. Men. 730 negabas ... surripuisse te *pallam,* nunc eandem ... adtines: non te -et? Trin. 661 me piget parum -ere te. *al.* TER. Haut. 581 Syre, -et me. CIC. or. frg. A 15, 2 non -et? sed quid -at hominem ... sine rubore. de orat. 1, 120 quem ... non -et, id quod in plerisque, *qui orationem habent,* video *eqs.* fin. 5, 61 ut illi *pueri ludentes* efferuntur laetitia, cum vicerunt, ut -et victos! CARM. Sacerd. gramm. VI 462, 1 quem, *sc. Pompeium,* non -et et rubet, non est homo, sed sopio. PVBLIL. sent. I 29 ignoscere ..., ubi -et, cui ignoscitur. SALL. Iug. 31, 10 eos, qui ea fecere, *non* -et aut paenitet. OV. fast. 2, 170 nymphae velamina ponunt; hanc, *sc. Callisto gravidam,* -et. SEN. contr. 7, 2, 1 non -et te? SEN. epist. 40, 13 *facilitas dicendi contingit tibi non* aliter quam si te -ere desierit. PLIN. nat. 7, 43 miseret atque etiam -et aestimantem, quam sit frivola ... *hominis* origo. 36, 108 cum -ret vivos, tamquam -turum esset extinctos *cruci fixos.* VET. LAT. gen. 2, 25 (Aug. gen. ad litt. 11, 1. *al.*) erant ambo nudi Adam et mulier eius et non -bat illos (*gr. ᾐσχύνοντο, Aug. gen. c. Manich. 2, 1, 1. al.* confundebantur, *Vulg.* erubescebant). *al.*

b *gen.* (*saepe iuxta acc. personae, quod testatur* PRISC. gramm. III 158, 31. 311, 14 [*sec. gr. ἐντρέπομαι*]. *al.*): **α** *rerum*: Ⓘ *quae probro sunt* (*respiciuntur, quae quis commisit vel quorum quodam modo particeps est; exempla selecta inde a* CIC., *cf. p. 2478, 26*): PLAVT. Bacch. 1016 persuasumst facere, quoius me nunc facti -et. Truc. 280 hominem, quem -at probri. ENN. scaen. 59 *v. p. 2475, 29.* TER. Haut. 576 apud alium *amicum fateri* prohibet dignitas, apud alium ipsius facti -et. Phorm. 525 non -et vanitatis? CIC. Verr. I 35 sunt homines, quos libidinis infamiaeque suae neque -at neque taedeat. dom. 29 ut me non solum pigeat stultitiae meae, sed etiam -at. nat. deor. 1, 111 quos *Epicureos* -at quarundam Epicuri vocum. BRVT. Cic. ad Brut. 24, 1 -et condicionis ac fortunae (*nisi conferendum cum l. 70*). PVBLIL. sent. G 11 geminat peccatum, quem delicti non -et. HOR. epod. 11, 7 heu me, per urbem – nam -et tanti mali – fabula quanta fui *amore percussus.* carm. 1, 35, 33 cicatricum et sceleris -et fratrumque (*sc. belli civilis*). PROP. 3, 22, 20 Famam, Roma, tuae non -et historiae. OV. trist. 1, 1, 13 *vade, liber, sine ornatu* neve liturarum -at. LIV. 27, 13, 5 (*Marcellus militibus*) omitto ea, quibus gloriari potestis; cuius et ipsius -ere ac paenitere vos oportet, referam. 45, 10, 11 quarum *legationum* Rhodios semper non minus -ret quam paeniteret. SEN. suas. 7, 1 non taedet tantum me vitae meae, sed -et. SEN. Ag. 294 auctore Phoebo gignor *Aegisthus,* haud generis -et. apocol. 10, 2 (*loq. Augustus indigne ferens*) confugiendum est ... ad Messalae Corvini ... sententiam: '-et imperii'. dial. 12, 16, 3 numquam te fecunditatis tuae, quasi exprobraret aetatem, -uit. CVRT. 4, 13, 9 malo meae (me meae *dett.*) fortunae paeniteat quam victoriae *furto partae* -at. STAT. Theb. 3, 22 iam -et incepti, iam paenitet. FRONTO p. 123, 9 ut non minus verborum *ab imperatoribus quibusdam habitorum* -ret quam pigeret morum et misereret facinorum. VET. LAT. Rom. 1, 16 (Tert. adv. Marc. 5, 13 p. 619, 2) non ... me -et euangelii (*gr. ἐπαισχύνομαι τὸ εὐαγγέλιον, cod. 75. al. et Vulg.* erubesco euangelium). AMM. 26, 3, 5 vitae ... et culpae. AVG. civ. 14, 21 p. 45, 12 post peccatum -uisse nuditatis. BOETH. cons. 1, 4, 19 itane nihil fortunam -uit, si minus accusatae innocentiae, at accusantium ⌊vilita⟨ti⟩s⌋ (*sunt qui nom. defendant; vix recte*). *al.* Ⓘⓘ *quibus consideratis movetur pudor probri*: CIC. or. frg. A 14, 22 nonne te, *Clodi,* huius templi, non urbis, non vitae, non lucis -et? BRVT. Cic. ad Brut. 25, 6 (*ad Atticum*) vivat hercule Cicero ... supplex et obnoxius, si neque aetatis neque honorum neque rerum gestarum -et. OV. am. 3, 7, 19 (*loq. iuvenis officio membri destitutus*) a, -et annorum! LIV. 3, 31, 2 -ere se *tribunos plebis* numeri sui nequiquam aucti, si ea res ... biennio iaceret.

β *animantium* (*eorum qualitatis p. 2475, 24, coetus p. 2475, 14. 16. 19*): Ⓘ *quorum turpitudines, facinora, angustiae sim. pudorem*

[Grossardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

movent eorum, qui quodammodo cum iis coniuncti sunt (*utrum propter eos erubescant, e. g. l. 9 sqq., an pro eis, e. g. l. 9. 17, saepe distingui non potest*): PLAVT. Asin. 933 nilne te -et? :: si aliud nil sit, tui me, uxor, -et. TER. Ad. 392 fratris me quidem -et pigetque. TRAG. inc. 123 rite Thesprotum -et ⌞Atrei⌟ (*Bücheler,* rei *codd.*), quod ipse a Tantalo ducat genus. CIC. Pis. 58 (*ironice*) Crasse, -et me tui *coronae laureae cupidi.* leg. 1, 50 me istorum philosophorum -et, qui *eqs.* div. 2, 35 -et me non tui quidem ..., sed Chrysippi, Antipatri, Posidoni. Att. 13, 31, 4 o gulam insulsam (*sc. filium fratris*), -et me patris. OV. epist. 7, 167 (*loq. Dido*) si -et uxoris, non nupta, sed hospita dicar. rem. 710 vos quoque formosis vestras conferte puellas: incipiet dominae quemque -ere suae. LIV. 39, 15, 13 non misereat vos eorum *iuvenum, qui sacris obscenis initiati sunt,* solum, sed etiam -at. SEN. dial. 9, 11, 8 numquam me in bona re mali -bit auctoris (*inducitur Publil. sent. C 34*). COLVM. 8, 8, 10 nostri -et saeculi. PLIN. nat. 33, 153 heu mores, Fabrici nos -et (*ad l. 25 trahunt alii*). VAL. FL. 8, 350 non te, Aeeta pater, generi ... -bit. SIL. 13, 514 -et urbis iniquae, quod ... *Scipio* patria ... carebit. STAT. Ach. 2, 63 (*loq. Vlixes*) *Paris* hospitis Atridae – -et heu miseretque potentis Europae – spoliat thalamos. *al.* TAC. hist. 4, 58, 1 (*dux militibus suis de defectione cogitantibus*) vestri me -et miseretque. *al.* *pudor suimet ipsius* (*nisi trahas ad l. 25, maxime* TIB.; *cf. l. 58. 64. p. 2477, 6*): PLAVT. Trin. 431 miseret te aliorum, tui nec miseret nec -et. TVRPIL. com. 18 -et pigetque mei me. TIB. 1, 9, 48 laudes tibi *perfido* ... canebam, at me nunc nostri Pieridumque -et. PLIN. nat. 22, 118 ut ... sui delicias -at (-*et rem pro persona ut*: BOETH. cons. 3, 12, 23 ut ... stultitiam ... sui -at). Ⅱ *quorum praesentia, conscientia movet pudorem eorum, qui peccaverunt* (*iuxta gen. commissi l. 30; addasne p. 2476, 55? cf. l. 20 sqq. 64*): PLAVT. Trin. 912 deum hercle me atque hominum -et (SALL. or. Phil. 15 te neque h. neque deorum -et. LIV. 3, 19, 7. *cf. l. 38*). ENN. scaen. 59 virgines vereor aequalis, patris mei ⌞meum factum⌟ -et (⌞ ⌟ pro 'meorum factorum' *Cic. orat. 155*). TER. Hec. 793 (*loq. Bacchis*) perii, -et Philumenae. Haut. 260 quoius *patris* nunc -et me et miseret ... *eum* monuisse frustra *eqs.* Phorm. 392 non te horum -et *advocatorum*? Ad. 683 id mihi vehementer dolet et me tui *patris* -et. ACC. trag. 471 dolet -etque Graium (gravi- *trad.*) me et vero piget (*huc traximus coll. Ribbeck, Die röm. Tragödie, 1875, 405*). VARRO Men. 449 non te tui saltim -et, si nihil mei revereatur? (*cf. l. 20*). CIC. Phil. 2, 61 si te municipiorum non -bat, ne veterani quidem exercitus? Att. 13, 51, 1 tui. *al.* VERG. Aen. 9, 787 non infelicis patriae veterumque deorum et magni Aeneae, segnes, miseretque -etque? TIB. 1, 9, 48 Pieridum (*v. l. 23 et cf. p. 2476, 55*). LIV. 22, 14, 4 si nullius alterius, nos *pugnare nolentes* ne civium quidem horum -et? IVST. 12, 6, 10.

c *enunt. secund., sc. temp., condic., comparat.*: cum: PLAVT. Capt. 961 sq. credin -at, quom autumes *me nequam esse*? :: at ego faciam, ut -at. VARRO Men. 66 non te -et, Mani, cum ... vides *eqs.*? AVG. civ. 14, 23 p. 48, 27. si (*cf. p. 2474, 73. 2478, 44 sqq.*): PLAVT. Trin. 348 bene si amico feceris, ne pigeat fecisse, ut potius -at, si non feceris. CIC. Arch. 12 ceteros -at, si qui ita se litteris abdiderunt, ut *eqs.* OV. Pont. 4, 12, 9. SEN. contr. 10, 2, 7 -at te, pater, si a filio abdicando victus es. *al.* tamquam: SEN. contr. 10 praef. 1 me iam -et, t. diu non seriam rem agam.

d *praepos. indicantes*: **α** *dedecus*: de (*cf. p. 2474, 10. 2479, 15*): TERT. adv. Marc. 1, 13 p. 307, 17 in simulacris *deorum* de nominibus et fabulis veterum mortuorum -et. AGROEC. gramm. VII 120, 2 sq. 'me tui -et' dicit et quem de alterius facto -et et quem de suo (*ad* TER. *l. 33*). *cf.* ex *p. 2478, 29,* super *p. 2478, 36.* **β** *personam, cuius praesentia movet pudorem eius, qui peccavit* (*cf.* apud *p. 2474, 41,* coram *p. 2477, 6*): ante: VET. LAT. Bar. 4, 16 (cod. 133) quos non -uit a. senem (*gr. ἠσχύνθησαν, Vulg.* sunt reveriti). erga: AVG. gen. ad litt. 11, 34 p. 368, 27 iam ipsos *Adam et Eva* -bat e. se ipsos.

B *depon.* (*sc.* -tum *praeter l. 66*): **1** *perf.* (*v. etiam p. 2476, 59. 2477, 62. usum testantur* GELL. 15, 13, 9 'veritum' ... sicut '-tum' et 'pigitum', non personaliter per infinitum modum dictum esse non a vetustioribus tantum videmus. DON. Ter. Andr. 443, 6 'licitum est': ... et '-tum' dicebant, quod nos ... -uit. *sim. saepius*): PLAVT. Bacch. 379 neque mei neque te tui intus -tumst factis, quae facis. Cas. 878 -et, quem prius non -tumst umquam. APVL. flor. 3, 14 Apollinem tam humilis victoriae, *sc. de Marsya,* -tum est. **2** *praes.* (*formam* -etur *testatur* DIOM. gramm. I 398, 18): PETRON. 47, 4 (*loq. Trimalchio*) *ventrem exonerare* si quis vestrum voluerit ..., non est, quod illum -atur. **3** *fut.*: *formam* -tum iri *testatur* MACR. exc. gramm. p. 48, 9, -tum ire EXPLAN. in Don. gramm. IV 554, 32 PRISC. gramm. II 421, 1, *sed exempla desunt.*

II *vis verbi* -endi *respicit id, quod pudore afficit*: **A** *subi. ponitur*: **1** *pron. neutr. vi generali adhibitum* (*supplendum ex enunt. relat. p. 2476, 11; explicatur per struct. verb. p. 2476, 2. 5. 15*): **a** *sing.* (*nisi quaedam pro acc. int. vel obi. inf. subaudiendi, sc. facere, dicere sim., accipias; exempla selecta*): PLAVT. Bacch. 483 manum sub vestimenta ad corpus tetulit Bacchidi me praesente, neque -ere quicquam. Cas. 242 ecquid te -et? :: omnia quae tu vis. Epid. 107 idne -et te, quia captivam ... es mercatus. Merc. 60 quod nisi ⌞-ret⌟, ne luberet vivere (⌞ ⌟ *Pius,* luderet *codd.*). Mil. 624 novo modo ... amas, siquidem te quicquam, quod faxis, -et. Most. 1165 si hoc -et, fecisse sumptum. Pseud. 281 nimio id, quod -et, facilius fertur quam illud, quod piget. TER. Andr. 638 nil -et hic, ubi opus *est* (*syn.* verentur). Ad. 84 quem neque -et quicquam neque metuit quemquam. TRAG. inc. 21 Hecuba, hoc dolet, -et, piget. CIC. Arch. 12 me ... quid -at, qui *eqs.*? fat. 37 cum id -et, illud tamen dicunt, quod est impudentius *eqs.* PROP. 2, 21, 5 tot noctes periere: nihil -et? LIV. 34, 4, 16 simul -ere, quod non oportet, coeperit, quod oportet, non -bit. SEN. Oed. 334 quid istud est, quod esse prolatum *per exta* volunt iterumque nolunt *dei* ...? -et deos nescioquid. *al.* *audacius c. respectu futuri* (*de eo qui infamiam timet*): PETRON. 113, 12 me nihil magis -bat (pung- *Bücheler*), quam ne Eumolpus sensisset, quicquid illud fuerat, et ... carminibus vindicaret. **b** *plur.* (*cf. l. 2. 21*): TER. Ad. 754 non te haec -ent?

2 *subst. vel pron. vi definita positum* (*addasne p. 2474, 13? vix etiam p. 2474, 66*): CAECIL. com. 166 -bat, credo, commemoramentum stupri. TVRPIL. com. 104 viden ut osculatur cariem? num ⌞illum⌟ illaec -et? (⌞ ⌟ *codd.,* hilum *L. Müller, ut spectet ad IIIA*). SEN. Phoen. 267 quod *facinus* parricidam -at. LVCAN. 8, 495 semper metuet, quem saeva -bunt. RVFIN. hist. 9, 11, 1 ut -ret eos *inimicos fidei* aspectus ipse publicus nec elevare oculos ... auderent (*gr. non resp.*). AVG. civ. 10, 28 p. 446, 9 mittis ... homines in errorem certissimum neque hoc tantum malum te -et. c. Cresc. 1, 13, 16 Epicurei, quos imperitia liberalium disciplinarum non solum non -bat, verum etiam delectabat.

B *pro subi. substituuntur struct. verbales*: **1** *inf.* (*cf. l. 60 sq. p. 2478, 18. 2479, 19*): **a** *generatim:* *inf. praes.* (*exempla selecta inde a* CIC.): PLAVT. Mil. 623 (*loq. iuvenis*) eam -et me tibi in senecta obicere sollicitudinem (*618* facinora puerilia ... *non* decora). CORNELIA epist. frg. 2 non -bit te eorum deum preces expetere, quos ... praesentes relictos ... habueris? CIC. de orat. 2, 235 nescire me ... id non -ret. Att. 14, 9, 2 ut -at vivere *tyrannide continuata.* CAEL. Cic. fam. 8, 16, 2 -et te parum optimatem esse. CAES. Gall. 7, 42, 4 ut facinore admisso ad sanitatem reverti -at. OV. trist. 4, 3, 52 (*uxori*) si te iam -et esse meam. SEN. benef. 2, 23, 1 quod -et debere, ne acceperis. QVINT. inst. 12, 5, 3 facere honeste -et *propter verecundiam ineptam.* PLIN. med. 1, 5, 1 quosdam -et ... rubeos esse. AVG. civ. 2, 5 p. 58, 30 talis mater deum, qualem habere matrem -ret quemlibet etiam pessimum virum. GREG. TVR. glor. conf. praef. p. 747, 21 -et insipienti ... atque inerti illud adgredi, quod non potest adimplere. *et passim.* *inf. perf.* (*cf. l. 5. p. 2477, 1 sq. 16. 23 sq. al.*): PLAVT. Pseud. 282 non dedisse *minas viginti* istunc -et: me quia non accepi piget. PROP. 2, 15, 22 si quam iam peperisse -et *propter damna formositatis.* OV. met. 10, 217 genuisse *non* -et Sparten Hyacinthon. Pont. 3, 8, 23 quae *dona* ... misisse -et, quia parva videntur. SEN. contr. 10, 4, 8 contraxisse *simultates.* SEN. clem. 1, 9, 6 quos tantum ausos -et. LVCAN. 7, 617 impendisse -et lacrimas. *al.*

b *speciatim* (*exempla potiora*): **α** *-et dicere, fateri sim.* (*cf. supin.* dictu *p. 2473, 65*): PLAVT. Bacch. 1155a -et dicere me tibi quiddam. Cas. 897 -et dicere. TER. Haut. 1041 -et dicere hac *uxore* praesente verbum turpe. Ad. 690 si te mi ipsum -uit proloqui. PACVV. trag. 144 ei (*Umpfenbach,* et *trad.*) mihi – piget paternum nomen, maternum -et profari. ACC. trag. 103 hortari -et, non prodesse id ⌞piget⌟ (*Aldus,* -et *codd.*). AFRAN. com. 272 me -et ... aliquid ⌞sufferre⌟ graece (*Bothius,* suffero *codd.*). VARRO Men. 395 -et me tui et Musarum agnoscere (*sc. ignorantiam meam sim.? ita e. g. Cèbe ad l.; alii inf. corruptum putant nec ad* -et *pertinere; de gen. v. p. 2475, 25*). CIC. Quinct. 79 quid taces? ... -et dicere; intellego. Tusc. 1, 60 *non* me -et ... fateri nescire. Att. 3, 23, 4 iam dudum -et tam multa scribere. *et passim.* *depon.* -tum est: APVL. apol. 25, 1 nonne vos -tum est haec crimina tali viro audiente tam asseverate obiectare? flor. 9, 22 non pigebit me commemorare, quod illum *Hippiam* non -tum est ostentare. ARNOB. nat. 5, 29 p. 286, 18 si fuerit -tum *eqs.*

β *-et conspicere vel conspici, in publicum prodire sim.* (*cf. p. 2477, 11. 20. 2479, 52*): PLAVT. Amph. frg. 17 nilne te -et, sceleste, populi in conspectum ingredi? (Bacch. 1007 -et prodire me ad te in c., pater. Men. 708 Most. 1154. *cf. l. 22*). CIC. Manil. 55 -bat magistratus populi Romani in hunc ipsum locum (*sc. rostra*) escendere. OV. met. 13, 223 (*loq. Vlixes*) quid quod et ipse *Aiax* fugit? ⌞vidi, -uitque videre⌟ (*item* HOMER. 321). EPICED. Drusi 189 *deos* -et ora colentum aspicere invidiae, quam meruere, metu. LIV. 9, 11, 12 haec ludibria religionum non -ere in lucem proferre! STAT. silv. 3, 1, 146 *Nereides non* -et occulte nudas spectare palaestras (*cf. nudum conspici e. g. p. 2474, 33*). *al.*

γ *-et agere contra fas, contra officium sim.* (*cf. e. g. p. 2474, 47. 48*): PLAVT. Trin. 344 deserere illum et deiuvare in rebus advorsis -et. TER. Ad. 562 non -uisse verberare hominem senem! CIC. Verr. II 1, 140

[Grossardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

non te -et ... mulieris arbitratu gessisse praeturam? fam. 14, 3, 2 -et ... me uxori ... diligentiam non praestitisse. Ov. fast. 3, 282 *legibus datis* cum cive -et conseruisse manus. 6, 526 in scelus isse. Pont. 4, 1, 16. Sen. epist. 95, 31 gaudere sanguine alterno et bella gerere. Plin. epist. 3, 9, 5 damnanda committere. *al.* -et peccare: Sen. contr. 7, 8, 2 (*loq. raptor*) me peccasse -et. Ps. Sen. mon. 146 dignus tibi videre, coram quo te p. -at. Avg. in psalm. 50, 8 l. 51 sunt multi, quos p. non -et, agere paenitentiam -et. Drac. Orest. 903 quid iam peccasse -bit *Orestem*? *al.*

δ *-et agere vel tractari contra bonos mores, contra id quod decet*: Ⓘ *respicitur res veneria* (*exempla selecta inde a* Prop.; *cf. etiam p. 2474, 48*): Plavt. Poen. 1301 non -et puellam amplexari baiolum in media via? Tib. 1, 1, 74 nunc levis est tractanda Venus, dum frangere postes non -et. 1, 9, 30 nunc -et ad teneros procubuisse pedes *puellae periurae*. 2, 3, 30 Veneri ... aperte servire aeternos non -uisse deos. Prop. 2, 24, 16 me fallaci dominae iam -et esse iocum. Ov. am. 3, 11, 4 fugi ... catenas *amoris* et quae non -uit ferre, tulisse -et. epist. 16, 285 (*Helenae*) an -et et metuis Venerem temerare maritam? Sen. contr. 10, 4, 17 ipsos *divites quosdam* -et viros esse (*sim.* Prvd. ham. 285). Avson. 19 (325 S.), 34 Daedaliae -et hanc *Pasiphaen* latebras subiisse iuvencae. Avg. civ. 14, 20 p. 43, 25 *secundum Cynicos* palam non -at id agere (*sc. concubitum*). *al.* Ⓘⓘ *respicitur aetas parum apta* (*cf. p. 2476, 29. 2481, 24*): Plavt. Asin. 71 *non* -uit eum id aetatis sycophantias struere (*sim.* Trin. 787). Ter. Hec. 231 cum puella anum (*sc. te*) suscepisse inimicitias non -et? Hor. epist. 1, 14, 36 *non* lusisse -et, sed non incidere ludum *iunioribus aptum*. Tib. 1, 2, 95 stare ... ante fores *senem non* -uit (*cf. l. 12*). Sen. epist. 27, 2 numera annos tuos et -bit eadem velle, quae volueras puer. Ⓘⓘⓘ *respicitur res foeda, vilis, parum digna sim.* (*cf. e. g. p. 2478, 65. 2481, 32 sqq.*): Verg. georg. 1, 80 ne saturare fimo pingui -at sola (*inde* Ambr. paenit. 2, 1, 3. *cf.* Colvm. 10, 84 pabula *e latrinis sumpta* ... praebere novali). Tib. 1, 1, 29 *ne* interdum -at tenuisse bidentem. 1, 10, 17 neu -at prisco vos, *Lares*, esse e stipite factos. Ov. fast. 4, 367 non -et ... posuisse moretum in dominae *Cybeles* mensis. Calp. ecl. 5, 39 te ... non -at ... *oviculam* umeris portare tuis. Mart. 12, 60, 3 *dies natalis*, si te rure coli ... -bit. 14, 178, 2. Ivv. 3, 168 fictilibus cenare -et. *al.* Ⓘⓥ *respectu vario*: Nep. praef. 6 quem ... Romanorum -et uxorem ducere in convivium? Ov. epist. 9, 59 non -uit ... auro cohibere lacertos *Herculis*? 15, 114 (*loq. Sappho*) *non* -uit scissis exululare comis. Sen. dial. 4, 31, 6 -bit cum animalibus permutasse mores. epist. 99, 29 luctum voluptate sanare. Lvcan. 5, 750 me iam Marte parato securos cepisse -et (piget *var. l.*) cum coniuge somnos. Pers. 3, 31 ad morem discincti vivere Nattae. Sil. 7, 104 resides ad bella vocantur, quīs -at certare, senes. *al.*

ε *-et vinci, inferiorem esse* (*cf. e. g. p. 2474, 24*): Cic. Tusc. 2, 14 *v. p. 2478, 54.* fam. 15, 18, 1 -et ... servire. Verg. Aen. 5, 196 extremos -at rediisse *remiges in certamine*. 9, 598 non -et obsidione iterum valloque teneri, bis capti Phryges? Ov. ars 1, 626 Iunonem et Pallada ... iudicium *Paridis* non tenuisse -et. met. 9, 31 -uit modo magna locutum *Acheloum* cedere *Herculi*. Sen. suas. 2, 3 non -et Laconas ne pugna quidem hostium, sed fabula vinci? Sen. dial. 12, 2, 2 ut -at animum ... aegre ferre unum vulnus. *al.*

2 *acc. c. inf.* (*locos ambiguos v. sub 1, e. g. p. 2476, 49. 65; ceterum cf. p. 2475, 32. 2478, 43*): Cael. Cic. fam. 8, 9, 1 si scias, quam facile ... fuerit *Hirrum removere*, -at te ausum illum umquam esse incedere tamquam tuum competitorem. Prop. 3, 24, 4 versibus insignem te -et (*sc. me*) esse meis. 4, 1, 38 *Romanos* sanguinis altricem non ⌞-et⌟ esse lupam (putet, putat *var. ll.*). Ov. met. 1, 758 -et haec opprobria ... non potuisse refelli. Pont. 3, 7, 2 iam ... -et vanas fine carere preces. 4, 2, 4 *Severi* nomen nostros tacuisse libellos ... -et. Liv. 3, 52, 7. 26, 37, 6 *Carthaginienses* pigebat inriti incepti -batque adeo se spretos, ut *eqs.* Sen. suas. 2, 1 -et (*sc. loquentem*) ... Lacedaemonios et armatos quaerere, quemadmodum tuti sint. Sen. benef. 2, 10, 4 sin adiuvari illum et oportet et ⌞-et⌟, *clam adiuvandus est* (⌞ ⌟ *pro inf. per zeugma accedit acc. c. inf.*). 4, 25, 3 -at ullum venale esse beneficium. Cvrt. 5, 7, 10. *al.* *depon.*: Cic. Flacc. 52 nonne esset -tum ... Trallianum omnino dici Maeandrium?

3 *enunt. secund.* (*aliter p. 2475, 42*): quia (*addas p. 2476, 2*): Plavt. Capt. 203 nos -et, q. cum catenis sumus. :: at pigeat postea ... erum, si vos eximat vinclis. Pseud. 279 hunc -et ..., q. tibi minas viginti ... non dedit. quod (*cf. p. 2478, 48; mera vi causali p. 2475, 5*): Ov. trist. 4, 3, 61 nunc quoque ne -at, q. sis mihi nupta. Sen. contr. 7, 7, 18 -bat illum *ducem* ..., q. captus erat. Ps. Qvint. decl. 8, 6 -at vos, o iura legesque, q. miserrimi sexus dolorem his clusistis angustiis. Clavd. Don. Aen. 1, 625 p. 122, 15 Drac. Romul. 8, 206. ne: *v. p. 2476, 15* (*cf. p. 2474, 5*). ut (*cf. p. 2478, 51*): Ambr. epist. 10, 73, 12 non -et, ut *pagani* ... non nt nobis *Christianis* sortem debere esse communem? (*eadem forma interrogationis*: Drac. Orest. 527 [*loq. Agamemno ab inferis*] n. -et, o iuvenes ..., ut pastor *Aegisthus* mea regna notet? Greg. Tvr. Franc. 7, 27 p. 346, 4. *addas fort.* Alc. Avit. carm. 2, 164, *nisi aliter interpungendum* [*v. Ramminger, Wien. Stud. 101, 1988, 319*]). off. 3, 22, 129 defer amico ut aequali nec te -at, ut praevenias amicum officio.

III *vis verbi* -endi *significat eum, qui pudorem sentit* (*usu q. d. personali; ad illustrandam rem non nullius momenti admisimus quaedam minus certa, v. e. g. l. 14. 38*): **A** *verbum finitum* (*cf.* Serv. gramm. IV 440, 33 invenimus in auctoribus et -o et taedeo [*sim.* Prisc. gramm. III 486, 7]): **1** *absolute* (*cf. var. lect. p. 2474, 15 et coni. p. 2476, 20*): Plavt. Cas. 877 neque ubi lateam neque hoc dedecus quo modo celem scio ..., ita nunc -o atque ita nunc paveo. Aedit. epigr. 1, 4 *mihi dicere conanti fugiunt verba*; sic tacitus ..., ⌞dum -o⌟, pereo (⌞ ⌟ *Usener*, duplideo *codd. Gell. 19, 9, 11, coni. alii alia. cf.* Gell. 5, 1, 3 *is, qui audit philosophum*, et perhorrescat necesse est et -at tacitus et paeniteat et gaudeat *eqs.* [*cf. p. 2479, 13*]). *struct. ambigua iuxta verba personalia* (*nisi spectat ad p. 2473, 72; sim. dubites de l. 27*): Plavt. Aul. 791 qui homo culpam admisit in se, nullust tam parvi preti, quin -at, quin purget sese. Ov. met. 10, 371 modo desperat *Myrrha*, modo vult temptare, -etque et cupit.

2 *indicatur causa per:* *inf.* (*accedit acc. personae sec. gr. l. 21*): Stat. Theb. 3, 61 quod ⌞-et⌟ ira fateri (⌞ ⌟ *si recte def. Klotz, Arch. Lat. Lex. 15, 1908, 409*; rubet *Gronovius*, iubet *Delz, Mus. Helv. 32, 1975, 166*). Vet. Lat. Hebr. 11, 16 (cod. 75) non -et eos deus vocari eorum deus (*gr. ἐπαισχύνεται αὐτούς, Ps. Aug. serm. 317 p. 2354* ⌞non confunditur⌟ de his [⌞ ⌟ *Vulg.*]). Pervig. Ven. 26 ruborem ... *rosa* marita ... non -bit (-e(n)t *var. ll.*) solvere. Ps. Tit. epist. 1. 427 cetera ... gesta -o dicere. Ven. Fort. carm. 5, 5, 39 non -at meliora sequi vel tarda ⌞veternus⌟ (*def. Blomgren, Stud. Fort. I, 1933, 123 sqq.*, veternos *Leo*). *gen.*: Prvd. c. Symm. 1, 512 sua saecula Roma erubuit, -et exacti iam temporis, odit praeteritos ... annos (*nisi ad p. 2474, 36; cf. Lavarenne, Étude, 1933, 215*). *praepos.* ex: Qvodv. prom. 1, 14, 21 *post peccatum primus* homo ... -uit ex his, quae -enda creata non erant.

B *verbum non finitum*: **1** *inf.* (*exempla, quae facilius per struct. pers. explicanda videntur; alia v. e. g. p. 2473, 74. 2476, 1. 75*): Plavt. Bacch. 1017 prius [te] cavisse ... quam -ere aequom fuit. Sen. dial. 2, 17, 3 ille ..., qui assiduis conviciis -ere dedidicerat. Don. Ter. Phorm. 233, 2 Nigidius annotavit neminem videri -ere ante delictum. Hil. in psalm. 68, 8 l. 24 non confundi in se eos rogat *David* ... neque ... super se vereri ac -ere. Prvd. perist. 13, 27 *Christus* dat credere, dat -ere facti (*cf. l. 27*).

2 *gerundivum* (*nonnulla ad adi. p. 2480, 51 trahi possint, si ad turpitudinem rei nec ad habitum eius, quem pudet, referenda putes, v. maxime l. 56 sqq.*): **a** *praedicative, sc. coniug. periphrastica q. d.* (*copula supplenda e. g. l. 44*): **α** *pass. impers.*: Plavt. Epid. 168 quid est, quod -endum siet ... pauperem domum ducere ⌞te⌟ uxorem (⌞ ⌟ *om. P; item c. acc. c. inf.*: Cic. Phil. 5, 4 Plin. nat. 27, 8; *c. solo inf.*: Sil. 13, 379 si rebare -endum iussa pati). Qvint. inst. 6, 4, 7 -endum ... dictu, si plus litigantibus prosunt minores *patroni* (Tac. hist. 2, 61). 10, 3, 16 -endum est ..., si difficultatem facit doctrina (Ivl. Val. 1, 15 l. 651. 3, 46 l. 1084. Avg. serm. 177, 2 turpe est ... et nimium -endum et dolendum. *cf. l. 44. 54*). Tac. ann. 3, 46, 1 *esse* -endum ipsis *militibus*, quod ... adversum Gallos ... ducerentur (*item c. dat.*: Tert. resurr. 4, 5 intestinis aestuandum et pudendis non -endum *post resurrectionem*?). Cassiod. var. 8, 18, 3 si in aliis ... tolerandum, nimis in quaestore -endum est, ut *eqs.* *iuxta est act. impers.* -et: Plavt. Epid. 166 sqq. plerique homines, quos, quom nil refert, -et, ubi -endum est, ibi eos deserit pudor, quom usust, ut -at. Cic. Tusc. 2, 14 me -et tam cito de sententia esse deiectum. :: magis esset -endum, si in sententia permaneres. Tert. carn. 5 l. 27 crucifixus est dei filius; non -et, quia -endum est. **β** *iuxta subst. vel pron.* (*nisi quaedam ad adi. trahas*): Plavt. Truc. 269 -endumst ... clurinum pecus (*conviciose de ancilla; cf. 271* propudiosa). Ov. epist. 5, 44 (*Oenone Paridi*) praeterito *amore mei* magis est iste -endus amor *Helenae* (fast. 3, 500). 5, 98 causa -enda tua est (15, 119 fast. 1, 392). ars 1, 644 (*si recte trad.*). fast. 6, 112 *nympha quaedam non* erat, Phoebe, -enda tibi (*item iuxta dat. l. 63 et* Avson. 26, 24 [300, 6 S.]). trist. 4, 3, 48 nunc mea supplicio vita -enda suo est (Pont. 2, 2, 106 [108] *non* mea ... esse potest domui v. -enda tuae). Sen. Herc. f. 1180 in tantis malis quid est -endum? Plin. nat. 17, 94. Stat. Theb. 4, 764 *sitientibus* nihil ... -endum, nil humile est (*antea*: foeda palus). *al.*

b *cetera exempla potius vim verbalem exhibentia*: **α** *accedente dat. personae* (*cf. l. 49. 61*): Ov. epist. 9, 70 si te *Herculem* vidisset cultu Busiris in isto, ... victor victo ... -endus eras. ars 3, 84 Endymion non est tibi, Luna, rubori, nec Cephalus roseae praeda -enda deae. fast. 4, 598 'nec gener est nobis ille *Pluto* -endus' ait *Iuppiter*. Liv. 40, 56, 3 *non* -endum aut paenitendum eum *Antigonum* regem Macedonibus ... fore. Sen. Thy. 626 o domus Pelopi quoque et Tantalo -enda! Plin. nat. 33, 50 *Antonium* aureis usum vasis in ... obscenis desideriis, -endo crimine etiam Cleopatrae. Val. Fl. 3, 26 *leo Cybeles occisus*, spolium infelix divaeque -endum. Svet. Vesp. 16, 1 negotiationes ... vel privato -endas propalam exercuit.

[Grossardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

AVG. epist. 148, 4 ne spectaculum faceremus ridendum alienis, nostris dolendum, nobis -endum. *al.* **β** *vario modo*: PROP. 4, 4, 36 (*loq. Tarpeia*) valeat probro Vesta -enda meo (*fort. 'cuius me -at', cf. gen. p. 2475, 26 et Müller, Syntax des Nom. und Akk., 1908, 131 adn. 1; intellegunt alii aliter*). PAVL. FEST. p. 227 (*parum dilucide explicatur* propudium, *v. p. 2134, 67*). TAC. hist. 2, 90, 1 *teste* Italia, per quam somno et luxu -endus incesserat *Vitellius* (*cf. p. 2481, 17*). SIDON. carm. 23, 426 *praemii loco aurigis* victis ire iubens *imperator* satis ⌞-is⌟ villis versicoloribus tapetas (⌞⌟ *coll. p. 2477, 43 de victis, quos -et* [*sc. gerund. vi act.? cf. p. 2482, 36 et Hofmann-Szantyr 370*]).

3 *gerundium*: CIC. de orat. 1, 120 non ... -endo, sed non faciendo id, quod non decet, impudentiae nomen effugere debemus. Brut. 188 *qui oratorem audit,* gaudet, dolet ..., ad misericordiam inducitur, ad -endum, ad pigendum.

4 *part. praes.* (*adi. v. l. 22*): CIC. Att. 10, 15, 4 (*ironice*) Axius de duodecim milibus -ens (*sc. debitum neglegens*). HOR. ars 88 cur nescire -ens prave quam discere malo? STAT. Theb. 1, 684 *unus quisque* oculos ... -entes *Oedipodis* novit (*cf.* SCHOL. qui considerato commisso iudicarunt se dignos esse supplicio). *pendet inf.*: SVLP. SEV. chron. 2, 12, 4 *regina* -ens virorum oculis spectaculum corporis praebere iussa abnuit *regis* (*Esth. 1, 12*).

part. praes. ※**pudēns,** -entis *pro adi. vel subst.* (*cf.* CHAR. gramm. p. 334, 24 impersonalia ... participium *non* habent; nam '-s' *ὁ αἰσχυντός* ... est ... nomen, unde et 'impudens' *ὁ ἀναίσχυντος* componitur. *sim. al.*). *scribitur* pod- *cod. Harl. saec. VII* GLOSS. II 220, 17, *nom. sing.* -es CIL IX 4842; *notatur* pude *l. 41.* NOT. Tir. 52, 11 -s. *de formis: nom. plur.* -is VARRO Men. 488, *compar.* -ior *et superl.* -issimus *iam apud* CIC. *de notione*: SYNON. Cic. p. 421, 16 -s. erubescens (*mire insertum in serie* deforme. informe. foedum *eqs.*). ISID. diff. 1, 422 -s opinionem veram falsamque metuit, verecundus non nisi veram timet. GLOSS. -s: *αἰσχυντηρός. αἰδήμων.* -es: verecundi. *legitur inde a* PLAVTO, *saepius apud* CIC. [*confunditur saepe c.* prudens, *v. p. 2370, 47 sqq.*]

significatur habitus eius, quem pudet prave, immoderate sim. agere, ut sit fere i. q. verecundus, probus sim. (*ad pudicitiam spectant maxime l. 44 sq. 75 sqq.; saepius iuxta voces notionis affinis, per homoeoprophoron l. 41. 57. al.*): **1** *de hominibus* (*animo l. 45, civitate l. 66*): **a** *adi.*: **α** *in vita privata* (*respiciuntur qui bene morati, modesti, pii sim. sunt; potius de timidis sim. l. 52. 55*): PLAVT. Asin. 82 me adiit, ut -em gnatum aequom est patrem (*item de filio*: CIC. Verr. II 3, 160. 3, 161 navus et -s et probus filius. CIL IX 3876 *quidam* prob(us), pude(ns), amans parentis. *cf. l. 53*). TER. Hec. 165 haec, ita uti liberali esse ingenio decet, -s, modesta, ... iniurias viri *tulit* (*item de uxore*: CE 959A, 2 [*aet. Sullae?*] *liberta quaedam* casta, -s, volgei nescia, feida viro. CIC. rep. 2, 46 mulier ... -s *Lucretia.* CIL III 11739 [*saec. II in.*]). Haut. 120 illud inceptum ... animist -is signum et non instrenui (APVL. apol. 3, 9 et verecundi). CE 53, 3 (*saec. I[1] a. Chr.?*) -is hominis frugi cum magna fide ... ossa (CIC. Verr. II 2, 23 fam. 2, 6, 1. *al.* HYG. astr. 2, 5, 2. *cf. l. 63*). CIC. inv. 1, 35 *utrum aliquis sit* -s, patiens an contra. Quinct. 39 virum bonum, -em (Verr. II 3, 95 -es ac v. boni [*nisi ad b*]. *al.* SYMM. epist. 9, 50. *cf. l. 65*). Q. Rosc. 18 estne quisquam, qui tibi purior, -ior, humanior, officiosior, liberaliorque videatur? Verr. II 1, 94 cur -issimas ... feminas in tantum virorum conventum (*sc. tribunal*) insolitas ... prodire cogis? 3, 159 *filius Metelli est* adulescens -s ac bonus (Cluent. 165 Cael. 61). LVCR. 4, 1164 *amatori suo amica* muta -s est. CE 962 (*saec. I a. Chr.*) Nardu poeta -s. SYMM. epist. 2, 14 iuvenis (6, 17). *al.* -em vivere (*cf. p. 2480, 29*): VARRO Men. 488 tum Romae parce pureque -is ⌞vixere⌟ (*Gulielmius,* vivere *codd.*). CIL VI 9882 (*saec. I[1]*) vixit annos XIIX frugi -s. CE 91, 3 (*saec. II*) p(a)rce -sque vixit. CIL IX 3543 v(ixit) a(nnos) XVII ⌞casta pudica -s⌟ (= CE 1502). *al.* **β** *in vita publica* (*militari l. 68; respiciuntur qui potestate non abutuntur, leges servant sim.*): CIC. Cluent. 94 hic tribunus plebis modestus, -s, ... non seditiosus (*opp.* acerbus, criminosus *eqs.*). Mur. 64 non accusares ... -issimum hominem summa dignitate ... praeditum (Flacc. 81 PLANC. Cic. fam. 10, 18, 1). Sull. 62 Caecilium -issimum atque ornatissimum virum (*postea*: ut ... cum re publica pugnare noluerit). Flacc. 55 civitatis *Trallianorum* -is ... et gravis ... iustum dolorem querelasque cognoscite. Pis. 39 te videri -iorem fuisse quam soles. Tusc. 2, 51 animi pars illa mollior rationi sic paruit, ut severo imperatori miles -s (*cf. l. 72*).

b *subst.*: *masc.*: CIC. Q. Rosc. 21 *num fraudavit* probus improbum, -s impudentem, periurum castus *eqs.*? Flacc. 9 sunt in illo numero *Graecorum* multi boni, docti, -es (prud- *codd.; opp.* impudentes). *al.* CAES. civ. 2, 31, 4 (*agitur de fide militum*) neque -is (prud- *codd.*) suspicari oportet sibi parum credi neque improbos scire sese timeri. CIL IV 4864 (*lect. dubiae*). AVG. civ. 2, 26 p. 91, 29. c. Pelag. 1, 17, 35 de illa *concupiscentia* ... omnis -s impudensque confunditur. *fem.*: OV. ars 1, 767 si doctus videare rudi petulansve -i, diffidet ... illa sibi. AVG. civ. 2, 26 p. 92, 30 nonnullae -iores avertebant faciem ab impuris motibus scaenicorum.

2 *de rebus*: **a** *variis ad hominem -em spectantibus eiusque animum indicantibus*: RHET. Her. 3, 13, 23 risum -em et liberalem. CIC. Verr. II 1, 2 *ut Verres reus,* si reticeat et absit, tamen impudentiae suae -em exitum quaesisse videatur. Att. 5, 21, 2 Cassius ... ⌞-iores⌟ illas litteras miserat ... quam *posteriores de victoria gloriantes* (⌞⌟ *Victorius,* prud- *codd.*). CATVLL. 15, 2 veniam peto -em (-ter *Mähly coll. l. 34*). OV. epist. 20, 59 *Cydippes* vultus sine rusticitate -es. VAL. MAX. 7, 3, 5 facti vix -is, *sc. mendacii,* causam tolerabilem habuit. SYMM. epist. 9, 88, 1 -is silentii moras (*antea*: per verecundiam). *al.* *neutr. pro subst.*: CIC. Phil. 3, 28 nihil apparet in eo *Antonio* ingenuum, nihil moderatum, nihil -s, nihil pudicum. **b** *de figura, arte, quae modum quendam servat*: RHET. Her. 4, 34, 45 translationem -em dicunt esse oportere, ut cum ratione in consimilem rem transeat (*opp.* temere et cupide ... transcurrisse). BOETH. mus. 1, 1 p. 180, 25 paulatim de -i ac modesta musica invertere (*ibid.* p. 181, 10 fuit ... -s ac modesta m., dum simplicioribus organis ageretur. *cf. adv. l. 48*).

adv. ※**pudenter.** *ab adi., non a part. derivat* CHAR. gramm. p. 238, 24. *compar.* -ius CIC. de orat. 2, 364 GELL. 12, 11, 5, *superl.* -issime CIC. Att. 16, 15, 5. GLOSS.[L] II Philox. PU 14 -r: *αἰδημόνως, αἰδεστιχῶς.* [*confunditur c.* prudenter *l. 27 et* CIC. Att. 16, 15, 5. *al.* (*falsa var. lect. p. 2376, 63*).]

i. q. modo pudenti, verecunde sim. (*iuxta verba praeter l. 38*): **1** *respiciuntur animantes*: **a** *qui agunt pudore non violato, sc. secundum bonos mores, modeste, moderate sim.*: AFRAN. com. 80 malo ⌞-r metientem⌟ (prud- ment- *var. l.*). CIC. Quinct. 39 quem nunc interficere nefarie cupis, eum tum -r appellare nolebas *de debito.* Tull. 20 servus respondit -r, at non stulte. Vatin. 6 ea me -r vivendo consecutum esse, quae tu impudenter vaticinando sperare te saepe dixisti (CIL VI 6609 [*iungendum c.* 6548, *v. Caldelli-Ricci, Monumentum familiae Statiliorum, 1999, 87 n. 42; saec. I med.*] vixit probe, -r). Att. 16, 15, 5 -issime hoc, *ut pecuniam solverem,* Cicero *filius* petierat. CATVLL. 15, 13 hunc unum *puerum, ne libidine petas,* excipio, ut puto, -r (*cf. l. 8*). VERG. catal. 5, 14 ite hinc, Camenae, ... et tamen meas chartas revisitote, sed -r et raro. HOR. epist. 1, 17, 44 distat sumasne -r an rapias (ars 51 licentia sumpta -r *in novis verbis fingendis*). APVL. met. 3, 12, 1 *Lucius* sic -r allocutus *magistratus municipii eqs. al.* *iuxta adi.*: AVSON. 27, 5a (400 S.) l. 7 *Venus* -r ... velata. PAVL. NOL. epist. 23, 31 *mulier* -r impudens et pie improba sine opprobrii et repulsae metu ... domum Pharisaei ... penetravit (*Luc. 7, 37*). **b** *quos pudet eius, quod faciunt, fecerunt* (*sc. respectu verbi vigente*): CIC. de orat. 2, 364 *Crassum* paulo ... vel -ius vel invitius ... ad hoc genus sermonis accedere. GELL. 12, 11, 5 at si sciant ... homines nihil ... diutius posse celari, repressius -iusque peccabitur. SYMM. epist. 4, 72 quod solum ... verecundiae convenit, ... me ... imparem referendae vicissitudini -r agnosco. AVG. civ. 14, 17 p. 40, 26 (*ad gen. 3, 7*) quod ... libido inoboedienter movebat, verecundia -r tegebat.

2 *respicitur musica* (*cf. l. 16*): BOETH. mus. 1, 1 p. 181, 21 musicam optime moratam -rque coniunctam (*cf. p. 180, 7* quod in sonis apte convenienterque coniunctum est).

gerund. ※**pudendus,** -a, -um *pro adi. et subst.* *compar. et superl. desunt, sed cf.* magis -us *p. 2481, 69* (*aliter p. 2478, 59*), maxime -us *p. 2481, 46,* adeo -us *p. 2481, 17. 25.* *legitur inde a* TRAG. inc., VERG.

I *notione originaria significatur qualitas fere inhaerens, habitus sim. rei vel personae, qua pudor movetur, sc. fere i. q. turpis, inhonestus, ignominiosus sim.* (*aegre disting. usus verbalis p. 2478, 38, cui tribuimus coniug. periphrast., exempla per dat. aucta [praeter p. 2481, 35] paucaque alia*): **A** *adi.*: **1** *respiciuntur, quae laedunt gloriam militarem, honorem pugnantis*: TRAG. inc. 63 -am trepidus hortabar fugam. VERG. Aen. 11, 55 -is vulneribus (SERV. a tergo inlatis). LIV. 25, 6, 10 -as clades. LVCAN. 8, 390 temptare -um auxilium *Parthorum.* SIL. 13, 312 turpi lacrima precibusque -is *Campanorum se dedentium.* 17, 140 vincla ... -a addita *regi.* STAT. Theb. 11, 760 *Argivi* pro funere pulchro dedecorem amplexi vitam reditusque -os. FLOR. epit. 2, 18, 2 *Numantia Romanorum* exercitum ... -is ... foederibus affecit (*inde* OROS. hist. 5, 7, 3. *cf.* AMM. 27, 12, 1 -ae pacis foedera). AMBR. in psalm. 118 serm. 11, 24, 1 (*in imag.*) *homo* -o corruisset certamine, nisi fidei se radice tenuisset. *al.*

2 *respiciuntur, quae laedunt pudicitiam, castitatem*: **a** *varia*: OV. ars 2, 406 victor erat praedae praeda -a suae (*sc. Agamemno Cassandrae*). rem. 432 vidit in immundo signa -a toro. SEN. Oed. 260 thalamis -is ... et prole impia. APVL. apol. 85, 2 *ut* filius matri suae -a exprobret stupra. TERT. adv. Marc. 3, 11 p. 394, 16 partūs inmunda et -a tormenta. IVVENC. 3, 710 *meretrices* sordes ... animi posuere -as. LACT. inst. 1, 20, 10 cum -is motibus *mimarum* (*paulo aliter*: AVG. gen. ad litt. 11, 34 p. 368, 18 -um in membris m. nupt. et concup. 2, 31, 53 genitalium.

[Grossardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

al.). opif. 13, 2 ad obscenae libidinis -a opera. AMBR. in psalm. 118 serm. 11, 25, 3 -ae ... commixtionis ... incestum. AVG. civ. 14, 23 p. 47, 22 nuptiae ... -am libidinem non haberent (nupt. et concup. 2, 5, 14. *al.*). *al.* **b** *partes corporis obscenae* (*cf.* MARCELL. med. 7, 20 ad loca ... -a, id est ad penem sive ad podicem): OV. ars 2, 618 pars ... sub iniecta veste -a latet (NON. p. 29, 17 -ae p. corporis. SORAN. p. 57, 14 [*gr. p. 109, 5 τῶν γυναικείων τόπων*]). SER. med. 674 quae sit membris medicina -is (AVG. c. Iulian. op. imperf. 4, 37, 1 quae *m.* ab ipso pudore ... -a dicuntur. Ps. PRIMAS. in Phil. p. 637[A] [*ad 3, 19*] in circumcisione membri -i [*Pelag.* verecundi m.]. *al.*). AVSON. 19 (325 S.), 85 pube -a. PRVD. perist. 10, 1068 offert -um semivir donum deae. RVST. HELP. hist. testam. 62 fluvium ... -um (*sanguinis mulieris, Matth. 9, 20*).

3 *vario respectu*: **a** *de animantibus*: HOR. carm. 2, 4, 20 *puellam* sic fidelem ... *non* potuisse nasci matre -a (*cf.* SVET. Vit. 2, 2 -is parentibus atque avis [*cf. 1, 1* originem ... sordidam]). SEN. Herc. f. 1035 -i regis excisa est domus (*cf.* LVCAN. 8, 696 Ptolemaeorum ... seriem ... -am). SVET. Nero 51 *fuit* circa cultum habitumque adeo -us, ut comam ... summiserit *molliter* (*cf. potius vi verbali p. 2479, 6*). TERT. nat. 2, 1, 15 dignius multo neminem credam *deum* quam dubitandum *philosophorum* aut -um *poetarum*. VET. LAT. Ezech. 23, 29 (cod. 176) eris nuda et -a (*gr. ἀσχημονοῦσα, Vulg.* ignominia plenam). PASS. Macc. 18, 8 procreavi filios non -os.

b *de rebus*: **α** *de dictis, scriptis* (*cf. p. 2480, 62*): TIB. 2, 1, 74 hic *Cupido* dicere iussit limen ad iratae verba -a senem. IVV. 8, 183 numquam adeo foedis adeoque -is utimur exemplis, ut non peiora supersint. TAC. dial. 32, 3 cotidiani sermonis foeda ac -a vitia. PLIN. paneg. 54, 2 seria ... carmina ..., non haec ... -a praedicatio *mea* (*per affectatam modestiam*). SVET. Tib. 65, 1 -a miserandaque oratione. GELL. 6, 2 tit. de Caesellii Vindicis -o errore (*6, 2, 1* turpe erratum). APVL. apol. 5, 6 quos *versus* a me factos quasi -os protulerunt. Ps. CYPR. epist. 4 p. 281, 4 -um nescio quid christiani apud gentiles opprobrium (PRVD. cath. 7, 133 IORD. Get. 100). *al.* **β** *de negotiis sordidis* (*cf. p. 2478, 75*): OV. ars 3, 442 sunt qui ... lucra -a petant. LIV. 23, 3, 11 *cum Campani senatori cooptando* humilitatem ... et -ae artis aut quaestus genus obicerent. COLVM. 1 praef. 13 vereor, ne *disciplina ruris* flagitiosa et quodam modo -a ingenuis aut inhonesta sit. **γ** *de rebus corp. et locis*: PROP. 4, 8, 26 vincet ubi erasas barba -a genas *exoleti cuiusdam*. STAT. Theb. 5, 31 debellatos ... -o ense mares (*Lemnios ab uxoribus occisos*). silv. 3, 1, 167 infecundae ... -a naturae deserta. TAC. hist. 3, 84, 4 *Vitellius* -a latebra semet occultans. IVVENC. 3, 148 -is sordibus. *al.* **δ** *de rebus incorp. variis*: FEST. p. 281 repudium ..., quod fit ob rem -am (APVL. Plat. 2, 12 p. 238. *al.; pendet inf.*: PLIN. nat. 28, 56 *Lucullus intemperantiae suae servum praefecit,* -a re servo suo facilius parere quam sibi). PLIN. nat. 2, 20 aliis nullus est deorum respectus, aliis -us (*cf. l. 68*). 7, 149 -a Agrippae ablegatio (*ad rem v. Hanslik, RE IX A 1251 sq.*). 25, 175 composita ... contra faetores, vel maxime -um vitium, trademus. VAL. FL. 6, 502 (*loq. Hecate*) me ... raptu famulae doluisse -o. SIL. 14, 630 qui sorte -a in morem pecudum [ef]fudere ... animam *pestilentia correpti* (TAC. hist. 2, 95, 3 misera civitas, *Roma,* ... varia et -a s. agebat). STAT. Theb. 11, 735 casus ... -os *Labdacidarum*. TAC. ann. 2, 38, 5 quamvis domus Hortensii -am ad inopiam delaberetur. 3, 53, 1 qui -i luxus arguerentur. PANEG. 3, 1, 4 non minus exitialibus quam -is praesidentum rapinis. *al.*

B *subst.*: **1** *neutr.*: **a** *significantur varia turpia* (*plur. praeter l. 55. 63*): OV. ars 3, 768 per somnos fieri multa -a solent. trist. 2, 504 adsuescunt oculi multa -a pati (VAL. FL. 7, 331 quicquam ... -um. COD. Theod. 1, 32, 3, 1 deformia et -a). Pont. 4, 3, 48 pertulit *Marius* ... tanto multa -a viro. PLIN. nat. 29, 140 hoc quoque animal, *sc. blatta,* inter -a est (*vix ad A, cf. l. 69*). QVINT. inst. 1, 8, 21 (*antea*: deridicula). 11, 1, 84 ubi quis -a queritur, ut stuprum. IVV. 8, 139 claram ... facem praeferre -is. TAC. ann. 15, 44, 3 per urbem ..., quo cuncta undique atrocia aut -a confluunt. PLIN. epist. 5, 13, 9 oportet ..., quae sunt inhonesta, non quasi illicita, sed quasi -a vitare. GELL. 1, 26, 8 *non* -a dico aut paenitenda. APVL. apol. 6, 4 quid habent isti versus re aut verbo -um? *al.* TERT. adv. Val. 3, 5 (*opp.* honesta). AMM. 23, 6, 79 ⌞haec⌟ aliaque -a (⌞ ⌟ *sc. actionem ventris exonerandi*). AMBR. epist. 6, 33, 4 ⌞tegere⌟ -a facinorum desidero quasi membra mei corporis (⌞ ⌟ *cf. p. 2482, 17*). in psalm. 118 serm. 10, 44, 1 ut dediscant -a committere (NOVELL. Valent. 18, 4). *al.* -a dictu: PLIN. nat. 2, 16 *cum* gentes ... animalia ... pro dis habeant ac multa d. magis -a. 29, 61 *praeterire nolo* quaedam -a d. *in medicina animalium*. QVINT. inst. 1, 2, 8 omne convivium obscenis canticis strepit, -a d. spectantur. *al.*

b *significantur partes corporis obscenae* (*fere genitalia, sed v. p. 2482, 4. 12; cf. l. 4 sqq. et* ISID. orig. 11, 1, 102 haec *genitalia* et -a pro verecundia, sive a pube. GLOSS. II 220, 18 *αἰδοῖον*: penes [*sc.* -nis], -um. 590, 34 -a: virilia. *plur. praeter l. 74. p. 2482, 14*): **α** *quaelibet exempla*: SEN. dial. 6, 22, 3 lacerationes ... medicorum ... non per simplicem dolorem -a curantium. TERT. carn. 4 l. 19 *hominem* per -a prolatum (*cf.* HIER. virg. Mar. 18 deum per virginis -a genitum). resurr. 61, 5 vacare intestinis et -is. MIN. FEL. 28, 9 strepitus per -a corporis expressos. VET. LAT. Phil. 3, 19 (cod. 61. *al.*) quorum deus venter est et gloria in -is eorum (*gr. ἐν τῇ αἰσχύνῃ, cod. 77* in turpitudine, *Vulg.* in confusione. *explicat* AMBROSIAST. *ad l.* gloriantes in -is circumcisis). ARNOB. nat. 4, 7 cuius *Tutuni* immanibus -is horrentique fascino vestras inequitare matronas ... optatis. DON. Ter. Andr. 483 'ista' dicendo, ne -a nominaret. AVG. civ. 7, 21 p. 299, 16 ut in eius *Liberi* honorem -a virilia colerentur (7, 27 p. 309, 32. *al.; cf. p. 2481, 75 et* VITAE patr. Iurens. 55 feminea -a). serm. 243, 3 membra, quae vocantur -a, quare ... habebimus *post resurrectionem,* ubi nulla erit generatio, nulla digestio? MACR. somn. 1, 6, 80 septem sunt corporis partes, caput, pectus, manus pedesque et -um. ORIBAS. syn. 5, 1 Ab p. 49 (*subest Cael. Aur. gyn. 1, 107*) *obstetrix* pannis -orum foveat loca. *al.* **β** -a (*de*)*teguntur*: TERT. anim. 38, 2 Adam et Eva ex agnitione boni et mali -a tegere senserunt (HEGES. 2, 11, 1 p. 161, 29 quibus *munimentis* -a tegerentur [*gr. 2, 465 τῆς ἐπ' αἰδοῖ σκέπης*]. AVG. c. Pelag. 1, 15, 31. *al.; cf. p. 2481, 65*). VET. LAT. exod. 20, 26 (Aug. quaest. hept. 2, 113) ne -a tua reveles super illud *altare* ([*gr. τὴν ἀσχημοσύνην, Vulg.* turpitudo]. VVLG. Nah. 3, 5. RVFIN. Clement. 2, 53, 6 [*syn.* verenda]. *al.*). lev. 20, 11 (coll. Mos. 6, 1, 1; *in imag.*) quicumque concubuerit cum muliere uxore patris sui, -a patris sui detexit (*gr. ἀσχημοσύνην, Vulg.* ignominiam). Sirach 29, 28 (Chalc. comm. 276) tunica et domus idonea velandis -is ([*gr. 29, 21 ἀσχημοσύνην, Vulg.* turpitudinem]. AVG. civ. 14, 17 p. 40, 28. *cf.* AVSON. app. A 6 Od. 6 [450 S.], 5 *Vlixes* foliorum oppositu -a velatus). ARNOB. nat. 5, 35 p. 294, 14 revelatio -orum *Baubonis*. AMBR. Tob. 20, 75 (*sec. gen. 9, 23*) vestitu filii Noe -a patris operuerunt ([*postea*: virilia]. AVG. civ. 14, 17 p. 40, 23). AMBROSIAST. in I Cor. 12, 23, 2 -a nostra, quae turpia videntur, dum aspectos publicos vitant, honestate se contegunt (AVG. civ. 14, 21 p. 45, 13 post peccatum ... -a esse contecta. EVAGR. GALL. alterc. p. 31, 7). *al.*

2 *masc.*: SIL. 11, 90 (*Fabius legatis Campanorum*) pro cuncta -i!

3 *fem.* (*sc.* pars): ISID. diff. 1, 460 (*item fere* orig. 11, 2, 13) *v. p. 2432, 29.*

*?***II** *vi deflexa pro* pudens (*si quidem agnoscendum, cf. gerund. vi act. p. 2479, 9*): GLOSS. II 221, 16 *αἰσχυντηρός*: p., pudicus, verecundus, -us. 320, 41 *εὔχρωμος*: -us.

adv. **pudendē.** *i. q. ratione pudenda, turpiter* (*adv. iudicantis*): PAVL. PETRIC. Mart. 5, 542 *constructum est magnum templum idoli*; sic stulta -e religio invaluit.

deriv.: pudentia, pudescit (pudesco), pudibilis, pudibundus, pudicus, pudor.

compos.: de-, dis-, suppudet; impudens; pudefacio; 1. propudium, *vix etiam* re-, tripudium. *cf. Onom.* (Pudens). *Grossardt.*

[puderātus *v. p. 2502, 32.*]

[pudericolor *falso pro* pudoricolor.]

pudēscit *et* **pudēsco,** -ere. *a* pudere. *i. q. pudere incipere vel pudere (sc. vi incohativa evanida, maxime l. 53): struct. impers.*: MIN. FEL. 28, 10 quos *impuros quosdam* prius taedescit impudicitiae suae quam -it. PRVD. cath. 2, 26 sol ecce surgit ...; piget, -it, paenitet nec teste quisquam lumine peccare constanter potest. *struct. pers.*: PRVD. apoth. 776 *Christus* ipse gerit, quod struxit opus, nec ferre -it factor, quod peperit, corpus loquor. tituli 28 *fratres* agnoscunt fratrem, *sc. Ioseph,* veniaque -unt.

compos.: cf. depudesco, perpudescit.

pudet *v.* pudeo.

pudibilis, -e. *a* pudere. *i. q. pudendus: praedicative* (*c. inf.*): ITIN. Alex. 6, 15 bono opere praeveniri -e ducebat *Alexander. attributive* (*de genitalibus*): HIST. AVG. Heliog. 12, 2 -ium inormitate membrorum.

***pudibundus,** -a, -um. *a* pudere. *inter participia affertur,* quae non ratione, sed consuetudine pronuntiantur, CHAR. gramm. p. 230, 28 sqq.; *aliter* SCHOL. Stat. Theb. 5, 296 ('-a') nomen est, non participium; nam tempore caret, patiendi significatione privatur et indicat non pudentem, sed pudenti similem *eqs. legitur in poesi inde ab* HOR., OV. (*septies*), CVLICE, *in orat. prosa apud* PLIN. nat., VET. LAT., IVST. *al.*

1 *de eo, qui (quod) pudorem ostendit, sentit, fere i. q. habitu praeditus pudentis* (*cf.* GLOSS.[L] V Aa P 1665 -us: verecundus [*item* GLOSS. V 511, 50. *utrobique trad.* pudicundus]): **a** *notione communi* (*vigente respectu verbi*): **α** *praedicative: de rebus* (*tamquam animantibus*): HOR. ars 233 tragoedia ..., ut ... matrona ..., intererit satyris paulum -a protervis. OV. am. 3, 7, 69 *heri* iacuere ... membra *nostra* ..., quae nunc ecce vigent ...; quin istic -a iaces, pars pessima nostri? STAT. Theb. 5, 296 exoritur -a dies; ... patuere furores nocturni *Lemniadum* (SCHOL. erubescit

[Wieland]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

admissum facinus). *de animantibus* (*hucine l. 8 sq.?*): Ov. epist. 11, 81 (*loq. Canace*) -a profudi *lacrimas.* met. 9, 568 *Byblis* -a vocavit *famulum.* Colvm. 10, 360 femina, quae *primum* ... obsceno manat -a cruore. Plin. nat. 10, 44 *pavo cauda amissa* -us ac maerens quaerit latebram. Stat. Ach. 1, 918 arcanis effert -a tenebris Deidamia gradum. Avson. 27, 22 (416 S.), 16. *al.* **β** *attributive: de rebus*: Ov. met. 6, 604 *Procne* ora ... develat miserae -a sororis (Sen. Herc. f. 1178 Stat. Theb. 11, 493. *addas, nisi est nom. sing. praedicat.*: Ov. met. 3, 393 *Echo* spreta latet silvis -aque frondibus o. protegit. 10, 421 fast. 2, 819). Cvlex 399 acanthos et rosa purpureum crescent -a ⌊ruborem⌋ (*acc. gr., si recte trad.; v. app. crit.*). Sen. Oed. 619 -um extulit caput *umbra Lai.* Avg. civ. 10, 9 p. 415, 18 cunctanter ... et -a quodam modo disputatione. Alc. Avit. carm. 6, 474 -um ... dolorem *virginum fatuarum* (*Matth. 25, 2 sqq.*). *de animantibus*: Vet. Lat. II Tim. 2, 15 (cod. 86) probabilem ... operarium, non -um (*gr. ἀνεπαίσχυντον, cod. 75. al. et Vulg.* inconfusibilem, *77. al.* non erubescentem, *Pelag. al.* non impudoratum). Ps. Pacian. sim. carn. p. 139, 7 *Iesus* voluntatis suae -us condemnator adiecit: 'non sicut ego, sed sicut tu vis' (*Matth. 26, 39*).

b *vergit in vim adi. q. e. pudicus*: Ivst. 38, 8, 10 quasi astu inspicienda praeberentur, quae ... occultanda -o viro erant (*sc. corporis foeditates*). Prvd. perist. 3, 153 -a pudicitia virgineusque ... honos. psych. 44 -a ... lumina *Pudicitiae* flammis adpetit *Libido.* Avg. civ. 2, 26 p. 92, 26 -os mimos (*postea*: verecundiorem scaenicam). Drac. Romul. 9, 171 -a soror *Hectoris* (*sc. Polyxena; 173* virgo pudica).

2 *de eo, quo pudor movetur, fere i. q. pudendus, turpis*: Lavs Pis. 126 ut -os (-us *ed. princ.*) exercere sales inter convivia possit. Val. Fl. 1, 809 -a ... exitia indecoresque obitus. 7, 303 -a ... tegmina matris tympanaque ... accipit *Pentheus.* Ivl. Val. 3, 7 l. 151 *ne Bucephalas praeda fiat Indorum,* quod esset Alexandro -um. Arnob. nat. 5, 8 p. 258, 14 in hominem ... -is moribus et disciplinis horridioribus educatum. Ivst. 23, 4, 5 maternum illi *Hieroni* genus sordidum atque adeo -um fuit. Dict. 3, 11 recordatio vulnerum per loca corporis -a (*cf.* Alc. Avit. carm. 2, 24 ut -a forent *membra a deo formata*). Ambr. epist. 8, 56, 6 -o ministerio. *al.*

adv. **pudibundē:** pudenter Gloss. V 383, 7 *et* Gloss.^{L} Corp. P 883 (*mendose trad. utrobique*).

pudīcē *v.* pudicus. *Wieland.*

***pudīcitia,** -ae *f.* *a* pudicus. *scribitur* pudei- Frg. scaen. inc. *p. 2484, 12, in codd. medii aevi haud raro* -cici- (-titi-), *e. g.* Plavt. Amph. 811. 930 Prop. 1, 16, 2. *notatur in nummis saepe* pudic, *e. g. p. 2487, 46. 56.* Not. Tir. 52, 17 -a. *gen. sing.* -es Inscr. christ. urb. Rom. 10273, 1. *de prosodia*: pudīc- *per correptionem iambicam* Plavt. Amph. 930 Epid. 405, *fort. et* Ter. Andr. 288. *de notione et differentia* (*cf. p. 2484, 39*): Non. p. 440, 2 castitas et -a paria deputantur, cum sit -a ab iniuria turpium libidinum libera, castitas *eqs., v. vol. III 538, 75 sqq.* Isid. diff. 1, 418 pudor corporis est, -a mentis (*sim.* Diff. ed. Beck p. 78, 39). Synon. Cic. p. 440, 12 pudor. rubor. verecundia. modestia. mansuetudo. probitas. -a. sanctitas. sanctimonia. Gloss. -a: *σωφροσύνη, αἰδώς. ἀφθορία. σεμνότης.* castitas, integritas. *sim. al.; cf. l. 65. legitur inde a* Plavto, Ter., Catone, Calp. hist. (*v. p. 2486, 69*); *de* Enn. *v. p. 2484, 25; plur. non nisi p. 2486, 36.*

I *i. q. status pudici, sc. integritas sim., vel habitus pudici, sc. verecundia, continentia sim.* (*fere hominum eorumve coetus, deae p. 2484, 31 et e. g.* Lact. inst. 1, 17, 13, *animalium p. 2486, 53; per prosopop. vel meton. p. 2484, 43. 58. 2485, 2. 2486, 30; acced. nimirum gen. vel pron. poss., praepos.* ab *p. 2485, 18*). *saepe iuxta subst. notionis affinis sed quodammodo fere distinctae, imprimis* pudor, *cuius notio latius patet, e. g. p. 2484, 43. 2485, 45. 2486, 2. 66 (aperte disting. p. 2486, 47, cf. p. 2495, 41, inepte l. 45), ceterum* castitas *p. 2485, 6. 20 sq. 34. 39 et saepe apud Christ.* (*cf. diff. l. 43*), continentia *p. 2484, 2. 2485, 24. 2486, 44. al.* (*cf. p. 2487, 10*), fides *e. g. p. 2485, 73. 2486, 3. 2487, 47* (*cf.* -ae fides Firm. math. 6, 7, 2 Avg. pecc. orig. 34, 39 p. 197, 16. *al.*), integritas *p. 2486, 37 et e. g.* Avg. civ. 1, 28 p. 44, 15, verecundia *p. 2486, 1 et e. g.* Ambr. off. 1, 18, 69, virginitas *e. g. p. 2484, 1. 2486, 34; sim. al.; opp. e. g.* impudicitia Ps. Cic. in Sall. 7 Calp. decl. 2 l. 22 Zeno 1, 1, 15. *al.*, libido *p. 2484, 13. 59. 2486, 10. al.* (*cf. p. 2487, 62*). *definitiones, distinctiones sim.* (*cf. p. 2484, 45*): Sen. epist. 49, 12 de -a utraque, et illa, cui alieni corporis abstinentia est, et hac, cui sui cura. 88, 8 quid sit -a et quantum in ea bonum, in corpore an in animo posita sit. Ps. Qvint. decl. 3, 11 p. 52, 14 virorum quae -a est, nisi non corrumpere? Apvl. Plat. 2, 3 p. 224 inter ⌊-am⌋ libidinosamque vitam abstinentiam et intemperantiam posuit *Plato* (⌊ ⌋ pudentiam *Oudendorp sec. var. l.* prud-). Tert. pudic. 1 p. 219, 3 -a, flos morum, honor corporum, decor sexuum *eqs.* (*inde* Ps. Cypr. pudic. 3, 1). *ibid.* l. 14 ut non eiuratio, sed moderatio libidinum -a credatur. Ps. Cypr. pudic. 12, 1 -a ... *est* mens honesta ad custodiam corporis data, ut ... pudor ... fidem generis de incorrupta subole servaret (*inde* Ps. Orig. tract. 5, 13). Avg. c. Iulian. 4, 8, 48 -a res est animi, virginitas corporis. 4, 13, 64 -a est victoria continentiae (*opp.* luxuria). Chromat. serm. 12, 7 -a mentis sanitas corporis est. Macr. somn. 1, 8, 7 (*inter partes* temperantiae; *cf. p. 2487, 8*). *al.*

A *strictius cum respectu rei venereae*: **1** *de -a feminarum*: **a** *usu vario vel parum definito* (*saepius de iis, quae nondum cum viro coierunt; exempla selecta inde a* Sen. *rhet.*): Plavt. Cist. 88 nec -am imminuit meam mihi quisquam alius *quam Alcesimarchus.* Epid. 110 -ae eius, *quam emi,* numquam nec vim nec vitium attuli. 405 -am ... servare filiae (Sen. contr. 2, 3, 1. Tac. ann. 14, 35, 1 contrectatam filiarum -am ulcisci. *al.*). 541. Ter. Andr. 288 *forma et aetas sunt* illi *virgini* ... inutiles ... ad -am ... tutandam. Frg. scaen. inc. (Seider, Paläographie II 1, 1978, n. 6) 16 tamen retineat -a⟨m⟩. Cic. Verr. II 1, 64 eam *filiam* summa integritate -aque existimari. Cael. 49 expugnare -am an explere libidinem? *al.* Sall. Catil. 13, 3 viri muliebria pati, mulieres -am in propatulo habere. Prop. 1, 2, 24 *Hippodamiae aliisque* ampla satis forma -a *erat* (*cf.* Sen. contr. 2, 7, 9 femina⟨e⟩ ... unum -a ⌊decus⌋ est [⌊ ⌋ *Karsten,* equus *trad.*]. Sen. dial. 12, 16, 4). 4, 5, 28 (*lena puellae*) sperne fidem, ... frange et damnosae iura -ae. Liv. 3, 45, 9 -a ... in tuto sit; huic *Verginiae* si vis adferetur *eqs.* (*in eadem re e. g.* 3, 61, 4 Flor. epit. 1, 26, 5). Sen. contr. 1, 5, 1 publicus -ae hostis (*sc. raptor duarum virginum*). Val. Max. 8, 15, 12 quo facilius virginum mulierumque mens a libidine ad -am converteretur (*per cultum Veneris Verticordiae*). Sen. frg. 79 viros consulatus illustrat, eloquentia ... effert ...; mulieris virtus proprie -a est (*cf. p. 2485, 60*). Qvint. decl. 343, 8 quae *lex* pro -a minatur (*cf. verba legis, e. g. decl. 280* rapta raptoris aut mortem optet aut nuptias). Gell. 5, 11, 14 *Ennius* eas fere feminas ait incolumi -a esse, quae ⌊stata forma⌋ forent (⌊ ⌋ *scaen. 294*). Tert. cult. fem. 2, 1 l. 18 pleraeque ... ita ingrediuntur, quasi -a in sola carnis integritate et stupri aversatione consistat. 2, 2 l. 1 perfectae ... id est christianae -ae (pudicae *var. l.*) appetitionem sui ... exsecrandam *esse.* Cod. Iust. 8, 50, 7 (*a. 291*) *filiam* prostitutam ... ob retinendae -ae cultum ... confugisse *ad patrem.* Lact. inst. 1, 21, 25 Priapum somno eius *Vestae* ac -ae insidiatum. Ambr. off. 2, 15, 72 sunt ..., qui virgines orbatas parentibus tuendae -ae gratia conubio locent. virginit. 7, 39 *in virgine velanda sacerdos* examinet ... -ae annos (*antea*: aetatem ... pudoris. *cf.* Reg. eccl. Carth. l. 1535 necessitate periclitantis -ae *consecrari potest etiam minor XXV annis*). Vvlg. exod. 21, 10 *pater* providebit puellae, *quam filio dederit,* nuptias ... et pretium -ae non negabit. *al.*

b *usu peculiari pertinet ad*: **α** *uxores* (*viduas p. 2485, 3; fere de fide coniugali* [*cf.* Don. Ter. Phorm. 417 quid est ... -a nisi unius scientia viri?], *sed de castitate in matrimonio l. 73; exempla selecta inde ab* Ov.): Plavt. Amph. 811 (*loq. Amphitruo*) -ae huius *Alcmenae* vitium me hinc absente est additum. 840 (*verba Alcmenae*) mihi dotem duco esse ... -am et pudorem et sedatum cupidinem (*cf.* 930 ibo egomet, comitem mihi -am duxero. Liv. 42, 34, 3 *uxor* secum nihil adtulit praeter libertatem -amque). Stich. 100 (*loq. uxor*) -ast ... eos *viros absentes* nos magnificare. Cic. Verr. II 1, 9 non adulterum, sed expugnatorem -ae *accusamus* (Arnob. nat. 5, 22 p. 276, 23 [*de Iove*]. *cf. p. 2486, 6*). Sest. 73 illum *Clodium* ... hostem pudoris et -ae ([*ad rem cf. l. 50, sed et e. g. Pis. 28* sororius adulter]. Apvl. met. 9, 14, 4 *uxor pistoris* inimica fidei, hostis -ae. *cf. l. 20*). prov. 24 qui *Clodius* ... religionem et -am uno scelere violasset *sacro illo Bonae deae. al.* Catvll. 61, 224 *infans* -am suae matris indicet ore (*cf.* Mart. 6, 27, 4 testis maternae nata -ae). Sall. Catil. 25, 3 ei *Semproniae* cariora ... omnia quam decus atque -a fuit. Verg. georg. 2, 524 casta -am servat domus. Prop. 1, 15, 22 coniugis Euadne ... elata per ignes *rogi* occĭdit, Argivae fama -ae ([*i. decus pudicarum Argivarum*]. CE 1123, 4 [*saec. I*] *contigit tibi* priscae ... f. -ae. Avson. 10, 2 [161 S.], 4. *cf. p. 2485, 70*). Ov. epist. 16, 290 (*Paris Helenae*) lis est cum forma magna -ae (*cf. p. 2485, 51*). trist. 5, 5, 45 *die natali uxoris* nata -a est. Liv. 1, 58, 5 *inlato* terrore cum vicisset obstinatam -am ... libido *Tarquinii* (*de -a Lucretiae ut*: 1, 58, 7 [*ipsa loq.*] quid ... salvi est mulieri amissa -a? 2, 7, 4. Val. Max. 6, 1, 1 dux Romanae -ae Lucretia. *al.*). 29, 14, 12 cui *Claudiae Quintae* dubia ... antea fama clariorem ... tam religioso ministerio -am fecit (*de -a eiusdem*: Sen. frg. 80 Svet. Tib. 2, 3. *al.*). 39, 15, 14 *iuvenes* cooperti stupris ... pro -a coniugum ac liberorum ... decernent? (Plin. nat. 7, 14 Ps. Qvint. decl. 3, 7. *al.*). Lavd. Turiae 1, 30 domestica bona -ae, opsequi, comitatis, facilitatis, lanificii *eqs.* (*talia saepius in titulis, e. g. l. 55.* Lavd. Murdiae [CIL VI 10230] 28 probitate, -a, obsequio *eqs.* CIL XI 4180 [*a. 338*] -a, sapientia, innocentia. Inscr. Année Épigr. 1994 n. 556 [*christ., saec. IV^2 vel V in.*]). Val. Max. 2, 1, 3 quae uno contentae matrimonio fuerant, corona -ae honorabantur *olim.* 6, 1, 13 *mariti* in vindicanda -a dolore suo pro publica lege usi sunt. Mart. 10, 63, 8 (*loq. matrona defuncta*) fuit ... una -ae mentula nota meae. Qvint. decl. 251, 6 cum invisa fuerit marito, potest videri, quod non peperit, -a, non sterilitate fecisse. 363, 1 *maritus fuit* diligens custos -ae uxoris (Hist. Avg. Pert. 13, 8 Ambr. Abr. 1, 2, 6. *al.*). Tert. virg. vel. 17, 1 alterius -ae mulieres (*sc. uxores, non virgines*). Ps.

[Cipriani]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CYPR. pudic. 9, 2 *Susannam* excoluerat -a et cum -a sola natura (*de -a eiusdem*: 9, 5 exaudivit ... clamantem ad se -am dominus. ZENO 1, 1, 19 AMBR. spir. 3, 6, 39. *al.; cf. l. 32. 37*). *al.* *de -a viduarum* (*cf. p. 2484, 54*): PETRON. 111, 5 verum -ae amorisque exemplum (*matrona Ephesia ut* 112, 1). TERT. apol. 50, 5 rec. *Φ Dido* rogo secundum matrimonium evadit: o praeconium castitatis ⌊et -ae⌋ (*om. rec. vulg.; de -a eiusdem*: PRISC. periheg. 186). AMBR. Hel. 9, 29 *Iudith* servavit -am (*de -a eiusdem*: virg. 2, 4, 24. HIER. epist. 79, 11 *I. et Anna* orationibus atque ieiuniis thesaurum -ae conservabant. *al.*). HIER. epist. 22, 15, 2 secundum -ae gradum (*sc. viduitatem; item* 49, 11, 3. *cf. p. 2486, 33*). adv. Iovin. 1, 44 p. 274[B] (*e Sen.?*) *vidua apud Indos* iuxta cadaver *mariti* accubat, ... suppositos ignes -ae laude contemnens. *al.*

β *virgines sacras*: Ⓘ *paganorum*: OV. fast. 4, 157 Roma -ā proavorum tempore lapsa est (*sc. incesto Vestalium a. 114 a. Chr.*). MANIL. 4, 546 *Virgo sidus oriens* dabit ... -ā divorum templa colentem (*i. Vestalem*). SEN. contr. 1, 2, 1 de -a sacerdotis hic quaeritur (*in causa virginis prostitutae sacerdotium petentis, ut saepius ibid., e. g.* 1, 2, 10 -a tua precaria est). IVST. 10, 2, 4 quo *Solis sacerdotio* perpetua illi *Aspasiae* ab omnibus viris -a imperabatur. SYMM. epist. 9, 147 *Vestalium antistes incesto* contaminavit -am sacram. CIL VI 32422 (*a. 364*) ob meritum castitatis, -ae (*item in atrio Vestae*: 32424 ⟨contine⟩ntis vitae, -ae, castitatis). AMBR. epist. 10, 73, 11 *Vestalium* privilegia maxima ..., praescripta ... -ae tempora. *al.*

Ⓘ *Christianorum* (*de Maria l. 32; de vita ante consecrationem acta v. p. 2484, 34 sq.*): CYPR. hab. virg. 5 continentia ... et -a non in sola carnis integritate consistit, sed etiam in cultus ... pudore (*sim. p. 2484, 27*). 19 pudori ac -ae corpora dicata *virginum*. AMBR. epist. 2, 7, 38 insignem ... -am *sanctae Pelagiae* (*antea*: virgineum ... pudorem). inst. virg. 17, 111 *ut ancilla dei* teneat claustra -ae. 17, 112 -am eius non *vincant* turtures. PRVD. c. Symm. 2, 1059 lex ... -ae *virginum sacrarum* vitae cum fine peracta. AVG. retract. 2, 22, 1 *ut* sanctimoniales, de quarum -a suspicio nulla praecesserat, deiecisse in nuptias diceretur *Iovinianus*. *al.* *respicitur Maria*: AVG. serm. 196, 2 si -am coniugalem quaeris, habes Susannam; si vidualem, habes Annam; si virginalem, habes Mariam. PETR. CHRYS. serm. 140[ter], 2 adstat *in Maria* sanctitas, sinceritas, -a, castitas *eqs.* 146, 7. CENTO de incarn. 14 casta -am ... servabat *Maria*.

γ *ecclesiam* (*in imag.; cf. p. 2486, 61*): CYPR. epist. 43, 4, 3 adulterinis doctrinis ecclesiae *tamquam Susannae* -am corrumpere. PS. CYPR. pudic. 2, 2 quanta -a exigitur, ubi ecclesia ... sponsa virgo praestetur? RVFIN. hist. 4, 7, 14 maledicorum fuco ecclesiae castitatem -amque lacerari. PETR. CHRYS. serm. 22, 6.

2 *de -a marium* (*ab iis fere aliena putatur l. 60, cf. p. 2483, 68, at contra p. 2486, 28. 2487, 49*): **a** *generatim*: RHET. Her. 4, 40, 52 *reus* suae -ae proditor est, insidiator alienae (*sim.* CIC. Rab. perd. 8 hunc nec suae nec alienae -ae pepercisse. Cael. 42. *al.; cf. l. 65. 68*). CIC. Verr. II 3, 8 (*ironice*) si non virtute, ... non pudore, non -a, ... at humanitate eius *Verris* delectamini. Cael. 11 de eius fama ac -a, cum iam ... vir ... esset, nemo loquebatur. *al.* VARRO frg. *v. p. 574, 5 sq.* SALL. Catil. 52, 32 parcite dignitati Lentuli, si ipse -ae, si famae suae ... pepercit. LIV. 39, 10, 4 -am, famam, spem ... perditum ire *sacris Bacchi obscenis*. VAL. MAX. 9, 1, 7. IVV. 10, 298 *filius formosus* trepidos ... parentes semper habet: rara est adeo concordia formae atque -ae. SVET. Nero 29 suam ... -am usque adeo prostituit, ut *eqs.* FLOR. epit. 4, 11, 9 *Cleopatra Octavianum frustra temptavit*; nam pulchritudo infra -am (pulcritudinem *var. l.*) principis fuit. PS. CYPR. pudic. 8, 2 exemplum -ae a Ioseph coepit (*de -a eiusdem*: FIRM. err. 13, 1 ZENO 1, 1, 16 AMBR. Ioseph 1, 2. *al.*). PANEG. 12, 4, 4 *sequebatur* te, *Constantine*, -a soli dicata coniugio, illum *Maxentium* libido stupris ... contaminata. *al.* **b** *speciatim respicitur stuprum inter mares* (*exempla certiora; cf. l. 73*): CIC. Mil. 9 -am cum eriperet militi *Mariano* tribunus (*in eadem re*: PS. QVINT. decl. 3, 3 p. 45, 2 -am in milite ... laudare erubesco: feminarum est ista virtus. *al.*). Phil. 2, 15 adeone pudorem cum -a perdidisti, ut *eqs.* (*huc traximus coll. 2, 44*). PS. CIC. in Sall. 7. SALL. Catil. 14, 7 iuventutem, quae domum Catilinae frequentabat, parum honeste -am habuisse (*si recte huc traximus*). PS. SALL. in Tull. 2 immoderatam eloquentiam apud M. Pisonem non -ae iactura perdidicisti? VELL. 2, 48, 3 suae alienaeque et fortunae et -ae prodigus *Curio* (*ad rem v. Cic. Phil. 2, 44 sq.*). VAL. MAX. 6, 1, 7 quo minus -ae quaestio perageretur (*antea*: quod ... de stupro appellasset *puerum*). SEN. dial. 4, 28, 7 -am servulorum suorum adtemptari non vult, qui non pepercit suae. 7, 13, 3. SVET. Iul. 2 desedit apud Nicomedem, non sine rumore prostratae regi -ae (*in eadem re*: 49, 1 -ae eius famam). *al.*

3 *de -a utriusque sexus, vel usu parum circumscripto (definitiones v. p. 2483, 65 sqq.); respiciuntur*: **a** *homines*: **α** *generatim*: CATO orat. 45 neque fidem neque iusiurandum neque -am multi facit *Thermus* (*nisi ad 2b, cf. Kienast, Cato, 1954, 51*). CIC. Verr. II 1, 68 -am liberorum servare ab eorum *legatorum Romanorum* libidine (1, 76 LIV. 39, 15, 14). Catil. 2, 25 (*syn.* pudor; *opp.* stuprum). leg. 1, 50 quid de verecundia, pudore -aque dicemus? *al.* SALL. Catil. 12, 2 *v. p. 1854, 68 sq.* PS. SALL. rep. 2, 7, 8 ubi divitiae clarae habentur, ibi omnia bona vilia sunt: fides, probitas, pudor, -a (*sim.* 2, 8, 4). PROP. 1, 16, 2 ianua ⌊Tarpeiae⌋ nota -ae (⌊ ⌋ *estne epitheton ornans pro 'priscae'?* patriciae *Phillimore; alii aliter*). SEN. contr. 1 praef. 9 expugnatores alienae -ae, neglegentes suae (QVINT. decl. 329, 9). 1, 2, 2 *sacerdoti* pro -a vota facienda sunt. VAL. MAX. 6, 1, 6 sanctam ... in civitate nostra -am fuisse. 6, 1, 9. SEN. benef. 1, 10, 2 in adulteria ... peccabitur, abrumpetque frenos -a. dial. 4, 13, 2 vacat -a, libido occupatissima est. *al.* TAC. ann. 14, 15, 3 *ludis iuvenalibus Neronis non reservatur* -a aut modestia aut quicquam probi moris. SVET. Aug. 34, 1 leges ... sanxit, ut ... de adulteriis et de -a (*item neglegentius laudatur* lex Iulia de -a COD. Iust. 9, 9, 8 sq. [*a. 224*], *quae rectius appellatur* de adulteriis coercendis, *e. g. ibid. 9, 9, 3* [*a. 213*]. *cf. p. 2487, 59*). CALP. decl. 3. APVL. Plat. 2, 27 p. 261 -ae ... honores maximos deferentes *cives boni*. VLP. dig. 27, 2, 5 qui -ae impuberi, *sc. pupilli educandi*, possunt insidiari. 47, 10, 15, 20 *in edicto* 'appellare' est blanda oratione alterius -am adtemptare. TERT. spect. 25 p. 25, 3 (*ironice*) -am ediscet attonitus in mimos *spectator* (*cf.* AVG. civ. 8, 18 p. 348, 12 *dei pagani* amant ... scaenicas turpitudines, quas non amat -a. *v. et l. 64*). *al.*

β *speciatim*: Ⓘ *in titulis librorum eorumve partium*: VAL. MAX. 6, 1 tit. (*item* capp. 6, 1) de -a. ZENO 1, 1 tit. (*item* capp. 1, 1) de -a. SERV. auct. Aen. 4, 45 Varro de -a (*e logistoricis, v. Dahlmann, RE suppl. VI 1267*). HIER. epist. 21, 3, 2 in eo libro, quem de -a ... scripsit *Tertullianus* (*de eodem opere*: vir. ill. 53, 5). SVPERSCR. cod. K. *al.* Ps. Cypr. pudic. de bono -ae (*sim. cett.*). cod. D (*sim.* F) Ps. Ambr. pudic. epistola ... de -a et castitate. Ⓘ *in doctrina christ.* (*cf. l. 22. 24 sqq. p. 2483, 71 sqq.*): TERT. cult. fem. 2, 11.7 salus nec feminarum modo, sed etiam virorum in exhibitione praecipue -ae statuta est. pudic. 1 p. 219, 21 christianae -ae ratio concutitur. PS. CYPR. pudic. 3, 1 -a semper verecunda, dum innocentiae mater est; -a semper ornatur solo pudore *eqs.* 4, 1 -a locum primum in virginibus tenet, secundum in continentibus, tertium in matrimoniis (*idem gradus memorantur e. g.*: AMBR. epist. extra coll. 14, 40 sunt ... virginitatis praemia, sunt merita viduitatis, est ... coniugali -ae locus. AVG. civ. 15, 26 p. 116, 11 -a coniugalis, ... vidualis, ... virginalis [*respic. Matth. 13, 8*]. serm. 196, 2 [*fusius de re; ibid. plur.* -ae, *sc. tres*]. QVODV. prom. 5, 5, 5 pro integritate virginali, ... pro continentia viduali, ... pro -a coniugali. *cf. p. 2485, 10*). LACT. inst. 6, 23, 28 (*27* quis mutum animal pudicum esse dixerit?) -a in homine laudatur, quia non naturalis est, sed voluntaria (*cf. e. g.* AMBR. in psalm. 61, 21, 1 'pretium' nostrum -a est, quae nos separat a pecudibus, angelis iungit). 6, 23, 36 etsi corpus nulla sit labe maculatum, non constat tamen -ae ratio, si animus incestus est (*sim. e. g.* epit. 61, 9. HIER. in Ier. 2, 32, 4 quid ... prode est corporis -a animo constuprato?). AMBR. Hel. 8, 22 ieiunium continentiae magisterium est, -ae disciplina *eqs.* (*cf. p. 2485, 9 et e. g.* HIER. epist. 117, 6, 4 difficile inter epulas servatur -a. PETR. CHRYS. serm. 8, 3 est ieiunium ... -ae propugnaculum). off. 1, 18, 69 bonus ... regendae castitatis pudor est comes, qui ... -am temptari non sinat (*sim. disting.*: AVG. civ. 1, 16 p. 28, 15 *stuprum sim. vi inlatum* animo -am non excutit, tamen pudorem incutit, ne *eqs.*). GAVDENT. serm. 15, 20 -ae servandae causa Iudaico populo abstinentiam ... porcinae carnis ... fuisse indictam ([*sc. lev. 11, 7 sq. deut. 14, 8*]. *cf. 15, 6* flammam carnalium vitiorum). *al.*

b *animalia*: PLIN. nat. 10, 104 ab iis *perdicibus* columbarum maxime spectantur ... mores ..., sed -a illis prima et neutri nota adulteria. FIRM. err. 9, 2 leonem dicunt ... -ae servare virtutem. AMBR. hex. 5, 3, 9 *scorpaena piscis* castitatem ... conubii ... servat; ... habet -am. 5, 19, 62 (*de hostiis Luc. 2, 24*) -a ad turturem refertur, ad columbam gratia (*de -a eiusdem*: 5, 19, 63. Iob 4, 1, 3 'vox t.' [*cant. 2, 12*] -a est. in psalm. 118 serm. 19, 13, 1. *cf. p. 2485, 28*). PETR. CHRYS. serm. 130[bis], 1 apes concubitus nescia ... ad formam -ae ..., quae ... ore concipit, ore parturit (*comparatur ecclesiae*).

B *laxius cum quolibet respectu, de puritate morum, sobrietate sim.* (*comprehensa nimirum castitate, maxime apud* PLAVT. *et* CIC.; *attulimus minus dubia, cf. e. g. p. 2485, 63*): PLAVT. Capt. 1036 qui -ae *fabulae actorumque* esse voltis praemium, plausum date (*cf. p. 2491, 55*). CIC. Deiot. 28 *si* saltatorem avum habuisses neque eum virum, unde pudoris -aeque exempla peterentur. Phil. 2, 3 *si meam disciplinam secutus esses, Antoni*, melius famae, melius -ae tuae consuluisses. PLIN. nat. 17, 244 -am subversam *Romae* Piso ... prodidit (*sc. Calp. hist. 38; v. Forsythe, The historian L. Calp. Piso, 1994, 404 sqq.*). VLP. dig. 3, 1, 1, 5 ne contra -am sexui congruentem alienis causis se immisceant, ne virilibus officiis fungantur mulieres. 36, 1, 23, 4 quod ... mulieris -ae ... congruebat (*sc. quae servavit fidei commissum*). VET. LAT. I Tim. 2, 15 (Ambrosiast. *al.*) salva ... erit *mulier* per filiorum generationem, si manserint in fide ... et sanctimonia cum -a (*gr. σωφροσύνης, cod. 75. al. et Vulg.* sobrietate, *Ambr. parad.*

[Cipriani]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

14, 72 castitate). 3, 4 (Hier. adv. Pelag. 1, 22) *episcopum* filios habentem subditos cum omni -a (*gr. σεμνότητος, cod. 77. al. et Vulg.* castitate). MACR. Sat. 2, 1, 2 hoc convivium, quod et heroici saeculi -am et nostri conduxit elegantiam, in quo splendor sobrius et diligens parsimonia *eqs.* (*cf.* SIDON. epist. 4, 9, 1 servat ... domus ... -am: servi utiles, ... humanitas grandis grandiorque sobrietas). EPIST. imp. Constant. ad eccl. Alex. rec. Par. 5 *tot* episcopis, -a et sagacitate mirandis (*gr. σωφροσύνῃ, rec. Ver.* castitate). *al.* *inter quattuor illas virtutes pro temperantia* (*cf. e. g. p. 2377, 42 sqq.*): APVL. Plat. 2, 1 p. 220 esse animi virtutes, prudentiam, iustitiam, ₍t₎-am₍ₐ₎, fortitudinem (₍ₐ₎ *quam ibid. postea* continentiam *appellat*).

appendix iuncturarum notabiliorum ad I (*exempla selecta*):

1 *cum verbis*: PLAVT. Epid. 405 -am ... servare (CIC. Verr. II 1, 68 VERG. georg. 2, 524 SEN. contr. 1, 2, 20. *al.; cf.* conservare: APVL. met. 9, 17, 3 COD. Iust. 5, 35, 3 pr.). FRG. scaen. inc. (*v. p. 2484, 11*) 16 retineat -a⟨m⟩ (HIER. adv. Iovin. 1, 49 p. 282[A] [*e Sen., v.* frg. 78]. AVG. civ. 1, 16 p. 28, 15). CIC. Verr. II 1, 76 defenderat (har. resp. 9 HYG. astr. 2, 18, 1). Rab. perd. 8 -ae pepercisse (*al., v. vol. X 1, 334, 80 sq.*). Cael. 49 expugnare (*al., v. vol. V 2, 1809, 66 sqq.; cf.* expugnator *p. 2484, 46. 2486, 6*). prov. 24 *qui* -am ... violasset (har. resp. 43 LIV. 2, 7, 4. 38, 24, 10. *al.*). LIV. 1, 58, 7 amissa -a (TAC. ann. 4, 3, 3 PRVD. c. Symm. 1, 175. *al.*). SEN. contr. 1, 2, 20 vindicabit (VAL. MAX. 6, 1, 13 FLOR. epit. 1, 26, 5). 2, 7, 7 custodivit (*al., v. vol. IV 1567, 36 sqq.; cf.* custos -ae: VAL. MAX. 6, 1, 4. 8, 1 absol. 2). VAL. MAX. 6, 1 ext. 1 *ut* -am tueretur (LACT. inst. 5, 10, 15 AMBR. off. 2, 15, 72. *al.*). SEN. dial. 4, 28, 7 adtemptari (*al., v. vol. II 1118, 50 sqq.*). rem. fort. 16, 2 perdiderunt (AMBR. virg. 2, 4, 24 AVG. civ. 1, 18 p. 29, 23). SVET. Nero 29 prostituit (LACT. inst. 3, 21, 6). PAVL. sent. 5, 4, 14 corrumpendae -ae gratia (CYPR. epist. 43, 4, 3. *al.*). *al.* **2** *cum adi.*: CIC. Verr. II 1, 68 tutam (VAL. MAX. 6, 1, 9 GAVDENT. serm. 15, 22. *al.*). SEN. contr. 1, 2, 20 intactam (AVG. civ. 5, 23 p. 235, 23 COD. Iust. 5, 35, 3 pr.). VAL. MAX. 6, 1, 6 sanctam (*cf.* sacra: SYMM. epist. 9, 147 PRVD. c. Symm. 1, 175). MELA 1, 46 insignis (HIER. adv. Iovin. 1, 32 CE 2113, 2. *al.*). TERT. cult. fem. 2, 13 l. 15 christianae (pudic. 1 p. 219, 21 HIER. adv. Iovin. 1, 41. *al.*). AMBR. Abr. 1, 2, 9 coniugalis (HIER. in Os. 2, 13 l. 283. *al., e. g. p. 2485, 32. 2486, 34*). hex. 5, 19, 62 corporalis (AVG. de mend. 20, 41). HIER. epist. 130, 4, 2 virginali (AVG. c. Iulian. 4, 8, 49. *al., e. g. p. 2485, 33*). AVG. serm. 196, 2 vidualem (FVLG. RVSP. epist. 3, 10. *al., e. g. p. 2486, 35*). *al.*

II *-a dea, vel virtus quasi persona ficta*: **A** *per se posita*: **1** *de dea publice culta* (*v. e. g. Radke, RE XXIII 2, 1942 sqq.*): **a** *agitur de -ae templo, ara sim.*: PROP. 2, 6, 25 templa -ae quid opus statuisse puellis, si *eqs.*? LIV. 10, 23, 3 in sacello -ae patriciae (10, 23, 5 *v. p. 2489, 24; cf. p. 2486, 5*). 10, 23, 7 (*loq. Verginia*) aram ... -ae plebeiae dedico (FEST. p. 237 p. -ae sac[c]ellum). FEST. p. 242 -ae signum in foro[u] bovario est (*postea*: nefas est attingi *signum Fortunae muliebris,* nisi ab ea, quae semel nupsit). IVV. 6, 308 -ae ... aram (SCHOL. apud -am concumbunt. *cf.* INSCR. numm. imp. Trai. II p. 298 n. 733 ara pudic(itiae)). AVG. civ. 4, 20 p. 170, 6 in illa una *dei* virtute et fides est et -a, quae ... in aedibus propriis altaria meruerunt. **b** *agitur de ipsa dea: apud scriptores*: VAL. MAX. 6, 1 praef. unde te, virorum pariter ac feminarum ... fundamentum, -a, invocem? tu ... Vestae focos incolis *eqs.* PLIN. nat. 2, 14 -am, Concordiam *eqs.* IVV. 6, 1 credo -am Saturno rege moratam in terris (*comitem Astraeae ut* 6, 14). LACT. epit. 16, 1 commenticios deos senatus instituit ... Pacem, -am, Pietatem. CLAVD. 1, 195 ex aethere lapsam ... -am. *al.* *in nummis* (*nom.* -a *iuxta imaginem deae saepe velatae, parte obversa saepe cum effigie Augustae*): INSCR. numm. imp. Hadr. II p. 356 n. 135 pudic(itia). p. 388 n. 406 sq. -a. p. 477 n. 1032 sq. -a s(enatus) c(onsulto) (*item* Pii III p. 192 n. 1380. *al.* Aur. III p. 353 n. 1758. *al.*). Pii III p. 94 n. 507. Aur. III p. 270 n. 707. *et saepe.*

2 *exempla cetera* (*potiora, cf. p. 2483, 53*): MART. 6, 7, 2 Iulia lex ... renata est atque intrare domos iussa -a est (*cf. p. 2486, 13*). TERT. cult. fem. 2, 1 l. 9 eius templi, *sc. hominis,* aeditua et antistita -a est. PRVD. psych. 41 virgo -a ... fulget in armis, quam ... sodomita Libido adgreditur (*in eadem re*: 99. 238 -ae gelidum iecur). EVSEB. EMES. serm. 23, 2 cum ... -a fuerit ingressa, ... concupiscentiae et libidines ut ancillae *visa domina fugiunt.*

B *refertur ad homines singulos*: CIL X 6351 (*saec. I*) -ae Caec⟨iliae⟩ Q(uinti) f(iliae) Metro⟨dorae⟩ (*v. Solin - Kajava in: Rupes loquentes, Atti ... a cura di L. Gasperini, 1992, 345 sqq.*). VIII 993 statua -ae Aug(ustae), *sc. Plotinae,* ... ornaverunt *aedem* (*item abbrev.* -a Aug. *e. g.* INSCR. numm. imp. Heliog. IV 2 p. 46 n. 221B. Gord. IV 3 p. 40 n. 240. Phil. IV 3 p. 83 n. 123. *et saepe; perscribitur* -a Augustae *ibid.* Dec. IV 3 p. 138 n. 137. *al.*). *Cipriani.*

[pudīcitior (-ius) *pro* pudicior (-ius) *edd. vet. p. 2492, 13 et* HIER. in Tit. 1, 6 p. 564[B] (*v. ed. Bucchi* l. 317).**]**

[pudīcundus *v. p. 2482, 70.***]**

pudīcus, -a, -um. *a* pudere (*aliter* PAVL. FEST. p. 24 antiqui putum pro puro dicebant, unde deducuntur pudor et -us). *scribitur* pudecissim(a)e INSCR. Année Épigr. 1995 n. 1745 (*Theveste; christ.*). *notatur* pudic CIL VI 13303 (*saec. II²/III¹ ut* INSCR. Année Épigr. 1996 n. 418 [*Puteolis*]), pud *p. 2490, 52.* NOT. Tir. 52, 15 -us. *de formis: abl. plur. fem.* -abus GELL. hist. 23; *compar.* -ior OV. Ib. 349 MART. 2, 54, 2. *al.* (*cf.* magis -us MART. 8, 54, 4), *superl.* -issimus *inde a* CIC. Phil. 2, 99 PETRON. 112, 3 PLIN. nat. 7, 120, *saepe in titulis. legitur singulis locis, ni aliter indicavimus, inde a* PLAVTO (*18*), TER., GELL. hist., AFRAN., *inscr. p. 2489, 32* (*et saepe*), CIC. (*8*), CATVLLO (*6*), PVBLIL., HOR. (*9*); *vocem neglegunt e. g.* TIB., LVCAN., TAC.; *in hexametris ultimum fere locum obtinet exceptis* AVSON. 10, 9 (168 S.), 23. 10, 19 (178 S.), 3. CE 546, 6. *al.* [*falsa var. l. pro* impudicus CIC. Phil. 2, 6 (*falso trad.* PVBLIL. sent. V 11), pudicitia TERT. *p. 2484, 29; falso trad. pro* podicis LVCIL. 1267.]

significatur is, qui est habitu pudentis, i. qui fugit quodcumque pudorem movet, sc. intemperantiam libidinis variasque turpitudines, ut vergat in vim q. e. castus, verecundus, probus sim. **(***epitheton est fere hominum multoque saepius feminarum quam marium [cf. l. 33]; de deabus p. 2489, 44. 2490, 50 [cf. l. 53. p. 2490, 46], de animalibus l. 72. p. 2486, 38 [cf. p. 2491, 12]; transfertur ad res sub IA2, IB2, IIB***).** *coniungitur saepe c. adi. notionis affinis (etiam in serie plurium epithetorum, e. g. l. 68. p. 2489, 32. 36. 42), imprimis* castus *l. 63. p. 2489, 34. 2490, 49. al.* (*cf.* caste -a *p. 2489, 37*), frugi *p. 2489, 16. 32. 2491, 35. al.,* pius *p. 2489, 3. 64. al.,* probus *l. 45. p. 2489, 8. 13. al.,* sanctus *p. 2489, 40. 2491, 3. al.* (*cf.* sancte -a *p. 2489, 27), sim. al.; opp. e. g.* impudicus *l. 46. p. 2490, 38 et saepius,* lascivus *p. 2489, 56 (cf. p. 2491, 67); nota oxymoron p. 2490, 18, iuncturam etymol. p. 2490, 4.* *indicatur, quo respectu aliquis sit -us, per abl. p. 2489, 49. 56. 61. 2491, 50 sq.; in quem, per dat. p. 2489, 44, praepos.* erga *p. 2489, 64,* in *c. acc. p. 2489, 41. 2491, 10* (*cf. praepos.* ab *indicantem, a quo abstineatur, p. 2490, 37*). *adhibetur pro subst. fem. l. 40. p. 2489, 6. 2490, 44. al., masc. l. 57. p. 2491, 33. 48, neutr. p. 2490, 12. 2491, 64.*

I *strictius respicitur res veneria et ratio, quae intercedit inter sexum utrumque*: **A** *usu communi* **(***pertinet saepissime ad uxores, quae imprimis fidem servant matrimonii [unici e. g. p. 2489, 8. 25. 42; cf. l. 73] vel etiam debitum viro praestant affectum, auxilium [e. g. l. 40. 48; v. Wistrand, Misc. Propertiana, 1977, 34 sqq.], sed colores frustra separare temptaveris; de concubinis p. 2489, 7. 13. al., de aliis feminis e. g. p. 2489, 14. 29. 44; de maribus l. 57. p. 2489, 46, de avibus l. 72; ironice e. g. p. 2489, 13. 14. 47***)**: **1** *de animantibus*: **a** *loci generales*: **α** *de feminis:* *pro subst.*: PLAVT. Amph. 712 appellare itidem, ut -ae suos viros, quae sunt, solent. 838 ut -am decet ([*quae seq., v. p. 2484, 42*]. PRIAP. 66, 2. *cf. p. 2489, 19*). CATVLL. 110, 5 aut facere ingenuae est, aut non promisse (*i.* promisisse) -ae ... fuit. PVBLIL. sent. A 36 animo virum -ae, non oculo eligunt. PROP. 3, 13, 9 haec etiam clausas expugnant arma -as, *sc. dona pretiosa.* OV. am. 3, 14, 13 saltem ... imitare -as, teque probam ... esse putem. SEN. contr. 2, 7, 7 qui impudicas quaerunt, -as honorant? *al.* *adi.*: CIC. phil. frg. X 3 cum vinolenti adulescentes ... mulieris -ae fores frangerent (HOR. epod. 2, 39 si -a m. in partem iuvet domum *eqs.* GELL. 12, 1, 19. *cf. p. 2489, 26*). HOR. carm. 4, 9, 23 pro -is coniugibus puerisque (CLAVD. 20, 89 more -ae coniugis. *cf. p. 2489, 17*). OV. epist. 17, 41 matrona ... rara -a est (CYPR. ad Donat. 8 quae -a fortasse ad spectaculum m. processerat, de spectaculo revertitur impudica. *al.; cf. p. 2489, 22*). Pont. 4, 13, 29 esse -arum te Vestam, Livia, matrum. SEN. contr. 2, 1, 24 quae malam faciem habent, saepius -ae sunt. SEN. benef. 4, 14, 1 non dicam -am, quae ... aut legem aut virum timuit (*cf. l. 58*). 4, 33, 2 quis ... pollicetur ... marito -am uxorem? (TERT. apol. 3, 4. *al.*). *al.* **β** *de maribus vel de utroque sexu* (*masc. pro subst. l. 62 sqq. 69. al.*): CIC. leg. 1, 51 possumus eos, qui a stupro arcentur infamiae metu, -os dicere? (*cf. l. 55 et* AVG. nupt. et concup. 1, 3, 4 absit ... -um veraciter dici, qui non propter deum verum fidem conubii servat uxori). SVET. Nero 29 neminem hominem -um aut ulla corporis parte purum esse. TERT. anim. 32, 8 non ideo *per metempsychosin* ... fient ... columbae ex -is (*cf. l. 74*). MIN. FEL. 29, 1 *incredibilia* de castis fingitis et -is (*sim.* LACT. inst. 7, 26, 10 de -is et innocentibus). PAVL. dig. 47, 10, 10 adtemptari pudicitia dicitur, cum id agitur, ut ex -o impudicus fiat. CYPR. ad Donat. 8 an possit esse, qui spectat *fabulas,* integer vel -us (*item respicitur theatrum*: COMM. apol. 210. *cf. l. 52*). ARNOB. nat. 4, 36 p. 244, 26 *in script. sacris* aliud auditur nihil, nisi quod humanos faciat, nisi quod mites, verecundos, -os, castos. FIRM. math. 1, 7, 42 -is ac sobriis impudicus ac dissolutus in honoris petitione praelatus est (*nisi ad II*). AVG. civ. 14, 23 p. 49, 20 -us et religiosus lector vel auditor. COMM. instr. 2, 18, 16 *matronae,* induite vestes, quas oportet, ... tantum ut -o proberis. *al.* *de avibus* (*cf. p. 2486, 53*): TERT. monog. 8, 9 *simplicitatem* avis ... -ae, quam unam unus masculus novit (*sc. columbae; cf. l. 62*). HIER. adv. Iovin. 1, 30 p. 252[B] turtur avis -issima (ISID. orig. 12, 7, 60 avis -a).

[Massaro]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *usu circumscripto de singulis personis vel coetibus*: **α** *de feminis*: Ⓘ *apud scriptores* (*exempla selecta post* HOR.): PLAVT. Amph. 932 meam -am esse uxorem (1086 piam et -am. SEN. contr. 1, 4, 1 aut impudica. exc. 2, 7. PETRON. 112, 3 exspirasse super corpus viri -issimam u., *matronam Ephesiam.* MART. 9, 66, 1. *al.*). Curc. 25 num tu -ae quoipiam insidias locas aut quam -am esse oportet? Mil. 509 concubinam erilem insimulare ausus es probri -am. GELL. hist. 23 pro duabus -abus (*deficiente contextu*). AFRAN. com. 116 proba et -a ... sum (*117* uno ut simus contentae viro). CIC. Verr. II 4, 102 (*ironice*) qualem ... illam feminam fuisse putatis ..., quam -am, quae cum Verre loqueretur, quam religiosam? (Phil. 2, 99 -issimam. PLIN. nat. 7, 120 -issima f. semel matronarum sententia iudicata est ... uxor Fulvi Flacci, ... iterum ... Claudia. *al.*). CATVLL. 42, 24 -a et proba, redde codicillos (*ironice, cf. 19* moecha putida). 76, 24 *ut Lesbia* esse -a velit. HOR. epod. 17, 40 (*ironice ad Canidiam*) tu -a, tu proba perambulabis astra. sat. 2, 5, 77 *ad adulterum* perduci poterit tam frugi tamque -a? (*de Penelopa ut*: MART. 11, 104, 15. *cf. p. 2490, 18*). carm. 3, 5, 41 *Regulus* fertur -ae coniugis osculum ... ab se removisse (OV. Pont. 4, 11, 7. *cf. p. 2488, 49. l. 38*). OV. fast. 2, 757 lacrimae ⌊decuere -am⌋ ([cecidere -ae *var. l., cf. l. 72*]. *de Lucretia ut*: 2, 794 nupta -a. VIR. ill. 9, 2 -issima iudicatur. *al.*). 4, 344 Claudia ... credita vix tandem teste -a dea, *sc. Magna Matre* (*adde l. 12; cf. p. 2490, 63*). Ib. 349 (*ironice*) nec tibi contingat matrona -ior illā, *sc. Aegialia adultera* (PLIN. nat. 1, 7, 35 m. -issimae [*enumerantur l. 12*]. *al.; cf. 2490, 1. p. 2488, 51*). LIV. 10, 23, 5 cum se Verginia et patriciam et -am in patriciae Pudicitiae templum ingressam ut uni nuptam, ad quem virgo deducta sit, ... gloriaretur. PETRON. 112, 7 (*ironice*) mulier non minus misericors quam -a (APVL. apol. 69, 2 m. sancte -a, tot annis viduitatis sine culpa. *al.; cf. p. 2488, 47*). MART. 10, 35, 16 hac ... magistra, *sc. Sulpicia,* esses doctior et -a, Sappho. CYPR. epist. 43, 4, 3 *presbyteri* Susannam -am corrumpere ... conati sunt (AMBR. Abr. 2, 6, 36 manebat apud deum S. -a valde. *cf. p. 2485, 1*). *al.* Ⓘⓘ *in titulis* (*sepulcralibus praeter l. 44; pauca selecta, adde e. g. p. 2479, 59*): CIL I² 1349 Pontia uxsor fruge bona -a (X 1699 [*saec. II in.*] u. -i⟨ss⟩im(a)e et opsequent⟨is⟩sim(a)e. VI 28785 [*saec. II*] u. castae, pud⟨icae, cum⟩ qua vixit sine querela. *al.*). CE 1508, 3 (*Romae; saec. I ex.*) iuncta viro -a mansit (*1* quae rara fides). 237, 2 (*saec. II¹*) Amymone Marci optima et pulcherrima, lanifica, pia, -a, frugi, casta, domiseda. CARM. Notiz. Scavi 1931, 30 vers. 3 (*saec. II?*) pia vixisti casteque -a. CIL XI 4446 (*saec. II*) coniugi ... insigni forma, castae, -ae, piae (INSCR. Année Épigr. 1988 n. 188 [*saec. II²*] c. -issimae. CE 469, 5 [*saec. III²*] cum c. sancta -a. *al.*). VIII 647, 10 (= CE 116 adn.; *saec. III¹*) in virum religiosa, in se -a, in familia mater fuit (*13* pudore solo). 11294 avia piissima, -a, religiosa, laboriosa, frugi, ... univira, unicuba, ⟨t⟩otius industriae et fidei matrona. CE 1578, 1 (*saec. III?*) o formosa nimis semperque -a maritis *duobus.* *al.* *de dea*: CIL VI 784 (*saec. I?*) Veneri -ae ... ex viso donum posuit.

β *de maribus vel de coetu utriusque sexus*: PLAVT. Aul. 285 prostibulum ([*ironice, v. p. 2234, 73*]. *respicitur stuprum inter mares ut*: CIC. Tusc. 4, 70 ut sint ... -i, solliciti ... sunt *in Graecorum gymnasiis.* CATVLL. 21, 12 desine, dum licet -o. CVRT. 6, 7, 13. MART. 2, 54, 2 qua parte velit *uxor te* -iorem. IVV. 3, 111). CATVLL. 16, 4 me ex versiculis meis putastis ... parum -um (*5* castum esse decet pium poetam). MART. 6, 4, 5 debet tibi, *Domitiane,* Roma quod -a est (*cf. e. g. p. 2487, 59 et* 9, 5, 2 -e princeps, *sc. Dom.*). QVINT. inst. 1, 10, 32 concitatos ad vim -ae domui adferendam iuvenes (*cf. var. l. dub.* CIC. Phil. 2, 6 *vol. VII 1, 712, 20*). PROB. vita Pers. l. 35 ⌊fuit frugi, -us⌋ (*secl. Leo; antea*: verecundiae virginalis). HADR. carm. frg. 2 lascivus versu, mente -us eras. TERT. pudic. 1 p. 220, 24 meliorem me et -iorem recognosco. adv. Val. 34, 1 -iores alii ... maluerunt nullum Bytho *deo* sexum deputare (*alii duplex coniugium, v. 33, 1*). CIL VIII 646 *v. p. 2436, 65.* AMBR. paenit. 1, 14, 72 adulterii cupida mulier ... -um virum ligare non potuit (*de Ioseph ut e. g.* CHROMAT. serm. 24, 2 et corpore castus erat et mente -us). *al.*

2 *de rebus ad -os pertinentibus*: **a** *de animo eiusve habitu, indicio vel de corpore eiusve partibus*: PLAVT. Most. 206 mulierem lepidam et -o ingenio (TER. Hec. 152 pium ac -um [DON. *ad l.* 1 -um erga virginem. *item* 3]). OV. epist. 7, 5 (*Dido Aeneae*) famam corpusque animumque -um cum male perdiderim (SIL. 15, 274 -i, ductor, macte a. [*271* indelibata ... virgine]. COD. Theod. 9, 16, 3. *al.; cf. p. 2491, 5*). met. 7, 720 donis ... -am sollicitare fidem. 7, 734 -i ... mores *Procridis* (trist. 3, 7, 13. PLIN. nat. 28, 106 severos, non modo -os m. induere. *al.; cf. p. 2491, 55*). Pont. 3, 3, 51 scripsimus haec *carmina amatoria* illis, quarum ... vitta -os *non* contingit crines. VAL. MAX. 6, 3, 6 *Horatius sororem* interemit, parum -as ratus lacrimas, quae praepropero amori dabantur (*cf. l. 19*). STAT. Theb. 9, 808 haerebat iuveni devinctus amore -o ... Dorceus (QVODV. prom. 2, 21, 41 [*in imag.*] animas unius sponsi Christi -o a. cubile servantes. *al.; cf.* STAT. Theb. 12, 186 hortantur *Argiam* pietas ignesque -i [*194* castissimus ardor]). IVV. 6, 49 capitis matrona -i (*i. non fellatrix? cf. p. 2488, 51*). TERT. apol. 30, 5 *deo* offero ... orationem de carne -a, de anima innocenti ... profectam (CHROMAT. in Matth. 9, 2 l. 51). AMBR. exc. Sat. 1, 52 -o quodam mentis pudore ..., cum quo castimonia quoque corporis congruebat. RVFIN. hist. 2, 13, 7 quae pro ... obscaenitate sui castis et -is auribus execrabilia ... ducantur (AVG. civ. 14, 23 p. 49, 11 veniam ... a -is a. poscere. *al.*). *al.* **b** *de dictis, actionibus variis, condicionibus sim.*: CIC. Verr. II 3, 160 qui *filius* in patris luxurie sic vixerit, ut nullum umquam -um neque sobrium convivium viderit ([*postea*: inter impudicas mulieres et intemperantes viros]. MIN. FEL. 31, 5 c. non tantum -a colimus, sed et sobria [*nisi ad p. 2491, 48*]). Phil. 2, 69 quid ... umquam domus illa *Pompei* viderat nisi -um *eqs.* CATVLL. 16, 8 si *mei versiculi* sunt molliculi ac parum -i. PROP. 2, 23, 22 nolim furta -a tori (*per enallagen pro* -i tori, *v. e. g. Fedeli, 2005, ad l.*). 2, 32, 21 (*ad Cynthiam*) famae iactura ⌊-ae⌋ (*nisi est gen. subst.*). OV. epist. 1, 85 (*Penelope Vlixi*) *pater meus* pietate mea precibusque -is frangitur, *ne alii nubam.* 9, 35 (*Deianira Herculi*) votis operata -is torqueor *desiderio tui.* Pont. 3, 1, 107 fraude -a ... fallere ... procos (*more Penelopis ut*: SIL. 2, 180 arte -a). PLIN. nat. 36, 20 *Coi praetulerunt statuam Veneris velatae* severum id ac -um arbitrantes. STAT. silv. 2, 2, 145 sanctus ... -ae servat amicitiae *coniugalis* leges amor. 5, 1, 62 *uxor quaedam* mallet cum paupertate -a intemerata mori. CARM. CIL II² 7, 540 (*saec. I ex./II in.*) coniunx ... vitā miranda -ā (CE 492, 7 [*saec. III*]. *al.; cf. p. 2491, 13*). IVV. 6, 193 non est hic sermo *graecus* -us in vetula; ... lascivum ... illud ζωὴ καὶ ψυχή. GELL. 9, 10, 4 concubii -i secretum. *al.* **c** *de variis rebus corporeis (de tempore l. 30), sc. per enallagen*: PROP. 2, 32, 55 lectum servare -um. OV. am. 1, 8, 19 thalamos temerare -os (met. 3, 282 CLAVD. 18, 99). epist. 6, 134 (*Hypsipyle Iasoni*) me tibi teque mihi taeda -a dedit. SEN. Ag. 110 -os coniugis ... toros et sceptra castā vidua tutari fide (MART. 10, 47, 10 non tristis t. et tamen -us). PETRON. 133, 1 an contentus fuit vidua -aque nocte *Ascyltos*? QVINT. inst. 1, 10, 32 *v. p. 2489, 53.* AVSON. 21 (419 S.), 14, 66 non pontificis cubile castius nec pulvinar flaminis tam -um.

B *cum acumine respicitur veneris abstinentia plena*: **1** *de animantibus*: **a** *vario usu: de puellis, quae nondum cum viro concubuerunt* (*fort. de puero l. 47*): PLAVT. Cas. 81 quam servi ... uxorem expetunt, ea invenietur et -a et libera ... nec quicquam stupri faciet. Curc. 51 tam a me -a est *puella* quasi soror mea sit, nisi si est osculando quippiam impudicior. 57 illa est -a neque dum cubitat cum viris. 699. LIV. 3, 45, 6 (*loq. sponsus*) virginem ego hanc sum ducturus nuptamque -am habiturus (*de Verginia ut*: 3, 50, 6 si liberae ac -ae vivere licitum fuisset [*opp.* ad stuprum rapi]. 3, 50, 8. VAL. MAX. 6, 1, 2 -ae ... interemptor quam corruptae pater esse maluit). SEN. contr. 1, 2, 16 probabo *prostitutam esse* indignam sacerdotio: primum, etiamsi -a sit, deinde *eqs.* suas. 3, 1 prior est salus -ae, *sc. Iphigeniae* (*postea*: virginitati). *al.* STAT. Ach. 1, 757 comites ... -as *Deidamiae.* MART. 4, 6, 1 credi virgine castior -a ... cupis (CE 1504, 48 [*saec. II²/III¹*]. *al.*). PRIAP. 31, 2 (*furi*) licebit ipsa sis -ior Vesta (*dub. utrum mas an femina, v. ibid. 4*). *al.* *de Hippolyto*: HOR. carm. 4, 7, 25 infernis ... tenebris Diana -um *non* liberat Hippolytum. SEN. Phaedr. 1196 iuvenis ... castus ..., -us, insons. AVSON. 14, 19 (362 S.), 24. PRVD. c. Symm. 2, 54 -um ... iuvenem. *de deabus* (*cf. l. 46*): STAT. silv. 2, 3, 25 -i ... turba chori *nympharum Dianae.* INSCR. Année Épigr. 1983 n. 697 (*Gallia Lugd.; saec. II?*) ca⟨s(tae)⟩ pud(icaeque) Minerv(ae). PERVIG. Ven. 40 ipsa *Venus* vellet te, *Diana,* rogare, si -am flecteret (*41* si deceret virginem). SYMM. epist. 9, 148 *virgo, quae sacra Albana curabat, incesto* ⌊-i numinis⌋ maculavit arcana (⌊ ⌋ *Lectius,* publici criminis *trad.*, publicarum caerimoniarum *Iuretus*). MACR. Sat. 1, 12, 27 Varro ... tradit *Maiam* adeo -am, ut ... *numquam* virum ... viderit. MART. CAP. 2, 174 *Themis* decens ac -issima puellarum.

b *de virginibus sacris, sacerdotibus vel sim.*: **α** *paganorum: de Vestalibus*: SEN. contr. 1, 3, 6 -ae sacerdotis ... discursus (*acerbe de incesti damnata*). CIL VI 2141 (*a. 300*) v(irgini) V(estali) maximae, sanctissimae, religiosissimae, -issimae, praestantissimae. PERVIG. Ven. 71 -am virginem (*Rheam Silviam*). VIR. ill. 46, 2 (*de Claudia; cf. p. 2489, 20*). AMBR. virg. 1, 4, 15 -ae adulescentes iubentur esse, impudicae anus, *sc. lege dimissae, eqs.* (*cf. p. 2485, 22*). *de sacerdote Isidis* (*nisi ad A vel ad II*): CE 547, 2 (*Romae; saec. II/III*) ⟨sacerd⟩os ... deae Nilo⟨tidis usque p⟩udica (*suppl. sec. gr. ibid., ubi iungitur Εἴσιδος ἁγνῆς*).

β *Christianorum*: CYPR. epist. 4, 2, 3 *virgines,* si se ex fide Christo dicaverunt, -ae et castae ... perseverent. hab. virg. 12 fugiant castae virgines et -ae incestarum cultus, habitus impudicarum. AMBR. virg. 2, 4, 23 (*22* virgo ... integritatem pudoris professa) *erat* tam -a, ut exspectaret *mortem.* HIER. epist. 49, 21, 3 *episcopi, presbyteri* post sacerdotium in aeternum -i. 125, 20, 1 (*ad monachum*) ut renatum in Christo ... quasi -am virginem exhibeam. RVFIN. Orig. in gen. 3, 6 p. 47, 9 *ecclesia* castis et -is virginibus floret, in quibus vera circumcisio ... facta est. *al.* *in imag. de ecclesia* (*cf.*

[Massaro]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 2490, 74): TERT. pudic. 1 p. 220, 13 *ecclesia* quae vera est, quae -a, quae sancta (*antea*: virgo est). CYPR. epist. 59, 1, 1 sponsam Christi incorruptam, sanctam, -am. 73, 11, 2 ecclesia incorrupta et casta et -a. *al.*

2 *de rebus ad -os pertinentibus*: **a** *vario usu de animo, actione, statu sim.* (*de parte corporis l. 15*): SEN. contr. 1, 2, 20 certum ... -i animi propositum *integritatis servandae.* SIL. 17, 31 (*loq. sacerdos*) si qua -a mente valet, si qua illaesi sibi corporis adstat conscia. TERT. virg. vel. 14, 10 ipsa concupiscentia non latendi non est -a. CYPR. epist. 62, 2, 3 *virginum* membra ... ad aeternum continentiae honorem -a virtute devota. hab. virg. 21 celebrentur lavacra cum feminis, quarum ⌊in vos⌋ (*om. cod. V*) -a lavatio est. PS. CYPR. singul. cler. 27 negotia (*v. p. 2502, 30*). AMBR. virg. 1, 8, 40 digna ... virginitas, quae apibus comparetur, sic ... -a, sic continens (*cf. e. g. vol. II 235, 69 sqq.*). HIER. epist. 54, 10, 4 nonnulli vitam -am adpetentium in medio itinere corruunt. *al.* *respicitur Maria* (*cf. l. 51*): PRVD. apoth. 574 *virgo* florens de fertilitate -a. cath. 11, 58 alvus -a. RVST. HELP. benef. 65 partu ... -o expletum est pietatis opus. **b** *poetice de corporeis* (*relatis ad metamorphosin fabulosam vel metonymice appellatis* [*l. 24*]): STAT. Theb. 1, 555 comitum *Phoebum advocantium* ... evincta -a fronde manus ([SCHOL. id est lauro; pulchre propter Daphnen, quae virgo permansit]. CLAVD. rapt. Pros. 3, 75 laurus, virgineos ... quae f. -ā umbrabat thalamos. *cf.* CE 1327, 7 Daphne, *i. laurus,* -a vi⟨ret⟩). 1, 697 seu rore -o Castaliae ... mergere crines *vis, Apollo* (*nomen fontis docte explicatum ut*: silv. 2, 2, 38 -os ... fontes. *de re cf.* SCHOL. *ad l. 21*). silv. 3, 1, 59 -is Itala terra focis ... excolit *Dianam.*

II *laxius spectat ad quoslibet probos mores* (*saepius comprehensa nimirum castitate; exemplа minus dubia, cf. e. g. p. 2488, 70*): **A** *de animantibus*: **1** *apud paganos*: PLAVT. Rud. 1062 (*servus servo*) si quidem sis -us, hinc facessas. Trin. 697 is est honos homini -o, meminisse officiom suom. 946 (*contextu manco*). Vid. 40 si tibi -o ⟨homine⟩ est opus et non malo. HOR. sat. 1, 6, 82 *pater me* -um, qui primus virtutis honos, servavit ab omni non solum facto, verum opprobrio quoque turpi. epist. 1, 16, 36 *populus* si clamat furem, neget *me* esse -um *eqs.* 1, 20, 3 (*ad librum suum*) odisti clavis et grata sigilla -o. QVINT. decl. 388, 29 (*de avia quadam teste*) filium sustulit – -ae argumentum est –, hunc curiose educavit. FRONTO p. 37, 5 vir frugi et -us (*opp.* nequam et improbus). DECRET. decur. Salens. (Inscr. Maroc. Gascou 307; *a. 144*) 3, 17 *praefectum alae* moderatum, verecundum, mitem, -um, ordinis reverentem, populi amantem. AVSON. 11, 4 (194 S.), 21 (*in elogio rhetoris cuiusdam*) laetus, -us, pulcher. CE 111, 23 (*saec. IV*^{2}) tu me, marite, disciplinarum bono puram ac -am *sacris initiasti.* *al.* **2** *apud Christianos*: VET. LAT. I Tim. 3, 2 (Hier. epist. 14, 8, 4. *al.*) *oportet episcopum* inreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, ⌊-um, prudentem⌋, ornatum *eqs.* (⌊⌋ *gr. σώφρονα, cod. 75. al. et Vulg.* prudentem; *cf. locum geminum* Tit. 1, 8 [Hier. in Agg. 2, 11. *al.*]. *de ambiguitate vocis gr. agit* HIER. in Tit. 1, 8 l. 504 sqq.). 3, 11 (cod. 78. *al. et* VVLG.) *oportet esse* mulieres ... -as, ... sobrias, fideles ([*gr. σεμνάς, cod. 75. al.* verecundas]. *in eadem re*: Tit. 2, 5 [Ambrosiast.] *anus* ⌊prudentes, -as⌋ [*versio duplex pro σώφρονας ut l. 42*]). TERT. apol. 39, 17 *in convivio nostro* bibitur, quantum -is utile est (*cf. p. 2490, 11*). CYPR. epist. 66, 7, 4 (*ironice*) Puppianus solus integer, inviolatus, sanctus, -us. PS. HIL. libell. 11 p. 84, 24 *mulier discat* esse ... incessu -am, non fucata forma procedere. AMBR. in Luc. 2, 54 (*ad 2, 19*) *Maria* non minus ore -a quam corpore argumenta fidei conferebat in corde. PRVD. perist. 1, 6 (*in imag.*) qui *locus* beatorum -us esset hospes corporum *martyrum.* *al.*

B *de rebus ad -os pertinentibus* (*cf. l. 53; neutr. plur.* -a *pro subst. l. 64*): PLAVT. Capt. 1029 ad -os mores facta haec fabula est neque in hac subigitationes sunt ... nec pueri suppositio *eqs.* PETRON. 2, 6 grandis et, ut ita dicam, -a oratio ([*opp.* ventosa istaec et enormis loquacitas]. *sim. de genere dicendi*: ADNOT. Fronto p. 216, 25 [*contextu manco*] modo dulce illud incorruptum sit et -um). GELL. 18, 5, 1 ludum et iocum ... in voluptatibus -is honestisque agitabamus. VET. LAT. Phil. 4, 8 (cod. 75. *al.* = VVLG.) quaecumque sunt vera, quaecumque -a, quaecumque iusta, ... haec cogitate (*gr. σεμνά, Ambrosiast.* magnifica). PS. HIL. libell. 16 p. 89, 7 qui *timor dei* castus est et -us (*sec. psalm. 18, 10*). PRISCILL. tract. 1, 24 *daemones* locum inter -a et religiosa non quaerant (*opp. opera carnis sec. Gal. 5, 19 sqq.*). PRVD. cath. 4, 16 *spiritus sanctus* intrat pectora candidus -a. ham. 671 *hominis* fibras ... animare -is pulsibus et totum venis infundere honestum. MACR. Sat. 1, 5, 11 cenam ... non lascivientem ferculis, sed quaestionibus doctis -am. *al.*

adv. ⁕**pudīcē.** *compar.* -ius *p. 2492, 9. 15. 28, superl.* -issime RVFIN. Clement. 9, 34, 5 AVG. adult. coniug. 2, 20, 21. HIST. Apoll. rec. A 47 (pudis- *trad.*). *de notione*: SYNON. Cic. p. 445, 34 sancte. caste. pure. -e. religiose. verecunde. GLOSS. -e: *σεμνῶς. αἰδημόνως.* [*perperam legebatur olim* FRONTO p. 257, 3.]

i. q. modo pudico, probe, caste: **1** *respectu morali* (*de varia praestantia morum, praevalente autem respectu castitatis p. 2492, 5 sq. 14. 22. 27 sq. al.*): **a** *formula* bene et -e *sim.*: PLAVT. Capt. 992 is *servus captivus* mecum a puero puer b. -eque educatust usque ad adulescentiam (Cist. 173 *meretrix* educavit eam *puellam* sibi pro filia b. ac -e). Curc. 518 b. ego istam *puellam* eduxi meae domi ac -e (TER. Andr. 274 b. et -e ... doctum atque eductum ... ingenium. Haut. 226 *mulierem* b. et -e eductam, ignaram artis meretriciae). 698 b. et -e me domi habuit *leno.* *iocose*: PLAVT. Amph. 349 tibi ... comprimam linguam. :: hau potes; b. -eque adservatur. **b** *exempla cetera*: PLAVT. Merc. 714 (*uxori, quae rure rediit*) urbani fiunt rustici? :: -ius faciunt quam illi, qui non fiunt rustici (SEN. contr. exc. 2, 7 [*si ἀπὸ κοινοῦ*]. QVINT. decl. 286, 7). TER. Andr. 74 *puella* -e vitam parce ac duriter agebat, lana ac tela victum quaeritans (EPICED. Drusi 41 actum ... -e omne aevum. *cf. l. 16; aliter*: PS. IOH. MED. hom. 10 p. 768 oculum -ius [-citius *ed.*] agite). CATVLL. 15, 5 conserves puerum mihi -e (*i. cave pedices eum*). PLIN. epist. 4, 13, 4 *pueri discentes* ubi ... -ius continerentur quam sub oculis parentum? CE 1142, 19 (*saec. I/II*) vitam habitam ... -e. APVL. met. 9, 24, 1 Larem mariti -e gubernabat (*antea*: servati pudoris ... femina). VLP. dig. 48, 5, 14, 5 an maritus -e vivens mulieri quoque bonos mores colendi auctor fuerit (VET. LAT. Tit. 2, 12 [Hier. *ad loc.* l. 358] ut ... -e et iuste et pie vivamus [*gr. σωφρόνως, cod. 77. al. et Vulg.* sobrie]. HIER. hom. Orig. in Ezech. 8, 3 p. 404, 24 [*opp.* fornicata]. AVG. epist. 157, 39 -e quamvis coniugaliter vivunt. *et saepe*). PS. HIL. libell. 11 p. 84, 1 *matrimonii* vinculum -e (-a *var. l.*) et communi castitate gerere (PASS. Petr. 1 p. 23, 14 ut -e et continenter se gererent). *al.* *loquendo, scribendo* (*c. respectu argumenti; aliter l. 32*): PLAVT. Poen. 1221 ut -e verba fecit, ... ut modeste orationem praebuit. QVINT. inst. 5, 11, 29 -e respondere. GELL. 9, 10 tit. Veneris et Vulcani concubitum -e operteque dixit *Vergilius* (*9, 10, 4* puris honestisque verbis). APVL. apol. 11, 5 *versus lascivi Platonis* tanto -ius compositi, quanto simplicius professi.

2 *respectu vario*: FRONTO p. 154, 10 (*in compar.*) *conviva* alter -e pranderit, alter labellis gesticulatus erit. GELL. 6, 14, 11 unumquodque ... genus *dicendi* ..., cum caste -eque ornatur, fit illustrius (*opp.* cum fucatur atque praelinitur). SOL. 37, 22 *chalcopthongos lapis* -e habitus servat vocis claritatem (*de veneris abstinentia ad vocem conservandam custodita cogitat Salmasius, Plinianae exercit., 1689, 541*^{E}).

deriv.: pudicitia. *compos.*: impudicus; depudico.

[pudimentum *perperam in ed. Stephani* GLOSS. II 220, 18.**]**

pudio *v.* puteo. *Massaro.*

⁕**pudor,** -ōris *m.* *a* pudere (*aliter* PAVL. FEST., *v. supra p. 2488, 2*). *scribitur* pod- INSCR. Dacorom. Popescu 191, 6 (*saec. IV*). Egger *p. 2495, 65 et hic illic in codd. rec.* NOT. Tir. 52, 14 -r. *genus masc. testatur* EXC. Bob. gramm. I 552, 19; *excipitur per pron. fem. p. 2495, 65.* *de prosodia: nom.* -ōr LVCIL. 1049. CE 81, 2 (*saec. I*^{1}), pū- CE 769, 9 (*saec. V/VI*). *de notione et differentia*: CIC. Tusc. 4, 16 sub metum ... subiecta sunt pigritia, -r, terror, timor *eqs.* (*cf.* GELL. 19, 6, 3 cum sit -r species timoris atque ita definiatur: timor iustae reprehensionis. AVG. enchir. 22, 82 -r timor est displicendi). APVL. Plat. 2, 3 p. 224 fortitudini ac timori medios -em et ignaviam fecit *Plato* (*antea p. 2483, 69*). DON. Ter. Andr. 633, 2 timor etiam malorum, -r tantum bonorum *hominum est.* 637, 1 -r est mali facti, verecundia recti et honesti. CHAR. gramm. p. 452, 25 -r: *ἐρυθρίασις.* HIL. in psalm. 69, 3 l. 7 -r et confusio ex dedecore est, aversio ex repulsa est. SYNON. Cic. p. 438, 14 -r. rubor. verecundia. probitas. modestia. continentia. GLOSS. -r: *αἰδώς. ἐρυθρίασις. αἰσχύνη.* verecundia. GLOSS.^{L} Corp. P 844 -r: scomo (*anglosax.*). *al., v. et p. 2483, 45 sqq.* *legitur in versibus inde a* PLAVTO, ENN., TER., *frequentat* OV. (*fere 120*^{ies}), *in prosa orat. inde a* QVADRIG. *p. 2496, 33,* RHET. Her., CIC. (*fere 120*^{ies}); *plur. non nisi* LYDIA 53 ALC. AVIT. epist. 53 p. 82, 3. [*confunditur in codd. imprimis c.* dolor, *e. g. p. 2497, 53. 65, et* rubor, *e. g. p. 2498, 30. 37 (cf. p. 2498, 2); trad. loco corrupto* CIC. de orat. 2, 182; *falso trad. pro* sudor SEN. dial. 9, 12, 1, *fort. pro* furor HOR. epod. 11, 18 (*v. Parker, Am. Journ. Phil. 121, 2000, 559 sqq.*).]

I *i. q. habitus eius, quem quid pudet* (*metonymias v. sub B, prosopopoeiam sub C, quo vergunt p. 2493, 58. 2495, 40. 2496, 28 [cf. p. 2486, 47] et ubicumque pro agente est* -r *alicuius, e. g. p. 2495, 3. 12. 2497, 33, generis humani p. 2493, 28; opp. habitus contrarius maxime p. 2493, 41 sqq. et e. g. p. 2495, 39. 57*). *iuxta sunt subst. notionis affinis (v. et p. 2496, 2 sq. 2497, 7 sq.), e. g.* fides *p. 2493, 28. 2495, 61. 2496, 2. al.,* metus *p. 2496, 34. 2497, 8. 2500, 1 sq.,* modestia *p. 2493, 16. 2494, 30. 2496, 52. al.,* pudicitia *p. 2483, 56. 2494, 74. al.* *adi. notabiliora*: castus *p. 2495, 5. 59. 2501, 57. al.,* ingenuus CATVLL. 61, 83. *al., v. vol. VII 1, 1546, 29 sqq.,* integer QVINT. decl. 265, 2. CE 652, 1 (*a. 368*). AMBR. off. 3, 13, 82. *al.,* purpureus *p. 2498, 36,* verecundus OV. ars 2, 572 trist. 4, 4, 50.

A *notione originaria* (*structuras v. p. 2499, 60 sqq.*): **1** *in universum*: **a** *respicitur habitus eius, qui delinquere non vult, turpiter agere recusat* (*fere metu reprehensionis [in publico v. e. g. p. 2493, 56. 2496,*

[Wk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

60. *73]; agitur de hominibus, sed de animalibus l. 37. 68. p. 2495, 71, de numinibus e. g. p. 2495, 8 sq.*): **α** *pertinet ad varias vitae condiciones*: Ⓘ *pleno respectu turpitudinis fugiendae*: Ⓐ *exempla varia selecta*: PLAVT. Epid. 167 *v. p. 2478, 53.* ENN. scaen. 328 deum me sentit, *i. censet,* facere pietas, civium porcet -r. CIC. inv. 2, 164 modestia, per quam -r ⌊honesti⌋ (-us *var. l.*) ... stabilem comparat auctoritatem (*item generaliter de vi animi e. g.* leg. 1, 50. fin. 2, 73 si -r, si modestia, si pudicitia, si ... temperantia poenae aut infamiae metu coercebuntur, non sanctitate sua se tuebuntur *eqs.* 4, 18 hoc solum animal, *i. homo,* natum est -is ac verecundiae particeps. APVL. *p. 2492, 48*). Verr. II 1, 137 venit homo summo -e, summo officio, spectatissimus ordinis sui, P. Titius (*laudatur puritas morum, probitas ut*: Caecin. 104. Cluent. 133 de huius -e, integritate, virtute *existimare.* Mur. 30 virtutes ... multum valent: iustitia, fides, -r, temperantia. *et saepe.* LAVS Pis. 106 iusta fides et plena -is libertas *eqs.* STAT. silv. 5, 3, 247 quid referam ... mores? ... pietas ..., cura -is ... amor recti. *al.*). Pis. 9 illa magistra -is et modestiae, censura. rep. 5, 6 ut -r cives non minus a delictis arceret quam metus. PVBLIL. sent. P 4 -r doceri non potest, nasci potest. CARM. CIL I² 3449g, 4 quem *puerum* -r inginiumq(ue) frequens decorabat. VERG. Aen. 5, 455 acrior ad pugnam redit *pugil* ...; tum -r incendit vires (*item lacessitur -r in certamine sim.*: VAL. FL. 4, 284 hunc -r, hunc ... spes ... instimulat. STAT. Theb. 6, 662. 6, 901 obsessus solo ... -e repugnat. Ach. 2, 151 *Chironem* verbis ... urgere -em *Achillis*). PROP. 3, 13, 50 aurum lex sequitur, mox sine lege -r (*agitur de moribus populi Romani eorumve corruptione ut e. g.* LIV. 10, 9, 6 qui tum -r hominum *priscorum* erat ..., nunc *eqs.* SIL. 11, 34 luxus ... consumptusque -r peccando. Ps. SALL. rep. 2, 7, 8 [*v. p. 2486, 4*]. IVV. 2, 39 felicia tempora, quae te moribus opponunt: habeat iam Roma -em). OV. met. 1, 129 fugit ... -r verumque fidesque *aetate aenea* (*sim.* fast. 1, 251 *sub Saturno* pro ... metu populum sine vi -r ipse regebat. *cf. p. 2499, 53*). LIV. 34, 2, 10 (*loq. Cato*) si sui iuris finibus matronas contineret -r (*item de -e feminarum non affectantium, quae virorum sunt*: STAT. Theb. 10, 570. IVV. 6, 252 quem praestare potest mulier galeata -em, quae fugit a sexu *eqs.*?). 34, 4, 12 *id,* quod alii liceat, tibi non licere, aliquid ... naturalis aut -is aut indignationis habeat. SEN. Oed. 65 diripitur ignis *rogi*: nullus est miseris *aegrotis* -r. epist. 83, 19 plures ... -e peccandi quam bona voluntate prohibitis abstinent. LVCAN. 9, 1060 remisit crimina Romano ... fortuna -i. PLIN. nat. 8, 12 *elephans notatus* inediā mortem ignominiae praetulit; mirus ... -r est *eis.* MART. 3, 46, 10 esse -r vetuit fortia verba mihi. QVINT. inst. 10, 7, 16 addit ad dicendum etiam -r stimulos, *sc. auditorum frequentiā* (*sim.* PLIN. epist. 7, 17, 8). TAC. ann. 11, 25, 3 ut iudicium censorum ac -r sponte cedentium *e senatu* ... ignominiam mollirent. *al.* Ⓑ *opp. vitia, affectus sim., ita ut vergat hic illic in notionem q. e. continentia sim.* (*exempla selecta; cf. e. g. p. 2495, 21. 52*): PLAVT. Rud. 620 statuite exemplum impudenti, date -i praemium (*cf. p. 2495, 37; sim. opp.* impudentia: CIC. Verr. II 2, 192 *honesti advocati Verrem non defenderent* neque in alterius i. sui -is existimationem amitterent. leg. agr. 2, 36 QVINT. inst. 6, 4, 10 FRONTO p. 53, 19. *al.; nota* AVG. nupt. et concup. 2, 7, 17 -is i.). CIC. Quinct. 79 illinc ... cupiditatem pugnasse et audaciam, hinc veritatem et -em (Cluent. 83. Phil. 13, 10 libidines, scelera, ... a. SALL. Catil. 3, 3 a., largitio, avaritia. VITR. 6 praef. 6 a. protervitatis. SEN. epist. 10, 2. *sim. opp.* audax: SEN. benef. 6, 24, 1). 93 habere domum clausam -i et sanctimoniae, patentem ... cupiditati et voluptatibus (fin. 2, 113 *animo* inest moderator cupiditatis -r. NEP. frg. 39 Marsh. qui *philosophi* ... de -e et continentia praecipiant ..., eosdem in ... libidinum cupiditatibus vivere. SEN. benef. 2, 7, 3 CVRT. 10, 6, 18 VAL. FL. 6, 472. *al., e. g. l. 48*). Cluent. 15 vicit -em libido (prov. 8. fin. 2, 60 satisne ... -i consulat, si quis sine teste libidini pareat? PROP. 3, 19, 3 TAC. ann. 4, 1, 3. *al., e. g. l. 49*). LIV. 38, 50, 3 -r malignitatem vicit. PHAEDR. 2, 1, 12 est aviditas dives et pauper -r. SEN. Herc. f. 1240 non sic furore cessit extinctus -r, ... ut *eqs.* Thy. 27 ne sit irarum modus -rve (dial. 5, 1, 2 Ps. QVINT. decl. 17, 4). TAC. ann. 6, 51, 3 in scelera ... ac dedecora prorupit *Tiberius,* postquam remoto -e ... suo ... ingenio utebatur. *al.*

Ⓘ *usu laxiore, sc. potius c. respectu*: Ⓐ *moderationis, humanitatis, sobrietatis sim.* (*exempla potiora*): ① *in locutionibus: in protasi condic.* (*iuxta imperat. sim. ad acuendam exhortationem l. 69. 73, v. et p. 2496, 15*): PLAVT. Stich. 322 si in te -r adsit, non me appelles. CIC. Att. 14, 16, 4 puto, si quid in homine -is est, praestaturum eum *pecuniam.* VERG. ecl. 7, 44 ite domum pasti, si quis -r, ite iuvenci (*item c. imperat.*: PROP. 1, 9, 33 si -r est, ... fatere. 2, 12, 18 [*v. app. crit.*]. OV. am. 3, 2, 24. MART. 2, 37, 10 ullus si -r est, repone cenam. *al.*). OV. trist. 3, 13, 5 si *tibi* -r ullus inesset, non ... me sequerere. VAL. MAX. 2, 9, 1 (*in parenthesi*) si quis est -r. SEN. epist. 29, 10 si -em haberes ..., pensionem remisisses. MART. 7, 95, 16 si tibi sensus est -rque ..., rogo differas *basiationes tuas. al.* est -is *alicuius* (*c. inf. praeter p. 2494, 3; forma interrogationis p. 2494, 1*): CIC. Verr. II 4, 80 non est -is mei ..., me pro-

pugnatorem monumentorum P. Scipionis ... profiteri. fam. 7, 23, 1 estne aut tui -is aut nostri *eqs.*? LIV. 39, 27, 2 sui. ARNOB. nat. 2, 70 p. 149, 8 cuius est ... -is, quin immo inverecundiae cuius *eqs.* SYMM. epist. 9, 87 ut ... persuadeas. HIER. epist. 48, 1 christiani ... -is est. ② *exempla varia*: RHET. Her. 4, 1, 2 (*1* modestia commotos) -r ... est ad eam rem, *sc. propriis exemplis uti,* impedimento. CIC. Planc. 58 *Cassii adversarii* oratio digna equitis Romani vel studio vel -e. fam. 13, 58 commendo tibi hominem, sicut ... meus -r postulat, tantum, ut facilis ad te aditus habeat (*item respicitur commendatio*: HOR. epist. 1, 9, 12 depositum ... ob amici iussa -em). 16, 9, 3. *al.* CAEL. Cic. fam. 8, 13, 1 cetera *vitia Dolabellae* ... auctoritate tua, -e Tulliae ... sublatum iri (*cf. Cic. fam. 2, 15, 2 ea* Tulliae ... prudentiā temperari). HOR. carm. 1, 24, 1 quis desiderio sit -r aut modus? (*item respicitur excessus vitandus e. g.*: SEN. epist. 59, 11 quicquid in nos adulatio sine -e congessit [*opp.* modica laudatione]. PLIN. nat. 2, 88. STAT. silv. 5, 5, 57 in lacrimis iustum excessisse -em. MART. 8, 3, 3 sit -r et finis *scribendis libris. al.* PLIN. paneg. 24, 3 finem ... sermoni suus cuique -r, non tua superbia facit. *cf. p. 2493, 60*). epist. 2, 1, 80 *si veteres fabulas reprehendam,* clament periisse -em ... patres. OV. trist. 4, 4, 50. LIV. 31, 15, 2 *regem* erubescere ... acclamationibus ... multitudinis adsentatione immodica -em onerantis. PLIN. nat. praef. 21 est ... plenum ingenui -is fateri *eqs.* 35, 65 *ut victus in certamine* concederet palmam ingenuo -e. MART. 9, 79, 6 (*5* reverentia). *al.* QVINT. inst. 9, 3, 73. TAC. dial. 26, 4 omissa modestia ac -e verborum. ann. 1, 12, 2 nequaquam decorum -i suo, *i. Tiberii,* legere aliquid aut evitare *eqs.* PLIN. epist. 3, 3, 3 *adulescenti quaerendus est* rhetor Latinus, cuius scholae severitas, -r, in primis castitas constet. *al.* SVET. Tib. 47 plerosque *senatores egenos,* ⌊modestia et -e⌋ deterruit, *ne pecuniam peterent* (⌊ ⌋ *sc. apud eos suscitatis*). Claud. 32. *al.* VET. LAT. I Tim. 2, 9 (cod. 75. *al.*) mulieres in habitu ornato cum -e et sobrietate ornantes se (*gr. μετὰ αἰδοῦς, cod. 78. al. et Vulg.* c. verecundia). CYPR. epist. 59, 13, 3 nostrorum modestia et humilitas et -r. VEG. mil. 2 prol. 3 *in dandis praeceptis* certavit saepius devotio cum -e. *al.*

Ⓑ *timiditatis, cunctationis sim.*: ① *in dicendo, colloquendo cum aliis*: TER. Andr. 630 in denegando ... quīs -r ... adest. Phorm. 284 non potuit cogitata proloqui *iuvenis in iudicio*; ita eum ... timidum ... obstupefecit -r. CIC. S. Rosc. 9 timor *in dicendo,* quem mihi natura -rque meus attribuit. de orat. 1, 163 me ... impedit -r ... haec ... exquirere. fin. 4, 2 -e impedior, *quin temere contra Stoicos agam* (*simul respicitur argumentum ut*: HOR. epist. 2, 1, 259 nec meus audet rem temptare, *i. gesta Augusti narrare,* -r. *al.* ELEG. in Maecen. 2, 8 incidit ... -r, quae prope dixit amor. SEN. contr. 7, 8, 10 adulescentem verecundum naturā et rustici -is non sustinuisse confessiònem. *al.*). fam. 5, 12, 1. *al.* HOR. sat. 1, 6, 57 infans ... -r prohibebat *me* plura profari *coram Maecenate.* OV. ars 1, 608 conloquii iam tempus adest: fuge, rustice longe hinc -r! SEN. Oed. 1008. VAL. FL. 7, 435 nec prima -r dat verba timenti *Medeae*; haeret *eqs.* STAT. Ach. 1, 331 *mater Achillem* docet fandi ... -em (*sc. quem decet feminas ut*: QVINT. decl. 280, 16 decet hoc *silentium* matronalem -em). QVINT. inst. 9, 2, 72 nec -r videtur, quod non palam obicias, sed diffidentia. IVV. 3, 60. TAC. hist. 2, 53, 2 plura interrogandi -r. GELL. 14, 5, 3 me ... -r et verecundia tenet pronuntiare ea *vocabula vitiose. al.* ② *exempla cetera*: CIC. Att. 4, 2, 5 -em meum *causam fuisse,* quod ... *non* vehementius postularim. 10, 15, 3 *Antonius* ad me misit, se -e deterritum ad me non venisse, quod me sibi suscensere putaret. fam. 4, 13, 6. HOR. epist. 1, 16, 24 stultorum incurata -r malus ulcera celat. OV. ars 1, 672 rusticitas, non -r ille fuit, *sc. libidine non potiri.* rem. 352. LIV. 9, 7, 3 -em intuendae lucis, *sc. militum post cladem.* 29, 20, 3 *cum nihil* aliud quam patientia aut -r, quod legato pepercisset, insimulari posset *Scipioni* (*cf. 29, 21, 11 non* satis animi ad vindicanda peccata). MANIL. 4, 200. SEN. benef. 5, 20, 7 *non repetam beneficium, sed in periculis* imperabo -i meo. STAT. silv. 4, 1, 10 precibus ... receptis curia Caesareum gaudet vicisse -em. Ach. 1, 565. MART. 2, 93, 2 *liber secundus primum apparet*; quid faciam, si plus ille -is habet? 11, 27, 7. QVINT. inst. 12 prooem. 1 -r omittendi, quae promiseram, *me* tenuit. 12, 7, 6. PLIN. paneg. 24, 1 incipientis -em. *al.* AVIEN. Arat. 1869 *si certa sunt signa,* nequaquam trepidare -r persuadeat ullus. AVSON. 27, 5a (400 S.) l. 1. *al.* -r est *c. inf.*: OV. ars 1, 496 nec tibi ... aliquot transire columnas, *ut adeas puellam,* sit -r (*item negatur*: 2, 251 sq. nec -r ancillas ..., nec tibi sit servos demeruisse -r. 3, 203 oculos tenui signare favilla. trist. 1, 1, 50 displicuisse. STAT. Theb. 3, 591 vestisse). 1, 705 ut -r est quaedam coepisse priorem, sic *eqs.* AMBR. off. 1, 30, 150 ab aliis sumptum deposcere.

β *pertinet ad rem veneream, coniugium, obscena corporis*: Ⓘ *generatim* (*exempla selecta inde a* SEN. *philos.*): PLAVT. Curc. 58 illast pudica neque ... cubitat cum viris. :: credam, -r si cuiquam lenoni siet. Poen. 304. RHET. Her. 4, 20, 28 perditissima ratio est amorem petere, -em fugere *eqs.* CIC. Verr. II 3, 6 -em ac pudicitiam qui colit, potest ... istius cotidiana adulteria ... videre? har. resp. 9. *al.* CATVLL. 61, 83 (*post*

[Wk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lacunam) tardet ingenuus -r (*sponsam?*). PROP. 2, 24, 4 (*loco conclamato*) aut -r ⌊ingenuus⌋ (-is *Haupt*) aut reticendus amor. OV. am. 1, 5, 8 qua *luce tenui* timidus latebras speret habere -r *puellarum.* 3, 14, 18 est, qui nequitiam locus exigat ...; stet procul inde -r. ars 1, 100 ille locus, *i. theatrum,* casti damna -is habet. 2, 572 concubitus ... celare solebant *Venus et Mars adulteri*; plena verecundi culpa -is erat. *al.* LIV. 3, 44, 4 omnia -e saepta, *sc. apud virginem.* 39, 8, 6 *cum* discrimen omne -is exstinxissent (*7* stupra promiscua). VAL. MAX. 5, 7 ext. 1. SEN. Oed. 763 saevi diva -is *Diana. al.* STAT. Theb. 2, 740 (*respic. Palladium*) sacerdos ... arcanum numquam spretura -em (*de -e sacerdotum, sacrarum virginum ut*: APVL. met. 8, 30, 3. DAMAS. carm. 37, 9 sanctum decus alma -is, *Agnes.* PRVD. c. Symm. 2, 1091 -r almus et expers sanguinis it pietas *Vestalis in amphitheatrum. al.*). Ach. 1, 357 dum nubilis aetas solvendusque -r. MART. 1, 34, 7 *a meretricibus* disce -em; *se* abscondunt. APVL. met. 10, 34, 5 -em obeundi publice concubitus. TERT. pudic. 1 p.221, 7 qui ... amputantes ... intimam effigiem -is ipsius, cum moechis ... veniam pollicentur. virg. vel. 16, 5 (*4* oro te, sive mater sive ... virgo, ... vela caput) indue armaturam -is. PAVL. dig. 23, 2, 14, 2 in contrahendis matrimoniis naturale ius et -r inspiciendus est; contra -em est autem *eqs. al. pudet impudica dicere, confiteri vel verbis obscenis uti*: TER. Ad. 274 pudebat *fateri.* :: ah, stultitiast istaec, non -r (*nisi ad p. 2494, 32*). CIC. Verr. I 14 libidines commemorare -e deterreor. PROP. 1, 13, 18. OV. rem. 359 multa ... ex illis -r est mihi dicere, sed tu ingenio verbis concipe plura meis (fast. 5, 532 ulteriora loqui. PS. TERT. haer. 1 p.215, 19 dicere). met. 9, 515 (*509* obscenae ... flammae) si -r ora tenebit, littera ... fatebitur ignes. *al.* CELS. 6, 18, 1 ut difficilior haec explanatio *partium obscenarum* sit ... -em ... servantibus (*antea*: foediora verba). QVINT. inst. 9, 3, 59 verba decenter -is gratia subtrahuntur. *al.* IVV. 2, 110. APVL. apol. 86, 2 -e ... impedirere, *quin publice versus lascivos legas.* TERT. resurr. 4, 7. ARNOB. nat. 5, 28 p.284, 16 -r me habet ... proferre mysteria *obscena.* PS. AVG. quaest. test. 114, 4 quae *turpia* -is est revelare (DRAC. Orest. 971 quod *nefas* sit narrare -is [-i *var. l.*]. REG. eccl. Carth. 1.500). *al.*

Ⅱ *speciatim*: Ⓐ *respicitur fides coniugii coniunctionisve similis (l. 43. 54; de -e viduarum e. g. l. 41), quae non modo ab adulterio abhorret, sed omni ratione praestanda est* (*ut quaedam [e. g. l. 40] vergant ad p. 2496, 1; exempla selecta inde a* SEN. *philos.*): PLAVT. Amph. 819 quid illac *Alcumena* impudente audacius? ... tute, si -is egeas, sumas *eum* mutuom. *al.* (*v. p. 2484, 43*). VARRO Men. 205 *quidam stupro* cubiculum -is ... polluit. LABER. mim. 34 me a matronali -e prolubium meretricium progredi coegit. VERG. Aen. 4, 27 *moriar* ante, -r, quam te violo aut tua iura resolvo *altero coniugio* ([SERV. auct. -e pro pudicitia abutimur]. *loq. Dido ut*: 4, 55. 322. OV. epist. 7, 97 exige, laese -r, poenas!). PROP. 2, 9, 18 (*respic. fides puellae*). OV. epist. 17, 13 (*loq. Helena*) dum non oblita *sim* -is, dumque tenor vitae sit sine labe meae. ars 1, 31 vittae tenues, insigne -is. *al.* VAL. MAX. 2, 1, 5 et videre sancte et aspici mutuo -e *olim* custodiebatur (*sim.* CE 2054, 4 [*Pompeiis*] blandos aufer ocellos coniuge ab alterius: sit tibi in ore -r). PHAEDR. 4, 16, 5 naturae partes, veste quas celat -r (*tegitur nuditas corporis ut*: 4, 25, 15. SEN. Tro. 91 cui coniugio pectora velas, captive -r? epist. 90, 20. PRIAP. 29, 3 cum tu posito deus -e ostendas mihi coleos patentes. *al.; cf. p. 2501, 56. 64*). SEN. Ag. 113 (*loq. Clytemestra*) periere mores ..., et ... -r (*117* coniunx perfida). Phaedr. 97 haud illum *Thesea* ... -r ... tenuit; stupra ... quaerit. benef. 3, 16, 3 adulterii -r. *al.* OCTAVIA 547 probitas fidesque coniugis, mores, -r placeant marito. LVCAN. 8, 156. PETRON. 96, 7 maledic illam *contubernalem meam* versibus, ut habeat -em *neve me fastidiat.* MART. 1, 35, 9 quis Floralia vestit et stolatum permittit meretricibus -em? QVINT. decl. 327, 1 quod ... pertinet ad -em huius feminae: ... non *obicitur* aliqua adversus maritum licentia. TERT. virg. vel. 11, 9 per quae *oscula* primum resignarunt *sponsae* -em. CYPR. unit. eccl. 6 unius cubiculi sanctitatem casto -e custodit (*in imag. de ecclesia sponsa Christi; cf. p. 2485, 36. 2501, 75*). *al.* *in carmine funebri, titulis*: STAT. silv. 5, 1, 65 *fuit uxori* fides et mixta -i gratia. CE 652, 2 (*a. 368*) casta maritali semper devincta -e. CIL XI 2834, 3 (*a. 376; Volsiniis*). INSCR. christ. Diehl 4753, 6 devota marito ornabas thalamos mente, -e, fide. Egger, Kl. Schr. II 1963, 200 (*e Germ. sup.; aet. infimae*) cum provitate pod(o)r, castas q(ua)e feminas ornat. *al.* Ⓑ *habitus pudentium ascribitur ipsis rebus* (*cf. l. 4. p. 2501, 72*): PROP. 3, 15, 3 ut mihi praetexti -r est sublatus amictus *eqs.* OV. am. 1, 6, 60 illa *nox* -e vacat, Liber Amorque metu. fast. 6, 115 (*loq. nympha*) haec loca lucis habent nimis et cum luce -is. MART. 9, 5, 9 *per leges Domitiani* -r esse ... coepit et lupanari. TERT. monog. 1, 4 ubi habet *lex nuptiarum* ... -em. AVG. civ. 14, 18 tit. de -e concubitus. Ⓒ *respiciuntur animalia* (*cf. p. 2497, 35*): SEN. Phaedr. 914 ferae ... evitant nefas, *i. incestum,* generisque leges insciius servat -r. PLIN. nat. 8, 12 *elephanti* -e numquam nisi in abdito coeunt. MART. 1, 109, 14 castae tantus inest -r catellae, ignorat Venerem. PS. AMBR. pudic. l.4.

γ *pertinet ad officium, obligationem, pietatem sim.* (*de fide coniugali v. p. 2495, 33; coniungitur e. g. cum* fides *l. 16. 62 sq.*, officium *l. 48. 67,* pietas *l. 11. 15. al.,* reverentia *l. 60,* timor *l. 8. 38. 65*): Ⓘ *cognatione iunctorum* (*cf. p. 2497, 13*): TER. Andr. 262 me impediunt curae: ... amor *puellae* ..., tum patris -r *eqs.* ([SCHOL. p. 82, 30 -r: verecundia]. SEN. Phoen. 301). Hec. 122. Ad. 57 -e et liberalitate liberos retinere satius esse credo quam metu (DON. *ad l.* 1 '-e' ad filios rettulit, 'l.' ad parentes. *cf.* PS. SEN. mon. 68 plus ad emendationem *filii* proficit -r cum timore mixtus. AVG. serm. 13, 9). CIC. rep. 1, 67 *res publica tam depravata, ut* filius patrem neglegat, absit omnis -r (*cf. Plat. rep. 562*^{E} *μήτε αἰσχύνεσθαι*). OV. met. 7, 72 ante oculos *Medeae* ... pietasque -rque constiterant. SEN. Med. 238. 488 (*Medea Iasoni*) tibi patria cessit, tibi pater, frater, -r: hac dote nupsi. VAL. FL. 7, 294. 7, 386 (*loq. Medea*) labes non ulla -is, nullus amor? nec turpe viro servire precanti, *i. Iasoni*? *al.* STAT. Theb. 7, 519. 10, 710 (*Creo ad filium*) si -r est, ... miserere tuorum; haec pietas *est eqs. al.* PLIN. epist. 8, 18, 7 quod *testamentum* pietas, fides, -r scripsit. APVL. met. 6, 4, 5. *al.*

Ⅱ *eorum, qui potestatem exercent, iudicant* (*aliter p. 2494, 55*): CIC. Verr. II 2, 40 tibi nulla lex fuit, ... nullus existimationis -r *in eligendis iudicibus*? 3, 141 si qui -r in te ... fuisset, sine supplicio dimittere non debuisti *hominem nefarium.* 5, 39. *al.* (*v. e. g. p. 2485, 61*). LIV. 3, 71, 8 ne inutili -e suam ipse causam damnaret *concilium populi.* 9, 34, 22 te *censorem* ... nec lex nec -r coercet. 40, 17, 5. VAL. MAX. 4, 5, 2 dictaturam recipere non sustinendo, -e culpam ... cladis *Cannensis* redemit *Varro* (*vix ad p. 2497, 5*). SEN. Thy. 215 ubi non est -r nec cura iuris ..., instabile regnum est. CE 2051, 2 (*Pompeiis; fort. ironice*) -r ingenuus ... et pietas (*cuiusdam candidati ut* 2052, 1). SIL. 13, 391 *Scipionem lugentem tenuit* non ullus honorum militiaeve -r. 14, 93. MART. 10, 78, 3 cum comitem trahit -em, semper pauperior redit *e provincia* potestas. SVET. Nero 23, 3 taciturnitatem -emque quorundam *arbitrorum.* APVL. flor. 9, 36. *al.*

Ⅲ *militum* (*exempla selecta inde a* LIV.): Ⓐ *-r deficiens excitatur, provocatur, sc. fere increpatione, exhortatione vel pugna adversa (cf. p. 2493, 20; quaedam simul ad p. 2497, 5 vergunt, sc. potius c. respectu taedii sim.): varia exempla*: QVADRIG. hist. 12 Valerius *Corvinus* ... ceteris inter metum -emque ambiguis ... progreditur *ad pugnam.* VERG. Aen. 10, 398 Arcadas accensos monitu ... mixtus dolor et -r (furor *var. l.*) armat in hostes. *al.* LIV. 2, 10, 9. 3, 63, 3 tantum ... hos -r, quantum alios laudes excitabant. *et saepe.* VELL. 2, 5, 3 *milites ad pugnam coacti vicerunt*; tantum effecit mixtus timori -r. SIL. 1, 493 *miles repellitur*; tum -r accendit mentem. TAC. hist. 5, 15, 2 Germani prosperis feroces, Romanos -r excitaverat. *al.* *dux sim. movet milites -e* (*sc. iis incusso*): SALL. Iug. 100, 5 Marius ... -e magis quam malo exercitum coercebat. LIV. 2, 65, 4 ni ... consul increpando ... ignaviam, -e metum excussisset. 3, 62, 8. 30, 12, 1 si -e, si periculo suo fugam sistere posset. TAC. hist. 3, 17, 1 *dux* raptum vexillum *fugientium* in hostem vertit; quo -e *restiterunt pauci.* 3, 24, 1 *Antonius* alios -e et probris, multos laude et hortatu ... accendens. HEGES. 5, 4 p.305, 10. Ⓑ *exempla cetera*: CAES. Gall. 1, 39, 3 nonnulli *milites* -e adducti, ut timoris suspicionem vitarent, remanebant. 1, 40, 14 utrum apud eos -r atque officium an timor plus valeret. civ. 1, 67, 4. 2, 31, 7. HIRT. Gall. 8, 28, 4 -e cedendi ... proeliantur (AMM. 29, 5, 29. *ceterum c. gerund.*: OV. met. 14, 571 deponendi. LIV. 3, 31, 3 morandi auxilii. 8, 7, 8 detractandi certaminis. 39, 49, 2 relinquendi equites. LVCAN. 7, 525 timendi). BELL. Afr. 54, 5 *seditionis* quam -is modestiaeque ... studiosiores. VERG. Aen. 9, 44 conferre manum -r (furor *var. l.*) iraque monstrat. PROP. 4, 6, 52 *in causa iniusta* excutit arma -r. LIV. 2, 58, 7 nec -r nec metus coercebat *exercitum.* 27, 12, 15. *al.* CVRT. 9, 4, 32 tandem magnitudinem periculi -r vicit. LVCAN. 4, 26 piguit sceleris; -r arma furentum continuit. 4, 231 pro dira -is funera! (*sc. quaesita apud hostem venia*). SIL. 12, 50 *Hannibal malae* famae ... -e futurae ... audebat cuncta. STAT. Theb. 8, 590. TAC. hist. 2, 21, 4 utrimque -r, utrimque gloria. 3, 41, 2 -r ... et praesentis ducis reverentia morabatur *exercitum. al.*

Ⅳ *exempla cetera* (*cf. p. 2493, 67*): TER. Andr. 279 ut ... neque amor neque -r *me* commoveat ..., ut servem fidem? (*cf.* PVBLIL. sent. V 9 ubicumque -r est, semper ibi ... est fides. VAL. FL. 8, 464 haeret *Iason,* et hinc praesens -r, hinc decreta suorum *comitum* ... premunt). CIC. fam. 6, 6, 6 valuit apud me plus -r meus quam timor; veritus sum deesse Pompei saluti (*ibid. iterum; cf.* 11, 27, 4 cum me ad Pompeium proficisci sive -r meus coegit sive officium). 7, 3, 1. LVCR. 6, 1243 *mori* labore (*sc. aegrotos adiuvandi*), -r quem ... cogebat obire. LIV. 5, 46, 7 *etiam in periculis* regebat omnia -r *erga senatum.* SIL. 1, 58 armato *Hannibali* nullus divum -r *fuit.* PLIN. epist. 4, 11, 9 *vestem composuit manumque carnificis aversata est Vestalis condemnata*; omnibus ... numeris -is *πολλὴν πρόνοιαν ἔσχεν* (*nisi ad p. 2501, 42*). CYPR. domin. orat. 4 precatio cum disciplina ... continens ... -em; cogitemus nos sub conspectu dei stare. IVVENC. 3, 727 *quod* vis ... -is ... venerandam posceret esse *colonis subolem domini* (*Matth. 21, 37*). DOCTR. apost. 4, 11 vos ... servi subiecti ... estote ... ⌊cum -e et tremore⌋

[Wk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*gr. ἐν αἰσχύνῃ καὶ φόβῳ*). *al.* *iocose*: PETRON. 47, 3 multis iam diebus venter mihi non respondit; ... spero ..., iam ve[n]t⟨e⟩rem -em sibi imponet.

b *respicitur affectus eius, qui dolore, taedio sim. afficitur de eo*: **α** *quod turpe factum est vel fit* (*saepe distingui non potest, utrum* -r *significet affectum eius, cui pudet, an eventum sim. infamem, quo -r movetur, ita ut etiam ad B1 trahere possis quaedam, e. g. l. 18. 24. 42. p. 2498, 12. iuxta ponitur e. g.* dolor *l. 10. 12. al.,* metus *l. 41. 43. al.,* paenitentia *l. 30. 36. 40. al.,* taedium *l. 45. 50*): Ⓘ *vario usu* (*exempla selecta inde a* LIV.): CIC. Verr. II 1, 137 quo ... -e tales viros, quo dolore meretricis domum venisse arbitramini? Sull. 74 *reum* magis odio quam -e ... lucem ... vitare. Tusc. 2, 48. fam. 14, 3, 2 cum dolore conficiar, tum etiam -e; pudet ... me uxori meae ... diligentiam non praestitisse. CAES. civ. 3, 60, 3 *culpam ex* animi conscientia intellegebant; quo -e adducti *eqs.* PLANC. Cic. fam. 10, 24, 1 facere non possum, quin ... tibi gratias agam, sed mehercules facio cum -e (LIV. 3, 67, 1 [*loq. consul*] etsi mihi nullius noxae conscius, Quirites, sum, tamen c. -e summo in contionem ... processi. TAC. ann. 3, 17, 1. VET. LAT. Luc. 14, 9 [cod. 14] c. -e novissimum locum tenere *in convivio* [*gr. μετὰ αἰσχύνης, cod. 3. al.* c. confusione, *2 et Vulg.* c. rubore]. AMBROSIAST. in II Cor. 7, 9). HIRT. Gall. 8, 13, 3 -e coacti longius *profugerunt* (*antea*: turpiter refugerunt *milites*). HOR. epist. 1, 18, 77 ne ... incutiant aliena tibi peccata -em. TIB. 3, 13, 1 amor, qualem texisse -e (-i *var. l.*) quam nudasse alicui, sit mihi fama magis. OV. am. 3, 11, 16 *visus sum ab aemulo feliciore*; eveniat nostris hostibus ille -r. ars 2, 313 si latet ars, prodest; adfert deprensa -em (TAC. ann. 6, 1, 1 [*post lacunam*]). 3, 247 *puella* turbida perversas induit ... comas; hostibus eveniat tam foedi causa -is (trist. 5, 11, 5 [doloris *var. l.*]. AVSON. 2, 3 [153 S.], 60). met. 1, 755. 11, 180 *Midas* turpi ... -e tempora ... temptat velare (*v. app. crit.*). 13, 307 vobis *Graecis* ... digna -e obicit *Aias* (Pont. 4, 8, 15. PLIN. epist. 7, 1, 3 vel -e vel paenitentia d.). *et saepe.* LIV. 9, 6, 9 -r quidam fugere conloquia ... cogebat *milites victos.* 25, 3, 17. 45, 39, 2 prae -e ... insignia ... traditurі *duces* (SVET. Aug. 65, 2 Tib. 66 APVL. met. 1, 6, 4. *al.*). *al.* SEN. Thy. 925 fugiat trepidi comes exilii ..., rebus ... gravis -r afflictis. benef. 3, 16, 1 -em ... rei tollet multitudo peccantium, et desinet esse probri loco commune maledictum (*nisi ad p. 2493, 4*). epist. 74, 15 *animalia* fruuntur voluptatibus ... sine ullo -is aut paenitentiae metu. CVRT. 8, 2, 13 (*respic. caedes Cliti*) x diebus ... ad confirmandum -em *Alexandri* ... consumptis *eqs.* (*cf. l. 44*). 10, 2, 10. QVINT. inst. 2, 4, 29 cum *oratores* eadem iudiciis pluribus dicunt, aut fastidium moveant ... aut -em. FRONTIN. strat. 2, 7, 9 -r transfugis attulit paenitentiam, et consilium suum ... mutaverunt. TAC. hist. 4, 72, 3 nec ... periculum aut metus quam -r ac dedecus obstupefecerat *milites victos.* ann. 16, 3, 2 *aliquis se somniis esse* elusum admirans, -em et metum morte voluntaria effugit. PLIN. paneg. 31, 6 *ab imperatore* necessitatibus eius *Aegypti sterilis* -ique subventum est. SVET. rhet. 3, 3 cum ... ob hoc, *sc. fraudem,* repudiatus -e ac taedio secessisset ab urbe. TERT. patient. 1, 2 -r non exhibendi *patientiam, de qua disseram.* HIL. in Matth. 26, 2 foliis Adam legimus indutum et -em conscientiae texisse (*sublucente imag. sec. p. 2499, 45*). *al.*

Ⓘⓘ *indicatur causa -is*: Ⓐ *accedit gen. obi.*: SALL. or. Lep. 7 nisi forte speratis taedium iam aut -em tyrannidis Sullae esse. HOR. epist. 1, 18, 24 quem *tenet* paupertatis -r (LIV. 34, 4, 13 parsimoniae vel p.). OV. am. 3, 7, 37 huc -r accessit facti, -r ipse nocebat (fast. 4, 176. *sim.* epist. 7, 104 admissi ... mei). trist. 3, 1, 81 confusa -e (rubore, dolore *var. ll.*) repulsae ... carmina nostra (SEN. contr. 7, 7, 12). LIV. 21, 16, 2 misericordia ... sociorum peremptorum indigne et -r non lati auxilii. 35, 27, 12 maritimae ignominiae. *al.* SEN. contr. 2, 4, 10 antequam *filius* aliquid faciat, cuius mox -e moriatur. VAL. MAX. 2, 5, 4 circumventae temulentiae. 3, 7, 10 sui. SEN. epist. 81, 32 odium ... e beneficii violati -e. CVRT. 5, 3, 21 regem ... -r temere in illas angustias coniecti exercitus angebat. PLIN. nat. 5, 12 ignorantiae (PS. QVINT. decl. 8, 4). VAL. FL. 7, 59 (*Aeetes Iasoni*) *si* te ... -r cassi reditus movet. SIL. 9, 145 verbis sanare -em vulneris *errore* impressi. *et saepe.* Ⓑ *forma* -i est (*quaedam vergunt ad B1*): *cum subst. vel pron.*: HOR. carm. 2, 4, 1 ne sit ancillae tibi amor -i. ars 406. OV. met. 5, 526 neque erit nobis gener ille -i. trist. 3, 1, 3 ne sim tibi ⌊forte -i⌋ (f. dolori, causa -is *var. ll.*). LIV. 24, 24, 3 nihil tale, *sc. actorem tragicum esse,* apud Graecos -i est. 34, 58, 7 *amicitia* impetrata. 40, 15, 6. SEN. benef. 4, 17, 3 *nequitia.* epist. 97, 10 peccata. STAT. Theb. 3, 447 -i foeda quies *est, sc. pax.* TAC. ann. 2, 37, 3. 4, 57, 2 corporis ... habitum. AMBR. paenit. 2, 10, 91. *al.* *cum (acc. c.) inf.* (*vix addas locum corruptum* OV. met. 7, 687): OV. am. 3, 14, 21 nec tunicam tibi sit posuisse -i, nec femori impositum sustinuisse femur. VAL. MAX. 9, 5 ext. 1 filium, civem, hominem dissimulare. QVINT. decl. 301, 6 confiteri *eam* esse filiam meam. *al.* *cum enunt. secund.*: SALV. gub. 7, 80 cum viris nihil magis -i (-r *fere trad.*) esse oporteat, quam si *eqs.* EVGRAPH. Ter. Eun. 908 admonitio, ut ... -i non sit, quod ista veste *muliebri* indutus est. Ⓒ *forma* -r est (*verbum* esse *suppleas l. 7*): *cum (acc. c.) inf.* (*addasne* OV. ars 3, 167, *ubi fere trad.* rubor, *fort. propter 170* nec ... rubes? *aliter c. inf. perf. p. 2494, 66 sqq.*): PROP. 3, 13, 20 *viduae Indicae* certamen habent leti ...; -r est non licuisse mori. OV. fast. 1, 205 *prisca aetate non* -r, in stipula placidam cepisse quietem ..., fuit. LIV. 40, 27, 10 quantus -r esset ... Romanum exercitum obsideri. LVCAN. 1, 145 solus ... -r *Caesari,* non vincere bello. VAL. FL. 1, 172. STAT. Theb. 4, 264 *Parthenopaeum* taedet nemorum, ... -r est nescire sagittas *pugnantium.* *al.* *exempla cetera*: VAL. FL. 8, 313 quis ... -r *Medeae* Colchos iterum fratremque videnti? STAT. Theb. 1, 273 (*Iuno Iovi*) Arcades ... tua – nec -r est – delubra nefastis imposuere locis. PLIN. epist. 7, 9, 3 magna gratulatio, si nonnulla tu, magnus -r, si cuncta ille melius *scripserit* (RVFIN. hist. mon. 11, 10, 2 -r ... est, si nos inferiores ... inveniamur in fide). AMBR. paenit. 2, 1, 5 -r est, ut unusquisque crimina sua prodat (*antea*: non erubescamus fateri). Ⓓ *forma* -is est: AMBR. exc. Sat. 2, 25 *filios malos* habuisse -is est, doloris est perdidisse (*item c. inf.*: TRACT. Pelag. 6, 4, 5 p. 128, 33 -is erit lugere, quam *uxorem* ipse damnaverit. HIER. hom. Orig. in Luc. 6 p. 32, 18). AMBROSIAST. in I Cor. 14, 25 -is est, si reveletur *vanitas* (RVFIN. Clement. 6, 12, 1). 15, 14, 2 -is est, ut aliquis profiteatur *eqs.* ASTER. ad Renat. l. 313 (*in parenthesi*) quod -is est.

β *quod contra modestiam, humilitatem sim. alicuius fit* (*exempla potiora*): CIC. Caecin. 77 *coram Aquilio* timidius dicerem, quod et ipse -e quodam afficeretur ex sua laude. LIV. 26, 50, 9 adulescens simul -e et gaudio perfusus, dextram Scipionis tenens. STAT. silv. 5, 3, 218 *pater in recitatione filii praesens,* confusus gaudia fletu, vota piosque metus inter laetumque -em! IVVENC. 1, 94 (*Maria salutatur ab Elisabeth*) illa ... per gaudia mixta -e ... pavitantia dicta volutat, *sc. 'magnificat' eqs.*

2 *animus pudentis ostenditur vultu sim.*: **a** *rubore suffuso* (*vix necesse est agnoscere ipsam notionem coloris rubri, quam saepius postulant viri docti, e. g. l. 37. 39. 43. 46; var. l.* rubor *praeferunt edd. rec.* CLAVD. 10, 268 CARM. de resurr. 20): **α** *hominibus*: TER. Andr. 878 num facti piget? vide num eius color -is signum ... indicat. CIC. Tusc. 4, 19 fit, ut -em rubor, terrorem pallor ... consequatur (*item generaliter*: PLIN. nat. 11, 157 -is haec, *i. genae,* sedes; ibi maxime ostenditur rubor. 11, 224. *al.; fusius de re* MACR. Sat. 7, 11, 3 sqq.). OV. am. 1, 3, 14 *me commodant* sine crimine mores nudaque simplicitas purpureusque -r (2, 5, 34 conscia p. venit in ora *puellae* -r [rubor, color *var. ll.*], quale coloratum *Aurora* ... caelum subrubet. trist. 4, 3, 70 STAT. Theb. 2, 231). 1, 8, 35 erubuit *puella*! decet alba ... -r ora, sed iste, si simules, prodest *eqs.* epist. 21, 111. *al.* VITR. 6 praef. 5 ingenuus color movetur -e petendo rem suspiciosam. SEN. Phaedr. 652 flavus ... -r (rubor *var. l.*). epist. 11, 4 VAL. FL. 6, 674. TAC. Agr. 45, 2 saevus ille vultus et rubor, quo se contra -em muniebat *Domitianus.* PLIN. paneg. 2, 8 ad quas ille voces *senatorum* ... multo -e suffunditur. 73, 4. CLAVD. 28, 565 virgo, cui simplex calet ore -r. MART. CAP. 2, 116 (vers.) roseo subtexere sidera peplo coeperat ambrosium promens Aurora -em (*cf. l. 37. p. 2502, 42*). *al.* **β** *rosis tamquam hominum more verecundis* (*ceraso l. 50*): COLVM. 10, 102 quae frondens purpurat auro, ponatur ... nimium rosa plena -is. PERVIG. Ven. 19 en -em florulentae prodiderunt purpurae! PALLAD. ins. 144 tinguit adoptivus virginis ora -r (*sc. cerasus lauro insita*). POTAM. tract. 1 l. 28 C. rosa -is et venustatis fragranti ⌊folio⌋ ... pretiosior (⌊ ⌋ *abl. instr. neque compar.; opp.* ut et colore floris careat et odore). ALC. AVIT. hom. 20 p. 133, 30 (*in imag.*) *ubi fuerat rubus haereseos,* tandem rosae ... sero -e vultus inrubuit.

b *oculis deiectis aliove modo*: RHET. Her. 3, 15, 26 convenit ... in vultu *oratoris* -em et acrimoniam esse (OV. met. 9, 527. *cf.* SEN. Ag. 49 quid -r vultus *Aegisthi* gravat?). TIB. 1, 4, 14. OV. am. 2, 4, 12 sive aliquast oculos in se deiecta modestos, ... insidiae sunt -r ille meae. 3, 6, 78 famosus quae notet ora -r (*79* tumidis ... ocellis *prae lacrimis*). epist. 6, 25. 11, 35 (*loq. Canace*) erubui, gremioque -r deiecit ocellos. 21, 242. SEN. Tro. 1138 deiectos gerit *Polyxena* vultus -e. LVCAN. 2, 360 VAL. FL. 2, 470. 7, 514 deicit vultus aeger -r *Medeae et Iasonis. al.* STAT. Ach. 1, 765 nulla ... virginei servantem *Achillem* signa -is (*cf. 764* erectum ... genas oculisque vagantem). SVET. Cal. 36, 2. *al.*

B *metonymice de eo ipso, quod -i est* (*quod explicatur per gen. p. 2499, 18 sqq., inf. p. 2499, 9, enunt. secund. p. 2499, 13 sq. 16; indicatur, quis dedecore afficiatur, per dat. p. 2499, 3. 39. al., gen. p. 2499, 13 sq. 18. 36. al.; iuxta ponitur e. g.* dedecus *l. 73. p. 2499, 5,* ignominia *p. 2499, 22,* nota *p. 2499, 7; modo abundanti accedit* turpis *p. 2499, 13*): **1** *de eventu, actione, condicione infami sim.* (*exempla potiora; v. quae p. 2497, 5 monuimus*): **a** *generatim*: **α** *varia exempla* (*selecta inde a* LVCANO): OV. epist. 11, 79 (*loq. Canace*) nostrum vulgat clamore -em. fast. 5, 587 is ... -r, *i. signa a Parthis erepta,* mansisset adhuc, nisi *eqs.* (*589* dedecus aevi). trist. 2, 434 *in carminibus famosis* rebus adest nomen, nominibusque -r. *al.* LIV. 4, 30, 10 publicus ... -r, *i. nova religio.* SEN. Herc. O. 1176 dirus o nobis -r, o turpe fatum: femina Herculeae necis auctor fe-

[*Wk.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

retur! 1187 hinc gravior tui, *Iuno,* ... -r est; ... mortalis odia femina excessit tua (*cf.* STAT. silv. 3, 3, 48 *magnorum dominorum eras servus*; nec -r iste tibi. 4, 8, 42. TERT. adv. Val. 1, 1 quod tacent, -r est [*3* in adytis ... simulacrum membri virilis revelatur]. *al.*). benef. 6, 31, 11 *post cladem* Xerxes -e quam damno miserior. LVCAN. 8, 605 dedecus et numquam superum caritura -e fabula (*respic. mors ignominiosa Pompei*). *al.* QVINT. inst. 11, 1, 83 ne renovaret domus -em *filius.* PLIN. paneg. 91, 2 notam ... -emque. NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 7, 1 *lapsi* erubescant ... petere, nisi quia maioris est ... et periculi et -is, auxilium pacis non petisse. CIL VI 41389, 15 (*post a. 437*) *statua collocata Aetio,* vindici libertatis, -is ultor⟨i⟩. *al.* **β** *in locut. modi, condicionis comitantis* (*quaedam vergunt ad p. 2497, 5*): OV. am. 3, 7, 72 tristia cum magno damna -e tuli (epist. 15, 64 c. turpi ... -e. LIV. 44, 19, 12 c. -e ... populi Romani, quod nullam opem ... tulissent *sociis.* PLIN. paneg. 82, 4 imperii, quod *eqs.* CYPR. epist. 13, 4, 1). LIV. 6, 38, 11 haud sine -e ... fractum *imperium dictatoris* (40, 22, 11 non s. magno -e regis, cum *eqs.* perioch. 56, 8 SEN. benef. 7, 29, 1. *al.*). 45, 39, 8 bellum per quadriennium ingenti ... -e nostro tractum. TAC. ann. 4, 29, 1 magno -e Caesaris. Ps. QVINT. decl. 11, 1. **γ** *accedit gen. explic.* (*cf. p. 2497, 54. 61*): STAT. silv. 4, 3, 87 *flumini in alveum coacto* deterges sterilis soli -em. PLIN. epist. 3, 9, 5 -em damnationis morte fugisse, *antequam iudicaretur.* FLOR. epit. 2, 18, 7 Caudini ... foederis flagrans *populus Romanus* ignominia ac -e. *al.*

b *speciatim de dedecore originis animantium, quae fit per obscena*: TERT. carn. 4 p. 196, 9 (*antea*: spurcitias genitalium in utero elementorum, ... foeda coagula *eqs.*) invehere iam ... in ... mulieris enitentis -em, vel pro periculo honorandum, vel pro natura religiosum. adv. Val. 10, 2 (*I Sophia* nulla opera coniugii concepit) quod ⌞citra⌟ -em erat natum (⌞ ⌟ circa *trad.*). HIL. in psalm. 67, 25 l. 23 post humani corporis -em, quia ipsae illae corporum ... nostrorum origines sint pudendae, *eqs.* trin. 2, 24 l. 13 -em humani exordii (*item* PRISCILL. tract. 4, 78 SALV. eccl. 2, 4). 3, 19 *Maria* carnem sine elementorum nostrorum -e provexit.

2 *de animantibus: ignominiosis*: OV. epist. 1, 96 Irus ... *et* Melanthius ... ultimus accedunt in tua, *Vlixes,* damna -r. met. 8, 157 hunc ... thalamis removere -em (*Minotaurum; cf. 155* opprobrium generis). LVCAN. 5, 59 fortunae, Ptolemaee, -r crimenque deorum. 7, 380. PETRON. 132, 9 (*ad mentulam*) omnium hominum deorumque -r. CLAVD. 19, 47 (*de Eutropio*) vive -r fatis. *verendis* (*cf. p. 2475, 25*): TAC. hist. 4, 18, 2 *dux* omnium coniuges ... consistere a tergo *aciei* iubet, hortamenta victoriae vel pulsis -em. PAVL. NOL. carm. 31, 530 Christus ... divitibus -r est, gloria pauperibus.

3 *de rebus corporeis*: **a** *variis*: SIL. 14, 665 munera rubri ... ponti, depexaque vellera ramis, femineus -r (*'fort. de veste serica pellucente accipiendum' Delz in app.; cf. p. 2501, 64 et vol. VII 2, 934, 72 sq.; coni. e. g.* labor). STAT. Theb. 8, 434 hastam ultra pectus euntem, ne -r in tergo, ... extrahit *heros vulneratus* (SCHOL. vulnus infame). **b** *de genitalibus hominum*: VET. LAT. exod. 28, 42 (Ambr. off. 1, 18, 80) ut *bracis* tegatur turpitudo -is (sudoris *var. l. et cod. 100; gr. ἀσχημοσύνην χρωτός, Vulg. aliter*). TERT. spect. 21 p. 22, 5 totum -em in faciem omnium intendit. virg. vel. 11, 8 *virginis adultae* -r ubique vestitur *pilis.* HIL. in Matth. 21, 9 -em suum Adam atque Eva ... *fici* foliis texerunt (*postea*: foeditates). MAR. VICTOR. aleth. 3, 83 *filii Noe* aversi patrium ... texere -em (*respic. gen. 9, 23*). ARATOR act. 2, 345 (*respic. exod. l. 46*) indumenta -i[s].

C *per prosopopoeiam* (*exempla potiora, cf. p. 2492, 63*): HOR. carm. 1, 24, 6 -r et Iustitiae soror incorrupta Fides. carm. saec. 57 iam Fides ... et Honos -rque priscus ... redire ... audet. OV. am. 1, 2, 32 Mens Bona ducetur manibus post terga retortis et -r et castris quidquid Amoris obest. fast. 5, 29. SEN. Herc. f. 692 (*apud inferos*) -r ... serus conscios vultus tegit, Metus *eqs.* PRVD. psych. 245 sanguine vix tenui -r interfusus. SIDON. carm. 7, 269.

appendicula stilistica et syntactica ad I: **1** *additamenta, quibus indicatur id, cuius pudeat* (*is, quem pudeat, indicatur saepius per gen. subst. vel pron. poss., e. g. p. 2493, 46. 75. 2494, 7, cf. adi. pro gen. p. 2493, 36. 2494, 4. 46. 59. al.*): **a** *per gen. obi.*: **α** *subst.; significantur: quae a turpibus, temeratis deterrent* (*cf.* PRISC. gramm. III 233, 1 'pudet me tui' *resolvitur in* '-r me habet tui'): civium ENN. scaen. 328 (*v. p. 2493, 5*), divum *p. 2496, 69,* ecclesiae HIL. c. Aux. 12, militiae *p. 2496, 27,* partus QVINT. decl. 277, 9, patris *p. 2496, 5,* paupertatis IVV. 6, 357, vitae mortisque STAT. Theb. 1, 155. *al. quae vitantur, timentur vel qui taedium dant: v. p. 2494, 54. 2495, 52. 2496, 18. 58. 2497, 49 sqq. al.* **β** *gerund. (fere respiciuntur vitanda praeter* TERT. *p. 2497, 46): v. p. 2493, 35. 2494, 45. 48. 2495, 14. 2496, 49 sqq. al.*

b *per enunt. secund.*: LIV. 3, 7, 4 -e ... moti, si nec obstitissent ... hostibus ..., Romam pergunt (36, 35, 1 -r, si ... *consul* abscederet obsidione, occurrebat). 29, 20, 3 -r, quod ... pepercisset (*v. p. 2494, 55*). FRONTIN. strat. 1, 11, 3 *milites excitantur* -e, ne penes alios gloria virtutis esset (TAC. ann. 13, 40, 1 -e et metu, ne *eqs.* SVET. Aug. 94, 12 metu ac -e, ne *eqs.* Otho 9, 3 AMM. 21, 12, 8. *al.*). TAC. hist. 3, 12, 2 Bassus -e seu metu, quisnam exitus *proditionis* foret, *se abdidit.*

c *per inf.*: SIL. 4, 329 *Romanis* a mente recedit vertere terga -r.

2 *locutiones quaedam*: **a** *cum* esse (ad-, inesse; *imprimis forma* -r est [*indicatur, cui -r sit, per dat. vel praepos.* in *c. abl.*], *sine copula l. 26; aliter l. 11. 16. 18. 28*): **α** *in protasi condic.: exempla varia*: PLAVT. *p. 2494, 72.* CIC. *p. 2496, 19.* leg. agr. 2, 36 SIDON. epist. 8, 6, 12 DRAC. Romul. 8, 292. *in exhortatione (sc. iuxta imperat. sim.): v. p. 2493, 68 sqq., ceterum* MART. 3, 74, 5. 3, 87, 4. 10, 90, 9 OPTAT. 2, 16, 2. AVG. civ. 4, 7 p. 154, 28 erubescant. mor. eccl. 31, 65 si quid in vobis -is est. *al.*

β *exempla cetera; respicitur id*: ① *quod pudet facere*: sit -r: *c. inf. v. p. 2494, 65 sq. et* SIL. 15, 651; *iubentis est* MART. 12, 56, 4 aegrota iam ... semel. 12, 63, 6 nec ... recitet; *absolute v. p. 2494, 15. 2495, 47. al.* -is est: *c. inf. v. p. 2493, 74 sqq. 2495, 31 sq. 2498, 15 sqq. 2499, 9 et* EPIST. pontif. 374 Conc.^{S} I 2 p. 8, 23 discere (*gr. I 1, 1 p. 79, 10 μὴ αἰδεσθῆς μαθεῖν*); *c.* ut *v. p. 2494, 3.* -i est: *v. p. 2497, 62 sqq.* -r est: *c. inf. v. p. 2495, 22 sqq., adde* COM. pall. inc. 60 eloqui. LYGD. 2, 7 loqui. OV. met. 14, 18 referre. SEN. Herc. O. 1688 flere. RVT. NAM. 1, 506 displicuisse. *al.; c. gerund.* CVRT. 10, 2, 20 est ... in illis *servis* -r ... relinquendi *dominum; c. subst. vel acc. c. inf. v. p. 2498, 1 sqq. exempla varia, sc. sine talibus additamentis, v. p. 2493, 35. 38. 2495, 69 et e. g.* CIC. Verr. II 1, 139 in adulescente. ② *quod -em indicat* (*per acc. c. inf. praeter* QVINT.): SEN. Phaedr. 141 -r est ... nosse peccandi modum. QVINT. inst. 9, 2, 72 quod (*v. p. 2494, 47*). MART. 12, 94, 11 quis ... -r omnia velle. Ps. AMBR. paenit. 14 p. 987^{B} revereri ... potestatem iudicis non erit verecundiae, sed -is.

b *cum* habere (*cf. p. 2499, 65*): CIC. Pis. 39 amicos ... plus habuisse ... -is (MART. *p. 2494, 60.* CLAVD. 18, 413. *cf.* nimis OV. *p. 2495, 69,* aliquid LIV. *p. 2493, 33. al.,* plurimum PLIN. nat. 2, 88 CLAVD. DON. Aen. 1, 235 p. 54, 7. *sim. al.*). PVBLIL. sent. P 41 -em habere servitus ... est. SEN. contr. 9, 4, 6. SEN. epist. *p. 2493, 72.* PETRON. *p. 2495, 55.* STAT. Theb. 10, 570. *al.*

c *cum praepos.*: CIC. Flacc. 10 quanto cum -e ... dixit! (*v. p. 2494, 28. 2497, 16. 2499, 12*). PLIN. nat. 19, 152 non sine -e dicenda (QVINT. inst. 12, 1, 12. *al., e. g. p. 2494, 14. 2499, 15*). SVET. Claud. 32 periclitatum quendam prae -e ex continentia (*v. p. 2497, 31*). CALP. decl. 30 ex -e ... liberius erratur. CYPR. hab. virg. 9 desideria ... ultra ... -em virginitatis *extendere* (HIST. AVG. Aurelian. 26, 2). HIL. trin. 7, 26 l. 11 extra -em est professa ... impietas. PRVD. perist. 10, 676 tyrannus sub -e fluctuans (QVODV. prom. 2, 24, 50).

d *in exclamatione* (*sc. eius, qui absentiam -is dolet; vix meton.*): HOR. carm. 3, 5, 38 o -r! o magna Carthago, probrosis altior Italiae ruinis (OV. epist. 9, 111 VAL. FL. 8, 269 FLOR. epit. 2, 6, 30. *al.*). SEN. dial. 11, 17, 4 pro -r imperii ([*item c. gen.*: LVCAN. 8, 597 pro superum -r]. nat. 4, 13, 8 LVCAN. 10, 47. 77 PETRON. 81, 5. 123 vers. 243 [dolor *var. l.*]. *al.; cf.* GLOSS. V 138, 10 pro -r: o confusio). LVCAN. 2, 708 heu -r (VAL. FL. 1, 44 heu magni solis -r. 6, 374. CLAVD. 18, 9 heu terrae caelique -r).

II *transfertur ad animantium (temporum p. 2501, 3, loci p. 2501, 32) statum, cuius laesio pudenda est, quique servatur habitu pudenti, bonis moribus, ita ut vergat in vim q. e. integritas, existimatio, dignitas sim.* (*simul de dignitate speciei externae p. 2501, 20. 28. 57; attulimus exempla potiora* [*cf. p. 2497, 39. al.*]). *iuxta ponuntur e. g.* dignitas *l. 71. p. 2501, 30. al.,* existimatio *l. 67. p. 2501, 10. 30. al.,* fama *p. 2502, 17,* honor *p. 2501, 74,* maiestas *p. 2501, 20. 32. al.; iunguntur c. gen.* -is *p. 2501, 68 sq. iuncturae verbales potiores*: -em defendere *p. 2501, 2. 64* (*cf. e. g.* (con)servare *l. 75. p. 2501, 16,* tueri *p. 2501, 6*), eripere *p. 2501, 15. 2502, 1* (*cf. e. g.* auferre *p. 2501, 53,* perdere *p. 2501, 15,* rapere *p. 2501, 48*), laedere *p. 2501, 50* (*cf. e. g.* violare *p. 2501, 44*), -i parcere *p. 2501, 23. 53. 2502, 15; nominales*: -is labes *sim. e. g. p. 2501, 11. 61 sqq.* (*aliter p. 2501, 68 sq.*), salvo -e *l. 72. p. 2501, 17. 59.*

A *generatim; -is ratio habetur*: **1** *in iure, in iudicio* (*in senatu l. 70, apud arbitrum privatum p. 2501, 6; v. etiam sub B2; respicitur maxime integritas rei, sed etiam petitoris e. g. l. 72 sq., iudicum l. 75 aliorumque*): CIC. Sull. 77 illud firmissimum praesidium -is, quo in loco nobis vita ante acta proderit (*postea*: existimationis partae fructus). 85 dico illud *in defensionem Sullae,* quod ... non auctoritati adsumam, sed -i meo. Flacc. 100 huius *praetoris* -is integritatisque testes. MET. CEL. Cic. fam. 5, 1, 1 quem *fratrem in senatu capite ac fortunis oppugnatum* si parum -r ipsius defendebat, debebat ... familiae nostrae dignitas ... sublevare. SEN. contr. 2, 7, 2 poteram ego salvo -e meo nihil de hereditate *uxori relicta* suspicari? (QVINT. decl. 273, 3 s. -e ad sponsorem venit creditor, *si debitor solvendo non est.* 306, 6 tunc, *sc. priore iudicio,* ... -r salvus *erat. al.*). QVINT. inst. 11, 1, 78 parte victa decentius erit ... servare iudicum -em *in appellando*

[Wk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(decl. 266, 12 hoc non pertinere ad i. -em [*11* si istud invidiosum iudicibus esset]). decl. 269, 13 ut defendam -em meum. *al.* Ps. QVINT. decl. 4, 6 mihi praestate ... innocentiam meam, temporum -em (*sc. ne parricidio infamentur*). 17, 8 non sum reus inexplorati -is, *quia prioribus iudiciis vici.* IVV. 16, 34 producere testem ... contra ... armati ... -em. PLIN. epist. 5, 1, 6 qui defunctae -em tueretur *apud arbitrum privatum.* APVL. apol. 3, 3 -r ... veluti vestis *eqs.* 3, 4 pro integritate -is mei ... maledicta omnia refutare. PAPIN. dig. 3, 2, 20 *his sententiae verbis* -r potius oneratur, quam ignominia videtur irrogari. VLP. dig. 47, 10, 1, 5 iniuria, quae fit liberis nostris, nostrum -em pertingit (*4* spectat ... ad existimationem nostram). *al.* COD. Iust. 2, 11, 15 (*a. 239*) *qui intra lugendi tempora* duxit uxorem ..., labem -is contrahit (5, 62, 17 [*a. 265*]). Theod. 14, 10, 1, 3 (*a. 382*) *servi* -is non possunt dispendium sustinere (Iust. 1, 40, 7 [*a. 386*] cum d. -is atque fortunae). *al.* **2** *in variis vitae condicionibus*: PVBLIL. sent. P 6 (*nisi ad p. 2502, 1*) -em alienum qui eripit, perdit suum (APVL. apol. 84, 8 ut alienum, *sc. matris,* -em conserves, qui tuum perdideris). OV. Pont. 1, 2, 66 pro me temptare modeste gratia quod salvo vestra -e queat (PETRON. 132, 7 *verberibus foedatus,* quod solum ... s. -e poteram, contingere languorem simulavi). LIV. 34, 2, 8 nisi me *per agmen mulierum euntem* verecundia ... maiestatis et -is *matronarum* ... tenuisset (*cf.* 34, 6, 8 -em sanctitatemque feminarum). SEN. contr. 7, 8, 2 *raptor,* sine ullo respectu -is ad pedes te puellae *exorandae* demitte. suas. 4, 5 auditor ... quidam, cuius -i parco, *inepta dixit* (contr. exc. 4, 3, 2. LVCAN. 2, 518 parcere Romano potuit fortuna -i. *al.*). SEN. dial. 2, 15, 1 *contumelias ferre et alia,* quae excogitari -i ingenuo molesta possunt. epist. 42, 7 cum iactura -is *vilia quaedam petere.* CVRT. 8, 8, 9 (*loq. Alexander*) si -i vestro, *i. gratias agere nolentium,* gravem fecero *liberalitatem meam.* STAT. Theb. 4, 753 (*Adrastus Hypsipylae*) te vultusque -rque mortali de stirpe negant (*cf. l. 57*). 11, 164 adflictum ... -em *Polynicis.* IVV. 8, 83 animam, *i. vitam,* praeferre -i. PLIN. epist. 2, 9, 1 meus -r, mea existimatio, mea dignitas in discrimen adducitur *ista commendatione.* 3, 20, 4 *in senatu olim* omnia ... maiestatem loci -emque retinebant. CYPR. epist. 16, 1, 1 honorem martyrum et confessorum -em ... turbare *lapsis temere receptis* (*in eadem re e. g.* NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 4 inlicitas petitiones ab ecclesiae -e revocarunt *confessores*). *al.* *respicitur dignitas imperii Romani*: LVCAN. 8, 349 patimurne -is hoc vulnus, *ut a Parthis petatur auxilium*? (*nisi 'vulnus pudendum' sec. IB*). FLOR. epit. 3, 1, 10 in ultionem non tam imperii Romani quam -is Metellus adsurgit *bello Iugurthino.* 3, 20, 12 -em ... Romanum Licinius Crassus adseruit. AMM. 17, 5, 12 (*imp. Constantius Sapori regi*) *pax* nihil -i nostro praeruptura vel maiestati. *al.*

B *speciatim; -r laeditur, oneratur*: **1** *stupro, impudicitia, obscenitate* (*imprimis de integritate virginum* [*in versu spurio* STAT. Ach. 1, 661], *sed etiam coniugum l. 51. 59sq. al., marium l. 70. p. 2502, 4, ecclesiae l. 75; exempla selecta inde a* SIL.): LYDIA 53 castos violare -es sacratamque ... vittam temptare puellae (*cf.* EDICT. Theodor. 59 violator -is ingenui). TIB. 1, 3, 83 casta ... maneas, *Delia,* sanctique -is adsideat custos ... anus. OV. epist. 9, 19 (*Deianira Herculi*) quid nisi notitia est misero quaesita -i? (*si recte huc traximus*). met. 1, 600 *Iuppiter* rapuit ... -em *Ius* (STAT. Ach. 1, 671 *Deidamia* raptumque -em surgentemque uterum ... occuluit. TERT. nat. 1, 8, 6 ⟨ra⟩p⟨ti pu⟩doris rubore. *al.*). 2, 450 laesi dat signa rubore -is *Callisto* (7, 751 *insimulatione adulterii* laesum ... -em. SEN. Phaedr. 1189 o mors, -is maximum l. decus). 6, 616 quae tibi, *Philomela,* membra abstulere -em. 10, 411 (*Myrrha nutrici*) misero ... -i parce; ... scelus est, quod scire laboras (PLIN. nat. 7, 77 *fluvio vehuntur cadavera* feminarum prona, veluti -i defunctarum parcente natura. VLP. dig. 23, 2, 43 pr. *al.*). 13, 480 *Polyxenae* cura fuit partes velare tegendas, cum caderet, castique decus servare -is. MANIL. 5, 553 servatur ... vultusque -rque *Andromedae ceto expositae.* GERM. 649 *Orionem* ausum ... sacrum temerasse -em *Dianae.* SEN. Phaedr. 712 (*Phaedra Hippolyto*) salvo ut -e manibus immoriar tuis (QVINT. decl. 277, 9 quo *tempore* s. -e a marito secubaret *uxor praegnas.* 325, 11). 893 labem hanc -is eluet noster cruor (*cf. e. g.* dial. 2, 6, 7 magno -is impendio dilecta scorta. FIRM. err. 15, 2 prostituti -is damna. CLAVD. DON. Aen. 3, 325 p. 312, 21 -is ... detrimentum). benef. 7, 9, 5 in quibus *vestibus sericis* nihil est, quo defendi aut corpus aut ... -r possit (SIL. 13, 826 *Verginiae* vulnus ..., defensi ferro monumenta -is). CVRT. 5, 1, 38 *vestibus exutis* -em profanant *mulieres in convivio* (*al., v. p. 1660, 27sq.; cf.* prostituere *l. 63. p. 2236, 5sq.,* publicare LACT. inst. 6, 23, 7). PETRON. 9, 4. 106, 4 cuius *Tryphenae* (*vix Lichae*) -is dignitas in contione proscripta sit (*gen. explic. ut*: ARNOB. nat. 5, 22 p. 277, 2 Catamitus puer -is spoliatus est honestate). VAL. FL. 5, 356 *Medeae nutrix,* virginei custos grandaeva -is (STAT. Theb. 12, 205). QVINT. decl. 279, 13 qui *adulterio* -em cubiculi ... expugnatum esse credunt. APVL. apol. 85, 6 *matris* -r ... carpitur *a filio* (*in eadem re l. 16 et* 100, 8 -em ... conatus est publice dedecorare). CYPR. epist. 2, 1, 2 ut -r et honor ecclesiae tam turpi ... contagione *histrionis* foedetur. ARNOB. nat. 1, 64 p. 61, 2 matronarum -em ac virginum vi subruunt atque eripiunt (AMM. 15, 7, 5. *al.; hucine iam p. 2501, 15?*). HIST. AVG. Claud. 13, 7 ei, qui ... genitalia sibi contorserat *in pugna,* ... dentes ... excussit; quae res indulgentiam meruit -is vindictae. AMBR. virg. 2, 4, 22 integritatem -is professa *est virgo.* ALC. AVIT. carm. 6, 430 virginitas sacro devota -i. *al.* *de -e Mariae*: AMBR. inst. virg. 8, 52 intemeratum s(a)eptum -is et inviolata integritatis ... signacula. HYMN. Ambros. 3, 24 F. ne virginis partus sacer matris -em laederet. 5, 14 F. (= QVODV. symb. 3, 4, 6; *respic. Ezech. 44, 1sq.*) alvus tumescit virginis, claustrum -is permanet (PS. AVG. serm. ed. Caillau 1, 11, 3. *cf. ibid.* 1, 7, 25 -is ... ostium). PRVD. cath. 11, 55. EVSEB. GALLIC. hom. 2, 3 l. 55 materni -is signaculo minime resignato. *al.* **2** *aere alieno, amissione bonorum sim.*: SEN. benef. 5, 21, 3 fenerator quosdam debitores non appellat, quos scit decoxisse et in quorum -em nihil superest (*sc. quod intentari possit*). IAVOL. dig. 42, 5, 28 filii -i parcitur, ut potius patris quam eius bona veneant (CELS. dig. 17, 1, 48 pr. si pepercisset -i suo *fideiussor solvendo usuras* [*antea*: propter suam existimationem]). PLIN. epist. 2, 4, 2 debes famam defuncti -emque suscipere (*adeundo hereditatem gravem*). APVL. apol. 75, 5 *quidam* plurimis creditoribus defeneratus maluit pecuniam quam -em (*7* insignia dignitatis abicit *eqs.*). TERT. apol. 4, 9 in -is notam capitis poena conversa est: bonorum adhibita proscriptio *eqs.* (*cf.* idol. 17, 3 *nemo Christianus* iudicet de capite alicuius vel -e). PAVL. PELL. euch. 581 possem quo *pretio agelli* ... lapsi census fulcire ruinas et vitare ... damna -is.

deriv.: pudoratus, pudoriosus. *compos.*: pudoricolor.
cf. Onom. *Wk.*

pudōrātus, -a, -um. *a* pudor. **1** *notione communi, i. q. pudore praeditus, pudicus*: VET. LAT. Sirach 26, 19 gratia super gratiam, mulier sancta et -a (*gr. 26, 15 αἰσχυντηρά. cf.* MIRAC. Steph. 2, 2 l. 13 in femina pia et -a). PS. CYPR. singul. cler. 27 *sancti* religiosa, modesta, veneranda, pudica, -a cum feminis negotia peregerunt. **2** *pro gr. ἐπιστήμων i. q. disciplinatus, sc. qui scit prava a rectis discernere* (GLOSS. -us: sapiens [puder- *trad., v. Heraeus, Kl. Schr. 1937, 61 adn. 1*]. *ad notionem cf. e. g. Euseb. hist. 3, 33, 3 ἐπιστήμην, sc. Χριστιανῶν, pro Tert. apol. 2, 6* disciplinam homicidium ... prohibentem): VET. LAT. deut. 1, 15 (cod. 100) sumpsi ex vobis viros sapientes et -os et sensatos (*loco gemino 1, 13* [*ibid.*] s. et disciplinatos; *Vulg. 1, 13* s. et gnaros, *15* s. et nobiles). 4, 6 (*ibid.*) ecce populus prudens et -us (*Ambr. in psalm. 1, 50, 1* sapiens et disciplinae tenax, *Vulg.* s. et intellegens).

compos.: impudoratus; *cf.* expudoratus. *cf. Onom.*

pudōricolor, -ōris *adi.* *a* pudor *et* color. *i. q. colorem habens pudoris, sc. pudoris erubescentis*: GELL. 19, 7, 6 *Laevius* rubentem auroram ⟨-em⟩ appellavit et Memnonem ⟨nocticolorem⟩ (⟨ ⟩ LAEV. carm. frg. 9. *cf. p. 2498, 37. 46*).

pudōriōsus, (-a, -um). *a* pudor (*cf.* laboriosus). GLOSS. II 220, 17 *αἰδήμων*: modestus, ⟨-us⟩, verecundus, pudens (⟨ ⟩ -ros- *var. l.*).

puduclo *v.* 1. pediculo. **puella** *v.* puellus. *Wieland.*

***puellāris,** -e. *a* puellus (puella). NOT. Tir. 34, 18 -is. *compar. et superl. desunt; cf.* tam -is *p. 2503, 14.* GLOSS. -is cultus: similis puellae. -is: derivativum; similis puellae cultu. *legitur sexies apud* OV., *ceterum in poesi singulis fere locis apud* MANIL., SEN. *trag.,* IVV., PRVD. *al., in oratione soluta inde a* PAVL. FEST., SEN. *rhet.* (*quater*), MELA, PLIN. nat., *undecies apud* HIER. [*confunditur in codd. c.* pupillaris IVV. 15, 137 VVLG. num. 30, 4; *contextu lacunoso* CE 2250, 2 (*v.* INSCR. Iugosl. Šašel 2398). *vix huc* -ium CIL IV 8916b, *v. p. 2508, 43.*]

i. q. ad puellam pertinens (*imprimis c. respectu aetatis iuvenilis, e. g. l. 62. 74. p. 2503, 14, sed minoris l. 68. p. 2503, 4. 11. al.; potius sexus muliebris respicitur l. 69. p. 2503, 20, ad ancillam refertur p. 2503, 36; -ia usurpant mares l. 64. p. 2503, 23sq., vice versa p. 2503, 11; neutr. pro subst. p. 2503, 10*): **1** *significatur qualitas, qua ostenditur proprietas puellarum naturalis; cum respectu potius*: **a** *corporis, speciei externae* (*ipsius sexus l. 69*): OV. epist. 10, 20 *in litore* alta -es tardat harena pedes, *sc. Ariadnae.* met. 10, 594 in ... -i corpus *Atalantae* candore ruborem traxerat. fast. 4, 463 -is ... vestigia plantae (5, 611). SEN. contr. 1, 2, 21 -es lacertos supra virile robur attollere. IVV. 15, 137 *pupilli in ius vocati* manantia fletu ora -es faciunt incerta capilli (SCHOL. tamquam puellae). PRVD. apoth. 105 *deus* -i conceptus sanguine (*sc. Mariae; cf.* PS. AVG. serm. ed. Mai 177 p. 398 creator mundi procedit ex utero -i [*cf. p. 399* virginali]). VINDIC. gyn. rec. G p. 442 corporis -is (*opp.* mulieris). FAVST. REI. grat. 2, 3 p. 65, 2 *a caede Bethleemitica* omnis status -is excipitur. *al.* *de effigie numinis ignoti*: SVET. Nero 56 ⟨im⟩agunculam -em ... pro summo numine ... colere perseveravit. IVL. VAL. 1, 30 l. 1003 -is effigies spectabili magnitudine (*gr. p. 34, 9 κόρης*). **b** *animi variarumque rerum incorp.* (*de ipsa persona p. 2503, 7*): OV. met. 5, 393 -i studio ... sinum ... inplet *liliis Proserpina.* fast. 4, 433 *florum* praeda -es animos *Proserpinae et comitum* prolectat inanis (FIRM. err. 7, 2. HIER. epist. 7, 4, 2

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-es a. ... solidari, si *eqs.; al.*). SEN. Med. 909 *audere magnum* quid -is furor *poterat*? Medea nunc sum. PLIN. nat. 10, 154 Iulia Augusta prima sua iuventa ... gravida ... hoc usa est -i augurio: ovum in sinu fovendo *eqs.* PLIN. epist. 5, 16, 2 *puella* nondum annos XIIII impleverat, et iam illi anilis prudentia, matronalis gravitas erat et tamen suavitas -is cum virginali verecundia. HIER. epist. 79, 8, 1 (*Salvinae viduae*) *ne te offendant* generalia monita et conveniens -i sermo personae. PS. AVG. serm. 195, 4 (*loq. Ioseph*) ante torum nuptiarum -em non vexavi pudorem *Mariae. ibid.* Mariam ... cogitatio impulit ⌊-is⌋ *ad nefas* (⌊ ⌋ *sc. inconsiderata, infirma potius quam lasciva*). GREG. M. dial. 4, 18, 1 ut nil ... leve et -e ageret *puellula quaedam. al.* *ironice* (*filiae parvulae imputatur facinus virile*): SEN. contr. 9, 6, 6 hucine scelera recciderunt, ut parricidium ⌊-e⌋ sit? (puell(a)e re *fere trad.*). **c** *aetatis*: QVINT. inst. 6 prooem. 5 *uxor defuncta est* aetate tam -i ([*4* nondum expleto aetatis undevicesimo anno]. HIER. epist. 54, 7, 2 *ornatu faciei* frustra ... a. -is adseritur. VVLG. num. 30, 4. *al.*). TAC. ann. 14, 2, 2 *Agrippina* -bus annis stuprum cum Lepido ... admiserat (PS. QVINT. decl. 18, 3 p. 355, 17. HIER. epist. 123, 5, 5 a. -ium [puellarum *var. l.*]. CLAVD. carm. min. 30, 140. *al.*).

2 *significatur quaelibet relatio, quae est ad puellam*: **a** *generatim* (*c. respectu aetatis imprimis l. 25, sexus muliebris l. 22 sqq. 30*): **α** *de iis, quae puellis parantur, iniunguntur sim.*: PAVL. FEST. p. 311 supparus vestimentum -e lineum. SEN. contr. exc. 5, 6, 1 *adulescens* capillos in feminae habitum composuit, oculos -i lenocinio circumdedit. *ibid.* date illi *iuveni* vestem -em (NON. p. 542, 28 genera v. -ium). MELA 3, 35 *apud Sarmatas* venari -ia pensa sunt, ferire hostem adultarum stipendium est. VET. LAT. Esth. 2, 12 (cod. 109) adinplebantur dies ⌊-es⌋ curationum (⌊ ⌋ *om. gr. et Vulg.; fort. per enallagen pro '-ium'*). HIER. epist. 52, 2, 2 *olim senes* nequaquam -es quaesiere conplexus (*cf.* GREG. TVR. vit. patr. 16, 1 *cum iuvenis* amori se -i praestaret affabilem). VITAE patr. Iurens. 60 *sancti Romani sororem* monasterio praefecerant -i. **β** *de dea, quae puellas protegit*: CIL II 3386 (*saec. II²*) Isidi puel⟨lari⟩ ... Fabiana avia in honorem Avitae neptis.

b *speciatim adhibetur ad significandam ipsam puellam, de qua agitur* (*pro adi.* -is *exspectes potius gen. subst.* puellae): MANIL. 4, 684 ille *Iuppiter* -i donavit nomine litus, *sc. Europae.* DON. Ter. Eun. 595, 1 verba ipsa *ancillae* per *μίμησιν* induxit, per quam error -is exprimitur (*cf. l. 46*). AVG. c. Iulian. op. imperf. 1, 68, 3 *matrem* ab illo -i vitio *vinolentiae* liberatam (*cui puella obnoxia erat, v. conf. 9, 8, 18*). VITAE patr. Iurens. 56 reducto phantasmate nequitiae -is (*cf. 54* diabolus ... sub duarum puellarum forma ... advenit). SACR. Leon. 1185 confessio -is (*sc. sanctae Caeciliae martyris*).

adv. **puellāriter.** *i. q. more puellari*: PLIN. epist. 8, 10, 1 *uxor* se praegnantem esse -r nescit. PORPH. Hor. carm. 4, 13, 13 *vetulam* -r se veste et gemmis excolere. MART. CAP. 1, 88 *Tyche* rapiens his comas -r, caput illis virga comminuens (*antea*: garrula puellarum). *respicitur ancilla* (*cf. l. 36*): DON. Ter. Eun. 834, 1 'era mea ...': blande ac -r arridet (*Pythias ut*: 898, 2 -r dixit).

?**puellārius** *fort. tuendum est p. 2581, 40.*

puellāsco, -ere. *a* puellus (puella). *fere i. q. puellam fieri, partes puellae agere sim.* (*sc. in rebus amatoriis et de vetula pruriente et de puero delicato*): VARRO Men. 44 *Baiis* non solum innubae fiunt communīs, sed etiam veteres ⌊-unt⌋, et multi pueri -unt (⌊ ⌋ *codd.*, puerascunt *post alios Friedländer, alii alia, sed v. Dahlmann, Gnomon 47, 1975, 658; explicat* NON. p. 154, 4 -ere: ecfeminari vel evirescere [revir(i)dis-, revirdes- *var. ll.; inde* GLOSS. -ere: verdiscere]).

puellātōrius, -a, -um. *a* puellus (puella) *sec.* praecentorius, *v. Leumann, Gramm. 1977, 301.* *i. q. ad puellam pertinens*: SOL. 5, 19 seu praecentorias *tibias* facias ... seu -as, quibus a sono clariore vocamen datur *eqs.* (*ad rem cf. παρθένιος αὐλός Arist. hist. anim. 581b11*).

puellitor, -ārī. *a* puellus (puella). *i. q. cum puella facere, coire* (*v. Carilli, Studi e ricerche dell'Ist. di Latino 3, 1980, 30; 'puellarum more facere' intellegunt alii*): LABER. mim. 140 quae deleritas vos suppolitoris facit cum cano ⟨...⟩ eugio -ari? (*v. app. crit.*).

puellula, -ae *f.* *a* puellus (puella) *deminutive; item* PRISC. gramm. II 113, 18. GLOSS. -a: *παιδισκάριον eqs.* *scribitur* -llol- *in parte codd.* GREG. TVR. Franc. 9, 27 p. 445, 17 sq. *al.* *legitur in versibus inde a* TER., *in orat. soluta inde ab* ARNOB. *p. 2504, 19.* [*confunditur in codd. c.* puella *e. g.* TER. *l. 73, falsa var. l.* HIER. in Is. 3, 7, 14 l. 49 G., *restit.* CATVLL. 61, 182 DON. Ter. Phorm. 81, 2. *al.* (*vix recte etiam a parte edd.* VARRO Men. 438).]

i. q. puella (*saepius c. affectu quodam adhibitum quam ad significandam parvulam, cum plerumque respiciatur aetas iuvenilis*): **1** *in re amatoria*: TER. Phorm. 81 *adolescens* quandam nactus est -am (puellam *var. l.*) citharistriam: hanc amare coepit perdite; ea serviebat lenoni (DON. *ad l.* 2 -am c.: ... ut causa amoris et ex aetate et ex arte puellae videatur [*inde sim.* SCHOL. p. 70, 18]. *cf. ibid.* 82, 2. 144, 2). POMPON. Atell. 67 perii; non ⌊-a⌋ est; numquid abscondidisti inter nates (⌊ ⌋ *sunt qui coni.* puella). CATVLL. 57, 9 *Mamurra et Caesar* rivales socii ... -arum. 61, 57 tu, *Hymen,* fero iuveni in manus floridam ... -am dedis a gremio suae matris (*de sponsa ut*: 61, 182. 188. *cf.* HIST. Apoll. rec. A 24 *rex* spatiatur in littore iuncta sibi -a, *sc. uxore* [*antea*: puella]). SVLP. APOLL. perioch. Ter. Eun. 7 ephebus ... -am cum deperiret. AMBR. epist. 2, 7, 12 *multi* emerunt sibi ⌊-as⌋ formae elegantioris, quarum amore capti *eqs.* (⌊ ⌋ puellas *var. l., cf. Philo prob. lib. 38 παιδισκάρια*). GREG. TVR. Franc. 9, 27 p. 445, 17 dux ... in amorem -ae (puellae *var. l.*) ... ingenuae ruit (*in eadem re* p. 445, 18).

2 *vario usu pertinet ad*: **a** *quaslibet puellas*: **α** *parvulas, immaturas* (*de filiola* CE): CE 216, 1 (*saec. III? praecedit*: parentes filiae dulcissimae) queri necesse est de -a dulci (*5* semissem anni vixit). AMBR. in psalm. 1, 9, 3 *omnes psallunt,* senes ..., veterani ..., iuvenes ..., adulescentes ..., iuvenculae ..., -ae (puellae *var. l.*). PRVD. perist. 3, 103 revocare tuam, torva -a, nequitiam (*de Eulalia martyre XII annorum; cf.* 14, 11 iugali vix habilem toro primis in annis ... -am, *i. Agnen*). GREG. TVR. Mart. 4, 18 dum ... cum reliquis -is ... ludum exercendo discurreret *puella. al.* **β** *adultas: de Minerva*: ARNOB. nat. 6, 25 p. 339, 17 (*describuntur statuae deorum*) militari sub galea -a delitiscens. *de Maria*: PETR. CHRYS. serm. 140, 6 una -a ... deum in sui pectoris ... recipit ... hospitio. *de virgine consecrata: v. p. 2509, 29.*

b *famulas, ancillas* (*cf. p. 2503, 74. l. 7*): ARNOB. IVN. ad Greg. 18 l. 10 cum te *dominam* lana per -am coeperit commovere (*l. 29* ancilla). GREG. TVR. glor. mart. 33 p. 509, 7 venerabilis mulier ... unam tantummodo habens -am (puellam *var. l.*) in comitatu suo. Mart. 3, 37 -am (*de eadem antea*: mulier ... remansit ad telam; *postea*: puella). vit. patr. 19, 1 p. 736, 32.

***puellus,** -ī *m.* *a* puer *deminutive* (*cf.* puerulus). *de origine et notione*: FEST. p. 249 -i per deminutionem a pueris dicti sunt (*affertur* PLAVT., ENN., LVCIL. 173). SVET. Cal. 8, 3 *v. p. 2529, 38* (*iuxta* puella *ut*: DON. Ter. *p. 2528, 51.* PRISC. gramm. II 231, 14. *al.*). NON. p. 158, 14 (*inde* GLOSS.) -os, pueros (*affertur* ENN., LVCIL. 173, VARRO *l. 39sq. 53,* LVCR.). GLOSS. -us: *παιδάριον. παῖς ἀρχαίως.*

i. q. puerulus: **1** *generatim et fere mero respectu aetatis impuberis: de quibuslibet parvulis*: PLAVT. Gem. len. frg. dolet ⌊huic -o⌋ (hic -us *var. l.*) sese venum ducier. ENN. ann. 221 Poeni soliti ⌊suos⌋ sacrificare -os (⌊ ⌋ *Fest.*, s. divis *Non.*). LVCIL. 425 inde venit Romam tener ipse etiam atque -us. VARRO Men. 285 dummodo redderet -um *Medea Pelian* (*v. app. crit.*). 485 o stulta ... dormitio ..., quae me -um impuberem cepisti. APVL. met. 10, 29, 4 -i puellaeque virenti florentes aetatula, forma conspicui ... saltaturi pyrricam. 10, 32, 1 illos teretes et lacteos -os *Veneri in scaena circumfusos* diceres tu Cupidines veros de caelo ... involasse (*antea*: parvulorum). SER. med. 1035 (*e* TITIN., *v.* com. 188) si ... premit strix ... -os (*cf. capp. 58* infantibus ... strige inquietatis). CIL XIII 7814 (*aet. infimae*) -o numen Reudolfus (*i.* -us nomine R., *si recte lectum est; cf. Lehner, Die antiken Steindenkmäler ... in Bonn, 1918, 387 n. 1005*). *de fetu vel recens nato*: VARRO Men. 19 *Alcmene* peperit Iovi -um. LVCR. 4, 1252 unde ⌊-os⌋ suscipere ... possent *feminae prius steriles* (⌊ ⌋ -um Non. p. 158, 20). APVL. met. 5, 16, 4 si divini -i ... haec, *sc. Psyche,* mater audierit. **2** *in re amatoria cum affectu quodam de pueris libidine petitis*: LVCIL. 173 hic tam formosus ⌊homo⌋ ac te dignus -us (⌊ ⌋ tibi *var. l.*). VARRO Men. 540 ille -us Veneris, *sc. Adonis.* CARM. Gell. 19, 11, 4 (*estne* APVL.*?*) vers. 2 semihiulco savio meum -um savior (*8* pueri, *17* puerulum [*v. p. 2531, 64*]). APVL. met. 7, 21, 2 *ab asino appetuntur viatores,* sive illa scitula mulier seu virgo nubilis seu tener -us est. 9, 27, 4 tam venustum tamque pulchellum -um (*3* puerum). *Breimeier.*

f. ***puella,** -ae (*forma deminutiva ad significandam pueram, v. Leumann, Gramm. 1977, 284*). *de origine*: DON. Ter. Andr. 490, 6 puer puellus, puera -a (PRISC. gramm. II 110, 18. 231, 2. 562, 5). ISID. diff. 1, 448 quasi pullam (*v. p. 2591, 21*). *de scriptura* (*cf.* PROB. app. gramm. IV 198, 23 -a non poella): puaella TAB. aliment. Baeb. (CIL IX 1455) tit. 4 (*v. et l. 67*), puela *e. g.* CIL IV 4289. 4398. V 6206, 6. VIII 11064. XIII 1983, 3, puuella TAB. devot. Année Épigr. 1997 n. 977 (*saec. IV; e Britannia*), polla INSCR. christ. urb. Rom. 14746, *?*pula *p. 2591, 21; litt. gr. p. 2507, 54.* *notatur* puell *p. 2508, 11,* puel CIL VI 19168 (*saec. II/III*). INSCR. christ. Hisp. 306 (*lineola supra ducta; a. 465?*), puae INSCR. christ. urb. Rom. 19660, pa INSCR. christ. Hisp. 323, p (*vel littera inversa* ꟼ) *e. g. in formulis p. 2509, 50 allatis* (*plur.* pp *p. 2509, 53*). NOT. Tir. 34, 17 -a. *de formis: gen. sing.* -es INSCR. Année Épigr. 1998 n. 676 (*e Sardinia*). christ. urb. Rom. 1032, *plur.* -ar[i]um *v. p. 2508, 43, dat. vel abl. plur.* -abus GELL. hist. 22 (*affert* CHAR. gramm. p. 68, 2 *inter* sordide ab auctoribus dicta). *de mensura*: -ue- *per synizesin legendum vid.* PLAVT. Cas. 79 (*si recte trad.*). Cist. 124 Poen. 1301 Rud. 282; -ū- *producitur* CYPR. GALL. exod. 107. *de notione v. p. 2506, 9.*

[Schrickx]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

57. 2510, 47. 2591, 21, ceterum GLOSS. -a: *χοράσιον, κόρη, παιδίσκη. παῖς. sim. al., cf. p. 2507, 41. 2508, 72. legitur in versibus inde a* PLAVTO *aliisque scaenicis, raro in carm. epicis (deest* LVCANO; *cf. Austin, 1964, ad Verg. Aen. 2, 238), sed saepissime apud* CATVLL., TIB., PROP., OV., MART.; *in oratione soluta non magna frequentia inde a* CATONE, Q. SCAEV., CIC., VARRONE, BELLO Alex., LIV., *paulo saepius in declamationibus et in titulis nec non apud* APVL. [*falsa var. l. pro* illam TER. Haut. 1060; *falso trad.* PAPIN. epigr. Varro ling. 7, 28.]

vi demin. evanida significatur femina a prima usque ad florentem aetatem et robustam (per synecdochen de omni aetate p. 2513, 4, metonymice de simulacris vel sideribus l. 74. p. 2506, 3, translate de catella vel de viris mollibus p. 2508, 70. 2509, 1; in usum adi. vergere potest per adv. auctum l. 51 vel praedicative positum, e. g. p. 2506, 14 sq.; saepe variat in contextu c. virgo, *e. g. l. 63. p. 2506, 56 et* PROP. 4, 8, 9 [*cf. 6*]. LIV. 3, 44, 5. 4, 9, 5 [*cf. 4*]. VAL. MAX. 4, 4, 10, *iungitur p. 2506, 49, disting. p. 2506, 9*). *aliter ac* puer *adhibetur sollemniter etiam de adulescente vel iuvene, quia illae voces non saepe de feminis dicuntur, v. vol. I 795, 22 sqq. 797, 35 sqq. (cf.* adulescentula *ibid. 800, 50 sqq.) et VII 2, 736, 47 sqq.; respondet* iuvenis *in re amatoria infra p. 2508, 23 (opp. l. 55; cf. l. 47); opp.* provectior SEN. epist. 94, 15, senior *p. 2507, 35,* vetulus *p. 2508, 46,* anus *e. g. l. 46. 60. p. 2506, 12; tamen non desunt exempla aetatis provectioris, v. 2509, 11. p. 2506, 67 et usu christ. 57. 2508, 63.*

I *pertinet potius ad solam naturam muliebrem, sexum femininum*: **A** *illustratur imprimis aetas earum*: **1** *quae modo natae, infantes sunt (de fetu l. 38)*: PLAVT. Cas. 41 *servus* conspicatust ... -am exponi (*al., v. vol. V 2, 1756, 79 sqq.; cf.* 79 -am expositiciam). Cist. 124 parvolam -am proiectam ex angiportu sustuli (167. *al.*). 135 puerum aut -am alicunde ut reperirem ..., recens natum (CIC. div. 1, 121 si -a n. biceps esset. LIV. 41, 21, 12 biceps n. puer, ... Auximi -a cum dentibus. *al.; nota*: VINDIC. med. 25 quod virili semine -ae nascantur, ex femineo semine pueri nascantur). 139 sq. postquam eam -am a med accepit, ilico eandem -am peperit (*al., v. vol. X 1, 404, 24 sq.*). 151 de -ae ... suppositione (*cf. e. g.* Truc. 404 quaerere puerum aut -am, qui supponatur mihi). *al.* PAVL. FEST. p. 120 lustrici dies infantium appellantur, -arum octavus, puerorum nonus. p. 379 *vere sacro* pueros ac -as innocentes interficere (*antea*: quaecumque proximo vere nata essent). PLIN. nat. 28, 259 inquietos infantes ..., maxime -as. MART. 11, 61, 8 puer an -a matris esset in ventre. *al.*

2 *quae aetatis sunt paulo maioris, sed nondum nubilis (cf. p. 2506, 44 sqq.)*: PLAVT. Curc. 528 (*loq. leno*) illam, *sc. Planesium,* minis olim decem -am parvolam emi. TER. Eun. 109 matri parvolam -am dono quidam mercator dedit (*111* matris nomen ... dicebat ipsa). CATO agr. 157, 5 *v. p. 2512, 62.* CATVLL. 62, 42 multi illum *florem* pueri, multae optavere -ae (*sim.* 62, 44. *cf.* OV. trist. 3, 12, 5 iam violam puerique legunt hilaresque -ae). VARRO ling. 8, 25 quae *similitudo* est ut in aetate puer ad senem, ⟨-a⟩ ad anum. rust. 2, 10, 1 cum in fundis non modo pueri, sed etiam -ae pascant (*opp.* iuventutem, *sc. marium*). HOR. epist. 2, 1, 99 *nugari Graecia coepit* sub nutrice -a velut si luderet infans. OV. fast. 3, 817 lanam mollire -ae discant. VAL. MAX. 1, 5, 3 decesserat ... catellus, quem -a in deliciis habuerat (*antea*: admodum parvola). PETRON. 25, 2 -a ..., quae non plus quam septem annos habere videbatur. *al. augetur per adv., ut vergere possit in usum adi.*: LIV. 39, 12, 6 *libertina quaedam* -am admodum se ancillam initiatam cum domina ait *Bacchanalibus.* SEN. contr. 9, 6, 10 *filiam* tam -am ..., ut nulli esset idonea ministerio (9, 6, 11). COLVM. 12, 1, 1 *vilica* iuvenis esse debet, id est non nimium -a.

3 *quae plene adoleverunt, sc. de mulieribus aetatis iuvenilis vel etiam paulo provectioris (saepe de mulieribus aet. heroicae, deabus sim.; exempla selecta inde a* VERG.): **a** *vario usu*: PLAVT. Poen. 1301 non pudet -am amplexari baiolum in media via? *al.* TER. Hec. 231 (*v. p. 2477, 23; opp.* anum). CINNA carm. frg. 12 miseras ... galeare -as (*fort. Amazonas, ut certe*: OV. epist. 4, 117 securigeras. SEN. Oed. 479 trucibus. *al.*). CIC. div. 1, 104 (*inde* VAL. MAX. 1, 5, 4) -am defatigatam *mora* (*antea*: virgo). CATVLL. 2, 11 ferunt -ae pernici aureolum *gratum* fuisse malum (*Atalantae ut*: VERG. ecl. 6, 61 Hesperidum miratam mala. *al.*). *al.* LVCR. 3, 1008 aevo florente -as (*Danaides ut*: CVLEX 245. *cf. p. 2507, 10*). BELL. Alex. 23, 2 *multitudinem esse* confectam taedio -ae fiduciario regno (*Arsinoës ut*: LIV. frg. 51). VERG. ecl. 5, 59 Panaque pastoresque ... Dryadasque -as (*al., v. Onom. III 260, 53 sqq.; de aliis nymphis e. g.* VERG. ecl. 10, 9 -ae Naides. PROP. 3, 7, 67 centum aequoreae Nereo genitore -ae. PERVIG. Ven. 53 ruris ... -ae vel -ae montium quaeque silvas quaeque lucos quaeque fontes incolunt). HOR. carm. 4, 9, 12 commissi calores Aeoliae fidibus -ae (*Sapphus ut*: AVSON. 27, 13 [393 S.], 91). PROP. 3, 3, 33 novem sortitae iura -ae (*Musae ut*: HOMER. 880 castae. MART. 1, 76, 4. *al.*). 3, 8, 16 in tabula picta -a (*de ipsa tabula*: PLIN. nat. 35, 147 [*nisi spectat ad 2*] Cratini pictoris filia ... *pinxit* -am, quae est Eleusine. *cf. p. 2507, 13; de statua*: AVSON. Mos. 317). OV. epist. 1, 3 Troia iacet ... Danais invisa -is. MANIL. 3, 359 prona Lycaoniae spectantem *orbem* membra -ae (*Callistus in ursam mutatae. item de sidere*: 4, 521 *Taurus* aversus venit in caelum divesque -is, *i. Pleiadibus.* 5, 255 oriens est ipsa -a, *sc. Erigone*). SEN. benef. 1, 3, 6 cum Hesiodus -is suis, quod voluit, nomen imposuerit (*de Gratiis ut*: 1, 4, 4. MART. CAP. 2, 132 tres). *al. in defendenda versione LXX loci Is. 7, 14 (ita ut l. 46. 57; cf. vol. VII 1, 729, 75 sqq.*): HIER. in Is. 3, 7, 14 l. 17 G. *si* -a, ut Iudaei volunt, et non virgo pariat, quale signum poterit appellari, cum hoc nomen aetatis sit, non integritatis? **b** *ponitur praedicative ad indicandam aetatem (exempla potiora; cf. p. 2505, 41. 52. al.)*: OV. epist. 1, 115 (*Penelopa Vlixi*) ego, quae fueram te discedente -a, ... facta videbor anus (SEN. contr. 9, 6, 7 *uxor* adhuc -a erat. CE 2059, 2 [*Pompeiis*] tibi contingat semper florere ... sisque -a diu. MART. 1, 64, 1 [*item* 4] bella es ... et -a. 8, 79, 5 *vetulas* ducis comites ...; sic formosa, Fabulla, sic -a es. *al.*). VAL. MAX. 6, 2 ext. 2 (*loq. anus*) -a ..., cum gravem tyrannum haberemus, carere eo cupiebam. MART. 10, 67, 2 (*nisi ad 2*) Nestoris noverca, quam vidit Niobe -a canam. 11, 53, 6 quod ... peperit *Claudia* ..., quod sperat ... -a nurūs. PRIAP. 57, 7 sq. quid si ... *anus* roget, ut -a fiat? (8) si nummos ... habet, ⟨-a est⟩ (*spectat ad p. 2507, 68*). ANTH. 446, 5 *parum casta fui,* sed nempe semel, sed nempe -a. *al.*

B *illustratur species vel vestitus -ae (cf. epitheta p. 2509, 60)*: AFRAN. com. 123 -a non sum, supparo si induta sum? VARRO frg. Non. p. 542, 31 ut -ae habeant potius in vestitu clamidas. HOR. carm. 2, 5, 21 quem *puerum* si -arum insereres choro, ... falleret hospites. PROP. 4, 2, 23 (*loq. Vertumnus*) indue me Cois, fiam non dura -a. 4, 9, 50 (*loq. Hercules*) manibus duris apta -a fui. OV. ars 1, 501 aliquam mimo saltante -am. met. 9, 712 (*v. p. 2514, 54*). SEN. contr. exc. 5, 6, 1 sic *adulescens* imitatus est -am, ut raptorem inveniret. MART. 12, 75, 5 Amphion potuit -a nasci. VLP. dig. 34, 2, 25, 9 (*e Pompon.*) muliebri veste legata et infantilem contineri et -arum et virginum. TERT. pall. 4, 2 si *Achilles* ... -am perseverasset, potuit et nubere. virg. vel. 3, 8 denudasti -am a capite, et tota (nota *var. l.*) iam sibi virgo non est, alia est facta.

C *illustratur status corporis -ae, sc. utrum immatura, intacta, gravida sim. sit necne (cf. p. 2509, 42. 45. 63)*: **1** *generatim*: HOR. carm. 3, 14, 10 vos, o pueri et -ae ⟨iam⟩ virum expertae (⟨ ⟩ non *Bentley*). 3, 22, 2 laborantis utero -as ter vocata audis, *Diana* (OV. am. 2, 13, 19). OV. fast. 2, 451 parce ... gravidis, ... Lucina, -is! VITR. 8, 3, 25 catlastros emere formosos et -as maturas eosque coniungere. FEST. p. 297 sororia⟨r⟩e mammae dicuntur -arum, cum primum tumescunt. CELS. 3, 23, 1 *saepe morbum comitialem* in pueris veneris, in -is menstruorum initium tollit. SEN. epist. 24, 14 quem *dolorem* in puerperio -a perpetitur (*cf.* GELL. 12, 1, 4 -am ... defessam labore *puerperii*). PETRON. 25, 3 -am eius aetatis *non* esse, ut muliebris patientiae legem posset accipere (*cf.* PAPIN. dig. 35, 1, 101 pr. nondum viripotens -a. PORPH. Hor. carm. 2, 5, 1 inhabilem adhuc viro -am. HIER. in Is. 3, 7, 14 l. 49 G. ista [*v. l. 8*] *erat* ... virgo, non -a et quae adhuc virum nosse non posset, sed iam nubilis). FRONTIN. aq. 10, 3 virgo appellata est *ea aqua,* quod quaerentibus aquam militibus -a virguncula venas quasdam monstravit (*cf.* -a virgo: APVL. met. 7, 11, 5. VET. LAT. deut. 22, 23 [cod. 100; *sim.* VVLG.] si ... fuerit -a v. desponsata [di- *cod.*] viro [*gr. παῖς παρθένος*]. HIST. AVG. Aur. 12, 10 MARCELL. med. 29, 34. *al.; cf. l. 66*). PLIN. epist. 4, 21, 2 -as honestissimas in flore primo fecunditas abstulit. GAIVS dig. 2, 4, 22 pr. neque impuberes -as ... in ius vocare permissum est (EPIT. Gai 2, 2, 2 i., id est minores quattuordecim annorum aut -ae duodecim). APVL. apol. 76, 4 virgo ... nomen potius afferens -ae quam integritatem. HIER. in Is. 3, 7, 14 l. 51 G. sub -ae et adulescentulae nomine virgo intellegitur (*affert deut. 22, 25 sqq.; sim.* ANIAN. Chrysost. hom. 5, 3 ⟨adulescentulae vel -ae⟩ nomine [⟨ ⟩ *gr. νεανιότητος*]. *cf. l. 8*). *al.* **2** *speciatim apud Christ. de mulieribus virginitatem custodientibus (famulas dei, virgines deo consecratas v. sub IIB2; cf. l. 33*): PRVD. apoth. 568 intactam thalami virtus divina -am ... maritat (*item de Maria*: cath. 3, 145 intemerata -a parit. SEDVL. hymn. 2, 11 venter -ae baiulat [*17* puerpera]. VEN. FORT. laud. Mar. 3. *al. apud eundem*). perist. 14, 2 Agnes sepulcrum ..., fortis -ae, martyris inclytae. INSCR. christ. urb. Rom. 11133 (*a. 401*) Praetiosa annorum -a virgo XII tantum, ancilla dei (*ibid.* 4498. *al.*). CE 1617, 1 (*saec. IV ex./V in.*) Castula -a ann(orum) XLVIII redd(idit spiritum) ... properans kastitatis sumere pr(a)emia. *al.*

II *pertinet potius ad relationem intercedentem cum aliis*: **A** *c. hominibus (numinibus hominum more agentibus e. g. p. 2508, 54)*: **1** *in universum*: **a** *cum respectu parentum refertur ad filias (minus proprie per relationem similem l. 74. p. 2507, 1)*: **α** *de quibuslibet (exempla selecta inde ab* OV.; *cf. p. 2505, 70)*: PLAVT. Rud. 264 (*Veneris sacerdoti*) iubemus te salvere, mater. :: salvete -ae. 282. ENN. scaen. 419 (*contextu corrupto; nisi ad 2*) heu, mea -a (*item c. pron. poss.*: CIC. div. 1,

[Schrickx]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

104 [*loq. matertera*] mea -a, tibi concedo *eqs.* PHAEDR. app. 16, 13 *asellum* -ae ... conducunt suae [sui *Eyssenhardt*]). Q. SCAEV. Pompon. dig. 33, 1, 7 *v. p. 2516, 49* (*item in sermone iuris*: IVLIAN. dig. 30, 84, 6 *si* -a ex testamento agere instituerit [*antea*: filia]. SCAEV. dig. 36, 1, 80, 4 pater puerum et -am heredes instituit. *al.*). CIC. div. 1, 103 ille *pater* artius -am complexus (*syn.* filiolam). Att. 6, 4, 3 -ae Caeciliae bellissimae salutem dices (*Attici filiae ut*: 6, 5, 4 -ae ... Atticulae). CATVLL. 3, 7 *passer* norat ipsam *dominam* tam bene quam -a matrem. 64, 379 anxia ... mater, discordis maesta -ae secubitu. HOR. sat. 1, 2, 72 magno patre, *i. Sulla,* nata -a est. carm. 3, 11, 23 Danai -as (*item c. gen. poss.*: PERS. 3, 110 candida vicini ... -a [*nisi ad b vel 2*]. QVINT. decl. 301 them. -a pauperis [*cf. e. g. 3* filia mea]. *per meton. in appellatione loci*: MART. 11, 1, 11 turbam non habet otiosiorem ... Agenoris -a [*i. Europa, cuius effigie ornata est porticus*]. *cf. adi. l. 19*). OV. medic. 17 vestrae matres teneras peperere -as. LIV. 4, 9, 5 *mater* quam splendidissimis nuptiis iungi -am volebat. MART. 10, 63, 5 quinque dedit pueros, totidem mihi Iuno -as. TAC. ann. 5, 9, 1 (*de Seiani liberis*) portantur in carcerem filius imminentium intellegens, -a adeo nescia, ut *eqs.* PLIN. epist. 6, 32, 2 tamquam parens alter -ae nostrae confero quinquaginta milia nummum. APVL. met. 8, 2, 2 erilis -a in boni Tlepolemi manum venerat. CIL XIV 3649 b 5 (*saec. IV? enumerantur, qui tutelae aquaeductus deputati sunt*) *quidam* circit(or) habet filios III, Iovinum et Martinum adcrescentes et -am (*sim.* b 16. c 16). *al.* β *de iis, quibus parentes desunt, sc. de pupillis, orbis, egentibus sim.* (*exempla potiora*): CIC. Att. 1, 5, 6 de tutela legitima, in qua dicitur esse -a, nihil usu capi posse (*item respicitur tutela*: PAPIN. dig. 23, 2, 62, 2 tutor ... -am [pupillam *edd. vet.*] suam ... uxorem ducere ... *non* potest. 26, 5, 13, 2 si -a duodecimum annum impleverit, tutor desinit esse. TRYPH. dig. 23, 2, 67, 5 -ae tutelam. VLP. dig. 23, 1, 6 -ae tutores. *al.; cf. l. 35*). CVRT. 10, 5, 22 *mortuo Alexandro* flebat *Sisigambis* ...; quem enim -arum acturum esse curam? INSCR. numm. imp. Ant. Pii III p. 74 n. 397 sq. -ae Faustinianae (p. 165 n. 1149. HIST. AVG. Pius 8, 1 -as alimentarias in honorem Faustinae F. constituit. *al.; item respiciuntur -ae publice alendae p. 2517, 54 sqq. et e. g.* TEST. [CIL VIII 1641; *a. 175/180*] 2, 8 *ut accipiant* -ae ab annis tribus ad annos XIII (denarios) (binos). PAVL. dig. 30, 122 pr. [*opp.* senioribus]). PAPIN. dig. 5, 1, 45, 1 curatores -ae (TRYPH. dig. 23, 2, 67, 2 tutor -ae vel c. PAVL. dig. 23, 2, 37. *al.*). *al.*

b *cum respectu dominorum refertur ad mancipia, ancillas* (*exempla potiora; cf. e. g. l. 68. p. 2505, 41. 46*): PLAVT. Persa 592 ex -a *emenda* prius percontari ..., quae ad rem referunt (*615* serva). Poen. 1094 ei *lenoni* duae -ae sunt meretrices servolae sorores (*cf.* IVV. 6, 127 lenone suas iam dimittente -as. 14, 45 -ae lenonum [SCHOL. -ae: meretrices]. *paulo aliter l. 72*). TER. Eun. 582 abducit secum ancillas: paucae ... manent noviciae -ae. VERG. georg. 1, 390 nocturna ... carpentes pensa -ae (*cf.* TIB. 1, 3, 87 gravibus pensis adfixa -a [*sing. collect.*]). HOR. carm. 4, 11, 10 huc et illuc cursitant mixtae pueris -ae *cenam parantes.* PROP. 4, 3, 54 raris ... adsueta kalendis vix aperit clausos una -a Lares. OV. epist. 9, 73 (*Herculi*) inter Ioniacas calathum tenuisse -as diceris (*sim.* ars 2, 219). fast. 2, 745 nunc properate, -ae (*743* famulae). 4, 425 consuetis ... comitata -is *Proserpina.* PETRON. 126, 12 placuit -ae consilium (*8* ancilla). MART. 2, 66, 6 tangat ... nulla -a caput *dominae, ut ornetur.* IVV. 6, 354 *pauper* conducit ... flavam, cui det mandata, -am. SVET. Tib. 42, 2 ut ... nudis -is ministrantibus cenaretur. TAB. cer. Dac. (CIL III p. 937) 6 int. 1 (*a. 139*) -am nomine Passiam ... annorum circiter p(lus) m(inus) sex ... emit. *al.* PAP. Corp. 193, 6 (*ca. a. 151*) πρέτιουμ πουέλλαι (*litt. lat. ibid.* 13 in ve(n)ditionem -ae). APVL. met. 2, 7, 7 illa lepida ... et dicacula -a, *i. Photis ancilla* (*cf. gr. 6, 2* κοράσιον). VET. LAT. Ruth 2, 8 (cod. 109, *sim.* VVLG.; *loq. Booz*) adiungere cum -is meis *metentibus* ([*gr.* κορασίων]. *item c. pron. poss. l. 40 et* VVLG. Iudith 13, 5 dixit ... Iudith -ae suae [*Vet. Lat. cod. 109. al.* ancill(a)e, *gr. 13, 3* δούλῃ]. *al.*). 2, 23 (*ibid.*) adiunxisti te cum -is Booz ([*gr.* κορασίοις]. *item c. gen. poss. l. 41 et* DIDASC. apost. 1, 23 non concupiscis ... puerum aut -am eius *proximi* [*sec. exod. 20, 17* παιδίσκην, *Vulg.* ancillam]. VVLG. gen. 24, 61 Rebecca et -ae illius. *al.*). Iudith 8, 7 (*ibid.*) *maritus* reliquerat illi ... pueros et -as, pecora et agros (*gr.* παῖδας καὶ παιδίσκας, *cod. 151. al.* servos et ancillas, *Vulg.* familiam). *al.*

2 *respicitur amoris libidinisve vinculum inter mares et feminas* (*inter homines eiusdem sexus p. 2508, 70, animalia p. 2508, 75; huc trahi possunt quaedam sub IC vel IIA1 allata*): **a** *de amicis variisque feminis ad venerem petitis vel amore incensis* (*saepius de meretricibus, v. e. g. l. 72. p. 2508, 8. 34; passim in versibus amatoriis, rarius in prosa; attulimus selecta inde a* CATVLLO): PLAVT. Cas. 48 postquam ea adolevit ad eam aetatem, ut viris placere posset, eam -am hic senex amat. Rud. 45 *adulescens* ad lenonem devenit, minis triginta sibi -am destinat (*sim.* 59 -am ab eo *lenone* emerat *adulescens. cf. l. 40*). NOVIVS Atell. 106 huic -ae praecoquis libido inest. CATVLL. 2, 1 passer, deliciae meae -ae (*item c. pron. poss. e. g.* 3, 17 meae -ae flendo ... rubent ocelli. TIB. 1, 10, 59 lapis est ferrumque, suam quicumque -am verberat. SVLPICIA Tib. 3, 17, 1 estne tibi, Cerinthe, tuae pia cura -ae? PROP. 1, 5, 19 grave servitium nostrae ... -ae. OV. rem. 537 fruere usque tua ... -a. *v. et l. 16 sq., fort. iam* ENN. *p. 2506, 75*). 8, 12 vale, -a, iam Catullus obdurat (*item saepe de poetae amica carminibus eius celebrata, e. g. p. 2507, 74 et* TIB. 2, 4, 6 remove, saeva -a, faces. PROP. 1, 17, 1 potui fugisse -am). 10, 16 (*3* scortillum). 13, 4 si tecum attuleris bonam ... cenam, non sine candida -a (*cf.* IVV. 9, 128 dum bibimus, dum serta, unguenta, -as poscimus). 41, 1 Ameana -a defutata tota milia me decem poposcit (*item -a praesto est pretio*: PROP. 3, 13, 1 quaeritis, unde avidis nox sit pretiosa -is. STAT. silv. 1, 6, 67 intrant faciles emi -ae. CIL IX 2689 [*saec. I? caupo viatori*] pulmentar(ium): a(ssibus) II, ... puell(a): a(ssibus) VIII [*v. Flobert, Mél. Wuilleumier, 1980, 125*]. *al.*). 64, 97 incensam ... mente -am ... in flavo saepe hospite suspirantem (*Ariadnam ut* OV. ars 1, 551. *al.; item saepe de mulieribus aet. heroicae, e. g.* CIRIS 429 vultu *Minois* decepta -a [*Scylla*]. PROP. 2, 3, 36 tanti ad Pergama belli ... causa -a fuit [*Helena*]. 3, 15, 21 tibi, *Iuppiter,* turpe tuam servire -am [*Antiopam*]. OV. ars 2, 249 tua poteras, Leandre, carere -a [*de Herone ut*: FRONTO p. 47, 1 amans amantem -a iuvenem ... opperitur]. fast. 5, 605 praebuit ... taurus Tyriae sua terga -ae Iuppiter [*Europae*]. *adde l. 47 sq.*). 78, 4 cum puero ut bello bella -a, *i. uxor patrui,* cubet (*item iuxta est p. 2520, 13*). *al.* VERG. ecl. 3, 64 malo me Galatea petit, lasciva -a. HOR. sat. 1, 5, 82 mendacem ... usque -am ad mediam noctem exspecto. carm. 4, 11, 22 *Phylli,* Telephum ... occupavit non tuae sortis iuvenem -a dives et lasciva (*item iuxta est l. 18. 36 et saepe, e. g.* PROP. 1, 9, 6 quos i. quaeque -a domet. OV. rem. 33 coeant furtim i. timidaeque -ae. MART. 9, 56, 3 i. ... mollesque -as). TIB. 2, 1, 71 *Cupido* fixisse -as gestit et ... perdomuisse viros (*item iuxta est e. g.* PROP. 3, 3, 20 exspectans sola -a virum. OV. am. 2, 9, 15 tot sine amore viri, tot sunt sine amore -ae. COLVM. 10, 105). OV. ars 1, 579 *sint* tua vota viro placuisse -ae. 3, 57 petite hinc praecepta, -ae (*nisi ad IA3, ut item exempla, in quibus poeta alloquitur sua carmina legentes*: 3, 417 utilis est vobis, formosae, turba, -ae. rem. 49 quaecumque viris, vobis quoque dicta, -ae, credite. *al.* MART. 11, 16, 8 tu ... nequitias nostri lususque libelli uda, -a, leges). fast. 4, 865 numina, volgares, Veneris celebrate, -ae (*cf.* MART. 6, 66, 1 famae non nimium bonae -am, quales in media sedent Subura. PRIAP. 40, 1 Suburanas inter ... -as. IVV. 3, 65 ad circum iussas prostare -as). MANIL. 5, 472 ardentis iuvenis raptasque in amore -as (*item de raptis saepius in decl., e. g.* SEN. contr. 1, 5, 3 altera ex -is raptorem mori vult, altera servari. QVINT. decl. 247 them. adulescens ... rapuit; priusquam optaret -a, misit ad eam propinquos rogatum, ut nuptias haberet. *cf. l. 16. 19*). PETRON. 134, 8 *adulescens virilitate destitutus* neque puero neque -ae bona sua vendere potest. CIL IV 4289 -arum decus Celadus (*item in acclamatione de eodem gladiatore*: 4342 suspirium -arum. 4345. 4397. *de Crescente retiario*: 8916b -ar[i]um dominus *et e. g. 4356* pupar[r]u(m) dom(i)nus). CE 955, 1 (*Pompeiis*) hic ego nu⟨nc f⟩utue(i) formosa(m) fo⟨r⟩ma -a(m) (*cf.* MART. 7, 67, 3 undenas dolat in die -as. *sim. al.*). MART. 3, 76, 1 arrigis ad vetulas, fastidis, Basse, -as. 10, 35, 20 Bacchi ... *et* Apollinis -a, *i. Ariadna et Daphne* (*item c. gen. poss.*: PERVIG. Ven. 86 Terei -a). SVET. Tib. 43, 1 undique conquisiti -arum et exoletorum greges. *al.*

b *de sponsis vel uxoribus* (*exempla potiora*): AFRAN. com. 177 nuntia ... ⟨me⟩ ⌊speratum⌋ adducere; vide ut -am curent, conforment iube (⌊ ⌋ *explicat* NON. p. 174, 33 sponsum). CATVLL. 62, 23 *Hesperus potest* iuveni ardenti castam donare -am. PROP. 2, 18, 17 cum sene *Tithono* non puduit talem dormire -am, *i. Auroram.* 3, 13, 23 *Romae est* genus infidum nuptarum, hic nulla -a nec fida Euadne nec pia Penelope. OV. am. 2, 5, 36 subrubet ... sponso visa -a novo. fast. 2, 557 *Parentalibus* viduae cessate -ae *a nuptiis faciendis.* 2, 810 succubuit famae victa -a metu (*sc. Lucretia*). SEN. contr. 9, 1, 15 ut mores -ae in vitia ... labi pateretur *maritus.* VAL. MAX. 6, 3, 6 propensior animus -ae ad memoriam futuri viri. SEN. dial. 12, 12, 6 o felices viros -arum, quibus populus Romanus loco soceri fuit. MART. 7, 88, 4 me legit ... coram tetrico casta -a viro. TAC. ann. 14, 64, 1 (*de Octavia in exilium pulsa*) -a vicesimo aetatis anno (*nisi ad IA3*). *al.* *in titulis sepulcralibus*: CE 969 (= CIL I^2 1222), 3 quam coluit dulci gavisus amore -a⟨m⟩ *vir.* 1024, 2 (*saec. I; praescriptum*: vixit ann(os) XXXIII) hic iaceo coniux Crati et Hilari ..., moribus et vita digna -a viris. 1036, 5 (*saec. I; praescriptum*: vixit ter senos annos) frater coniunxq(ue) -ae. 496, 1 (*saec. II; praescriptum*: Zmyrnae coniug(i)) hic iaceo infelix Zmyrna -a (*XVI annorum*). INSCR. Alger. II 6240 inreparabili p(uellae) mitae (*i.* miti) *eqs.* *al.*

c *transfertur ad: cinaedos* (*in compar. l. 73; cf.* GLOSS.^{L} IV Plac. P 9 sexum pro sexu non ponimus, nisi per ironiam aliquem turpem virum et muliebria patientem per -am aut mulierem velimus notare): PETRON. 81, 4 quem *Ascyltum* tamquam -am conduxit, etiam qui virum putavit. APVL. met. 8, 26, 1 sq. '-ae, servum vobis pulchellum ... perduxi'; (2) sed illae -ae chorus erat cinaedorum. *canes* (*cf. p. 2591, 23*):

[Schrickx]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

MART. 1, 109, 16 (*agitur de catella Publi*) ignorat venerem nec invenimus dignum tam tenera virum -a.

B *c. numinibus colendis, sc. pertinet ad*: **1** *deos paganos: huc spectant* VARRO, CATVLL., VERG., HOR., OV. *p. 2520, 67. 73 sq. 75. 2521, 2. 4 allati; item*: ACT. lud. saec. Aug. (CIL VI 32323) 147 puer(i) ⟨X⟩XVII ... patrimi et matrimi et -ae totidem (*cf. 20* virgines. *sim.* TAC. hist. 4, 53, 2 virgines Vestales cum pueris -isque patrimis matrimisque aqua ... perluere, *sc. spatium templo dicandum*). PETRON. frg. 19 vers. 1 Memphitides -ae sacris deum paratae. PRVD. c. Symm. 2, 1001 Vestales ... -as. **2** *deum Christianorum* (*praeter l. 12. 17. 19 fere de virginibus consecratis [cf. gen. vel pron. poss. l. 14. 24. 27]; haud raro de senioribus, e. g. l. 23. 28. 36*): TERT. uxor. 1, 4 l. 20 (*nisi ad IA3*) *viduae probae* malunt ... deo nubere *quam alteri viro*; deo speciosae, deo sunt -ae. CYPR. hab. virg. 9 inter -as et virgines Christi (HIER. epist. 52, 5, 4. INSCR. christ. Hisp. 306 [*a. 465 vel 564*] Donata puel(la) Chr(ist)i). INSCR. christ. urb. Rom. 7379 (*a. 338*) nomine -a Felite in annis p(lus) m(inus) triginta percipet (*i.* -cepit) *baptismum die Paschae* (*coll. p. 2521, 20 cogitare possis de neophyta [ita Gatti, Inscr. christ. Rossi suppl. p. 22 n. 1430]; vix addas* INSCR. Tun. Merlin 844). CANON. ad Gallos episc. 4 -a, quae nondum velata est, sed proposuerat sic manere. AMBR. in psalm. 118 serm. 6, 20, 2 decorem -ae aspiciens sacrae (*ibid.* 16, 6, 2. AVELL. 94, 31 ut servi dei cum -is s. congregatione dedecorissima miscerentur. *al.; addas* s. deo -a [*nisi est* sacra(ta), *v. l. 27*]: CIL XII 963 *annorum fere* L. 2408 INSCR. christ. Gall. XV 237. *al.*). virg. 3, 1, 1 adstantibus ... -is dei compluribus (AVG. serm. 161, 12 d. -ae, sanctae virgines. CONC. Matisc. a. 585 p. 246 l. 285 in coenobiis -arum d. CIL XIII 3841 -a d(e)i *annorum fere* L. *al.*). HIER. epist. 22, 3, 4 domine, adaperi oculos -ae tuae *Eustochii.* CIL XIII 2354 (*a. 431*) Leucadia, deo sacrata -a (3053 s. d. INSCR. suppl. Ital. n. s. XVI p. 362 n. 22 d. s. -a *annorum* LX. GREG. TVR. glor. conf. 103 p. 813, 19 [*de eadem ibid. p. 814, 6* puellulae]. *cf. l. 22*). QVODV. prom. 4, 6, 9 monasterio -arum (SVLP. SEV. dial. 2, 11, 1. PS. VICT. VIT. pass. 5 m. virorum vel -arum sanctarum. CONC. Agath. a. 506 p. 205 l. 250 m. -arum longius a m. monachorum ... collocentur. *al.; cf. l. 25 et* CONC. Epaon. a. 517 p. 34 l. 239 ad -arum congregatione(m)). NOVELL. Maior. 6, 2 *si ante suum tempus* sanctimonialem -am ... quisquam parentum velari fecerit. CIL V 5420 (*a. 463*) grata deo -a, quae vixit ... ann(o)s pl(us) m(inu)s LV. *al.*

appendicula iuncturarum nominalium (gen. poss. v. imprimis l. 14. 24. p. 2507, 10. 60. 2508, 47, pron. poss. p. 2506, 75. 2507, 57. 74); epitheta selecta, quae spectant ad: **1** *aetatem vel statum* (*v. etiam* impubes *p. 2506, 54,* iuvenis *vol. VII 2, 736, 64 sq.,* sacra(ta) *l. 20. 27,* virgo *p. 2506, 49*): PLAVT. Cist. 124 parvolam (*al., v. vol. X 1, 548, 43 sq.*). CATVLL. 34, 2 -ae et pueri integri (34, 4. *al.; cf.* SEN. contr. 1, 2, 20). VERG. georg. 4, 476 innuptae (*al., v. vol. VII 1, 1729, 68 sqq.; cf.* IREN. 1, 9, 4 nondum nuptae [*Hom. λ 38 νύμφαι*]). HOR. epist. 2, 1, 99 infans (LEX. Sal. Merov. 104, 8. *cf.* SORAN. p. 12, 8 adhuc infantulae). VITR. 8, 3, 25 maturas (*cf.* immatura: SEN. contr. 7, 6, 14 SVET. Tib. 61, 5). QVINT. decl. 257, 12 honestam (PLIN. epist. 4, 21, 2 [*superl.*]. *al.; adde l. 56*). TAC. Germ. 8, 1 nobiles (SVET. Cal. 16, 4 Claud. 32 AMM. 16, 7, 10. *al.; adde l. 58*). AMBR. virginit. 7, 40 nubiles (HIER. in Ezech. 16, 6 l. 1028. *al.*). *al. appellationes honorificae*: INSCR. Alger. II 3, 7909 (*Cuiculi; a. 180*) ⟨Iuliae Pi⟩soninae c(larissimae) p(uellae) (*item notatur*: CIL VI 1457 [*saec. II²/III¹*]. VIII 18271 [*aet. Alex. Sev.*]. *al.; per litteram inversam* ꟻ [*inde a saec. III*]: CIL VI 1087. 1429. 31237. VIII 1181. IX 2334. *al.; plur.* cc pp INSCR. Dessau 9488 [*a. 209/10*]. *perscribitur*: CIL VI 31968 [*saec. V/VI*]. GREG. M. epist. 7, 26 l. 5). CIL IX 3180 (*saec. III*) Mammiae ... honestae -ae (*notis* h p: XI 4074 [*saec. IV/V in.*] vixit ... annos p(lus) m(inus) LXX. V 7531 [*a. 491*]. *al.*). XV 7153 (*tabella aenea*) Gallae Placidiae n(obilissimae) p(uellae) (*inde Dressel restit.* 7152 [n r *aes*]. *perscribitur*: COD. Theod. 10, 25, 1 n. -arum filiarum mearum [*i. imp. Arcadii*]).

2 *speciem vel qualitatem animi*: CIC. Att. 6, 4, 3 bellissimae (*al., sc. posit.* bella, *v. vol. II 1856, 62. 65 sq. 77*). CATVLL. 13, 4 candida (*al., v. vol. III 241, 16 sqq.*). 35, 16 doctior (LYDIA 24. *al.; posit.* docta: PROP. 1, 7, 11. *al., v. vol. V 1, 1753, 82 sqq.*). 62, 23 castam (*al., v. vol. III 568, 52 sqq., ubi legas* PROP. 1, 11, 29). VERG. ecl. 3, 64 lasciva (*al., v. vol. VII 2, 985, 5 sqq.*). COPA 33 tenerae (TIB. 1, 3, 63. *al.* PROP. 2, 25, 41 OV. am. 2, 1, 33. *al.* ELEG. in Maecen. 1, 71 MART. 1, 109, 16. *al.*). LYDIA 2 formosa (24 formosior. *et saepius, v. vol. VI 1, 1111, 70 sqq.*). HOR. epist. 1, 18, 74 carae (TIB. 1, 2, 95 LYGD. 6, 12 PROP. 2, 8, 1. *al.*). TIB. 1, 8, 50 dura (*al., v. vol. V 1, 2308, 83 sq.*). PROP. 2, 26, 21 pulchra (OV. ars 3, 255. MART. 4, 25, 4 pulcherrima. 6, 16, 4 longis p. -a comis. *al.*). *al.*

deriv.: puellaris, puellasco, puellatorius, puellitor, puellula.

compos.: semipuella. *cf. Onom.* *Schrickx.*

puelus *v.* pyelus.

puer, -ī *m.* (*fem. v. p. 2512, 51. 2517, 3*). [*notionum antiquissima esse vid. ea, qua significantur impuberes vel nati utriusque sexus, cf. p. 2510, 61 et* puerpera. *ad evitandam ambiguitatem et propter formam* (-er -erī *plerumque masc.*) *vox ad solos mares relata est feminaeque propriis formis appellatae sunt* (puera, *demin.* puella). *ad originem explicandam vix quicquam confert scriptura* pover- *l. 16, quae antiquitatem mentiri videatur, nec nomina talia qualia* Marci-por, -poris, *quae haud facile cum* -r *coniungi possint* (*v. Leumann, Gramm. 1977, 134. 135*). *fortasse ortum est* pu-ero- *a* pŭ (*cf.* pū-sus, pu-tus *sim.*) *et* -ero- (*cf.* līb-erī*?*); *alii conferunt osc.* puklo- *'filius' < indogerm.* *putlo-; *cf. Untermann, Wb. des Osk.-Umbr., 2000, 600. Fo.*] *de origine*: PAVL. FEST. p. 191 -i, quod puviendo coercentur, id est plagis (*cf.* pavio *vol. X 1, 819, 11*). CENS. 14, 2 *v. p. 2511, 22* (*item a* purus, puritas: EPIST. pontif. 609 Thiel 13, 7 p. 264 quod adhuc investes sunt. ISID. diff. 2, 78 [*fere item* orig. 11, 2, 10]. *cf. l. 50. p. 2526, 36*). ISID. orig. 9, 5, 19 (*inter filiorum appellationes*) -i a pube (*cf.* VIRG. gramm. epit. 2, 1, 2 -r *dicitur,* quando pubescit). *scribitur* poer- INSCR. Brit. 2503, 380 (*in vasculo saec. I; litt. gr.* ποερ- CIL IV 8968, 3. 5. *cf. p. 2504, 62*), pover- CIL IV 3730. CE 34, 2 (*in tegula Pannonica*), puaer- CE 2212, 3 (*e Dalmatia*). CIL VI 38386, 3, pur- OSTRAC. Bu Njem Marichal 86, 3 (*saec. III med.*). INSCR. christ. urb. Rom. 20730, puuer CIL VIII 1741, 5. TAB. devot. Année Épigr. 1997 n. 977 (*saec. IV; e Britannia*). CIL XI 6289 (*saec. IV²?*); *litteris gr. l. 15. 44. al., denique cf. compos.* *notatur* p *vel* p̄ (*plur.* pp, ppp) *e. g. p. 2513, 32. 42. 44. 49. 2518, 58 sqq.,* pue CIL III 3107. VI 16170. NOT. Tir. 34, 13 -r. *de genere* (*v. et l. 60*): PAVL. dig. 50, 16, 163, 1 -i appellatione etiam puella significatur. CHAR. gramm. p. 106, 1 -r et in feminino sexu antiqui dicebant, ut Graeci ὁ παῖς καὶ ἡ παῖς (*affert* LIV. ANDR. *p. 2517, 4,* CARM. *p. 2512, 54*). PRISC. gramm. II 231, 13 etiam hic -us et hic et haec -r vetustissimi protulisse inveniuntur et puellus puella (*inter alia affert* CAECIL., AFRAN. *l. 36. 37 et* LIV. ANDR., NAEV. *p. 2517, 3 sqq.; sim.* PRISC. *ibid.* 562, 9, *sed sine exemplis*). ISID. diff. 2, 79 -r olim et masculus et femina appellabatur sicut infans. *de formis: nom. sing.* -us PS. AVG. serm. ed. Mai 57, 6. GLOSS. II 392, 24 παῖς: -r, -us (*fort. et* 392, 25 *loco lacunoso; e coni. vix recta* PLAVT. Truc. 906); *testatur* PRISC. *l. 26, sed exemplo non allato; cf. ibid.* 301, 2 a '-r' nominativo vocativum '-e' ...; (6) quod quibusdam a nominativo '-us' rectius esse videtur. *voc. sing.* -e *forma sollemnis est apud* PLAVT., *e. g.* Asin. 382. 891. Bacch. 577 (*metri gratia* -r⟨e⟩ *suppl. ut*: TER. Hec. 719 Eun. 624). Most. 843 (*A,* -r *P ut* 947. 949), *ceterum exstat* CAECIL. com. 100 AFRAN. com. 193; *voc.* -r *adhibetur* TER. Andr. 84 Phorm. 152 Ad. 940 ACC. trag. 279 AFRAN. com. 203 CIC. de orat. 2, 247. *et saepe.* *nom. plur.* -ei *postulat* LVCIL. 364 sq.; *gen. plur.* -rum *occurrit* PLAVT. Truc. 763 *et in nomine loci, v. Onom. vol. II 249, 68; dat. plur.* -iis CIL III 14195⁹, 1 (*a. 104*); *acc. plur.* -us *tradi vid.* GREG. TVR. Franc. 5, 14 p. 210, 8, *in var. lect. e. g.* 3, 15 p. 116, 9. 3, 18 p. 119, 11 LEX Burg. lib. const. 76, 1. *mensuratur* pŭĕr *ante penthemimeren* VERG. ecl. 9, 66. *de notione*: PAVL. FEST. p. 222 παῖδες, id est -i (CHAR. gramm. p. 56, 19. GLOSS. -r: παῖς. biling. I 15, 75 πουερ· παῖ. *al.; cf.* GLOSS. -r: παιδίον. παιδάριον. *sim. al.*). PAVL. dig. 50, 16, 204 -i appellatio tres significationes habet: unam, cum omnes servos -os appellaremus; alteram, cum -um contrario nomine puellae diceremus; tertiam, cum aetatem puerilem demonstraremus. ISID. orig. 11, 2, 11 -r ... tribus modis dicitur: pro nativitate, ut Esaias '-r natus est nobis' (= Is. 9, 6 [5]); pro aetate, ut 'octoennis, decennis' ...; pro obsequio et fidei puritate, ut dominus ad prophetam '-r meus es tu, noli timere' (*sec.* Ier. 46 [26], 28; *gr.* παῖς, *Vulg.* serve), dum iam Ieremias longe pueritiae excessisset annos. *legitur inde a* LEGE reg. *p. 2516, 39* (*de* XII tab. *v. p. 2512, 4*), LIV. ANDR., NAEV., PLAVTO, ENN. *per totam latinitatem; abiit in sermonem gr.* CONSTANT. PORPH. caer. aul. Byz. 1, 89 p. 733ᶜ. [*confunditur in codd. c.* puerulus *p. 2530, 47,* purus VAL. MAX. 5, 1, 5 CVRT. 8, 10, 36 PRISC. periheg. 776. *al.* (*falso trad.* SVET. Nero 20, 3), per CYPR. epist. 59, 2, 4. *al.* (*restit.* SEN. contr. 2, 4, 8 SCHOL. Iuv. 13, 33. *al.*).]

usu sollemni significantur tam impuberes quam filii (fere mares, sed usu prisco etiam feminae, v. p. 2512, 51. 2517, 3, cf. puera *p. 2521, 33; respectu sexus minus vigente vel sublato p. 2514, 17. 2517, 9), ita ut sit i. q.* παῖς (*quod gr. respondere scias, nisi alia indicantur; addidimus infra varios colores secundarios; in usum adi. vergit maxime p. 2515, 73. 2516, 26, cf. p. 2521, 55*). *exempla sic digerenda esse putavimus*:

I *praemonenda de -orum aetate: p. 2511, 15* (*de puberibus p. 2512, 12; indicantur anni p. 2512, 26*).

II *exempla usum illustrantia*:

A *pertinet ad solam naturam -i; respicitur*:

1 *aetas*: **a** *de feminis: p. 2512, 51.* **b** *de maribus: p. 2512, 57* (*de puberibus p. 2513, 54*). **c** *respectu sexus minus vigente: p. 2514, 17.* **d** *de rebus: p. 2514, 45.*

2 *corporis forma marium: p. 2514, 49.*

3 *mores pueriles adultorum*: **a** *in malam partem: p. 2514, 59.* **b** *in bonam partem: p. 2515, 23.*

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

appendicula stilistica ad A (pro praedic., pro appos., a -o *sim., cum adv.): p. 2515, 51.*

B *pertinet ad relationem intercedentem cum aliis, sc.:*

1 *hominibus; c. respectu:* **a** *parentum, sc. de filiis: p. 2516, 36 (de orbis sim. p. 2517, 47).* **b** *dominorum, sc. de servis: p. 2517, 64 (de ministris [partim liberae condicionis] apud reges p. 2518, 71, in ecclesia p. 2519, 28).* **c** *magistrorum, sc. de discipulis: p. 2519, 42.* **d** *amantium, sc. de maribus libidine petitis: p. 2519, 70.* **e** *vario: p. 2520, 44 (in circumlocut., e. g.* -i medicorum *pro* medici, *p. 2520, 57).*

2 *numinibus:* **a** *apud paganos: p. 2520, 65.* **b** *apud Iud. vel Christ.: p. 2521, 7 (de neophytis p. 2521, 20).*

f. puera: *p. 2521, 33.*

I *praemonenda de -orum aetate (cf. p. 2527, 21 et e. g. Eyben, Rhein. Mus. 116, 1973, 153 sqq.):* **A** *definitiones (cf. p. 2510, 43 sqq. 2526, 35 sqq.):* GELL. 10, 28, 1 Tubero ... scripsit Servium Tullium regem ... -os esse existimasse, qui minores essent annis septem decem. VLP. dig. 34, 1, 14, 1 Hadrianum constituisse, ut -i usque ad decimum octavum ... annum alantur ...; etsi generaliter pubertas non sic definitur, tamen *eqs.* CENS. 14, 2 (*e Varrone*) primo *aetatis* gradu usque annum quintum decimum -os dictos, quod sint puri, id est inpubes (*cf.* VINDIC. epist. ad Pentad. p. 488 usque in annos XIIII. MACR. Sat. 7, 7, 6 quartus decimus in -o definit pubertatis aetatem).

B *disting. voces aliam aetatem significantes (potiores selectae; in serie e. g. l. 34 sq.):* NAEV. com. 26 neque admodum a -is abscessit neque admodum *est* adulescentulus (*al., v. vol. I 800, 37 sqq.*). PLAVT. Merc. 292 senex ... decrepitus. :: pervorse vides; -r sum ... septuennis (TER. Haut. 214 nos a -is ilico nasci senes. CIC. Sest. 24 *v. p. 2512, 69.* VARRO ling. 10, 4 senior seni similior quam -o. *al.*). Merc. 540 nullum adulescentem plus amo. :: -r est ille ..., stulta (*al., v. vol. I 795, 64 sqq.*). CIC. Tusc. 2, 34 hoc -i possunt, viri non poterunt? (nat. deor. 2, 38. Lael. 9 in -is ..., in perfecto ... v. HOR. carm. saec. 71 OV. epist. 9, 24. LIV. 28, 19, 13 non ... v. tantum, sed feminae -ique. *al.*). Cato 33 -orum, ... iuvenum, ... iam constantis aetatis, ... senectutis (HOR. ars 158 reddere qui voces iam scit -r ..., imberbis i. *eqs.* TIB. 1, 2, 97. OV. epist. 15, 93 o nec adhuc i. nec iam -r, *Phaon* [*cf.* VELL. 2, 53, 1 -o quam iuveni propior]. *al.; cf. p. 2512, 35, aliter, sc. synon., p. 2512, 18*). CATVLL. 16, 10 non dico -is, sed his pilosis (*sim. disting.* barbatus: VARRO ling. 9, 15 PRIAP. 13, 1. *al.*). 63, 63 ego adolescens, ego ephebus, ego -r (PRVD. psych. 845. *aliter p. 2512, 8*). LIV. 31, 17, 5 -os ... virginesque, infantes etiam (CELS. 2, 1, 18. SEN. epist. 4, 2 nec -orum tantum, sed i. *vitia.* 121, 16 i., -i, adulescentis, senis. *al.; cf. etiam l. 65*). TERT. adv. Marc. 4, 23 p. 497, 24 parvulos et -os, innocentem adhuc aetatem et iudicii iam capacem (*al., v. vol. X 1, 549, 49 sqq.*). *al.*

C *exempla selecta aetatem illustrantia:* **1** *vario modo; respicitur:* **a** *infantia, prima pueritia (de fetu l. 53 sqq.; cf. e. g. p. 2517, 14):* LIV. ANDR. trag. 26 ego -um ... ancillae subdam lactantem (RVFIN. hist. 1, 8, 1. *cf. e. g.* PLAVT. Merc. 509 -os nutricare. Truc. 448 -o ... date mammam. CELS. 5, 28, 15[D] lactens -r). PLAVT. Amph. 481 alter *filiorum geminorum* decumo post mense nascetur -r ...; (484) minori -o maior est pater, minor maiori (Cist. 135 recens natum. ENN. scaen. 44 *v. p. 2517, 14.* TER. Andr. 486 CIC. de orat. 1, 183. *al.*). 719 -o gravida (*item ante partum*: Stich. 161 illa -um me gestavit parvolum, *sc. in alvo.* MART. 11, 61, 8 *v. p. 2505, 37.* GELL. 16, 16, 2 esse ... -os in utero Varro dicit capite infimo nixos. *cf.* -um concipere: COD. Iust. 9, 47, 4. ORIBAS. eup. 4, 114 Aa p. 622 [*opp.* puellam; *gr. 4, 112, 11 ἀρρενοτοκεῖν*]. *al.*). 1070 illam geminos filios -os peperisse (*al., v. vol. X 1, 403, 76. 404, 23 sq.; cf.* -um generare *vol. VI 2, 1791, 49*). 1102 postquam peperit, -os lavere iussit nos (*al., v. vol. VII 2, 1050, 1 sqq.*). Capt. 1013 parvolo -o (*al., v. l. 54. p. 2516, 16 et vol. X 1, 548, 38 sqq.; cf.* parvus *ibid. 558, 20 sq.,* p(a)usillus *p. 2514, 26. 2516, 14 et* CATO agr. 157, 10. *al.,* minutu(lu)s *l. 65. 73. al.,* tantillus *p. 2515, 57*). 1031 -i suppositio (Truc. 437. *cf.* -um supponere 88a [*versu interpol.?*]. 404 TER. Eun. 39, suppostrix -um PLAVT. Truc. 763. *sim. al.*). Poen. 28 nutrices -os infantis minutulos domi ut procurent (*al., v. vol. VII 1, 1346, 80. 1347, 23 sqq.; cf. e. g.* VARRO ling. 6, 52 ante quam ... *significabilem mittant vocem,* -i dicuntur i. MART. CAP. 4, 344 si ... dividas ... -os in i. et loquentes). ENN. scaen. 44 -um ... *non* tollere (*al., v. p. 2517, 14*). TER. Hec. 517 vocem -i ... vagientis (OV. met. 10, 513. *al.; cf.* LVCR. 2, 577 vagor, quem -i tollunt. GERM. 37 vagitus -i). *al.* **b** *aetas usque ad pubertatem producta:* SCIP. min. or. frg. Macr. Sat. 3, 14, 7 -um bullatum, petitoris filium non minorem annis duodecim. VARRO frg. Non. p. 141, 14 -os minutos (*i. 'breves' Non.*) vides libenter et maioris animadvertere non vis (*mero respectu aetatis:* PETRON. 25, 5 SVET. Iul. 39, 2. *al.; cf.* minor *ibid. et* Aug. 41, 2 *XI annis* minores. *al.*). CIC. Verr. II 3, 159 vester ille -r praetextatus (*al., v. p. 1050, 57 sqq.*). Cluent. 179 -o non grandi (*al., v. vol. VI 2, 2180, 39 sq.*). NEP. Dion 4, 4 -o, priusquam pubes esset, scorta adducebantur. HOR. epod. 5, 12 -r, impube corpus (*cf.* -r impubes: *fort. iam inde a* LEGE XII tab., *v. vol. VII 1, 706, 13 sq. 46. 80 sqq.*). PAVL. FEST. p. 368 vesticeps *est* -r, qui iam vestitus est pubertate, ... investis, qui necdum pubertate vestitus est (*al., v. vol. VII 2, 170, 22. 29. 30. al.*). PETRON. 85, 5 (*loq. Eumolpus*) si ... hunc -um basiavero (*de eodem 85, 3* ephebum; *eaedem variant voces* 86, 4 [*5* e.]. *al.* MART. 7, 80, 6 [*9* e.], *iunguntur* SERV. auct. ecl. 6, 43 ab ephebo -o; *ceterum cf.* SIL. 14, 496 aevo quamquam nondum excessisset ephebos, ... arma -r *quidam sumpsit.* GLOSS. e.: -r imbarbis. *al.*). *al.*

c *pubertas, adulescentia sim. (saepius in poesi; addas p. 2513, 54 sqq. allata):* BELL. Alex. 24, 2 adulta iam aetate -um ([*Ptolomaeum, de quo quidem App. civ. 2, 84 περὶ τρισκαίδεκα ἔτη*]. *cf.* -r adultus LIV. 27, 19, 8 AMM. 31, 6, 7; -r adulescens *p. 2519, 60 et* VET. LAT. I Macc. 11, 54 [rec. V, adulescentior L, X]. GREG. TVR. Andr. 27, *variant voces e. g.* SEN. dial. 6, 24, 3). VERG. Aen. 5, 553 incedunt -i (*563* acies iuvenum; *cf.* SERV. poetica licentia confundit aetates. *item variat c.* iuvenis *vol. VII 2, 734, 62 sqq.*). 9, 181 Euryalus, ... ora -r primā signans intonsā iuventā. LIV. 24, 25, 2 Hieronymum -um ac vixdum pubescentem (CYPR. ad Donat. 8 p. 10, 21; *cf.* SIL. 6, 21 -r ... pubescente gena *eqs.; item de puberibus:* FRONTO p. 93, 9 [*iuxta est* pubertas *ut e. g. l. 6 et* VEG. mil. 1, 4, 2]. IVST. 3, 3, 6 -os puberes [*5* iuvenibus, *7* viri facti]. *al.*). PAVL. FEST. p. 101 -i primum ad virilitatem accedentes (*sim.* p. 105; *cf.* SERV. auct. ecl. 4, 49 cum -i togam virilem sumpserint). *al.*

2 *indicatis annis sim.:* **a** *usque ad annos septendecim (de aetate fetus* CIC. Att. 10, 18, 1 peperit ... -um *ἑπταμηνιαῖον*): PLAVT. Capt. 8 quadrimum (760. 876 SEN. contr. 7, 5, 11). Men. 24 septuennes (Merc. 292 Poen. 66 HIST. AVG. Carac. 1, 6. *al.*). Truc. 423 dis hodie sacruficare pro -o volo, quinto die quod fieri oportet (*item de infantibus*: OV. met. 9, 338 qui nondum impleverat annum. VAL. MAX. 1, 6, 5 -um infantem semenstrem. CIL VIII 12858 [*saec. II[1]*] vix(it) m(enses) XI. *al.*). CIC. Verr. II 2, 122 -i annorum senum septenumque denum senatorium nomen nundinati sunt. CATVLL. 17, 12 -i ... bimuli. OV. met. 3, 352 ter ad quinos unum ... annum addiderat poteratque -r iuvenisque videri. 8, 243 natalibus actis bis -um senis (*cf.* MANIL. 3, 616 bis sex ... peracti[s] ... natales). fast. 2, 183 tria lustra -r ... agebat. LIV. 24, 4, 6 erat ... quindecim ... ferme annorum. SEN. contr. 7, 5, 11 quinquenni (7, 5, 13 HIST. AVG. Sept. Sev. 4, 6). CELS. 2, 8, 21 periculum est -is a septimo anno ad quartum decimum. *al.* **b** *pluribus annis: maior aetas mira non est in filiis p. 2516, 71 (iocose per hyperbolen p. 2516, 43), ministris p. 2517, 66. 2519, 40, neophytis p. 2521, 20 sqq., pertinet ad aevum futurum felix* VVLG. Is. 65, 20 non erit ... senex, qui non impleat dies suos, quoniam -r centum annorum morietur (*inde* PAVL. NOL. epist. 36, 3 p. 315, 7). *ceterum ponitur -r causa parum perspicua in titulis his:* INSCR. christ. urb. Rom. 1350 (*a. 367*) Aur(elio) Satullo -o, qui (ove *lapis*) vixit annos XX. 3777 an⟨ni⟩s p(lus) m(inus) XXV. 12421 (*a. 370*) anni⟨s⟩ XVIIII. Année Épigr. 1977 n. 609 (*e Dalmatia*) -o infilicissimo, qui vixit an(nos) XXVII ...; *quidam* ⌞c⟨...⟩⌟ suo p(osuit) (⌞ ⌟ collegae *vel* colliberto?).

II *exempla usum illustrantia:* **A** *pertinet ad solam naturam -i:* **1** *respicitur imprimis aetas:* **a** *de feminis (cf. p. 2517, 3. 2521, 33):* LIV. ANDR. carm. frg. 14 sancta -r, Saturni ⌞filia⌟, regina (⌞ ⌟ *nisi glossa, ut* -r *spectet ad p. 2517, 3*). CARM. Nelei Char. gramm. p. 106, 6 saucia -r, filia sumam (*pergit Char.*: Varro ... 'puera' putat dictum, sed Aelius Stilo ... et Asinius contra. *verba obscura emendare temptavit Ribbeck, Trag. Rom. Frg. p. 271*).

b *de maribus:* **α** *in universum (sc. vigente fere respectu aetatis, quae pubertate finitur):* Ⓘ *vario usu (exempla pauca selecta; cf. imprimis quae l. 26 sqq. p. 2511, 47 sqq. 71 sqq. 2515, 51 sqq. attulimus):* Ⓐ *de quibuslibet:* PLAVT. Amph. 1103 (*loq. ancilla*) -r ille, quem ego lavi, ut magnust! (*al. ibid. de eodem*). Poen. 1074 signum esse ... in manu laeva tibi, ludenti -o quod memordit simia. CATO agr. 157, 5 -o et puellae, si ulcus erit ..., farinam hordeaceam addito *ad brassicam (cf. e. g.* SCRIB. LARG. 16 si -r fuerit *aegrotus* ...; sin autem puella fuerit *eqs.*). VARRO Men. 10 -i obscenis verbis novae nuptulae aures returant (*item in nuptiis:* CATVLL. 61, 121 tollite, ⟨o⟩ -i, faces. FEST. p. 245 *bis; v. etiam p. 2513, 37*). ling. 9, 29 non sic ex viro et muliere omnis similis *est* partus, quod *sunt* -i et puellae? CIC. inv. 2, 2 *pictori in gymnasio* -os ostenderunt ...; cum -orum ... formas ... miraretur *eqs.* Sest. 24 ut, si gladium parvo -o aut si imbecillo seni ... dederis, ipse impetu suo nemini noceat (*cf. proverbium:* AMBR. in Luc. 3, 50 quasi -r machaeram. AVG. epist. 104, 7 p. 587, 6 nec -o gladium). carm. frg. 11, 45 (*meton. de Romuli Remique statua*) quae *lupa aenea* cum -is ... fulminis ictu concidit (*de eisdem geminis in clipeo sculptis* VERG. Aen. 8, 632. *al.*). CATVLL. 62, 42 *v. p. 2505, 43.* VERG. georg. 1, 19 adsis, ... unci ... -r monstrator aratri (*sc. Triptolemus ut e. g.* OV. fast. 4, 548; *de*

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

eiusdem -i imberbis simulacris v. Schwarz, Lex. Icon. Myth. Class. VIII 1, 56sqq.). 4, 476 (= Aen. 6, 307) matres atque viri ..., -i innuptaeque puellae ... *et* iuvenes (*sim. in serie ad significandam universitatem*: OV. Pont. 4, 9, 96 femina ... virve -rve. *iuxta* puellae *per synecdochen de omni aetate*: HOR. sat. 1, 1, 85 omnes vicini ..., -i atque p. [*sim.* 2, 3, 130]). HOR. carm. 1, 10, 10 -um minaci voce dum terret *Apollo* (*Mercurium bubus abductis*). OV. fast. 2, 145 (*nisi ad β*) -r Idaeus media tenus eminet alvo (*de Ganymede, sc. Aquario, ut e. g.* ANTH. 616, 6 -r urniger. 619, 6. *cf. l. 12. p. 2520, 25*). 3, 772 quare toga libera detur ... -is, ... Bacche, tuo *die festo* (*seq. l. 27*). SEN. contr. 10, 5, 27 Zeuxin ... pinxisse -um uvam tenentem. *al.* *de statuis -orum*: PLIN. nat. 34, 75 *Canachus fecit* celetizontas -os (34, 78 Hegiae Minerva ... et c. -i). 34, 79 (*de Ganymede*). 34, 82 *Strongylion* fecit -um, quem amando Brutus Philippiensis cognomine suo illustravit (*de eodem*: MART. 2, 77, 4 -um Bruti [9, 50, 5]. 14, 171, 2 [*tit. Βρούτου παιδίον* fictile]). *al.* Ⓑ *de deis semper -is (aliter l. 6. p. 2516, 7):* *de Amore* (*plur. l. 22; cf. p. 2517, 30*): CATVLL. 64, 95 sancte -r, curis hominum qui gaudia misces. VERG. ecl. 8, 45 illum ... nec generis nostri -um nec sanguinis (8, 49 -r improbus i. [8, 50]. CIRIS 133 malus i. -r. PROP. 3, 10, 28. *al.*). Aen. 1, 684. HOR. carm. 1, 30, 5 fervidus ... -r. 1, 32, 10 Venerem ... et illi semper haerentem -um. TIB. 2, 6, 5 ure, -r. PROP. 1, 6, 23 -r iste (OV. epist. 21, 125 SEN. Phaedr. 283). 1, 9, 21 -i ... arcum. 2, 9, 38 tela precor, -i, promite (*item plur.*: 2, 29, 3 nescio quot -i. OV. am. 3, 2, 55 tibi, blanda Venus, -isque potentibus arcu. STAT. silv. 3, 5, 68 leves. CLAVD. carm. min. 25, 10 pinnati). *al.* OV. am. 1, 1, 5 saeve -r (ars 1, 18 REPOS. 52 CLAVD. carm. min. 29, 51). *al.* *de Baccho*: OV. met. 3, 553 a -o Thebae capientur inermi. 3, 607. 3, 655 (*opp.* iuvenes). 4, 18 tibi ... inconsumpta iuventa est, tu -r aeternus. fast. 3, 769. 3, 773 ipse -r semper iuvenisque videris. HYG. astr. 2, 5, 2 -um aetate. *de Azizo, qui appellatur* bonus -r (*in titulis saec. II et III, sc. Dacicis praeter l. 32*): CIL III 875 deo Azizo b. p⟨uero conserva⟩tori. 1130 deo b. -o ⟨p(h)⟩osphoro (*al., v. vol. X 1, 2052, 67sq.*). 1134 ob honorem flamonii b(ono) p(uero) d(edit). VIII 2665 (*Lambaesi*) deo b. -o. *al.*

Ⓘⓘ *accedunt epitheta dignitatis sim.* (*adde p. 2511, 72. 2512, 1; cf. e. g. p. 2518, 73sqq.*): PLAVT. Capt. 1002 quasi patriciis -is *aves* ... dantur, quicum lusitent. Curc. 38 -is liberis (Poen. 989 VARRO frg. Non. p. 156, 16). SCIP. min. or. frg. Macr. Sat. 3, 14, 6 virgines -ique ingenui (VARRO frg. Non. p. 112, 25 cum ... eam *facem* -r i. anteferret *novae nuptae.* CIC. Phil. 2, 105. 3, 31 HOR. carm. 3, 24, 55 LIV. 26, 13, 15. *al.*). CIC. Phil. 2, 90 per ... -um nobilem, M. Bambalionis nepotem (VAL. MAX. 3, 3 ext. 1 nobilissimi. *al.; cf. l. 48. p. 2514, 67. 2519, 1*). STAT. silv. 5, 2, 8 -r inclite (*de eodem*: 5, 2, 27 te, clare -r, genitum sibi curia sensit). CIL V 34 (*saec. II in.*) *cuidam* c(larissimo) p(uero) pronepoti Antoni Felicis (INSCR. Alger. II 648, 2 [*a. 197*]. CIL XIII 1673, 14 [*saec. III in.*] *quidam cum filiis* Philippiano c(larissimo) i(uvene) ... et ... Vlpiano c. p(uero). XV 7505 M. Opelli Diadumeniani. *al.; cf. l. 41*). X 5853, 14 (*aet. Trai.?*) puer(is) curiae increment(is), *i. filiis decurionum* (*disting. ibid.* 17 puer(is) plebeis). XII 516, 1 (*saec. II²*) ⟨p⟩uero laticlavio ⟨patrono col⟩oniae (*cf. l. 72*). *al.* *de consule imperatoris filio, qui appellatur* nobilissimus -r (*notatur passim* n p *sim., perscribitur* COD. Theod. 6, 27, 5): COD. Theod. 7, 20, 9 Gratiano nob. p. et Dagalaifo cons(ulibus) (*a. 366 ut*: 9, 1, 8 [*add.* C(aesare)]. 12, 6, 11. *al.*). 8, 11, 3 Valentiniano nb. p. (*a. 369 ut*: 9, 21, 7 INSCR. christ. urb. Rom. 4165, 7. *al.*). 9, 17, 7 Honorio n. p. (*a. 386 ut*: 9, 34, 9 PROSP. chron. I p. 462, 1188 FAST. Vind. I chron. I p. 298, 506. *al.*).

β *respiciuntur fere puberes, iuvenes* (*ironice l. 58, ceterum poetice praeter l. 73. p. 2514, 6; cf. imprimis p. 2512, 12. 40. 2514, 58*): Ⓘ *generatim* (*exempla potiora; huc fort. l. 7*): CIC. de orat. 2, 262 cum interpellaret *quidam deformis* ..., 'audiamus' inquit 'pulchellum -um' Crassus (*ironice ut*: Att. 1, 16, 10 [*de Clodio*]). CATVLL. 12, 9 *Asinius Pollio* est ... leporum differtus (dis[s]- *trad.*) -r ac facetiarum. VERG. Aen. 1, 475 infelix -r, *i. Troilus.* 6, 875 nec -r Iliaca quisquam de gente (*de Marcello ut*: 6, 882 heu, miserande -r [*861* iuvenem]). HOR. carm. 4, 1, 15 (*opp. 6* circa lustra decem; *de Paulo, cf. Porph. ad loc. 9* nobilis ... adulescens). OV. ars 1, 182 *C. Caesar nepos Augusti* bella ... non -o tractat agenda -r. met. 2, 198 (*32* iuvenem) hunc *scorpium* -r ut ... vidit, ... lora remisit (*Phaethon ut*: MANIL. 1, 738). ELEG. in Maecen. 2, 5 pectore maturo fuerat -r, *i. Drusus.* GRATT. 19 Latii satyri Faunusque ... Maenaliusque -r. PERS. 6, 22 magnanimus ... -r *bona dissipat.* SIL. 3, 608 tu ..., Germanice, ... iam -r auricomo praeformidate Batavo (*de Domitiano ut*: MART. 2, 2, 4. 9, 101, 14). 13, 503 age, disce, -r! (*Scipio ut*: 13, 758. 15, 33. 46; *de eodem passim* iuvenis, *e. g. 13, 435; cf. p. 2515, 5*). 16, 677 Sidonius ... -r vix pubescente iuventa *Italiam infestavit, i. Hannibal* (*aliter p. 2515, 1*). STAT. silv. 3, 2, 123 -r ... notus ... maioris lumine clavi (*sc. tribunus laticlavius; cf. l. 47*). *al.* *de iuvenibus tribus Iudaeis fornace inclusis* (*sec. Dan. 3, cf. e. g. Vulg. Dan. 3, 12* viri [*LXX et Theod. ἄνδρες*], *de quibus e. g.* VVLG. Dan. 1, 17 -is [*LXX νεανίσκοις, Theodot. παιδάρια*]): CYPR. domin. orat. 8 tres -i in camino ignis inclusi. epist. 6, 3, 1 Ananias, Azarias, Misael inlustres -i (*fere item* laps. 31). FILASTR. 96, 2. AMBR. fid. 1, 4, 33 tres -i Iudaei. 1, 13, 80 Hebraeis (SVLP. SEV. dial. 1, 18, 4 epist. 2, 9). SACR. Gelas. 671 sanctis (INSCR. Alger. I 427 s. triu(m) -oru(m) *reliquiae* [*si recte huc traximus*]). CIL III 10190 (*in patera super imag.*) tris -i de ecne (*i.* igne) cami(ni). *al.*

Ⓘⓘ *de Octaviano* (*fort. topice; ad rem v. l. 73 et* SERV. ecl. 1, 42 'iuvenem' ... dicit Octavianum Augustum; decreverat enim senatus, ne quis eum -um diceret, ne maiestas tanti imperii minueretur): CIC. Phil. 3, 3 C. Caesar adulescens, paene potius -r *eqs.* (4, 3 a. vel -i p. fam. 11, 7, 2 a. vel -um p. Caesarem). 13, 24 (*contra l. 15*) *Antonius* suam amentiam -o huic praebet ad gloriam. Att. 14, 12, 2 (*m. Maio a. 44*) cum Romam -r venerit. 16, 15, 3 belle iste -r retundit Antonium. fam. 10, 28, 3 egregius -r Caesar (12, 25, 4). ad Brut. 1, 3, 1 Caesaris ... -i mirifica indoles virtutis est. 1, 18, 3 pro adulescentulo ac paene -o. *al.* BRVT. Cic. ad Brut. 1, 16, 2 -o illi. 1, 16, 6 in -o nomen sublati regis *timere. al.* ANTON. Cic. Phil. 13, 24 te, o -r, qui omnia nomini debes. CVLEX 26 Octavi ..., sancte -r (37).

c *respectu sexus minus vigente* (*exempla selecta; saepe in compar.*): PLAVT. Aul. 818 quid repperisti? :: non quod -i clamitant in faba se repperisse (*obscurum; fort. de ludo quodam*). Pseud. 1082 verba quae in comoediis solent lenoni dici, quae -i sciunt (QVINT. inst. 9, 4, 47). TER. Ad. 537 homini ... lacrumae cadunt quasi -o gaudio (*cf.* HOR. epod. 6, 16 inultus ut flebo -r. SEN. dial. 3, 12, 4 sicut -is, qui tam parentibus amissis flebunt quam nucibus). CATO agr. 156, 6 viro et mulieri et -o dato *brassicam.* ASELL. hist. 2 id fabulas -is est narrare, non historias scribere. LVCIL. 486 ut -i infantes credunt signa ... vivere et esse homines (IVV. 2, 152 RVT. NAM. 1, 394). NOVIVS Atell. 62 (*in compar. obscena*) tu -i pausilli simile es, quia enim ad os fers, quicquid nanctu's. CIC. inv. 2, 139 quod quivis -r facere posset. Pis. 60 inania sunt ista ... delectamenta paene -orum (*cf.* HIER. hom. Orig. in Luc. praef. p. 2, 2 in his Origenem tractatibus quasi -um ludere). de orat. 1, 163 quae ... forsitan -orum elementa videantur. CATVLL. 17, 12 insulsissimus est homo nec sapit -i instar bimuli. 61, 128 nec nuces -is neget ... concubinus (*in ritu nuptiali ut*: 61, 131 FEST. p. 173 SERV. ecl. 8, 29). LVCR. 1, 936 (= 4, 11) veluti -is absinthia taetra medentes cum dare conantur, ... pocula ... *melle* contingunt ..., (939 [= 4, 14]) ut -orum aetas inprovida ludificetur (*sim.* SEN. suas. 6, 16 decipere vos cogar, velut salutarem daturus -is potionem). 2, 55 (= 3, 87) veluti -i ... omnia caecis in tenebris metuunt (*sim.* 2, 58 [= 3, 90. 6, 38] quae -i in tenebris pavitant. LIV. 7, 17, 4 tribuni -orum ritu vana miracula paventes. SEN. dial. 2, 5, 2 *ut* doloris opinione vexemur more -orum. *al.*). *al.* *de -is, qui nucibus ludunt* (*ad rem v. Hug, RE IIIA, 1768sq.; cf. l. 32*): NVX 73 has *nuces* -r ... dilaminat ictu *eqs.* PHAEDR. 3, 14, 1 -orum in turba ... ludentem ... Aesopum nucibus. MART. 5, 84, 1 tristis nucibus -r relictis (*cf. Schol. Pers. 1, 10* ludis puerilibus depositis). 14, 19, 2. *al.*

d *de rebus* (*per appos. vergit in usum adi.*): PETR. CHRYS. serm. 167, 3 quando adhuc -r mundus aetatum conquirebat augmenta (*opp.* mundus senectute fessus). ORIBAS. syn. 5, 51, 7 La p. 89 in -is aetatibus (*gr. ἐν τῇ τῶν παιδῶν ἡλικίᾳ,* Aa maxime -i).

2 *respicitur corporis forma marium iuniorum propria* (*exempla potiora; cf. e. g. p. 2511, 57*): LVCIL. 297 (*si recte huc traximus*) quod *puella* gracila est, ... quod -o similis. OV. met. 4, 379 forma duplex *Hermaphroditi,* nec femina dici nec -r ut possit (*item opp.*: 9, 791 quae f. nuper eras, -r es [*Iphis ut* 9, 794]. AVSON. 13, 72 [69 S.], 16 ego sum factus f. de -o). 9, 712 facies *erat Iphidi,* quam sive puellae sive dares -o. PLIN. nat. 7, 36 invenimus ... -um factum ex virgine (*ibid.* eiusdem sortis ... -um). SIL. 8, 464 *Piso* ora -r pulcherque habitum, sed corde ... aequabat senium (*cf.* RVT. NAM. 1, 470 vitae flore -r, sed gravitate senex. *aliter p. 2515, 31*).

3 *respiciuntur mores adultorum* (*aetate minorum p. 2515, 37sq. 42*): **a** *in malam partem*: **α** *usu communi de iis, qui sua imperitia, immaturitate, levitate sim. tamquam -i iudicantur*: PLAVT. Merc. 976 propterea ... *ancillam* tu mercatu's novos amator, vetus -r? (*item de sene*: Trin. 43 senecta aetate qui factust -r. SEN. frg. 121 non bis -i sumus, ut vulgo dicitur [*v. Otto, Sprichw. n. 1625*], sed semper. CHALC. comm. 209 hos Aristoteles senes -os vocat, quod mens eorum a mente puerili minime differat. *cf.* SCHOL. Iuv. 13, 33 'senior bulla dignissime' inrisive, quasi iterum -r). VARRO Men. 279 utri magis sunt -i? hi pusilli pigri, qui *eqs.* CIC. div. in Caec. 24 si a -is nobilibus ... accusandi voluntas ad viros fortes ... translata sit ([*cf. 68* imperitos adulescentulos]. *item de causam dicentibus*: Sull. 51. *cf.* PLIN. epist. 2, 14, 2 [*antea*: adulescentuli]). orat. 120 nescire *res olim gestas* ..., id est semper esse -um. Att. 6, 6, 3 nos provinciae praefecimus Coelium *quaestorem*; '-um' inquies 'et fortasse fatuum' (*ibid. iterum; sim.* fam. 2, 15, 4). 16, 11, 6 *Octavianus* est plane -r; putat senatum statim, *sc. convenire*: quis veniet? (SVET. Aug. 12 *deseruit optimates causam praetegens,* quasi ... se -um ... iactassent *quidam. cf. l. 6sqq.*). VERG. Aen. 10, 70 -o summam belli ... credere, *sc. Ascanio* (SERV. exag-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

geratio est ab aetate. *cf. l. 5*). Liv. 21, 10, 8 (*Hanno de Hannibale*) nec -r hic dux erat, sed pater ipse Hamilcar (*cf. 4 et 11* iuvenem. *aliter p. 2513, 71*). Sen. epist. 24, 13 quod vides accidere -is, hoc nobis quoque maiusculis -is evenit *mortem timentibus.* 24, 18 nemo tam -r est, ut Cerberum timeat. Sil. 16, 652 *Fabius* -o male credita bella ... canebat (*de Scipione ut*: 16, 655 -r ille et futilis aetas. *sine contemptu p. 2513, 69*). Apvl. met. 2, 21, 7 oppido -r et satis peregrinus es. Ps. Cypr. adv. Iud. 10, 2 *doctus Iudaeus* rogat -um parvulum aut anum ... dicens '... enarra mihi novum testamentum' (*cf.* 10, 4 summi antistites *Iudaeorum* ... adsistunt -o efferenti, discunt qui olim docebant). *al.* **β** *usu peculiari de iis, qui profectu spiritali egent, nondum perfecti sunt*: Vet. Lat. I Cor. 14, 20 (cod. 75. *al., sim.* Vvlg.) nolite -i effici sensibus, sed malitia parvoli estote, ut sensibus perfecti sitis (*gr. παιδία. explicat e. g.* Avg. in psalm. 44, 1 l. 34 quem delectat imitari -um, non delectat imperitia, sed innocentia). Rvfin. Orig. in cant. prol. p. 64, 21 aetate est aliquis -r secundum interiorem hominem, quem possibile est crescere et ... pervenire ad virum perfectum (*affertur* Vet. Lat. I Ioh. 2, 14, *sed locus ad 1 spectat*). Orig. in Matth. 15, 6 p. 362, 23 -os ... dicimus, qui in Christo adhuc carnales sunt *eqs.* (*explicatur Vulg. Matth. 19, 13* oblati sunt ei parvuli). *al.* **γ** *singulariter per meton. de libidine iuvenum propria*: Ennod. carm. 1, 4, 91 *iuvenis castus* sectatur matrem *suam* ..., quam scimus mulierem (*sc. naturam suam*) vincere mente; hic domuit -um.

b *in bonam partem* (*usu christ. praeter l. 27. 35*): **α** *de castis, pudicis, venerem nondum expertis* (*cf. l. 47 nec non iuncturam* virgo -r *p. 2521, 17 et* Chiron 963 Marcell. med. 21, 11. *al.; huc fort. p. 2519, 40*): Ov. fast. 4, 226 *Cybele Attidem* sibi servari voluit ... et dixit 'semper fac -r esse velis'; ille fidem iussis dedit *eqs.* Tert. apol. 9, 19 quidam ... totam vim *libidinis* ... virgine continentia depellunt, senes -i. Pass. Mar. Iac. 8, 1 qui ad quinquagesimum prope aetatis annum carnis continentia -r venerat (*cf.* Pavl. Nol. epist. 49, 13 p. 401, 19 *quidam* iam in extremae aetatis senecta -r corpore et ⌊malitia parvulus⌋ *eqs.* [⌊ ⌋ *cf. l. 12*]). Avg. serm. 93, 4 quae *ecclesia* constat ex virginibus et -is et maritatis feminis et uxoratis viris. 184, 2 -i sancti, ... qui coniugia non quaesistis. *al.* **β** *de innocentibus, simplicibus*: Plin. epist. 6, 26, 1 ipse *Fuscus Salinator est* studiosus ..., -r simplicitate, comitate iuvenis, senex gravitate. Vet. Lat. Matth. 18, 3 (cod. 4. *al., sim. ibid.* Marc. 10, 15 Luc. 18, 17) nisi ... efficiamini sicut -i, non intrabitis in regno caelorum (*cod. 2* infans iste, *11. al. et Vulg.* parvuli. *explicatur e. g. l. 48*). Luc. 18, 16 (*ibid.; sim.* Vvlg.) sinite -os venire ad me ...; talium est enim regnum caelorum (*cod. 3. al.* infantes). Tert. adv. Val. 2, 2 (*secl. Kroymann*) -os vocem, qui ⌊crucem clamant⌋? nec -i erant nec infantes, id est simplices non erant (⌊ ⌋ *cf. e. g. Ioh. 19, 6*). Iren. 4, 28, 3 *salvati sunt* -i innocentes, qui neque malitiae sensum habuerunt (*sec.* Vet. Lat. deut. 1, 39 [cod. 100] omnis -r novellus, qui ignorat hodie, quid sit bonum vel malum [*gr. παιδίον, Vulg.* filii]). Hil. in Matth. 18, 1 -os ... credentes omnes per audientiae fidem nuncupavit (*cf. l. 37*). Ambr. Abr. 1, 5, 39 tradat ... *vitulum* -o, qui innocentiam tenerae servet aetatis, ... custodiat castimonium. Avg. in psalm. 112, 1 l. 28 se laudant illi *superbi,* non deum; non enim -i sunt. Max. Tavr. 54, 2 l. 47 *Christus* ipse est ... de caelo -r (*postea*: simplicitatem, quam infantibus natura tribuit, dominus ... cumulat). *al.*

appendicula stilistica ad A (*cf. etiam epitheta dignitatis p. 2513, 33*): **1** *adhibetur pro praedicativo: exempla varia selecta*: Plavt. Asin. 703 asta ..., ut consuetus es -r olim (*cf. p. 2519, 73*). Bacch. 460 hic sodalis Pistoclero iam -r -o fuit (*item in polyptoto*: Capt. 630 -um te vidi -r. 645 iam inde usque amicus fuit mihi ⌊a -o -r⌋ [*item* 991]. *al.* Verg. Aen. 5, 569 Ov. Pont. 4, 3, 12. 4, 12, 20). Ter. Ad. 563 quem ... -um tantillum in manibus gestavi. Cic. Phil. 5, 50 (*de Octaviano*) an hoc vidit -r; si aetate processerit, non videbit? Varro ling. 5, 5 quem -um vidisti formonsum, hunc vides deformem in senecta. Prop. 2, 12, 1 -um qui *primus* pinxit Amorem. Ov. epist. 16, 359 paene -r ... *abducta* armenta recepi (*al.; cf. vol. X 1, 47, 67sq.*). Val. Max. 3, 1 ext. 1 cum adhuc -r ad Periclen ... venisset *Alcibiades* (Qvint. decl. 282, 2. Plin. epist. 4, 1, 4 paene a. -um. *al.; cf. l. 72*). *al.* *abl. absol.*: Plavt. Boeot. frg. 1, 4 me -o (Cic. de orat. 3, 214. Att. 13, 19, 4 -o me. Varro ling. 5, 125. *al.*). Lvcil. 427 siquid -is nobis, me et fratre, fuisset (Cic. Scaur. 23 Rab. Post. 3. *al.* Qvint. inst. 1, 7, 27. *al.*). Hor. ars 174 laudator temporis acti se -o (Plin. nat. 33, 146). Liv. 29, 29, 7 -o admodum altero *filio.* Sen. contr. 2 praef. 5 -o Cicerone. *al.* -um esse (*addas l. 4. p. 2514, 66. 72. al.*): Plavt. Merc. 293 -um te esse. Cic. Cluent. 176 hic cum esset illo tempore -r. fam. 13, 1, 2 cum -i essemus. *al.* Ov. am. 1, 10, 15 et -r est et nudus Amor. ars 1, 189 qui -r es, quantus tum, Bacche, fuisti. met. 10, 615 quod adhuc -r est. *al.* **2** *adhibetur pro appos.* (*ut vergat in usum adi. [certe p. 2514, 46, sc. iuxta rem]; c. abl.* aetate *p. 2516, 2; exempla selecta*): *iuxta quaelibet subst.* (-r *postponi solet; cf. et p. 2511, 65*): Plavt. Amph. 1070 geminos filios -os (Cic. Verr. II 4, 61 regis Antiochi f. -os. Att. 6, 6, 4. *al.; cf.* Acc. trag. 279 gnate -r [*si recte coni. Gulielmus,* gnato -r *trad.*]). Caes. civ. 3, 103, 2 Ptolomaeus, -r aetate. Hor. epist. 2, 1, 122 -o ... pupillo. Val. Max. 1, 1, 16 -um histrionem. Lvcan. 8, 537 rex -r (10, 54 r. -r imbellis. Ivst. 29, 1, 8. *al.; addasne l. 59?*). *al.* *iuxta nomina propria*: Cic. fin. 3, 7 e bibliotheca -i Luculli (*de eodem*: Att. 13, 6, 2). div. 2, 66 Platonis ... -i (Apvl. Plat. 1, 1 p. 183). 2, 85 Iovis -i (Ov. epist. 10, 68. *al.*). Att. 4, 7, 3 -um Ciceronem (6, 1, 12 Cicerones -i. *al.*). 12, 28, 3 Lentulum -um. 13, 49, 1 -os Octavios Cn. filios. Verg. georg. 3, 6 Hylas -r (Val. Fl. 1, 109. 3, 184. *al.*). Aen. 1, 267 -r Ascanius (2, 598. *al.* Ov. epist. 7, 77. *al.*). Hor. carm. 4, 4, 28 -os ... Nerones. Liv. 29, 29, 11 -um Lacumazen. Tab. cer. Pomp. Camodeca 85 pag. 2, 11 -r Ampliatus. *al.* **3** *pendet ex praepos.* (*ad indicandam aetatem alicuius; accedit attrib. l. 14. 16*): ab: Plavt. Capt. 544 tu usque a -o servitutem servivisti. Stich. 175 inde iam a ⌊pausillo⌋ -o ([⌊ ⌋ pus-*A*]. Ter. Ad. 440 i. a -o. Liv. 24, 5, 9. *al.*). *al.* Ter. Haut. 214 nos a -is ilico nasci senes (*item plur.*: Ad. 494 una a -is parvolis. 962 usque a -is. Cic. Verr. II 4, 107 de orat. 1, 2 Tusc. 1, 57. Caes. Gall. 4, 1, 9 a -is nullo officio ... adsuefacti. Bell. Alex. 12, 4 cotidiano ... usu a -is exercitati. Liv. 24, 48, 6 ita se a -is insuetos. *al.*). Cic. Quinct. 69 Phil. 2, 86. *et saepius.* Nep. Cim. 2, 1 Hor. sat. 1, 4, 97 Liv. 30, 37, 9 Sen. dial. 10, 6, 2 Petron. 63, 3 Tert. anim. 1, 4 adv. Prax. 26, 8. Vet. Lat. II Macc. 6, 23 (rec. L. *al., gr. ἐκ παιδός, recc. B, M* ex infantia). *al.* ex: Cic. Arch. 4 ut primum ex -is excessit Archias (*subest locutio gr. ἐκ παιδῶν ἐξελθεῖν*). Vet. Lat. II Macc. 15, 12 rec. P ex -o (*gr. ἐκ παιδός, recc. cet.* a -o, a pueritia, ex infantia). Sidon. epist. 8, 6, 5 audivi eum adulescens atque adhuc nuper ex -o. **4** *augetur vel finitur per adv.* (*ut vergat in usum adi.; exempla notabiliora*): adhuc *p. 2515, 62,* admodum *vol. I 757, 74sqq.,* magis *p. 2514, 66* (*nisi spectat ad totum enunt.*), oppido *p. 2515, 7,* paene *vol. X 1, 47, 67sq.,* plane *p. 2514, 72,* tam *p. 2515, 4.* *ceterum*: Stat. Theb. 9, 791 quisnam adeo -r, ut bellare recuset talibus? (Clavd. 8, 362 usque a. ne -r?). Cassiod. hist. 9, 20, 3 -o satis existente Valentiniano rerum curam ... praefectus habebat (*gr. Socrat. 5, 11, 5 κομιδῇ νέον*). 9, 23, 7 Honorius valde -r (*gr. Socrat. κομιδῇ νέος* [*5, 14, 3*] *ut*: 9, 27, 4 [*5, 16, 9*]. 12, 1, 2 [*7, 24, 2*]. *ceterum*: Ios. antiq. 15, 34 p. 429 [*gr. παιδίου παντάπασιν*]).

B *respiciuntur pueri certi singuli* (*ut saepius pro adi.* -is *exspectes gen. subst.* pueri): PROP. 2, 12, 13 manet ... -is imago (*Amoris ut*: OV. rem. 575. *cf.* SVET. Aug. 7, 1 -em imagunculam eius aeream). OV. fast. 4, 540 *Ceres* iungere dignata est os -e suo (*filii hospitis*). 6, 159 extis -bus ... parcite, *striges.* LIV. 1, 3, 4 rudimentum ... primum -is regni, *sc. Ascanii* (IORD. Get. 305. *cf.* LIV. 24, 4, 2 sub dominatu -i. *sim. al.*). VAL. MAX. 3, 1 ext. 1 *Pericles consilio* -i usus est, *sc. Alcibiadis.* SEN. Herc. f. 1194 leto (*i. sanguine filiorum*). PETRON. 26, 4 (*ad nuptias coguntur Giton puellulaque*) *Quartilla* lusum ... -em libidinosa speculabatur diligentia. STAT. Theb. 6, 9 Apollineae bellum -e pharetrae, *sc. Pythoni illatum.* Ach. 1, 947 (*Deidamia Achilli*) primae ⌊-is⌋ fabula ⌊culpae⌋ *tuae* narrabor famulis (*si recte coniunximus*). QVINT. inst. 1, 1, 9 *vitia, quibus paedagogus Alexandrum imbuerat,* regem ab illa institutione -i sunt persecuta. 10, 1, 89 -ia ... eius *Serrani* opera ... indolem ostendunt. *al.; cf. p. 2531, 43.*

adv. **ˢpuerīliter.** *compar. et superl. desunt, cf. e. g.* nimium -r *l. 45.* GLOSS. -r: *παιδικῶς. παιδιόθεν* (*v. p. 2526, 51*).

i. q. more puerili (*iuxta verba praeter l. 44*): **1** -r *agere, facere sim.; respiciuntur*: **a** *adulti non secundum aetatem, gravitatem agentes, ita ut vergat in vim q. e. inepte, stulte sim.* (*praeter l. 57*): PLAVT. Persa 591 nimis ... homo stultus es -r. RHET. Her. 4, 3, 4 quod ... de modestia dicitur, videamus, ne nimium -r proferatur. CIC. fin. 1, 19 tota res ⟨est⟩ *ab Epicuro* ficta -r. ac. 2, 33 faciunt -r *academici quidam.* 2, 54. SEN. contr. 9, 6, 12 Cestius -r se dixisse intellegebat *eqs.* ([*postea*: ineptam sententiam]. AVG. c. Petil. 3, 52, 64 non inaniter nec -r nec insipienter). TAC. hist. 4, 86, 1 Cerialis ... elusit *Domitianum* ut vana -r cupientem (PLIN. epist. 9, 6, 2). FRONTO p. 37, 1 ne tu quicquam -r aut inconsulte suadeas (*postea*: seniorum ... prudentiam; *cf. p. 2531, 32*). SERV. Aen. 8, 297 alii *interpretes* -r volunt *eqs.* AVG. c. Cresc. 2, 9, 11 p. 369, 19 noli ... non tantum carnaliter, verum etiam -r sapere, ut ... existimes *eqs.* (in psalm. 103, serm. 3, 22 l. 56 ista divina). vera relig. 140 qui non -r insiliunt, sed pie diligenterque pertractant *sacram scripturam.* GREG. M. moral. 15, 12 cum levis ac mobilis multa -r facit *hypocrita,* ... mollescit. *al., imprimis apud* AVG. *in neutram partem de habitu pueros docentium*: AVG. mor. eccl. 30, 63 (*ad ecclesiam*) tu -r pueros, fortiter iuvenes ... doces. mor. Manich. 8, 11 l. 4 nisi forte, ut soletis cum pueris -r agere, respondebitis *eqs.* (*cf.* l. 14 respondebat ... -r pueris). **b** *pueri ipsi*: PROP. 1, 20, 39 *Hylas lilia* decerpens ... -r. LIV. 21, 1, 4 Hannibalem annorum ferme novem -r blandientem patri. PHAEDR. 3, 8, 5 *filia filiusque* -r ludentes. AVG. cons. euang. 1, 10, 15 ut etiam a pueris, qui adhuc -r ... christianas litteras norunt, merito rideantur. CASSIOD. in psalm. 8, 3 l. 65 cum a Iudaeis prohiberentur infantes, ne laudes domini personarent, putantes (*i.* -antibus) aliquid -r fieri *eqs.* IORD. Rom. 367 *Athalaricus* -r vivens matre ... regente.

2 -r *affici*: CASSIAN. conl. 2, 13, 8 quaenam te causae senilis illius gravitatis oblitum ita -r inquietant? GREG. M. in euang. 11, 5 l. 130 quidquid in mente -r hilarescit, hoc disciplinae iuvenilis censura coerceat (*sim.* moral. 26, 80).

deriv.: puerilitas. *Spoth.*

puerīlitās, -ātis *f.* *a* puerilis. [*in falsa var. l.* VAL. MAX. 5, 4, 2 (*v. p. 2432, 51*); *e coni. dub.* HIST. AVG. Ver. 3, 7 -em *pro* puritatem (*v. Watt, Class. et Mediaev. 53, 2002, 332*).]

i. q. status puerilis (meton. l. 14); spectat ad: **1** *aetatem* (*in ordine aetatum l. 7*): VARRO frg. Non. p. 494, 17 (*agitur de liberis educandis*) velim ... -is formulam audire (*explicat* NON. -s pro pueritia; *coni. L. Müller* pueritatis *et* pueritas). NON. p. 532, 18 Statilinum et Statanum et Fabolinum -is praesides deos Varro ... affirmat. VOLVS. Aug. epist. 135, 2 (*inde* AVG. epist. 137, 2 VINCENT. LER. exc. 6 l. 7) *filius dei* intra corpusculum vagientis infantiae latet, ... patitur -is annos, adolescit, iuventute solidatur. **2** *habitum mentis aetati provectiori minus aptum*: SEN. dial. 2, 12, 1 quem animum nos adversus pueros habemus, hunc sapiens adversus omnes, quibus etiam post iuventam canosque -s est. epist. 4, 2 non pueritia sed, quod est gravius, -s remanet (*postea*: vitia puerorum, nec puerorum tantum, sed infantum). PS. VARRO sent. 74 tam ridenda in sene -s quam obstupescenda in puero optimorum morum constantia. *per metonymiam i. q. dictum puerile, ineptum*: RVSTIC. adnot. Conc.^{S} II 3, 3 p. 521, 7 -s (*versio lat. ibid.* argumentatio *a correctore revocatur ad gr. ἀδολεσχία II 1, 3 p. 74, 17*).

puerīliter *v.* puerilis.

puerīnus, -a, -um. *a* puer. *i. q. ad puerum pertinens, sed certe elucet vis deminutiva sub 2* (*neque ab 1 fort. aliena est; cf. Niedermann, Festschr. Debrunner, 1954, 331*). **1** *adi. vel subst. masc. de statua Herculis puerilis vel pueruli* (*ad rem v. Haug, RE VIII 597*): CIL VI 126 (*saec. I² vel II*) Herculem -um cum basi Deanae d(ono) d(at). **2** *subst. fem. de puellula*: INSCR. christ. urb. Rom. 10896 -a pucina (*v. p. 2473, 16*). *cf. Onom.*

puerīsco *v.* puerasco. *Wieland.*

[pueritās *falso trad.* TERT. nat. 2, 9, 2, *falsa var. lect. l. 36; vix recte coni. l. 4.*]

ˢpueritia, -ae *et* pueritiēs, *abl.* -ē (*v. l. 32 sq.*) *f.* *a* puer (*aliter* ISID. *l. 36 et* orig. 11, 2, 3 -a, id est pura). *scribitur* puaer- INSCR. *l. 75; metri gratia adhibetur forma* puert- HOR. carm. 1, 36, 8 (puerit- *var. l., sed cf.* PORPH. *ad l.* per syncopen dixit. CHAR. gramm. p. 351, 1). NOT. Tir. 34, 16 -a. *formae heteroclit. quintae decl.: nom.* -es AVSON. *p. 2528, 4, abl.* -e INSCR. *l. 75. syllaba* pue- *per synizesin legenda producitur* AVSON. *p. 2528, 4 (cf. etiam* puae- *l. 75); syncopen v. l. 30. de notione et differentia*: ISID. diff. 1, 460 (398 C.) inter -am et pubertatem: -a est tenera et parva aetas a puritate (-a, pueritate *var. ll.*) ita vocata *eqs.* (*v. p. 2432, 27 sqq. p. 2527, 42*). GLOSS. -a: *παιδία, παιδιότης. cf. l. 51. p. 2527, 21 sqq. 2529, 42. legitur singulis locis apud ?* CATONEM (*v. p. 2528, 33*), TER., GRACCH., AFRAN., MANCIAM, *saepius inde a* RHET. Her., CIC. [*confunditur in codd. c.* puritia SEN. epist. 47, 7 (*restit.* TAC. ann. 2, 37, 2, *falso trad.* VARRO frg. Non. p. 156, 8 [*et* NON. p. 156, 7]), peritia *l. 61. p. 2527, 14.*]

i. q. status eius, qui puer est, fere de aetate puerili (*sed de specie corporis imprimis p. 2527, 58. 65, de habitu animi p. 2527, 49; c. respectu marium vel utriusque sexus, sed feminarum p. 2527, 67 et fort. p. 2527, 62*): **1** *proprie* (*fere c. respectu singulorum puerorum [Iovis p. 2527, 1]; usu generali imprimis p. 2527, 8. 28. 39 sqq.; de -a populi v. p. 2528, 28*): **a** *locutiones temp. magis minusve adverbiales* (*non huc spectant e. g. p. 2527, 25. 54; iuxta adv. l. 53. 60. 63. 69. p. 2527, 16, augetur attributis l. 68. p. 2527, 13. 17 sqq., pro attrib. est imprimis l. 60*): **α** a -a (*cf.* GLOSS. II 392, 13 *παιδιόθεν*: pueriliter [*?*], a -a [apuerilla *trad.*]. *vergit in notionem q. e. 'in -a' e. g. l. 65. 67*): Ⓘ *sine attrib.* (*exempla selecta inde a* CIC.): TER. Haut. 183 mihi cum eo iam inde usque a -a fuit semper familiaritas (AMM. 25, 3, 23). RHET. Her. 4, 22, 31 Alexander ... animum ad virtutem a -a confirmavit. CIC. div. in Caec. 40 *id* magno studio mihi a -a est elaboratum. Balb. 3 a -a usque ad hanc aetatem (*item indicatur quousque*: VET. LAT. gen. 46, 34 [cod. 100] a -a usque modo [*gr. ἐκ παιδός, Vulg.* ab infantia nostra]. *cf. e. g. l. 71. 72*). rep. 1, 7 in quibus *studiis* a -a vixeram. *et saepe apud eundem.* PLANC. Cic. fam. 10, 4, 1 causas ... meae a -a opservantiae. LIV. 28, 27, 2 prope a -a in castris habitus *Scipio* (peritia *cod. Put. a. corr.*). CIL X 1685 (*aet. Aug.?*) cum qua *uxore* a -a sine offensa vixit. SEN. benef. 1, 13, 3 (*de Hercule*) hic a -a latro gentiumque vastator, *sc. fuit.* PLIN. nat. 7, 12 in Albania gigni quosdam ... a -a statim canos (*cf. in eadem re p. 2527, 12*). TERT. nat. 1, 16, 16 *servus refert* se ... a -a perisse, *sc. raptu* (*antea*: in -a). VET. LAT. Marc. 9, 21 (cod. 1) *hoc factum est filio* a -a (*gr. ἐκ παιδιόθεν, cod. 3* ex infantia, *sim. al. et Vulg.*). HIST. AVG. Alex. 9, 6 (*senatus in acclamatione*) nos te et a -a probavimus et nunc probamus. *et saepe.* Ⓘⓘ *cum attrib.*: CIC. fam. 4, 7, 1 quae *erga me benevolentia* mihi iam a -a tua cognita est (*item c. pron. poss.*: 15, 9, 1. *al. in epist.; adde l. 75 sq. al.*). 10, 3, 2 ab ineunte -a tua (APVL. apol. 14, 6 ab i. -a ad obeuntem senectam. SIDON. epist. 3, 1, 1 [*disting.* iuventutem]). SEN. contr. 1 praef. 13 a prima -a usque ad ultimum eius *Latronis* diem perductam ... amicitiam (SEN. epist. 60, 1. INSCR. Année Épigr. 1973 n. 231 [*ex Italia; saec. I vel II in.*] cum quo *coniuge quaedam* vixi(t) a p. puaeritie sine iniuria. FRONTO p. 128, 3 a p. -a tua. LACT. inst. 1, 10, 10

[Harbsmeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Iuppiter a p. sua -a impius ... deprehenditur. *al.*). VET. LAT. Sirach 7, 25 curva illos *filios* a -a illorum (*gr. 7, 23 ἐκ νεότητος*).

β in -a: AFRAN. com. 389 qui *eri* ⌊nos⌋ ... indulgent in -a (⌊ ⌋ *pro* nobis; non *trad.*). RHET. Her. 3, 22, 35 quae acciderunt in -a, meminimus optime. CIC. Verr. II 1, 47 in -a ... artibus *institui.* fin. 5, 55. NEP. Att. 1, 3 in -a nobilis inter aequales ferebatur (*cf. 1, 2* puerilis aetas). VAL. MAX. 6, 1, 6 Philiscum, in -a corpore quaestum ... facere coactum. CELS. 2, 7, 7 quibus in -a sanguis ex naribus fluit (*cf. Hippocr. prorrh. 2, 42 ἐν τῇ παιδείῃ τε καὶ νεότητι*). 8, 11, 4. PROB. vita Pers. l. 46. QVINT. inst. 12, 11, 9 artibus in -a discendis. SVET. Vit. 18 cui *Antonio Primo* ... cognomen in -a Becco fuerat. FRONTO p. 93, 14 lucebat in -a tua virtus insita (*disting.* in adulescentia). GELL. 9, 4, 6 qui *Albani* in -a canescant (*cf. p. 2526, 63*). 10, 19, 3 in primori -a (*item c. attrib.*: VET. LAT. Sirach 44, 5 homines ... in -a sua requirentes modos musicos [peritia *var. l. et ed. Clem.; cf. gr. 44, 4 ἐν παιδείᾳ αὐτῶν*]. HIST. AVG. Maximin. 2, 1 in prima ... -a. *al.*). APVL. apol. 74, 7 olim in -a, ... mox in iuventute. *al.*

γ *cetera exempla* (*vix huc l. 66*): RHET. Her. 3, 7, 13 per omnem -am (*in var. l., v. infra l. 45*). CIC. Manil. 28 *Pompeius* extrema -a miles in exercitu fuit ([*opp.* ineunte adulescentia]. SALL. hist. frg. 2, 75). SALL. Iug. 63, 3 *Marius* omnem -am Arpini altus. AVG. conf. 1, 11, 18 post -am.

b *vario usu*: **α** *illustratur -a*: Ⓘ *proximis aetatibus distinctis*: GRACCH. or. frg. Isid. orig. 2, 21, 4 -a tua adulescentiae tuae inhonestamentum fuit, adulescentia senectuti dedecoramentum *eqs.* (CIC. Verr. II 1, 32. VARRO *infra.* SEN. contr. 7, 2, 3 a. turpis est, infamis -a. SEN. epist. 12, 6. *al.* QVINT. inst. 11, 3, 28 in illo a -a in a. transitu. TAC. hist. 1, 13, 3 Otho -am incuriose, a. petulanter egerat. *al., cf. e. g. l. 12. 19*). VARRO frg. Serv. Aen. 5, 295 (*antea*: aetates ... sic dividit) infantiam, -am, adulescentiam, iuventam, senectam (*item ante -am l. 37 et* SEN. epist. 24, 20 i. amisimus, deinde -am, deinde adulescentiam. 49, 3 QVINT. decl. 260, 28 SVET. Tib. 6, 1. *et saepius, cf. e. g. p. 2528, 11; -a autem prima aetas dicitur e. g.* AMBR. Abr. 2, 9, 65, *v. vol. VII 2, 744, 27 sqq., et* COD. Theod. 2, 17, 1, 3, *v. ibid. 1111, 25 sqq.*). SEN. suas. 2, 2 sub eodem -a fato est, eadem iuventus causa cadit (DECL. in Catil. 29 flos -ae venustissimus ... cui non libidini paruit ... iuventutis? *cf. l. 16. al. et* iuventa: TAC. ann. 14, 52, 4 finitam *esse* Neronis -am et robur iuventae adesse. 14, 55, 3 [*Nero ad Senecam*] praeceptis -am, dein i. meam fovisti. *al.; intercedit* adulescentia *l. 28*). SEN. dial. 6, 21, 7 infantiam in se -a convertit, -am pubertas ... abstulit (*item post -am l. 43; cf. p. 2528, 8*). Ⓘⓘ *spatio temporis definito*: GELL. 10, 28 tit. de aetatium finibus -ae, iuventae *eqs.* (*ceterum v. p. 2511, 17*). VLP. dig. 3, 1, 1, 3 in ... edicto aut -am aut casum excusavit *praetor*; -am: dum minorem annis decem et septem ... prohibet postulare. ISID. diff. 1, 460 (398 C.) -a ... a septimo anno, pubertas a quarto decimo incipit (*sim.* 2, 74 orig. 11, 2, 1 sqq.).

β *cetera exempla selecta*: RHET. Her. 3, 7, 13 (*loco corrupto*) honeste in bonis disciplinis ⌊totius -ae fuerit⌋ (per omnem -am educatum *var. l.*). CIC. inv. 1, 107 -ae *filii* delectatio. Verr. II 1, 152 quod ornamentum -ae pater dederat. Arch. 1 -ae memoriam recordari ultimam (Phil. 13, 19 QVINT. decl. 255, 5). Cael. 2 (*antea*: Atratino ... optimo adulescenti) si voluit accusare, pietati tribuo, ... si speravit aliquid, -ae (*sc. minus peritae sim.*). Balb. 9 *Pompeius* -ae tempus extremum principium habuit bellorum (SVET. Nero 20, 1 -ae tempore imbutus ... musica. *cf. p. 2528, 30*). HOR. carm. 1, 36, 8 memor actae ... -ae mutataeque simul togae (IVST. 11, 4, 5. HIST. AVG. Pius 1, 9 -am egit cum avo. *al.; cf. e. g. l. 26*). SEN. epist. 4, 2 (*v. p. 2526, 11*). 72, 3 si a -a usque ad longissimos humani aevi terminos vita producitur. CVRT. 6, 5, 23 in ipso flore -ae (*cf. l. 33*). MELA 3, 26 longissima apud eos *Germanos* -a est. QVINT. decl. 340, 13 quo *sacro praetextarum* infirmitatem -ae sacram facimus. TAC. hist. 4, 14, 1 est plerisque *Batavis* procera -a. ann. 6, 48, 2 C. Caesarem vix finita -a ... meliora capessiturum. 13, 1, 1 vixdum -am egresso Neroni (SVET. Aug. 63, 1 HIST. AVG. Carac. 2, 1). 15, 38, 4 lamenta paventium feminarum, ⌊fessa aetate aut rudis -ae⌋ [aetas] (*si recte ita legitur, v. app. crit.; alii attrib.* ⌊ ⌋ *pro subi. positum putant, alii cum* feminarum *coniungunt*). CALP. decl. 20 improbi flagitatores (*sc. sunt*), qui detrimenta -ae suae mutuo dedecore compensant. APVL. apol. 85, 8 puerum quis non ... oderit, cum videat ... viridi -a, cana malitia? met. 7, 8, 1 cum mihi ... depiles genae levi -a splendicarent. flor. 18, 14 sum vobis nec lare alienus nec -a invisitatus. TERT. orat. 22 p. 195, 6 quas *virgines* -a defendit (*cf.* p. 195, 13 in quibus iam -a mutavit). IVST. 7, 5, 3 *Thebis* prima -ae rudimenta ... deposuit *Philippus* (AMM. 22, 5, 1 a r. -ae p. [*disting.* paulatim ... adolescens]. 29, 1, 8). HIST. AVG. Max. Balb. 5, 5 -am omnem in domo patr⟨u⟩i[s] ... fecit. *al.* *ponitur 'alicuius* -a' *sim. pro 'aliquis puer'* (*sc. accedente gen. vel pron. poss.; vergit ad usum sub 2b illustratum. cf. l. 36*): MANCIA or. frg. Val. Max. 6, 2, 8 Cn. Carbonem, acerrimum -ae tuae, *Pompei,* ... defensorem. CIC. Verr. II 1, 153 prospicere ..., ut illorum *liberorum* ... -a ... munita sit. *ibid. iterum.* Phil. 13, 17 si eius *Antonii* -a pertulerat libidines *alienas.* VAL. MAX. 3, 1, 2 hic spiritus ne M. quidem Catonis -ae defuit. TAC. ann. 12, 8, 2 ut ... Domitii -a tali magistro (*sc. Seneca*) adolesceret. 14, 3, 3 *Anicetus,* -ae Neronis educator. AVSON. 11, 10 (200 S.), 13 huic *grammatico* mea principio credita -es *est.* *al.*

2 *meton. de ipsis pueris* (*exempla potiora*): **a** *usu generali*: SEN. suas. 2, 5 *Eurotas* -am indurat ad futurae militiae patientiam. CELS. 2, 1, 20 omnis -a primum circa quadragesimum diem, ... postea circa pubertatem periclitatur ...; adulescentia *eqs.* (*cf. Hippocr. aphor. 3, 28 τοῖσι παιδίοισι*). SEN. dial. 4, 21, 8 longe ... ab adsentatione -a removenda est: audiat verum. epist. 117, 26. 124, 12 hoc bonum (*sc. animum liberum*) adeo non recipit infantia, ut -a non speret, adulescentia inprobe speret. PLIN. nat. 37, 41 -am tam inperitam posse reperiri, quae *hoc* ... credat. TERT. anim. 19, 9 Christus ... nec -am nec infantiam hebetes (*sc. animae solius compotes*) pronuntiavit. AVG. divers. quaest. 61, 5 facilis ad lusum *est* -a. MACR. Sat. 7, 10, 10 quae *ratio* -am canescere non patitur. PETR. CHRYS. serm. 38, 1 levibus mandatis -a christiana animatur, ut ad gravia ... euangelica iuventus accedat. *al.* **b** *de singulis* (*cf. p. 2527, 71 sqq.*): VAL. MAX. 3, 1, 1 gentis Aemiliae -a, *sc. Lepidus,* coronam *civicam* mereri ... valuit (*antea*: puer). IVL. VAL. 2, 5 l. 104 vitandam *esse* ... nobis *Atheniensibus* -am cum tyrannide, *sc. Alexandrum* (*gr. p. 66, 9 μειράκιον τύραννον*). HIL. AREL. vita Honorat. 5 l. 29 baptismum discussis patris dissimulationibus -a fidelis invasit (*cf. 7 l. 2* adolescens). 8 l. 21 -a deo freta *non* concutitur.

3 *in imag. vel translate (accedit adv.* quasi *l. 25,* velut *l. 31); significatur prima aetas:* *plantarum*: COLVM. 4, 14, 3 conpescenda quasi -a seminum est, *sc. pampinatione* (*postea*: tenera aetas). *animalis*: COLVM. 7, 6, 3 inmatura veneris cupidine primis -ae temporibus exhaustus est *caper.* *populi*: LACT. inst. 7, 15, 14 (*e* SEN. *patre?*) infantiam sub rege Romulo fuisse ...; deinde -am sub ceteris regibus *eqs.* (*item respicitur populus Romanus*: AMM. 14, 6, 4 ab incunabulis primis ad usque -ae tempus). AVG. civ. 16, 43 p. 196, 3 ante hunc *Abraham* ... velut -a fuit ... populi dei a Noe usque ad ipsum Abraham. ADNOT. Fronto p. 204, 16 Italicarum origenes ⟨urbium et Ab⟩originum -as inlustravit *Cato* (primitias *Cornelissen*).

?**puero,** (-āre) *v. p. 2522, 32.* *Harbsmeier.*

puerōsus: *παιδικός.* puerilis GLOSS. *a* puer.

[puerpente: virginitas innocens GLOSS. *corruptum* (*παρθενία suspicatur Bücheler*).**]** *Wieland.*

[puerper: puer infra anno GLOSS. *corruptum* (puber: puer infra ano⟨s XIV⟩ GLOSS.^{L} V Aa P 1673 *vix recte*).**]**

⁂**puerpera,** -ae *f.* *usu pro subst. adi. formati a* puer *et* parere (*v. e. g. Leumann, Gramm. 1977, 97; adi. intellegi potest p. 2529, 12, poetice novatum est p. 2529, 30*). *de origine et notione*: PAVL. dig. 50, 16, 163, 1 'pueri' appellatione etiam puella significatur; nam et feminas -as appellant ⌊recentes ex partu⌋ et *eqs.* (⌊ ⌋ *sim.* EVGRAPH. Ter. Andr. 490). DON. Ter. Andr. 490, 5 '-ae' (*dat.*): omnis, quae peperit. 490, 6 ⟨*π*⟩*ρωτοτόκος* (*sim. de primo partu*: SCHOL. Iuv. 6, 594 puella, quae primitus parit. HIER. in Ier. 1, 91, 1 mulieris -ae, id est quae primos parit fetus. ISID. orig. 11, 2, 14 quod primo partu gravantur [*alias explicationes ibid. v. l. 54 sq.*]. *al.*). *ibid.* non quod puerum *peperit,* sed quod filium (fetum *Wessner in app. crit.*), -a dicta; et apud veteres 'puer puellus, puera puella' (*sim. de partu utriusque sexus* [*adde l. 44*]: PRISC. gramm. II 231, 1 -a dicitur, quae puerum vel pueram parit. *contra de partu masculo*: SCHOL. Ter. Bemb. Ad. 921 quae p⟨uerum pe⟩perit. ISID. orig. 11, 2, 14 quod primum pueros pariunt. *al.*). ISID. diff. 1, 448 *quae* in annis puerilibus parit (*sim.* orig. 11, 2, 14. *al.*). GLOSS. -a: *λοχός, νεοτόκος. λεχώ.* -am: fetam. NOT. Tir. 59, 1 -a. *exstant solae formae fem. praeter neutr. plur.* -a *p. 2529, 28; masc.* -us *dici posse negat* significationis causa PRISC. gramm. II 370, 5 (*cf. falsam var. l.* -os *l. 74*). *legitur in versibus inde a* PLAVTO, *in prosa orat. inde a* SEN. *rhet.* [*falsa var. l. pro* puerperium *p. 2530, 1.*]

significatur, quae nuper peperit puerum (*i. filium filiamve, v. e. g. l. 50 sqq., fetum mortuum p. 2529, 2; de ipsa parturiente l. 68. 71. al., generaliter de ea, quae liberis aucta est, e. g. p. 2529, 4. 7 et sub b saepius; indicatur pater per gen. p. 2529, 4, natus per gen. p. 2529, 26, dat. [nisi est pater] p. 2529, 19*): **1** *de qualibet femina* (*in imitatione ludicra p. 2529, 1; de dea e. g. p. 2529, 8. 13*): **a** *solum ponitur vel adhibetur praedicative* (*e. g. p. 2529, 4. 7*): PLAVT. Amph. 1092 ubi utero exorti dolores, ut solent -ae, invocat deos *uxor tua.* Truc. 414 tu te ... quasi pro puer⟨per⟩a hic procuras? 478 face ut accumbam ...; em sic decet -am (pueri eram *trad.*). TER. Andr. 490. Ad. 921 illam -am ... duci per viam aegrotam. CATVLL. 34, 14 tu Lucina dolentibus Iuno dicta -is. HOR. epod. 17, 52 *e lecto* fortis exsilis -a. carm. 4, 5, 23 laudantur simili prole -ae. OV. met. 6, 337 *Deli* edidit ... geminos Latona ...; hinc quoque Iunonem fugisse -a fertur. 9, 313. SEN. suas. 4, 4 circa -as (-os *var. l.*). PLIN. nat. 7, 37 editis geminis raram esse aut -ae aut puerperio ... vitam. 8, 5 *elephanti*

[van den Berg]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lecticis ... ferentes quaterni singulos -as imitantes. 20, 86 lactis ... ubertatem -is ... fieri. 24, 166 -as partum nutrientes. 26, 161 *infantes mortuos expelli* sine vexatione -ae. 28, 249 si gravidae aut -ae torqueantur. *al.* STAT. Ach. 1, 254 (*loq. Thetis*) *si Iovi nupsissem,* magni ... -a caeli nil humiles Parcas ... vererer. IVV. 6, 594. TERT. anim. 6, 8 quaedam quinionem enixa ... unici uteri -a numerosa. 25, 3 matres, vos quae praegnantes, vos quae -ae. ARNOB. nat. 4, 16 p. 219, 11 marita et -a (*de eadem 4, 14* prima *Minerva* ... Apollinis procreatrix). VVLG. Ier. 4, 31 vocem ... quasi parturientis audivi, angustias ut -ae. *al.* *in imag.*: PRVD. psych. praef. 67 *anima* -a herede digno patris implebit domum (*cf. 66 Christus animam* faciet ... fertilem). **b** *iuxta subst.* (*estne subst. appositione determinativa adhibitum an adi.?*): SEN. benef. 4, 35, 2 venturus fui, sed aeger filius, ⟨s⟩et -a uxor tenet. PLIN. nat. 34, 77 Latona -a (*item iuxta nomen proprium*: AVSON. 13, 61 [56 S.], 3 Leda -a. 19 [325 S.], 16 fulmineos Semele decepta -a partus deflet). HIER. in Ier. 4, 40, 4 (*ad 22, 23* quasi dolores parturientis) quod instar mulieris -ae repentinus ei dolor ... veniat (*adde p. 2528, 48*).

2 *de Maria matre Christi*: POTAM. epist. ad Athan. 1. 88 C. (*loco parum dilucido*) virgo -a deo, una nobis columba, fecunditate numerosior (HIL. hymn. 1, 8. PRVD. cath. 9, 19 v. cum -a edidit nostram salutem feta sancto spiritu. PAVL. NOL. carm. 27, 281. *al.*; *cf.* SACR. Gelas. 65 index -a(e) virginalis stella [*var. ll.* -ae *vel* puerperii *afferuntur Corp. Christ. 161D p. 748 n. 1517*]). SEDVL. carm. pasch. 2, 63 salve, sancta parens, enixa -a regem (*cf. op. pasch. 2, 5 p. 201, 4* tanti regis puerperio consecrata). *al.* *pro gr. θεοτόκος*: MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 30, 3 *θ.* ..., id est -a dei sive genetrix dei. p. 51, 19 *patres* dei -am, id est *θ.*, pronuntiaverunt virginem sanctam (*I 2 p. 37, 7. al.* dei genetricem). *al. apud eundem.*

inde acc. plur. neutr. **puerpera** *pro adi. de verbis parientibus, i. uterum clausum resignantibus* (*de adi. fem. v. l. 12*): OV. met. 10, 511 Lucina ... verba -a dixit.

deriv.: puerperium. *van den Berg.*

puerperium, -ī *n.* (puerperia, -ae *f. infra p. 2530, 8*). *a* puerpera. *scribitur* -rum *hic illic in* GLOSS. *et in var. l.* CLAVD. MAM. anim. 2, 7 p. 122, 13. *al., cf.* -ri(s) *pro* -rii(s) *in cod. ant. D* HIL. trin. 2, 27 *et e. g. in var. l.* SEN. contr. 2, 5, 4 PLIN. nat. 20, 114. NOT. Tir. 34, 14 -um. *de notione*: SVET. Cal. 8, 3 *cum* qualiscumque partus sine ullo sexus discrimine -um vocetur, quod antiqui etiam puellas pueras, sicut et pueros puellos dictitarent (*aliter* GLOSS. *p. 2530, 16*). EXC. Bob. gramm. I 554, 21 -um *ἡ λοχεία* (*item* GLOSS.). GLOSS. -um: *παιδογονία, τοκετός.* primus partus (*sec. p. 2528, 46sqq., ut* -um: primo genitum). infans in utero formatus. *sim. al.; mire sec. p. 2528, 53. 55* (*nisi confusum est c.* pueritia) GLOSS. -um: aetas pueri. aetas puerilis. *legitur sing. inde a* PLAVTO, CATVLLO, VARRONE, *plur. inde a* SEN. *rhet.* [*confunditur in codd. c.* puer DON. Ter. Andr. 483, 3 HIL. trin. 2, 27 CONSVLT. Zacch. 2, 12, 12, puerpera SEN. contr. 2, 5, 4 DON. Ter. Andr. 483, 3 (*cf. l. 22*).]

1 *vi originaria de actione puerperae, i. q. partus* (*accedit nimirum gen. subi., e. g. l. 51. 63*): **a** *usu communi*: **α** *exempla varia*: PLAVT. Truc. 464 -o ... med esse aegram adsimulo (*in eadem re*: 475 quasi -o cubem. *cf.* CATVLL. 67, 48 falsum mendaci ventre -um). VARRO rust. 2, 1, 26 *mulieres pastoribus datae* -o familiam faciunt maiorem et rem pecuariam fructuosiorem. INSCR. Suet. Cal. 8, 1 (*in ara*) ob Agrippinae -um. SEN. contr. 2, 5, 6 nullis ⟨ex⟩hausta -is fuit *mulier fortis* (*item respiciuntur detrimenta -o inlata*: SEN. epist. 24, 14 quem *dolorem* in -o puella perpetitur. PLIN. nat. 30, 131 mammis -o vexatis. PORPH. Hor. epod. 17, 52 quasi -o facta sit deformis. *cf. e. g. l. 48. 66sq.*). SEN. nat. 3, 27, 2 ut conceptus ad -um perduret infans (*cf.* PLIN. nat. 9, 79 *echeneis* partus ... continens ad -um). MELA 2, 18 *in Thracia* lugentur apud quosdam -a natique deflentur, funera contra festa sunt. PLIN. nat. 30, 129 *ligatura* protinus a -o removenda. QVINT. decl. 277, 10 ut oderint -a, ut filios ... abominentur *turpissimae feminae.* TAC. ann. 12, 6, 1 *ad matrimonium* deligi ... feminam nobilitate -is sanctimonia insignem (*postea*: fecunditatis experimentum). 15, 23, 1 locus -o *Poppaeae* colonia Antium fuit. SVET. Aug. 94, 5 ob uxoris -um. GELL. 2, 23, 18 gemitum et ploratum ... puellae in -o enitentis (*cf.* CLAVD. 8, 141 ululata verendis aula -is). 3, 16 tit. temporis varietas in -is mulierum. 12, 1, 4 diutinum -um et ... laboriosi nixus. CE 1297, 4 (*saec. II?*) rapta est vitae, rapta -o (*cf.* COD. Iust. 3, 28, 3, 1 [*a. 197*] *matrem* in -o vita cessisse. CIL X 1112 -o vix educta infeliciter obiit. INST. Iust. 3, 3, 4). TERT. anim. 25, 5 *fetus unco* extrahitur violento -o. ARNOB. nat. 3, 23 p. 181, 12 -is Iuno praeposita est (*cf.* SIDON. carm. 2, 112 -um ... Lucina resolvit. *v. et p. 2530, 2*). 4, 28 p. 234, 22 nuptiae, matrimonia, -a. *al.* *de partu Mariae* (*cf. p. 2530, 29*): HIL. trin. 2, 27 multitudo exercitus caelestis in laudem ⟨-i⟩ concurrit (⟨ ⟩ pueri *var. l.; postea*: tanti operis praeconia). PS. PACIAN. sim. carm. p. 146, 13 *Iesus homo* inmixtus ... iam in deo -o Mariae. CONC.^{S} I 5 p. 9, 3 -um virginis (CLAVD. MAM. anim. 2, 7 p. 122, 13). *al.* **β** *gen.* -i (-ae *p. 2530, 8*) *pendens ex subst.*: SEN. contr. 2, 5, 4 delicata es, cruciatus ⟨-i⟩ times (⟨ ⟩ -rae *V; cf.* PLIN. nat. 28, 114 pericula -i. ARNOB. nat. 3, 21 p. 179, 2 difficiles -orum tricas Iuno mulceat corripiatque Lucina). SEPT. SER. carm. frg. 22 si tibi virgo favens reseret cita claustra -i (DRAC. laud. dei 2, 93. *cf. vol. III 1322, 73sqq.*). TERT. anim. 39, 1 tota illa -i superstitione *paganorum.* adv. Marc. 3, 11 p. 394, 17 ipsius ... -i spurcos anxios ludicros exitus (*Christo indignos; sim.* RVFIN. symb. 10 ipsius -i obscenae adtrectationis iniuria). *al.* *forma fem.* (*a plur.* -a *derivanda*): VIGIL. THAPS. c. Arian. 1, 10 p. 187^{A} -ae cunas expertus *Christus homo.*

b *in imag.*: COLVM. 3, 21, 3 alma tellus ... velut ⟨aet⟩erno quodam -o laeta (*cf. l. 36*). PRVD. ham. 618 animam crudelia vulnera carpunt mille -is, suboles dum parturit *malas* (*sc. peccata; comparatur partus viperae*).

c *notione per veriloquium pravum coartata de partu, quo editur mas*: IORD. Get. 56 editis maribus ... infantis miserandi fata rumpebant *Amazones*; ita apud illas detestabile -um erat. GLOSS. -um: partus cum puer nascitur. partus puellae, qui masculum generat. *sim. al. ibid.*

2 *meton. de ipso fetu* (*exempla minus dubia; cf. e. g. p. 2529, 61*): **a** *proprie, sc. hominis* (*tam de infante nato, e. g. l. 20. 23sq., quam de nondum edito vel antea mortuo, e. g. l. 21. 26. 31*): SEN. contr. 9, 5, 1 quam indulgenter -a divisit *mater*; ... dixit 'filius hic meus est; ... hic patris est' *eqs.* PLIN. nat. 7, 37 *v. p. 2528, 75.* 7, 48 uno abortu duodecim -a egesta *esse* (*cf. Arist. hist. anim. 585a11 τὰ ἐπικυηθέντα*). 7, 49 septem mensum edito -o. 20, 114 in -is ... ab eo *apii* cibo comitiales fieri, qui ubera hauriunt. STAT. Theb. 4, 280 (*de origine Arcadum*) quercus laurique ferebant cruda -a ac populos ... creavit fraxinus. APVL. Plat. 2, 26 p. 260 -a ... morum dissimili seminio concepta (AVG. civ. 7, 2 p. 274, 20 cum -um concipitur). AVG. civ. 7, 2 p. 275, 2 Vitumnus et Sentinus, quorum alter vitam, alter sensus -o largiuntur. epist. 137, 8 uterum virginalem non adventicio sed ⟨indigena⟩ -o fecundavit *virtus dei* (⟨ ⟩ *v. vol. VII 1, 1170, 81*). gen. ad litt. 6, 6 p. 177, 7 perfectae aetatis homo ..., infans ..., -um ... in utero matris, ... semen. quaest. hept. 2, 80 non formatum -um *ex utero expulsum* (*cf. ibid.* informe -um). ANTH. 118, 2 *Thetis* confirmat Stygio fonte -um. *al.* *sing. collect. de pluribus uno partu editis*: GELL. 10, 2 tit. quid Aristoteles de numero -i memoriae mandaverit (10, 2, 2 *in monumento cuiusdam ancillae* scriptum esse numerum -i [*antea*: peperisse quinque pueros]). **b** *tropice: transfertur ad fructus terrae* (*cf. l. 10*): PLIN. nat. 18, 282 admixta *roris* amaritudo, ut in lacte, -um necat (*opp.* laeta adulescunt sata). *in imag.*: QVEROL. p. 51, 2 urna peperit auri gravida pondere, vilisque mater grande -um dedit. *Funari.*

puertia *v.* pueritia. **puerula** *v. p. 2531, 67.*

puerulus, -ī *m.* *a* puer *deminutive* (*cf.* puellus). *scribitur in codd. rec. etiam* -rol-, *e. g.* IORD. Get. 269 VITA Genov. rec. A 49, -ril- VAL. MAX. 6, 9 ext. 6 (*cod. A man. pr.*). GLOSS. III 371, 71 -i: *πιεανδη* (*πυθαῦλαι suspic. Goetz in indice*). *legitur fere singulis binisve locis apud* COM. pall. *p. 2531, 29* (*item in versu non nisi l. 69. p. 2531, 64*), CIC., VARRONEM, NEP., SEN. *utrumque,* VAL. MAX. (*ter*) *et inde a* SVET. [*confunditur in codd. rec. passim c.* puer, *e. g. l. 65. 74* (*falsa var. l.* RVFIN. hist. mon. 29, 4, 5 SVLP. SEV. dial. 1, 10, 2; *restit. p. 2531, 12, e coni. p. 2531, 64*), *hic illic c.* puerilis *l. 58* (*cf. l. 61; e coni. p. 2531, 43*), parvulus *l. 74* (*falsa var. l.* TERT. adv. Marc. 4, 24 p. 502, 15).]

i. q. (*parvus*) *puer* (*fere de maribus praeter l. 57; indicatur aetas -orum e. g. l. 67. p. 2531, 25. 48, de infantibus l. 58. 69. p. 2531, 1. al., iuvenibus e. g. p. 2531, 33; variat in contextu saepe c.* puer, *e. g. p. 2531, 2. 7. 30, ceterum c.* infans *p. 2531, 26 [sed disting. l. 60. 62]; iunctura abundanti* -us parv(ul)us *p. 2531, 6. 56*): **1** *generatim de quibuslibet aetate minoribus* (*respiciuntur filii l. 73. p. 2531, 5, discipuli l. 71. p. 2531, 35*): **a** *sine respectu sexus*: VARRO frg. Non. p. 308, 36 magnum est ... in primordio -i (puerili *var. l.*): quemadmodum incipiat fingi, ad id quasi evadat. TERT. anim. 24, 11 qui magis reminiscerentur quam -i, ut recentiores animae? MARCELL. med. 11, 36 ad -orum vel infantum ulcera pestilentiosa. ORIBAS. eup. 4, 69 add. Aa p. 587 -is (puerilis *Ab*) ... in initio passionis adhibenda sunt omfacius *eqs.* (*disting.* infantibus; maioribus).

b *pertinet ad mares*: **α** *usu communi*: Ⓘ *exempla varia*: CIC. top. 18 secundum servorum ..., secundum ⟨-orum⟩ tabulas possessio ... *non* dari (⟨ ⟩ puerorum *var. l. et pars edd., fort. recte*). SEN. contr. 7, 5, 13 *cicatricem vix apparentem* non putetis -um fecisse, et ne -um quidem quinquennem? VAL. MAX. 6, 9 ext. 6 *Dionysius* litteras -os ... docuit. SEN. dial. 9, 17, 4 cum -is Socrates ludere non erubescebat. SVLP. APOLL. perioch. Ter. Andr. 9 ex Glycerio natum ut vidit -um Chremes (IORD. Get. 269). TERT. Scap. 4, 5. HIST. AVG. Alb. 5, 2 in scolis ... inter -os. HEGES. 1, 44, 7 p. 114, 24 (*loq. pater Antipatri*) putabam ... quod maiorem natu minoribus ad tutelam adsciscerem, sed hostem induxi, qui ... excitaret -os. RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 11. hist. mon. 29, 4, 7 discurrentes ... Aethiopes -i (parvuli, pueri *var. ll.*) ... sedentibus *monachis* adludebant (*fort. de daemonibus; cf. p. 2531, 8*). ORIG. in I reg. 8 (*respic. 1, 23*)

[Clavadetscher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-um *Samuelem* nuper a lacte depulsum. MAX. TAVR. 48, 1 ait ... dominus ... statuto coram omnibus -o: 'quicumque humiliaverit se sicut puer iste *eqs.*' (*cf. Matth. 18, 4*). PS. MAX. TAVR. serm. app. 13 p. 870^{C} (= PS. AMBR. serm. 55, 8) cum Celso -o ... gladio consecratur *Nazarius.* GREG. TVR. Franc. 6, 35 p. 306, 16 (*ibid. p. 305, 12* regis puerum dilectum, *sc. filium*). glor. mart. 50 p. 522, 24 -us ... parvulus ... discendit ad tumulum (Mart. 4, 3 [*postea*: puerum]. 4, 17). GREG. M. dial. 2, 4, 2 monachum ... quidam niger -us ... foras trahebat. *al.* Ⓘ *praedicative*: NEP. Hann. 2, 3 (*loq. Hannibal*) Hamilcar -o me, utpote non amplius novem annos nato, ... immolavit. VAL. MAX. 1, 6, 1 Servio Tullio ... -o dormienti circa caput flammam emicuisse. GRAN. LIC. 28, 39 (*loco manco*) se *Demetrium* ... pue⟨r⟩ulum Romam venisse (*cf. Polyb. 31, 2, 5 ἔτι νήπιος*). TERT. anim. 46, 7 *Octavianum* -um adhuc ... iam ... Augustum ... de somnio norat *Cicero* (VITAE patr. Iurens. 78 ego ... multos a. -us [-os *var. l.*] ex his fratribus vidi, qui *eqs.* CASSIOD. Ios. antiq. 12, 387 p. 356 [*gr. ἔτι παῖδα*]. VEN. FORT. vita Albin. 7, 18). HIST. AVG. Maximin. 30, 5 ipse -us, cum ad cenam ... esset rogatus, *vestem imperatoris accepit.* Gord. 3, 4 *Antoniniada scripsit,* et haec quidem -us. VVLG. Tob. 1, 8 *Tobias* haec ... secundum legem dei -us observabat. AVG. conf. 1, 13, 20 quibus *graecis litteris* -us imbuebar. VITA Eugen. rec. vet. p. 392, 27 qui *episcopus* dum ⌞-us⌟ a monasterio egrederetur *eqs.* (*cf. 5 p. 608^{D}* infantulus). *al.* Ⓘ *per appos. iuxta subst., ut vergere possit in usum adi.* (*iuxta nom. propr. v. e. g. l. 4*): HIST. AVG. Sept. Sev. 4, 6 *cum* conlusoribus -is ... *poma* divideret *quinquennis.* VITA Eugen. rec. vet. p. 393, 2 tres ⌞-i⌟ fratres (*cf. 7 p. 610^{A}* pueri). GREG. TVR. Mart. 3, 51 p. 644, 27 ante annum tertium -us iste filius meus ... incomode agere coepit (*postea*: infans). GREG. M. dial. 2, 11, 1 (*nisi spectat ad l. 50*) unum -um monachum ... *parietis* ruina conteruit (2, 24, 1).

β *cum affectu quodam: contemnentis, indignantis respicitur puerorum mens immatura, audax*: COM. pall. inc. 95 odi -os praecoqui sapientia (*locum affert Apul. apol. 85, 8, qui pergit*: malitia praecoqui puerum). AVR. Fronto p. 36, 12 sive tu me temerarium consultorem sive audacem -um ... esse existimabis (*inde* FRONTO p. 36, 29). APVL. apol. 87, 10 ea die, qua ... hic -us toga est involutus *Sicinius Pudens* (*al. ibid. de eodem*). *benevolentis, sc. in allocut. de sociis, comitibus*: VET. LAT. I Ioh. 2, 18 (Fulg. Rusp. rem. pecc. 2, 18, 2) -i, novissima hora est (*gr. παιδία, cod. 55. al.* pueri, *Vulg.* filioli).

2 *speciatim respiciuntur*: **a** *servi, famuli sim.:* α *varii* (*in compar. l. 45*): CIC. S. Rosc. 120 ut *Chrysogonus* inter suos omnium deliciarum atque omnium artium -os ... velit hos *servos* versari. SEN. dial. 10, 12, 5 infelices -i *in convivio detergunt* ebriorum sputa. SVET. Dom. 4, 2 ante pedes ei stabat -us coccinatus parvo portentosoque capite. APVL. apol. 27, 12 (*11* cecidit praesente Apuleio puer *caducus*) hiscine argumentis magiam probatis? casu -i? ([puerili *trad., def. Hunink*]. *de eodem*: 45, 1 quattuordecim servi ... adsunt, ... unus -us abest). VET. LAT. Is. 53, 2 (Tert. adv. Marc. 3, 7. *al.*) *servus dei ferens iniquitatem* sicut -us, sicut radix in terra sitienti, et non est species eius (*gr. παιδίον, Aug. civ. 18, 29* infans, *Vulg.* virgultum). ACT. Archel. 64, 2 *anus quaedam* habere aliquem ad ministerium voluit et conparavit sibi -um annorum ferme septem (puerum *var. l.; gr. Socrat. 1, 22, 6 παιδάριον*). β *qui ministrant apud monachos vel in ecclesia* (*cf. l. 27*): VITAE patr. 5, 16, 15 narraverunt de sene quodam, quia habuerit -um cohabitantem secum (*ibid. iterum; gr. 16, 24 l. 1 παιδίον, l. 9 ὁ νεώτερος*). DIONYS. EXIG. vita Pachom. 47 l. 30 -us, qui constitutus erat ad obsequium eius, qui septimanam faciebat (*gr. παιδίον*). GREG. TVR. Iul. 23 p. 574, 20 *homo spoliatus* cum uno tantum -o ... discurrebat *ad vicum.* VEN. FORT. vita Albin. 15, 42 (*41* adulescentulus). GREG. M. dial. 1, 9, 3 *Bonifatius* cum uno parvo -o remansit (2, 5, 2 cum p. -o [puero *var. l.*] ... ascendit rupem). epist. 3, 35 l. 15 coepiscopo nostro ... unum -um orphanum, quem ipse elegerit, ... facies ... dari. 7, 27 l. 67. PALLAD. hist. mon. II 8 p. 353^{C} (*puer ad monachum*) illius sum -us et panes fero (*gr. p. 42, 10 μειράκιον. cf. I 16, 9 p. 266^{D} rec. β* puer). *al.*

b *pueri ad venerem petiti*: VAL. MAX. 8, 1 damn. 8 *ille,* qui -i (pueri *var. l.*) sui nimio amore correptus (-rupt- *var. l.*) ... desiderium eius explevit. CARM. Gell. 19, 11, 4 (*estne* APVL.*?*) vers. 17 ut fierem ad me mortuus, ad ⌞-um⌟ intus viverem, *sc. animam ei mittendo in osculo* (⌞⌟ puerum *trad.; cf. p. 2504, 54*). HIST. AVG. Heliog. 26, 4 adhibuit ... lenones, ... luxuriosissimos -os et iuvenes.

f. **puerula,** (-ae). *i. q. puellula* (*sc. in compar.*): VIRG. gramm. epit. 2, 1, 2 (*I* littera est ... quaedam legendi nativitas) *littera* infans appellatur, cum artem non sonet ...; parvula ... est, cum ...; ⌞-a⌟, cum pedum mensuris crescat; adulescentula *eqs.* (⌞⌟ -a est *var. l.; scrib. etiam* pueruula, puerumla).

puerus *v.* puer. *Clavadetscher.*

pūga, -ae *f., πυγή* (*cf.* SCHOL. Hor. sat. 1, 2, 92 -as ... graece dixit). *scribitur in codd. etiam* pyg- *vel* pig-, *sed non nisi* pug- *apud* NOVIVM. [*notione q. e. pars quaedam dentis modo prominens huc spectare videntur it.* puga *'surculus, membrum virile', pedem.* büa *'dens hirpicis' et similibus notionibus prov. vet.* pua, *francog. med., pict.* pue, *cat.* pua (*cf.* empuar *'dente instruere'*), *hisp., port.* pua (*gallaec.* puga); *fort. huc trahas etiam francog. vet.* pivot *'id quo sustinetur aliquid versatile'* (*deriv. francog. med.* pivoter). *cf. Battisti-Alessio IV 3140. Wartburg IX 509; aliter M.-L. 6810. Corominas^{2} IV 666. C. S.*] [*haud recte* -a *pro* ruga *coni. Baehrens* PRIAP. 11, 4 (*sc. Poet. Lat. min. I 1879, 61*). *notione q. e. scrotum in addit. medii aevi* APVL. met. 10, 21, 1.]

i. q. nates sim. (*cf. l. 13*): NOVIVS Atell. 19 pati dum poterunt, antequam ⌞-ae⌟ pilant (⌞⌟ *sc. plurium puerorum; aliter Hofmann-Szantyr 15*). HOR. sat. 1, 2, 133 ne nummi pereant aut -a *adultero deprehenso* (SCHOL. ne ... constupretur). SCHOL. Hor. sat. 1, 2, 93 ('depugis *puella*') sine natibus; -a enim pars corporis posterior. *Wieland.*

pugellāris *v.* 1. pugillāris.

***pugil,** -is *m.* [*cum* pug- *cf.* pug-nus, *cum* -il *autem* vig-il; *tamen non liquet, qua ratione vox cum* pugnus *coniungenda sit*; -il(l)- *occurrit etiam in vocibus cognatis* (*v.* 1. pugil(l)o, 1. pugillus), *ita ut fort. de formatione retrograda q. d. cogitare possis. Fo.*] *de origine* (*cf. p. 2535, 39*): VARRO ling. 5, 94 quae *vocabula* a spatio (studio *Scioppius*) quodam dicuntur, cursor, natator, -l. 8, 15 *declinantur* a pugnando ... -es (*cf.* DON. Ter. Hec. 33, 4 -l dictus a pugna et pugna a pugno. *sim. l. 62. p. 2533, 38*). PRISC. gramm. II 118, 6 *a* pugillus (*item* 123, 19). *scribitur* I *longa* CIL VIII 12425, 11 (*a. 239*), -ill- *hic illic in codd., e. g.* AMM. 14, 7, 3 HIST. AVG. Gall. 8, 3 (*una* l *confirmatur titulis infra allatis et e. g.* TER. Eun. 315 [*cod. A*]). NOT. Tir. 107, 73 -l. *masc. testantur* CHAR. gramm. p. 29, 23 PHOC. gramm. V 414, 20. *al., genus commune* AVG. gramm. V 497, 40 (*affert* TER. *p. 2533, 36*). 503, 24 MART. CAP. 3, 294; *cf. adi. p. 2533, 51. de formis (tribuitur decl. tertiae e. g.* PHOC. *l. 26): nom. sing.* -l, *quem testantur* PLIN. dub. serm. frg. Char. gramm. p. 173, 12 (*e Romano*). *al., occurrit inde a* LVCIL. 1266; *invenitur* -is VARRO Men. 89 (-l, -i *var. ll.*). SCHOL. Hor. carm. 1, 12, 25 (-l *var. l.*). BOETH. *l. 40.* GLOSS. *l. 42. al. abl. sing.* -e *testantur* FRG. Bob. gramm. V 558, 10 PS. PALAEM. reg. 1, 47, *exhibet* FEST. p. 177; -i *testantur* VICTORIN. gramm. VI 191, 2 CONSENT. gramm. V 355, 26, *exhibet* HIER. epist. 69, 2, 4 (-e *edd. vet.*). in Is. 16 praef. l. 19 G. (-llo, -ilio, -e *var. ll.*). *gen. plur.* -lum *testantur* PLIN. *loco cit.* p. 173, 15 (*e Romano*). VICTORIN. *l. 33. al., exhibent auctores inde a* TER. Hec. 33; -lium *testari vid.* AVG. gramm. V 503, 24, *sed vix agnoscas* PROB. cath. gramm. IV 30, 12. FRG. Bob. *l. 32. al. syllaba* pu- *producitur* PRVD. c. Symm. 2, 518. *de notione* (*cf. l. 55. p. 2533, 48sqq. al.*): CHAR. gramm. p. 44, 5 -l *πύκτης.* BOETH. in categ. comm. 3 p. 245^{B} -is ... est, qui pugillatoria arte utitur. GLOSS. -l: *πύκτης.* pancratiarius. certator. -is: *παγκρατιαστής.* mimus, qui ⌞iocunde⌟ pugnat (⌞⌟ iocando *van der Vliet; cf. p. 2533, 49*). -em: percussorem. -es: qui feriunt. *sim. al. legitur haud saepe inde a* TER., CAECIL., LVCIL., VARRONE, CIC., *paulo frequentius in titulis et apud gramm.* [*in linguis roman. non continuatum, sed hic illic postea receptum. C. S.*] [*confunditur in codd. c.* 1. pugillus HIER. *l. 35* (*cf. p. 2533, 14; falso trad.* GLOSS.^{L} II Philox. PU 28^{a}); *perperam restit.* DOSITH. gramm. 63, 1 procuro -i (pugillo *cod.; legas* pupillo *coll. Beda gramm. VII 283, 13*).]

1 *vi originaria de eo, qui artem exercet pugnis dimicandi* (*disting.* sine arte *pugnantes p. 2533, 8*; -l *honoratus, clarus est e. g. l. 56. 59, contemptus p. 2533, 31. 39. al.*): **a** *proprie:* α *respiciuntur potius -um certamina, spectacula, ludicra* (*v. etiam p. 2533, 4sq. 23*): TER. Hec. 33 -um gloria ..., comitum conventus ... fecere, ut ante tempus *fabulae actae* exirem foras (SCHOL. p. 141, 4 -es erant, qui cum caestibus dimicabant). CIC. Flacc. 31 homo nobilis ..., ⌞Atyanas -l⌟ Olympionices (⌞⌟ *v. app. crit.*). HOR. carm. 4, 2, 18 quos Elea domum reducit palma caelestis, -emve equumve dicit *Pindarus* ([PORPH. Pollucem significat, an generaliter *victorem*?]. *item celebrantur carminibus*: ars 84 fidibus ... -em victorem ... referre. QVINT. inst. 11, 2, 11 cum -i coronato carmen ... scripsisset *Simonides*). 4, 3, 4 illum *Melpomenes sectatorem* non labor Isthmius clarabit -em *eqs.* (SCHOL. -es ... athletae dicuntur eo, quod pugnis valeant). epist. 2, 1, 186 indocti ... media inter carmina poscunt ... -es (PORPH. *ad* 182 spectaculum ... -um). LIV. 1, 35, 9 ludicrum fuit equi -esque ex Etruria maxime acciti. CIL IV 9939 Nucerini, ⟨pu⟩giles spectastis. STAT. silv. 1, 6, 64 ⌞-es⌟ ferociores *in amphitheatro pugnantes* (⌞⌟ pumilos *trad. contra metrum*). SVET. Aug. 44, 3 pontificalibus ludis -um par postulatum (*antea*: athletarum). TEST. (CIL II 4514; *saec. II ex.*) 17 edi volo quodannis spectac(ulum) -um *eqs.* (CIL VIII 12425, 11 [*a. 239*]. *al.*). *al. meton. de ipso spectaculo*: CIL VIII 24056, 8 pugi⌞les edider⟨un⟩t⌟ *aediles* (⌞⌟ *perierunt, sed leg. in apographo*). β *respiciuntur potius pugnorum effectus, rationes pugnandi sim.* (*cf. l. 68*): LVCIL. 1266 pro obtuso ore -l ... reses *hic est.* VARRO Men. 89 dicat -is (-l, -i *var. ll.*): '... si adversarius supercilia mi c(a)estis descobinarit *eqs.*' (*item caestibus pugnant*: CIC. Tusc. 2, 40 -es caestibus contusi ne ingemescunt

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quidem. 2, 56 PAVL. FEST. p. 45. *al.*; flacculis *p. 2536, 11*). CIC. Brut. 243 -es inexercitati, etiam si pugnos et plagas ... ferre possunt, solem *saepe non ferunt.* Att. 13, 21, 3 *v. p. 1477, 69.* CIL X 1074[d], 6 (*paulo post a. 2 a. Chr.*) Apollinarib(us) ... pontarios paria III, -es catervarios et pyctas (*ibid.* 10. SVET. Aug. 45, 2 *Augustus* spectavit ... studiosissime -es, et maxime Latinos, non legitimos atque ordinarios modo, quos etiam committere cum Graecis solebat, sed et c. oppidanos inter angustias vicorum pugnantis temere ac sine arte. *cf.* Cal. 18, 1 catervas Afrorum Campanorumque -um *eqs.*). QVINT. inst. 8, 3, 63 -um congredientium ⟨f⟩aciem (*ad Verg. Aen. 5, 426 sq.*). APVL. met. 9, 12, 4 in modum -um, qui pulvisculo perspersi dimicant. VLP. dig. 9, 2, 7, 4 -es dum inter se exercentur (HIER. epist. 78, 20, 2). TERT. pall. 4, 4 -l Cleomachus, ... intra cutem caesus et ultra (*postea*: vestigia c(a)estuum). HIER. in psalm. 3 p. 10, 19 quomodo deus ... confringat dentes peccatorum -um (-illo *var. l.*) contra se more certantium. PRVD. c. Symm. 2, 518 oleo ... et gymnadis arte unctis -bus (*cf.* SIDON. carm. 5, 162 -em cum gymnade pinguem *Pollucem*). *al.*

γ *vario respectu*: OV. am. 3, 2, 54 Pollucem -es, Castora placet eques, nos tibi, blanda Venus, ... plaudimus. fast. 5, 700 Tyndaridae fratres, hic eques, ille -l (*de Polluce ut*: SCHOL. Hor. carm. 1, 12, 25. *cf. l. 16. 17. p. 2532, 58*). CVRT. 9, 7, 16 Dioxippus ..., -l nobilis (*postea*: saginati corporis ... beluam. *cf.* FRONTO p. 138, 1 *est* aliud prandium gubernatori commune et aliud -i de integris tegoribus. TERT. ieiun. 17 p. 297, 18 saginentur -es et pyctae Olympici). QVINT. inst. 2, 8, 7 *secundum ingenia* palaestricus ... cursorem faciet aut -em aut luctatorem. CIL VI 10156 (*saec. I*) L. Cornificus L. l(ibertus) Philemo -l. SVET. gramm. 22, 3 *Pomponium grammaticum* -em olim fuisse. GELL. 3, 15, 3 tris filios ... habuit, unum -em, alterum pancratiasten, tertium luctatorem. CIL VI 337 (*saec. I/II*) Herculi -i Marcia Irene ([*cf. Schultz, Zeitschr. Pap. Epigr. 133, 2000, 295*]. PS. ALEX. c. Dind. coll. 2, 18 *e partibus corporis regendis* Herculem lacertos sibimet utpote ⌞-em⌟ vindicasse [⌞ ⌟ *v. app. crit.*]). HIER. in Tit. 1, 6 l. 452 *non decet ecclesiae principem* esse -em et pancratiasten (*cf. l. 448* percussorem). *al.* *in titulo comoediae*: FEST. p. 177 CAECILIVS in -e[m]: '...' (*com. 193 sq.; Ribbeck ad l. confert Πύκτης Timoclis et Timothei*).

b *in imag. et translate* (*cf. e. g. l. 14*): **α** *sec. speciem externam, de homine:* *corpulento* (*cf. l. 20*): TER. Eun. 315 si quae est *virgo* habitior paulo, -em esse aiunt *matres,* deducunt cibum (DON. *ad l.* 3 laus in virginem. SCHOL. Bemb. dixit at⟨h⟩letam. SCHOL. p. 100, 31 -em: virilem, non feminam; -es dicuntur, qui pugnis proeliantur). *indocto sim.*: GALL. epigr. 2 *Pomponius* glossemata nobis praecipit: os nullum vel potius -is (*ad rem v. l. 25*). **β** *sec. actionem impugnandi; spectat ad:* *aegrotum rabidum*: HOR. sat. 2, 3, 30 cum *subito lethargicus* fit -l et medicum urget (PORPH. -em posuit pro frenetico). *Christianos resistentes cupiditatibus, peccatis*: CASSIAN. inst. 5, 18, 1 se -em quendam strenuum suae carnis esse describens *apostolus* (*sc. I Cor. 9, 26 sq.; postea*: ieiuniorum caestibus). ARNOB. IVN. ad Greg. 5 l. 6 o novum -em gloriosi certaminis (*postea*: pugnorum ... ictus).

2 *vi deflexa de quolibet pugnatore*: VIRG. gramm. epit. 4, 10, 6 in qua *pugna* -es suos utrobique pugiones iectant (*cf.* pugillito). GLOSS. -l: gladiator (-is: g.). -is: iaculator, qui pugnam ludit similans ante regem. GLOSS. Leid. Hessels 46, 2 -l: milis (*i.* miles. *cf. l. 66*).

inde adi. **pugil,** -e *et compar.* -ior, -ius (*etiam adv.*). *in doctrina sec.* TER. *l. 36 orta apud solum* PROB., *qui praeter formas masc. fem. communes* inst. gramm. IV 65, 25. 32. 37. 92, 29 (*sim.* app. gramm. IV 194, 22; *cf. p. 2532, 26*) *testatur etiam neutr.* -e, -ia *ibid.* 66, 8. 92, 32 *et compar.* -ior 65, 25, -ius (*simul adv.*) 65, 33; *notionem explicat ibid.* 66, 10 quod -es illi vel ill(a)e appellentur, hoc est qui non exiles, sed bono corpore esse probantur. [*falsa var. l.* -i *pro* pugilum AMBR. in psalm. 38, 14, 3.]

*deriv.: ?*pugilaris, pugilice.

pugil- *v. etiam* pugil(l)-.

pugilāmen, -inis *n.* *a* pugilare (1. pugil(l)o). *i. q. actio pugil(l)andi*: CARM. de fig. 60 ille equitando insignis Castor, catus hic -e Pollux (*cf. e. g. Hom. Γ 237 πύξ*). *Breimeier.*

*?***pugilāris** *adi. pro subst. masc. adhibitum.* *a* pugil, *si quidem agnoscendum.* *i. q. ad pugilem pertinens, sc.*: **1** *παγκρατιαστής*: GLOSS. II 391, 48 *π.*: pugilis, -is (pugill- *trad. utrobique*; pugil, pugilator *ed. Stephani*). **2** *miles* (*cf. l. 50*): GLOSS. -es: sunt Romani milites (pugnatores *coni. Goetz dubitanter; medii aevi vid. esse, v.* GLOSS. Aynard. P 84). *Cipriani.*

pugilicē *adv.* *a* pugil (*sec.* athletice *sim., v. Leumann, Gramm. 1977, 455*). *i. q. ut pugil, more pugilis* (*iocose*): PLAVT. Epid. 20 *erilis filius* valet -e atque athletice (*cf. Bacch. 248* pancratice atque a.).

pugilis *v.* pugil. **pugill-** *v. etiam* pugil-. *Breimeier.*

pugillāriārius, -ī *m.* *a* pugillaris. *i. q. faber pugillarium*: CIL VI 9841 (*saec. I*) M. Caecilio Hilaro -o.

inde per haplologiam **pugillārius:** pugillar⟨i⟩um opifex GLOSS.

1. pugillāris, -e *et subst.* ***pugillāris,** -is *m.* (*de fem. v. l. 64*), **pugillār(e),** -is *n.* [*a* pugillus; *fort. sec. πυκτίς, πυκτίον* (*sc. pro πτυκ-*), *v. Grošelj, Živa Antika 1, 1951, 251 sq. Fo.*] *de origine v. p. 2537, 37; cf. l. 20.* *scribitur* pugill- *passim,* pugell- CIL III 14433[1] (*a. 226*) *inque cod. ant.* PRVD. perist. 9, 15 (*B*) *et hic illic in recc., ubi etiam e. g.* -ila-. *nom. vel acc. sing. subst. neutr.* -r *v. l. 23. 27. 30; vix agnoscas abl. plur.* -is *l. 52.* *legitur singulis locis apud ?* COEL. (*v. l. 28; sim. dubites de* CIC. *l. 16*), CATVLL. (*sed v. l. 22*), POLLIONEM (*v. l. 32*), ALF., *saepius inde a* SEN. *philos.,* PLIN. nat. (*novies in* PLIN. epist.). [*confunditur in codd. c.* pupillaris *e. g.* PAVL. dig. 13, 6, 17, 3 (*falsa var. l.* IVV. 11, 156).]

i. q. ad pugillum pertinens: **1** *pro subst. de tabellis (membranis l. 56) scriptoriis, sc. pugillo convenientibus, habilibus* (*de parvo codice l. 57, cf. l. 69; de stilo l. 18, sed vix etiam p. 2537, 27; ad rem v. e. g. Hug, RE XXIII 2, 2515 sq., Dorandi, Der Neue Pauly X 587*). *testimonia potiora notionis*: CHAR. gramm. p. 34, 26 (*inter* masculina semper pluralia) -es *πινακίδες.* DIFF. Suet. p. 311, 8 (*antea p. 2537, 10*) Cicero quoque libellos, quos plures in manu habebat, vocabat -es. GLOSS. -is: est manualis tabula vel stilus. *πινακίδιον. δέλτον.* -e: parvum librum vel tabulam. -em: tabulam. GLOSS. V 511, 57 -es: parvi libri vel tabulae, quas possis pugno includere. *sim. al.* *quae iuxta ponuntur vel distinguuntur, v. l. 27. 38. 39. 46. 48. 54.*

a *neutr.* (*contra regulam l. 31 propositam Catullum plur.* -ia saepius *et Laberium neutr. sing.* -r *adhibuisse testatur* CHAR. gramm. p. 124, 7 *et* 9. *aliter* DIFF. Suet. p. 311, 3 nec -ia nec -r dici potest ⟨neutr⟩aliter [*corr. Roth in ed. p. XCIX*]. *sing.* -e *exstat l. 18. 61*): CATVLL. 42, 5 adeste, hendecasyllabi, ... moecha turpis ... negat mihi vestra reddituram -ia (*11. al.* codicillos). LABER. mim. 71 -r (*v. l. 23*). GELL. 17, 9, 17 legebamus ... in vetere historia (COEL. hist. 67 *Peter dubitanter*) ... *quendam* -ia nova nondum etiam cera inlita accepisse, litteras in lignum incidisse *eqs.* AVSON. 2, 7 (146 S.), 3 advola, *notari,* bipatens -r expedi.

b *masc.* (*cf.* CHAR. gramm. p. 124, 4 hos -es et masculino genere et semper pluraliter dicas, sicut Asinius *Pollio* in Valerium lib. I, quia *subest masc.* pugillus [*v. p. 2537, 37; sim. revocando ad masc.* codex, codicillus *damnatur usus neutr.* DIFF. Suet. *l. 24*]. *item testantur masc. plur.* -es GAIVS dig. 50, 16, 148 DIOM. gramm. I 327, 29. *al.*): **α** *plur.* -es (*quod subaudiendum vid. Mart. 14, 4 tit.* quinquiplices. *al.*): *vario usu, sc. fere de tabulis ceratis* (*cf. l. 46. 52*): POLLIO or. frg. *v. l. 32.* ALF. dig. 33, 10, 6, 1 -es et codices in supellectili *non* sunt. SEN. epist. 15, 6 *non* te iubeo semper inminere libro aut -bus (PLIN. epist. 3, 5, 15 notarius cum l. et -bus. *cf. l. 48. 72*). 87, 3. 108, 6 *aliqui auditores* cum -bus veniunt, non ut res excipiant, sed ut verba. PLIN. nat. 13, 69 -ium ... usum fuisse etiam ante Troiana tempora invenimus apud Homerum (*sc. Z 169 ἐν πίνακι πτυκτῷ*). 16, 68 *lignum quoddam* intra -es ... raro usu spectatur. MART. 14, 3 tit. -es citrei (*1* tabellas). 14, 5 tit. -es eborei (eburnei *var. l.; cf. l. 59 et* SYMM. epist. 2, 81, 2 eburneis -bus). PLIN. epist. 1, 6, 1 *in venatione* erat in proximo non venabulum ..., sed stilus et -es ([*postea*: ceras]. 7, 27, 7 APVL. met. 6, 25, 1 SIDON. epist. 4, 3, 1. *cf. l. 18*). 1, 22, 11 Laurentinum meum, hoc est libellos et -es, studiosumque otium repetam (6, 5, 6. 9, 6, 1 omne hoc tempus inter -es ac l. ... transmisi. SVET. Nero 52 -es l. que cum ... versibus ipsius *Neronis* chirographo scriptis). *al.* SVET. Aug. 39. VET. LAT. Luc. 1, 63 (*v. l. 61; pendet e. g.* SERM. Arch. Rel. 5, 2003, 258 l. 41 de cereis -bus [-is *trad.*]). PAVL. dig. 13, 6, 17, 3 si -es (pup- *F ante corr.*) mihi commodasti, ut debitor mihi caveret. SYMM. epist. 4, 34, 3 *verba mea* in ⌞aesculi⌟ caudices aut tiliae -es ... transferenda *esse,* ne facilis senectus papyri scripta corrumpat (⌞ ⌟ *Salmasius*; stili *trad.,* citri *Seeck dubitanter*). *al.* *de membranis*: MART. 14, 7 tit. -es membranei ([*disting. 1* ceras]. 14, 184 tit. Homerus in -bus ⌞m.⌟ [*Bongarsius in marg.,* -anis *codd., ut ad 2 pertineat*). CIL X 6, 8 (*saec. I/II; inter legata*) -es membranaceos operculis eboreis. **β** *sing.* -is (*v. etiam l. 17*): VET. LAT. Luc. 1, 63 (cod. 4. *al.*) *Zaccharias* accepit -em et scripsit *nomen Iohannis* (*gr. πινακίδιον,* cod. 2. *al. et* VVLG. -es [-īs], 11 -e *ante corr., 5* tabulam. *pendet e. g.* HIER. hom. Orig. in Luc. 9 p. 56, 1 [*gr. δελτίον*]). SIDON. epist. 5, 17, 10 scriba, qui -em ... tenebat, ... vocato *carmen dictavi.*

*?***c** *fem.* (*sc. tabella sim. [cf. l. 70. 72], nisi per lapicidae neglegentiam*): CIL III 14433[1] (= INSCR. Bulg. Kalinka 226; *a. 226*) -es ⌞argento⌟ tectas (argnito *lapis*).

2 *adi.* (*hucine iam l. 58?*): TEST. Chart. lat. ant. 301, 13 (*a. 147*) ⟨testame⟩ntum -bus codic⟨ibus⟩ ... scriptum (CASSIOD. hist. 2, 2, 10 *tria volumina* in ⌞-i⌟ c. ... redegimus [pup- *al. var. ll.*]). AMM. 28, 4, 13 notarii ... adsistant[e] cum thecis et -bus tabulis. PRVD. perist. 9, 15 *stilis* -es ... percurrere ceras. MART. CAP. 1, 89 (*antea*: Fata ... omnia, quae gerebantur in Iovis consistorio, subnotare) ad eorum libros et -em paginam (*cf. 1, 65* ceras).

deriv.: pugillariarius (*et* pugillarius). *Cipriani.*

[2. pugillaris *v. ?*pugilaris.] **pugillārius** *v. p. 2533, 75.*

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1. pugillātio, -ōnis *f.* *a* pugil(l)are. *i. q. actio pugil(l)andi, pugil(l)atus sim.*: CIC. leg. 2, 38 *ludis publicis* sint corporum certationes cursu et ⌊-e vel luctatione⌋ ... circo constitutae (⌊ ⌋ *sic fere trad., nisi Halm aliique rectius putaverunt in archetypo per* vel *significatam esse var. lect., ut alterutrum ponendum sit* [*potius* luctatione, *quo Cic. et alibi usus est?*]; pugillatu et l. *Vahlen, quem v.*). FVLG. Virg. cont. p. 95, 5 (*ad Aen. 5, 368 sqq.*) *Entellus et Dares* -em exercent, id est: virtutis artem ... peragunt.

2. pugillātio, -ōnis *f.* *a* pugillus (*cf.* 2. pugillator). *significatur munus quodammodo ad pugillares, diplomata sim. pertinens* (*fort. c. respectu cursus publici, si recte confertur l. 27; v. post alios Kolb, Transport u. Nachrichtentransfer, 2000, 202*): CIL XIV 2045, 5 *liberto imp. Hadriani cuidam* procuratori annonae Ostiensis, procuratori -is et ad naves vagas.

1. ⁂pugillātor, -ōris *m.* *a* pugil(l)are. [*in falsa var. lect. l. 41, in glossa recentiore p. 2536, 23.*]

i. qui pugil(l)at, pugil est sim.: in sermone communi (*e coni. dub. p. 2533, 66*): ARNOB. nat. 1, 36 p. 30, 24 *Pollux* -r bonus et crudo inexuperabilis caestu. *in sermone philos. significatur qui non in actu, sed secundum potentiam pugil est* (*apud solum* BOETH.; *gr. resp. πυκτικός, disting.* pugil *l. 23 sq.*): BOETH. categ. 9a19 -es vel cursores dicuntur non, quod sint affecti, sed quod habeant potentiam hoc facile faciendi. 10a34 cursor vel -r ... a nulla qualitate denominative dicitur. in categ. comm. 3 p. 244^{C} cum aliquos validi corporis intuemur nondum pugiles ..., sic eos -es dicimus, non in eo, quod iam sint ⌊pugiles⌋, sed eo, quod esse possint (⌊ ⌋ *item disting.* p. 253^{B}. *al., e. g. l. 38*). *al.*

2. pugillātor, -ōris *m.* [*a* pugillus (*cf. p. 2537, 36*); *v. Serbat in: Misc. ling. graeco-lat. ed. Isebaert, 1993, 155; cf. Leumann, Gramm. 1977, 359. Fo.*] *i. qui pugillares perfert, tabellarius*: SIDON. epist. 9, 14, 4 interrogas per -em ..., ut ... explicem *versus.* *inde in malam partem* (*ratione parum certa*): ISID. orig. 10, 221 (*antea*: praedo, plagiator *al., postea*: peculator, proditor) *dictus est* -r, qui de manu in manu nummorum aliquid subtrahit (*item* GLOSS.^{L} I Ansil. PU 82).

pugillātōrius, -a, -um. *a* pugil(l)are. *i. q. ad pugil(l)andum pertinens*: PLAVT. Rud. 721 ego te follem ⌊-um⌋ faciam et pendentem incursabo pugnis (*cf. vol. VI 1, 1015, 10 sqq.*; ⌊ ⌋ -ll- *P, deficit A; syllaba brevis est ut l. 45*). BOETH. categ. 10b4 -a ... disciplina dicitur et palaestrica *eqs.* (*gr. πυκτική*). in categ. comm. 3 p. 245^{A} ars ... -a non est proposita, a qua pugillatores dicamus (*ibid.* quod usum -ae a. exerceant. p. 245^{B}. 253^{B-C} [*sexies*]. *subauditur* ars: p. 245^{B} quos dicimus pugillatores, a -a dicti non sunt ..., sed magis a -a a. pugiles appellantur. 253^{C}). *praedicative de eo, qui secundum potentiam pugil est* (*cf. l. 18 sqq.*): PS. AVG. categ. 12, 118 *pueros* vel cursores (cursorios *var. l.*) vel -os (-tores *var. l.*) fore, non quod iam hac arte ... teneantur, sed videantur positione corporis haec facilius impleturi (*cf. e. g. Arist. categ. 9a19 πυκτικοί*).

⁂pugil(l)ātus, -ūs *m.* *a* pugil(l)are. *scribitur saepius* -ill- *in codd. e. g.* PLAVTI (*P, deficiente A; syllaba secunda brevis est correptione iambica*), IVL. VAL., *rarius* -il- *in var. l.* PLIN., TERT., AVG. civ. *al.* [*e coni. dub.* CIC. leg. 2, 38, *v. l. 6.*]

fere i. q. actio pugil(l)andi (*sc. de certamine ordinario, aliter l. 53; cf. Jüthner-Mehl, RE suppl. IX 1306, 48 sqq.*): PLAVT. Bacch. 428 cursu, luctando, hasta, disco, -u, pila, saliendo sese exercebant *olim adulescentes in palaestra* (PLIN. nat. 8, 82 in -u [*de Demaeneto ut* AVG. civ. 18, 17 p. 277, 10 *e Varrone*]). Capt. 793 qui obstiterit *mi obviam,* ore sistet. :: hic homo -um incipit (*cf. 796* meus est ballista pugnus). IVL. VAL. 1, 18 l. 523 -us ... atque luctatus quaeve de c(a)estibus sive cursu plebeculam iuvant. 1, 54 l. 1649 qui *Hercules* ⌊-us⌋ invenerit ([⌊ ⌋ -os *var. l.; cf. gr. p. 63, 4 πυγμήν*]. *cf.* ARNOB. nat. 3, 23 p. 182, 4 *Mercurius* -bus et luctationibus praeest). *al.* HIST. AVG. Aur. 4, 9. SCHOL. Hor. carm. 4, 2, 13 *Castor et Pollux Olympiis* -u et equorum cursu floruerunt. SIDON. epist. 2, 2, 6 *in parietum pictura* absunt lubrici tortuosique -u et nexibus palaestritae. *al.* *in sermone christ. transfertur ad pugnam spiritalem*: TERT. spect. 29 p. 28, 7 (*Christiano spectacula desideranti*) vis et -us et luctatus? praesto sunt ...; aspice impudicitiam deiectam a castitate *eqs.* (*sim.* AVG. serm. 216, 6 ecce ubi est stadium vestrum ..., ecce ubi ferientium -us).

pugillito, -āvī, -āre. *a* pugil(l)are. *i. q. saepe vel vehementer pugnare* (*sc. armis*): VIRG. gramm. epit. 8, 3 l. 75 sqq. L. *sunt verba sine plurali,* ut -o -as, unde et Varro non ausus est dicere de Romanis, quia -verint (-verunt *var. l.*), sed ... dicebat, quia -vit unusquisque pro suis viribus.

1. pugil(l)o, -āvī, -āre *vel* **pugil(l)or,** -ārī. [*a* pugillus; *verbum antiquum esse, quamquam nobis non occurrit ante* APVL., *colligi licet e deriv. Plautinis q. s.* pugil(l)atorius, pugil(l)atus; *littera* l *simplex pro geminata legitime oriri potuit e formis* pugilávit *sim. (cf. Leumann, Gramm. 1977, 184); utramque scripturam passim in usu fuisse vix mireris. Fo.*] *scribitur saepius* -ill-, *sed* -il- AVG. in psalm. 57, 7 l. 26 (*bis,* -ll- *var. l. priore loco*). CONC. *p. 2536, 18.* GLOSS. *p. 2536, 1 et hic illic in var. l.* *depon.* (*cf.* GLOSS. -or, -aris, -atur verbum est deponens) *exhibent* APVL. *l. 8* (*iuxta* velitatur), VET. LAT. (*inde* AVG. *p. 2535, 74*). *de notione*: AVG. in psalm. 57, 7 l. 26 -ari ... est pancratium facere. SYNON. Cic. p. 439, 31 pulsavit. verberavit. percussit. cecidit. manus attulit. -vit. insignit virgis. GLOSS. -o: *πυκτεύω.* ⌊-o: pugno⌋ (*nisi abl. subst.*).

fere i. q. pugillis, pugnis dimicare vel more pugilis agere sim.: **1** *proprie* (*fere -ant homines, equus ungulis l. 8; accedit* valde *l. 10*): APVL. met. 7, 16, 4 *equus* hic ... primoribus in me -atur ungulis, ille ... postremis velitatur calcibus (*cf. gr. 28 p. 292, 17 ὑπολακτίζοντες*). Socr. 21 p. 168 sq. si -are valde velis, brachia vegetanda sunt, quibus -atur. HIST. AVG. Gall. 8, 3 carpenta cum mimis ..., pugil[l]es flacculis, non veritate -antes. BOETH. in categ. comm. 3 p. 253^{C} *naturalis* potentia -andi. **2** *in imag. vel compar. de pugna spiritali*: VET. LAT. I Cor. 9, 26 (Aug. util. ieiun. 4, 5) ⌊non sic -or⌋ quasi aerem caedens, sed castigo corpus meum (⌊ ⌋ *item* Aug. in psalm. 57, 7 -or [-o *al. var. ll.*]. 75, 18; *gr. πυκτεύω. cf. Ambr. in psalm. 36, 56, 3* enitor, *37, 6, 3* luctor, *Vulg.* pugno. *inde* AVG. serm. 216, 6 sic -are, ut non aerem caedatis. CONC.^{S} I 5 p. 285, 11 *adversarii* -ant vane et verberant aerem [*p. 140, 25* depugnent, *gr. I 1, 7 p. 62, 24 πυκτεύουσι*]).

deriv.: pugilamen, 1. pugillatio, 1. pugillator, pugillatorius, pugil(l)atus (-ūs), pugillito; *cf.* pugil.

[2. pugillō *v. p. 2537, 41.*]

[3. pugillo, *sc.* GLOSS. -ones: pugillatores, *recentioris aetatis est.*]

1. ⁂pugillus, -ī *m.* [-us *re vera est demin. 'pugnus parvus', cf.* tigillum : tignum *sim. apud Leumann, Gramm. 1977, 143. 306; ut* pugnus *hic illic (v. p. 2560, 30), ita* -us *imprimis ad significandam mensuram adhibitum est. inter voces cognatas occurrunt etiam formae, quales sunt* pugil-ārī, -ātus (*iuxta* pugill-), *de quibus v. p. 2535, 71; ex quibus fortasse retrograde formari potuit* pugil (*q. v.*). *Fo.*] *de origine*: PRISC. gramm. II 109, 15 pugnus -us (*sed vice versa p. 2558, 62*). *scriptura* -ill- *postulatur* PRISC. gramm. II 109, 15. 19, *invenitur passim, suppletur ex* -l- *in titulis infra sub 2aα.* NOT. Tir. 130, 88 -us. *formae certe masc. exhibentur* CHAR. *p. 2537, 37.* HIER. *l. 43 sq.* AVG. epist. 120, 14 p. 717, 6 -us. CASSIOD. *l. 61. al.; neutr.* PASS. *p. 2537, 32.* SERM. *l. 73.* GLOSS. *l. 51. p. 2537, 34, in var. l. e. g.* HIL. trin. 1, 6 l. 23. *legitur singulis locis apud* CATONEM, PLIN. nat., *saepius inde a* VET. LAT., *ter in poesi* (PRVD., COMM., VEN. FORT.). [*suffixo mutato, sc. a* *pugellus: *dial. Veliternorum* poviello, *abrut.* puyille *'pugnus', pisan.* piggello *'aliquantulum pecuniae'; retrograde in regione q. d. Versilia* pigĝa *'uva'. cf. M.-L. 6809. Battisti-Alessio IV 2915. Wartburg IX 512. C. S.*] [*confunditur c.* pugnus *p. 2537, 20; falsa var. l. pro* pugil *p. 2532, 46, pro* pocillum AVG. conf. 6, 2, 2.]

fere i. q. (parvus) pugnus (*cf.* HIER. in Is. 11, 40, 12 l. 41 G. *si* contrahamus manum, -us efficitur. nom. hebr. p. 66, 19 Salim: -i sive volae aut ortus aquarum. GLOSS. -um: pugnum [*fort. addas l. 5*]. *praevalent notiones meton., v. 1aα et 2*): **1** *vario usu*: **a** *c. respectu capacitatis* (*sc. parvae, cf. e. g. l. 49. 73. 74, aliter p. 2537, 11*; -us plenus *v. l. 60. 63. 69. p. 2537, 3, cf. p. 2560, 40*): **α** *meton. de quantitate pugno comprehensa* (*gr. resp. δράξ, nisi aliud adnotavimus. explicatur* CASSIOD. in psalm. 54, 9 l. 157 pusillum ... a -o dictum est, parvum aliquid atque brevissimum, quantum unius manus capacitas constricta possit includere. GLOSS. -um: *δρὰξ χειρός. δράξ.* handful [*anglosax.*]): Ⓘ *accedit gen.*: CATO agr. 158, 1 addito brassicae coliculos duos ... et lentis -um. PLIN. nat. 20, 242 semen ... cum farris -o decoctum (HIER. in eccles. 4, 5 l. 61 unum -um habere f. epist. 54, 16, 2 [-a, -um *var. ll.*]. SVLP. SEV. chron. 1, 43, 4 -um f. et pusillum olei). VET. LAT. III reg. 17, 12 (Caes. Arel. serm. 124, 3) habeo ... -um farinae et modicum olei (VVLG. quantum -us capere potest, f. *pendent l. 54 sq. et* EVSEB. EMES. serm. 29, 20 a -o pollinis). Ezech. 13, 19 (Hier. in Ezech. 13, 17 l. 299, *sim.* VVLG.) propter -um hordei et fragmen panis (*pendet* HIER. *ibid.* l. 367). VEG. mulom. 1, 13, 3 salis ... -um. VVLG. lev. 2, 2 -um plenum similae et olei (6, 15. *v. p. 2560, 34 sqq.*). CASSIOD. Ios. antiq. 8, 371 p. 251 si singulos terrae -os ... unusquisque portaret (*spectat ad p. 2537, 1*). *al.* *incorporaliter* (*cf. p. 2537, 7. 9*): ACT. Archel. 60, 8 -um plenum solis (*i. lucis intellegentiae*; solidis, soli *var. ll.*). Ⓘⓘ *exempla cetera*: VET. LAT. Marc. 7, 3 (cod. 17, *sim.* 8. *al.*) Iudaei, nisi ⌊-o⌋ laverint manus, non manducant panem (⌊ ⌋ *sc.* -o *aquae, ni fallimur; gr. πυγμῇ* [*v. Schmidt, Theol. Wb. NT VI 915*]; *cod. 10. al. et Vulg.* crebro *sec. var. l. gr. πυκνά. utrumque, sc.* crebro -o, *exhibet* cod. 15. *inde* GLOSS. *p. 2537, 42*). SCHOL. Hor. gloss. *Γ* carm. 1, 28, 25 particulam, *sc. harenae*: -um. VVLG. lev. 5, 12 *sacerdos* plenum ex toto, *sc. e simila,* -um hauriens ([*cod. 100* pugnum, *103* manu]. CASSIOD. Ios. antiq. 3, 270 unum -um ex ea *farina*). num. 5, 26 -um sacrificii ... de eo, quod offertur (SERM. Rev. Bénéd. 73, 1963, 305 l. 49 de hoc ... apostolorum sale, *i. reliquiis,* ... vel -um aliquid possidere). PRVD. cath. 10, 144 *si in sepulchro* fuerit ... cinisculus arens minimi mensura -i.

β *manifestius elucente notione partis corporis*: VET. LAT. III reg.

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

20, 10 (cod. 93, *sim. al. et* VVLG.) si sufficerit terra Samariae -is totius populi peditum *ad vallum erigendum* (*gr. rec. L δραξί, LXX ἀλώπεξιν. cf. p. 2536, 61*). eccles. 4, 6 (Hier. *ad l.*) melior est plenus -us cum requie quam plenitudo manuum laboris (Cassian. conl. 24, 13, 5 -us unus *eqs.*, VVLG. -us. *explicat* HIER.: melius est modicum habere *eqs.*). VVLG. III reg. 17, 12 *v. p. 2536, 57.* HESYCH. in lev. 2, 1 p. 805^{C} -o tollere iubet similam, id est: fide scientiam dei comprehendere; per -um enim hic fidem significat. *ibid.* qui -o plus vult comprehendere, nihil proficit; totum quippe decurrit et cadit. LAVRENT. eleem. p. 116^{B} *dextra,* imple -um tuum caelesti semine *eqs.* DIFF. Suet. p. 311, 6 *codicilli* tam parvi sunt, ut -o teneri possint. *al.* *respicitur capacitas dei immensa*: VET. LAT. Is. 40, 12 (Novatian. trin. 30, 11) quis mensus est palmo caelum et terram -o? (Hil. trin. 1, 6 tenet ... -o. *sim. al.; cf. p. 2560, 24. fusius gr. et hebr., cf. Ambr. Cain et Ab. 1, 8, 30* quis mensus est manu aquam et ... terram clausa manu, VVLG. q. m. e. -o aquas ..., quis appendit tribus digitis molem terrae. *inde saepe, e. g.* IREN. 4, 19, 2 l. 35 *manus dei* constringit -o terram cum abyssis. HIER. epist. 22, 39, 2 AVG. epist. 120, 14 p. 717, 6. VEN. FORT. carm. 3, 9, 69 cuius clauduntur cuncta -o).

b *c. respectu plagae infligendae*: DIONYS. EXIG. vita Pachom. 46 l. 72 *olim* -us (pugnus *var. l.*) administrator iracundiae non erit (*gr. p. 246, 13 πυγμή*).

2 *de instrumentis, utensilibus sim. pugno gerendis vel pugno aptatis*: **a** *variis, quae adhibentur*: **α** *ad leviganda vel formanda opera figlina* (*inscriptum litt. cursivis in ipsis instrumentis aet. imp. posterioris in Africa repertis; v. Salomonson, Stud. in Hon. of H. L. W. Nelson, 1982, 343 sqq.*): INSCR. Année Épigr. 1928 n. 64 pugilu Rogatiani ('pugil.' *vix recte legit ed. intellegens* pugil(laris), *sc. quo deleantur scripta in tabulis ceratis*). Bull. archéol. du Comité des Trav. Hist. et Scient. 1930/31, 54 n. 7 Castuli pugil(l)u(s). Année Épigr. 1988 n. 1134 (= 1989 n. 832; *saec. V/VI*) ex of(f)icina Quodvultdei ... Cresce(n)s pugil(l)um fecit. **β** *ad torquendum* (*sc. ut vel -o vel -us laedatur sim.?*): PASS. Macc. 8, 13 *inter tormenta* exhibentur ... digitaria, ⌊-a⌋, manus ferreae *eqs.* (⌊ ⌋ -um *var. l.; gr. non resp.*). **γ** *ad tegendum, ut molliantur ictus*: GLOSS.^{L} II Philox. PU 25 -a: *ἐπίσφαιρα* ([-*σφέρια trad.*]. 30 -i: *ἐ.* [-*σφέρα trad.*]. *fort. addas* 28 pugil: *πύκτης, ⌊ἐπισφέριον⌋* [*sc.* ⟨-us *vel* -um:⟩ *ἐ.?*]).

b *de tabellis ceratis inter se conexis, sc. pugillaribus*: CHAR. gramm. p. 124, 6 pugillares *semper masc. plur.* (*v. p. 2534, 31*) ..., quia -us est, qui plures tabellas continet in seriem sutas (*aliter l. 10*). MART. CAP. 1, 3 quicquid ille *Iuppiter* exprompta sententia, Parcarum -o asservante, dictaverit (*cf. p. 2534, 71*).

[*abl. sing.* pugillō *pro adv. non est, quod agnoscas* GLOSS. V 282, 13 crebro: -o (*item* GLOSS.^{L} Corp. C 910); *ortum esse vid. e varietate versionum p. 2536, 67.*]

deriv.: pugillaris, 2. pugillatio, 2. pugillator, 1. pugil(l)o; *cf.* pugil.

[2. pugil(l)us, *adi. a* pugil *derivandum, non nisi in falsa var. lect. p. 2533, 14.*] *Breimeier.*

pūgio, -ōnis *m.* [*antiquitus deriv. a radice, quae verbo* pungere pupugī *subest*; pūg : pŭg *pro vetere apophonia accipienda est ita ut* dūc : dŭc; *cf. Gaide, Les subst. masc. ... en ... (i)ō, 1988, 146. Fo.*] *de origine*: PAVL. FEST. p. 235 -o dictus, quod eo punctim pugnatur (*cf.* a pungendo: ISID. *l. 54.* GLOSS. *l. 58*). NOT. Tir. 77, 58 -o. *de notione*: PAVL. FEST. p. 3 (*enumerantur* arma) gladius, -o, sica (*disting.* tela). NON. p. 553, 30 -o est gladius brevis (*affert* SALL. *p. 2538, 6*). SYNON. Cic. p. 425, 13 ferrum. ... mucro. ensis. gladius. -o *eqs.* ISID. orig. 18, 6, 6 -o a pungendo et transfigendo vocatus; est enim gladius parvus et bis acutus lateri adhaerens (GLOSS.). GLOSS. -o: *παραξιφίδιον, παραζώνιον. ἐγχειρίδιον.* mucro. -em: lanciam aut pugnum (*corruptum; subestne* lanceatum pugnum? *cf.* 2. lanceatus). stricto -e: evaginato gladio, quasi a pungendo (pugiendo *cod. Monac.*). *sim. al.* *legitur in historiis veteribus (teste* GELL. *p. 2538, 16) et inde a* CIC., SVLP. RVFO, ANTON.; *in versibus non nisi* MART. 14, 33, 1 PRVD. cath. 12, 116; *abiit in gr. formis Που-, v. Onom., et φουγίων* PAP. Berol. 40, 3. [*trad.* pu(n)gio *in falsa var. l. pro* pusio IVV. 6, 34 sq.]

1 *proprie vel in imag.* (*v. p. 2538, 10. 25 sqq. et sub bα*) *significatur gladius brevis* (*in contextu variat imprimis c.* ferrum, *v. l. 73. p. 2538, 30. 31. al., ceterum c.* telum *l. 72. p. 2538, 14* [*sed disting. l. 52*], gladius *p. 2538, 19* [*disting. p. 2538, 55*]. *iuncturae verbales*: -e confodere *p. 2538, 4,* ferire *p. 2538, 5. 41,* percutere *p. 2538, 3* [*cf. p. 2538, 18*], traicere *p. 2538, 11,* -em educere *p. 2538, 6,* stringere *l. 58. p. 2538, 12. 15, et sim. al.*): **a** *generatim*: **α** *exempla varia*: CIC. Att. 2, 24, 2 -em sibi (*sc. Vettio*) a Bibulo attulisse *quendam*; quod totum irrisum est, Vettio *alioquin* -em defuisse. 2, 24, 3 Vettius in foro cum -e *comprehensus est* ([*antea: Vettium* c. telo fuisse]. VAL. MAX. 9, 4, 2 *sicarios* c. -bus deprehensos. SVET. Cal. 12, 3 introisse ... c. -e cubiculum [*postea*: ferro]. *al.*). Phil. 2, 30 stillantem prae se -em tulit *Brutus* (*sec.* ANTON. or. frg. Cic. Phil. 2, 28 Caesare interfecto ... cruentum alte extollens Brutus -em. *de eodem ibid.* 2, 30 cruentum -em tenens). ANTON. epist. frg. Cic. Phil. 13, 33 Galbam eodem -e succinctum, *quo fosserat Caesarem* (*seq.* CIC. *l. 26*). SVLP. RVF. Cic. fam. 4, 12, 2 Marcellum ... -e percussum esse (*ad rem cf.* VAL. MAX. 9, 11, 4 *Marcellum* urbem ... repetentem ... -e confodit *quidam*). BELL. Alex. 52, 2 *quidam praetorem* ⟨a⟩versum ... bis ferit -e. Hisp. 18, 2 *Ti. Tullius* -em eduxit et manum eius *Catonis* incidit. SALL. hist. frg. 3, 59 Oppius ... veste tectum -em expedire conatus. CORP. epist. lat. 13, 10 (*in syngrapha; a. 27*) vaginam -is argenteum (*pro* -team). SEN. clem. 1, 9, 1 *Octavianus iuvenis* iam -es in sinum amicorum absconderat (*sc. eorum necem ordinando, ut vergat ad imag.*). MART. 14, 33, 1 (tit. -o) -o, quem curva signat brevis orbita vena. FRONTIN. strat. 2, 7, 5 Q. Sertorius ... barbarum ... -e traiecit. TAC. hist. 1, 43, 1 centurio ... stricto -e occurrens armatis. ann. 15, 53, 2 *quidam* -em templo ... detraxerat gestabatque velut magno operi sacrum (*cf.* 15, 54, 1 promptum vagina -em. *15, 55, 1* telum. *2* ferrum). *al.* SVET. Iul. 82, 2 animadvertit undique se strictis -bus peti. *al.* GELL. 10, 25, 2 quae *telorum sim. vocabula* tum (*sc. in historiis veteribus*) ... suppetierant, haec sunt: ... -es, clunacula. PLIN. med. 1, 22, 4 ⌊-is⌋ mucrone, quo homo percussus est, leviter pungi prodest (⌊ ⌋ *om. Plin. nat. 34, 151*). HIST. AVG. Comm. 4, 3 *quidam* ingressus ad Commodum destricto gladio ... 'hunc tibi -em senatus mittit' *exclamans* detexit facinus (*de eodem*: 5, 12 cum -e quondam ad Commodum ingressus est). HIER. epist. 64, 2, 1 venter ... sacerdotali -e perfossus (*spectat ad* VVLG. num. 25, 7 sq. arrepto -e *eqs.*). RVFIN. hist. 2, 20, 5 sicarii ... occultatis -bus oberrantes (*cf. gr. μικρὰ ξιφίδια*). PRVD. cath. 12, 116 (*respic. Matth. 2, 16*) iugulo *infantum fodiendo* ... maior -o est. *al.* *vigente imagine -o fere inducitur pro agente*: CIC. Phil. 13, 33 (*ad* ANTON. *l. 1*) praesens tibi et ipse *Galba* et ille, quem insimulas, -o respondebit. SYMM. or. 4, 13 quae *iudicia crudelia* conubia satellitum suorum sacrarent auspice -e. **β** *-o adhibetur ad necem sibi inferendam*: TAC. hist. 2, 49, 2 adlatis -bus duobus ... luce prima in ferrum *alterum* pectore incubuit *Otho* (*inde* SVET. *l. 36*). ann. 4, 22, 2 Vrgulania ... -em nepoti misit; ... *ille* frustra temptato ferro venas praebuit exsolvendas. 16, 15, 2. PLIN. epist. 3, 16, 6 ferrum stringere, perfodere pectus, extrahere -em, porrigere marito (*sc. Paeto*). SVET. Iul. 89 nonnulli semet eodem illo -e, quo Caesarem violaverant, interemerunt. Nero 49, 2 duos -es, quos secum extulerat, arripuit temptataque utriusque acie rursus condidit *nondum ad mortem paratus* (*sim.* Otho 11, 2 [*sec.* TAC. *l. 30*]). *al.*

b *speciatim*: **α** *in locutione proverbiali*: plumbeus -o *ad designandum argumentum ineptum: v. vol. X 1, 2453, 19 sqq.* suo se -e ferire, *i. sibi noceri* (*cf. Otto, Sprichw. n. 760. 1751*): MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 10, 15 (*respic. Iulian. Aug. c. Iulian. op. imperf. 2, 63, 2*) bardissime, tuo te -e feristi. **β** *-o est insigne potestatis, dignitatis*: VAL. MAX. 3, 5, 3 ⌊adhaerens ... Fulvianae stolae -o⌋ militare decus muliebri imperio subiectum habuit (⌊ ⌋ *i. Fulvia -e cincta, v. Kempf, ed. 1854, 38*). TAC. hist. 3, 68, 2 consuli ... exsolutum a latere -em velut ius necis vitaeque civium reddebat *Vitellius* (*cf. 3* insignia imperii; *sim.* SVET. Vit. 15, 4 [*postea*: ferrum]). SVET. Galba 11 suscepit Caesaris appellationem iterque ingressus est paludatus ac dependente a cervicibus -e ante pectus. AVR. VICT. Caes. 13, 9 cum *Traianus praefecto praetorio* insigne potestatis, uti mos erat, -em daret (*cf. Cass. Dio 68, 16, 1*^{2} *τὸ ξίφος*). *respicitur officium palatinum* (*ad rem cf. Moretti, Riv. Fil. 88, 1960, 73 sq.*): CIL VI 41118 (*fere a. 186/8*) M. Aurelius Cleander a cubicul(o) et a -e imp. Commodi. HIST. AVG. Comm. 6, 13 tres praef(ecti) praet(orio) fuere, inter quos libertinus, qui a -e appellatus est (*per confusionem officiorum respic. idem Cleander*). **γ** *inscriptio est libelli*: SVET. Cal. 49, 3 alteri *Caligulae libello* 'gladius', alteri '-o' index erat; ambo nomina ... continebant morti destinatorum (*inde* OROS. hist. 7, 5, 10. *cf. l. 9. 31*).

2 *transfertur ad avem, sc. corydalum* (*ratione minus perspicua, cf. Capponi, Ornithologia lat., 1979, 433 sq.*): DIOSC. 2, 33 p. 193, 15 de co-ri(dalo), id est -e (*suppl. sec. Diosc. gr. 2, 54*).

deriv.: pugiunculus. *cf. Onom.* *van den Berg.*

[pugito *v. vol. X 1, 2111, 48.*]

pūgiunculus, -ī *m.* *a* pugio *deminutive.* *i. q. pugio quodammodo parvulus; non nisi figurate et fere contemptim transfertur ad: personam*: CIC. or. frg. A 9, 27 conati erant Hispaniensi -o (-a *var. l.*) nervos incidere civium Romanorum (*opp.* duas ... sicas. *explicat* ASCON. tog. cand. p. 72, 10 H. -um Cn. Pisonem appellat [*opp.* Catilinam et Antonium]). *commata orationis*: CIC. orat. 224 quibus *c. vel incisis* ut -is (pung- *fere codd.*) uti oportet. *ratiocinationes* (*in lusu verborum*): AVG. c. Iulian. 6, 7, 17 contra ecclesiam matrem ... ratiunculis ... quasi parricidalibus -is ... armari. *Wieland.*

pugna, -ae *f.* [*a* pugnare *retrograde, v. post alios Leumann, Gramm. 1977, 266. 268. Fo.*] *de origine* (*cf. p. 2533, 48*): DON. Ter. Ad. 171, 1 sq. pugnus a -a dicitur; (2) an ab illo -a? (*sim.* CASSIOD. var. 1, 30, 5 [*opp.* armata certamina]. ISID. orig. 18, 1, 10 -a vocata eo, quod initio usus fuisset in bello pugnis contendere, vel quia primo bellum pugnis

[Marchionni]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

incipiebant *eqs. al., e. g. p. 2532, 20*). *scribitur* pucn- CIL V 2884 (*saec. III?*). *abbreviatur* pugn CIL V 3459 (*saec. I ex.*), pug CIL III 8830. 8835. INSCR. Année Épigr. 1960 n. 139 (*saec. II²*). 1899 n. 53, pu *ibid.* 1960 n. 140 (*saec. II²*), p CIL XIII 1997 (*saec. II ex.*). NOT. Tir. 46, 6 sq. -a navalis. navalis -a. *legitur in versibus inde a* NAEV., PLAVTO *fere toties quoties* proelium (*sc. vix alia forma ac* -lia), *e. g. apud* PLAVT. (*23 ies* -a / *16 ies* p.), HOR. (*10/14*), OV. (*34/30*), LVCAN. (*31/43*), *sed nota* VERG. (*73/49*), VAL. FL. (*45/20*), *deest* -a *e. g.* CATVLLO, TIB.; *in orat. soluta inde a* CATONE, COEL., *sed praevalere solet* proelium *apud rerum scriptores (v. p. 1649, 26 sqq.), ceterum v. e. g.* CIC. (*53 ies* -a / *86 ies* p.), PLIN. nat. (*23/51*), QVINT. (*42/26*), *deest* -a *e. g.* RHET. Her., R. GEST. div. Aug. [*paucissimis locis francog. vet.* pugne, poigne (*nisi retrograde a* poignier < pugnare). *cf. M.-L. 6811. Wartburg IX 512. C. S.*] [*falso trad.* CIC. Mur. 32 (*v. p. 2549, 64*), *loco nondum sanato* AETNA 470 (*v. p. 2554, 75*); *restit.* SEN. nat. 2, 59, 5 (*v. p. 2543, 1*); *e coni. dub. e. g.* CATO orig. 83 TERT. nat. 2, 14, 6.]

i. q. actio pugnandi, proelium, μάχη: **I** *praemonenda de notione et differentia*: **A** *testimonia gramm.*: CHAR. gramm. p. 402, 11 rixa sine armis est et habet defensionem, -a legem habet. SERV. auct. Aen. 1, 456 -a est temporale certamen; idem et proelium significat; bellum autem universi temporis dicitur (*affert* SALL. *l. 43*). CLAVD. DON. Aen. 1, 455 p. 92, 30 bellum ... quod inter plurimos geritur, -a quae inter duos agitatur. ISID. orig. 18, 1, 8 bellum universum dicitur, ut Punicum; huius partes sunt -ae, ut Cannensis ...; rursus in una -a multa sunt proelia ...; bellum igitur est totum, -a unius diei, proelium pars -ae est. 18, 1, 10 -a etiam duorum est. GLOSS. -a: *μάχη, πυγμή. πόλεμος.* certamen. bellum, proelium. *al., v. e. g. p. 1649, 18 sq. 2543, 39. 45.*

B *usus auctorum, sc.* -a *ponitur iuxta*: **1** proelium (*fere variant voces tam in versibus quam in orat. soluta; hic illic autem* -a *significare vid. ipsam actionem pugnantium, quae fit in* proelio, *sc. in tota illa congressione, e. g. l. 34. 39; exempla selecta*): PLAVT. Amph. 253 haec illic est pugnata -a ..., sed p. id ... diremit nox. Curc. 179 habeant ... reges ... sibi -as, sibi proelia. LVCR. 2, 118 aeterno certamine proelia -as edere. 4, 1009. CAES. Gall. 2, 28, 1 hoc p. facto ...; hac -a nuntiata. 3, 4, 3 diuturnitate -ae hostes defessi proelio excedebant, alii integris viribus succedebant. CIC. nat. deor. 2, 6 cum ... Crotoniatas Locri maximo p. devicissent, ... auditam esse eam -am *eqs.* LIV. 2, 19, 9 *Aebutius* -a excessit; Latinus dux ... p. ciet. 3, 70, 6 ne quis reveheretur ... ad p. aut integraret -am. 4, 22, 5 qui alii aliis succederent ad -am, continenti die ac nocte proelio *eqs.* LVCAN. 7, 695 fuge p. dira ...; Thessalicae ... -ae. **2** bellum: -a *significat partem belli* (*cf. l. 20 sq. 23 sq.; imprimis in orat. soluta; exempla selecta*): CIC. off. 1, 40 secundo ... Punico b. post Cannensem -am. CAES. civ. 2, 30, 2 in -a belli fortunam experiri. SALL. hist. frg. 1, 109 sperat -am illam pro omine bello futuram. LIV. 4, 18, 1 poscere -am: Veienti ... plus spei in trahendo b. esse. 35, 8, 3 tanto b. una secunda -a ... perfecto. VAL. MAX. 3, 8, 8 cum Antoniano b. ... excellentes -as edidisset. LVCAN. 7, 525 *mercennarii fugientes* immemores -ae ... fecere palam, civilia b. non bene barbaricis ... commissa catervis. -a *significat ipsam actionem pugnantium* (*ita ut l. 30*): LIV. 5, 32, 4 eius b. *uno proelio peracti* fama effecit, ne se -ae committerent Sappinates. MELA 1, 83 genus ... -ae ... amans, ut aliena etiam b. ... agerent. *al.* *voces variant ita, ut utraque significet sive totum bellum sive partes eius* (*exempla potiora, non nisi in versibus*): VERG. Aen. 1, 456 *Aeneas* videt Iliacas ... -as b. que ... totum volgata per orbem (*sed v. l. 22*). 2, 438 ingentem -am, ceu cetera nusquam b. forent (*sc. in excidio Troiae*). MANIL. 4, 288 navales ... -as, pendentia b. LVCAN. 8, 380 -a levis b. que fugax *Parthorum. al.* **3** *varias voces: affines*: CIC. Tull. 18 caedem ac -am (LVCR. 3, 648 LIV. 23, 29, 15. *al.; sed disting.* LIV. 5, 44, 7 me sequimini ad c., non ad -am. 22, 48, 6. *al.* CVRT. 4, 15, 32. *al.*). Mur. 33 -am ... mediocri certamine et parva dimicatione commissam (LVCR. *l. 33.* VERG. Aen. 9, 661. *al.* LIV. 2, 6, 8. *al.; cf. iuncturas abundantes* -ae certamen LVCR. 4, 843 VERG. Aen. 11, 780. *al.*, -a certaminis QVINT. inst. 5, 12, 22 PLIN. epist. 6, 13, 6. *al.*). SALL. Iug. 97, 5 -a latrocinio magis quam proelio similis. COLVM. 7, 12, 9 rixa. *sim. al. opposita*: VERG. Aen. 12, 818 -as ... relinquo; ... pacem ... component (LIV. 1, 15, 5. 9, 4, 2 SEN. epist. 28, 7. *al.*). OV. fast. 2, 723 dum ... metuunt hostes committere -am, ... otia miles agit. LIV. 1, 14, 8 inter -ae fugaeque consilium (*et saepe.* CVRT. 4, 16, 25. *al.*). 6, 32, 6 ut nondum satis claram victoriam, sic prosperae spei -am (23, 49, 9. *al.* MELA 1, 78. *al.*). CVRT. 8, 10, 10 deditionem. *sim. al.*

II *exempla usum illustrantia*: **A** *proprie de certamine vi corporali vel armis facto*: **1** *pugnant homines*: **a** *in re militari*: **α** *usu communi*: Ⓘ *varia exempla* (*paucissima selecta, addas fere l. 28 sqq. allata et v. sub III; potius ratio pugnandi respicitur p. 2540, 5. 18*): PLAVT. Pseud. 1170 quanti te emit *miles*? :: suarum in -a virium victoria. QVADRIG. hist. 96 -a acriter commissa multis utrimque interitis. CIC. Manil. 54 *Romanum* nomen invictum in navalibus -is. CAES. civ. 3, 90, 1 exercitum cum militari more ad -am cohortaretur *dux.* VERG. Aen. 7, 40 primae ... exordia -ae (*futuri belli* [*cf.* SERV. cervi interitum], *vix per enallagen de primo initio belli*). PANEG. in Mess. 100 tibi non desit faciem componere -ae (*ordinibus varie dispositis, cf. e. g.* LIV. 22, 5, 7 nova de integro exorta -a est, non illa ordinata per principes hastatosque ac triarios. CVRT. 3, 2, 14 obsistere, circumire, discurrere in cornu, mutare -am non duces magis quam milites callent). OV. fast. 3, 395 arma movent -as, -a est aliena maritis. LIV. 2, 46, 3 -a iam in manus ... venerat. 22, 19, 11 Romanus ... direxerat ... in -am naves. SEN. benef. 3, 33, 1 ad primam -am exiturus tiro. CVRT. 9, 5, 16 multis ... vulneribus acceptis egregiaque edita -a cecidit *miles.* SIL. 9, 451 ductores -ae intenti. CIL VIII 22899 (*saec. I/II*) defunctus in -a sub Lucilio centurione inter Aras et Vatari. -a *inducitur pro agente ita, ut respiciatur potius actio pugnantium* (*cf. e. g. p. 2541, 14*): LVCAN. 7, 275 civilia paucae bella manus facient; -ae pars magna ... obteret hostem *barbarum.* VAL. FL. 6, 177 *Pallas* primas ... sinit concurrere -as. BOETH. cons. 5 carm. 1, 2 sequentum pectoribus figit spicula -a fugax *Parthorum.*

Ⓘ -a *repraesentatur*: Ⓐ *actione: in scaena vel spectaculo*: PLAVT. Capt. 63 (*60* extra scaenam fient proelia) si quis -am expectat, lites contrahat. CIC. fam. 7, 1, 2 quid ... delectationis *habet* ... in 'Equo Troiano' ... armatura varia peditatus ... in aliqua -a? VERG. Aen. 5, 585 *iuvenes* -ae ... cient simulacra sub armis. HOR. epist. 1, 18, 61 Actia -a ... per pueros hostili more refertur (PORPH. imaginem -ae Actiacae. *item de naumachia*: SVET. Claud. 21, 6. Dom. 4, 2 edidit navalis -as paene iustarum classium. AVSON. Mos. 217 -as ... iocantes naumachiae. *al.*). *al.* *in exercitatione*: LIV. 26, 51, 4 *milites* rudibus inter se in modum iustae -ae concurrerunt. 26, 51, 6 agilitatem navium simulacris navalis -ae experiebantur. 40, 6, 5. *al.* SIL. 13, 231 ludo committere equestres ... -as. STAT. Ach. 2, 140. *al.* Ⓑ *dictis, scriptis* (*cf. e. g. l. 61. 63*): PLAVT. Curc. 573 meae ... -ae proeliares ... optritae iacent? Epid. 433 -is memorandis meis eradicabam hominum aures. Poen. 471 occepi dicere ... de illa -a ⌊Pthenornithica⌋ (*v. app. crit.*), quom sexaginta milia hominum ... volaticorum ... occidi. Truc. 486 *milites et poetae* convicti et condemnati falsis de -is. *al.* TER. Eun. 482 neque -as narrat neque cicatrices suas ostentat. LVCIL. 621 percrepa -am Popili, facta Corneli cane. *al.* CIC. orat. 66 in qua *historia* ... -a describitur. Tusc. 5, 114 qui locus Graeciae, quae species formaque -ae ... non ... *ab Homero* expictus est? *al.* VERG. Aen. 9, 777 arma virum -asque canebat *Cretheus.* HOR. carm. 1, 2, 23. 2, 13, 31 -as et exactos tyrannos ... bibit aure volgus. PROP. 3, 3, 9 cecini ... -am ... Cannensem. OV. met. 12, 160 *milites* -am (-as *var. l.*) referunt hostisque suamque. LIV. 8, 30, 7 apud antiquissimos scriptores una haec -a invenitur. *al.* *in titulo orationis* CATONIS (*v. ed. Sblendorio Cugusi p. 193 sq.*): GELL. 10, 3, 17 in eo ... libro *Catonis,* qui 'de falsis -is' inscriptus est (*inde* NON. p. 187, 24). Ⓒ *picturā sim.* (*cf. p. 2542, 21. 56*): CIC. Verr. II 4, 122 -a erat equestris Agathocli regis in tabulis picta. NEP. Milt. 6, 3 in porticu, quae Poecile vocatur, cum -a depingeretur Marathonia. VERG. georg. 3, 26 in foribus -am ex auro ... faciam. Aen. 1, 456 *v. p. 2539, 53.* LIV. 41, 28, 10 simulacra -arum picta *in tabula.* VITR. 7, 5, 2 megalographiae habentes ... Troianas -as. PETRON. 52, 3 Hermerotis -as et ⌊Petraitis⌋ in poculis habeo (⌊ ⌋ *item* 71, 6). PLIN. nat. 37, 9 -ae effigie eius signasse *filium devicti.* STAT. Ach. 1, 853 orbem *clipei* caelatum -as. *al.* Ⓓ *oculis mentis*: LVCR. 4, 784 simul ac volumus nobis occurrit imago? ... convivia, -as, omnia sub verbone creat natura paratque? SIL. 1, 69 *Hannibalem in somniis* futuras miscentem -as. 13, 20 ante oculos *militum* irati -a Tonantis.

Ⓘ -a *dicitur committi a duce* (*cf. p. 2541, 30*): ENN. ann. 193 (*loq. Pyrrhus*) hos *Romanos* ego in -a vici victusque sum ab isdem (*cf.* GELL. 3, 8, 1 [*ex Val. Ant. hist. 21*] cum Pyrrhus rex in terra Italia ... unam atque alteram -as prospere pugnasset). CIC. Mur. 34 cuius *Pompei* ex omnibus -is, quae sunt innumerabiles *eqs.* Marcell. 28 obstupescent posteri ... -as innumerabiles *tuas, Caesar.* de orat. 2, 272 qui *centurio* in Pauli -a non adfuerat. VERG. georg. 3, 46 dicere -as Caesaris. LIV. 10, 12, 9 Cn. Fulvi consulis clara -a in Samnio. *et saepe.*

Ⓘ -a *adhibetur in imagine vel proverbio* (*cf. p. 2542, 15. 2543, 20*): TITIN. com. 181 haec ... quasi Osculana -a est ..., quia qui fugere pulsi hinc spolia colligunt (FEST. p. 197 O. -a in proverbio, quo significabatur victos vincere, *sc. Romanos Pyrrhum. cf. Otto, Sprichw. n. 1315*). CIC. S. Rosc. 89 *Erucium* -a Cannensis accusatorem sat bonum fecit (*de Sullae proscriptionibus; inde e. g.* ARNOB. nat. 5, 38 potest ... proscriptio, quemadmodum Tullius ludit, -a dici ... C.? *aliter*: CIC. Verr. II 5, 28 ut quivis, cum aspexisset, non se praetoris convivium, sed C. -am nequitiae videre arbitraretur. *cf. Otto, Sprichw. n. 334*). de orat. 2, 294 adhibere quandam in dicendo speciem ... et -ae similem fugam. Att. 6, 1, 26 post Leuctricam -am (*respic. caedes Clodii; ad rem v. McLaren, Am. Journ. Phil. 87,*

[Marchionni]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1966, 198sqq.). Ov. trist. 4, 9, 27 iam feror in -as (*31* cane, Musa, receptus). Val. Max. 4, 1 ext. 2 *Platonem* humanorum vitiorum incursus a se invicta -a repellentem (*antea*: armatum animum eius). Sen. epist. 117, 25 his formemus animum; hoc est sapientia ...; stultum est, cum signum -ae acceperis, ventilare. *al.*

Ⓥ -a *est certamen singulorum, quod fit in proelio vel pro proelio* (*cf. e. g. p. 2540, 52 et p. 2543, 65*): Cic. Pis. 81 fit ut viri fortes, etiamsi ferro inter se comminus decertarint, tamen illud contentionis odium simul cum ipsa -a armisque deponant. Tusc. 4, 49 ut ipsum Hectorem ... provocasse ad -am paeniteret *Aiacem.* Bell. Hisp. 25, 5 ut prope videretur finem bellandi duorum dirimere -a. 25, 7. Verg. Aen. 10, 889 *Aeneas* -a congressus ⌊iniqua⌋ *cum Mezentio* (⌊ ⌋ Serv. pedes contra equitem). 12, 216 Rutulis inpar ea -a *Aeneae et Turni* videri. 12, 506 Aeneas ... Sucronem *interfecit* – ea prima ruentis -a loco statuit Teucros. *al.* Ov. met. 12, 146 *Achilles vicit Cygnum*; haec requiem multorum -a dierum attulit. *al.* Liv. 1, 25, 7 *Horatius superstes,* ut segregaret -am eorum *Curiatiorum,* capessit fugam. 6, 42, 5 -am, qua T. Manlius Gallum ... caesum torque spoliavit. *et saepe.* *plur. poet.*: Verg. Aen. 12, 792 Iunonem ... -as *Aeneae et Turni* de nube tuentem. Val. Fl. 8, 344 -as amborum. Stat. Theb. 11, 112 in alternas ... -as *Polynicis et Eteoclis.* 11, 268. *al.*

Ⓥ① -a *est pro persona*: Hyg. fab. geneal. 3 ex Aethere et Terra ... *nascitur* Altercatio ..., -a.

β *usu deflexo* (*cf. p. 2542, 42*): Ⓘ *laxius significatur conflictus continuatus, bellum* (*exempla potiora [cf. p. 2539, 52]; hic illic respicitur exordium vel finis belli, cui opp. tempora pacis; vix huc p. 2540, 3*): Verg. Aen. 7, 611 certa sedet patribus sententia -ae (*616* indicere bella. *sim.* Sil. 6, 661 Poenis indicta more parentum ... -a [*658* bella ... suadebat Regulus]). 12, 54 regina nova -ae conterrita sorte (*qua bellum conficiatur certamine singulari*). catal. 9, 5 *victor* barbaricae portans insignia -ae. Ov. trist. 2, 372 de qua *Helena* inter amatorem -a virumque fuit. Lvcan. 9, 232 quis erit finis, si nec Pharsalia -ae nec Pompeius erit? Sil. 1, 34 conamine primae contuso -ae (*sc. belli Punici primi*). Stat. Theb. 1, 151 -a est de paupere regno. 3, 235 semina -ae (*237* primordia belli). 3, 448 (*opp. 447* pacis tranquilla). 3, 489 primordia -ae venturumque ... laborem. Amm. 21, 16, 15 in externis bellis ..., -is civilibus. Adnot. Lucan. argum. p. 4, 8 quos *Gallos* cum decem annis -a subegisset *Caesar.* *al.* Ⓘⓘ *servata notione actionis sublucet usus meton., quo respiciuntur vel ipsi pugnantes vel locus pugnandi* (*cf. p. 2540, 14 et* Ivv. *p. 2542, 60*): Liv. 22, 45, 8 (*7* acies) consules cornua tenuerunt ..., Servilio media -a tuenda data. Val. Max. 7, 4 ext. 2 *transfugae iussi* in ultimam -ae partem secedere (*Liv. 22, 48, 3* ducti ... ad ultimos). Val. Fl. 6, 32 gens quaeque suis commisit proelia telis voxque dei *Martis* pariter -as audita per omnes. 6, 617 in ... omnes pariter furit ac ... infesta rarescunt cuspide -ae. Sil. 1, 537 super ipsas ... pater intonuit ... fulmine -as. 4, 404 horrida primi si sors visa loci -aeque lacessere frontem *eqs.* *al.*

b *in variis condicionibus pugnant homines*: **α** *contra deos, monstra sim.*: Naev. trag. 34 dic, quo pacto eum *Bacchum* potiti, -a an dolis? Ov. epist. 9, 138 (*Deianira Herculi*) ne pigeat, -ae bis tibi causa fui (*cum Acheloo et Nesso ut*: met. 9, 34 -ae membra paravi). met. 12, 242 primā pocula -ā missa volant (*de rixa inter Lapithos et Centauros ut*: 12, 355 Val. Fl. 1, 141. *al.*). Manil. 5, 605 *Andromeda* spectabat -am (*Persei in beluam marinam ut*: 5, 615). Sen. Herc. f. 760 nobilem -am *Herculis cum Cerbero.* dial. 3, 20, 8 *Caligula* ad -am vocavit Iovem. Val. Fl. 2, 197 Venus ... -ae ... adcincta trementem desilit in Lemnon. 4, 455 miserrima -a *inter Phineum et Harpyias.* Sil. 12, 711 intendit ... arcum et -as meditatur Apollo. 12, 715. 13, 202 Geryones ..., cui tres in -a *contra Herculem* dextrae varia arma gerebant (*cf.* Mart. 5, 65, 11 -a triplex pastoris Hiberi). Stat. Theb. 9, 469 stat -a impar amnisque *Ismeni* virique *Hippomedontis.* 10, 919 *Capaneum* insanas ... deposcere -as *cum deis.* Vet. Lat. II par. 20, 15 (Paul. Nol. epist. 38, 4, *sim.* Vvlg.) non vobis est haec -a *in Ammonitas et Moabitas,* sed domino (*gr. παράταξις, cod. 109* bellum). *al.*

β *contra animalia* (*animal -ae hominum interest l. 65*): Plavt. Aul. 472 (*in versu dub.*) facta est -a in gallo gallinacio. Bell. Afr. 35, 4 *ut* consilia vestra contra easdem bestias, *i. elephantes,* comparationemque -ae cognosceremus. Ov. met. 3, 705 ut fremit acer equus ... -aeque adsumit amorem *eqs.* 10, 706 genus ... ferarum, quod non terga fugae, sed -ae pectora praebet. Sen. dial. 10, 13, 6 in circo elephantorum duodeviginti -am edidisse commissis more proeli ... hominibus (*item in circo*: Plin. nat. 1, 8, 7 -ae eorum *elephantorum.* Gell. 5, 14, 5 venationis ... -a. 5, 14, 10 ad -am bestiarum datus servus. Tryph. dig. 11, 4, 5 eos *servos fugitivos* dominis suis reddere, sive ante -am ad bestias sive post -am. Isid. orig. 18, 58 ferarum -a erat emissas bestias iuvenes excipere, pugnare adversus eas). Plin. nat. 9, 152 dextera *urinatoris* adprehenso stilo in -a *cum caniculis* est.

γ *contra homines*: Ⓘ *gladiis, telis; contendunt*: Ⓐ *quilibet*: Plavt. Capt. 65 valentiorem nactus adversarium si erit, ego faciam, ut -am inspectet non bonam. Sen. contr. 9, 5, 6 *avus nepotem rapuit*; quae arma, quam -am ... *res* habet? Qvint. inst. 8, 3, 69 -a inter victores *de praeda.* Apvl. met. 2, 32, 7 *me* -a trium latronum ... fatigatum. 4, 9, 7. Porph. Hor. serm. 1, 3, 107 homines inter se ab initio ... -as habuisse, primo ferino ritu, dein paulatim ad arma processisse. Vlp. dig. 47, 9, 3, 1 expugnare videtur, qui in ... -a adversus navem ... aliquid rapit. Hil. coll. antiar. p. 122, 1 non oportuit ... inultas retinere falsitates, ... homicidia, ⌊-as⌋, ... verberationes *eqs.* (⌊ ⌋ *gr. πληγάς. cf. Canon. Turner I 2, 4 p. 649, 263* plagas, *Cassiod. hist. 4, 24, 37* vulnera). Cod. Theod. 9, 45, 5 (= Iust. 1, 12, 4, 1) quod si illum *servum fugitivum* ... confici in concertatione -aque contigerit *eqs.* *al.* Ⓑ *gladiatores* (*cf. p. 2540, 50sq.*): Cic. S. Rosc. 17 *Roscius* alter ... vetus ... gladiator habetur, hic ... se ad eum lanistam contulit, quique ante hanc -am tiro esset ..., facile ... magistrum scelere ... superavit (*in imag. de caede Roscii ut* 108). Mil. 92 in gladiatoriis -is ... fortes ... servari cupimus (*al., v. vol. VI 2, 2009, 6sqq.*). de orat. 2, 325 *v. p. 2552, 69.* orat. 228 *v. l. 40.* Ov. trist. 4, 10, 14. Pont. 1, 5, 37 saucius eiurat -am gladiator. Fest. p. 285 hoc ... genus -ae, *sc. retiarii contra murmillonem,* institutum videtur a Pittaco. Sen. epist. 30, 8 gladiator tota -a timidissimus iugulum adversario praestat. Plin. nat. 1, 35, 33 quando primum gladiatorum -ae pictae et propositae sint (*al., v. vol. VI 2, 2005, 23sqq.*). Stat. silv. 1, 6, 54 stat sexus ... inscius ... ferri; ut -as capit improbus viriles. CIL V 3465 (*saec. I ex.*) retiario invicto, -arum XXVII (3468 [*saec. I ex.*] -arum X. *al.; cf.* 2884 [*saec. III?*] pu⟨g⟩nas V, *sc. pugnavit*). Qvint. decl. 302, 3 adfuit -ae. Ivv. 4, 121 -as Cilicis. Tac. ann. 12, 57, 1 gladiatorum spectaculum editur *in lacu Fucino,* inditis pontibus pedestrem ad -am. *al.* Ⓒ *sectatores factionum, rixantes* (*cf. etiam p. 2541, 50*): Cic. Tull. 18 non eos *homines* ad rem rusticam, verum ad caedem ac -am comparari. Verr. II 5, 28 res *in convivio* ad -am atque ad manus vocabatur. Mil. 53 locum ad -am potissimum (*respic. caedes Clodii ut*: Att. 5, 13, 1 -am Bovill⟨an⟩am. Qvint. inst. 6, 5, 10. *al.; cf. p. 2540, 75*). *al.* Ov. met. 5, 75 Phorbas et ... Amphimedon, avidi committere -am (*in Perseum ut*: 5, 208). Liv. 29, 9, 3 iurgium ... et clamor, -a postremo orta *de poculo adempto.* Vell. 2, 6, 6 Flaccus *Gracchi collega* in Aventino armatus ad -am ciens (*item respic. seditio Gracchorum*: Val. Max. 4, 7, 2 Pomponius ... sequentium, *sc. C. Gracchum,* agmen ... -a inhibuit. 5, 3, 2ᶠ). Sil. 11, 308. 11, 336 eversas -ae certamine mensas. Ivv. 5, 29 -a ... fervet commissa lagonā. *al.*

Ⓘⓘ *sine ferro, sc. contendunt athletae, pugiles sim.*: Cic. orat. 228 ut quicquid *apud athletas et gladiatores* ... fiat utiliter ad -am. Verg. Aen. 5, 69 -am committere caestu. 5, 419 si nostra Dares ... arma recusat, ... aequemus -as (*sed* Serv. id est arma). *al.* Prop. 3, 14, 33 *Roma* fores -as ... imitata Laconum. Ov. met. 14, 325 spectasse ... quinquennem ... ⌊Graia quater Elide -am⌋ (*corruptum, v. app. crit.*). Sen. epist. 13, 2 *pugil* descendit ad -am. Val. Fl. 4, 227 -am *Pollucis.* 4, 442 Bebrycio supremam in litore -am *Amyci et Pollucis. al.* Stat. Theb. 1, 413 *Polynices et Tydeus* nudam ... lacessere -am. 6, 249 avidum -as visendi vulgus inermes (7, 90). Tac. dial. 10, 5 ad -am natos lacertos levitate iaculi ... vanescere. ann. 14, 20, 4 (*opp.* militia et armis). Gell. 13, 28, 4 membra *pancratiastarum* ..., priusquam -a mota est, ... ad vitandos ictus cauta sunt. Tert. praescr. 2 l. 19 -a pugilum. spect. 21 p. 22, 9 ut ..., qui in plateis litem manu agentem ... detestatur, idem in stadio gravioribus -is suffragium ferat (*sunt qui locum ad* pugnus *trahere malint*).

2 *pugnant dei, monstra sim. inter se*: Enn. frg. var. 89 Iovem ... Titanum ... -a vicisse. Cic. nat. deor. 1, 42 *poetae* fecerunt ..., ut eorum *deorum* bella, proelia, -as ... videremus. Ciris 29 Palladiae texuntur in ordine -ae (*de gigantomachia ut*: Val. Fl. 2, 21 quisque suas in rupe minas -amque ... servat adhuc. 5, 692 Clavd. carm. min. 53, 74). Ov. fast. 1, 267 cum tanto veritus *Ianus* committere numine, *i. Iunone,* -am. Ivv. 8, 132 licet ... omnem Titanida ⌊-am⌋ inter maiores ... ponas (⌊ ⌋ pubem *coni. Scholte sine necessitate, v. p. 2541, 37*). Filastr. 61, 2 *Manichaei* duos deos ... esse adserentes, et -am inter deum et deum esse praedicantes. Avg. civ. 2, 25 p. 89, 31 *malignorum spirituum* -a ubi destitit *eqs.* *al.*

3 *pugnant animalia inter se*: Lvcr. 4, 1009 accipitres ... proelia, -as edere *in volucres.* Varro rust. 3, 16, 35 aspargi eas oportet aqua mulsa, quo facto ... desistunt -a (*de apibus ut*: Verg. georg. 4, 67. Sen. clem. 1, 19, 2 meliorem *regem* ... -a quaerunt. Colvm. 9, 9, 5. *al.*). Verg. georg. 3, 234 (= Aen. 12, 106) sparsa ad -am proludit harena (*de tauris ut*: Ov. met. 9, 47 concurrere tauros, cum pretium -ae ... expetitur coniunx. Phaedr. 1, 30, 2 taurorum. Sil. 5, 315. *al.*). Hor. carm. 4, 4, 12 in ... dracones egit *aquilam* amor ... -ae (*de re cf.* Plin. nat. 10, 17). epist. 1, 10, 34 cervus equum -a melior ... pellebat. Ov. trist. 3, 5, 34 -a ... finem, cum iacet hostis, habet (*de leonibus ut*: Manil. 4, 178 ille novas semper -as, nova bella ferarum apparat). Phaedr. 5, 10, 4 *canis* obiectus ... -ae suis (Stat. Theb. 11, 533). Sen. nat. 2, 59, 5 ignavissima animalia ..., ubi

[Marchionni]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

exitus non patet, temptant -am (fugam *vel* pugnant *trad.*). epist. 103, 2 *ferae* fame aut timore coguntur ad -am. COLVM. 7, 3, 4 *aries* in -am procurrit. 7, 12, 9 *pecuarius canis* ad rixam -amque ... comparatur. *al.* *eorum -a instituitur ab hominibus*: SEN. dial. 5, 43, 2 inter matutina harenae spectacula tauri et ursi -am. COLVM. 8, 2, 5 *Graeci* ferocissimum quemque alitem certaminibus et -ae praeparabant (*sc. gallum ut*: 8, 2, 11. *al.*). ASCON. Pis. p. 20, 24 *Pompeius* elephantorum -am ... dedit in circo. PLIN. nat. 8, 53 leonum.

4 *pugnant res* (*naturales praeter l. 18; vix addatur* AETNA 470 [*v. p. 2554, 74*]): LVCR. 2, 118 velut aeterno certamine proelia, -as edere ... certantia *corpora.* VERG. Aen. 10, 359 venti proelia ceu tollunt ..., anceps -a diu (*item de ventis*: SEN. nat. 5, 12, 2 iter sibi vi ac -a parat. 6, 13, 6 vices ... huius -ae [*respic. terrae motus ut*: 6, 14, 3 *motus* sine -a non potest fieri, nec -a sine motu. 6, 31, 2]). SEN. nat. 3, 30, 2 illi *mari aestuanti est* perpetua cum claustris suis -a. *al.* PLIN. nat. 2, 102 rerum naturae -a secum. 2, 104. 5, 85 *Euphraten* in -a Taurus aufert ... ac fractum expellit in meridiem. 27, 5 *venenorum -a* in visceribus. IVST. 4, 1, 10 undarum ... in se concurrentium. SYMPH. 87, 2 (*loq. malleus*) capitis -a nulli certare recuso.

B *translate de quibuslibet contentionibus* (*sed passim sublucet imago -ae armatae*): **1** *quae fiunt qualibet actione*: **a** *generatim*: PLAVT. Bacch. 273 ausculta -am, quam voluit dare (*dolis sim. ut*: Capt. 585 *Tyndarus* iam aliquid -ae edidit. Pseud. 524 sqq. [*ter*]. Truc. 106 ‹ibist ibus› *iuvenibus* -ae et virtuti, de praedonibus *senibus* praedam capere [‹ › *si recte restit.*]. *cf. p. 2544, 5; huc vergit l. 38*). Men. 960 neque -as neque ego litis coepio (*nisi cogites de rixa [v. enim 848 sqq.], ut ad p. 2542, 39 pertineat*). HOR. carm. 3, 20, 11 arbiter -ae *inter rivales.* OV. am. 2, 13, 28 hac tibi sit -a dimicuisse satis (*de abortu ut*: 2, 14, 8). MANIL. 2, 565 (*respic. signa inimica*) quos ... perfundit Aquarius undis, in -am Nemaeus agit. SEN. dial. 7, 8, 6 pigritia et haesitatio ‹-am› et inconstantiam *hominis* ostendit (‹ › *inter affectus; postea*: animi concordiam). epist. 28, 7 sapiens ... malet in pace esse quam in -a. *al.* LVCAN. 9, 924 Psyllorum *medicorum* ... ingens et rapti -a veneni. HOMER. 7. PLIN. paneg. 21, 1 longa nobis cum modestia tua -a. GELL. 12, 5, 2 adversum dolorem. TERT. anim. 26, 2 infantum *Rebeccae* ... -ae (*respic. gen. 25, 22 ut*: PRISCILL. tract. 7, 116. PAVL. NOL. carm. 15, 87 -as uteri). HIER. epist. 54, 15, 3 si evenerit, ut et de secundo marito habeas filios, domestica -a. *al.*

b *speciatim respicitur*: **α** *res veneria, concubitus* (*cf. l. 26*): TER. Eun. 899 dabit hic *raptor puellae* -am aliquam denuo (DON. *ad l.* 1 sq. [*sim.* SCHOL. Ter. Bemb.] -am pro 'stupro'; [2] *exemplum affert* LVCIL. 1323 magnam pugnavimus -am). MART. 10, 38, 6 quae proelia, quas ... -as felix lectulus ... vidit. APVL. met. 2, 17, 3 (*loq. Photis*) hodierna -a non habet missionem. HIER. adv. Iovin. 2, 37 Amazones, *i. meretrices,* ... viros ad -am libidinum provocantes.

β *certamen spiritale contra diabolum vel vitia, temptationes sim.* (*cf.* EVCHER. form. 9 l. 1144 -a: certamen adversus nequitias spiritales vel adversum vitia conflictus; *exemplum affert I Cor. 9, 26*): Ⓘ *variorum*: TERT. idol. 21, 3 si inimica *congressione te diabolus adstringit,* iam ad -am vocaris. VET. LAT. Eph. 6, 12 (Hil. in psalm. 118 samech [= 15] 5, *sim. al.*) non ... nobis -a est adversus carnem et sanguinem, sed adversus potestates et mundi potentes (*gr. πάλη, cod. 78. al. et Vulg.* conluctatio, *Ambr. in Luc. 4, 37* certamen. *huc spectat e. g.* RVFIN. Orig. in Ios. 11, 4 p. 364, 17 duplicem ... Christianorum -am). CYPR. mortal. 4 -a adversus diabolum cotidie geritur (RVFIN. Orig. in iud. 9, 2 p. 520, 16 QVODV. symb. 1, 1, 13. *cf.* HIER. epist. 64, 1, 4 contra d.). patient. 12 temptationum -as. PRISCILL. can. 38 p. 126, 9 quia iustorum militia et arma ... et lucta vel -a spiritalia sint *eqs.* RVFIN. Orig. in num. 7, 6 p. 47, 25 hanc -am spiritalem atque invisibilem (in iud. 9, 2 p. 520, 16 istud *baptismum* est certaminis et -ae s. initium. QVODV. grat. 1, 6, 5. GREG. M. moral. praef. 3 certamina s. -ae. *cf. l. 56*). Orig. princ. 3, 4, 2 -a, quae inter carnem et spiritum geritur. AVG. c. Iulian. 4, 4, 34 -a boni et mali nulla esset, si nemo peccasset. MAX. TAVR. 61[c], 2 pax Christi illi est, qui in se -am non habet peccatorum. EVSEB. GALLIC. hom. 39, 3 (*postea*: cum vitiis bella). PALLAD. hist. mon. I 45, 3 p. 318[A] huic *Filoromo* ... cum fornicatione ac ventris voracitate gravissima fuit -a (*gr. p. 133, 2 πόλεμος*). REGVLA mag. 1, 5 *monachi* instructi ... ad singularem -am heremi (1, 12 cum eo *diabolo*). *al.* Ⓘⓘ *martyrum* (*Christi l. 75*): TERT. Scap. 1, 1 in has -as accedimus ea, quae deus repromittit, consequi optantes. scorp. 12 p. 173, 24 illorum ... victoriae, quorum et -ae, eorum vero -ae, quorum et sanguis. CYPR. epist. 57, 3, 1 se ad -am paratos esse et pro domini sui nomine ... pugnare profitentur. 58, 11 miles Christi ... non expavescit ad -am. *al.* LACT. inst. 5, 11, 14 *persecutores* sciunt ... certamen esse illud et -am. Ps. HIL. libell. 14 p. 87, 25 persecutionis -am. VIGIL. TRID. ad Simplic. 1 l. 8 causas, loca -asque martyrii. AVG. in psalm. 40, 1 propter gloriam ... Christi imperatoris martyrum, qui sibi non pepercit militibus imperans -am (*cf. de ipso Christo*: VAL. CEM. hom. 17, 2 martyris illius ..., qui

... -am inclytae virtutis primus exercuit). EVSEB. GALLIC. hom. 55, 15 illustrium bellatorum -as. *al.*

2 *quae fiunt verbis*: **a** *usu communi cum respectu hominum altercantium, contradicentium sim.*: **α** *in variis condicionibus*: PLAVT. Bacch. 967 -am conserui seni, ... eum ... uno mendacio devici (*cf. 929* erum expugnabo meum sine ... exercitu). HOR. sat. 1, 5, 52 Sarmenti scurrae -am Messique Cicirri, Musa, velim memores (*54* litis). 1, 5, 56. CELS. 3, 6, 1 de potione ... ingens -a est *cum aegro sitienti, ne bibat* (*postea*: docendus ... est *eqs.*). STAT. silv. 5, 3, 138 (*136* stupuit primaeva ad carmina plebes) inde frequens -ae *Statii parens.*

β *in lite apud iudicem*: Ⓘ *opp. quae non fiunt in foro vel adhuc carent sententia iudicis* (*cf. l. 45*): CIC. div. in Caec. 47 sin mecum in hac prolusione nihil fueris, quem te in ipsa -a ... fore putemus? (*cf.* PLIN. epist. 6, 13, 6 in ipsa -a certaminis ..., cuius quasi praelusio atque praecursio has contentiones excitavit). de orat. 2, 84 aliud ... -a et acies, aliud ludus ... desiderat. orat. 42 *epidicticum genus* proprium sophistarum, pompae quam -ae aptius. QVINT. inst. 5, 12, 17 declamationes, quibus ad -am forensem ... exerceri solebamus. 5, 12, 22 (*opp.* in schola). 10, 1, 79 Isocrates ... palaestrae quam -ae magis accommodatus. *al.* IVV. 7, 173 vitae diversum iter ingredietur, ad -am qui rhetorica descendit ab umbra. HIL. trin. 1, 34 cum forenses lites scholaris materiae temptaverint, tunc mittantur ad tribunalium -as. Ⓘⓘ *exempla cetera* (*cf. in imag. p. 2540, 74*): CIC. Att. 1, 16, 1 quas ego -as et quantas strages edidi; quos impetus in Pisonem. *ibid. iterum.* SEN. dial. 4, 29, 4 *delator amicorum* se certamini -aeque subtrahit. QVINT. inst. 5, 7, 1 simplicior contra tabulas -a. 7, 1, 7 videndum est, in quo -a consistat. 7, 1, 8 si ... dicenti 'occidisti' respondeatur 'non occidi', statim -a est (*postea*: controversia). 7, 1, 15 his *legibus* spectatis apparebit, circa quod -a sit. *al.* TAC. dial. 37, 8 *eloquentia* acriores ... -as sibi ipsa desumpserit. FORTVN. rhet. 1, 29 *status,* unde nascitur origo litis et qui maiorem in se continet -am. *al.*

γ *in disputatione de vera doctrina, fide sim.*: *in locut.* -a est (*copulam suppleas l. 35. 36*): CIC. ac. 2, 83 *cetera* conceditis; omnis -a de quarto *capite* est (COLVM. 3, 3, 2 de arbusto ... inter auctores non exigua -a fuit. TAC. dial. 25, 2 de vocabulo. TERT. ieiun. 1 p. 275, 2. IREN. 1, 12, 4 multa ... -a apud eos ... de salvatore. *al.; cf. l. 8. 39*). SEN. benef. 4, 2, 1 nobis -a est cum Epicureis. PLIN. nat. 2, 161 ingens hic -a litterarum contraque volgi. 2, 163 -a est, si ... credere cogatur (*item c. enunt. secund.*: QVINT. inst. 5, 7, 35 regaturne providentia mundus. 8, 6, 1 quae sint genera. HIER. epist. 36, 13, 2 de verbo ... utrumnam ... sonet). QVINT. inst. 8, 6, 1 circa quem *tropum* (decl. 268, 10 c. deos. *cf. l. 28*). HIL. ad Const. 2, 5, 1 dum in verbis -a est ..., dum de ambiguis occasio est.
exempla cetera: MANIL. 1, 145 semper erit ‹genus, *i. origo mundi,* in -a› dubiumque manebit (‹ › -a ingeniis *Housman*). QVINT. inst. 10, 1, 105 nec ignoro, quantam mihi concitem -am. TERT. adv. Val. 6, 2 congressionis *cum haereticis* lusionem deputa, lector, ante -am. VET. LAT. I Tim. 6, 4 (cod. 77, *sim. al. et* VVLG.) circa quaestiones et ... -as verborum ([*gr. λογομαχίας, cod. 75. 89* v. rixas]. *inde e. g.* HIL. trin. 12, 56. *explicat* PELAG. *ad l.* ambiguitates v.). Tit. 3, 9 (*ibid., sim. al. et* VVLG.) lites et ‹-as legis› devita (*gr. μάχας νομικάς, cod. 75. 89* lites l.). EPIPHAN. Hier. epist. 51, 6, 3 odium adversum illum *Origenem* -asque suscepi. CONC.[S] I 5 p. 313, 14 -a, quam adversus haereticos habuit *Theodorus.* *al.*

b *usu deflexo respicitur status rerum, sc. sententiarum sibi oppositarum, ut vergat in vim q. e. contradictio, oppositio* (*exempla potiora; cf. e. g. l. 27*): QVINT. inst. 5, 10, 2 *enthymema significat* conclusionem vel ex consequentibus vel ex repugnantibus ...; ut id ..., quod -a constat, enthymema accipi velint, et ideo illud Cornificius contrarium appellat. POMPON. dig. 50, 17, 7 earum ... rerum naturaliter inter se -a est, 'testatus' et 'intestatus'. Ps. APVL. herm. 5 p. 268 *inter alterutras propositiones* perfecta -a et integra, at inter subpares et incongruas -a dividua est (*cf.* BOETH. in herm. comm. pr. 1, 6 p. 80, 17 cum enim quis adfirmat quod alius negat, ipsa utrarumque propositionum -a contradictio nominatur). ANIAN. Chrysost. hom. 1, 3 quod si -a aliqua esset in dictis (*gr. μάχη. postea*: quae ex adverso loquuntur). AVG. doctr. christ. 1, 13 ne ineffabilis quidem dicendus est deus, quia et hoc cum dicitur, aliquid dicitur, et fit ... -a verborum.

III *appendix stilistica et syntactica*: **A** *iuncturae verbales selectae*: **1** *ponitur casu*: **a** *abl.*: Ⓘ *instr.* (*hic illic fort. abl. temporis*): NAEV. trag. 34 potiti (VERG. Aen. 9, 363 LIV. 22, 20, 3). ENN. frg. var. 89 vicisse (CIC. Manil. 55 VERG. Aen. 12, 34 LIV. 2, 42, 3. 22, 7, 8 SEN. suas. 2, 3. *al.; cf.* LIV. 7, 11, 8 devincit). CAES. Gall. 3, 23, 7 decertaret (*cf.* TAC. Agr. 30, 2 certatum est [hist. 5, 15, 1 SYMPH. 86, 2]). LIV. 7, 17, 2 fuderunt (VAL. MAX. 6, 4, 1 SIL. 4, 74). 8, 10, 3 fatigassent (30, 8, 9 APVL. met. 2, 32, 7). 10, 35, 11 confectos (MELA 3, 82). VERG. Aen. 10, 889 congressus. VAL. MAX. 3, 2, 1 sustinuit. 3, 2, 22 proeliaretur (*cf.* Ps. PHILO antiq. 57, 5 pugnavit Saul ... -a expedientissima). 5, 3, 2[f] fugasset. 5, 5, 2

[Marchionni]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

superatis (VEG. mil. 2, 18, 4 AVG. civ. 3, 10 p. 107, 29). *al.* Ⓘⓘ *separ.*: CAES. Gall. 4, 11, 2 prohiberet *equites* (SALL. epist. Mithr. 15). 5, 36, 3 excedant (*al., v. vol. V 2, 1205, 72 sq.; cf.* LIV. 34, 47, 5 decedere. SIL. 9, 552 abscedere). VARRO rust. 3, 16, 35 desistunt. LIV. 2, 45, 8 abstineant (*al. apud eundem*). 23, 15, 13 abstiterit (31, 17, 10 SIL. 7, 394).

b *acc. (nom. in struct. pass.) pro obi. cum verbis*: Ⓘ *faciendi, ineundi, sustinendi sim.*: -am pugnare (*cf. p. 2544, 75*): PLAVT. Amph. 253 illic est pugnata -a. Pseud. 524 LVCIL. 1323 CIC. Mur. 34 NEP. Hann. 5, 1 LIV. 6, 42, 5. 40, 52, 6. *et saepe. exempla cetera*: PLAVT. Aul. 472 (*in versu dub.*) facta est -a (SALL. Iug. 56, 4. *al.* NEP. Arist. 2, 1 Con. 5, 2 LIV. 6, 2, 3. *al.*). Bacch. 273 dare (Pseud. 525 TER. Eun. 899 ASCON. Pis. p. 20, 24 PLIN. nat. 8, 53. *al.*). 967 conserui (LIV. 21, 50, 1. *al.* CVRT. 3, 11, 4 PLIN. nat. 8, 97. *al.*). Men. 960 coepio (LIV. 5, 13, 11. *al.* MAX. TAVR. 42, 2). QVADRIG. hist. 96 commissa (*al., v. vol. III 1909, 46 sqq.*). CIC. Att. 1, 16, 1 edidi (*al., v. e. g. p. 2541, 68 et vol. V 2, 90, 38. 93, 82 sqq.*). BELL. Hisp. 5, 5 inita (*al., v. vol. VII 1, 1297, 34 sqq.*). VERG. Aen. 9, 186 invadere (CVRT. 7, 6, 2 SIL. 12, 199. 17, 386). LIV. 1, 12, 7 iterare (*al. apud eundem*). 2, 19, 10 restituit (*et saepe apud eundem*). 3, 28, 8 sustinebant (9, 12, 6). 7, 26, 6 concitatur (QVINT. inst. 10, 1, 105 FIRM. math. 6, 30, 11). 10, 29, 1 instaurare (SIL. 1, 391 IVV. 15, 74 CLAVD. 26, 597). CYPR. epist. 37, 3, 1 geritis (*al., v. vol. VI 2, 1943, 45 sqq.*). *al.* Ⓘⓘ *parandi, poscendi, lacessendi sim.*: LVCR. 4, 784 parat (VERG. Aen. 9, 158 VAL. FL. 5, 580. *al.*). VERG. Aen. 5, 429 lacessunt (LIV. 37, 16, 9. *al., v. vol. VII 2, 832, 72 sqq.*). LIV. 1, 12, 2 ciebant (*al., v. vol. III 1055, 59 sqq.*). 1, 25, 9 petebat (PETRON. 83, 10 SIL. 5, 33. *al.*). 2, 45, 6 poscunt (*al., v. p. 74, 76 sq.; cf.* CVRT. 9, 6, 14 deposcimus [LVCAN. 2, 533 STAT. Theb. 10, 919. *al.*]). LVCAN. 7, 251 optatae (SIL. 11, 517. 16, 81 TAC. ann. 4, 25, 3). SIL. 5, 315 meditantem (12, 711 TAC. ann. 14, 20, 4). *al.* Ⓘⓘⓘ *conficiendi, fugiendi, differendi sim.*: BELL. Hisp. 25, 7 dirempta (LIV. 6, 32, 6. 27, 13, 5 SIL. 1, 557 AMM. 29, 5, 12). SALL. Iug. 60, 3 remiserant (CVRT. 4, 16, 4). VERG. Aen. 12, 818 relinquo (QVINT. inst. 6, 4, 6 Ps. PROSP. carm. de prov. 956. *cf.* SIL. 2, 197 linquere [STAT. Theb. 10, 664]). LIV. 2, 50, 9 omissa (*al. apud eundem.* CVRT. 6, 1, 6). 3, 60, 6 detractavere (*al., v. vol. V 1, 835, 37 sq., ubi addas e. g.* FRONTIN. strat. 2, 1, 3). 44, 38, 3 dilatae (*al., v. vol. V 1, 1074, 7 sqq.; addatur* DARES 22). PLIN. nat. 8, 79 conficitur (PANEG. 4, 30, 2). STAT. Theb. 7, 90 finierat (VVLG. II par. 18, 34). *al.* ⓘⓥ *variis*: PLAVT. Capt. 66 spectare (VERG. Aen. 11, 837 OV. met. 14, 325. *al.*). Epid. 433 memorandis (*al., v. vol. VIII 688, 30 sqq.*). 452 audias (CIC. Marcell. 28 nat. deor. 2, 6 CAES. Gall. 3, 27, 1 HOR. carm. 1, 2, 23. *al.*). Poen. 492 narrare (TER. Eun. 482 PANEG. 4, 30, 2). CAES. Gall. 2, 28, 1 nuntiata (2, 29, 1 CVRT. 3, 11, 16. *cf.* CYPR. epist. 57, 5, 2 praenuntiat). VERG. Aen. 5, 419 aequemus (*al., v. vol. I 1020, 20 sqq.; adde* SIL. 9, 332). SIL. 6, 661 indicta (QVODV. symb. 1, 1, 13). PETR. CHRYS. serm. 41, 1 vicisse. *al.*

c *dat.*: CIC. Phil. 2, 75 adfuit (*al., v. vol. II 918, 51 sqq.*). NEP. Arist. 2, 1 interfuit (LIV. 8, 11, 10. 38, 23, 4 TAC. dial. 17, 4. *al.*). VERG. Aen. 10, 588 aptat se (LIV. 22, 5, 3 CVRT. 7, 9, 10 HOMER. 156). 10, 690 succedit (11, 826). 11, 707 accinge (VAL. FL. 2, 197). LIV. 3, 4, 7 commisit *exercitum* (5, 32, 4 se [AVR. VICT. Caes. 16, 9]). 8, 11, 5 superfuerant (*al. apud eundem*). *al.*

d *nom., sc. pro subi.*: VERG. Aen. 7, 788 crudescunt (11, 833 STAT. Theb. 9, 670. *cf.* LIV. 10, 19, 20 recruduit). 9, 667 surgit (11, 635 VAL. FL. 4, 455). LIV. 2, 6, 10 coepit (*al. apud eundem*). 2, 20, 7 coorta (22, 47, 4. *cf.* 22, 5, 7 exorta. 29, 9, 3 orta [39, 30, 2]. 37, 41, 9 adoriretur). 7, 7, 7 stetit (*al.* CVRT. 7, 4, 33 STAT. Theb. 9, 469). CVRT. 6, 1, 10 haeserat (VAL. FL. 6, 357 FLOR. epit. 3, 10, 5). FRONTIN. strat. 1, 8, 5 imminere (TAC. ann. 2, 14, 1 CYPR. epist. 58, 1, 2 VEG. mil. 2, 15, 1). *al.*

2 *pendet ex praepos.*: **a** ad, in *c. acc.*: **α** *exempla varia*: LVCIL. 1079 in -as *narrandas* ... invadere. CAES. Gall. 3, 25, 1 quibus *militibus* ad -am non multum Crassus confidebat. LVCAN. 3, 674 in -am fregere rates. MART. 3, 58, 11 prurit in -am. GELL. 5, 14, 10 ad -am bestiarum datus *reus.* CYPR. epist. 58, 11 expavescit ad -am. *al.* **β** *iuxta verba eundi, (se) praeparandi sim.*: CIC. Tull. 18 ad ... -am comparari (COLVM. 7, 12, 9. *cf.* BELL. Afr. 12, 3 parari [*al.*]. COLVM. 8, 2, 11 praeparentur). CAES. civ. 3, 99, 3 in -am proficiscens (*cf.* ad: BELL. Alex. 16, 4 TAC. hist. 2, 40, 1 Ps. PRIMAS. in Eph. p. 625^{C}). BELL. Hisp. 15, 2 ad -am ... venissent (HOR. sat. 1, 5, 56 VEG. mil. 3, 24, 3 EVSEB. GALLIC. hom. 39, 3. *cf.* in: SIL. 15, 644). VERG. georg. 4, 67 ad -am exierint (*al., v. vol. V 2, 1356, 9 sq.; cf.* in: VET. LAT. I Macc. 5, 59 [recc. L, V]. 7, 31 [*ibid.*]). Aen. 5, 454 ad -am redit (HOMER. 784. *cf.* in: LIV. 10, 36, 9. *al. apud eundem.* SIL. 10, 12). OV. trist. 4, 9, 27 feror in -as (SIL. 7, 237. *cf.* ad: TAC. hist. 4, 29, 1 HIER. epist. 60, 15, 2). LIV. 2, 45, 14 eunt in -am (*al., v. vol. V 2, 634, 21 sq.*). 4, 10, 4 ad -am congressi (36, 17, 10). SEN. dial. 5, 42, 3 ruimus in -am (SIL. 15, 446. 461. 660 AMM. 29, 5, 38). epist. 13, 2 descendit ad -am (*al., v. vol. V 1, 649, 24 sqq.*). QVINT. inst. 5, 12, 17 ad -am ... exerceri. *al.* **γ** *iuxta verba provocandi, hortandi sim.*: CIC. Verr. II 5, 28 ad -am ... vocabatur (SEN. dial. 3, 20, 8 TAC. ann. 6, 34, 1 TERT. idol. 21, 3. *cf.* in: SIL. 4, 313). Tusc. 4, 49 provocasse ad -am (LIV. 9, 4, 2. 25, 18, 6 VAL. MAX. 5, 1, 3. *al.*). CAES. Gall. 5, 58, 2 ad -am evocant (LIV. 25, 18, 12). civ. 3, 38, 1 ad -am elici (*al., v. vol. V 2, 367, 4 sq.*). 3, 90, 1 ad -am cohortaretur (*cf.* Ps. SIL. 8, 202 in ... -as hortata [AMM. 27, 10, 12 VEG. mil. 3, 18, 3]. VVLG. exod. 32, 18 adhortantium ad -am). VERG. Aen. 11, 278 ad ... impellite -as (*cf.* SVET. Claud. 21, 6 ad -am compulit). CVRT. 4, 15, 28 territos accendit ad -am.

b *aliis*: CIC. Mur. 34 ex -a ... se ... eripuisset (CAES. Gall. 3, 4, 4 ex -a excedendi ... facultas. BELL. Hisp. 40, 2 ex -a superfuerunt. LIV. 2, 45, 13 redituros [PAVL. FEST. p. 195]. *al.*). CAES. Gall. 1, 40, 8 desperantes ... de -a (3, 19, 5 certior factus. TAC. hist. 2, 30, 1 de ... -a adlatum *est*). 4, 34, 4 hostem a -a prohiberent (*item* ab: LIV. 22, 29, 4 ab ... -a hostes continuit). FIRM. math. 3, 5, 35 regna ... per -as ... consequentur.

B *iuncturae nominales potiores selectae*: **1** *variae*: **a** *accedunt adi.*: PLAVT. Curc. 573 proeliares. Pseud. 525 claram (LIV. 1, 22, 1. *al. apud eundem*). LVCIL. 1323 magnam (CIC. Phil. 14, 1 maximae. VERG. Aen. 12, 34. 12, 560 maioris. *al.*). CIC. Mur. 34 acerrima (LIV. 22, 6, 1 acrior. *al.* VAL. MAX. 3, 2, 1. *et saepius*). VERG. Aen. 2, 438 ingentem (CELS. 3, 6, 1 LVCAN. 9, 924. *al.*). 7, 40 primae (7, 542. 12, 506 LIV. 7, 17, 2. *al.; vi partitiva*: OV. met. 12, 242 SIL. 12, 398. *al.*). 9, 667 aspera (11, 635. 12, 125 SIL. 17, 481). LIV. 1, 27, 11 atrocior (*al., v. vol. II 1109, 41 sqq.*). 2, 48, 4 memorabilis (*al., v. vol. VIII 663, 37 sqq.*). 3, 63, 3 segnior (*al.* CVRT. 7, 4, 33). 4, 20, 10 insignem (*al.* VAL. MAX. 5, 1, 3. 5, 6, 8 CVRT. 4, 9, 25). 4, 49, 5 levem (*al., v. vol. VII 2, 1213, 42 sqq.*). 9, 27, 9 longioris (*al.* LVCAN. 4, 472 PLIN. paneg. 21, 1). 21, 8, 7 tumultuariae (*al. apud eundem*). 22, 7, 1 nobilis (*al.* SEN. Herc. f. 760. CVRT. 8, 2, 37 [*cf.* 9, 6, 14 ignobiles]. MELA 1, 98). 22, 50, 2 gravior (*al., v. vol. VI 2, 2298, 75 sqq.*). VAL. MAX. 2, 8, 2 fortis (*al., v. vol. VI 1, 1156, 16 sq.*). *al.*

b *pendet ex*: **α** *subst.* (*sc. fere gen.* -ae, -arum *praeter l. 40*): CIC. Mil. 56 exitus (*al., v. vol. V 2, 1537, 73 sq.*). Tusc. 1, 110 gloria (*al., v. vol. VI 2, 2071, 57 sq.*). 5, 114 species (SIL. 16, 70 HIST. AVG. Max. Balb. 8, 6). Att. 1, 16, 1 spectatorem (LIV. 3, 22, 8. 44, 4, 5 SVLP. SEV. chron. 1, 17, 2. *cf.* VAL. MAX. 7, 4, 1 speculator). LVCR. 3, 647 studio (CAES. civ. 3, 90, 3. 3, 92, 4). CAES. Gall. 1, 48, 4 genus (*et saepe*). 7, 49, 3 eventum (VERG. Aen. 8, 16 OV. met. 13, 278 LIV. 7, 33, 17. *et saepius*). civ. 1, 51, 6 tempus (SALL. Iug. 55, 8 VERG. Aen. 10, 11 LIV. 2, 45, 8. *al.*). BELL. Alex. 15, 5 signum (NEP. Hann. 11, 1 OV. fast. 3, 216 LIV. 1, 23, 9. *et saepe; cf.* SIL. 17, 340 *milites* s. -amque petebant). SALL. Iug. 55, 8 locum (*al., v. vol. VII 2, 1603, 66 sqq.*). VERG. Aen. 4, 603 fortuna (OV. met. 13, 90 LIV. 4, 61, 5. *al.*). 5, 585 simulacra (LIV. 26, 51, 6. *al.* SIL. 7, 119. *al.; cf.* VERG. Aen. 12, 560 imago [LIV. 40, 6, 6 VAL. FL. 6, 659. *al.*]). 9, 53 principium (LIV. 2, 30, 14. *al.* STAT. Theb. 8, 428. *al.; cf.* LIV. 9, 12, 6 initium [*al.* TAC. Germ. 31, 3. *al.*]). 11, 78 praemia (*al., v. p. 720, 37 sq.; cf.* OV. met. 9, 47 pretium). HOR. carm. 4, 4, 12 amor (OV. met. 3, 705 MANIL. 4, 228 SIL. 3, 714. *al.*). OV. epist. 9, 138 causa (CVRT. 4, 16, 4 QVINT. decl. 271, 14). met. 12, 355 successibus (LIV. 33, 8, 1 VAL. MAX. 9, 5 ext. 3). LIV. 1, 55, 2 discrimine (*al.* CVRT. 6, 1, 1 LVCAN. 2, 599. *al.*). 4, 20, 11 auctor (*al.* COLVM. 9, 9, 8 VAL. CEM. hom. 20, 10). 5, 13, 12 reliquias (36, 19, 9 TAC. ann. 15, 28, 2). 6, 32, 11 casum (*al.* TAC. ann. 12, 28, 1). *al. significantur pugnatores*: VERG. Aen. 10, 254 tu, *dea,* mihi ... -ae princeps. 10, 311 Aeneas, omen -ae. 10, 428 (*inde* PRVD. ham. 210) -ae nodumque moramque, *i. Abantem.* OV. trist. 4, 2, 32 hortator -ae consiliumque fuit. **β** *adi.* (*adv. l. 55*): CIC. orat. 42 -ae aptius (*al., v. vol. II 329, 53 sq.*). 228 utiliter ad -am (*cf.* CAES. Gall. 2, 16, 5 ad -am inutiles. PLIN. nat. 8, 40 utilia -ae). CAES. Gall. 3, 26, 2 ad -am intentis (*cf.* LIV. 22, 5, 8 intentus -ae [SIL. 9, 451. 518 TAC. hist. 1, 79, 1]. CVRT. 4, 15, 27 in -am). HOR. carm. 1, 15, 25 sciens -ae. VERG. Aen. 9, 661 avidum -ae (*al., v. vol. II 1426, 10 sq.; cf.* LIV. 7, 23, 6 ad -am). LIV. 27, 48, 10 peritus ... -ae (AMM. 26, 8, 2). 39, 40, 6 clarus -is. *al.*

2 *peculiares, quibus indicatur*: **a** *quis contendat vel contra quem*: **α** *per adi.*: PLAVT. Epid. 433 meis (Truc. 482. *al.*). VERG. catal. 9, 5 barbaricae. CIRIS 29 Palladiae. LIV. 1, 27, 11 Romana (30, 34, 2). 4, 32, 11 regiae (*cf.* IVL. VAL. 3, 8 l. 174 regalis). VAL. FL. 6, 65 Achaemeniae. 6, 108 eriles. SIL. 5, 79 proavitae. IVV. 8, 132 Titanida. ANON. de mach. bell. 12, 1 Parthicae. AMM. 24, 6, 14 Hectoreas. **β** *per gen. subi.*: LVCIL. 621 Popili. *et passim, nota* PLIN. *p. 2544, 36. vix cogites de gen. obi., sed potius de -a oppugnantium, quibus quis exponitur, resistit, e. g.* CIC. Verr. II 5, 89 quae *navis* si in praedonum -a versaretur (*cf. 90* p. impetum). LIV. *p. 2541, 16.* PHAEDR. *p. 2542, 74.* GELL. *p. 2545, 62.* APVL. *p. 2542, 4.* ISID. *p. 2541, 72.* **γ** *per praepos.*: CIC. div. in Caec. 47 cum acerrimo adversario (LIV. 22, 48, 5. *al.* SEN. nat. 3, 30, 2 PLIN. nat. 8, 118. *al.*). OV. trist. 2, 372 inter amatorem ... virumque (LIV. 32, 10, 8 MELA 1, 98 COLVM. 3, 3, 2. *al., e. g. p. 2540, 13*). LIV. 1, 55, 2

[Marchionni]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adversus Romulum (*al.* MELA 1, 78 GELL. 12, 5, 2. *al.*). QVINT. inst. 5, 7, 1 contra tabulas (FLOR. epit. 3, 10, 10 AVG. civ. 17, 7 p. 222, 32. *al.*). TRYPH. dig. 11, 4, 5 ad bestias. **δ** *per dat.* (*non nisi in locut.* -a est): SEN. benef. 4, 2, 1 nobis (VAL. CEM. hom. 20, 10. *al.*). LVCAN. 6, 811 ducibus. PLIN. nat. 8, 118 his. QVINT. inst. 8, 6, 1. *al.* TAC. dial. 22, 1. *al.*

b *quo genere vel qua dispositione copiarum pugnetur* (*cf. p. 2542, 16. 21*): **α** *per adi.*: CIC. Verr. II 4, 122 equestris (*al., v. vol. V 2, 718, 39 sqq.*). Manil. 54 navalibus (*al.* CAES. Gall. 3, 19, 5 NEP. Arist. 2, 1. *et saepius*). Cato 13 pedestres (*al., v. vol. X 1, 970, 35 sqq.*). LIV. 7, 10, 5 propiorem (9, 35, 5). 10, 14, 9 aperta. 26, 5, 14 ancipiti (*sc. ab utraque parte*). 28, 2, 7 stabili (*al.* AMM. 25, 3, 1. *cf.* PORPH. Hor. epist. 2, 2, 98 stataria [AMM. 20, 8, 1]). VAL. MAX. 3, 2, 22 maritima. STAT. Theb. 1, 413 nudam (*cf.* 6, 249 inermes [7, 90]). QVINT. inst. 5, 12, 17 forensem (*al. apud eundem*). AMM. 16, 9, 1 concursatorias (21, 13, 1. 31, 16, 5). 26, 8, 9 murales. VEG. mil. 2, 18, 4 publica (*al., v. p. 2463, 25 sqq.*). SVLP. SEV. chron. 1, 34, 3 singularem (MACR. Sat. 5, 2, 15. *al.*). *al.* **β** *per subst.*: CIC. fam. 7, 1, 2 peditatus et equitatus. LIV. 8, 38, 16 peditum (22, 47, 4. 24, 15, 7 AMM. 25, 3, 1). 24, 15, 7 equitum (28, 14, 12. 28, 15, 5 e. velitumque et levis armaturae. CVRT. 4, 9, 25).

c *ubi pugnetur*: **α** *per subst.*: *cum praepos.*: CIC. Mur. 33 ad Tenedum (LIV. 2, 31, 3. *al. apud eundem*). Arch. 21 apud Tenedum (NEP. Arist. 2, 1 Con. 5, 2 LIV. 8, 5, 10. 37, 46, 7). div. 2, 54 in Leuctris (SALL. Iug. 56, 4 in porta. LIV. 22, 54, 11 in Africa. 37, 46, 7 in Bastetanis. *al.* VAL. FL. 4, 442. *al.*). LIV. 7, 26, 6 circa ... Galli corpus (22, 6, 1). VAL. MAX. 3, 2, 23 inter undas. HOMER. 797 ante rates. *gen.*: LIV. 23, 43, 4 si Trasumenni quam Trebiae, si Cannarum quam Trasumenni -a nobilior esset. VAL. MAX. 5, 6, 8 Beneventi. FLOR. epit. 1, 18, 11 Lucaniae. IVST. 5, 4, 17 Siciliae. GEST. Liber. 6 docum. Symm. p. 256 l. 99 Danubii. **β** *per adi.* (*cf. p. 2540, 66*): CIC. Phil. 14, 23 Pharsalia (*ibid. iterum; cf.* FRONTIN. strat. 2, 7, 13 Pharsalicam). Tusc. 1, 110 Leuctricae (*al.* NEP. Epam. 6, 4. *al. apud eundem*). div. 2, 71 Cannensi (*al.* NEP. Hann. 5, 4 PROP. 3, 3, 9 LIV. 22, 59, 5. *et saepius; cf. etiam p. 2540, 69*). Att. 9, 10, 3 Marathonia (NEP. Milt. 6, 3 Them. 2, 6 GELL. 17, 21, 9). VERG. Aen. 11, 78 Laurentis (*nisi ad p. 2546, 63*). *al.*

d *quo exitu, qua fortuna pugnetur*: **α** *per adi.*: CIC. div. 2, 54 malam (SALL. Iug. 56, 3 TAC. hist. 5, 14, 1. *al.*). VERG. Aen. 10, 359 anceps (CIRIS 368 LIV. 9, 31, 10. *et saepius; aliter l. 10*). 12, 216 impar (*al., v. vol. VII 1, 519, 39 sq.*). LIV. 1, 15, 5 adversa (*al.* SIL. 10, 1 TAC. hist. 2, 30, 1. *al.*). 2, 42, 3 prospera (*al., v. p. 2215, 11*). 2, 50, 9 parem (*al. apud eundem*). *al.* **β** *per gen. vel abl. qual.*: LIV. 6, 32, 6 prosperae spei. 7, 7, 7 ambigua spe. 10, 29, 1 vix humanae ... opis.

e *qua de re (causa l. 45) pugnetur: per praepos.* (*cf. p. 2544, 32. 40*): LVCAN. 6, 811 de funere (VAL. FL. 1, 141 de virgine. STAT. Theb. 1, 151 de ... regno). STAT. Theb. 9, 197 pro corpore. FLOR. epit. 3, 10, 10 iustissimis ... ex causis. *per gen.*: VET. LAT. *p. 2544, 46. 48.* PS. MAR. VICTORIN. gramm. VI 52, 6 supervacua videtur esse -a vocis, cum de re conveniat. *al.*

C *locutiones notabiliores* (*de locut.* -a est *c. struct. v. p. 2544, 31 sqq.; pertinet fere ad IIB, sed ad IIA* LVCAN. 6, 811 STAT. Theb. 1, 151): *pendet inf.*: PLAVT. Truc. 106 *est* -ae et virtuti ... praedam capere (*v. p. 2543, 23*). QVINT. inst. 7, 8, 6 maioris -ae est ex scripto ducere, quod scriptum non est. HIL. in psalm. 118 lamed (= 12) 13 diabolo ... -a est ... *fidelem* in damnationis suae consortium adsumere. *ceterum*: MANIL. 1, 145 *v. p. 2544, 42.* HIER. epist. 50, 3, 3 (*cum indignatione*) non erubescere ... monachum ..., religionem nostram -am facere et fidem Christi contentione torquere verborum. *Marchionni.*

pugnābilis, (-e). *ab* (in)expugnabilis *retrograde formatum in ratiocinatione gramm. negantis genus quoddam compositionis*: POMP. gramm. V 181, 19 sqq. iam conpositiones ... simplices sunt (*sc. si sensum non mutant*); puta -is, expugnabilis: idem est expugnabilis, quod est -is 'ille locus est -is'; hoc est qui possit paene dirui *eqs.*

pugnābundus, (-a, -um). *a* pugnare. *i. q. animo pugnantis, pugnax sim.*: CASSIOD. Ios. antiq. 17, 271 p. 505 *Iudas quidam cum viris perditis* aulam regiam -us invadit (*gr. ἐπιδρομὴν τῷ βασιλείῳ ποιεῖται*).

pugnācitās, -ātis *f.* *a* pugnax. *i. q. cupiditas pugnandi vel vis infestans sim.* (*cf.* GLOSS. *p. 2272, 52; accedit* in *c. acc. l. 74*): **1** *quae utitur verbis*: SEN. contr. 1, 2, 16 Hispo Romanius accusatoria (-tori(s) *var. ll.*) usus -e (-em *var. l.*) negavit *eqs.* QVINT. inst. 4, 3, 2 si pressae ... narrationis gracilitati coniuncta argumentorum -s fuerit (*cf.* AVG. conf. 6, 5, 7 -s calumniosarum quaestionum). TAC. dial. 31, 6 *ad orationem bonam* dabunt Academici -em, Plato altitudinem, Xenophon iucunditatem. **2** *quae utitur vi corporali*: PLIN. nat. 10, 101 -e ... libidinis *perdicum coire cupientium.* IVLIAN. epit. in psalm. 76, 18[c] instar sagittarum erat in inimicos, *sc. Aegyptios,* elementorum ista -s.

pugnāciter *v.* pugnax.

pugnāculum, -ī *n.* *potius a* propugnaculum *retrograde formatum quam a* pugnare (*cf. Serbat, Les dérivés nominaux, 1975, 194*). [*vix agnoscendum* -um *loco mutilo lectionisque valde incertae* SALL. hist. frg. 2, 45 (prop- *Pertz, alii alia*); *e coni. vix probabili* AMM. 19, 6, 6 ex -o (*Heraeus,* expugnatio *trad.*).]

i. q. locus munitus defensoribus idoneus, propugnaculum: in imag.: PLAVT. Mil. 334 deturbabo ... illum *perseveranter negantem* de -is. *proprie*: AMM. 21, 12, 18 *in oppugnatione Aquileiae legatus* pacta salute susceptus ad -um solus *docuit oppidanos de morte Constantii.* CARM. app. Maxim. 4, 7 (*describitur castellum*) rupes, ⌊pontes, -a⌋, turres (⌊ ⌋ *Garrod,* p. propugnacula *codd. superstites contra metrum, v. Schetter, Studien, 1970, 166*).

pugnāns, -antis *pro adi. vel subst. v. p. 2558, 51.*

pugnantia, -ae *f.* *a* pugnare (*cf.* repugnantia *sim.*). *i. q. status pugnantium, certamen*: PRISCILL. tract. 10, 134 *Rebecca* dum -am viscerum impatienter acciperet (*i. discordiam geminorum Esau et Iacob; de lect. tradita dubitat ed.*).

[pugnariola *v. p. 2551, 70.*]

pugnātio, -ōnis *f.* *a* pugnare. [*falso trad.* PHILARG. Verg. ecl. 4, 25 rec. I *amomum* pro omni ⌊malo -is⌋ intellegas (⌊ ⌋ modo pigmentationis *Hagen coll. rec. II* genus pigmenti).] *i. q. actio pugnandi* (*figurate dictum*): PS. CYPR. singul. cler. 34 *quidam scelesti* reperta -is (pugnae *edd. vet.*) occasione conversi meruerunt ad martyrii veniam pervenire. PELAG. epist. ad Demetr. 27 p. 41[D] respuimus *cogitationes impuras* et vincimus et acquirimus de -e (pugna *var. l.*) victoriam. *Wieland.*

***pugnātor,** -ōris *m.* *a* pugnare. *legitur inde a* VERG., LIV. GRATT. [*in falsa var. l. pro* propugnator *p. 2137, 57* (*perperam in ed. vet.* HIST. AVG. Claud. 5, 5); *falso trad. pro* pugnac⟨i⟩ores HIPPOCR. aer. 23, 6.]

i. qui pugnat, bellator (*cf.* GLOSS. bellator: -r. -r: *μαχητής. πύκτης.* -es: *πυκτευταί. accedit gen. l. 39. p. 2549, 15, pron. poss. pro gen. obi. p. 2549, 18; in alloquio feminarum p. 2549, 15*): **1** *proprie* (*in compar. l. 61. 71*): **a** *-es sunt milites sim. pugnantes* (*disting.* gladiator *l. 58, sed cf.* SVET. *l. 44. p. 2549, 39*): **α** *vigente vi verbali fere pro part. q. e. pugnans* (*ad circumscribendum inf. l. 37*): VERG. Aen. 11, 680 cui *Ornyto* pellis latos umeros erepta ⌊iuvenco⌋ -i operit (*minus apte* ⌊ ⌋ *ad* -i *referunt nonnulli comm.*). LIV. 24, 15, 4 occupata dextra ... fortissimus quisque -r esse desierat.

β *plena vi nominis*: ① *usu communi* (*de militibus praeter l. 63*): PAVL. FEST. p. 93 ferentarii: levis armaturae -es. SIL. 15, 595 *Livius Salinator* floruerat primo clarus -r in aevo. FRONTIN. strat. 4, 7, 37 Pythian ⌊quendam bonum -em⌋ ([*del. Ireland*]. *cf.* VVLG. I par. 12, 8 -es optimi. *alia epitheta*: iud. 20, 44 robustissimi. I par. 12, 1 fortissimi [*cf. l. 72. p. 2549, 12*]. *ibid.* egregii [*cf. l. 66. p. 2549, 15*]. CASSIOD. Ios. antiq. 3, 40 maximi [*gr. μαχιμώτατοι. cf. l. 66. p. 2549, 1*]. *al.*). SVET. Iul. 39, 4 *in naumachia* biremes ac triremes ... magno -um numero conflixerunt (VEG. mil. 3, 9, 4 utrum maiorem n. -um ipse *dux* an hostes habeant [*postea*: homines]. VVLG. num. 2, 6. 31, 49). PS. QVINT. decl. 4, 5 in medios hostium globos perditus -r exilui. VET. LAT. Abd. 9 (Hier. *ad l.*) pavebunt -es tui de Theman (*gr. μαχηταί, cod. 176* ⟨b⟩ellatores, *Vulg.* fortes tui). PS. AVR. VICT. epit. 48, 7 deletis ... decem milibus -um (*gen. partit. ut*: VVLG. II reg. 24, 9 IORD. Rom. 272. *al.; cf.* VVLG. Ios. 7, 4 tria milia -es. iud. 20, 46). EVTR. 2, 22, 1 Aemilius consul ... triginta *naves hostium* cum -bus cepit (*sim.* 2, 26, 1 OROS. hist. 4, 9, 6). AMM. 17, 13, 17 ne alacritas intepesceret -um. 18, 8, 10 *dux* -um, *sc. hostium,* ... mole circumdatus. VEG. mil. 3, 15, 1 singuli -es ternos occupant pedes (*antea*: pedites). HIER. in Abd. 8 l. 363 vel regis consilio vel -is viribus (-bus viris *var. l.*). VVLG. num. 2, 8 omnis de stirpe eius exercitus -um (*cf.* cunctus e.: 2, 11. 13. 15. *al. in eodem cap.*). DAMIG. lapid. 19, 4 *vincet* gladiator aut -r habens eum, *sc. lapidem alectorium.* VAL. CEM. hom. 13, 4 servare reverentiam -i (*antea*: armato hosti). CASSIOD. or. frg. p. 476, 3 a -bus prodi. OP. imperf. in Matth. 42 p. 868[med.] *pharisaei dominum circumdabant,* quemadmodum si inter plures hostes inveniatur unus -r fortis ..., circumveniunt eum omnes. *al.* *de ducibus*: PANEG. 4, 29, 4 quod in praesenti *proelio* erat tam ampla pugnae merces quam -r inlustris, *sc. Maxentius.* AMM. 29, 5, 39 *Theodosius* -r ille cautus et prudens. GREG. TVR. Franc. 2, 12 p. 62, 12 hic *Chlodovechus* fuit magnus et -r egregius. ② *in appositione determinativa vergit in usum adi.* (*v. etiam p. 2549, 2 sq.*): VET. LAT. Iudith 1, 16 (cod. 130) multitudo hominum -um (*gr. ἀνδρῶν πολεμιστῶν, cod. 109* h. bellatorum, *62* h. belligeratorum; *deest Vulg.*). 7, 7 (cod. 151. *al.*) viros -es ([*gr. ut supra, cod. 109. al.* v. belligeratorum, *148. al.* v. bellatorum; *Vulg. aliter*]. VVLG. exod. 15, 3 dominus quasi v. -r. Ios. 17, 1. iud. 11, 1 *quidam* v. fortissimus atque -r [*siquidem ἀπὸ κοινοῦ*]. EXPOS. mundi 67 *Britannia insula* ⌊habens v. ... -es et fortes⌋ [*suppl. Rougé ex rec. recentiore*]. *cf. etiam l. 56*). VVLG. iud. 20, 2 quadringenta milia peditum -um (Iudith 2, 7).

[Gutiérrez]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *-es sunt animalia*: GRATT. 170 *Hyrcanus canis* magnus -r. PLIN. nat. 30, 142 inhiberi venerem ⌊-is⌋ galli testiculis ... tradunt (⌊ ⌋ -ri(i) *var. l.; item in appos.* [*ut p. 2548, 66*]: SIDON. carm. 7, 206 -r ... unguis, *i. avis rapax*).

2 *in imag. et translate -es sunt*: **a** *homines pii, fideles* (*sc. pro deo, contra diabolum, vitia sim. pugnantes*): HIER. tract. in psalm. I p. 237 l. 87 iste tribulationis est locus, est terra -um. VAL. CEM. hom. 16, 3 (*de martyrio*) in maximis proeliis non desunt -i solacia. VITAE patr. 5, 4, 3 sufficit monacho, si dormierit unam horam, si tamen -r est (*gr. 4, 3 ἐὰν ᾖ ἀγωνιστής*). VEREC. in cant. 9, 18 l. 26 ipse -r ambidexter effectus discis hostes ... superare (*antea*: ut nec prosperis eleveris nec adversis frangaris). 9, 22 l. 54 dominus ... in suis est militibus fortis, et spiritalium fit -um adiutor. GREG. M. moral. 2, 19 fortem ... -em (*sc. Iob; postea*: robusto bellatori). CAES. AREL. epist. ad virg. 2, 4, 11 esto ... libidinis fugitivus, si vis esse castitatis -r egregius. **b** *alii*: HIER. in Am. 4, 1 l. 107 *haeretici* ab illius *dei* -bus superati (*antea*: auferentur ... cum armis suis, quibus adversus ecclesiam dimicaverant). EVSEB. GALLIC. hom. 13, 1 *in controversiis fidei* aemulum telis suis evincere, ut -is tui argumenta tuis probentur utilitatibus militare. SERM. Bibl. Cas. III 118 (*loq. deus*) comprehendere -em volo, *sc. diabolum* (*Migne gr. 50, 794 τὸν πολέμιον*).

f. **pugnātrīx,** -īcis. *i. quae pugnat, bellatrix* (*cf.* GLOSS.^{L} I Ansil. PU 137 pugna⟨tri⟩x: bellatrix): *in appositione determinativa vergit in usum adi.* (*cf.* GLOSS. -x: *πολεμική*): COD. Theod. 9, 40, 11 (*a. 367; de arte gladiatoria*) neminem ... saeva meditatio et -x exerceat. AMM. 23, 6, 28 *Medi* -x natio et formidanda post Parthos, quibus vincitur solis. SCHOL. Hor. carm. 2, 11, 1 ('bellicosus Cantaber') Hispaniarum gens -x. *solum ponitur*: PRVD. psych. 681 (*de Discordia*) intulit hoc vulnus -x subdola victae partis.

deriv.: pugnatorius.

pugnātōrius, -a, -um. *a* pugnator. [*in falsa var. lect. l. 2 et* HEGES. 3, 13 p. 207, 17 (*pro* repugnaturi).]

i. q. ad pugnatorem pertinens, sc. -a sunt arma: **1** *oratoris* (*in imag.*): SEN. contr. 2 praef. 2 deerat illi *Fabiano* oratorium robur et ille -us mucro (*de eodem: Sen. epist. 100, 8 desunt* stimuli ... et subiti ictus sententiarum). **2** *cuiuslibet pugnatoris*: CORP. epist. lat. 88bis, 8 (*ante a. 105*) I 6 *nomina lanceariorum,* qui lancias -as aut qui minores subarmales, *sc. l.,* ... non hab⟨e⟩bant (*ibid.* I 11. III 3. 5. 7. 9. 10. IV 2). EPIST. Claud. Terent. (Corp. epist. lat. 141) 19 ut mitta⟨s m⟩i⟨h⟩i pe⟨r V⟩alerium gladiu⟨m pu⟩gnatorium. SVET. Cal. 54, 1 *erat* Thraex et auriga ...; battuebat -is armis, aurigabat *eqs.* (VET. LAT. deut. 1, 41 [cod. 100; *gr. πολεμικά, Vulg. sine adi.*]). CHAR. gramm. p. 98, 10 (*e Plin., nisi e Capro*) -um ... clipeum (*disting.* imaginem *clipeatam*).

pugnātrīx *v.* pugnator. *Gutiérrez.*

⊠**pugnāx,** -ācis *adi.* *a* pugnare; *cf. Leumann, Gramm. 1977, 376. huc fort. spectat* GLOSS. *p. 2552, 31. legitur posit. inde a* CIC., HOR., LIV., *compar. inde a* CIC. *et* POLLIONE (*cf.* magis -x QVINT. inst. 10, 1, 120), *superl. inde a* SEN. *utroque et* CVRT. (*cf.* nimis *vel* nimium -x CIC. Pis. 70 LVCAN. 3, 647). [*confunditur in codd. c.* pugnans *e. g. p. 2550, 32. 68* (*restit. p. 2550, 9*).]

i. q. pronus ad pugnandum (*sc. fere ad aggrediendum, infestandum, ita ut vergat in vim q. e. contentiosus, audax sim., raro ad repellendum, resistendum, quod p. 2550, 75 distinximus; usu pro subst. masc. l. 72. p. 2551, 12. al., neutr. p. 2550, 58*). *indicatur qua (in) re per abl. l. 70. p. 2550, 14. 17 sq. al., praepos.* in *c. abl. p. 2551, 2, inf. p. 2550, 19, cui (rei) resistatur per dat. p. 2550, 74. 2551, 18, praepos.* adversus *p. 2551, 16,* contra *p. 2550, 65. 2551, 5, quid petatur per praepos.* in *c. acc. p. 2551, 11; in contextu variat e. g. cum* acer *l. 64. 66. 67. p. 2550, 30. 58,* asper *p. 2550, 37,* bellatorius *p. 2550, 60* (*cf. p. 2550, 8*), contentiosus *p. 2550, 56,* rebellis *p. 2551, 15; disting. vel opp. e. g.* consideratus *l. 66,* lenis *p. 2551, 23,* pacatus *p. 2550, 55,* praeceps *p. 2550, 9.*

I *usu sollemni spectat ad contentionem vi et armis ab animantibus factam*: **A** *strictius de ipsis animantibus*: **1** *hominibus* (*animis p. 2550, 4*): **a** *ducibus, militibus, exercitu*: CIC. Mur. 32 L. Sulla ..., ⌊-x et acer et⌋ non rudis imperator (⌊ ⌋ *Niebuhr,* pugna exetaceret *sim. trad.*). Phil. 8, 26 *quosdam* centuriones -is et lacertosos. rep. 5, 10 Marcellus ut acer et -x, Maximus ut consideratus et lentus (SIL. 17, 298 -is ... opima M.). POLLIO Cic. fam. 10, 31, 5 legione *tricesima* noli acrius aut -ius quicquam putare esse (*cf.* SEN. epist. 104, 30 Caesar ... decem l. -issimis subnixus). HOR. carm. 4, 6, 8 Achilles, ... tibi, *Apollo,* miles inpar, ... quamvis ... Dardanas turris quateret tremenda cuspide -x. OV. met. 13, 354 -em ... sapiente minorem esse nec indomitae deberi praemia dextrae (*item masc. pro subst.*: SIL. 10, 397 desunt -bus enses. TAC. hist. 4, 60, 2 -issimus quisque in vestigio *occubuit.* FIRM. math. 3, 11, 18 -es, amatores armorum, milites. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 3, 330 p. 723 ubi loci difficultas ⌊-ibus⌋ negaret copiam resistendi [⌊ ⌋ *gr. τοὺς ἔτι μάχεσθαι δυναμένους*]. *al.*). LVCAN. 2, 479 te Corfini ... tecta tenent, -x Domiti (7, 219 numine -x adverso D. 7, 600). 3, 114. 3, 647 nimium -x unius turba carinae. SIL. 4, 235. STAT. Theb. 4, 594 quantum arma et vulnera monstrant, -es animae (*de umbris evocatis; aliter*: 8, 324 ordine belli -es efflare a. et reddere caelo). PRIAP. 80, 6 ingenio -x, corpore parvus erat *Tydeus* (*cf. Hom. E 801 μαχητής*). FRONTIN. strat. 4, 7, 4 Scipio Africanus fertur dixisse, cum eum parum quidam -em dicerent: 'imperatorem me mater, non bellatorem peperit.' IVV. 5, 57 et Tulli census -is et Anci. PS. AVR. VICT. epit. 31, 2 *Aemilianus fuit* ⌊-x⌋ nec tamen praeceps (⌊ ⌋ *ed. princ.,* pugnans *codd.*). CYPR. GALL. Ios. 31 iuvenes -i ex agmine lectos (*cf. Ios. 2, 1*). ALC. AVIT. carm. 5, 504 -x pompa *Aegyptiorum* nitet. *al.* **b** *gentibus, populis*: HOR. carm. 3, 3, 27 *non iam* Priami domus periura -es Achivos Hectoreis opibus refringit. LIV. 22, 37, 8 Baliares ac Mauros -esque alias missili telo gentes (CVRT. 3, 9, 3 in subsidiis -issimas locaverat g. *Dareus.* QVINT. inst. 9, 3, 8 gladio -issima g. Romani. TAC. Agr. 17, 2 validam ... et -em Silurum g. HIER. in Hab. 1, 1 l. 161 Chaldaeos, g. -issimam et velocem). SEN. Med. 710 pharetra ... -x Medus. LVCAN. 1, 398 quae *castra* ... -es pictis cohibebant Lingonas armis. 3, 265 -es ... Parthi. 4, 530. SIL. 3, 363 movet Arbacus arma, aclyde vel tenui -x instare veruto. *al.* **c** *cetera exempla* (*sc. extra rem militarem*): HOR. epist. 1, 1, 49 quis circum pagos et circum compita -x magna coronari contemnat Olympia? OV. trist. 2, 360 liber *non* indicium est animi: ... *alioquin* essent -es, qui fera bella canunt. SEN. dial. 3, 13, 3 'utilis' inquit 'ira est, quia -iores facit'; isto modo et ebrietas: facit enim protervos et audaces. AVG. civ. 16, 20 p. 156, 16 *secedendo* familiarum suarum -em discordiam vitaverunt *Abram et Loth* (*gen. 13, 8 sq.*).

2 *de animalibus* (*inde de sidere circuli zodiaci* MANIL.): OV. fast. 5, 374 hortos arvaque -i non adeunda ferae (QVEROL. p. 23, 15 -es f. vel fugaces bestias). MANIL. 2, 443 -x Mavorti Scorpios haeret. SEN. Phaedr. 33 acres ... Molossos et -es ... Cretes. clem. 1, 19, 3 iracundissimae ac pro corporis captu -issimae sunt apes. COLVM. 7, 3, 6 -em arietem mitigari *posse* (pugna(n)tem *codd. aliquot*). 8, 2, 14 *inter pumileas aves probo* nec -em nec rixosae libidinis marem (*cf.* 8, 11, 7 -es ... masculi *inter pavones*). PETRON. 86, 1 gallos gallinaceos -issimos duos (PLIN. nat. 22, 65 *cibo quodam dato* perdices et g. -iores fieri). *al.*

3 *de deis* (*stella Martis* AETNA): OV. trist. 3, 9, 7 *Argo navis* cura -is facta Minervae. SEN. Phaedr. 805 asperos -esque deos viribus ... vincere. AETNA 243 *stella* Martia -x.

B *laxius*: **1** *de pugnae instrumentis, armis* (*manu* CORIPP.): PROP. 3, 9, 25 Medorum -es ire per ⌊hastas⌋ (*Markland, aliter alii*; hostes *trad.*). OV. fast. 2, 547 -bus armis. trist. 5, 7, 48 victa ... -i iura sub ense iacent. LVCAN. 7, 232 -es commovit Hiberia caetras. ANON. de mach. bell. 12, 1 (*de currodrepano*) huiusmodi -is vehiculi genus, quod armis praeter morem videtur instructum. CORIPP. Ioh. 4, 157 rubrum gestat iam dextera ferrum -x militis. **2** *de condicione pugnae favente, pugnam ciente: externa*: PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 3, 149 p. 714 *obstructio exituum* illos *Iudaeos* in salutis desperatione audaciores effecit; quippe in bello nihil est necessitate -ius (*gr. μαχιμώτερον*). *interna, sc. animi*: CYPR. GALL. iud. 6 Chanana manus, quae nondum subdita bello aemula -i versabat corda tumultu.

II *spectat ad contentionem, quae fit disputando, argumentando*: **A** *de ipsis verbis*: CIC. de orat. 2, 317 *non* est dubium, quin exordium dicendi vehemens et -x non saepe esse debeat. Brut. 121 huius *Demosthenis* oratio in philosophiam translata -ior, ut ita dicam, videtur et illorum *philosophorum* in iudicia pacatior (PLIN. epist. 2, 19, 5 o. *mea* ... -x et ⌊quasi⌋ [*om. pars codd.*] contentiosa est). OV. Ib. 521 *Archilocho* repertori ... -is iambi. SEN. dial. 5, 8, 8 disputatio ... -ior. PLIN. epist. 6, 33, 8 *in hac oratione* sunt multa ... elata, multa -ia, multa subtilia (*cf. 9* acribus illis et erectis, *10* dedimus vela indignationi, dedimus irae). 7, 9, 7 non ... semper -em hunc et quasi bellatorium stilum suaserim. SCHOL. Cic. Bob. p. 102, 23 quasdam criminationes non -i argumentatione, sed etiam festiva urbanitate dissolvi.

B *de contradicentibus eorumque animo, voce sim.* (*fort. huc p. 2551, 12*): CIC. Pis. 70 Graecus (*sc. Philodemus philosophus*) facilis et valde venustus nimis -x contra senatorem ... esse noluit (*sc. Pisonem praecepta Epicuri male intellegentem*). SEN. contr. 1, 7, 18 *rhetor* vocis obtusae, sed -issimae. QVINT. inst. 10, 1, 120 *in Iulio Secundo desiderabatur,* ut esset multo magis -x (-ans *var. l.*). FIRM. math. 1, 1, 1 ut *ab adversariis* certis ... rebus ... argumentatione -is licentiae resistatur. 1, 3, 8 -i studio *eius, qui res probatas impugnat.* HIL. in psalm. 63, 7 contra haec -is linguae arma *certare* (ENNOD. carm. 1, 9, 132 armatum precibus superasti ... regem: sic -x gladios obtundit verbere l.). AVG. pecc. mer. 1, 20, 26 nisi pertinacia *haereticorum* -es nervos adversus constantiam perspicuae veritatis intendat. ARATOR act. 1, 918 huic fidei -x ... Arius.

III *spectat ad quamlibet contentionem*: **A** *potius resistentis*

[van den Berg]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cuiusdam, immutabilis, firmi, duri sim.: *de viro*: CAEL. Cic. fam. 8, 13, 1 *Dolabella* non est ... -x in vitiis neque hebes ad id, quod melius sit intellegendum. SEN. epist. 66, 12 in utroque (*sc. gaudio tormentorumque perpessione*) ... eadem est animi magnitudo, in altero remissa et laxa, in altera -x et intenta. *de rebus*: PLIN. nat. 15, 13 *olivae* callosae, contra umorem -es ob idque minimae. 36, 126 quid lapidis rigore pigrius? ... quid ferri duritia -ius?

B *vario modo adversantis, nitentis, fervidi:* **1** *hominis eiusve animi, actionis:* ALBINOV. carm. frg. 13 *proreta* ⌊caecum⌋ ... aëra -i luctatus rumpere visu (⌊ ⌋ *Haase,* cedant *sim. trad.*). MANIL. 4, 175 *mercatoris* ingenium sollers suaque in compendia -x. SEN. dial. 5, 8, 4 offendet te *iracundum* superbus contemptu, dicax contumelia ..., -x contentione (*nisi ad IIB*). TERT. monog. 12, 7 *esto* -x (pugnus, pugnas *var. ll.; acerbe de episcopo sec. I Tim. 3, 3 ἄμαχον, Vulg.* non litigiosum). PRVD. c. Symm. 2, 630 si mentis apex ... -is stomachi pulsus fibrasque rebelles frenet. AVG. conf. 8, 5, 11 *mala* consuetudo adversus me -ior ex me facta erat, quoniam volens, quo nollem, perveneram. **2** *rerum*: OV. met. 1, 432 cum ... sit ignis aquae -x, vapor umidus omnes res creat, et discors concordia fetibus apta est (*respic. discordia elementorum ut* ENNOD. *infra; aliter*: SEN. Oed. 321 *in sacrificio* -x i. in partes duas discedit et se scindit unius sacri discors favilla). SEN. nat. 5, 13, 3 *prester fit,* si -ior est *turbo* ac diutius volutatus. LVCAN. 8, 464 infima ... Aegypti -i litora velo vix tetigit *Pompeius.* PLIN. nat. 14, 125 *crapula* -bus mustis plus inditur, lenibus parcius. SEDVL. carm. pasch. 3, 64 (*respic. Matth. 8, 23 sqq.*) non erat illa feri -x (pugna(n)s *var. ll.*) audacia ponti, in dominum tumidas quae surgere cogeret undas. ENNOD. epist. 5, 8, 6 vers. 14 p. 132, 22 (*antea*: unda *calida* focos servat) ne pereat, nymphis Vulcanus mergitur illis, foedera naturae rupit concordia -x.

adv. ⁂**pugnāciter.** GLOSS. -r: quasi pugnando (*affertur* QVINT. *l. 51*). *legitur posit. inde a* CIC., *compar.* -ius *l. 50. 53, superl.* -issime *l. 36 et* CONSENT. Aug. epist. Divj. 12, 3, 1.

i. q. modo pugnaci, pertinaciter, acriter (*iuxta* acriter *et* instanter *l. 51,* aspere *l. 57,* violenter *l. 40; opp.* leniter *l. 53* [*cf. l. 57*]): **1** *respicitur modus loquendi, orandi, disputandi:* **a** *in defendenda doctrina* (*saepius accedit ad verba certandi*): CIC. ac. 2, 9 plerique errare malunt eamque sententiam, quam adamaverunt, -issime defendere quam sine pertinacia, quid constantissime dicatur, exquirere. 2, 65 si in minimis rebus pertinacia reprehenditur ..., ego de omni statu consilioque totius vitae ... certare cum aliis -r ... velim? CHALC. comm. 162 adversus quae tam -r et ipso fato violentius instituta (*sc. de fato*) quid respondebimus? AVG. bapt. 5, 10, 12 *si quis aliter sentit,* non ago -r (*sim. controversiae occurritur*: divers. quaest. 80, 3 non ... opus est -r agere. doctr. christ. praef. 9. in Rom. imperf. 13, 7 non -r agendum est, ut ei quisque consentiat). civ. 22, 20 p. 602, 2 si contenditur in ea quemque statura corporis resurrecturum esse, in qua defunctus est, non -r resistendum est (c. Petil. 3, 33, 38 p. 192, 27 *Petilianum,* ubi forte conatur pro causa quasi -r resistere, ubique facillime superari). *al.* **b** *in qualibet condicione*: FEST. p. 282 (*suppl. e* PAVLO) ⟨causidicum pugnacite⟩r loquen⟨tem 'rabulam' appellabant⟩ (*affertur Lucil. 1289*). SEN. dial. 5, 36, 4 in illa disputatione -ius locutus es; ... illum liberius admonuisti, quam debebas. QVINT. inst. 9, 4, 126 ubicumque acriter erit et instanter ⟨et⟩ -r dicendum, membratim caesimque dicemus ([*huc spectat* GLOSS. *l. 29*]. 9, 4, 130 quis dubitat alia lenius alia concitatius, alia sublimius alia -ius ... esse dicenda?). AVG. in Rom. imperf. 11, 3 Iudaei, qui adversus eum *Paulum* -r oblatrabant.

2 *vario respectu de iis, quae fiunt: magna vi naturali*: SEN. nat. 1, 2, 11 cum sidera circumiectum aëra luce leni non -r nec aspere feriunt, *corona circa ea fit.* *ardore animi*: AMM. 14, 6, 25 *nonnulli* -r aleis certant. AVG. serm. 50, 1 *Manichaei* euangelium veteri legi student -r comparare, ut sibi utraeque scripturae velut adversariae contrariaeque videantur.

deriv.: pugnacitas. *compos.*: perpugnax.

cf. Onom. *van den Berg.*

pugneus, -a, -um. *a* pugnus (*formatione iocosa*). *i. q. e pugnis constans*: PLAVT. Amph. 296 certe advenientem hic me hospitio -o (pugne *codd.*) accepturus est. Rud. 763 tibi messis in ore fiet mergis -is (*v. Marx ad l.*).

[pugnicula *lexica vet. perperam e Catone afferunt sec. Perott. corn. Cop. 9, 3; v.* CATO orat. 102 *et* FEST. p. 242, *ubi trad.* punctatoriolas (pugnariolas *Jordan dubitanter*).]

pugnito, *inf. perf.* -asse. *a* pugnare. *i. q. pugnare solere*: PAVL. FEST. p. 77 togis incincti -asse dicuntur *veteres* (*v. p. 1530, 28 sqq.*).

pugnitus *adv.* *a* pugnus. *i. q. pugnis, per pugnos*: CAECIL. com. 49 qui se⟨se⟩ malit -s pessum dari (*locum explicat* NON. p. 514, 8 -s pro pugnis). *Wieland.*

⁂**pugno,** -āvī, -ātum, -āre. [*a* pugnus, *haud a* pugna, *quippe cum notio primaria sit fere i. q. 'pugnis dimicare, ferire', quae elucet fort. etiam in compos.* oppugnare (*v. vol. IX 2, 802, 1*); *cf. Ernout-Meillet, Dict. ⁴1959, 543b. Fo.*] *abbrev.* -bit *vel* -bunt CIL IV, *sc.* pug 1193. 7994. *al.,* pugn 1179 sq. 7992. *al.,* pugna 1183 (*bis*), pugnab 1189. NOT. Tir. 45, 99 -at. *abl. sing. gerund.* pucnandod INSCR. column. rostr. (Inscr. Ital. XIII 3, 69) 5 (*aet. imp. in., sed repeti vid. exemplar saec. III ex. a. Chr.; sunt, qui inde restituant* 10 pucn⟨...⟩). *de notione et differentia*: CHAR. gramm. p. 388, 3 (*disting.* -are, oppugnare et inpugnare, *v. vol. IX 2, 801, 63 sqq.*). SYNON. Cic. p. 415, 12 arma fert. ... bellum gerit, indicit, infert, -at, denuntiat. ... proeliatur *eqs.* GLOSS. -o: *πυκτεύω.* II 411, 62 *πολεμῶ*: bello, -o, expugno, ineo bellum. 426, 8 *πυκτεύω ἀντὶ τοῦ μάχομαι*: -o. GLOSS.ᴸ I Ansil. PU 122 sqq. (cod. Paris.) -at. contendit. nititur. laborat. intendit. ... dimicat. gestat. ... proelium facit. 135 -at: resistit (restitit *ed. errore*). *sim. al.* (*cf. l. 31*). *legitur inde a* PLAVTO, ENN., TER., CATONE *per totam latinitatem.* [*vi propria, cum infima aetate passim substitutum sit* combattuere, *non nisi francog. vet.* pugnar, poignier. *vi deflexa: tusc. vet.* pugnare *'niti', dial. Tridenti et Bormii* puñar, poñer *'cornibus petere', sard. centr.* punnare *'propensum esse', prov. vet.* ponhar *'niti' ut hisp.* puñar, *port. vet.* punhar (*inde rec.* punir); *deriv. raet. occ.* puñera, *cat.* punya *'officium'. cf. M.-L. 6813. Battisti-Alessio IV 3141. Wartburg IX 513. C. S.*] [*confunditur in codd. imprimis cum verbis compos., sc.* de- PLIN. nat. 19, 52 PASS. Perp. 16, 3. *al.,* ex- HIER. epist. 57, 4, 1 psalt. sec. Hebr. 34, 1. *al.,* im- CAES. civ. 3, 94, 8 HIER. psalt. sec. Hebr. 34, 1. *al.* (*restit.* PLAVT. Men. 1054 [*v. l. 42*]), op- *v. vol. IX 2, 801, 76 sqq.,* pro- *v. p. 2140, 9 sq.,* re- CIC. de orat. 2, 222 AVG. civ. 20, 9 p. 429, 22. *al.* (*in var. l. dub.* FLOR. epit. 1, 14, 2); *ceterum e. g. cum* purgare LIV. 25, 39, 14 PLIN. nat. 19, 52. *al.* (*falso trad.* TIRO Gell. 6, 3, 15), *subst.* pugna CAES. civ. 2, 6, 3 OV. fast. 2, 801. *al.,* pugnator LIV. 9, 14, 1 SEN. contr. exc. 5, 7, 1 (*falso trad.* VET. LAT. Iudith 7, 11 [cod. 150]. SACR. Leon. 207). *vix recte trad.* GLOSS. (*inter glossas nominum*) -etis: rixas et seditiones concitatis (pugnacis: ... concitantis *van der Vliet*).]

fere i. q. contendere, certare, proeliari (*sc. fere intrans. [pass. impers. passim inde a* PLAVTO; *de obi. aliisque struct. v. appendicem]; notio originaria, q. e. pugnis certare, sublucet l. 42. 60. p. 2553, 20. al.; saepe accedit color resistendi, v. imprimis p. 2554, 66, laborandi, nitendi p. 2557, 46. 69. al., eventus felicis p. 2554, 53; in contextu variat e. g. cum* bellum gerere *p. 2554, 18. 25. 2555, 20. al.,* certare *p. 2553, 27. 2555, 53. 56. al.,* proeliari *p. 2553, 40. 54. 2556, 46. al.* [*cf. p. 2554, 15*]): **I** *respicitur certamen vi vel armis factum* (*aliis rebus adhibitis pro armis sub B2a*): **A** *in variis condicionibus:* **1** *-ant homines:* **a** *quilibet* (*imprimis de rixantibus*): PLAVT. Men. 1054 ego accurro teque eripio ⌊vi -ando⌋ (vel inpugnando *vel* oppugnando *trad.; cf. 1012* pugnos ... obseram). Merc. 119 et currendum et -andum et ... iurigandum est in via *frequenti.* Rud. 1011 vis -are? :: quid opust? 1042. TER. Hec. 41 populus convolat *ad ludos gladiatorios,* ... -ant de loco. POMPON. Atell. 73 cum contubernale -vi, quia meam cenam ⟨...⟩. CIC. Mil. 29 cum ad raedam -ari viderent *servi Milonis* (*in eadem re*: ASCON. Mil. p. 37, 10 *nec Clodii nec Milonis* consilio -tum esse ..., verum ... ex rixa servorum ad [eandem] caedem perventum). HOR. carm. 1, 27, 2 scyphis -are Thracum est. CVLEX 389 quis *viribus senilibus pastor* infestum -ans devicerat hostem (*sc. serpentem; item -atur cum animalibus*: PROP. 2, 24ᵇ, 25 *amator tuus,* si libitum tibi erit, Lernaeas -et ad hydras. PLIN. nat. 19, 52 -are cum feris. *al.; cf. p. 2553, 8*). OV. met. 7, 610 *in exsequiis* reverentia nulla est, deque rogis -ant, alienisque ignibus ardent. MANIL. 2, 474 a triquetris *signis* ... orti -ant fugiuntque vicissim. ASCON. Mil. p. 41, 16 inter candidatorum Hypsaei et Milonis manus in via Sacra -tum est. PETRON. 108, 9 perseverat dimicantium furor, illis pro ultione, nobis pro vita -antibus. QVINT. inst. 2, 20, 10 latro -bit acriter, virtus tamen erit fortitudo. decl. 335, 5 non stetit mecum filius, cum pro me -rem (*sc. contra latrones; in eadem re* 335, 13). SVET. Aug. 45, 2 pugiles ... catervarios ... -antis temere ac sine arte. *al.* **b** *gladiatores (martyres p. 2553, 14) in ludis circensibus certantes* (*exempla selecta inde a* LIV.): LVCIL. 156 occidam illum ... et vincam; ... odi hominem, iratus -o. CIC. Quinct. 29 Alfenus ... cum isto gladiatore vetulo, *sc. Naevio,* cotidie -bat (*in imag. ut e. g.* Pis. 28 *Gabinius* erat gladiator ... et cum pari gladiatore, *sc. Clodio,* -bat. VARRO ling. 10, 19 *etiam nomina* in eandem arenam vocare -tum. HOR. sat. 1, 7, 19 Rupili et Persi par -at *in lite forensi*). de orat. 2, 325 (*comparantur gladiatores et oratores*) eius modi illa prolusio debet esse, non ut Samnitium, qui vibrant hastas ante pugnam, quibus in -ando nihil utuntur, sed ut ipsis sententiis, quibus proluserint, vel -are possint. LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 138 cum ... gladiatores ibei -bunt. LIV. 31, 50, 4 *gladiatorum* paria quinque et viginti -arunt. FEST. p. 285 retiario -anti adversus murmillonem. SEN. epist. 7, 3 quidquid ante -tum est *in ludis gladiatoriis.* 7, 4 exitus -antium mors est. PLIN. nat. 15, 78 quod *gladiatorium munus* novissime -vit in foro. CIL IV 7992 (*aet. Nero-*

[Baraz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nis) glad(iatorum) par(ia) X pugn(abunt) Pompeis *die quodam* (*sim. saepius in edictis munerum edendorum, e. g.* 1190 A. Suetti Certi aedilis familia gladiatoria -bit *eqs.* 7986a). QVINT. inst. 2, 8, 14 *Nicostratum* luctando -andoque ... invictum. S. C. de sumpt. lud. glad. (CIL II 6278) 36. CAPER gramm. VII 104, 12 inversis armis -asse gladiatores non est dicendum, sed versis, hoc est transmutatis. PASS. Perp. 10, 6 *in somnio* exivit quidam contra me Aegyptius ... -turus mecum (*gr. μαχησόμενος μοι*). *al.* *cum animalibus* (*cf. p. 2552, 52*): LEX Iul. Pap. (dig. 38, 1, 37 pr.) qui *libertini filius* ... operas suas, ut cum bestiis -ret, locaverit. CIL IV 1989 heic venatio (*i. familia venatoria*) -bet V K(alendas) Septembres, et Felix ad ursos -bet. VET. LAT. I Cor. 15, 32 (cod. 75, *sim. al. et* VVLG.) si secundum hominem ⌊besteis -vi⌋ Ephesi, quid mihi prodest? (*in imag. de quibuslibet periculis subeundis? vix recte proprie explicat* AMBROSIAST.; ⌊ ⌋ *gr. ἐθηριομάχησα. per martyrium ut*: PASS. Perp. 7, 9 munere ... castrensi eramus -turi [*gr. θηριομαχεῖν*]. HIER. hom. Orig. in Luc. 6 p. 35, 1 *Ignatius episcopus* in persecutione Romae -vit ad bestias [*gr. θηρίοις μαχησάμενον*]. *al.*). CYPR. ad Donat. 7 *gladiatores* -ant ad bestias non crimine, sed furore. FIRM. math. 8, 10, 4 venatores arenarii parabolarii, qui sub conspectu populi in caveis cum feris -ent. *al.* **c** *athletae de praemio contendentes* (*sc. imprimis pugillando; cf. p. 2556, 53*): VARRO ling. 8, 15 a -ando ... 'pugiles'. SEN. contr. exc. 5, 3 them. cum *fratres pancratiastae* compositi essent, ut simul -rent, accessit ad -antes pater *eqs.* (*inde in imag. ad patrem*: 5, 3, 1 tertius sine sorte -asti et utrumque vicisti). SEN. epist. 78, 16 *athletae* ferunt ... omne tormentum gloriae cupiditate nec tantum, quia -ant, ista patiuntur, sed ut -ent. PAVL. dig. 11, 5, 2, 1 si quis certet ... currendo saliendo luctando -ando. VET. LAT. II Tim. 2, 5 (Cypr. Fort. 8, *sim. al.*) si certabit quis, non coronabitur, nisi legitime -verit (*gr. ἀθλήσῃ, cod. 75. al. et Vulg.* certaverit).

2 *-ant animalia* (*corporis partes l. 35. 41; homines -antes cum animalibus v. p. 2552, 52. l. 8; cf. B1b*): VARRO rust. 2, 3, 8 inter se cornibus -ant *caprae.* 2, 7, 10 *equae. al.* HOR. carm. 3, 5, 31 si -at extricata densis cerva plagis. OV. am. 2, 12, 25 vidi ego pro nivea -antes coniuge tauros. ars 2, 465. fast. 3, 37 (*in Rheae Silviae somnio*) picus ... gemino pro stipite -ant et lupa. hal. 4 -ant virtute leones et morsu canes. SEN. epist. 113, 9 unumquodque *capitum hydrae* per se -at, per se nocet. PLIN. nat. 8, 17 Verrius eos *elephantos* -asse in circo ... tradit (*sim. -ant elephanti in ludis circensibus*: 8, 22 -vere ... viginti *e.* contra pedites D iterumque totidem turriti cum ... propugnatoribus. *al. apud eundem*). 8, 100 *panthera* vivacitatis adeo lentae, ut eiectis interaneis diu -et (*cf. Sol. 17, 10* mortem ... differant). 8, 142 -asse adversus latrones canem pro domino (*cf. ibid.* proeliati). *al.* SIL. 4, 379 *leonibus inter se proeliantibus* -ant ... feri sub dentibus artus. HOMER. 149 (*sec. Hom. B 308 sqq.*) ipsam invalido -antem corpore ... matrem *pullorum contra serpentem. al.*

B *in bello, acie sim.*: **1** *strictius -ant ipsi proeliantes*: **a** *homines*: **α** *exercitus, milites* (*classis sim. p. 2554, 1; sing. collect. v. p. 2554, 3; exempla pauca selecta inde a* CIC.): PLAVT. Amph. 427 legiones cum -bant maxume (BELL. Alex. 40, 3. AMM. 26, 7, 15 cum l. iam -turae congrederentur. HIST. AVG. Alex. 54, 7). Asin. 555 eae nunc legiones, copiae exercitusque ... vi -ando periuriis nostris fugae potiti (*in imag. ut*: Men. 129 -vi fortiter, *sc. surripiendo uxoris pallam.* Mil. 267 CIC. Scaur. 20. *et saepe, v. etiam sub II*). Curc. 575 ita me machaera et clupeus ⟨...⟩ bene iuvent -antem in acie. *al.* ENN. ann. 345 *legio murmurans,* quae denique ⌊pausa⌋ -andi fieret (⌊ ⌋ causam *trad.; cf.* mora -andi: BELL. Afr. 49, 1 LIV. 28, 33, 13. *al.*). scaen. 5 mortales inter se -ant proeliant. CATO orig. 83 fortissimus quisque ... ad occursandum -andumque. 99 signis conlatis aequo fronte peditatu, equitibus atque alis cum hostium legionibus -vimus. PACVV. trag. 439 ut *rex* leges su⟨g⟩gerat sis (*i.* suis) -andi. HEMINA hist. 34 in Hispania -tum bis. SVLLA hist. 3 (*si recte huc*) nos ..., qui ... pro vobis potius quam contra vos -emus. QVADRIG. hist. 1. 10[b] utrisque summo studio -antibus. 60 aliquantisper -to nihil promovet Poenus (pugno *var. l.*). RHET. Her. 3, 10, 18 illa *instructio militum* in -ando. 4, 9, 13. CIC. S. Rosc. 137 *ii,* qui contra omni ratione -arunt. Att. 8, 3, 7 cum firmo exercitu et -are cupiente (LIV. 5, 33, 6 PAVL. FEST. p. 225 SEN. contr. 2, 6, 4. *al.*). fam. 4, 7, 2 non ... iis rebus -bamus, quibus valere poteramus, consilio, auctoritate, ... sed lacertis et viribus. VARRO ling. 5, 89 'hastati' dicti, qui primi hastis -bant. CAES. Gall. 2, 21, 4 -antibus occurrit *Caesar* (*item part. praes. pro subst.*: 3, 25, 1 speciem ... -antium *praebere. al.* SALL. Iug. 97, 5 hist. frg. 1, 108 NEP. Thras. 1, 4 Hann. 11, 5 LIV. 3, 28, 7. 28, 22, 15 in orbem -antes. *et saepius*). SALL. Iug. 107, 1 (*inde sim.* SVLP. SEV. chron. 2, 21, 6) saepe antea ⟨a⟩ paucis strenuis advorsum multitudinem bene -tum *esse.* LIV. 7, 26, 8 duorum militum (*sc. M. Valerii et Galli cuiusdam*) ..., inter quos -tum erat (*respicitur certamen singulare ut e. g.* 25, 18, 12 extra ordinem in provocantem hostem -are. VET. LAT. I reg. 17, 33 [Ambr. in psalm. 118 serm. 18, 24, 2; *Saul ad David*] non potes ... -are cum eo *Goliath,* quoniam tu puer es [*gr. πολεμεῖν μετ' αὐτου,* VVLG. -are adversum eum]). 37, 28, 8 quae *naves* ... in latera exeuntium navium -rent (37, 30, 1. 6. 45, 22, 11 numquam vestrae n. -vere sine nobis). *et passim.* *pro subi. ponitur sing. collective*: ENN. ann. 252 alter nare cupit, alter -are paratust (*si recte intell. Skutsch, ed. 1985, 420*). LIV. 3, 2, 11 Romanus ira odioque -bat (9, 3, 2 R. in perfidum Samnitem -anti. *al. apud eundem*). 3, 18, 9 *miles* prius vicit, quam se -are sine duce sentiret (VELL. 2, 85, 3 Antonius fugientis reginae quam -antis m. sui comes esse maluit. SIL. 5, 627. *al.*). 28, 3, 8 eo superare hostem, quod ex muro -ret (39, 31, 3 quas *legiones* cum aliter moveri loco non posse hostis cerneret, cuneo institit -are). *al.* **β** *duces* (*sc. eorum exercitibus subintellectis; uxor ducis l. 17; exempla paucissima*): INSCR. column. rostr. (Inscr. Ital. XIII 3, 69) 5 *Duilius* Macel⟨am ... opidum p⟩ucnandod cepet (*sim. fort.* 10; *cf. p. 2552, 6*). CIC. Phil. 2, 75 quem erat aequissimum contra Cn. Pompei liberos -are? Att. 8, 3, 7 Afranium ... cum Trebonio -asse. LVCR. 4, 967 *in somniis videmur* induperatores -are ac proelia obire. SALL. Catil. 9, 4 qui contra imperium in hostem -verunt. AVGVSTVS Mart. 11, 20, 7 (*Fulvia M. Antonii uxor ad Octavianum*) aut futue *me* aut -emus. OV. trist. 2, 173 per quem *Tiberium* bella geris, cuius nunc corpore -as, *Auguste.* LIV. 2, 45, 7 *consules* -are cupiebant. *et passim.*

b *animalia* (*sc. more militari -antia; aliter sub A2*): VARRO rust. 3, 16, 35 quae *apes* crebrius inter se -bunt. LVCAN. 9, 850 pro Caesare -ant dipsades *contra Catonis milites.* PLIN. nat. 6, 32 in ea *insula Marti sacra* volucres cum advenis -asse pinnarum ictu (*cf. Mela 2, 98* aves ... pinnas quasi tela iaculatas). SIL. 6, 679 turmis ... minantibus ultro -bat serpens et cum duce bella gerebat. *al.*

c *dei, angeli* (*sc. -antes inter se vel contra homines*): SIL. 6, 589 (*in precibus*) iam parcite, si qua numina -astis nobis (HOMER. 922 sancta ... -arunt inter se n. divum. AVG. civ. 2, 25 p. 89, 33. *al.*). HOMER. 532 -at bellipotens casta cum Pallade Mavors. 544 pro Danais -are deos (AVG. civ. 2, 25 p. 90, 22 inter se. *al.*). VET. LAT. Dan. 10, 20 (cod. 176. 177; *angelus ad Danihelem*) nunc convertar et -em cum principe Persarum (*gr. τοῦ πολεμῆσαι, Vulg.* proelier). apoc. 12, 7 (cod. 55, *sim. al.*) factum est bellum in caelo, Mic(h)a⟨el et an⟩geli eius ut -rent cum dracone (*ceterum cf. p. 1647, 43 sqq.*). 19, 11 (cod. 51, *sim. al. et* VVLG.) *in novissimo adventu Christus* cum iustitia iudicabit et -at (*gr. πολεμεῖ, Cypr. testim. 2, 30. al.* proeliatur, *sim. al.*). *al.*

2 *laxius -are dicuntur*: **a** *duces subsidiis non militaribus usi*: QVADRIG. hist. 41 (*consules ad Pyrrhum*) nobis non placet pretio aut praemio aut dolis -are (NEP. Hann. 10, 4 dolo erat -andum). HIER. epist. 60, 17, 2 (*respic. exod. 17, 8 sqq.*) Moyses contra Amalec non gladio, sed oratione -vit (*cf.* AVG. civ. 5, 26 p. 239, 16 contra cuius *Eugenii* ... exercitum magis orando quam feriendo -vit *Theodosius*). **b** *ipsum* bellum (*cf. p. 2552, 75. 2553, 10*): OV. met. 1, 142 *aetate ferrea* prodit b., quod -at utroque, *sc. ferro et auro.* MANIL. 2, 902 (*in imag.*) b. ... morborum caecis -antia telis. **c** *res proeliantibus succurrentes vel nocentes*: PETRON. 123 vers. 187 prima ... glacies et cana vincta pruina non -vit humus, *sc. contra exercitum Caesaris Alpes transcendentem.* PANEG. 12, 4, 2 quod ..., innumerabiles licet ille *Maxentius* copias pro se obiceret, pro te, *Constantine,* tamen iustitia -ret. VEG. mil. 3, 9, 8 fames, ut dicitur, intrinsecus -at et vincit saepius sine ferro.

II *respiciuntur vario modo factae contentiones*: **A** *usu communi -atur*: **1** *agendo, movendo, statu*: **a** *generatim*: **α** *cum respectu effectus de iis, qui bene -verunt*: PLAVT. Epid. 493 eugae, Epidice, frugi es: ⌊-visti⌋ (⌊ ⌋ *ironice, cf. enim 488* istic homo te articulatim concidit, senex). TER. Ad. 843 *cum filio psaltriaque rus ibo.* :: -veris: eo pacto prorsum illi adligaris filium (*cf.* DON. *ad l.* 2 magnam rem feceris).

β *notione sollemni*: Ⓘ *de iis, qui (quae) aggrediuntur, infestant sim.*: CIC. Quinct. 79 illinc ... cupiditatem -asse et audaciam, hinc veritatem et pudorem ... restitisse. Sull. 62 ut consulere voluerit fratri, cum re publica -are noluerit *Caecilius.* fam. 1, 9, 21 *non* -andum arbitrarer contra tantas opes. LVCR. 2, 868 neque id manifesta refutant nec contra -ant, in promptu cognita quae sunt. OV. trist. 1, 11, 41 improba -at hiems (Pont. 1, 7, 12. *adde p. 2558, 7*). SEN. dial. 6, 1, 8 contra inveterata *vitia.* 10, 10, 1 contra affectus impetu, non subtilitate -andum. *al.* QVINT. inst. 2, 8, 10 *non* ego contra naturam *mei ingenii* -o. *al.* Ⓘⓘ *de iis, qui (quae l. 73) contra res irruentes, impedientes resistunt, se defendunt sim.*: CIC. Planc. 94 cum tempestate -em periculose potius, quam illi ... obtemperem *portum petens*? Cato 35 -andum, tamquam contra morbum, sic contra senectutem (*cf.* SEN. dial. 10, 20, 4 cum imbecillitate corporis -ant *senes*). LVCR. 2, 280 esse in pectore nostro quiddam, quod contra *vim externam* -are obstareque possit (*sc. voluntas propria*). VERG. Aen. 11, 600 *equus* pressis -at habenis ([SERV. auct. '-at' ... pro 'repugnat']. STAT. Theb. 8, 289 [*in imag.*] ne -et volgus h.). AETNA 470 pars lapidum domita est, stanti pars ⌊robore -at⌋ nec recipit flammas (⌊ ⌋ *Baehrens,* robora pugnae *trad.*). OV. fast. 3, 307 sq. *Faunus Picusque* -ando vincula temptant

[Baraz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rumpere; -antes fortius illa tenent (*sim.* SEN. Phaedr. 1087 quanto magis -at *Hippolytus,* sequaces hoc magis nodos ligat). 3, 589 *navis vento rapta* in ... patens aequor frustra -ante magistro fertur. Pont. 1, 2, 27 me -antem cum frigore cumque sagittis cumque meo fato. LIV. 44, 7, 11 cum ipsa difficultate rerum -andum erat. SEN. Thy. 502 praeda cum propior fuit, cervice tota -at *canis* ... seque retinenti *domino* eripit (*cf. 497* loro tenetur). HOMER. 918 (*sec. Hom. Φ 324sqq.*) *Achilles* omni corpore saevas contra -at ⌊aquas *Xanthi*⌋ (*nisi* ⌊ ⌋ *de ipso fluminis deo accipias, ut ad IB1a pertineat*). *al.* Ⓘⓘⓘ *de rebus, quae inter se confligunt, discordant, contraria sunt* (*part. praes.* -ans *vergit in vim adi. l. 11sq. 25. al.*): CIC. Cael. 12 (*de Catilina*) monstrum ... ex contrariis diversisque ⟨et⟩ inter se -antibus (repug- *cod. unus*) naturae studiis cupiditatibusque conflatum (fin. 1, 58 *animus* -antibus et contrariis s. consiliisque semper utens [*antea*: animus a se ipse dissidens secumque discordans]). LVCR. 2, 409 *levia et aspera* dissimili inter se -ant ... figura. 6, 98 *tonitrus fit,* quia concurrunt ... nubes contra -antibus ventis (AETNA 319sq. *venti* -ant in faucibus *cavernarum*; artē [artum *Haupt*] -antis suffocat iter). *al.* OV. met. 1, 19 obstabat ... aliis aliud, quia corpore in uno frigida -bant calidis, umentia siccis *eqs.* MANIL. 2, 423 (*in imag.; de signis contrariis, cf. 417* Cancer ... tibi, Capricorne, repugnat) sic bellum natura gerit, discordat et annus, ne mirere in ea -antia sidera parte. 3, 244 cum spatium *diurnum* (*sc. per totum annum*) non sit ⌊sibi par⌋ -antibus horis (⌊ ⌋ *Heinsius,* tantum *trad.*). *al.* SEN. dial. 8, 5, 6 utrum contraria inter se elementa sint, an non -ent, sed per diversa conspirent (APVL. mund. 19 p.333 cum ex ⌊diversis atque inter se -antibus⌋ e. mundi natura conflata sit [⌊ ⌋ *gr. 396a33 ἐναντίων*]. CLAVD. rapt. Pros. 1, 42). nat. 2, 13, 4 *in aethere* certa et ordinata non -ant. *al.*

b *speciatim*: **α** *in re amatoria* (*saepius -ando resistitur amanti, ut vergat ad IA1a; hucine l. 61?*): LVCIL. 1323 vicimus, o socii, et magnam -vimus pugnam (*huc trahit Don. p.2543, 38*). CATVLL. 37, 13 (*in imag.*) pro qua *puella* mihi sunt magna bella -ta. *al.* VERG. Aen. 4, 38 (*Dido ad Aenean*) placitone etiam -bis amori? ([*huc spectat p.2557, 29 et* GLOSS.^{L} I Ansil. PU 100 -bis: resistes]. OV. epist. 17, 189 dum novus est, potius coepto -emus a. *cf.* LACT. epit. 10, 3 cum amore). TIB. 1, 4, 54 *puer* -bit, sed ⌊tamen apta⌋ *oscula* dabit (⌊ ⌋ male rapta *Sandbach, sim. alii*). 1, 8, 37 dare ... -antibus umida linguis oscula. OV. am. 1, 5, 14sq. -bat tunica ... illa *Corinna* tegi; quae cum ita -ret, tamquam quae vincere nollet, victa est. ars 3, 589 ponite iam gladios hebetes, -etur acutis. fast. 2, 801 quid faciat *Lucretia*? -et? vincetur femina ⌊-ans⌋ (pugna *var. l.*). *al.* PETRON. 9, 9 (*Ascyltos Encolpio*) non taces ..., qui ne tum quidem, cum fortiter faceres, cum pura muliere -asti? *al.* **β** *in medicina* (*cf. p.2554, 68; -ant medici vel remedia contra morbos praeter l. 46. 49*): OV. met. 7, 526 -tum est arte medendi (*sc. contra pestilentiam*). CELS. 3, 4, 8 quamdiu supererunt *vires,* abstinentia -et. 5 praef. 1 quae *medicinae pars* magis medicamentis -at (*sim. ibid.* 3). 6, 6, 37^{A} -andum est per eadem omnia, quae *antea* ... praecepta sunt. *al.* SEN. dial. 5, 10, 3 *in morbo comitiali* fomentis contra frigus rigoremque -atur. CAEL. AVR. acut. 2, 19, 123 -at ... purgationi faciundae illatum cibi nutrimentum. 3, 3, 23 multi *medici* ... sola aversione materiae -antes. 3, 18, 187 quae *curationes sim.* omnia sunt ... incongrua, siquidem -ent phlebotomiae laxamento. *al.*

2 *verbis, cogitationibus sim.*: **a** *-ant disputantes, litigantes*: **α** *de variis rebus* (*in vita publica vel re forensi praeter l. 59. 61; cf. p. 2552, 67*): LVCIL. 1232 uni se ... studio omnes dedere *in foro*: ... verba dare ut caute possint, -are dolose, blanditia certare. RHET. Her. 4, 1, 2 non ... ridiculus sit, si quis in lite ... domesticis testimoniis -et? CIC. div. in Caec. 44 tibi cum homine disertissimo ... esse certamen, quicum modo disserendum, modo omni ratione -andum certandumque sit. Verr. II 3, 209 (*antea*: Africanos mihi et Catones ... commemorabis) contra hominum auctoritatem -are non potero. Caecin. 81 quid est, Piso? placet tibi nos -are verbis? Arch. 19 permulti ... -ant inter se atque contendunt, *sc. de Homeri civitate.* or. frg. A 8, 1 -em aperte contra nobilissimorum voluntates? PROP. 1, 10, 21 tu cave, ne tristi cupias -are puellae (*nisi ad 1bα*). QVINT. inst. 5, 7, 27 saepe *testes,* qui adversus insectantem -assent, modestia mitigantur. PLIN. epist. 2, 3, 3 *Isaeus* prohoemiatur apte, narrat aperte, -at acriter. CALP. decl. 15 (*reus petit, ut puniatur*) sto et -o pro legibus. *al.* **β** *de quaestionibus artis, doctrinae*: CIC. orat. 237 habes meum de oratore ... iudicium ...; in quo neque -bo tecum neque *eqs.* fin. 2, 68 -ant Stoici cum Peripateticis. nat. deor. 3, 9 tu auctoritates contemnis, ratione -as (*syn.* contendere). 3, 72 *Caecilius* (*com. 199sqq.*) Academicorum more contra communem opinionem non dubitat -are ratione. div. 2, 27 cum explicare nihil posses, -asti commenticiorum exemplorum mirifica copia. QVINT. decl. 268, 9 *philosophi* -ant inter se atque dissentiunt, *sc. de summo bono.* IREN. 2, 13, 10 *gnostici* de ... emissione Hominis et Ecclesiae ... -ant adversus invicem. ARNOB. nat. 2, 57 argumentis. FIRM. math. 1, 1, 2 quanto vehementius -ant ..., tanto fidem astrologiae vehementius ... confirmant *mathematici.* HIER. epist. 49, 13, 2 aliud est quaerere, aliud definire; in altero -andum, in altero docendum est. CAEL. AVR. acut. 1 praef. 16 ex qua *dicendi ambiguitate* eius *Asclepiadis* sectatores inter se plurimum -verunt. chron. 2, 13, 183 de schemate iacendi ... varia disceptatione -tum est. *al.*

b *-ant verba, argumenta, sententiae sim.*: **α** *usu communi de iis, quae opponuntur*: Ⓘ *aliis contrariis* (*part. praes.* -ans *vergit in vim adi. vel subst. e. g. l. 8. 15. 19. 26*): CIC. orat. 38 ut crebro conferant⟨ur⟩ -antia comparent⟨ur⟩que contraria *verba* (QVINT. inst. 7, 10, 17 *applicare* v. verbis ... non -antia, sed quae invicem complectantur). Tusc. 3, 49 omnia *haec, quae Epicurus asserit,* philosopho digna, sed cum voluptate -antia. LIV. 35, 8, 4 litteras *duas* ... inter se -antes (CONC.^{S} I 5 p.360, 20 si quis his, quae nunc decreta sunt, -antes l. attulerit [*gr. I 1, 7 p. 122, 21 μαχόμενον*]). SEN. benef. 2, 34, 2 quod dico ..., quamvis ... contra opinionem tuam -et. PLIN. nat. 28, 81 quae ... alia nuncupavere *auctores quidam* ... inter ipsa[s] -antia (*antea*: inter se contraria). STAT. Theb. 10, 580 nec non ancipitis -at sententia vulgi discordesque serit motus (PLIN. epist. 8, 14, 6 distinctio -antium s.). QVINT. inst. 7, 7, 10 quae *senatus consulta* ... inter se -ent (*cf. antea*: colliduntur). CELS. dig. 50, 17, 188 pr. ubi -antia inter se in testamento iuberentur, neutrum ratum est. GELL. 16, 8, 13 (*respic. διεζευγμένον ἀξίωμα*) omnia ..., quae disiunguntur, -antia esse inter sese oportet (*postea*: inter se adversa. *in eadem re*: 16, 8, 14 *si,* quae disiuncta sunt, non -bunt [imp- *cod. unus*], aut, quae opposita eorum sunt, contraria inter sese non erunt. *ibid. iterum*). APVL. Plat. 1, 3 p.187 sibi ... invicem necessarias partes *tripertitae philosophiae* nec -are inter se tantummodo, sed etiam mutuis adiuvare auxiliis. AVSON. 21 (419 S.), 68 quis oratorum ... facunda cultius, -antia densius (distinctius *Green dubitanter*) ... dixit *quam tu, Gratiane*? *al.* ⓘⓘ *sibi* (*sc. quod in se discors est, ut arcuerimus plur., v. l. 6sqq., nec non l. 16. 62*): HOR. epist. 1, 1, 97 mea ... -at sententia secum ([mecum *var. l.*]. OV. met. 15, 27).

β *usu peculiari: de scriptis cum fama auctoris male congruentibus*: SEN. contr. 10 praef. 3 extant libelli *a Scauro neglegenter conscripti,* qui cum fama eius -ant. *absolute de vi sententiarum parum fortium*: FRONTO p.153, 16 sententias eius *Senecae* ... nusquam -are, nusquam ⟨ma⟩iestatem studere.

B *usu christ. respicitur pugna spiritalis*: **1** *-ant homines vel res ad eos pertinentes*: **a** *haeretici vel ethnici* (*Christus sec. fidem Iudaeorum l. 41; -atur contra deum, veram fidem sim.*): VET. LAT. II Macc. 7, 19 (rec. L, *sim. cett.; martyr ad regem*) ne te aestimes inpunem futurum, cum ⌊contra deum -are⌋ tem(p)taveris ([⌊ ⌋ *gr. θεομαχεῖν*]. HIL. c. Const. 7 c. d. -as [-ans *var. l.*], c. ecclesiam saevis). IVVENC. 4, 562 (*respic. Matth. 26, 65* blasphemavit) audistis -antis foeda profani verba deo. FILASTR. 29, 9 *cum Simon magus* -ret cum beato apostolo *Petro* apud Neronem regem. *al.* **b** *martyres* (*cf. p.2553, 14*): CYPR. epist. 10, 1, 1 crevit pugna, crevit et -antium gloria. 28, 1, 1 (*ad confessores*) initia felicia -andi orta sunt (*antea*: vos spiritale certamen ... vestris virtutibus inbuistis). 58, 8, 1 proeliantes nos et fidei congressione -antes spectat deus. FILASTR. 89, 6 si fortiter quis (*sc. peccatorum paenitens*) -verit per martyrium, recipiet pristinam sanitatem. AVG. civ. 22, 6 p.563, 25 civitas Christi ... adversus impios prosecutores suos, *non* pro temporali salute -vit (*opp.* repugnavit). *ibid.* p.563, 28 non erat eis pro salute -are nisi salutem pro salvatore contemnere. *al.* **c** *fideles vel sancti* (*sc. contra vitia, diabolum vel pro fide sim.*): VET. LAT. I Cor. 9, 26 (cod. 75. *al., sim. al. et* VVLG.; *in imag. pugillationis*) sic -o, non quasi aërem caedens (*gr. πυκτεύω. cf. etiam* AMBROSIAST. *ad l.* hoc est: non verbis magis, sed rebus contendo). PASS. Perp. 10, 14 intellexi me non ad bestias, sed contra diabolum esse -turam (*gr. πρός ... πρός ... ἐστιν ἡ ἐσομένη μάχη*). AMBR. paenit. 1, 5, 25 si armato ignoscis, qui repugnare potuit (*sc. hosti*), non ignoscis ei, in quo sola -bat fides? ([*sc. contra persecutorem*]. *ponitur pro persona*: PRVD. perist. 2, 17 *in martyrio Laurentii* armata -vit F. proprii cruoris prodiga. psych. 22 prima petit campum dubia sub sorte duelli -tura F.). HIER. epist. 14, 3, 6 si credunt in Christo, faveant mihi pro eius nomine -turo. 54, 9, 3 grandis ... virtutis est ... tecum -are cottidie. AVG. c. Iulian. op. imperf. 1, 70, 1 actio pia est ... deum colere et eius gratia contra vitia interna -are (*cf.* VAL. CEM. hom. 14, 2 si adversus superbiae vitia humilitate -emus). COMM. instr. 2, 22, 2 ex protoplausto die -atur in fine nobis; libido praecipitat: bellum est, compugna cum illo. CONC.^{S} I 2 p.12, 21 *nos* una ... -turi diabolum. SACR. Leon. 207 ut contra spiritales nequitias -turi (-tori *cod.*) continentiae muniamur auxiliis. CAES. AREL. serm. 69, 2 -vit ecclesia prioribus temporibus adversus leonem, -at modo adversus draconem. *al.*

2 *-at diabolus*: HIER. epist. 22, 29, 1 variis callidus hostis -at insidiis. AVG. civ. 20, 8 p.426, 11 cum eis, qui iam Christiani reperti fuerint, diabolum -turum. CAES. AREL. serm. 103, 3 tam diu ... aliquis diabolum contra se -antem non sentiet, quam diu opera illius exercere voluerit (*antea*: ad pugnam procedere). *al.*

[Baraz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

appendix structurarum potiorum indicantium: **1** *quis (quid) impugnetur*: **a** *praepos.*: ad: PROP. 2, 24[b], 25 ad hydras *Lernaeas.* CIL IV 1989 ad ursos. VET. LAT. Ios. 11, 5 (cod. 100) ad Istrahel (*gr. πολεμῆσαι τὸν Ἰ.*, VVLG. contra I.). Iudith 7, 11 (cod. 109. 130, *sim. al.*) ad illos (*gr. πολέμει πρός*, cod. 148. *al.* adversus, *Vulg. 7, 9 aliter*). I Macc. 3, 17 (rec. L. *al.*) ad multitudinem tantam fortem (*gr. πολεμῆσαι πρός*). PASS. Perp. 10, 14 ad bestias. CYPR. ad Donat. 7 Ps. PHILO antiq. 61, 1 HIER. hom. Orig. in Luc. 6 p. 35, 1. *al.* adversus, adversum (*cf.* a. invicem IREN. 2, 13, 10 *et* exadversus NEP. Thras. 2, 7): SALL. Iug. 107, 1 a. multitudinem. 114, 1 a. Gallos. NEP. Ham. 4, 2 a. Vettones. LIV. 27, 30, 2 a. hunc ducem atque has copias. *al.* VERR. FL. frg. Gell. 5, 17, 2 FEST. p. 285 VAL. MAX. 2, 7, 15 l. 239. *et saepe.* contra (*cf. adv.* CIC. S. Rosc. 137 LVCR. 1, 780. *al.*): SVLLA hist. 3 c. vos. (*opp.* pro vobis). CIC. Sull. 70 c. patriam. Cato 35 tamquam c. morbum, sic c. senectutem. *al.* BALB. Cic. Att. 9, 7[a], 1 c. Caesarem. VARRO ling. 9, 33 c. naturam, non c. analogian. CAES. Gall. 2, 33, 4. civ. 3, 11, 4 c. imperium populi Romani. SALL. Iug. 97, 5 c. advorsos. *et saepe.* cum: PLAVT. Rud. 1042 fiat istuc potius, quam ... -em tecum. CATO orig. 99 c. hostium legionibus -vimus. POMPON. Atell. 73 c. contubernale -vi. CIC. Sull. 62 c. re publica. Pis. 28 c. pari gladiatore. *al.* CAEL. Cic. fam. 8, 6, 4 CAES. Gall. 4, 24, 2. *et saepe.* in *c. acc.*: QVADRIG. hist. 1 in Gallos (*ad l. cf.* GELL. 17, 2, 12 'in G.' mundius subtiliusque est quam 'cum Gallis' aut 'contra Gallos'; nam pinguiora haec obsoletioraque sunt). SALL. Catil. 9, 4 in hostem. OV. am. 3, 1, 38 in me -asti. LIV. 10, 36, 6 in terga fugientium. 31, 37, 4. *et saepius in saec. I–II.* inter: ENN. scaen. 5 mortales i. sese -ant (*item* i. se(se): CIC. Arch. 19. *al.* VARRO rust. 2, 3, 8. *al.* LVCR. 2, 409. *et saepe*). BELL. Hisp. 23, 8 i. quos *Caesarianos et Pompeianos.* LIV. 7, 26, 8 i. quos *milites.* ASCON. Mil. p. 41, 16. *al.* **b** *dat.* (*cf.* SERV. Aen. 1, 475 *antiqui dicebant* '-o tibi' ...; hodie dicimus ... '-o tecum'. 4, 38 [*ad* VERG. *infra*] est graecum '-o tibi' [*respic. gr. μάχεσθαί τινι*]. *fort. huc l. 36*): CATVLL. 62, 64 noli -are duobus *parentibus.* VERG. Aen. 4, 38 amori (*v. p. 2555, 31 sqq.*). 11, 600 pressis ... habenis. HOR. sat. 1, 2, 73 meliora ... -antiaque istis. PROP. 1, 10, 21 tristi ... puellae. OV. met. 1, 19. *al., sc. fere in poesi; in prosa orat. e. g.* ARNOB. nat. 5, 10 inferenti vim filio. **c** *acc. obi.*: VET. LAT. Ios. 10, 4 (cod. 100; *verba regis*) -emus ⌊Gabaon⌋ (*gr. ἐκπολεμήσωμεν, Vulg.* expugnemus; ⌊ ⌋ *nisi est dat.*). HIER. psalt. sec. Hebr. 34, 1 -a, *domine,* contra ⌊-antes⌋ me (*Vulg.* expugna expugnantes me; ⌊ ⌋ ex-, inpugnantes *var. ll.*). CONC.[S] I 2 p. 12, 21 diabolum.

2 *cui (rei) succurratur*: **a** *praepos.* pro: SVLLA hist. 3 p. vobis. RHET. Her. 4, 9, 13 p. nobis -are. CIC. S. Rosc. 16 p. eorum honestate. *al.* CAES. Gall. 7, 39, 2 civ. 2, 28, 2. SALL. Catil. 58, 11 p. potentia paucorum. OV. fast. 3, 37. *al.* LIV. 21, 41, 14 (*v. l. 51*). *al.* **b** *dat.*: SALL. or. Macri 28 -atur et vincitur paucis. SEN. contr. 10, 2, 4 non imperatori tantum, sed patri. GRATT. 536 venanti. *al.*

3 *quid petatur, quid in discrimine prove compensatione sit*: **a** *praepos.*: ad (*c. respectu motus* MANIL.): MANIL. 3, 264 ad ... sidera Cancri. QVODV. haer. 6, 17 ad hoc laboratur, ad hoc -atur, ut legibus serviatur. symb. 3, 5, 24 ad hoc Christus -are voluit, ut *eqs.* de: TER. Hec. 41 *spectatores* -ant de loco. CIC. div. 3, 3 de dis immortalibus. OV. met. 7, 610 de ... rogis -ant. LIV. 21, 41, 14 non de possessione Siciliae ..., sed pro Italia. CVRT. 4, 14, 9 non de gloria, sed de salute ... et libertate (6, 8, 8 cum illis de s.). *al.* in *c. acc.*: OV. met. 7, 738 in mea -o vulnera. LIV. 6, 22, 3 in perniciem coloniae -andum *non esse* (37, 32, 8 in p. urbis). 21, 45, 4. 24, 2, 4 in libertatem Crotonis. *al. apud eundem.* pro: CIC. off. 1, 62 non p. salute communi, sed p. suis commodis (FIRM. ert. 20, 7 VEG. mil. 2, 24, 3. *al.*). SALL. Iug. 54, 1 p. victoria satis iam -tum *esse* (TAC. Germ. 14, 1 principes p. v. -ant, comites p. principe). OV. am. 2, 12, 25 p. nivea -antes coniuge tauros. PETRON. 108, 9 illis p. ultione, nobis p. vita -antibus. *al.*

b *acc. obi.*: CIC. Quinct. 43 (*v. p. 2558, 2*). Font. frg. 14 quid -ant, quid struunt, quid nituntur? LVCR. 5, 729 quasi id fieri nequeat, quod -at uterque *astrologus.*

c *inf.* (*acc. c. inf. l. 65*): LVCR. 2, 205 quamquam *flammas* pondera *earum* ... deorsum deducere -ent. CIC. fin. 3, 41 *Carneades* -are non desistit ... non esse rerum ... controversiam (*item acc. c. inf., sed verbo* esse *subaudiendo*: TERT. castit. 7 l. 38 ⌊-are⌋ debemus ... laicum iussum *esse* a secundo matrimonio abstinere [⌊ ⌋ *cod. A,* perferre *var. l., alii coni. alia*]). OV. am. 1, 5, 14 (*v. p. 2555, 36*). *al.*

d *enunt. secund.*: **α** *fin.*: Ⓘ ut: *accedit pron. praepar.* (*cf. l. 47 sq.*): CIC. S. Rosc. 8 si hoc solum ... -atur, ut ad illam opimam ... praedam damnatio Sex. Rosci ... accedat (*syn.* agitur). Phil. 8, 8 M. Antonius id molitur, id -at, ut haec omnia perturbet. 10, 22 qui id -ant, id agunt, ut *eqs.* *cetera exempla*: CIC. Cluent. 116 omni contentione -tum est, uti lis haec capitis aestimaretur. fam. 7, 32, 2 -a ..., ut sacramento contendas *haec* mea non esse. VELL. 2, 124, 2 -antis cum Caesare senatus ..., ut stationi paternae succederet. *al.* Ⓘⓘ ne: CIC. Quinct. 43 quid ... -as? an ... ne in civitate sit *Quinctius*? (*antea*: id ago *et* in eo laboro). fam. 3, 10, 3 illud -a et enitere, ne quid nobis temporis prorogetur. PVBLIL. sent. F 12 (*loco vexato, v. e. g. Giancotti, Riv. Fil. 97, 1969, 145 sqq.*). OV. epist. 3, 25. PLIN. epist. 8, 14, 21 -are, ne fiat *aliquid. al.* Ⓘⓘⓘ quominus: OV. epist. 19, 120 quo ... minus venias, invida -at hiems.

β *interrog.* (*sc. fere in struct. bipertita*): CIC. de orat. 1, 233 quibuscum *philosophis* ego non -o, utrum sit melius aut verius. fin. 5, 80 non -em cum homine *Epicuro,* cur *eqs.* SEN. benef. 2, 20, 2 tot milia hominum -antia, non an servirent, sed utri. LVCAN. 10, 3 -vit fortuna ducis, *sc. Caesaris,* fatumque nocentis Aegypti, regnum Lagi Romana sub arma iret, an *eqs.* NEMES. cyn. 131 *fetus* -antes ..., quis⌊nam⌋ prior ubera lambat (⌊ ⌋ non *trad.*).

4 *quo modo vel eventu -etur*: **a** *adv.* (*cf. adi. praedicative positum e. g.* CAES. civ. 1, 44, 1 LIV. 38, 21, 9 SEN. dial. 7, 25, 7): acriter: CIC. Verr. II 5, 135 acerrime (CAES. Gall. 5, 43, 4 a. fortissimeque. BELL. Afr. 78, 4 Alex. 31, 2 SALL. Iug. 97, 5. *al.*). GALBA Cic. fam. 10, 30, 3 acrius (LIV. 1, 27, 9 eo a. *al.* FRONTIN. strat. 2, 6, 2). CAES. Gall. 5, 15, 3. *al.* bene: *v. vol. II 2121, 35 sqq. et infra l. 26; addas e. g.* OV. fast. 3, 103. Pont. 2, 3, 53 b. uti -es, b. -ans efficit hostis. 3, 1, 92. comminus: *v. vol. III 1893, 41 sqq.; addas l. 25 et e. g.* CAES. civ. 1, 58, 4 (communis *fere trad.*). egregie: LIV. 3, 29, 7. 3, 70, 3. 10, 30, 1. *al.* SVLP. SEV. chron. 2, 26, 2. eminus: CAES. civ. 1, 26, 1 SALL. Iug. 51, 5. 57, 4. TAC. Germ. 6, 1 eodem telo ... vel comminus vel e. AMM. 25, 1, 18. feliciter: LIV. 38, 51, 7 cum Hannibale ... bene ac f. -vi. SEN. contr. 10, 2, 12 felicius (GREG. M. moral. 31, 58 l. 98). HIST. AVG. Sept. Sev. 11, 1 felicissime. *al., e. g. l. 33.* fortiter: PLAVT. Men. 129. CAES. Gall. 2, 26, 2 fortius (LIV. 21, 44, 3 tanto audacius f. que, quanto. FRONTIN. strat. 2, 6, 2). 4, 37, 3 fortissime (civ. 3, 99, 2. *al.* BELL. Afr. 78, 4 NEP. Thras. 2, 7. *al.*). LIV. 27, 16, 3. *al.* male: *v. vol. VIII 241, 7 sqq.* maxime: PLAVT. Amph. 199. 427 LIV. 27, 18, 19 HIST. AVG. Alex. 54, 7. prospere: *v. p. 2217, 35 sqq.* temere: SVET. Aug. 45, 2. HIST. AVG. Prob. 9, 5 primo feliciter, postea t. VEG. mil. 3, 14, 7. **b** *acc. obi. int.*: pugnam -are *v. p. 2545, 7.* *cetera exempla*: CATVLL. 37, 13 pro qua *puella* mihi sunt magna bella -ta (VERG. Aen. 8, 629 -ta in ordine b. HOR. carm. 3, 19, 4 epist. 1, 16, 25 VAL. FL. 1, 770 PANEG. 2, 23, 2. *cf. p. 2552, 10*). SALL. Iug. 54, 7 proelium male -tum (HOR. carm. 4, 9, 19. VET. LAT. I Macc. 13, 9 [recc. L, V] -a p. nostrum [*gr. πολέμησον, rec. X* expugna]). SEN. epist. 7, 3 quidquid ... -tum est. **c** *abl.*: GATO orig. 99 signis conlatis aequo fronte (LIV. 2, 64, 5 aequo campo s. c. 8, 17, 9. *et saepe apud eundem*). CAES. Gall. 1, 26, 1 ancipiti proelio (LIV. 3, 7, 5 aequo p. 5, 13, 9. *al.* IVST. 6, 4, 5 navali p.). 7, 80, 6 cum ... dubia victoria -retur (LIV. 1, 33, 4 Marte incerto varia v.). LIV. 2, 6, 10 varia fortuna et velut aequo Marte (2, 51, 2 aequo M. 3, 62, 9 suo alienoque M. CVRT. 4, 15, 29. 6, 1, 7 pari M. QVINT. inst. 8, 6, 24 'vario M. -tum' eruditus est sermo. FRONTIN. strat. 2, 3, 13. *al.; addas l. 43*). 10, 34, 2 incerto eventu (21, 59, 3 vario e. 22, 23, 3 prospero e. 24, 42, 7 eodem ... e. *al.*). 23, 49, 13 eadem fortuna utriusque partis -tum *est* (VELL. 2, 55, 1 *Caesar* primo varia f., mox -vit sua. IVST. 6, 4, 5 EVTR. 6, 1, 3. *al.; addas l. 44*).

part. praes. pugnāns, -antis *fere pro adi. p. 2555, 10. 2556, 6. al., pro subst. masc. p. 2552, 74. 2553, 67. al., neutr. p. 2556, 19. 26. al.*

deriv.: pugna, pugnabundus, pugnantia, pugnatio, pugnator (-trix), pugnax, pugnito; *cf.* pugnaculum.

compos. (*quorum partem supra vix recte cum* ū *proposuimus*): ap-, com-, de-, ex-, im-, op-, pro-, repugno. *Baraz.*

pugnus, -ī *m.* (*?* -um *n. l. 64 sq.*). [*nomen priscum* *pug- *'pugnus' in gr. πυγ-μάχος, πύξ (ex dat. pl.?) servatum vid.; sunt qui id subesse putent etiam voci* pug-il, *sed cf. s. v.; suffixum parum dilucidum* -no- (pug-no-) *explicare conatur Leumann, Gramm. 1977, 320. Fo.*] *de origine*: PAVL. FEST. p. 219 -us a pu⟨nc⟩tione, id est percussu dicitur. DON. Ter. *p. 2538, 73.* ISID. orig. 11, 1, 69 -us ... a pugillo dictus. *litteris gr.* TAB. devot. Audollent 252, 38 *πούγνι.* NOT. Tir. 107, 74 -us. 130, 89 -us. *de genere et formis*: DVB. NOM. gramm. V 587, 12 -um Plautus genere neutro dixit (*affert p. 2559, 24 forma* mihi haec b. -um). *nom. sing.* -os *cod. A* TER. Ad. 171, *de abl.* -u *v. p. 2559, 21.* *de notione et differentia*: ISID. diff. 2, 62 *manus* contractis digitis -us *est* (*disting.* palma; *item fere* orig. 11, 1, 69). GLOSS. -us: *γρόνθος. δρὰξ ἡ τῆς χειρός. al.* *legitur inde a* PLAVTO (*17[ies] in* Amph., *22[ies] in cett.*), TER., CATONE. [*val.* pumn, *it.* pugno, *sard. centr.* pundzu, *raet. or.* puñ, *occ.* puoñ, *francog.* poing, *prov. vet.* ponh, *cat.* puny, *hisp.* puño, *port.* punho; *saepius in deriv. et compos.; cf. M.-L. 6814. Battisti-Alessio IV 3141. Wartburg IX 514. Corominas[2] IV 696. C. S.*] [*confunditur in codd. c.* pugna HIER. tract. in psalm. I p. 270 l. 12; *restit. pro* punctum *p. 2560, 43, falso trad.* COMMENT. Hippocr. aphor. (Italia medioev. uman. 4, 1961) p. 46.]

[Cipriani]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

i. q. manus clausa contractis digitis (cf. p. 2560, 8. 11 sqq.; metonymias v. l. 3 et 2bβ): **1** *adhibetur ad percutiendum, infestandum* **(***sc. per ictum -i praeter l. 43; per meton. vergit hic illic ad significandum ipsum ictum vel rixam, certamen, v. imprimis l. 37. 38. 51 sqq.; longe praevalet usus abl. instr.* -o, -is, *agentes inducuntur -i e. g. l. 12 sqq. 36; coniungitur passim c.* 1. calx, *e. g. l. 27. 29. 31. 33. 52 [iocose c.* 2. calx *l. 64], ceterum iuxta sunt* alapae *l. 41 et e. g.* GREG. TVR. Franc. 9, 34, colaphi TERT. spect. 18 p. 20, 1 CONSENT. Aug. epist. Divj. 11, 21, 3, ungues *l. 33 sq. 66; opp.* verba *l. 31. 32***)**: **a** *feriuntur animantes eorumve partes*: **α** *generatim*: PLAVT. Amph. 298 (*Sosia de Mercurio*) hic -is faciet ..., ut dormiam (Poen. 1289 illam -is totam faciam, uti sit merulea). 302 (*Mercurius sibi*) agite, -i, iam diu est, quom ventri victum non datis (*item iocose fere pro personis*: 323 gestiunt -i mihi. 386 fugit te ratio. :: utinam istuc -i fecissent tui, *sc. fugissent*). 312 hau malum huic est pondus -o. :: perii, -os ponderat. 377 ut esset, quem tu -is caederes (*al., v. vol. III 58, 60 sqq.; addas e. g.* VLP. dig. 9, 2, 27, 17 *et cf. l. 67. 73*). 407 nonne hic homo ... me -is contudit? (624 Bacch. 450 AVG. c. Faust. 19, 25 p. 525, 18). 606 sum obtusus -is pessume (APVL. met. 9, 21, 5. *cf. l. 68*). Asin. 371 -o malam si tibi percussero **(***al., v. vol. VIII 160, 31 sq. X 1, 1240, 10 sqq.; addas e. g.* MART. 14, 69, 1 *et cf. l. 47. 62; forma dubia*: CASSIOD. hist. 6, 35, 2 ⌊-u⌋ percussit ... ministrum [⌊ ⌋ *trad.,* -o *N man. sec. et edd.; gr. Theodoret. 3, 16, 3 πὺξ ἔπαισεν. heteroclit. sec.* ictus *sim. an acc. int.* -u(m)?]**)**. Bacch. 800 impinge -um, si muttiverit (Rud. 710). Capt. 796 meus est ballista ⌊-us⌋, cubitus catapultast mihi (⌊ ⌋ -um *v. p. 2558, 65; simili comparatione*: AMM. 15, 12, 1 emittere ... -os, ut catapultas ... nervis excussas). Men. 1017 pecte *lorarios* -is (Poen. 358 Rud. 661). Poen. 819 *erus* me ... incursat -is, calcibus (Rud. 722). *al.* TER. Phorm. 988 -os in ventrem *parasiti* ingere. Ad. 171 quin -us ... in mala *lenonis* haereat. 558 Ctesipho me -is ... occidit. CIC. Verr. II 3, 56 cum -is et calcibus concisus esset (IVV. 3, 300 AVG. mor. Manich. 19, 72). Sull. 71 non solum verbis uti improbissimis ..., verum etiam -is et calcibus (QVINT. inst. 6, 3, 90). parad. 23 verbis ... contendimus, non -is. Tusc. 5, 77 *Lacedaemoniorum* adulescentium greges ... certantīs -is, calcibus, unguibus. HOR. sat. 1, 3, 101 *homines primitus* unguibus et -is, dein fustibus ... pugnabant. OV. met. 3, 626 iuvenali guttura -o rupit. LIV. 3, 13, 2 *quendam* -o ictum ... cecidisse. SCRIB. LARG. 214 cum ad dentem pervenit -us. MART. 10, 87, 11 -orum reus ebriaeque noctis. IVV. 15, 58 plenos oculorum sanguine -os. 16, 30 *militis infestantis* -os qui *testis* vidit. APVL. met. 2, 26, 7 -is ... malas offendere (*opp.* palmis). *al.* HIST. AVG. Maximin. 6, 9 equo, si -um dedisset, dentes solveret **(**[*cf. l. 42*]. HIER. tract. in psalm. I p. 270 l. 27. PALLAD. hist. mon. II 2 p. 347[A] ⌊-os et alapas⌋ [*gr. p. 76, 19 κόσσον*]**)**. Claud. 13, 5 ut ... equis et mulis ictu -i dentes excusserit (*cf. l. 39*). CORIPP. Ioh. 3, 162 *arietem* strangulat ... premens constricto gutture -o. *al.* *in imag.*: AMBR. in Luc. 7, 59 hoc -o, *sc. patientia,* repercussit dominus verberantem. in psalm. 36, 56, 3 *Paulus percussus* graviore -o pontificem repercussit (*cf. act. 23, 2 sq.*). HIER. adv. Pelag. 1, 11 *in disputatione nostra* validissimo ... -o me percussisti. CLAVD. MAM. epist. 2 p. 204, 24 video ... grammaticam ... barbarismi et soloecismi -o et calce propelli. *al.*

β *speciatim*: Ⓘ *in pancratio, pugillatu sim. (addas fort. l. 33. p. 2542, 53)*: CIC. Brut. 243 *pugiles* -os et plagas ... ferre possunt (*cf.* SEN. epist. 80, 3 qua *patientia* et -os ... et calces ... ferat *corpus athletae*). HOR. sat. 2, 1, 27 Castor gaudet equis, ... *Pollux* -is **(***de eodem*: carm. 1, 12, 26 illum superare -is nobilem [SCHOL. -is, non bellis valentem]. PROP. 3, 14, 18 victor -is**)**. carm. 3, 12, 9 neque -o neque ... pede victus *adulescens* (SCHOL. id est athletico et agonico certamine). SEN. epist. 13, 2 cuius *athletae* dentes crepuere sub -o. QVINT. inst. 2, 8, 13 -o ferire vel calce ... docebit *is, qui instruit pancratiasten.* TERT. scorp. 6 p. 156, 19. spect. 23 p. 24, 3 sq. artifex -orum; ... cicatrices caestuum et callos -orum. PASS. Perp. 10, 10 coepimus mittere -os (*cf. gr. παγκρατιάζειν*). *al.* *in imag.*: VET. LAT. I Cor. 9, 26 (Ambr. parad. 12, 55) *tamquam athleta* ⌊percutio -is⌋, non ut aëra caedens, *sed corpus meum castigans* (⌊ ⌋ *gr. πυκτεύω, Ambr. in psalm. 37, 6. al.* luctor, *cod. 75. al. et Vulg.* pugno; *cf. p. 2560, 1*). AVG. c. acad. 3, 3, 6 l. 75 cum videretur iam nos ad calcem pervenisse, -os etiam miscuisti. Ⓘⓘ *in planctu, lamentatione sim., sc. percutitur pectus*: VERG. Aen. 4, 673 (= 12, 871) unguibus ora soror foedans et pectora -is (11, 86). IVV. 13, 127 nec -is caedere pectus ... nec plana faciem contundere palma. APVL. met. 9, 31, 1 *puella* -is obtundens ubera (CLAVD. DON. Aen. 12, 870 p. 632, 22). HIER. epist. 77, 4, 4 (*sec. Luc. 18, 13*) pectus verberans -is *publicanus* (vita Hilar. 3, 4. *cf. p. 2560, 1*). AVG. serm. 82, 14 malam conscientiam -is pavimentare (*in imag.; antea*: tunde pectus). *al.*

b *feriuntur res*: PLAVT. Truc. 768 si stimulos -is caedis, manibus plus dolet (*cf. Otto, Sprichw. n. 1693*). LVCR. 6, 434 *vis venti deprimit nubem in formam columnae,* quasi quid -o bracchique superne coniectu trudatur. HIER. adv. Rufin. 1, 15 (*sec. p. 2559, 62*) -is aërem verberare (*item* CASSIOD. compl. in I Cor. 9, 16. *cf. Otto, Sprichw. n. 28*). AVG. serm. 91, 3 nec -i nec calces sunt, quibus pulsamus ad dominum (*respicitur ostii pulsatio*).

2 *vario usu respicitur*: **a** *forma -i*: **α** *adhibetur ad metiendam altitudinem vel longitudinem*: CATO agr. 82 de tractis, caseo, melle sphaeras -um altas facito. PLIN. nat. 18, 189 *non* ut a porrectis metiantur digitis *cubita soli cuiusdam,* sed in -um contractis (*cf. mensuram gr. πυγμή*). **β** *in compar. adhibetur ad illustrandam: vim artis dialecticae (sec. Zenonem, v. Stoic. frg. vet. I n. 75 κατὰ ... τὴν συστροφήν, sc. τῆς χειρός*): CIC. orat. 113 *Zeno,* cum compresserat digitos -umque fecerat, dialecticam aiebat eius modi esse **(***distinguitur* palma *eloquentiae comparata ut*: fin. 2, 17. VARRO frg. Cassiod. inst. 2, 3, 2 [*inde* Isid. orig. 2, 23, 1] -us astrictus et p. distensa**)**. QVINT. inst. 2, 20, 7 *dialecticam* compressae in -um manus ... similem. *vim comprehensionis (sc. καταλήψεως) et scientiae*: CIC. ac. 2, 145 *cum digitos dexterae* conpresserat -umque fecerat, conprensionem illam esse dicebat ...; cum autem laevam manum admoverat et illum -um arte vehementerque conpresserat, scientiam talem esse dicebat *Zeno* (*loco cit. n. 66*). *speciem arboris externam*: PLIN. nat. 16, 175 densior ... tonsura *salicis* ex brevi -o verius quam ramo.

b *actio colligendi, prehendendi sim. aliquid per -um*: **α** *notione communi*: RHET. Her. 4, 6, 9 *absurdum est, si venditores frumentorum* exemplum -o non habent, quod ostendant. VET. LAT. Is. 40, 12 (Barnab. 16, 2, *sim. al.*) quis mensus est caelum palmo, aut quis totam terram -o adprehendit? (*gr. δραχί, cf. p. 2537, 11 sqq.; inde* GREG. ILIB. fid. 6 l. 5 *deus* -o omnem mundi ambitum cludit). MARCELL. med. 25, 21 quantum unius manus -o pleno potueris comprehendere (*sim.* 34, 67). LEX Sal. Merov. 58, 2 de quatuor angulos ⌊terrae⌋ in -o colligere (⌊ ⌋ *gen. part. pro obi., cf. var. l.* de terra). **β** *meton. de ipsa quantitate*: SEN. dial. 5, 33, 3 si *quis* ne propter fiscum quidem *nummis plenum,* sed -um aeris aut ... denarium ... stomacho dirumpitur. PETRON. 66, 7 unde, *sc. e cibo quodam,* quidam ... ⌊improbe ternos -os⌋ sustulerunt (⌊ ⌋ improbiter nos -o *cod.*). VET. LAT. lev. 2, 2 (cod. 100) *sacerdos* inplebit -um similaginis cum oleo **(***gr. τὴν δραχα, Vulg.* pugillum; *quae item resp.* 5, 12 [*ibid.*] ex ea *similagine* plenum -um [*cod. 103* plena manu]. 6, 15 [*ibid.*] -um de sacrificio similaginis**)**. Ps. LACT. PLAC. fab. Ov. 14, 4 hausto -o harenae (*met. 14, 137* pulveris hausti ... cumulum). *in re medica, coquinaria sim.* (*cf. l. 28*): GARG. MART. cur. boum 8 salis -um **(**[*in eadem re Colum. 6, 6, 5* s. sextans, *Veg. mulom. 4, 4, 5* duae ... unciae s.]. APIC. 3, 10, 1**)**. CHIRON 994 sale ⌊-um plenum⌋ **(**[⌊ ⌋ *cod. Basil.,* m(anum) (unam) *Monac.*]. MARCELL. med. 8, 84 rosae siccae. *ibid.* feni graeci. 22, 22. 35, 18. *cf. l. 35. p. 2559, 37 et* pugillus *p. 2536, 46***)**. DIOSC. 5, 112 p. 212, 21 (h)ordeu(m) unu(m) -u(m) (punctu *trad.; cf. gr. 5, 87, 4 κριθῶν δράκα*).

deriv.: 1. pugillus, pugneus, pugnitus, pugno; *cf.* pugil.

cf. Onom. *Cipriani.*

pulb- *v. etiam* pulv-.

pulba *v. vol. X 1, 1021, 68 (cf. ibid. l. 47).*

pulbāgo *v.* plumbago.

pulcac(l)a *v.* portulaca. **[pulcāris** *v.* 1. pollicaris.**]**

pulchellus, -a, -um. *a* pulcher *deminutive.* *i. q. (quadamtenus) pulcher (c. affectu irridentis l. 53. 54, libidinosi l. 60)*: **1** *vario usu*: CIC. de orat. 2, 262 -um puerum (*ironice, v. p. 2513, 57*). fam. 7, 23, 2 -ae sunt *Bacchae* (*respic. signum*). **2** *conviciose: de P. Clodio Pulchro (cf. p. 2562, 36)*: CIC. Att. 1, 16, 10 surgit -us puer, obicit mihi *eqs.* 2, 1, 4 si paulo plus furor -i progredi posset (*pro subst. fere cognominis vice ut*: 2, 18, 3 apud pudorem -i. 2, 22, 1 -um nostrum). *de M. Caelio Rufo*: FORTVN. rhet. 3, 7 (*exemplum translationis*) ⌊Atratinus⌋ Caelium '-um Iasonem' appellat (⌊ ⌋ *an Plotius Gallus? v. Suet. gramm. 26, 2*).

3 *de maribus libidine petitis*: APVL. met. 8, 26, 1 (*cinaedus sociis suis*) servum vobis -um *praebeo, sc. asinum.* 9, 27, 4 tam venustum tamque -um puellum. *cf. Onom.*

pulc(h)er,** -c(h)ra, -c(h)rum. **[forma, quae antiquissima innotuit, est* polcer, *posteriores enim sunt et* u (*v. Leumann, Gramm. 1977, 48*) *et aspiratio (ibid. 162; cf. Breyer, Etrusk. Sprachgut, 1993, 450). notio primaria vocis incerta est, itaque neque eius origo facile explicari potest. cum* -a *dicantur hic illic etiam animalia, plantae sim. (v. p. 2561, 60. 2564, 31), fort. non nimis audacter cogitare possis de radice verbi q. e.* crē-scere, *ita ut praefixum sit* per- (*vix* por-): *per-kr-o- 'optime adultus' > *pelkro- (*per dissimilationem q. d.*) > polcro-; *aliorum opiniones recenset Solopov, Colloquia class. et indogerm. 3, 2002, 235 sqq., de verbo q. e.* polire *cogitans. Fo.***]** *de origine*: SCAVR. gramm. VII 20, 8 Santra a Graecis ... esse translatum *putat,* quasi polichrum. ISID. orig. 10, 203 -r ab specie cutis dictus, quod est pellis. *de scriptura: 1) testimonia*: CIC. orat. 160 ipse, cum scirem ita maiores locutos, ut nusquam nisi in vocali aspiratione uterentur, lo-

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quebar sic, ut '-cros, Cetegos, triumpos, Cartaginem' dicerem; aliquando, idque sero, convicio aurium cum extorta mihi veritas esset, usum loquendi populo concessi, scientiam mihi reservavi (*sim. damnatur aspiratio*: VARRO frg. Char. gramm. p. 93, 3. SCAVR. gramm. VII 20, 4 [*e Varrone*] -crum *scribendum,* quamvis in consuetudine aspiretur). VEL. gramm. VII 69, 16 *perperam grammatici* censent adspirationem consonanti non esse iungendam, cum et 'Carthago' dicatur et '-cher' *eqs.* (*item defenditur* -cher: CAPER gramm. VII 93, 2 -chrum cum h scribendum, sepulcrum sine h. SACERD. gramm. VI 491, 1 PROB. cath. gramm. IV 10, 22. *al.*).

2) usus: -cer *exstat in tit. saec. IV* CE 1802 (= 1911), 2. INSCR. Tun. Merlin 622, 5 (*de* CE 52 *v. p. 2563, 57*), *legitur in var. ll. codd. ant.* VERG., *e. g.* Aen. 2, 317. 4, 60. 432, *ceterum apud* FRONTONEM p. 44, 10 (-ch- *e. g.* p. 132, 12), *in cod. B* PRVD., *e. g.* apoth. 396 c. Symm. 2, 52, *et al.*; -cher *exstat in titulis inde a* TAB. devot. (CIL I^2 2520) 1. ACT. lud. saec. Aug. (CIL VI 32323) 106. 122, *legitur passim in codd. ant.* PLAVTI, TER., VERG. *al.* (*cf.* pulcrh- *in cod. A* PRVD. apoth. 396 cath. 6, 104. *al.*). *formam* pol- *testatur* PRISC. gramm. II 27, 12 *tribuens 'vetustissimis', exhibet* CARM. Année Épigr. 1987 n. 178, 3. NOT. Tir. 70, 73 -r. 70, 75 -errimus. *de formis: gen. sing.* -eri FRG. fab. (Pap. Corp. 40) 31 (*saec. IV*); *inde a* PLAVTO *occurrunt compar.* -ior (*cf.* magis -r PLAVT. Mil. 1086) *et superl.* -errimus (*adv. iam apud Liv. Andr. p. 2570, 21; cf.* abunde -r PLIN. nat. praef. 15, valde -r PEREGR. Aeth. 1, 1. 19, 3. *al.* [v. -errimus CASSIOD. inst. 1, 15, 1]. *ab antiquis et scriptum et enuntiatum esse* -errum- *testantur* VEL. gramm. VII 50, 1 CASSIOD. gramm. VII 150, 15, *qui ipsi sequuntur consuetudinem* -errim- *ita ut codd. ant. passim praeter P* VERG. Aen. 11, 852. *forma* -crimus *trad. man. pr. cod. K* NOT. Tir. 70, 75). *de prosodia: acui priorem syllabam testatur* DIOM. gramm. I 432, 16. *de notione et differentia*: CHAR. gramm. p. 56, 19 -r *εὐειδής*. SYNON. Cic. p. 424, 12 formosa. eximia. decora. -a. optima *eqs.* GLOSS. -r: *ὡραῖος. εὐειδής. εὔμορφος. εὐπρεπής*. speciosus. -i generis: *καλλίγονος. sim. al.; v. etiam p. 2562, 46. 2565, 9. 2569, 44. legitur inde a* NAEV., PLAVTO *per totam latinitatem (v. etiam p. 2570, 6); frequentant pro brevitate operum imprimis* CIC. Verr. (*46 locis, ex quibus 41 superl.*), VERG. (*50^{ies}, in sola* Aen. *44^{ies}*), HOR. (*31^{ies}*), PLIN. *min.* (epist. *51^{ies}*, paneg. *11^{ies}*); *admodum saepe occurrit superl., imprimis apud* CIC. (*plus 100^{ies} [cf. l. 33], ut* CASSIOD.), SEN. *philos.* (*ca. 40^{ies}*). [*variat c. adv.* -e *p. 2562, 7. 27 et e. g.* HEGES. 1, 15, 3 p. 24, 17 (*falso trad. p. 2570, 41. 2571, 5; falsa var. lect. p. 2571, 60; restit. p. 2562, 38*). *loco corrupto* TRAG. inc. Corp. Christ. 133D p. 112 l. 314.]

fere i. q. καλός, speciosus, praeclarus sim. (*gr. resp. καλός, nisi aliud adnotavimus; sunt qui ex locis ad cultum deorum pertinentibus [v. l. 60. p. 2566, 26. 2568, 62. 73; cf. p. 2570, 61] indagare temptaverint vestigia notionis priscae, quae sit 'pollens' sim., v. e. g. Monteil, Beau et laid, 1964, 71 sqq.; saepius adhibetur ironice, v. l. 75. p. 2566, 74. 2567, 17. 2568, 36. 2569, 75. al., cf. oxymoron p. 2562, 71. 2564, 59. 2565, 69. 2567, 72*). *ponitur pro subst. masc. vel fem. p. 2562, 34. 54, neutr. imprimis p. 2564, 12. 2565, 50. 2568, 33* (-um *pro adv. p. 2564, 62. 2566, 53*); *polyptoton v. p. 2562, 22. 25. 38. 2563, 58. 2569, 11. al., iungitur c.* pulchritudo *p. 2562, 75, luditur c. cognomine p. 2562, 35. opp.* deformis *p. 2569, 38. 56,* foedus *p. 2562, 28. 2569, 36. 57,* malus *p. 2563, 8* (pessimus *p. 2567, 25. 2569, 23*), turpis *p. 2563, 41. 2566, 63. 2567, 59. al., et sim. al.; iuxta sunt adi. notionis affinis, e. g.* formosus *p. 2562, 21. 25. 2565, 3. al.,* magnificus *p. 2563, 62. 68. 2568, 35,* ornatus *p. 2563, 59. 2564, 67. 2566, 50. al.,* praeclarus *p. 2562, 5. 2567, 27. 57. al.; cf. quae p. 2565, 15 sqq. collegimus.*

I *respicitur praestantia fere oculis percipienda, sc. praeclara species externa* (*quae illustratur additamentis, sc. dat.* oculis *p. 2564, 40. 55, abl.* aspectu *vol. II 804, 60 sqq.,* forma *p. 2562, 5. 28. 61,* visu *l. 71, sim. al., praepos.* ad *p. 2564, 38. 73,* in *c. abl. p. 2562, 72, cf. locut. praepos. p. 2562, 14; laudatur pulchritudo naturalis, non ornatu effecta p. 2562, 2. 9. 38 sq.*): **A** *de animantibus eorumque corporis partibus, qualitatibus*: **1** *de animalibus*: **a** *de hostiis opimis sim.* (*cf.* FEST. p. 238 -r bos appellatur ad eximiam pinguitudinem perductus [*si Atei Capitonis libris de iure sacrificiorum vindicandum, v. ed. Strzelecki, 1967, 52 frg. 74*]): NAEV. carm. frg. 3, 3 *Anchises* immolabat auream victimam -am. ACT. lud. saec. Aug. (CIL VI 32323) 106 Iuppiter, ... tibi hoc bov⟨e⟩ mare -o sacrum fiat (122 b. femina [Sept. Sev. *ibid.* 32329, 7]. Sept. Sev. [*ibid.* 32328] 83 b. -orum immola⟨ndorum⟩). STAT. Theb. 4, 446 gregum -errima cervix *Stygiis sacris destinata.* AMM. 24, 6, 16 ex tauris -errimis decem.

b *de variis*: VARRO rust. 2, 3, 4 *in insula Melia* maximi ac -errimi ... fieri haedi. 3, 9, 6 *galli Melici al. sunt* -i et ad proeliandum ... idonei. VERG. Aen. 5, 399 *ad certamen* pretio inductus -oque iuvenco. PLIN. nat. 29, 72 -errimum anguium genus. STAT. silv. 5, 2, 22 -r visu ... equus (PAVL. PELL. euch. 143. MAXIM. eleg. 1, 270 [*opp.* turpis]). MART. 13, 100, 1 onager. 14, 85, 1 pictis -errima pinnis ... Iunonis avis *pavo.* IVV. 4, 54 quicquid conspicuum -umque est aequore toto. *al.*

2 *de hominibus*: **a** *vi communi* (*ironice p. 2562, 4. 16. al.*): **α** *adi.* (*pauca selecta inde ab* HOR.): PLAVT. Merc. 101 mulier, qua mulier alia nullast -ior (Most. 289 -a m. nuda erit quam purpurata -ior. PETRON. 111, 7. *al.*). Mil. 59 amant ted omnes mulieres ..., qui sis tam -r (*per ironiam adulantis de milite ut*: 63 -r est ... et liberalis. 1042 hominem tam -um et praeclarum virtute et forma ⟨et⟩ factis. *cf. l. 34. 37; verba ipsius militis*: 68 nimiast miseria nimis -um esse hominem. 1086 ne magis sim -r, quam sum). Poen. 1182 praepotentes -ae ... fuimus (-e *var. l.; v. p. 784, 23*). Stich. 737 amoena Stephanium, ... satis mihi -a es. :: at enim -errima. *al.* TER. Phorm. 104 virgo -a, et quo mage diceres, nil aderat adiumenti ad pulchritudinem (PHAEDR. app. 16, 23. *al., cf. e. g. l. 70*). LVCIL. 409 conventus -r: bracae, saga fulgere. POMPON. Atell. 174 porcus est, quem amare coepi, pinguis, non -r puer (CIC. off. 1, 144 [*antea*: formosus]. HOR. epist. 1, 18, 74 p. dominus -i caraeve puellae. 2, 2, 4 hic *p.* et candidus et talos a vertice -r ad imos. *al.*). LVTAT. epigr. 2, 4 mortalis visus -ior esse deo (*inde* CIC. nat. deor. 1, 79. *cf.* PETRON. 109, 10 vers. 2 crinibus nitebas, Phoebo -ior). CIC. Sest. 134 (*ironice*) quorum *gladiatorum* ⟨ess⟩et ipse -errimus *Vatinius strumosus.* Tusc. 5, 62 ministratores (*61* eximia forma pueros). nat. deor. 1, 77 quod homini homine -ius nihil videatur (*sim. ibid. iterum*). *al.* CATVLL. 61, 88 ne qua femina -ior ... diem viderit venientem (AMM. 18, 10, 1. *al.; addas p. 2563, 58*). 61, 198 marite, ... nihilo minus -r es *quam uxor.* 79, 1 (*v. l. 48*). 86, 5 Lesbia formosa est, quae cum -errima tota est, tum *eqs.* HOR. carm. 1, 16, 1 o matre -a filia -ior. 3, 9, 21 sidere -ior ille est (*inde* CLAVD. 11, 1). PROP. 2, 26, 21 quod tam mihi -a puella serviat (*al., v. p. 2509, 69*). OV. am. 2, 5, 42 numquam casu -ior illa fuit (*sc. pudore rubens*). 2, 10, 7 (*5* utraque formosa est) -ior hac illast, haec est quoque -ior illa. 3, 8, 5 ⌞-ae⌟ dominae nostri placuere libelli (⌞ ⌟ -e *var. l. et ed. multi, sed adv. sermonis cottidiani vitatur a poetis, v. p. 2570, 7*). MELA 3, 85 *Aethiopes* -i formā. COLVM. 12, 1, 1 nec foedi habitus nec rursus -errima *sit vilica.* PLIN. nat. 24, 166 ad liberos generandos -os bonosque *medicamentum* (26, 19 -i bonique et fortunati). CE 1044A, 4 (*saec. I*) morib(us) et form⟨a p⟩ariter laudabilis, ut quis cernere non posset, -ior an melior (*sim. disting.*: 237, 1 [*saec. II*] Amymone Marci optima et -errima, lanifica *eqs.*). *et passim.* **β** *masc. vel fem. pro subst.* (*cf. l. 49. 54*): PLAVT. Mil. 1037 (*mulier militi*) -r, salve. :: meum cognomentum commemoravit (*cf. lusum cum cognomine*: CIC. or. frg. A 14, 25 credo, postquam speculum tibi, *Clodi,* adlatum est, longe te a -is abesse sensisti. *cf. l. 50. 57. p. 2569, 30*). 1054 (*militi*) age, mi Achilles ..., serva illam -am, ⌞-r⌟ (*Pius,* pulchre *codd.*). LVCR. 5, 1114 *aurum* et validis et -is dempsit honorem. PROP. 2, 28, 50 sunt apud infernos tot milia formosarum; -a sit in superis ... una locis. OV. fast. 1, 419 fastus inest -is sequiturque superbia formam. CIL VI 18556 (*saec. I*) Fortunatus Sex. Mai delic(ium); vix(it) an(nos) IIII ...; Maiae Hospitae matri -i (*nisi est nomen*). SVET. Cal. 35, 2 -os et comatos, quotiens sibi occurrerent, occipitio raso deturpabat. *al.*

b *cum contemptu de exoleto* (*usum testatur* SERV. auct. Aen. 3, 119 quidam '-r Apollo' epitheton datum Apollini reprehendunt; -os enim a veteribus exoletos dictos; nam et apud LVCILIVM [*sc.* 23] Apollo -r dici non vult. *cf., nisi huc trahas, p. 2568, 37*): CATVLL. 79, 1 Lesbius est -r (*notione communi*) – quid ni? ... (3) sed tamen hic -r vendat cum gente Catullum, si tria notorum savia reppererit (*luditur cum cognomine*).

3 *de diis deabusque et viris feminisque aetatis heroicae* (*fere poetice per antonomasian significatis vel epitheto ornatis; cf. l. 15 sq., ceterum v. Carter, Epitheta deorum, 1902, 143; aliter in re sacra p. 2568, 73, in philosophia p. 2569, 52; saepius masc. vel fem. pro subst.*): ENN. ann. 18 quem *Anchisem* -a dearum fari donavit, *sc. Venus.* 39 (*somnium Iliae*) me visus homo -r ... raptare, *immo Mars.* LVCIL. 23 *v. l. 47.* CIC. dom. 108 ista tua, *Clodi,* -a Libertas ... familiares meos Lares expulit (*acerbe in lusu verborum, cf. l. 36*). nat. deor. 1, 80 si plures *sunt deorum facies,* aliam esse alia -iorem necesse est, igitur aliquis non -errimus deus. CATVLL. 64, 28 *Peleu,* tene Thetis tenuit -errima Nereine? 68, 105 -errima Laodamia. VERG. ecl. 6, 21 Aegle, Naiadum -errima. Aen. 1, 496 formā -errima Dido. 4, 141 ante alios -errimus omnis infert se ... Aeneas. 4, 227 genetrix -errima *Aeneae.* 7, 55 *Laviniam uxorem* petit ante alios -errimus omnis Turnus, avis atavisque potens (SERV. aut 'a. alios petit' aut '-errimus a. alios'). *al.* OV. am. 2, 9, 51 *Cupido* -a cum matre. epist. 4, 125 (*Phaedra Hippolyto; cf. 64* me tua forma capit) -errime rerum (met. 8, 49 [regum *var. l.*]. *cf. p. 2568, 51*). 11, 45 iam noviens erat orta soror -errima Phoebi. 16, 85 -ae filia Ledae ibit in amplexus -ior illa tuos. ars 2, 129 -a Calypso. met. 4, 55 *Pyramus* iuvenum -errimus. 10, 120 Ceae -errime gentis ... Cyparisse. 12, 190 Caenis, Thessalidum virgo -errima. 14, 373 (*Circe Pico*) per ... hanc, -errime, formam. *et saepe. contra exspectationem de cruento* (*cf. p. 2565, 69. 2567, 72*): STAT. Theb. 7, 69 Hyrcano in sanguine -r ipse subit curru *Mars.*

4 *de ipso corpore eiusque partibus vel qualitatibus*: PLAVT. Epid. 625 meum futurum corium -um praedicas (*ironice, quasi verberibus pictum*). Mil. 959 quae te amat tuamque expetessit -am pulchritudinem.

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

TER. Eun. 296 o faciem -am (*al., v. vol. VI 1, 48, 29sqq.; addas* CIC. *p. 2562, 58*). CIC. nat. deor. 1, 26 *cum* deum ... -errima specie deceat esse (1, 47 *infra.* COLVM. 9, 2, 3. SVET. Claud. 30 erat ... s. canitieque -a). 1, 47 cum praestantissimam *deorum* naturam ... convenire videatur eandem esse -errimam, ... quae figura, quae species humanā potest esse -ior? (1, 48 PLIN. epist. 7, 27, 2. *al.*). 1, 76 quod ... forma *divina* ... esse -errima debeat nec esse humanā ullam -iorem (2, 60 NEP. reg. 1, 4. OV. Pont. 4, 13, 16 [*opp.* mala]. SEN. Phaedr. 743. dial. 12, 16, 4 [*in imag. de pudicitia*] -errima et nulli obnoxia aetati f. *al.*). LVCR. 4, 1033 *somniantibus apparent simulacra* nuntia praeclari vultus -ique coloris (4, 1094 ex hominis ... facie -oque c. COLVM. 9, 10, 1 *apium reges* -i c. et nitidi. MART. 4, 42, 6). 5, 1116 fortes et -o corpore creti (VERG. Aen. 5, 344 -o veniens in c. virtus. 12, 270 CIRIS 202 SEN. dial. 6, 22, 2. *al.*). VERG. Aen. 3, 426 -o pectore virgo *Scylla.* 9, 433 -os ... per artus it cruor (STAT. Ach. 1, 481). HOR. carm. 4, 13, 8 -is ... in genis (DRAC. laud. dei 1, 395 g. -a rubore). PROP. 3, 15, 13 capillos (MARCELL. med. 4, 32). OV. met. 1, 484 -a verecundo suffunditur ora rubore *Daphne* (SEN. Phaedr. 1095 dial. 4, 35, 3 MART. 9, 65, 2. *al.*). MANIL. 2, 457 colla. VAL. FL. 4, 240 -ae ... frontis decus. 5, 363 -um ... robur *Iasonis.* STAT. Theb. 4, 251 -ior haut ulli ... vultus (SVET. Nero 51 *erat* v. -o magis quam venusto. PS. AVR. VICT. epit. 15, 4. *al.*). IVV. 10, 345 -a haec et candida cervix (*cf. synecdochen p. 2561, 67*). *al.*

B *de rebus earumque forma sim.*: **1** *in sermone communi respiciuntur*: **a** *corporea*: **α** *arte facta*: Ⓘ *vasa, simulacra, monumenta sim.*: NAEV. carm. frg. 7 ferunt -as creterras, aureas lepistas (CIC. Verr. II 4, 131 crateras ex aere -errimas). 10 -a ... ⟨vasa⟩ ex auro ([*si recte suppl. Reichhardt*]. CIC. Verr. II 4, 62 -errima v. argentea. 4, 63. *al.*). CIC. Verr. II 1, 46 sustulit signa -errima atque antiquissima (4, 110 -errima ac perampla. 4, 119 Apollinis ... -errimum et maximum. Brut. 257 ex ebore. *al.*). 2, 3 Siculorum urbes signis monumentisque -errimis exornavit *P. Africanus* (4, 69 de ... clarissimo -errimoque m. PRVD. cath. 10, 54). 4, 64 eximium ac -errimum donum (*antea*: candelabrum ... opere mirabili perfectum). 4, 94 *nihil* quicquam ... -ius *simulacro Herculis Agrigentini* (*cf.* 5, 184 *Iovis* sanctissimum et -errimum simulacrum Syracusis sustulit. orat. 8 et Phidiae simulacris ... et ... *Apellis* picturis ... cogitare tamen possumus -iora). *al.* PROP. 2, 31, 5 *Phoebi statua* Phoebo ... -ior ipso. PLIN. nat. 34, 69 *Praxiteles* fecit ... et ex aere -errima opera (35, 20 PLIN. epist. 8, 18, 11. *cf.* PLIN. nat. 36, 102 -errima operum). 35, 153 *Lysistratus* similitudines reddere instituit; ante eum quam -errimas facere studebant *imagines hominum.* MART. 10, 32, 6 tabella. *al.* Ⓘⓘ *vestes, ornamenta sim.*: PLAVT. Poen. 306 -um ornatum turpes mores peius caeno conlinunt (PANEG. 10, 6, 3 in -errimo virtutis o. [*sc. paludamento; opp.* clarissimo pacis habitu]). CIC. fin. 2, 69 -errimo vestitu et ornatu regali. Tusc. 5, 61 -errimo textili stragulo. LVCR. 4, 1125 -a in pedibus Sicyonia rident. VERG. Aen. 9, 358 tapetas. HOR. epist. 1, 18, 33 tunicis (PLIN. epist. 2, 20, 10). VAL. MAX. 4, 4 pr. ornamenta. SEN. epist. 71, 9 (*in imag.*) illud -errimum rei publicae praetextum, optimates. PLIN. nat. 19, 8 vestem (PORPH. Hor. epist. 1, 18, 32. QVODV. fer. 5, 15 [*in imag.*]). SIL. 7, 80 -umque et acu et subtemine fulvo ... venerabile donum *Iunonis.* TAC. ann. 2, 14, 1 se ... sanguine ... respersa praetexta -iorem aliam ... accepisse. *al.* Ⓘⓘⓘ *aedificia eorumque partes, urbes sim.* (*exemplа selecta inde a* VERG.): CATO orat. 40 *Camerini* oppidum -um habuere, agrum optimum atque ⌞-errimum⌟, rem fortunatissimam ([⌞⌟ *nisi ad p. 2566, 7*]. COEL. hist. 46 PLIN. nat. 6, 93 GELL. 15, 31, 1. *al.*). ASELL. hist. 13 tam -um opus tamque artificiose factum passus est dirui (VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 l. 219 moenia -ioribus o. consurgunt. 8, 14 ext. 5 SEN. epist. 91, 2. TAC. hist. 2, 21, 1 amphitheatri. *al.*). CE 52, 2 (*aet. Sull.?*) heic est sepulcrum hau -um -ai feminae. CIC. Verr. II 1, 55 urbem -errimam atque ornatissimam, Corinthum (2, 4 Syracusas. 4, 115 omnium -errimae [4, 117 rep. 3, 43 LIV. 25, 24, 11]. leg. agr. 2, 91 *Capuam,* u. ex Italia -errimam. *al.* CAES. Gall. 7, 15, 4 totius Galliae. VERG. Aen. 4, 266. *al.*). 4, 108 Cereris -errimum et magnificentissimum templum (5, 184 VAL. MAX. 1, 1, 1. *al.*). 4, 119 forum maximum, -errimae porticus, ornatissimum prytanium, amplissima ... curia templumque egregium. 5, 95 nihil esse -ius quam Syracusarum moenia ac portus (*cf.* moenia -a: MART. 10, 103, 9 Romae. IVST. 5, 7, 12. AMM. 22, 16, 7 ampla ... et -a. *al.*). nat. deor. 2, 17 domum magnam -amque (3, 18. 26 SEN. epist. 41, 7. PLIN. nat. 17, 2 [*antea*: magnifica, ... praestantior]. *al.*). VERG. georg. 2, 463 varios ... -a testudine postes inlusasque auro vestes. HOR. carm. 3, 10, 6 nemus inter -a satum tecta. OV. met. 7, 670 in interius spatium *domus* -osque recessus (14, 261). Pont. 1, 2, 83 -errima ... Roma (MART. 5, 19, 5). SEN. dial. 5, 21, 5 villam (PLIN. epist. 6, 31, 15). *et saepe.* Ⓘⓥ *varia*: PLAVT. Amph. 218 legiones ... nimis -is armis praeditas (CLAVD. DON. Aen. 1, 1 p. 7, 13). ENN. ann. 144 *Ancus Marcius Ostiae* loca navibus -is munda facit ([*ita Fest. p. 258,* n. celsis *idem p. 142; cf. vol. III 772, 64sqq.*]. CIC. Verr. II 5, 44 -errimam atque ornatissimam. DARES 1. *al.; cf.* CIC. Verr. II 1, 87 myoparonem. 5, 44 cybaeam [*loco fort. interpol.*]). NOVIVS Atell. 57 *aliquem* dono donare -o (*cf. p. 2563, 32. 49*). 69 res vis hunc privari -as, quas uti solet (CIC. Manil. 22 Mithridates fugiens maximam vim auri atque argenti -errimarumque r. omnium ... reliquit). CIC. Verr. II 4, 37 maximam et -errimam mensam citream (*cf.* IVV. 1, 137 de tot -is et latis orbibus ... comedunt patrimonia). Lael. 55 (*in imag.*) *amicos,* optumam et -errimam vitae, ut ita dicam, supellectilem (*antea*: vestem egregiam, vasa pretiosa). OV. met. 4, 763 -o ... instructa paratu ... convivia. STAT. Ach. 1, 723 qui *clipeus* -r signis auroque asperrimus. SVET. gramm. 17, 1 *praemium* erat liber aliquis antiquus, -r aut rarior. *al.* *neutr. plur. pro subst.*: IVV. 12, 38 *quidam in naufragio* praecipitare volens etiam -errima, vestem purpuream *eqs.* IVLIAN. in Iob 28, 16 omnibus -is ac pretiosis esse meliorem *sapientiam.*

β *naturalia*: Ⓘ *varia, imprimis loca*: CATO orig. 97 fluvium ... magnum, -um, pisculentum (*sim.* 110). CIC. Verr. II 4, 65 ex clarissimis et -errimis gemmis *splendor* (*cf. e. g.* AVIEN. orb. terr. 1303 -ae sapphiri latebras [*Prisc. periheg. 1009* s. ... decus]). 5, 29 -errimo Syracusarum loco stativa sibi castra faciebat (dom. 103 in -errimo urbis l. *al.; compar. pro superl.*: CASSIOD. Ios. antiq. 19, 7 p. 547 in -iori l., *i. Romae* [*gr. ἐν τῷ καλλίστῳ*]. *cf.* CIC. Att. 15, 13ª, 2 non quo hoc l., *Puteolano,* quicquam -ius). VERG. georg. 2, 137 -r Ganges (*disting.* auro turbidus Hermus). Aen. 7, 430 flumine -o consedere *Phrygii* ([SERV. *confert 7, 30* fluvio ... amoeno]. VAL. FL. 5, 485. *al.*). 11, 270 (*loq. Diomedes*) *ut* -am Calydona viderem (*cf. Hom. I 531 Καλυδῶνος ἐραννῆς*). PROP. 3, 22, 39 haec *Italia* est -errima sedes. OV. Pont. 1, 8, 37 hortos. MELA 1, 72 *specus quidam* adeo mirificus ac -r, ut *eqs.* PLIN. nat. 3, 5 *Europa* longe ... terrarum -errima. 5, 132 *insula* -errima est ... Rhodos. TAC. ann. 4, 67, 2 *Capreae insula* prospectabat ... -errimum sinum, antequam Vesuvius ... faciem loci verteret (*in eadem re*: PLIN. epist. 6, 16, 2 -errimarum clade terrarum [*cf. 9* amoenitas orae]). *al.* Ⓘⓘ *arbores et quaecumque procrescunt*: CIC. Cato 53 qua *uvā* quid potest esse cum fructu laetius tum aspectu -ius? (*inde Ambr. hex. 3, 12, 52* spectaculo gratius). VERG. ecl. 7, 65 fraxinus in silvis -errima, pinus in hortis (*67* formonse). GRATT. 133 virga ... mater odorati multum -erruma turis. PLIN. nat. 16, 77 maiora fiunt aspectu⟨que⟩ -iora, quae in campestribus *crescunt.* FRONTO p. 152, 7 pampinos *vitis* ... ita -os esse, ut necterentur ex eis Libero thyrsi. VET. LAT. gen. 2, 9 (Aug. gen. ad litt. 6, 3, *sim. al. et* VVLG.) omne lignum -um ad aspectum et bonum ad escam ([*gr. ὡραῖον, Ambr. parad. 2, 7* speciosum, *Aug. gen. c. Manich. 2, 1, 1* formosum]. VVLG. gen. 3, 6 -um oculis [*Vet. Lat. Ambr. parad. 13, 62* gratum, *Aug. gen. c. Manich. 2, 1, 2* bonum]. II Esdr. 8, 15). REPOS. 72 flore. *al.*

b *incorporea, sc. visus, forma, splendor sim.* (*cf. quaedam sub A4 allata*): **α** *exempla varia*: PLAVT. Poen. 255 diem -um et celebrem et venustatis plenum, dignum Veneri pol, cui sunt Aphrodisia hodie (HOR. carm. 4, 4, 39 [*in imag.*] -r fugatis ille d. Latio tenebris, *sc. Hasdrubale victo*). CIC. dom. 116 in Palatio -errimo prospectu porticum ... concupierat. nat. deor. 2, 104 quo *stellarum errantium* spectaculo nihil potest ... esse ... -ius (SEN. nat. 3, 18, 1 tam -o s. [*antea*: nihil est ... formosius]. *al.*). 2, 155 nulla est ... insatiabilior species, nulla -ior *quam circumitus siderum* (3, 51 cur ... arqui s. non in deorum numero reponatur? est enim -r. PANEG. 4, 32, 1. *al.*). HOR. epod. 14, 13 (*in imag.*) si non -ior ignis accendit ... Ilion (PORPH. si non fuit Helena speciosior). carm. 4, 2, 47 'o sol -r, o laudande' canam recepto Caesare (*cf. similem imag. l. 46*). OV. met. 2, 804 -a ... sub imagine. SEN. clem. 1, 7, 2 uter mundi status gratior oculis -iorque sit, sereno et puro die, an cum *eqs.* nat. 4, 2, 11 illa facies -errima est, cum iam se in agros Nilus ingessit. STAT. Theb. 8, 402 -r adhuc belli vultus: stant vertice coni ..., splendent clipei. *al.* **β** *peculiaria quaedam:* *per enallagen quandam*: STAT. Theb. 4, 747 (*oxymoron*) errantes subitam -o in maerore tuentur Hypsipylen. CLAVD. 3, 166 *Midas* -o cum verteret omnia tactu (*i. 'cum tactu omnia efficeret -a', sc. aurea*). *acc. neutr.* -um *pro adv.* (*cf. p. 2566, 53*): PRVD. cath. 7, 78 si rudis auri recocta vena -um splendeat.

2 *in sermone philosophico* (*usu inter I et II saepe ambiguo; cf. p. 2569, 46*): **a** *de mundo* (*aliter l. 55*): CIC. Tim. 6 si -r est hic mundus et si probus eius artifex (35 ut et splendidissimus esset et aspectu -errimus. nat. deor. 2, 93 ornatissimum et -errimum. APVL. Plat. 1, 8 p. 198 perfectissimo et -errimo m. instar -ae et perfectae sphaerae a ... deo quaesitum est. *al.*). 10 fas *non est* ... quicquam nisi -errimum facere ei, qui esset optimus (*sc. deus*). *ibid.* opus illud effectum esse -errimum (nat. deor. 2, 76 SEN. nat. 2, 13, 4. *al.*). nat. deor. 2, 18 nihil ... melius est mundo ... nihil -ius. 2, 87 ut *mundi partes* neque ad usum meliores potuerint esse neque ad speciem -iores. *al.* SEN. benef. 2, 29, 3 in hoc -errimo domicilio. frg. 16 fundamenta molis -errimae. *al.* **b** *de variis rebus et de ipsa qualitate -i*: CIC. orat. 8 nihil esse ... tam -um, quo

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

non -ius ⌊id sit, unde illud ... exprimatur⌋ (*i. Platonis idea*). nat. deor. 1, 24 animantem ... rutundum esse ..., quod ea forma neget ullam esse -iorem Plato; at mihi vel cylindri ... videtur esse formosior (*item respiciuntur figurae geometricae*: 2, 47 conum tibi ais et cylindrum ... -iorem quam sphaeram videri. *ibid.* sint ista -iora ... aspectu. *ibid.* quid ... -ius ea figura, quae *eqs.* APVL. Plat. 1, 8 p. 198 sphaerae [*v. p. 2564, 68*]). AVG. conf. 4, 13, 20 amabam -a inferiora (*sc. non summum bonum; cf. p. 2575, 40*). *ibid.* scripsi libros 'de -o et apto', *quos amisi.* 4, 15, 24 ibat animus per formas corporeas et -um, quod per se ipsum, aptum autem, quod ad aliquid accommodatum deceret, definiebam. soliloq. 1, 1, 3 deus beatitudo ...; deus bonum et -um, in quo et a quo et per quem ... -a sunt, quae ... -a sunt omnia. *al.*

II *respicitur praestantia fere animo percipienda* (*auribus p. 2566, 33, gustu p. 2566, 17; determinatur per abl. p. 2567, 41. 57. 2569, 12. 37 sqq. al.; saepius iuxta adi. notionis affinis, e. g.* bonus [melior, optimus] *p. 2566, 24. 2568, 24. 75. al.,* dulcis *p. 2568, 20. al.* [*disting. p. 2566, 38*], fortunatus *p. 2568, 68,* honestus *p. 2567, 56. 64. al.,* iucundus *p. 2566, 50. 2567, 51,* lepidus *l. 23* [*disting. p. 2566, 34*]): **A** *notione communi*: **1** *de rebus, quae praestant*: **a** *vi, efficacia vel utilitate, iucunditate sim.*: **α** *generatim*: Ⓘ *de incorporeis; coloribus aegre distinguendis respici vid. potius quod est*: Ⓐ *aptum, efficax, utile sim.*: PLAVT. Men. 132 *verba dedi uxori*; hoc facinus -umst, hoc probumst, hoc lepidumst (TER. Phorm. 869 [*871* mirificissimum]). CIC. Phil. 10, 9 respectum -errimum et praesidium firmissimum, *sc. exercitum.* VERG. Aen. 5, 728 quae *consilia* nunc -errima Nautes dat (QVINT. inst. 12, 1, 15. *al.*). LIV. 22, 20, 3 *tot* naves ... cepere; neque id -errimum eius victoriae fuit, sed quod *eqs.* (*cf.* VAL. MAX. 9, 3, 5 -errimam *victoriae* partem omittendam ... reddidit *ira equitum*). SEN. nat. 6, 4, 2 *nihil* habet in se huius materiae tractatio -ius, cum multa habeat futura usui, quam quod *eqs.* epist. 73, 15 (*in imag.*) credamus ... Sextio monstranti -errimum iter (*postea*: secundum frugalitatem *eqs.*). COLVM. 4, 3, 3 nonnulli magna potius quam culta vineta possidere -um esse dicunt. 12, 2, 4 nihil esse -ius in omni ratione vitae dispositione atque ordine (*cf.* IVV. 1, 127 dies -o distinguitur ordine rerum). SIL. 15, 267 *praeda destinata* bellantum dextrae -oque labori (IVV. 16, 57 *Caesar* -o reddit sua dona l. *militis*). STAT. Theb. 10, 192 nox fecunda operum -aeque accommoda fraudi panditur augurio divum. QVINT. inst. 12, 11, 4 -errimis vitae praeceptis. PLIN. epist. 1, 9, 6 cum libellis loquor; ... o dulce otium honestumque ac paene omni negotio -ius (*sc. non ita inane*). *al.* Ⓑ *prosperum, secundum sim.*: PLAVT. Cornic. frg. 3 -um et luculentum hoc ... evenit proelium. LVCIL. 564 sume diem *vitae tuae,* qui est visus tibi -errimus unus ([*v. Housman, Class. Papers II 691*]. HOR. carm. 1, 36, 10 Cressā ne careat -a d. notā, *qua amicus sospes rediit*). LIV. 5, 27, 12 rati, quo nihil victori -ius est, melius nos sub imperio vestro quam legibus nostris victuros. perioch. 88, 1 *Sulla* -errimam victoriam crudelitate ... inquinavit (VAL. MAX. 9, 8 ext. 2. TAC. Agr. 34, 3 -am et spectabilem. *al.; cf.* PLIN. epist. 2, 7, 2 ferocissimam gentem, quod est -errimum victoriae genus, terrore perdomuit). CALP. ecl. 4, 165 respiciat nostros utinam fortuna labores -ior. VAL. FL. 1, 498 -errima Graium coepta. FLOR. epit. 2, 2, 14 -errimo exitu ... Leonidae famam adaequavit *Calpurnius Flamma. al. neutr. pro subst.* (*cf. l. 62*): TAC. ann. 1, 34, 4 quae apud Germanias ... -errima fecisset *Tiberius* (*sim.* OPT. PORF. carm. 9, 25 tua -errima, *sc. Crispi Caesaris.* 16, 7). CAPER gramm. VII 98, 8 contingere aliquid -i (*opp.* adversi). HIER. psalt. sec. Hebr. 15, 6 lineae *hereditatis* ceciderunt mihi in -errimis (*sc. condicionibus? v. p. 487, 14 sqq.*). Ⓒ *gratum, iucundum sim.* (*vi aucta v. sub B*): PLAVT. Aul. 507 hoc, *quod de luxu mulierum dixi,* ... -um est, praequam ubi sumptus petunt. CIC. Verr. II 5, 77 *ut hostium ducibus* per triumphum ductis -errimum spectaculum fructumque victoriae populus Romanus percipere possit (CAEL. Cic. fam. 8, 4, 1 caruisse te -errimo s. et Lentuli Cruris repulsi vultum non vidisse *doleo. al.*). off. 1, 118 quae ... maiori parti -errima videntur, ea maxime exoptant. HOR. sat. 1, 1, 44 quid habet -i constructus acervus *argenti, nisi eo uteris*? (PORPH. quid ... voluptatis erit?). LIV. 30, 12, 6 nihil esse ... -ius, quam victorem reciperatum ... invisere regnum. SEN. dial. 10, 15, 2 quae illum felicitas, quam -a senectus manet, qui se ... contulit *ad philosophos* (*cf.* AVSON. 11, 20 [210 S.], 13 -a senecta). PERS. 5, 179 *fac,* ut Floralia *a te instructa* possint ... meminisse senes; quid -ius? STAT. Theb. 2, 704 -um tibi, Pallas, honorem sanguinea de strage parat. silv. 3, 5, 61 otia ... -ae ... iuventae (AVSON. 3 [390 S.], 19. MEROB. carm. 2, 1). *al.* *per oxymoron*: CLAVD. 5, 364 metuenda voluptas cernenti -rque timor *erat aspectus equorum bellatorum.*

Ⓘⓘ *de corporeis* (*exempla potiora, quibus praevalere vid. respectus optimi usus vel reditus*): PLAVT. Aul. 610 ne ... -am praedam agat, si quis illam invenerit aulam onustam auri. Epid. 180 -a ... dos pecuniast. Most. 820 specta postis ..., quanta firmitate facti; ... :: non videor vidisse postis -iores. CATO orig. 93 argenti fodinae -errimae. CIC. S. Rosc. 43 tot praedia tam -a tam fructuosa ... filio suo ... tradiderat? (Sull. 56 plurimis et -errimis ... p. venditis). Verr. II 3, 186 classis -errima, Siciliae praesidium propugnaculumque provinciae, ... incensa est (5, 67 populi Romani [5, 91]. SALL. epist. Mithr. 13 VAL. MAX. 8, 1 absol. 4). leg. agr. 1, 21 caput patrimoni publici, -errimam populi Romani possessionem (*de agro Campano ut l. 8 et* 2, 80 fundum -errimum populi Romani. 2, 82 -errimas vectigalium sedis). 2, 43 -errimorum ... agrorum ... dominus, rex denique opulentissimi regni *Rullus* (2, 76 a. Campanus, ... orbi terrae -errimus. PLIN. epist. 7, 18, 4. *addasne iam p. 2563, 53?*). CELS. 5, 27, 5[A] scorpio sibi ipse -errimum medicamentum est; quidam contritum cum vino bibunt *eqs.* COLVM. 2, 15, 4 segetes laetas, ... -errimas vineas. PLIN. nat. 16, 42 materies, quae abieti -errima, piceae ad fissiles scandulas *utilis.* 16, 68 (*de ligni generibus; nisi ad I*) -errimum ... est bruscum, multoque excellentius ... molluscum. 21, 19 *rosa* Cyrenis odoratissima est, ideoque ibi unguentum -errimum. 33, 96 *argentum* reperitur ... in Hispania -errimum (33, 98 aurum a.que quo mollius, eo -ius). *al.*

β *speciatim pertinet ad*: Ⓘ *cibos optimi saporis* (*epulas lautas l. 22*): PLAVT. frg. inc. 24 vinum -um murrinam (APVL. met. 10, 21, 4. IVVENC. 2, 149 [*opp.* deteriora; *cf. Vet. Lat. Ioh. 2, 10 cod. 2. al.* bonum, *gr.* καλόν]). CATO agr. 104, 2 acetum acerrimum et -errimum. POMPON. Atell. 183 quo pacto caream tam -a penu? CIC. fam. 10, 28, 1 (*in imag.*) quam vellem ad illas -errimas epulas me Idibus Martiis invitasses. HOR. sat. 1, 5, 89 panis longe -errimus (PORPH. bonum p.). epist. 1, 15, 41 cum sit ... nil melius turdo, nil volva -ius ampla. MELA 2, 6 *Borysthenes* liquidissimus defluit ... potari ... -errimus (*Herodot. 4, 53, 2 πίνεσθαι ... ἥδιστος*). *al.* ⓘⓘ *augurium faustum* (*cf. p. 2565, 36. 2568, 62*): ENN. ann. 94 *aves* praepetibus sese -isque locis dant (*item iuxta* p. *de loco*: 488 Brundisium -o praecinctum p. portu [*si recte huc traxit Skutsch ad l., p. 615*]. *cf. p. 2568, 65*). MACER hist. 6 auspicia -a et luculenta (SIL. 5, 119 [*in imag.*]. AVG. civ. 4, 29 p. 181, 31. *al.*). TAC. ann. 2, 17, 2 -errimum augurium: octo aquilae *eqs.* FLOR. epit. 1, 7, 9 monstrum -errimum.

ⓘⓘⓘ *perfectionem artis rhetoricae vel poeticae* (*fere c. respectu stili, sed recitationis l. 54; sec. aurium iudicium imprimis l. 35. 46. 47*): RHET. Her. 4, 23, 32 quae sunt ampla atque -a, diu placere possunt; quae lepida et concinna, cito satietate adficiunt aurium sensum. CIC. Tusc. 5, 63 *in poesi,* nescio quo pacto magis quam in aliis *artibus,* suum cuique -um est. HOR. sat. 1, 10, 6 *alioqui* Laberi mimos ut -a poemata mirer (ars 99 non satis est -a esse p.: dulcia sunto [SCHOL. diserta, probata; *opp. quae* carent venustate. *cf. l. 50*]). epist. 2, 1, 72 *carmina Livii* emendata videri -aque et exactis minimum distantia miror (APVL. flor. 7, 4 AVG. civ. 11, 18 p. 485, 18). SEN. contr. 1, 4, 12 sententiam -errimam (2, 1, 29 suas. 2, 14. QVINT. inst. 8, 5, 19 fit -errima, cum aliqua comparatione clarescit. *al.*). 1, 6, 12 -errimam imaginem. QVINT. inst. 2, 4, 32 quamlibet -a elocutio, nisi ad victoriam tendit, utique supervacua. 4, 2, 25 in oratione -errima ([*sc. Cic. Mil.*]. 9, 4, 36. TAC. dial. 21, 8 o. ... ea demum -a est, in qua *eqs. al.; cf.* QVINT. inst. 10, 1, 111 qua *o. Ciceronis* nihil -ius auditum est). 8, 3, 16 quo plus quodque *verbum* spiritus habet, auditu -ius (FRONTO p. 57, 7 *Ciceronem* v. -errimis elocutum ... fuisse. p. 150, 21 v. -is et insignibus uteris? [*opp.* volgaribus et obsoletis]). *al.* TAC. dial. 9, 3 *Bassi versus* -i ... et iucundi. 20, 6 nostrorum oratorum aetas -ior et ornatior extitit (*accito poetico decore ex Verg. al.*). 23, 5 -errimo genere dicendi. PLIN. epist. 9, 8, 1 omnia scripta tua -errima existimo (*2* optime scribis).

al. *acc. neutr.* -um *pro adv.* (*cf. p. 2564, 62*): SERV. gramm. IV 446, 25 *hodie pro adverbio* omnes dicunt '-um legit, delicatum loquitur'.

b *dignitate, honestate, probitate sim.*: **α** *cum struct. verbali in locut.* -um est *sim.* (*sine copula l. 67 sqq. al.,* -um ducere *l. 64. p. 2567, 1. al.,* putare *e. g. l. 62. p. 2567, 2, sim. al.; addidimus struct. laxiorem p. 2567, 9*): Ⓘ *inf. vel acc. c. inf.* (*exempla selecta inde a* CIC.; *cf. p. 2565, 63*): CORNELIA epist. frg. 1 dices -um esse inimicos ulcisci; id neque maius neque -ius ... mihi esse videtur, sed *eqs.* ACC. trag. 149 tropaeum ferre me a forti viro -um est. PORC. LIC. carm. frg. 4 dum ad Philum se cenitare et Laelium -um putat *Terentius.* RHET. Her. 4, 52, 65 superari turpissimum et superare -errimum est. CIC. div. in Caec. 66 clarissimi viri ... hoc sibi amplissimum -errimumque ducebant, ab hospitibus ... suis ... iniurias propulsare. Phil. 2, 117 quam sit re -um, beneficio gratum, fama gloriosum, tyrannum occidere. SALL. Catil. 3, 1 -um est bene facere rei publicae. VERG. Aen. 2, 317 -um ... mori ... in armis. LIV. 34, 14, 4 quod -errimum, idem tutissimum: in virtute spem positam habere. SEN. dial. 3, 12, 5 illud -um dignumque, pro parentibus liberis amicis civibus prodire defensorem. 6, 4, 4 nec quicquam -ius existimo, quam in summo fastigio conlocatos multarum rerum veniam dare, nullius petere. CVRT. 8, 9, 32 apud hos *Indorum sapientes* occupare fati diem -um *est* (*opp.* pro dedecore ... habent). LVCAN. 9, 391 (*loq. Cato*) pati vel quae tristissima -um Romanumque putant. *et saepe.* *ironice vel acerbe dicta*: CIC. fam. 9, 17, 2 ego vir fortis idemque philosophus vivere

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-errimum duxi. Ps. Sall. rep. 1, 5, 5 ut homines adulescentuli sua atque aliena consumere, nihil libidinei ... denegare -errimum putent *eqs.* Hor. epist. 1, 2, 30 cui *Alcinoo* -um fuit in medios dormire dies. *al.*

Ⓘⓘ *enunt. secund., quae: strictius sunt pro subi.*: Tac. hist. 3, 53, 2 quod ... Vitellii legiones ... fudisset, id -errimum (Plin. epist. 4, 3, 1 q. semel atque iterum consul fuisti ..., est ... venerabile et -um. paneg. 92, 4. Paneg. 11, 7, 5 quanto hoc est admirabilius vel -ius, q. *eqs.*). Lact. inst. 2, 3, 5 erat multo -ius, ut ob benedicta potius quam ob maledicta morerere, *Cicero* (Paneg. 6, 13, 2 Avg. quant. anim. 36, 80). *laxius indicant condicionem, occasionem -i*: Plin. paneg. 56, 5 -um imperio, gloriosum tibi, cum te socii ... suis in sedibus adierunt. Paneg. 7, 5, 3 imperium hōc fore -ius iudicabas, si id non hereditarium ... crevisses, sed virtutibus tuis debitum ... meruisses (Clavd. Don. Aen. 1, 65 p. 25, 12 -um est ..., si inferiore in loco positus sit cognitus potiori).

β *cum subst. vel pron.* (*neutr. pro subst. p. 2568, 33; de incorporeis praeter honoris signa corporea l. 39. 41. 46*): Ⓘ *spectat ad colendam patriam, rem publicam eiusve instituta* (*ironice l. 20. 30*): Cic. Verr. I 36 hoc munus *restituendae integritatis iudiciorum* ... amplissimum -errimumque (off. 3, 2 requiescens a rei publicae -errimis m. *Africanus*). leg. agr. 2, 15 (*ironice; cf. ibid.* quod est indignissimum) hac lege agraria -a atque populari dari vobis nihil (Ivst. 8, 2, 12 ingenia ... -errimis l. institutisque formata). Rab. perd. 19 *si* id facinus, *sc. Saturnini necem,* -errimum esse arbitrarer (Sall. Catil. 20, 3 maxumum atque -errumum. Cvrt. 6, 7, 10 *necem Alexandri.* Tac. ann. 1, 8, 6 cum occisus dictator Caesar aliis pessimum, aliis -errimum f. videretur. *al.*). dom. 94 illius -errimi facti, quod ... pro salute patriae gessissem, splendorem (Phil. 1, 9 maximi ac -errimi f., *sc. Caesaris occisi.* off. 3, 19 ex omnibus praeclaris factis illud, *sc. tyrannicidium,* -errimum existimat. *al.*). 95 quod mihi crimini dabatur, non modo peccatum non erat, sed erat res post natos homines -errima (Phil. 2, 84 [*ironice*] ne ... ex multis rebus gestis M. Antoni r. unam -errimam transiliat oratio. *al.* Liv. 2, 9, 3 regnis, rei inter deos hominesque -errimae. *al.*). Phil. 14, 27 nullius -iorem speciem imperatoris accepimus *quam Hirtii aquilam in hostes ferentis* (*sim.* Sen. dial. 1, 2, 9 *nihil habet* Iuppiter -ius ..., quam ut spectet Catonem ... stantem *intrepidum*). 14, 34 *mortis* genus, quod esset -errimum (*cf.* mors -a: Verg. georg. 4, 218 [= Aen. 11, 647] *apes regem defendentes* -am ... petunt per volnera m. [Serv. gloriosam]. Aen. 9, 401 Sil. 10, 66. 308. *al.*). Att. 13, 6, 4 nos ignari -errimorum institutorum *maiorum* (*adde l. 22*). *al.* Lvcr. 5, 1234 -os fascis saevasque secures (*cf. l. 47*). Verg. Aen. 6, 821 *filios* nova bella moventis ad poenam -a pro libertate *vocat Brutus* (Clavd. 26, 105). Ov. met. 13, 263 vulnera ... ipso -a loco, *sc. in pectore accepta* (Sil. 5, 594 adverso -um sub pectore v. Plin. paneg. 33, 1). 13, 695 pro populo cecidisse suo -isque per urbem funeribus ferri (Stat. Theb. 11, 759 pro f. -o dedecorem amplexi vitam *milites cedentes*). Liv. frg. 39 quod Caesari -um est, petimus: ... deditis consulas. Sen. clem. 1, 26, 5 nullum ornamentum principis fastigio dignius -iusque est quam illa corona ob cives servatos (Paneg. 10, 3, 2 trabeae ... et fasces consulares ... sunt o. meritorum -errima quidem et augustissima). *al.*

Ⓘⓘ *vario respectu pertinet potius ad*: Ⓐ *virtutes, bonos mores*: Cic. inv. 2, 114 *virtutem non esse honorandam* praemio pervulgato; quae enim rara et ardua sint, ea experiendo -a et iucunda hominibus videri. fin. 1, 42 istae ... vestrae, *sc. Stoicorum aliorumque,* eximiae -aeque virtutes (Sen. dial. 2, 11, 1 -errimam v. ..., magnanimitatem. epist. 67, 12. *al.* Stat. Theb. 4, 128. *al.; cf.* Cic. Att. 14, 17ª, 4 nihil est ... virtute formosius, nihil -ius, nihil amabilius [*sim.* Sen. epist. 67, 16]). 4, 58 ea honesta, ea -a, ea laudabilia ... nominantur (*disting.* naturalia). Cato 43 esse ... aliquid naturā -um atque praeclarum, quod sua sponte peteretur quodque spreta ... voluptate optumus quisque sequeretur. Hor. epist. 1, 2, 3 quid sit -um, quid turpe, quid utile, quid non, ... melius Chrysippo ... dicit *Homerus.* Ov. met. 11, 389 -os ... piosque ... metus, *sc. propter maritum.* Sen. benef. 2, 14, 4 -errimum opus est, etiam invitos nolentesque servare. 3, 7, 3 duas res, quibus in vita humana nihil -ius est ..., gratum hominem et beneficium. 3, 36, 3 tam -o certamini *de beneficiis* (*2* honesta contentio). 5, 10, 4 quaedam, cum sint honesta, -errima, summae virtutis, nisi in altero non habent locum. dial. 5, 36, 2 *quid* -ius hac consuetudine excutiendi totum diem? epist. 66, 21 ad omne -um vir bonus sine ulla cunctatione procurret, stet illic licet carnifex (*cf.* 71, 36 magno ad -errima properare impetu). *al.* Colvm. 12 praef. 7 *olim* flagrabat ... mulier -errima diligentiae aemulatione, studens negotia viri curā sua maiora ... reddere. Stat. silv. 5, 2, 52 virtutis ... -r amor. Qvint. inst. 3, 8, 1 secundum opinionem -errimam ne utile quidem, nisi quod honestum esset, *existimare.* Ivv. 11, 56 -errima dictu. *al.* *in iunctura acri* (*cf. e. g. p. 2565, 36*): Stat. Theb. 7, 788 (*loq. Amphiaraus moriens*) tibi, Phoebe, ... poenas ... nefandae coniugis et -um nati commendo furorem *ulciscentis mortem patris.* 10, 240 (*loq. Adrastus*) *pugnandi aviditatem* laudo ... -aque meorum seditione fruor. Ⓑ *disciplinas nobiles: eam partem philosophiae, quae respicit summum bonum, deum*: Cic. fin. 4, 42 rerum illarum -arum atque admirabilium fundamenta (*antea*: maiora quaedam et diviniora). nat. deor. 1, 1 quaestio ... de natura deorum, quae et ad cognitionem animi -errima est et ad moderandam religionem necessaria. Sen. dial. 12, 20, 2 ad summa perrumpit et -errimo divinorum spectaculo fruitur *sapiens.* nat. 1 praef. 1 *philosophiae pars, quae ad deos pertinet,* maius esse quiddam suspicata est ac -ius, quod extra conspectum natura posuisset. *al.* *rhetoricam*: Sen. contr. 1 praef. 7 cum pretium -errimae rei cecidisset (Qvint. inst. 2, 15, 17 -errimae r. nomen. 12, 1, 32). 2 praef. 5 *olim* intra libertinos praeceptores -errimae disciplinae continebantur. Qvint. inst. 1, 12, 16 quia sit honesta ac rerum -errima eloquentia (*cf.* Tac. ann. 11, 6, 1 *eloquentiam* -errimam ... et bonarum artium principem). 12, 1, 4 studio ... operis -errimi vacare (Plin. epist. 2, 14, 3). *al.* *alias* artes: Petron. 88, 1 cum -errimae a. perissent, inter quas pictura ne minimum quidem sui vestigium reliquisset. Qvint. inst. 1, 10, 17 (*de musica*). 12, 1, 25 tot -errimas a. penitus mente complexum *oratorem.* Decl. in Catil. 3. Ⓒ *varia digna*: Cic. Phil. 12, 8 Martia ... legio ... mollietur atque illud -errimum [Martium] nomen amittet (12, 9 pacis ... dulcissimum et -errimum n. Tusc. 5, 7 *philosophia* hoc -errimum n. *sapientiae* apud antiquos adsequebatur. *al.*). Tusc. 5, 30 titulus hic ... insignis et -r *sapientis* (Plin. epist. 3, 8, 2 qui *t. pietatis* sunt omnibus honoribus -iores). Tim. 51 quae *causae* cum intellegentia sunt efficientes -errimarum rerum atque optimarum (*opp.* inconstantia perturbataque; *gr. 46*^{E} *καλῶν καὶ ἀγαθῶν, Chalc. transl.* honesta et bona). Lael. 26 an esset ... antiquior et -ior ... alia causa *amicitiae quam auxilium mutuum* (Sen. dial. 7, 15, 2. Plin. epist. 3, 11, 2 aes alienum ... contractum ex -errimis c. 6, 23, 1 [*de lite*] ut agam c. ... -am ... et famosam). 80 -errima ... amicitia ... propter se expetita *nec propter fructum.* Verg. Aen. 1, 286 nascetur -a Troianus origine Caesar (Clavd. Don. *ad loc.* p. 29, 15 natalium honestate). 9, 253 (*Niso Euryaloque*) quae digna ... praemia posse rear solvi? -errima ... di moresque dabunt vestri (Prvd. c. Symm. 2, 1055). Hor. epist. 1, 8, 3 *me* multa et -a minantem vivere nec recte nec suaviter (*cf. sat. 2, 3, 9* multa et praeclara). Sen. dial. 2, 3, 2 hoc ... quod prima specie -um atque magnificum est: nec iniuriam nec contumeliam accepturum esse sapientem. *al.* *ironice*: Cic. Verr. II 2, 154 dies festi agitantur, -a illa Verria. Verg. catal. 13, 19 non me vocabis ⌞-a per Cotytia⌟ ad feriatos fascinos (⌞⌟ *i. 'per C. -orum' [v. Serv. p. 2562, 46] Birt, Jugendverse, 1910, 151; de voc. fem.* -a *cogitant alii*). Hor. sat. 2, 3, 95 *avarus quidam* credidit ingens pauperiem vitium ...; omnis enim res, virtus, fama ... -is divitiis parent. Stat. Theb. 9, 17 *Tydeus* iacet – -a o solacia leti! – ore tenens hostile caput.

2 *de animantibus eorumque animo, virtute sim. vel de coetu eorum*: **a** *potius fortibus, potentibus sim.* (*cf. Serv. Aen. 4, 149* plerumque virtus et pulchritudo pro se invicem ponuntur [*affertur p. 2569, 11*]): **α** *de hominibus* (*avibus l. 65*): Enn. ann. 550 optima cum -is animis Romana iuventus. Verg. Aen. 6, 648 genus antiquom Teucri, -errima proles, magnanimi heroes (7, 761 ibat ... Hippolyti p. -errima bello. Sil. 12, 346. *al.*). 7, 657 *v. p. 2569, 11.* Hor. carm. 4, 4, 65 (*in imag.*) *gentem Romanam* merses profundo, -ior evenit (Schol. fortior fit). Ov. ars 1, 213 (*de triumpho Gai Caesaris futuro*) illa dies, qua tu, -errime rerum, quattuor in niveis aureus ibis equis. met. 7, 514 tam -a ... iuventus (*510* robora ...; miles). 12, 574 o Rhodiae rector -errime classis, *Tlepoleme.* Val. Max. 1, 6, 11 tot -errimarum legionum interitus (Decl. in Catil. 45). Cvrt. 9, 3, 12 (*ironice*) instrumenta belli consumpsimus; hunc tu -errimum exercitum nudum obicies beluis? (Qvint. inst. 1, 10, 48). Sil. 16, 155 (*loq. Scipio*) si -a tibi Mavorte videtur, (156) -ior est gens nostra fide (Stat. Theb. 5, 447. *cf. l. 50. p. 2569, 30*). 16, 191 (*Scipioni*) Dardanide -errime. Tac. ann. 15, 50, 4 *spectatorum* frequentia, tanti decoris (*sc. tyrannicidii perpetrandi*) testis -errima. Flor. epit. 4, 4, 5 *Mutinae* etiam manu -r apparuit *Octavius*: nam ... saucius aquilam ... in castra referebat. Clavd. 1, 147 Decios -os fortesve Metellos. *al.* *c. respectu augurii fausti* (*cf. p. 2566, 26*): Enn. ann. 80 Romulus -r in alto quaerit Aventino, servat genus altivolantum (*cf. p. 2569, 14*). 91 ex alto longe -errima praepes laeva volavit avis. **β** *de urbe Roma*: Cic. Catil. 2, 19 deos ... huic invicto populo, clarissimo imperio, -errimae urbi ... auxilium esse laturos (*sim.* 2, 29 quam u. -errimam florentissimam potentissimamque esse voluerunt *di.* 3, 1 domicilium clarissimi imperi, fortunatissimam -errimamque u. *deorum ope conservatam esse*). Sall. Catil. 52, 20 nolite existumare maiores nostros armis rem publicam ... magnam fecisse; si ita esset, multo -errumam eam nos haberemus; quippe ... maior copia nobis quam illis est (*c. respectu morum v. p. 2569, 23*). Verg. georg. 2, 534 rerum facta est -errima Roma. **γ** *de numinibus (sc. quatenus ab hominibus adeuntur, eorum salutem curant; cetera exempla v. p. 2562, 51; de deo christ. v. p. 2569, 52): in (de)precationibus*: Tab. devot. (CIL I^{2} 2520) 1 bona

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-a Proserpina, ... eripias salutem ... Ploti (ACT. lud. saec. Sept. Sev. [CIL VI 32328] 8 Iuno regina, bone pulch⟨er⟩ Apo⟨llo⟩). HOR. epist. 1, 16, 60 -a Laverna, da mihi fallere. TIB. 2, 5, 7 nitidus -rque veni, *Phoebe*! OV. met. 15, 678 quisquis ades ..., sis, o -errime, visus utiliter populosque iuves. fast. 4, 161 ad Aeneadas placido, -errima, voltu respice, *Venus*. trist. 5, 3, 43 casus releves, -errime, nostros, *Bacche*. MART. 10, 28, 1 annorum nitidique sator -errime mundi, *Iane*. *al.* *vario usu*: VERG. Aen. 3, 119 taurum tibi, -r Apollo, *mactavit Anchises* (CLAVD. DON. *ad loc.* p. 281, 23 propter responsi beneficium. *cf. p. 2562, 46*). 6, 142 hoc sibi -a suum ferri Proserpina munus instituit, *sc. ramum aureum* (*aliter explicat* SERV. -a: quae rapi meruit). 7, 656 sq. satus Hercule -o -r Aventinus (SERV. -o: forti). OV. met. 8, 780 *Ceres* annuit ... capitisque sui -errima motu concussit ... agros. fast. 2, 503 -r et humano maior trabeaque decorus Romulus *divus* (*cf.* 6, 375 lituo -r trabeaque Quirinus Vestaque pro Latio multa locuta suo est). PAVL. FEST. p. 7 'alma' sancta sive -a vel alens (*si recte huc traximus*). PETRON. 133, 3 vers. 1 -a Dione. CALP. ecl. 4, 57 te *vatem* ... lauro ... -r obumbrat Apollo. *al.*

b *potius probis, dignis, honorabilibus sim.* (*quolibet respectu eximiis l. 46*): **α** *generatim*: NOVIVS Atell. 40 o domus parata -ae familiae festiviter (*si recte huc traximus; sim. de coetu nobili*: APVL. flor. 9, 1 in hoc -errimo coetu [*praesente pro consule; cf. 9, 3* splendidissimo ... auditorio]. PRVD. c. Symm. 1, 544 -errima mundi lumina, *sc. senatores*). SALL. Catil. 5, 9 *ut* ex -erruma ⌊atque optuma⌋ pessuma ac flagitiosissuma facta sit *res publica* (⌊ ⌋ *Aug. civ. 2, 18, om. codd. Sall.; aliter p. 2568, 71*). SEN. Phaedr. 919 animis ... -am turpibus faciem induis (epist. 115, 3 o quam -am f., quam sanctam ... videremus *in animo viri boni*). epist. 67, 6 -errima pars eius *fortitudinis* maximeque mirabilis illa est, non cedere ignibus *eqs.* 92, 7 *qui ventri deditus est,* excedat ex hoc animalium numero -errimo ac dis secundo. 95, 49 summa illa ac -errima omnium natura *divina.* SIL. 13, 466 gens, o, veteris -errima Clausi, *sc. Ap. Claudius Pulcher* (16, 156 *v. p. 2568, 57*). STAT. Theb. 3, 269 (*Venus Marti; ironice*) bella etiam in Thebas, ⌊socer⌋ o -errime, ... paras (⌊ ⌋ *sc. Cadmi Thebanorumque*). silv. 3, 4, 73 -a ducis *Domitiani* clementia *vetans eunuchos fieri.* TAC. dial. 10, 6 effervescit ... vis -errimae naturae tuae *et* ... pro Catone offendis (*quem tragoedia celebrasti, Materne*). FLOR. epit. 2, 19, 1 *usque ad bellum Numantinum* populus Romanus -r, egregius, pius, sanctus (*opp.* reliqua saeculi ... foeda crescentibus ... vitiis). TERT. anim. 9, 2 *animam* -am iustitiā et disciplinis philosophiae (*opp.* deformem). castit. 12 l. 13 uxorem ... assume ... fide -am. fug. 10, 2 -ior est miles in pugna ... amissus, quam in fuga salvus (*antea*: erubescendum). ITIN. Alex. 42, 95 filia regalis -a ingenio. PRVD. perist. 2, 220 malim ... fragmenta membrorum pati et -r intus vivere. CLAVD. 21, 27 quem vultus honestat, dedecorant mores; animus quem -ior ornat, corpus destituit. AVG. in epist. Ioh. 9, 9 diligendo -i efficimur. GLOSS.^{L} IV Plac. C 21 in usu *loquendi* censorium hominem dicimus -um (*inde* ISID. diff. 1, 109). *al.*

β *speciatim*: Ⓘ *in sermone philos.* (*vi generali, sc. sublucente respectu speciei externae; cf. p. 2564, 64*): Ⓐ *de perfecto sapiente* (*in doctrina Stoicorum*): CIC. fin. 3, 75 *sapiens* recte etiam -r appellabitur, animi enim liniamenta sunt -iora quam corporis. HOR. epist. 1, 1, 107 *sapiens est* liber, honoratus, -r. SEN. epist. 66, 6 *animus* -errimus, ordinatissimus *eqs.* IVV. 7, 190 felix (*sc. vir opulentus, iocose pro* sapiens) *est* et -r et acer *eqs.* Ⓑ *de deo vel Christo* (*fere apud* AVG.): AVG. conf. 1, 4, 4 quis deus praeter deum nostrum? summe, optime, potentissime, ... -errime et fortissime *eqs.* epist. 120, 20 p. 722, 12 iustorum mentibus credendus est incomparabiliter -ior *deus,* quo est incomparabiliter iustior. in epist. Ioh. 9, 9 deus ... semper -r est, numquam deformis, numquam commutabilis. *ibid.* -r pro foedis *mortuus est* (*de Christo ut*: in psalm. 44, 3 l. 47 sq. -r deus, verbum apud deum, -r in utero virginis *eqs.* 103, 6 sic ad tempus non -r in forma servi, ut numquam defecerit a pulchritudine, quae est in forma dei. *al.*). BOETH. cons. 3 carm. 9, 7 -um -errimus ipse mundum mente gerens *deus.*

Ⓘ *in titulis sepulcralibus* (*nisi quaedam ad I trahas, v. p. 2562, 32 sq. 42*): CE 1592, 4 (*saec. III/IV*) -r fuit iuvenis, it⟨a ut opt⟩arimus diu es⟨se⟩. INSCR. christ. urb. Rom. 5996 (*a. 338*) anima dulces, innoc(u)a, sapiens et -a. CARM. Année Épigr. 1987 n. 178, 3 rapuit Proserpina -um *iuvenem.* DAMAS. carm. 51, 4 -a decore suo, solo contenta pudore. *al.*

B *cum acumine quodam significatur imprimis affectus eius, cui quis cordi est; de iis:* *qui sibi placent, contenti sunt sua sorte vel opera* (*in serm. remissiore; cf. p. 2571, 54*): CIC. Mur. 26 praetor interea ne -um se ac beatum putaret atque aliquid ipse sua sponte loqueretur, ei quoque *formula quaedam dicenda est.* HOR. epist. 1, 19, 45 *contempto auditorio* fidis ... manare poetica mella te solum, tibi -r (*cf. p. 2566, 36*). *qui aliis placent, ab iis diliguntur, cupiuntur* (*cf. grata, iucunda p. 2565, 55*): VERG. Aen. 10, 611 (*loq. Iuno*) quid, o -errime coniunx, sollicitas aegram *me* (*ironice; cf. 607* gratissima c.). PROP. 2, 25, 1 unica nata meo, -errima

⌊cura⌋, dolori (⌊ ⌋ *sc. sollicitudo, per oxymoron; meton. de Cynthia*). AVR. Fronto p. 1, 13 ad meum Frontonem, ad meam -errimam animam.

adv. ***pulc(h)rē.** *inter advv. qualitatis* PS. ASPER gramm. suppl. 53, 28. *compar.* -ius PLAVT. Aul. 413 CATO orat. 212 STAT. silv. 1, 1, 35. *al., superl.* -errime LIV. ANDR. trag. 40 PLAVT. Mil. 1312 *et saepe inde a* CIC. *legitur bis in versibus tragicis* (LIV. ANDR., ACC.), *saepe apud comicos, ceterum raro in poesi* (*sc. in serm. remissiore [praeter* STAT. *l. 25,* PRVD. *p. 2571, 23; de* OV. *v. p. 2562, 27] apud* LVCIL. [*1*], CATVLL. [*4*], LVCR. [*1, v. p. 2571, 61*], HOR. [*3*], PHAEDR. [*6*], SEN. apocol. [*1*], MART. [*4*] *aliosque*); *in prosa oratione inde a* CATONE (*2*), CIC. (*saepe, maxime superl.*) *eiusque fam.,* NEP. (*1*), SEN. *rhet.* (*6*). [*variat cum adi., v. p. 2561, 36; exstat contextu mutilo* CE 68 (= CIL I^2 1217), 1.]

fere i. q. modo pulchro, καλῶς (*haud raro ironice, e. g. p. 2571, 17. 39. 70. 2572, 14; pro syn. sunt imprimis* bene *l. 47. 60. p. 2571, 59. 61. al.* [*cf.* melius, optime *l. 57. p. 2571, 15. 32*], probe *l. 45. p. 2571, 14. 2572, 16,* recte *p. 2571, 34. 74. 2572, 16*): **I** *usu communi illustratur, quomodo fiat actio, qualis sit status*: **A** *pertinet ad verba (supplenda p. 2571, 23. 34), sc. c. respectu excellentiae, praestantiae, quae percipitur*: **1** *potius oculis* (*de specie externa, sed hic illic cogitare possis simul de actione probe, sollerter perpetrata, ut loci vergant ad 2; cf. p. 2572, 6*): LIV. ANDR. trag. 40 puerarum manibus confectum -errime (*vestimentum?*). PLAVT. Epid. 624 signum pictum -e (CIC. Verr. II 4, 123 tabulas -errime p.). Merc. 902 aedes probas, ... -e aedificatas arbitro, *si ibi est, quam amo* (*item respiciuntur aedificia*: CIC. Verr. II 1, 133 *templi* tectum -errime laqueatum. STAT. silv. 1, 1, 35 an nova ... surgant palatia ... -ius. *al.*). Rud. 908 Neptuno has ago gratias ..., quom me ex suis locis -e ⌊ornatum⌋ (*sc. vidulo*) expedivit. CATO orat. 212 (*loco lacunoso*) quis homo ... -ius purgat? CIC. Verr. II 1, 49 Tenem *deum* -errime factum ... abstulit (4, 29 phaleras. 4, 84 simulacrum. *al. ibid.*). APVL. met. 2, 7, 5 quam -e quamque festive ..., Photis mea, ollulam ... cum natibus intorques. 2, 17, 1 laciniis cunctis suis renudata ... in speciem Veneris ... -e reformata *Photis.* 2, 19, 3 pueri ... -e indusiati (10, 30, 2). 11, 8, 1 pompae magnae ... anteludia ... exornata -errume. CYPR. hab. virg. 12 p. 196, 1 describitur civitas meretrix compta -ius (*apoc. 17, 4 sq.*). *al.*

2 *animo, mente* (*v. quae ad 1 monuimus*): **a** *generatim respicitur potius actionis*: **α** *efficacia vel effectus*: Ⓘ *in quibuslibet condicionibus*: PLAVT. Asin. 912 (*in imag.*) -e hoc gliscit proelium. Bacch. 1068 incepta efficere -e (*sc. dolos*). Men. 472 (*parasitus minatur*) ni hanc iniuriam meque ultus -e fuero. Persa 554 si incolae bene sunt morati, -e (-e id *A*) munitum arbitror *oppidum.* Rud. 1366 istaec res tibi ex sententia -e evenit. Truc. 415 sine labore res geri -e potest ([-i *trad.*]. CIC. nat. deor. 2, 75 ab ea *natura* ... omnia -errime geri [*sim.* 2, 81]. *v. etiam l. 67. 68*). *al.* TER. Haut. 450 *meretrix* instructa -e ad perniciem *tuam* (SCHOL. Ter. Bemb. ⟨forti⟩ter). Phorm. 1047 sati' tibi⟨n⟩ est? :: immo vero -e discedo et probe et praeter spem (*cf.* Ad. 979 [*inde* QVEROL. p. 9, 1] processisti hodie -e *libertate donatus*). Ad. 381 salsamenta ... fac macerentur -e (*cf.* CATO agr. 74 *farinam* subigito ... -e; ubi bene subegeris *eqs.*). TITIN. com. 77 pilatricem pallae evallavero -e (*v. vol. V 2, 995, 41 sqq.*). AFRAN. com. 114 (*in imag.*) -e hoc incendi rogum. CIC. Tim. 46 *ut di* vitam ... eius *animantis* quam -errime regerent et gubernarent (*gr. 42^{E} κάλλιστα καὶ ἄριστα, Chalc. transl.* quam optime). CATVLL. 57, 1 (*item* 10) -e convenit improbis cinaedis. COLVM. 7, 3, 22 viciā -errime pascuntur *oves.* 7, 12, 7 *canes* satis ... -e funguntur officio, si *eqs. al.* MART. 3, 95, 13 pedicaris, ... -e ceves. PLIN. epist. 6, 22, 5 fecit -errime Caesar *in cognitione.* APVL. met. 10, 14, 1 -errime mihi furatrinae procedebat artificium (QVEROL. p. 44, 13. *cf. l. 69, aliter l. 46*). *al.* Ⓘ *in locatione, venditione sim.*: PLAVT. Amph. 278 (*in imag.; Mercurius Nocti*) *Iovi* optume optumam operam das, datam -e locas. Epid. 472 estne empta *meretrix* mihi istis legibus? :: habeas licet; conciliavisti -e. Persa 580 aut hoc emptore vendes -e, aut alio non potis (587 [*antea*: bene emere]). TER. Phorm. 493 feneratum istuc beneficium -e tibi dices. Ⓘ *in re sacra* (*cf. p. 2561, 40*): ACC. praetext. 37 -errume auguratum est rem Romanam publicam summam fore. CIC. div. 2, 36 cum ... tristissima exta ... fuerunt, ... proxima hostia litatur saepe -errime. Ⓘ *in re publica* (*cf. p. 2571, 3*): LEX Gabin. Calp. (CIL I^2 2500) 19 ⟨re publica -e⟩rrume administrata, imperio am⟨pli⟩ficato (*cf.* CIC. Phil. 14, 24 supplicatio re publica -errime gesta. DECRET. decur. Salens. [Inscr. Maroc. Gascou 307] 3, 26 ob curatam -e r(em) p(ublicam). MIN. FEL. 17, 2 -e gerere rem civilem). CIC. Phil. 13, 40 quasi ... ei *Antonio* -errime priora *maledicta* processerint. fam. 1, 4, 1 cum in senatu -errime staremus, quod ... sententiam Bibuli ... fregeramus. ad Brut. 23, 12 -errime viceramus, nisi Lepidus perdere omnia ... concupivisset.

β *magnificentia, dignitas, sublimitas sim.*: LVCIL. 1269 -e invitati acceptique benigne (*cf.* APVL. met. 5, 15, 1 -errime triclinio mirisque ... edulibus ... oblectat *sorores Psyche.* SIDON. epist. 2, 9, 6 sancte, -e,

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

abundanter accipiebamur [*antea*: copiose, senatorium ad morem]). SVLP. RVF. Cic. fam. 4, 5, 6 secundam -errime te ferre fortunam. BRVT. Cic. ad Brut. 24, 7 quod -errime fecisti ac facis in Antonio, vide ne convertatur ... ad opinionem formidinis. SEN. dial. 7, 3, 3 *mens* fortis ac vehemens, ... -errime patiens *eqs.* (-errima *trad.*). TERT. nat. 1, 16, 5 (*tragoedus spectantibus*) 'numquid' ait 'domini, disp⟨licui⟩ vobis?' responderunt Macedones: 'immo, tu quidem -e, *sc. egisti sim.*, at scriptor vanissimus'. EVCHER. laud. her. 32 *monachi* quanto -ius ad ... sapientiae studia divertunt magnificentiusque ... secedunt. *al.*

b *speciatim*: **α** -e *scribere, dicere* (*verbo subaudiendo l. 23. 34*): Ⓘ *vario respectu* (*sc. apte, commode, vere sim. proferre*): PLAVT. Asin. 802 'vino viginti dies ut careat'. :: -e scripsti, scitum syngraphum (CASSIOD. inst. 1, 28, 6 de hortis scripsit -errime Gargilius). Trin. 138 edepol mandatum -e et curatum probe. TER. Eun. 376 dix⟨is⟩ti -e: numquam vidi melius consilium dari (416 -e ... dictum et sapienter. Phorm. 302. CIC. fin. 2, 63 quam -e dicere videbare, cum *eqs.* PLIN. epist. 6, 13, 9. *al.*). Phorm. 542 (*ironice*) sane hercle -e suades. CIC. Cluent. 72 *homo mendax* -e adseverat sese ab Oppianico destitutum *esse* (*sc. firmiter, ut persuadeat; sim.* PHAEDR. 1, 10, 10 [*iudex reo*] te credo subripuisse, quod -e negas). fam. 6, 22, 2 -errime a sapientissimis viris tradita, *sc. praecepta.* NEP. Att. 13, 3 utrumque ... -e facere, *sc. et legere et scribere.* SEN. dial. 10, 9, 3 (*ad Verg. georg. 3, 66*) hoc quoque -errime ad exprobrandam infinitam cunctationem, quod *eqs.* (*item sine verbo*: PRVD. c. Symm. 1, 30 nimirum -e *Plato* '...'. *cf. l. 34*). APVL. apol. 48, 8 (*ad iudicem*) -e ac perseveranter ... quaesisti. AMBR. bon. mort. 8, 34 -e ... Graeci 'finem' mortem appellaverunt (ANON. in I Cor. 48A -e 'secundum carnem' appellavit 'Israhel' Iudaeos, ut ostenderet *eqs.* HIER. epist. 64, 18, 6. *al.*). *al.*

Ⓘⓘ *c. respectu stili* (*in arte oratoria vel poetica [gramm. l. 33]; cf. p. 2566, 32*): CIC. orat. 227 nihil ... est aliud ... -e et oratorie dicere, nisi optumis sententiis verbisque lectissimis dicere (SEN. contr. 1, 4, 11 -e dixit et nove. SCHOL. Hor. epist. 2, 2, 119 ['genitor ... usus'] -e dictum. *al.*). opt. gen. 15 *Thucydides* loquitur -e. :: num melius quam Plato? (CASSIOD. var. 2, 40, 2. inst. 2, 1, 1 grammatica ... est peritia -e loquendi). HOR. ars 428 *laudator audiens tua carmina* clamabit ... '-e, bene, recte' (*item sine verbo*: MACR. Sat. 6, 4, 3 -e 'vomit undam' et antique. *cf. l. 23*). SEN. contr. 7, 1, 26 *Artemo* -e coepit: '...'. 9, 2, 19 Montanus illum locum -errime tractavit. PLIN. nat. 8, 162 forma equorum, quales maxime legi oporteat, -errime quidem Vergilio vate absoluta est. QVINT. inst. 7, 1, 44 (*ironice*) quaerentur sententiae ... obscurae ..., et -e fuerit cum materia tumultu et clamore transactum. 10, 2, 18 qui se -e expressisse genus *dicendi Tullianum* ... viderentur, si *eqs.* (CASSIOD. in psalm. 33, 3 l. 59 -errime uno commate dilectio ... expressa est). FRONTO p. 132, 7 *nonne* -e scripsisse videtur? numquod verbum insolens aut intempestivum? p. 156, 14 *verbo quodam quaesito* -e uti sciebas. *al.*

β -e *intellegere, meminisse sim.*: PLAVT. Mil. 780 ego ita esse, ut dicis, teneo -e (Poen. 578 tenes praecepta in corde? :: -e). TER. Ad. 533 illius sensum -e calleo. CASS. Cic. fam. 11, 3, 3 -e intellegis, non posse nos *eqs.* (PHAEDR. 4, 22, 2 SEN. benef. 7, 4, 8). PLANC. Cic. fam. 10, 23, 1 Lepidum ... -e noram (HOR. sat. 1, 9, 62 PHAEDR. 3, 13, 4). PHAEDR. 3 epil. 35 *sententiam* -e meminero (COLVM. 3, 9, 6). 4, 21, 6 si -e vides, quam non conveniens aurum sit (5, 10, 10). SEN. benef. 5, 24, 2 Caesar ait se non posse galeam adgnoscere, hominem -e posse. ORAT. imp. Hadr. (CIL XIV 3579) 21 ea, quae -e scitis (*vix addas l. 44*).

γ -e *valere, esse sim., sc.*: *laute, beate* (*cf. p. 2569, 68; e coni. dub.* PLAVT. Men. 152 ubi -e habeamus [*Ussing,* ubi sepulcrum h. *trad.*]): PLAVT. Merc. 583 quin ... obsonium curamus, -e ut simus? (*cum dat.*: CIC. nat. deor. 1, 114 deum nihil aliud ... nisi 'mihi -e est' et 'ego beatus sum' cogitantem. CATVLL. 23, 5 est -e tibi cum tuo parente [*ironice; cf. 15* bene ac beate]. HOR. sat. 2, 8, 19). Mil. 1312 (*ironice*) ubi -errume (-errimam *B*) egi aetatem, *sc. apud militem.* Most. 54 (*52* mihi bene est) decet ... me victitare -e, te miseris modis. LVCR. 5, 172 cui nihil accidit aegri ..., cum -e degeret aevom (*respic. deus ut l. 57*). MART. 12, 17, 9 cum recubet -e, cum tam bene vivat *febris* apud te. *sine morbo*: CATVLL. 23, 8 (*ironice*) bene ... valetis omnes, -e concoquitis, nihil timetis. MART. 1, 77, 1 -e valet Charinus et tamen pallet (AMBR. epist. 5, 26, 2 *puer tussi laborans* bis ad diem curatur et coeperat -e valere). *honeste, gloriose*: SEN. suas. 7, 9 per te, M. Tulli, per quattuor et sexaginta annos -e actos, ... per aeternam ... ingenii tui memoriam, ... oro et obtestor, ne *eqs.*

δ -e *perdere vel perire* (*ironice, ubicumque a parte laesi intellegendum*): PLAVT. Aul. 413 (*loq. servus vapulatus*) *nusquam* ligna ... praeberi vidi -ius. Bacch. 793 pendebit hodie -e *turdus, i. senex, in transenna.* Curc. 214 -e ... occidi. Mil. 404 si ad erum haec res prius praevenit, peribis -e. Truc. 636 -e ludificor. *al.* APVL. met. 6, 17, 2 *praecipitio* ad inferos recte atque -errime ... descendere.

B *pertinet ad adi.* (*cf. l. 21, anne et p. 2570, 40. 43? huc spectat var. l.* PLAVT. *p. 784, 23*): PLAVT. Amph. 681 gravidam et ... te -e plenam aspicio. TER. Eun. 728 videbar mihi esse -e sobrius ([DON. *ad l.* 3 fortiter ac nimis]. HEGES. 1, 1, 10 moderator egregius et -e s. *Hyrcanus*). SEN. apocol. 12, 3 vers. 3 -e cordatus homo *Claudius.* PLIN. nat. 9, 182 duci ... -e noto (21, 170). *respicitur species externa*: MART. 2, 58, 1 pexatus -e rides mea ... trita *vestimenta.* PRIAP. 52, 7 *quidam* -e pensilibus peculiati (*obscene; cf. 10* nil deterius mutuniatus *asellus*).

II *usu peculiari iudicatur, utrum id, de quo agitur, fiat vel dicatur merito, recte sim. necne* (*forma '-e mones' pro 'bene facis, quod m.' vel 'merito m.'; exempla pauca minus dubia*): PLAVT. Mil. 537 vide sitne *Philocomasium* ... intus. :: licet; -e admonuisti ([*cf. 573* bene me mones]. AMBR. epist. 1, 1, 1 [*ipso initio*] -e admones, frater, ut *eqs.* exhort. virg. 10, 72). TER. Haut. 333 (*ironice*) adsimulabimus tuam amicam huius esse amicam. :: -e; quid faciat sua? (*item sine verbo in responso*: Eun. 774 aedis expugnabo. :: recte. :: virginem eripiam. :: probe. :: male mulcabo ipsam. :: -e [DON. *ad l.* 2 assentatur ad omnia]). CIC. Att. 13, 20, 4 quae tum acta sunt, non possum non probare, et tamen non curare -e possum. APVL. met. 10, 1, 1 qui *miles* propter eximiam impotentiam -errime vapularat. PRISC. LYD. solut. 1 p. 46, 24 *anima,* dum sit ... non mixta per essentiam aliis, -e incorruptibilis est.

deriv.: pulchellus, pulchralis, pulchresco, pulchritas, pulchritudo, pulchro.

compos.: per-, praepulcher; pulchrifico. *cf. Onom.*

pulchrālis, -e. *a* pulcher. *non nisi neutr. plur. pro subst.*: CATO orat. 179 -bus atque cupediis (cupidus *trad.; si recte coni. Dacier, cogitare possis de apparatu ad pulchrum convivium pertinente vel de ipsis cibis lautis* [*cf.* bellaria]. *explicat* PAVL. FEST. p. 243 -bus pro pulchris).

pulc(h)rē *v.* pulcher. **[pulc(h)rēdo** *v. p. 2574, 42.*]

pulc(h)rēsco, -ere. *a* pulcher. *scribitur* pulcr- *in cod. ant. Lugd.* PS. AVG. *l. 43.*

1 *notione originaria i. q. pulchrum fieri*: **a** *proprie respicitur praestantia formae, speciei externae* (*cf. l. 52*): SER. med. 818 sucis hederae -it foeda cicatrix (*Plin. nat. 24, 77* cicatricibus ... decorem facit). FAVST. REI. epist. 6 p. 199, 5 quinque sensuum expugnemus inlecebras; quicquid enim -it visu, quicquid lenocinatur odoratu *eqs.* (*item fere* 9 p. 213, 27 CAES. AREL. serm. 69, 3). CASSIOD. var. 8, 32, 1 quod ipsa loca *iuxta fontem Arethusae* ... aquarum inundatione -ant. *de minus formosis, quae virtutis causa pulchra videntur*: ARNOB. IVN. ad Greg. 7 l. 33 facies quamvis foeda iucunda est, si animi -at aspectu (*opp.* sordescat). LVX. anth. 353, 13 (*ad venatorem fortissimum*) *quamvis niger es,* populi -is amore (*opp.* foedior est). **b** *translate respicitur praestantia: fidei, virtutis sim.* (*aliter l. 39*): PS. AVG. serm. Wien. Stud. 50, 1932 p. 137, 37 et in fide -ere et in virtute candescere. ARNOB. IVN. ad Greg. 15 l. 15 quid pudicitia elegantius invenitur, quam dum libenter adtendimus et ipsi -imus? 18 l. 77 amicarum te societas ornet earum, ... quarum patientia mitescas quarumque -as alloquio. MVTIAN. Chrysost. hom. 28, 7 p. 417, 62 ut vera pulchritudine ⌊-atis⌋ et efficiamini gloriosae (⌊ ⌋ *Löfstedt, v. Wilhelmsson, Studien, 1944, 75*; plus crescatis *trad.; gr. p. 201 ἵνα καλαὶ ἦτε, ὄντως καλαί*). *varii generis*: ARNOB. IVN. in psalm. 135 l. 26 (*ad 135, 5*) 'qui fecit caelos in intellectu' nostro, ut ipsorum nobis solus -at adspectus, *sc. considerantibus opus creatoris mirabile.* CASSIOD. var. 5, 40, 2 *meritorum tuorum* facies de adiuncta *novae dignitatis* venustate -it. inst. 1, 15, 12 *secundum distinctiones* dictionem sic per membra dividere, ut suis partibus considerata -ant, *quae leguntur.* in psalm. 102, 15 l. 247 ('sicut flos agri') ita ... et imbecillitas humana -it, *sed cito perit.*

2 *notione deflexa i. q. pulchrum reddere* (*ad usum trans. cf. Hofmann-Szantyr 298*): DRAC. Orest. 128 lasciva reos -unt gaudia vultus *Clytaemestrae.*

pulchrifico, -āre. *a* pulcher *et* facere. *i. q. pulchrum reddere*: ISID. orig. 17, 8, 7 *mastix* splendorem cutis -at (*cf. Diosc. 1, 77 p. 42, 11* candidum vultum facit).

pulchritās, -ātis *f.* *a* pulcher. *i. q. pulchritudo* (*item* NON. p. 155, 17 *et inde* GLOSS. -s): CAECIL. com. 55 di boni, quid illud est -is! *Kruse.*

***pulc(h)ritūdo,** -inis *f.* *a* pulcher. *scribitur* pulchr- ORAT. imp. Hadr. (CIL XIV 3579) 24 *et passim in codd. ant., e. g.* PLAVT. Mil. 1172 Poen. 1193 TER. Phorm. 105 FRONTO p. 88, 7, pulcr- DECRET. patron. Amitern. (Année Épigr. 1937 n. 119) 22. CIL XI 4095, 6 (*a. 341*). INSCR. christ. urb. Rom. 17852. VET. LAT. psalm. 77, 61 (cod. 300). *al.* NOT. Tir. 70, 74 -o. *de notione* (*cf. definitionem, partitionem p. 2575, 18. 29. 56*): GLOSS. -o: *κάλλος. εὐμορφία. εὐπρέπεια. ὡραιότης.* -e vincens: *καλλίνικος.* *legitur in versibus apud* PLAVT., TER., ACC., *in prosa orat. inde a* RHET. Her., CIC., VARRONE, LIV., *admodum raro plur., sc. apud* PLIN. nat. *et inde a* VET. LAT., AMM. (*v. sub IA2b et p. 2576, 15. 23. 44*).

[Grossardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

i. q. status pulcher, qualitas pulchri (*de usu meton. v. IA2 et p. 2576, 23. 38; opp. e. g.* deformitas *l. 27. 66. p. 2575, 64. al.,* foeditas *p. 2576, 23. 25,* turpitudo *p. 2574, 52. 2575, 14, disting.* utilitas *l. 64. p. 2574, 37. al.; iuxta ponuntur* decor [decus] *p. 2574, 10. 55. al.* [*cf.* d. -is AVG. civ. 11, 23 p. 493, 22. *al.,* -o decoris VET. LAT. IV Esdr. 10, 50. *al.*], species *l. 44. 53. p. 2575, 50. 2576, 9. al.,* venustas *p. 2575, 16 [cf. p. 2575, 18 et* v. -is *p. 2576, 8], et sim. al.; accedunt saepe adi. vim augentia, imprimis* eximia, *v. vol. V 2, 1493, 22 sqq. 1495, 49 sqq., ceterum infra e. g. l. 22. 45. p. 2574, 52, nota* -o pulchra *l. 16 [cf. p. 2576, 39]; laudatur* -o naturalis *l. 55. p. 2576, 4* [*cf. l. 54*]): **I** *de eximia specie externa, formositate sim.* (*quae percipitur oculis mentis l. 40. p. 2574, 52. 2575, 23; quae ad aures spectant, v. p. 2576, 11* [*cf. p. 2576, 1*]): **A** *quae pertinet ad certa quaedam pulchra*: **1** *notione communi de specie*: **a** *animantium eorumque partium*: **α** *hominum* (*numinum l. 28. 51 [cf. p. 2574, 47. 48], angelorum l. 34*): Ⓘ *quorumlibet*: PLAVT. Mil. 959 quae te amat tuamque expetessit pulchram -em (*respicitur miles ut*: 998 hominem nimium lepidum et nimia -e. 1172 formam, amoenitatem illius, faciem, -em conlaudato). LIV. 4, 19, 1 tribunus militum ... eximia -e corporis (VELL. 2, 97, 3. PETRON. 132, 1 ipsa c. -e me ad se vocante trahebat *puer* ad venerem. PLIN. epist. 1, 14, 8 est illi facies liberalis ..., est ingenua totius c. -o et quidam senatorius decor. *al.; cf. l. 51*). VAL. MAX. 4, 5 ext. 1 excellentis ... -is adulescens. SEN. dial. 6, 24, 1 adulescens statura, ⌊-e⌋, certo (cetero *var. l.*) corporis robore castris natus (⌊ ⌋ *si recte trad., v. Watt, Harv. Stud. Class. Phil. 96, 1994, 236; cf. tamen* QVINT. inst. 3, 7, 12 -em interim roburque prosequimur honore verborum, ut Homerus in ... Achille). PLIN. epist. 3, 16, 3 filius decessit eximia -e. FLOR. *l. 47.* Ps. QVINT. decl. 18, 9 -o *liberorum* (*opp.* deformitas). APVL. met. 5, 14, 5 qui *infans Psyches* si parentum, ut oportet, -i responderit. 5, 22, 4 divini vultus intuetur *Psyche* -em. *al.* VET. LAT. psalm. 44, 4 (Tert. adv. Marc. 3, 7, *sim. al.*) *rex,* accingere ensem super femur tuum, potens, tempestivitate tua et -e tua (*gr. τῇ ὡραιότητί σου καὶ τῷ κάλλει, Cypr. testim. 2, 29* decori et speciei, VVLG. 44, 5 [*cum sequentibus iungens*] specie tua et -e tua. *Christum intellegunt patres, e. g. p. 2576, 28*). IVST. 8, 6, 5 puerum honestae -is. AVG. in epist. Ioh. 4, 5 -em angelorum omnia superantem (serm. 19, 5 l. 202). *al.* Ⓘⓘ *feminarum*: PLAVT. Poen. 1193 hodie inter alias *puellas ad templum Veneris coeuntes* praestitimus -e (*cf.* CVRT. 3, 12, 22 *coniugem Darei* nulla aetatis suae -e corporis vicit. TAC. ann. 4, 3, 3 soror Germanici, formae initio aetatis indecorae, mox -e praecellebat. 13, 45, 2. *al.*). TER. Phorm. 105 *v. p. 2562, 10.* CIC. inv. 2, 1 ut excellentem muliebris formae -em muta in se imago contineret, Helenae pingere simulacrum velle dixit *Zeuxis* (CVRT. 3, 11, 24. 4, 10, 24 eximiam. ORAT. imp. Hadr. [CIL XIV 3579] 24. *al.*). Verr. II 1, 64 mulierem eximia -e (*item abl. qual.*: div. 1, 52 -e eximia feminam [*sec. Plat. Crito 44^A καλὴ καὶ εὐειδής*]. *cf. l. 17. 18. 26*). LIV. 1, 9, 12 unam *Sabinam* longe ante alias specie ac -e insignem. FEST. p. 351 rapta virgine unicae p⟨ulchritu⟩dinis (*item gen. qual.*: VAL. MAX. 6, 1 ext. 2 mirae [SVLP. SEV. chron. 1, 38, 1. 2, 12, 3]. FRONTIN. strat. 2, 11, 6 eximiae. FLOR. epit. 2, 6, 40 pueros puellasque praecipuae -is. *al.*). VAL. MAX. 4, 3 ext. 3 Phryne -e sua ... abstinentiam *Xenocratis non* labefecit. TAC. ann. 13, 46, 1 sibi concessam dictitans *Otho* nobilitatem -em *Poppaeae.* FLOR. epit. 4, 11, 9 *v. p. 2485, 53.* APVL. met. 2, 8, 4 nudam -em suam praebere. *al.* HYG. astr. 2, 13, 1 Vulcanum Minervae -e corporis inductum petisse *eqs.* (2, 15, 4. CYPR. hab. virg. 6 [*acerbe*] virgo in ecclesia de specie carnis ac de c. -e gloriatur. *al., e. g. l. 37*). TERT. cult. fem. 2, 2 l. 39 confictae et elaboratae -is (*disting.* naturalis speciositatis). HIER. epist. 107, 11, 2 si adpetitis sordibus turpare festinat naturalem -em *virgo christiana.* VVLG. Ezech. 16, 15 (*in imag. de Hierusalem*) habens fiduciam in -e tua fornicata es (*Vet. Lat. cod. 176* in forma). *al.*

β *animalium* (*arborum, florum sim. l. 67 sq.*): ACC. praetext. 20 pecus lanigerum eximia -e. VARRO rust. 2, 5, 3 *taurorum.* LIV. 1, 7, 5 *Cacus* captus -e boum. *ibid.* eximium quemque -e. COLVM. 9, 1, 7 dum viridis aetas -em corporis conservat *feris.* GELL. 3, 9, 8 (*e Gav. Bass.*) equum ... haut credibili -e vigoreque et colore exuberantissimo. PORPH. Hor. sat. 1, 2, 86 reges cum equos emunt, opertos considerant, ne ... capti -e inutiles equos mercentur, videlicet utilitatem -i praeponentes. PANEG. 10, 10, 7 eximiae -is feras. VEG. mulom. 3, 6, 5 macies grata *Huniscis equis* et quibus -em praestet ipsa deformitas. VVLG. Ezech. 31, 8 omne lignum paradisi dei non est adsimilatum illi *cedro in Libano sitae* et -i eius (*Vet. Lat. cod. 176* decorem). AVG. civ. 10, 14 p. 424, 19 flosculorum atque foliorum -e. nat. bon. 14 in eius *formae humanae* comparatione simiae -o deformitas dicitur. *al.*

b *rerum* (*arborum sim. v. l. 67 sq.*): **α** *mundi sim., sc. in universum* (*ut comprehendi possint etiam animantes*): CIC. de orat. 3, 179 (*de statu mundi totius*) haec tantam habent ... -em, ut nulla species ne cogitari quidem possit ornatior. Cato 81 hanc omnem -em tuentur et regunt *dei* (*brevius sec. Xen. Cyr. 8, 7, 22, ubi ὑπὸ κάλλους. an meton.?*). nat. deor. 2, 58 ut in eo *mundo* eximia -o sit atque omnis ornatus. 2, 98 oculis ... contemplari -em rerum earum, quas divina providentia dicimus constitutas. 3, 18 quae ... in domo pulchra cum -e mundi comparabas ([*sc. 2, 17*]. div. 2, 148 ordoque rerum caelestium. Ps. CYPR. spect. 9, 1. AMBR. hex. 1, 4, 16 *deus* hanc tantam -em m. ex nihilo fecit esse. *al.*). SEN. dial. 8, 5, 3 artis sibi ac -is suae conscia *natura.* VET. LAT. sap. 13, 5 (Hil. trin. 1, 7, *sim. al.*) de ... -e creaturarum ... generationum conditor conspicitur ([*gr. καλλονῆς, Vulg.* speciei. *inde e. g.* RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 219, 25]. AVG. civ. 22, 24 p. 615, 12 -o et utilitas creaturae. *al.*). RVFIN. Orig. princ. 1, 1, 6 p. 21, 8 *mens nostra* ex -e operum et decore creaturarum ... intellegit *deum.* AVG. civ. 11, 18 tit. de -e universitatis (enchir. 3, 10. *al. apud eundem*). in psalm. 144, 15 hic vivunt in isto decore, in ista -e prope iam ⌊ineffabili⌋ (*cf. p. 2576, 36*). LEO M. serm. 90, 3 nisi in ipsa visibilium -e creator potius quam creatura diligatur. *al.* *de -e mundi periculosa sec. rationem christ.* (*cf. e. g. p. 2575, 40. 2576, 44*): HIER. in Soph. 2, 1 l. 29 divitiis ... et -e huius saeculi, carnis quoque voluptatibus delectaris. LEO M. serm. 89, 3 ut de mundi -e aut concupiscentiae accendantur faces aut superstitionum gignantur errores. ARNOB. IVN. in psalm. 26 l. 45 *inimici* ostendunt mundi -em, quae cum sit mortalis in gustu, speciosa est in aspectu. *al.* **β** *rerum naturalium*: CIC. phil. frg. V 53 caeli signorum admirabilem ordinem insatiabilemque -em. nat. deor. 2, 15 solis, lunae siderumque omnium distinctionem, utilitatem, -em, ordinem (2, 95 eius *s.* AVG. in epist. Ioh. 4, 5 s. et lunae). 2, 100 quanta maris est -o ([*postea*: amoenitates]. AVG. serm. 241, 2. *al.*). *al.* PAVL. FEST. p. 78 ob -em regionis, *i. Europae.* SEN. nat. 7, 1, 2 coetus astrorum, quibus immensi corporis, *sc. caeli,* -o distinguitur. SVET. Nero 38, 2 laetus ... flammae, ut aiebat, -e Halosin Ilii ... decantavit. VET. LAT. Sirach 43, 20 -em coloris eius *nivis* admirabitur oculus (*gr. 43, 18 κάλλος*). AMM. 20, 3, 8 a caelo totius -is (*cf.* -o caeli: AVG. vera relig. 143. *al.*). *al.* **γ** *urbium, aedificiorum eorumque partium*: CIC. Verr. II 4, 124 quam multi Graeci de harum valvarum -e scriptum reliquerint. leg. agr. 2, 40 *Mytilenae* urbs ... descriptione aedificiorum et -e ... nobilis. 2, 95 Campani ... superbi bonitate agrorum ..., urbis ... -e (p. red. ad Quir. 4 quae species Italiae, ... quae -o u. prov. 29 CVRT. 5, 1, 24. *al.*). Flacc. 62 propter -em Athenarum etiam inter deos certamen fuisse. Tusc. 5, 57 qua -e urbem ... tenuit *tyrannus*! div. 2, 86 fani -o. QVINT. inst. 3, 7, 27 (*inter laudes operis structi*) utilitas, -o (*ibid. iterum. cf.* PLIN. epist. 10, 37, 3 et utilitatem operis, *sc. aquae ductus,* et -em saeculo tuo esse dignissimam [*sim.* 10, 41, 1]). PLIN. paneg. 51, 3 templorum (EVSEB. GALLIC. hom. 3, 3). DECRET. patron. Amitern. (Année Épigr. 1937 n. 119) 22 thermas ... cum porticis novis factis et omni ornamento at ⌊pulcri⟨tu⟩dinem⌋ restauravit ([⌊ ⌋ *in tabula vitiorum plena vix agnoscas subst.* pulcredo *a* pulcher *derivatum sec.* dulcedo *sim.*]. *ad rem cf.* CIL XI 4095, 6 [*a. 341*] volumptatem thermarum ... ad meliorem -em ... dedicaverunt). *al.* **δ** *statuarum, tabularum*: CIC. Verr. II 2, 87 in his *signis erat* eximia -e ipsa Himera in muliebrem figuram ... formata. 4, 110 -o *signis* periculo, amplitudo saluti fuit. de orat. 3, 98 colorum -e et varietate. orat. 5 Coae Veneris -em imitari (div. 1, 23). *al.* COLVM. 1 praef. 31 -e Iovis Olympii ... attonitos *artifices* (PLIN. nat. 36, 18 QVINT. inst. 12, 10, 9). PLIN. nat. 34, 43 *Apollinem Colossum* dubium aere mirabiliorem an -e. 36, 15 *Phidiae* Venerem ... eximiae -is. *al.* **ε** *ornamentorum rerumque variarum*: RHET. Her. 3, 22, 37 (*in arte memoriae*) si egregiam -em aut unicam turpitudinem eis *imaginibus* attribuemus. CIC. Verr. II 4, 39 -e eius *monilis* incensa *Eriphyla.* 4, 64 -o eius *candelabri.* 4, 125 in quibus *gramineis hastis* ... -o erat *nulla.* LIV. 10, 46, 4 inspectata spolia Samnitium et decore ac -e paternis spoliis ... comparabantur. COLVM. 7, 4, 4 *ovium quarundam* pelles ... propter -em lanae maiore pretio *veneunt.* PLIN. nat. 37, 193 quae *gemma* propter -em Alexandro regi missa sit (*Theophr. lapid. 32 διὰ τὸ περιττόν*). PLIN. epist. 1, 20, 5 *librorum* voluminibus ipsis auctoritatem quandam et -em adicit magnitudo. PORPH. Hor. epist. 1, 20, 9 quam diu retinueris -em novi libri. IVST. 11, 13, 5 armorum. *al.*

2 *meton. de ipsis pulchris*: **a** *locis, sideribus* (*cf. p. 2573, 74*): CIC. Verr. II 4, 120 *Marcellus,* cum tam praeclaram urbem ... cepisset, ... hanc -em, ex qua ... periculi nihil ostenderetur, delere *noluit.* VET. LAT. I Macc. 2, 12 (rec. V) ecce sancta nostra et -o nostra ... desolata est *Hierusalem* (*gr. τὰ ἅγια ἡμῶν καὶ ἡ καλλονή, recc. L, B* speciositas). AMBR. hex. 4, 1, 2 *sol* oculus est ... mundi, iocunditas diei, caeli -o. VVLG. Ier. 49, 19 (= 50, 44) quasi leo ascendet de superbia Iordanis ad -em robustam (*respic. vel Idumea vel Babylon*). *al.* **b** *rebus pretiosis*: PLIN. nat. 37, 129 *paederos gemma* totiens iactati per alienas -es nominis. VET. LAT. psalm. 77, 61 (cod. 300. *al., sim.* VVLG.) *deus* tradidit in captivitate fortitudinem ipsorum *Iudaeorum* et -em eorum in manus inimici (cod. 400. *al.* -es, *gr. καλλονήν. explicat e. g.* AVG. *ad l.* 77, 36 arcam, unde sibi videbantur invicti et unde sibi plaudebant [placebant *var. l.*]). AMM. 31, 16, 7 *Gothi ab oppugnatione destiterunt,* cum murorum ambitum ... oblongum et

[Grossardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

inaccessas -es urbis ... considerarent. **c** *animantibus* (*cf. etiam p. 2573, 50*): APVL. met. 4, 31, 2 (*Venus Amori*) in -em contumacem, *i. Psychen,* severiter vindica. VVLG. psalm. 49, 11 (*loq. deus hostias recusans*) -o agri mecum est (*gr. ὡραιότης, Vet. Lat. cod. 300. al.* species. *explicat* AVG. *ad l.* 49, 18 l. 28 -o agri, ubertas omnium in terra gignentium).

B *generaliter considerata* (*imprimis in corpore humano praeter e. g. l. 8. 37. 39 sqq.; cf. l. 47*): **1** *in variis condicionibus*: CIC. Cael. 42 si quem forte inveneritis, qui aspernetur oculis -em rerum, ... excludat auribus omnem suavitatem. leg. 1, 55 cum ... divitias, valetudinem, -em commodas res appellet *Zeno,* non bonas (*item in serie simili*: fin. 2, 114 vires, valitudo, velocitas, -o. Tusc. 5, 30. *al.* APVL. Plat. 1, 18 p. 216 tunc animanti sanitatem adesse, vires, -em, cum ratio totam *animam* regit. *al.*). fin. 5, 47 cur non recte -o ... propter se *in corpore* expetenda ducatur? (*syn.* formae dignitatem; *opp.* turpitudinem). Tusc. 4, 31 (*v. l. 55*). 4, 72 *amorem sec. Stoicos esse* conatum amicitiae faciendae ex -is specie. off. 1, 14 *solus homo* eorum ..., quae aspectu sentiuntur, -em, venustatem, convenientiam partium sentit. 1, 98 -o corporis apta compositione membrorum movet oculos. 1, 130 cum ... -is duo genera sint, quorum in altero venustas sit, in altero dignitas, venustatem muliebrem ducere debemus, dignitatem virilem (*postea de virorum ornatu, habitu sim. non effeminato*). *al.* QVINT. inst. 2, 5, 12 ut -o corporis venire videatur ex malis morum *comendi, fucandi sim.* (*cf.* TERT. cult. fem. 2, 6 l. 9 quae cum *colorum* inmunditiis -o?). APVL. apol. 12, 5 quod *corpora pulchra* ammoneant ... animos eius -is, quam prius veram ... inter deos videre. TERT. cult. fem. 2, 3 l. 5 sq. ubi pudicitia, ibi vacua -o, quia proprie usus et fructus -is luxuria (*l. 1* dignitas formae). MIN. FEL. 17, 11 ipsa praecipue formae nostrae -o deum fatetur artificem. AVG. civ. 8, 6 p. 330, 23 nulla est ... -o corporalis sive in statu corporis, sicut est figura, sive in motu, sicut est cantilena, de qua non animus iudicet. 22, 19 p. 598, 24 omnis ... corporis -o est partium congruentia cum quadam coloris suavitate (*sec. l. 55*). conf. 4, 13, 20 quid est ... pulchrum et quid est -o? *al.* **2** *in artis operibus*: CIC. inv. 2, 3 qui *Zeuxis* -is habere verissimum iudicium debuisset. orat. 9 ipsius *artificis* in mente insidebat species -is eximia quaedam, quam intuens ... manum dirigebat, *cum faceret simulacrum Iovis* (*cf. l. 59*). fin. 2, 115 (*ironice*) opifex plus sibi proponet ad formarum quam civis excellens ad factorum -em? QVINT. inst. 12, 10, 9 *Demetrius statuarius* fuit similitudinis quam -is amantior. PLIN. epist. 5, 6, 13 formam *regionis* aliquam ad eximiam -em pictam. **3** *in ordine creatorum* (*cf. p. 2576, 37. 44*): AVG. civ. 12, 4 p. 516, 21 *ut creaturae intellectu carentes* cedendo ac succedendo peragant infimam -em temporum ... mundi partibus congruentem (mus. 6, 14, 44 rerum transitu completur i. -o. *cf.* inferior -o: 6, 14, 46 amor i. -is animam polluit. 6, 15, 50). lib. arb. 1, 116 quamquam *mutabilia* in ordine suo recte locata sint et suam quandam -em peragant. BOETH. cons. 2, 5, 10.

II *de qualibet praestantia* (*in malam partem p. 2576, 44*): **A** *usu communi fere de dignitate, probitate sim. personae eiusve actionum, virtutum* (*explicatur l. 56 [cf. l. 18]; de sublimi decore artium p. 2576, 1, maiestate sim. naturae divinae p. 2576, 26. 32, perfectione ideae Platonis l. 72* [*cf. l. 59. 62*]): **1** *generatim*: CIC. dom. 90 illa fuit -o populi Romani, illa forma, *cum de me suffragium tulit* (*cf. 89* speciem dignitatemque p. R.). Pis. 81 *ut* species eius *virtutis* et -o etiam in hoste posita delectet (fin. 4, 42 *cum philosophi* v. -em aspexissent. Tusc. 1, 70 ex ... omni ... -e v. vim divinam mentis adgnoscito. off. 2, 37 splendorem -emque v. APVL. Plat. 2, 11 p. 236 PANEG. 4, 9, 4. *al.; cf. p. 2568, 45*). fin. 2, 115 *v. l. 35.* Tusc. 4, 31 ut corporis est ... apta figura membrorum cum coloris ... suavitate eaque dicitur -o, sic in animo opinionum ... aequabilitas et constantia ... virtutis vim ... continens -o vocatur (*sim. explicatur translatio ab oculis ad animum*: off. 1, 14). Tim. 4 numquam illam, quam *aliquis in munere quodam efficiendo* expetet, -em consequetur, *nisi intuebitur ideam* (*gr. 28^{B} καλόν*). *al.* SEN. benef. 3, 13, 2 quicumque ad bene faciendum bonitate invitatus est et ipsa -e rei (epist. 71, 19 honestae r. 108, 7 rerum -o [*opp.* verborum inanium sonitus]. COLVM. 3, 20, 4 *in agendo* interdum, quod ait ... Plato, r. nos -o trahit vel ea consectandi, quae ... consequi nequeamus. QVINT. inst. 2, 16, 10 quotiens -em rerum claritas orationis inluminat). epist. 66, 4 non deformitate corporis foedari animum, sed -e animi corpus ornari (CHROMAT. serm. 24, 2 *in Ioseph* plus fulgebat -o a. [*disting.* species corporis]. 35, 1). *al.* TAC. Agr. 4, 3 -em ac speciem magnae ... gloriae ... adpetebat. PLIN. epist. 3, 13, 2 consideres velim ut -em materiae ita difficultatem *panegyrici.* paneg. 88, 5 *cognomini Magni* plus invidiae quam -is inest. *al.* FLOR. Verg. 3, 4 (*2* professio litterarum) -o suscepti operis. Ps. QVINT. decl. 5, 7 -em sanctitatemque naturae *humanae.* FRONTO p. 88, 3 adspirare ad -em ingeni tui. APVL. Plat. 2, 2 p. 221 bonum primum est ... divinum illud ..., cuius -em ... adpetunt mentes. 2, 9 p. 232 exercitationi, per quam -o animae et robur adquiritur (HIER. epist. 60, 13, 2. *al.; cf. p. 2576, 21*). AMM. 21, 6, 4 Eusebia ... corporis morumque -e pluribus antestante. *al.*

2 *speciatim pertinet ad*: **a** *artem*: **α** *dicendi* (*cf. -em argumenti p. 2575, 61. 64. 68*): RHET. Her. 4, 23, 32 est in his *exornationibus orationis* lepos et festivitas, non dignitas neque -o. PETRON. 2, 6 grandis ... oratio non est ... turgida, sed naturali -e exsurgit. TAC. dial. 20, 3 exigere laetitiam et -em orationis (*opp.* impexam antiquitatem). FRONTO p. 88, 7 ne in verborum copia et -e clauderes, *Antonine.* DIOM. gramm. I 495, 28 *versus heroicus est* gravitatis honore sublimis multaque -is venustate praeclarus. *al.* -o *ipsius oratoris*: CIC. de orat. 3, 71 si illam praeclaram et eximiam speciem oratoris perfecti et -em adamastis. AMM. 30, 8, 6 ut Isocratis memorat ⌞-o⌟ (*pro agente est ut e. g. 30, 4, 3* definit amplitudo Platonis). **β** *musicam* (*simul poeticam l. 13*): VET. LAT. Sirach 44, 6 homines divites in virtute ⌞-is studium habentes⌟ (*om. gr.; cf. 5* requirentes modos musicos et narrantes carmina). AVG. civ. 8, 6 *v. p. 2575, 28.* mus. 6, 13, 38 in ea -e, quae ad aures pertinet. vera relig. 226 suaves sonorum -es (*in cantu lusciniae*).

b *deum Iudaeorum et Christ. vel fidem conversationemque christ.*: **α** *vario respectu*: VET. LAT. psalm. 95, 6 (cod. 300. *al.* = VVLG.) confessio et -o in conspectu eius *dei* (*gr. ὡραιότης, cod. 325* species. *cf. e. g. Aug. ad loc. 7 l. 4* foedus eras, confitere, ut sis pulcher). COD. Theod. 16, 5, 11 (*a. 383*) rectae observantiae cultus et -o. AVG. in epist. Ioh. 9, 9 caritas est animae -o. vera relig. 30 utitur *ecclesia* ... Iudaeis ad comparationem -is suae. EVSEB. GALLIC. hom. 15, 2 *animae* exuuntur foeditate ..., induuntur -e caelestis infantiae. *al.* *plur.* -es *meton. de factis pulchris*: QVODV. prom. 2, 26, 55 l. 36 *sacra scriptura* ut -es ita etiam foeditates *David aliorumque* ... demonstrans. **β** *respicitur Christus*: HIER. epist. 65, 8, 2 ibi ignobilitas corporis ... commemoratur (*Is. 53, 2 sq.*), hic -o virtutum (*respicitur* psalm. *p. 2573, 30 ut e. g.* 65, 10, 4 specie et -e divinitatis suae carnis opera mortificans *Christus*). RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 67, 8 cum perspecta -e et decore verbi dei speciem eius adamaverit *anima.* AVG. serm. 194, 4 *dum* formae dei -em ... desideramus, formae servi natalem ... celebremus. QVODV. grat. 2, 7, 3 *in crucifixo* ubi est -o miraculorum? *al.* **γ** *respicitur deus pater*: RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 194, 20 sapientiae eius *dei* -em ... intueri. AVG. catech. rud. 27, 12 ut in illa aeterna vita bonitate eius *dei* et -e perfruamur. civ. 9, 22 p. 397, 8 prae ... non tantum incorporali, verum etiam incommutabili et ineffabili -e *dei.* serm. 65A Rev. Bénéd. 86, 1976 p. 43, 68 *si aurum amo,* nondum video -em creatoris, sed extremam -em creaturarum. *al.* *meton. in appellatione*: AVG. conf. 3, 6, 10 mi pater, summe, bone, -o pulchrorum omnium. 10, 27, 38 sero te amavi, -o tam antiqua et tam nova.

B *cum coloribus peculiaribus*: **1** *de iucunditate, voluptate*: PLIN. epist. 3, 19, 2 *ut praedia vicini emam,* sollicitat primum ipsa -o iungendi, deinde *eqs.* AVG. conf. 2, 2, 3 (*c. contemptu, cf. p. 2574, 14*) quis mihi *libidinibus constricto* ... ⌞novissimarum rerum⌟ fugaces -es in usum verteret? (⌞ ⌟ *in ordine creatorum, cf. p. 2575, 40*). **2** *de opulentia, prosperitate*: VET. LAT. Ezech. 28, 7 (Hier. *ad l.; in principem Tyri divitem et fortem*) evaginabunt gladios ... super -e doctrinae tuae et humiliabunt -em tuam in perditione (*gr. κάλλος, cod. 175* decorem, VVLG. -em ... decorem). VVLG. Iob 5, 3 maledixi -i eius *stulti* (PHILIPP. *ad l.* rec. long. p. 628^{D} -em nomine falsae felicitatis appellat). Is. 32, 18 sedebit populus meus in -e pacis ... et in requie opulenta. AVG. civ. 4, 29 p. 182, 23 evacuata est -o auspiciorum (*cf. p. 2566, 29*). *Grossardt.*

pulchro, -āre. *a* pulcher. *i. q. pulchrum reddere*: GLOSS.^{L} Corp. F 416 ⌞fultare⌟: -are (⌞ ⌟ *fort. pro* fucare *ut* GLOSS. f.: -are vel ador⟨n⟩are).

pūlēdium *v. l. 71.* **puledr-** *v.* pulliter.

pūlēgium *v. l. 71.*

pūleiātus, -a, -um. *a* puleium. *i. q. puleio conditus*: posca -a: CHIRON 427 dabis medium panis ... in p. -am (pol- *cod. M*). 503 -a p. nares fovebis (*inde* VEG. mulom. 2, 140, 2). *neutr. pro subst., sc. vinum*: HIST. AVG. Heliog. 19, 4 mastichatum et -um ... primus invenit (*sed cf.* glechoniten *Colum. 12, 35*). *Wieland.*

***pūleium,** -ī *n.* [*cum constet herbas quasdam – fort. propter seminis speciem – nomen a pulice traxisse* (*cf.* pulicaria, *ψύλλιον, theod.* Flohkraut, *al.*), -um *a* pulex (*q. v.*) *derivari potuisse facile tibi persuaseris; sed obstant quodammodo stirps extrema* -eiio- (*tamquam sit e. g. a* *pūleg- : *-eg-i̯o-) *et syllaba* pŭ- *in linguis roman. correpta, ita ut veriloquium ex ore populi ortum subesse putent multi. Fo.*] *scripturam sollemnem exhibent codd. vet.* CHAR. gramm. p. 458, 22. *al., litt. gr. p. 2577, 16 sq.; scribitur* pol- AMBR. epist. 1, 5, 1. GALEN. alfab. 211 (de -o) cod. Palat. ISID. orig. 17, 9, 29. *al.,* -egi- *p. 2577, 1 sq. et e. g.* CHIRON 145. GALEN. *ibid.,* -edi- ANTHIM. 3 MISC. Tir. p. 53, 16. *al., ceterum vario modo depravatum, e. g.* -ll-, -eum *sim.* *de genere et formis: neutr. (testatur* CHAR. *l. 69) longe praevalet in codd., masc.* -us *v. e. g. p. 2577, 19 sq. 32. 2578, 51. 53 sq.; in gen. fere trad. forma* -ei, -eii *occurrit e. g.* GARG. MART. med. 23, 4 THEOD.

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PRISC. log. 15, -gii *e. g.* VEG. mulom. 2, 116, 2, -gi *non nisi* PLIN. nat. 2, 108. GLOSS.^{L} I Ansil. DI 113 (med. p. 23); *deest plur.* *de prosodia*: pū- *longa confirmatur versibus, in quibus secunda syllaba longa est per positionem* (*v. p. 2576, 66*). *legitur in orat. soluta inde a* CIC., SEN. *rhet.*, CELSO, COLVM., SCRIB. LARG., PLIN. nat., *maxime apud medicos; in versibus non nisi apud* MART. *l. 70,* SER. med. (*novies*) *et* MARCELL. med. carm. 40.
[*e* pŭl- *it.* puleggio, *sard. centr.* abuleyu, *francog. vet.* polii, *prov. vet.* polieg, *cat.* poleig, *hisp.* poleo, *port.* poejo; *partim etiam de aliis herbis, ut raet. occ.* (*Obwalden*) pulęts *'cuminum'. cf. M.-L. 6815. Battisti-Alessio IV 3143. Wartburg IX 521. Corominas*^{2} *IV 594. C. S.*]

nomen generum herbarum (*v. André, Les noms de plantes, 1985, 210sq.*): **I** *proprie* (*gr. resp. imprimis γλήχων* [*γλί-*], *v. l. 16sqq.*):
A *notione communi significatur fere 'Mentha pulegium' L.* (*rem fusius tractant* PLIN. nat. 20, 152 sqq. PS. APVL. herb. 93 DIOSC. 3, 32 p. 391, 16 sqq.; *adiecimus exempla inter A et B ambigua vel dubia*). *de notione*: GLOSS. biling. I 6, 11 (*saec. I/II*) ⟨*γλήχων*⟩ *πουλέϊουμ* (DIOSC. gr. Vind. 3, 31 *γλήχων: οἱ δὲ βλῆχρον ..., Ῥωμαῖοι πουλέϊουμ* [*πολ- trad.*], *Ἄφροι ἀπουλέϊουμ. item formis gr. partim corruptis*: CAEL. AVR. chron. 2, 7, 108. ORIBAS. eup. 2, 1 *Γ* 5 Aa p. 475. GLOSS. -um: *γλήχων*. -u: gliconus i. -us i. erba admirabilis. -us medianus: gliganus. -us ortensis: glicanus. *sim. al.*). GLOSS.^{L} II Abav. PU 21 ⌊pulentum⌋: -um (⌊ ⌋ *forma vocis* -um *corrupta?*). GLOSS. -um: duuergaedostae (*anglosax.; sim.* GLOSS.^{L} Corp. P 877). pegulium: mintę (*anglosax.*). *in iunctura* herba -um *sim. l. 27. 44 et saepe apud* PS. APVL. herb., *v. l. 75. p. 2578, 9. 11.*

1 *de -i natura, qualitate, proprietatibus*: CIC. div. 2, 33 -um aridum florescere brumali ipso die *dicitur* (*sim.* PLIN. nat. 2, 108 floret ipso brumali die suspensi in tectis arentis herba -i. 18, 227 in carnariis. *cf. l. 34*). SEN. contr. 7 praef. 3 *Albucius rhetor* res dicebat omnium sordidissimas: acetum et -um *eqs.* CELS. 2, 32 sensus excitat ... praecipue ... -um, ruta *eqs.* 2, 33, 2 et reprimunt et refrigerant ... serpullum, -um *eqs.* 5, 4 aperiunt tamquam ora in corporibus ... iuncus ..., -um *eqs.* (*cf.* ORIBAS. syn. 2, 47 Aa p. 115, 2 qu(a)e aperiunt summam cutem: ... alius, -us *eqs.*). PLIN. nat. 19, 123 nascuntur ... etiam non sata mentastrum, nepete, intubum, -um. 19, 160 *menta* congruit -o, cuius natura in carnariis reflorescens ... dicta est (*item comparantur aliae herbae*: 20, 144 [*v. p. 2578, 31*]. 20, 169 *cunila bubula* semen -i habet. *al.; forma* similis est -o: 25, 92. 104 PS. APVL. herb. interpol. 91 l. 15. *al.*). HIER. epist. 146, 2, 1 -um apud Indos pipere pretiosius est (*inde* ISID. orig. 17, 9, 59 [*in parte codd.*]. *sim.* HIER. in Is. 18, 66, 22 l. 114 G.). PS. APVL. herb. 93 l. 55 -um quam vim medicamenti secum habet, multi ignorant; duo enim genera sunt, masculus *eqs.* MARCELL. med. 33, 50 *herbae rebus veneriis* contrariae sunt: -um ..., ruta *eqs.* HIPPOCR. vict. 2 l. 438 -um calefacit et deducit (*cf. e. g.* DIOSC. 3, 32 p. 391, 16 -u omnibus notus est; cui virtus est termantica et leptintica et peptica *eqs.* GALEN. alfab. 211 [de -o] cod. Lucc. -um herba est omnibus nota, quae ... excalfacit *eqs.*). *al.*

2 *de -i usu* (*attributa notabiliora*: acapnum *l. 57. 60 et* CASS. FEL. 80, 5. *al.* [*cf.* sine fumo SORAN. app. 31 ANTIDOT. Brux. 16 PLIN. phys. Bamb. 36, 7. *al.; sim. e. g.* MARCELL. med. 16, 18 quod non fuerit in fumo], aridum *e. g. l. 60. p. 2578, 25sq. et supra l. 25* [*cf.* siccum *l. 61. p. 2578, 9 et* MARCELL. med. 16, 12 CASS. FEL. 40, 9. *al.*], vetus MARCELL. med. 29, 15, viride *p. 2578, 21 et* PS. THEOD. PRISC. add. p. 340, 20. *al.*):
a *adhibetur in medicina* (*cf.* PLIN. nat. 1, 20, 54 *medicinae ex* -o XXV. *in veterinaria e. g. l. 57. 62. p. 2578, 4sqq.*): CELS. 4, 18, 3 *contra vomitum* admovendum ... naribus est -um ex aceto *eqs.* 4, 27, 1^{D} add. l. 2 subicienda sunt medicamenta, quae evocant *purgationem menstruam,* ut ... pule⟨i⟩um *eqs.* 5, 18, 32 ad articulos ... uvam taminiam ... cum -o recte aliquis imponit. frg. Pelagon. 288, 1 compositio ad colicos: ... -i acapni (unciam), rutae *eqs.* ([*Hippiatr. gr. I p. 393, 4 γλήχωνος καθαροῦ*]. SCRIB. LARG. 3 GARG. MART. med. 23, 4 VEG. mulom. 1, 15, 3. 2, 116, 2 acapni [campani *al. var. ll.*]. *al.; cf.* libra -i: COLVM. 12, 35 aridi. PLIN. phys. Bamb. 36, 7. fasciculus -i: VEG. mulom. 1, 56, 17 sicci. 3, 8, 2 MARCELL. med. 17, 14. *sim. al.*). COLVM. 8, 5, 16 *pulli gallinacei* -i surculis fumigentur; ea res videatur prohibere pituitam. 12, 35 exempto -o *decocto e liquore; datur* ... tussientibus (*postea*: vini nota glechonites). PLIN. nat. 20, 152 societas cum hac *menta* ad recreandos defectos animo -o cum surculis suis in ampullas ... aceti utri[u]sque deiectis (*cf.* 20, 158). *ibid.* dignior e -o corona Varroni quam e rosa ... pronuntiata est; nam et capitis dolores inposita dicitur levare *eqs.* (*ad eundem usum*: PLIN. med. 1, 1, 2 c. de -o prodest imposita. MARCELL. med. 1, 76 PS. THEOD. PRISC. add. p. 313, 4. *ceterum*: MART. 12, 32, 19 quadrima nigri ... c. -i). *ibid.* duos e -o surculos impositos auribus (*cf.* SER. med. 15 -um ... potens una super aure locabis *eqs.* PS. APVL. herb. 93 l. 3 aut super aurem aut sub anulo portato [*inde sim.* PS. THEOD. PRISC. add. p. 313, 7]). 20, 155 Xenocrates -i ramum lana involutum in tertianis ... olfactandum dari ... tradit (SER. med. 919 PLIN. med. 3, 16, 2. *sim.* PS. APVL. herb. 93 l. 18 herbae -i ramulos). 26, 91 *remediis intertriginis* alii adiciunt et -um, quod *eqs.* 27, 49 addito -o. *al.* SER. med. 313 *digestionem* -um ... decoctum curabit amice. 620 ⌊-i ⟨potus⟩⌋ ... convenit ([⌊ ⌋ *Vollmer,* -um ex acido *Pépin; v. app. crit.*]. 644 -i calido purgatur femina p.). PELAGON. 30, 3 poscā cum -o nares et faciem foveto (*cf.* 185, 3 ova ... cum -o et posca ... faucibus infunsa. CHIRON 737 *iumentis* subvenire posca ... et -o). 149 -um cum aqua bibendum praebebis *equo.* VEG. mulom. 3, 8, 9 piperis ac -i ... pulveris ... cocleare (THEOD. PRISC. eup. faen. 93 PLIN. phys. Bamb. 55, 2. *cf.* MARCELL. med. 16, 17 -um siccum ... in pulverem redige *eqs.*). PS. APVL. herb. 93 l. 6 herbam -um ... tritum ex aqua super umbilicum inponito (*sim.* l. 15 commanducatum *eqs.* MARCELL. med. 28, 42. *al.*). l. 21 herbae -i codas tres recentes *eqs.* (l. 30). THEOD. PRISC. log. 15 thymi aut -i aut rutae decoctione (CAEL. AVR. chron. 3, 2, 42 CASS. FEL. 37, 3). MARCELL. med. 1, 64 -um in oleo coquere eoque frontem ... perungere. 1, 108 -i florem destringes *eqs.* (8, 114 flores. CASS. FEL. 45, 2). *al.* **b** *adhibetur in victu*: COLVM. 12, 7, 1 herbas in usum colligi et reponi oportebit: ... digitelli et -i et nepetae ... coliculum (*item conservatur sim.*: 12, 7, 5 -um, digitellum compluribus diebus sub tecto siccari ... et tum ... condiri convenit. PLIN. nat. 19, 160 mentam ... -umque et nepetam. PALLAD. 12, 22, 1 cratibus olivarum -um spargis et mel *eqs.* APIC. exc. pim. p. 87, 14). 12, 59, 1 *ad moretum conficiendum* addito ... mentam, rutam ..., tum etiam viride -um et caseum (*in eadem re* 12, 59, 4. *ceterum in condiendis cibis*: APIC. 3, 4, 8 cucurbitas cum gallina: ... condimenta viridia, mentam, ... -um, ... vinum *eqs.* 3, 7 melones: piper, -um, mel *eqs.* 4, 1, 1 sala cattabia: piper, mentam ..., -um aridum, caseum *eqs.* 4, 4, 1 teres piper ..., -i aridi modicum. ANTHIM. 58. *al.*). ARNOB. nat. 7, 16 p. 361, 16 rutam, mentam, ... -um ... tribuere dii vobis esseque in usibus vestris alimoniarum in parte iusserunt.

B *notione peculiari significantur aliae herbae*: **1** *mentastrum vel calamintha, nepeta* (*sc. 'Mentha silvestris' L. vel 'Calamintha nepeta' Savi*): PLIN. nat. 20, 144 *mentastri folia* sunt figura ocimi, -i odore (colore *trad.*), propter quod quidam silvestre -um vocant (*cf. l. 37*). DIOSC. 3, 37 p. 393, 21 calamiten, quem multi -u agreste dicunt *eqs.* (p. 394, 2 *est calaminthae* genus -o similis, sed maior est, unde et ipsum -um multi a. [-stem *var. l.*] dicunt, quem Romani nepetam vocant. PS. APVL. herb. interpol. 91 l. 16). **2** *dictamnus* (*sc. 'Origanum dictamnus' L.*): PLIN. nat. 1, 20, 55 *ex* -o silvestri *medicinae tot* (*cf. 20, 156* silvestri ... vis efficacior; simile est origano ... et a quibusdam dictamnos vocatur). DIOSC. 3, 33 p. 392, 3 dictamnu multi dicunt -u agreste esse aut batin (PS. APVL. herb. interpol. 62 adn. 20. GLOSS.^{L} I Ansil. DI 113 [med. p. 23]). ISID. orig. 17, 9, 29 *dictamnum* quidam Latinorum -um Martis dicunt, propter belli tela excutienda (GLOSS. -um M.: dimianum. polio M.: didimus. GLOSS.^{L} I Ansil. DI 112. *al.; cf. l. 55*). **3** *thymbra* (*sc. fort. 'Satureia thymbra' L.*): SCHOL. Stat. Theb. 1, 699 Thymbra locus est Troiae ab herba cognominatus, quam latine ⌊-um⌋ dicimus (⌊ ⌋ pol-, verbenam *al. var. ll.*). **4** *polium* (*confusione quadam pro gr. πόλιον. cf. vol. X 1, 2536, 31. 39*): ORIBAS. syn. 2, 36 La p. 111, 15 -um (*Aa* polion). 5, 40, 3 Ab p. 74 *subtiliant* aristolocia ..., centauria ..., -o et qu(a)ecumque sunt fortiter diuretica (La -u *ut item*: 5, 40, 4 Ab p. 75 aristoloci(a)e radicis et -o et centauria). **5** *herpyllum vel serpyllum* (*sc. fort. 'Thymus serpyllum' L.*): GLOSS. -um: erpilon (*i.* herpyllum. *cf.* -us minor: serpullus. serpyllum: -um campestrem [*vel* -trum]. -um vel alia salvatica. *sim. al.*). **6** *alarus vel origanum* (*sc. 'Origanum vulgare' L.*): GLOSS. -us (*vel* pullegius) maior: alarus (*cf.* origanus: -us m. -us m. vel eĥco [*i.* heracleoticum?]. origano id est colena [*i.* cunila] sive artepuleio [*i. -um Martis, cf. supra l. 41*]).

II *in imag. vel compar. respicitur suavitas, salubritas sermonis sim.*: CIC. fam. 16, 23, 2 cras exspecto Leptam et † n., † ad cuius rutam -o mihi tui sermonis utendum est. AMBR. epist. 1, 5, 1 ubi sermonem *tuum* ... legi, non mediocrem sumpsi ad convalescendum gratiam, quasi quodam tui adloquii -o refotus.

deriv.: puleiatus; *cf.* pulleiaceus. *cf. Onom.* (Puleio).

pulenta *v.* polenta. **puleum** *v.* puleium.

pūlex, -icis *m.* [*continuata est vox indogerm.; suffixum quidem a vocibus notionis affinis receptum vid.* (cimex, culex, *cf. Leumann, Gramm. 1977, 375*), *sed priscum est vocis initium*: pūl- < *pusl- < *plus- *per metathesin, cf. vet. ind.* plúṣ-i-, *armen.* low (< *plus-o-) *'pulex'; quae metathesis quodammodo ludicra obvia est etiam in gr. ψύλλα* < *psul-ia. *v. Szemerényi, Scripta min. II, 1991, 725; de genere agit Meillet, Mém. Soc. Ling. 22, 1921, 239. cf.* prurio. *Fo.*] *de origine*: ISID. orig. 12, 5, 15 -es ... vocati sunt, quod ex pulvere magis nutriantur. *scribitur in codd. rec. per confusionem* public- VARRO rust. 2, 9, 14 PALLAD. 1, 35, 5 AVG. serm. 9, 17. *al.* (*cf. p. 2579, 18*), *hic illic etiam* pull-, pol(l)-. NOT. Tir. 109, 49 -x. *de formis: nom. sing.* -ix *in var. lect. p. 2579, 42, ceterum e. g.* GLOSS. II 512, 53; *gen.* -is *testatur* PROB. nom. gramm. IV 212, 38. GLOSS. -x: *ψύλλα.*

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ψύλλος. GLOSS.[L] Corp. P 871 -x: flaeh (*anglosax.*). *al. legitur in versu singulis locis apud* LIV. ANDR., PLAVT., LVCIL., COLVM. *al., in orat. soluta inde a* VARRONE, CELSO, *paulo saepius apud* HIER., AVG., FVLG. RVSP. [*val.* purece, *it.* pulce, *sard.* (*Nuoro*) púlike, *raet. occ.* pŭlaš, *francog.* puce, *prov. vet.* piutz, piuze, *cat.* pussa, *hisp., port.* pulga; *accedunt deriv. et compos. multa, imprimis it.; cf. M.-L. 6816. Battisti-Alessio 3142. Wartburg IX 522. Corominas*[2] *IV 685. C. S.*] [*confunditur in codd. c.* culex *l. 42* (*cf. coni. dub.* PLIN. nat. 19, 177); -es *coni. quidam loco corrupto* PLAVT. Truc. 557 (publicos *trad.*).]

i. q. ψύλλα vel ψύλλος (*quae gr. respondere solent*); *significatur insectum minutissimum* (*cf. e. g. l. 41. 61; de dispositione mirabili corporum cf. e. g. l. 28. 31. 58), fere molestum* (*v. imprimis sub 1b; inter nomina insectorum affert* POL. SILV. chron. I p. 543, 38; *ad rem v. Richter, RE suppl. XV 101, 16 sqq.*): **1** *proprie* (*saepe iuxta bestiolas similes, e. g. l. 15. 23. 37* [*cf. l. 56*]): **a** *varia exempla*: LIV. ANDR. com. 1 ⌊-esne an cimices an pedes?⌋ responde mihi (⌊ ⌋ *sc. occidisti tam multos? militem illudi putant quidam coll. tit. com.* gladiolus). LVCIL. 675 mihi quidem non persuadetur -es mutem meos (publ- *sim. var. ll.; fort. proverbialiter, cf. fabulam Arist. 1393b 23 sqq.*). SEN. epist. 87, 19 habet illam *indolentiam* cicada, habet -x. MART. 14, 83, 2 si quid -e sordidius *est.* ANTH. 209, 4 -is e corio vestit te *nanum* gunna profusa. ARNOB. nat. 2, 59 p. 135, 2 quid -es *in mundo faciunt,* quid ... muscae? (*respicitur -um utilitas ut*: HIER. in Ioel 2, 21 l. 531 quod et -es et culices et cimices ... idcirco fecerit deus, ut ... imbecillitatem nostrae carnis ostenderet. in Is. 7, 18, 1 l. 59 G. ad quam ... utilitatem hominum ... -es ... pertinere? *al.; cf. l. 48 sq.*). HIER. in Hab. 1, 13 l. 482 cimicum et -um ... in terra multitudo. tract. in psalm. I p. 187 l. 168 omnia opera domini plena sunt sapientia; ... videmus ... culicem tam minutum habere oculos, ventrem et universa membra, sicut et nos habemus, et -em (*respicitur -um creator ut*: RVFIN. Clement. 8, 43, 3 -es, mures ... et his similia, numquid et haec dicemus a deo fieri? AVG. ord. 1, 1, 2 membra -is disposita mire ... sunt *a deo* [*sim.* in psalm. 148, 10 l. 20 sq.]. SCARILA Fulg. Rusp. epist. 10, 4 -es ... quod ... deus non fecerit, *sed diabolus. al.; cf. e. g. l. 23*). AVG. civ. 11, 16 p. 484, 3 quis ... non ... nummos quam -es *habere* malit? mor. Manich. 17, 63 quod ... falsum de -e et cimice dicitur, *sc. esse sordes nostrorum corporum* (*cf. p. 2578, 71*). *al.* **b** -*es nocent, molesti sunt ideoque pelluntur, necantur* (*cf. l. 56*): VARRO rust. 2, 9, 14 quod muscae et ricini et -es soleant ... ea, *sc. canum aures, pedes,* exulcerare (*item nocent animalibus*: 3, 9, 8 *in substramine gallinarum* -es et cetera nasci solent, quae gallinam conquiescere non patiuntur [*sim.* COLVM. 8, 5, 3]). CELS. 6, 7, 9[A] si -x intus *in aure* est, *eqs.* COLVM. 10, 321 *ocima* sata ne ... parvulus ... -x inrepens dente lacessat (*item nocent plantis*: 11, 3, 60 ne ... -x [-ix, culex *var. ll.*] ... folia *naporum, raparum* ... consumat. PALLAD. 1, 35, 5 olerum -es necare. 1, 35, 8). PLIN. nat. 20, 155 flos *pulei* ... incensus -es necat odore. 30, 85 non gigni -es, ubicumque spargatur *terra quaedam. al.* MART. 14, 83, 2 mordente molesto -e. AVG. c. Adim. 12 p. 139, 26 *Manichaeos* occidere parentes suos inter peduculos et -es (*sc. eorum animis in animalia revolutis*). in euang. Ioh. 1, 15 *ut homo superbus,* cum se erexerit, -bus subdatur (*sim.* FVLG. RVSP. incarn. 35 facti ... sumus -bus et cimicibus humiles). serm. 9, 17 si proiciatur quisque in loco -bus pleno, numquid non moritur ibi? OROS. hist. 4 praef. 4 si quis nocturnis -bus titillatus *est.* ISID. orig. 12, 5, 12 vermes carnium: ... peduculi, -es, ... cimex (*sim.* GLOSS. II 573, 19 cimex genus vermis ... ut -x). *al.*

2 *in imag. et comparatione* (*cf. l. 18; in descriptione seminis psyllii v. p. 2422, 54 sq. 58 sqq.*): PLAVT. Curc. 500 genus est lenonium ... ut muscae, culices, cimices pedesque -esque; odio et malo ... estis. HIER. in Os. 13, 3 l. 84 quare non aliis, quae minora sunt, ... *peccatorem propheta* assimilaverit; verbi gratia -i, qui omnia membra habet, caput, oculos *eqs.* tract. in psalm. I p. 325 l. 82 ad conparationem caeli et terrae ... nos homines ... sic sumus quasi formicae et -es. CASSIOD. in psalm. 21, 7 l. 182 David ... minutissimo se -i coaequavit (*cf. l. 66*).

3 *transfertur ad homines (praedicative praeter l. 65 sq. 75), sc. loquitur aliquis: affectata modestia de semet ipso*: VET. LAT. I reg. 24, 15 (Lucif. Athan. 1, 14, *sim.* cod. 91. *al. et* VVLG.; *David ad Saul*) retro quem tu persequeris? canem mortuum et retro -em unum? (*item de David*: 26, 20 [Lucif. Athan. 1, 15, *sim.* VVLG.] exiit rex ... quaerere -em unum. MAX. TAVR. 29, 3 l. 64 -em se saepe conmemorat. *cf. l. 61*). HIER. epist. 73, 4, 3 nos vermiculi et -es ... debemus ... confiteri *inscientiam* (*antea opp.* vas electionis, *i. Paulus; cf.* COMM. instr. 1, 31, 9 suggerit hoc Paulus ..., non ego -x). adv. Iovin. 1, 10 p. 223[D] in me -em et Christianorum minimum debacchaturas *matronas.* adv. Rufin. 1, 2. RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 28 l. 42 ego, ad istos *doctissimos* -x. CONSENT. Aug. epist. Divj. 11, 7, 3 fremens adversum me ⌊unum⌋ -em mortuum multitudo *potentium* (⌊ ⌋ *cf. l. 65 sq.*). *conviciose de aliis*: Ps. PHILO antiq. 43, 2 (*loq. Samson*) -es isti incluserunt me in civitate sua.

deriv.: pulicaris (*et* pulicarius), pulicinus, pulico, pulicosus; *cf.* puleium. *cf. Onom.* *Breimeier.*

puli- *v. etiam* poly-.

?**pulicani:** mytrolon GLOSS. *obscurum, nisi recte coni.* polygonon: myrtopetalon *Stadler ibid.*

***pūlicāris,** -e *et* **pūlicārius,** -a, -um (*sed trad. solae formae fem., sc. infra sub 2 et 3b*). *a* pulex. *nomen herbae (v. sub 3) scribitur etiam* pull-, pol(l)-, *quod fere negleximus; litteris gr. l. 15. 29.*

i. q. ad pulices pertinens (*sive quod aptum est, ut pulices prohibeantur, expellantur, sive quod similitudine quadam cum iis comparatur*): **1** *de stragulo, operimento, sc. neutr.* -e *pro subst.* (*v. Heraeus, Kl. Schr., 1937, 6 sqq.*): EDICT. imp. Diocl. 8, 43 L. (*sub tit. 8, 42* de tegestribus) ⌊-e⌋ tenerrimum et maximum (⌊ ⌋ *ita exemplar et Strat. et Aezan.* [*v. Crawford-Reynolds, Zeitschr. Pap. Epigr. 26, 1977, 131*], pul⟨v⟩- *Mommsen, gr. πουλι- vel πουβλικαρίου*).

2 *iocose de fetura modo pulicum pediculorumque orta*: IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 5, 15, 2 (*antea*: si non peccasset Adam, ... *mulier non pareret, sed* partus pro peduculis exsudaret [*v. p. 2579, 35*]) haberetur gens, ut apud fabulas Myrmidonum, ... vel peducularia vel -a (publi- *var. l. et edd. vet.*).

3 *de herba q. e. psyllium* (*quod v.; ad rem cf. André, Les noms de plantes, 1985, 211; explicat* CAEL. AVR. acut. 3, 8, 97 herba -is, quam ⌊psyllion⌋ vocant [⌊ ⌋ silphion *ed. princ.*]; *sim. e. g. l. 26. 28 sqq.; vix recte coni. Wellmann* DIOSC. gr. Vind. 3, 121 -*ια* [*δελλιάρια sim. codd.; v. André, l. cit. 88*]): **a** *forma* pulicaris: herba -is: THEOD. PRISC. gyn. 2 h. -is semen (PHILVM. med. 2 p. 131, 9 psillii id est h. -is semine [*sim.* ALEX. TRALL. 2, 243]). SORAN. p. 69, 21 *epithemata de* h. -i (pollicaria *cod. Cael. Aur. gyn. 2, 48 l. 647*). DIOSC. gr. Vind. 4, 69 *ψύλλιον· ... Ῥωμαῖοι σιλβάκιουμ, οἱ δὲ ἕρβα* -*ις* (*item explicatur e. g. l. 26. p. 2422, 48. 62 et* GALEN. alfab. 213 [de psilio] cod. Lucc. ⌊h.⌋ -is dicitur [⌊ ⌋ *om.* cod. Paris.]). GLOSS. -is erba: cirodiar (*cf. l. 32*). *al.* cirrodia -is (*cf. vol. III 1189, 1 sqq. et André, l. cit. 58*): GLOSS. III 581, 29 corodio -is i(d est) ⌊silus⌋ muntanus (⌊ ⌋ *i. ψύλλος. cf. l. 39*). *solum ponitur* (*v. et l. 30*): THEOD. PRISC. eup. faen. 36 *oculi fovendi sunt cataplasmatibus*; sic de ocimo ..., sic cicutae, sic -is (herbe *add. cod. b*). GLOSS. -is: ceroda (*sim. al., cf. l. 31*). prillus (*i. ψύλλος?*). *al.* **b** *forma* pulicaria: herba -a: CAEL. AVR. acut. 2, 37, 197 suco ... h. -ae. 3, 8, 96. SORAN. p. 27, 5 (polli- *b l,* poli- *cod. Cael. Aur. gyn. 1, 109 ut l. 27*). *solum ponitur*: GLOSS. -a: psillios (*i. ψύλλιον ut ibid.* selia. (e)sellió). -a[naria]: prosilius. polica[tu]ria: silus montanus (*nisi agnoscas deriv.* pulicatoria. *cf. l. 32*).

?**pūlicātōrius** *v. l. 40.*

pulicella, (-ae) *f.* *a* 1. pullus *deminutive* (*cf.* pullic(u)la; puli- *pro* pulli- *sec. Leumann, Gramm. 1977, 184*). [*e* pŭ- *orta sunt langob. vet., bonon. vet.* polcella *'virgo', raet. occ.* purschella *'porcella', cat.* poncell, -a *'puer, virgo' (cf.* exponcellar *'devirginare'); e* pū- *francog. vet.* pulcella, *prov. vet.* piusela *'puella', francog.* pucelle *'virgo'* (*inde retrograde* puce). *al.; cf. M.-L. 6819. Battisti-Alessio IV 3142. Wartburg IX 525. Corominas*[2] *IV 603. C. S.*]

i. q. femina parvula, sc. de ancilla vili, quae nulla officii dignitate distincta est: LEX Sal. Merov. 104, 10 si quis ancillae pecus mortuum (*i. fetum*) excusserit, si -a fuerit *eqs.* (*scrib.* puli-, *var. l.* puella; *opp. 11 si ancilla* cellarium ... tenuerit).

pūlicīnus, -a, -um. *a* pulex. *i. q. ad pulicarem herbam pertinens*: CASS. FEL. 18, 3 -um semen, quod Graeci psyllion vocant.

pūlico, -āre. *a* pulex. [*val.* purecá, *pedem. vet.* purgare, *sard. centr.* puligare, *fort. etiam astur.* pulgar *'detrahere corticem, putamen sim.'; saepius auctum praefixo* ex-, *e. g. hisp.* espulgar. *cf. M.-L. 6817. Wartburg IX 523. Corominas*[2] *IV 685, 686. C. S.*] *i. q. a pulicibus liberare* (*cf.* pediculare): GLOSS. -o: *ψυλλίζω* (-as. -at. -a).

pūlicōsus, -a, -um. *a* pulex. *i. q. pulicum plenus*: COLVM. 7, 13, 2 -ae cani remedia sunt ... cyminum *eqs.*

pulistr- *v.* pulliter. **pulium** *v.* polium. **puliūrus** *v.* pal-.

pūlix *v.* pulex. **pulla** *v.* 1. pullus.

?**pullāceus** *v.* pulleiac-.

pullāmen, -inis *n.* *a* 1. pullus (*v. Perrot, Les dérivés latins en -men et -mentum, 1961, 205*). [*francog.* poulain *'pullus equinus' et 'apparatus ad dolia vehenda', prov. vet.* polhina *'equa novella'. cf. M.-L. 6817a. Wartburg IX 541. C. S.*] *i. q. pullus, animal parvum*: CHIRON 195 qui plerumque morbus nascitur in -bus ([pullis *Veg. mulom. 1, 9, 3*]. *item plur.*: 196 -a. SCHOL. Verg. Bern. georg. 1, 399 tertio die -a excluduntur). 761 ipsum -n expellere (*ibid.* pullus, *760* fetum). *Wieland.*

pullāris, -e, *sc. neutr. plur.* **pullāria** *pro subst.* (*fort. ad fem. sing. vocis* pullarius *revoces p. 2581, 7* [*cf. var. lect. p. 2581, 4. 7*]). *potius a* 1. pullus *quam pro* parulis (*sc. forma vulgari per metathesin, ita Niedermann, Essais, 1918, 46 sqq.*).

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

i. q. ad pullum pertinens; respicitur tumor cum dentitione coniunctus (*cf.* dens pullinus *p. 2582, 67,* pullitia *p. 2583, 45*): CHIRON 56 (*in indice libri II*) de -bus (*item* VEG. mulom. capp. 2, 25). 91 -ia ⌞nascuntur⌟ pullis in prima calefactione dentionis (⌞ ⌟ *cod. Basil.,* nascitur *Monac.*]. *inde* VEG. mulom. 2, 25 cum caput pullorum calefecerit prima dentitio, inter gingivas atque maxillas tumor collectioque generatur, quae -ia vocatur [vocantur *var. l.; cf.* GLOSS. V 511, 59 -ia: tumor et collectio]). 184 inter maxillas, ubi -ia nasci solent.

⁂pullārius, -a, -um. *a* 1. pullus (*cf. l. 18*). *legitur apud* PLAVT. *l. 38 et inde a* CIC.

i. q. ad pullum pertinens: **1** *ad aves generis gallinacei*: **a** *sacras in auspicio adhibitas*: **α** *pro subst. masc. de apparitore eas curante, observante* (*ad rem v. Mommsen, Staatsrecht I 84 sq.; observantur alia omina l. 19 sq.*): CIC. leg. agr. 2, 31 *Rullus* iubet auspicia coloniarum deducendarum causa decemviros habere -os⟨que⟩ (*in eadem re*: 2, 32 scriba, lictor, praeco, -us). div. 1, 77 cum tripudio auspicaretur *Flaminius,* -us diem proelii committendi differebat. 2, 72 attulit ... in cavea pullos is, qui ex eo ipso nominatur -us. 2, 74 *magistratus* imperant -o; ille renuntiat fulmen sinistrum, auspicium optumum. fam. 10, 12, 3 -orum admonitu (*cf.* LIV. 8, 30, 2 dictator a -o monitus). LIV. 10, 40, 4 cum pulli non pascerentur, -us *Papirii* auspicium mentiri ausus *eqs.* (*de eadem re* VAL. MAX. 7, 2, 5; *cf. l. 32*). 10, 40, 9 altercatio inter -os orta de auspicio eius diei. *al.* CIL VI 1815[a], 6 (*aet. Aug. vel Tib.*) C. Calpetanus ... Cryphius viator, -us. XIV 2523, 5 (*saec. II in.?*) *praefecto castrorum* Atimetus lib(ertus) -us (*iuxta imag. caveae pullos continentis*). PARIS 1, 4, 3 p. 34 l. 43 (*sim.* NEPOTIAN. *ibid.* l. 46 Claudius ... primo bello Punico -um consuluit). *al.* **β** *adi.*: CIL VI 1897 Ti. Claudio Festo lictori, idem decuriali decuriae -ae (*cf., nisi pro subst. intellegas,* decuriales -i: 1008, 9 [*a. 146*]. XI 7555, 7 [*a. 173*] *Agathocliano* scrib(ae) tribunicio maior(i) ..., d. -o maiori). SERV. Aen. 6, 198 Romani moris fuit ... -a captare auguria. OROS. hist. 3, 22, 3 cum a -is auguribus vana coniectantibus congredi prohiberetur, inridens eos *Papirius eqs.* (*cf. l. 21*).

b *quaslibet*: CIL VI 9674, 9 (*saec. III[1]*) negotianti -o patri p(osuerunt) *filii.* AVSON. 13, 73 (70 S.), 5 *Marcus* feles nuper -a dictus, corrupit totum qui puerile secus (*in imag.; v. vol. VI 1, 426, 28 sqq.*).

2 *ad aetate minores: pullos hominum, sc. vi obscena de eorum stupratore* (*cf. l. 34. p. 2583, 71. 2589, 67*): PAVL. FEST. p. 243 ⌞-am⌟ Plautus dixit manum dextram (⌞ ⌟ = PLAVT. frg. inc. 65; *si recte huc traximus*). PETRON. 43, 8 *senex* adhuc salax erat; non ... illum puto in domo canem reliquisse; immo etiam -us erat (puell- *trad., fort. tuendum coll.* puerarius). GLOSS. II 392, 6 *παιδεραστής*: -us. *?pullos iumentorum, sc. fem. pro subst. de quadam eorum affectione, si huc spectat p. 2580, 73. cf. Onom.* *Spoth.*

[pullaster *v.* pulliter.**]**

pullātio, -ōnis *f.* *a* pullare. *i. q. actio vel status pullandi: de fetura gallinarum*: COLVM. 8, 5, 9 *multi* ab aestivo solstitio non putant bonam -em. *?de statu frondoso arborum*: PRISC. *p. 2584, 32* (*in var. l.*). *Wieland.*

pullātus, -a, -um. *a* 2. pullus (*cf.* atratus, candidatus *sim.*). [*confunditur in codd. c.* pollutus, *e. g.* PLIN. epist. 7, 17, 9 VEN. FORT. Mart. 4, 524 (*e coni. dubia vol. X 1, 2566, 69*).]

1 *i. q. veste pulla indutus* (*cf.* GLOSS. -us: *μελανείμων* [*scrib. et* pall-]. in veste nigra. -i: nigri [*v. l. 56*]. GLOSS.[L] I Ansil. PA 135 -us [*scrib.* palea-]: veste non candida usus. *accedit abl. l. 62. 64. 75; pro subst. p. 2582, 2*): **a** *funebri, lugubri*: **α** *proprie: de hominibus lugentibus* (*paenitentibus l. 62. cf.* GLOSS.[L] III Abstr. PU 15 -i: nigri, qui in luctu vestibus nigris utuntur): FAST. mag. Ost. a. 2 (Inscr. Ital. XIII 1 p. 183) ⟨magistratus⟩ Ostiensium pulla⟨ti infer(ias) egerunt⟩ (*in funere L. Caesaris; alii aliter suppl.*). IVV. 3, 213 horrida mater, -i proceres ([SCHOL. cum nigris vestibus lugentes]. DRAC. laud. dei 3, 387). AMM. 29, 2, 13 funus ... -i praecedere honorati ... iussi sunt. PRVD. cath. 7, 151 squalent recincta veste -i patres, *sc. Ninivitae paenitentes* (*respic. Ion. 3, 5*). SIDON. epist. 5, 7, 4 *quidam* incedunt ... albati ad exsequias ..., -i ad nuptias. *de daemonibus*: VEN. FORT. Mart. 4, 524 prospicit ... larvas ... tegmine -as, tristi terrore sonoras. **β** *in imag. de scriptis, versibus tragicis*: PERS. 5, 19 *non* studeo, -is (bullatis *var. l. et pars edd.*) ut mihi nugis pagina turgescat (SCHOL. *ad l.* 2 pulla⟨ta⟩s ... nugas tragoediarum ait propter tristes fabulas et quia maxime pulla veste, id est lugubri, tragoedi utebantur. 5 -is: palliatis Graecis).

b *vili, sine ornatu* (*c. contemptu pro indicio imperitiae sim. habetur apud* QVINT., PLIN.): *adi.*: QVINT. inst. 2, 12, 10 *oratorem* conlidere manus, terrae pedem incutere ... mire ad -um circulum facit (*opp.* ille eruditus). 6, 4, 6 *advocati in iudicio pugnam* decretoriam imperitis ac saepe -ae turbae relincunt (*i. ministris, pragmaticis*). HIER. epist. 66, 6, 1 *ut Pammachius nobilis* inter purpuras senatorum furva tunica -us incederet (*cf. 66, 7, 3* miratur orbis pauperem, quem ... divitem nesciebat). *masc. pro subst.*: PLIN. epist. 7, 17, 9 *agentes in iudicio* illos quoque sordidos -osque reveremur (*8* multis vel indoctis). SVET. Aug. 40, 5 visa ... pro contione -orum turba indignabundus (*opp.* positis lacernis togatum). 44, 2 sanxit ..., ne quis -orum media cavea sederet.

2 *i. q. colore pullo obductus*: **a** *vario usu*: INSCR. Marichal, La Graufesenque p. 261 II 11 (*saec. II med.*) paruspi(di) (*pro* parops-) -i *tot.* EDICT. imp. Diocl. 30, 5 G. equ[v]a optima ⌞-a⌟ (*lacuna in gr.*). ADNOT. Fronto p. 60, 27 uvas ... -as (*v. p. 2437, 64*). ALC. AVIT. carm. 1, 202 *in hominibus nigri coloris* visu ... nitente ... adcrescit ⌞-is⌟ vultibus horror (collatis *var. l. et pars edd.; cf. 197* fuscat, *199* nigrantia corpora). GLOSS. -a tunica: nigra vestis ([*scrib.* poll-]. *falso trad. ibid.* ⌞-a⌟ t.: multicoloria [⌞ ⌟ palmata *Schoell, cf. vol. X 1, 150, 33,* 'polimita?' *Goetz, cf. ibid. 2582, 34. 42*]). **b** *appellantur loci* (in) -is (*sc.* olivis? *quae ubique in contextu occurrunt*): TAB. Albertini 3, 19 locus qui dicitur -is, in quo sunt olibe arb(ores). 3, 22 in -is locus abiente olibe arb(ores). 14, 4. 6. 24, 11.

*compos.: ?*im-, semipullatus. *Spoth.*

*?***pulleiāceus** *trad. inter verba sermonis cottidiani in* EPIST. imp. Aug. *obvia loco corrupto* SVET. Aug. 87, 2 ponit ... pro stulto baceolum ⌞apud pullum⌟ (et pro pullo *var. l.*) -um (puellei-, pulleiactium *var. ll.*). *fort. ad significandum colorem a* 2. pullus, *formatione iocosa sec.* puleium *depravata, v. e. g. Malcovati, Imp. Caes. Aug. frg., [4]1962 p. XXI et cf.* violaceus *sim.*; pullaceum *restituit ed. Aldina, 1516* (*sc. a* 1. pullus; *an latet* pullus pullinaceus *pro* gallus gallinaceus?).

pullēsco, -ere. *a* 1. pullus *iuxta* pullare (*cf.* frondescere). *i. q. emittere pullos, germinare*: COLVM. 4, 21, 3 ex novello palmite vitis -it (pullulascit *edd. vet.*).

pulletr- *v.* pulliter.

*?***pulleus,** -a, -um *iuxta* 2. pullus (*ita ut e. g.* russeus *iuxta* russus) *dub. utrum agnoscendum sit necne apud* CATONEM *et* COLVM. *p. 2592, 36. 40.*

pulli- *v. etiam* poly- *vel* puli-. *Wieland.*

pullicīnus (-cēn- *trad., cf. l. 33*), -a, -um. *a* 1. pullus. [*a forma* -ēnus *raet. occ.* plužein (*Obwalden*), puldžäñ (*Oberengadin*); *ab* -īnus *it.* pulcino (*sim. in var. dial.*), *sard. centr.* puḍḍig(h)inu, *raet. centr.* puńzin, *francog.* poussin, *prov.* polzin; *adde deriv. varia, e. g. calabr. Rhegii* puḍḍičinara *'Vrsa maior'. abiit in aremor.* puzin *'avis'. cf. M.-L. 6820. Battisti-Alessio IV 3143. Wartburg IX 526. C. S.*]

i. q. ad pullos pertinens, non nisi masc. plur. pro subst. de pullis avium variarum (*disting.* pipiones, *sc. pulli palumborum; non est quod voci lat. tribues vim demin. vocum roman. supra laudatarum*): HIST. AVG. Alex. 41, 7 servos habuit vectigales, qui eos *palumbos aviarii* ex ovis ac ⌞-is⌟ ac pipionibus, *i. ex eorum reditu,* alerent (⌞ ⌟ *avium, quae antea memorantur,* pavonum, fasianorum *eqs.*). *Bk.*

pullicla *v. l. 50.*

*?***pullīcrūs,** -ūris *n.* *ab iunctura* pulli crus, *si recte restit. Wellmann* (*sec.* gallicrus *Ps. Apul. herb. 44*). *nomen herbae* (*cf. p. 2590, 66 et André, Les noms de plantes, 1985, 211 s. v.* pullifura): DIOSC. gr. Vind. 3, 123 *λευκόϊον· ... Ῥωμαῖοι ... βίολα ἄλβα ..., οἱ δὲ πουλλικρούρα* (*πουλ(λ)ίφουρα, πολυφ- trad.*).

pullic(u)la, -ae *f.* *a* 1. pullus *deminutive* (*cf.* pulicella). *i. q. puellula* (*vix nomen proprium*): INSCR. Aquil. Brusin 2992 (*saec. IV*) in hoc loco iacet -a nomine Benedict⟨a⟩.

[pullifūra *v. ?*pullicrus.**]**

pulliger, -a, -um. *a* 1. pullus *et* gerere. *i. q. pullos gerens*: FVLG. myth. 1 praef. p. 11, 5 ova -a (*v. p. 2522, 44*).

pullīgo, -inis *f.* *a* 2. pullus. *i. q. color pullus*: PLIN. nat. 8, 191 Hispania nigri velleris praecipuas *oves* habet, ... Canusium fulvi, Tarentum et suae -is.

*?***pullinurūx** PS. PRISC. gramm. III 526, 4 (*v. vol. IV 1247, 6*). *obscurum.* *Wieland.*

⁂pullīnus, -a, -um. *a* 1. pullus. *scribitur* poll- ORIBAS. syn. 9, 40 add. Aa p. 349. *al.* [*it.* pollino, -a, *sard. centr.* puḍḍina, *raet. or.* puline *'stercus -um', pic.* pulné(e), *var. dial. francog.* poul(e)née *'stercus avium', hisp. vet.* pollino *'pullus asinae'. cf. M.-L. 6822. Battisti-Alessio IV 3004. Wartburg IX 537[b]. Corominas[2] IV 601. C. S.*]

i. q. ad pullum pertinens (pro subst. p. 2583, 7); c. respectu: **1** *aetatis minoris*: PLIN. nat. 8, 172 non prius quam dentes, quos -os appellant, iaciat *asina.*

2 *generis gallinacei de rebus*: **a** *quae de pullo proveniunt vel eius corporis partes sunt*: PS. AVG. quaest. test. 114, 11 ligatis manibus intestinis -is (*cf.* venter -us: MARCELL. med. 31, 47 sordes intra -um v. repertas. PLIN. phys. Sang. p. 229 l. 28). HIST. AVG. Heliog. 22, 1 decem ova -a. VEG. mulom. 2, 79, 9 stercus -um (4, 2, 14 [*13* gallinae fimum]. *cf.* fimus -us: ORIBAS. syn. 3, 187, 2 Aa p. 886 [*gr. ἀλεκτοριδῶν, La* gallorum f.]. PLIN. phys. Bamb. 19, 9. *al.*). MARCELL. med. 9, 69 -um

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sanguinem tepidum. 18, 2 adipis -ae libram, a. anserinae libram *eqs.* (ORIBAS. syn. 2, 27 La p. 106, 16 [*gr. ἀλεκτορίδος, Aa* caponum]. 9, 11, 2 Aa p. 293 [*gr. ὄρνιθος*]. *al.*). APIC. exc. cib. 2 copadia porcina sive -a. HIPPOCR. mul. 1 1. 219 carnem palumbina⟨m⟩, ⌊-a⟨m⟩⌋ (*gr. deest*). SORAN. sang. reic. 33 -us pinguissimus cerebellos. PLIN. phys. Bamb. 17, 24 fellis ... vulturini sive -i R(h)odii pugnacis (*vix pro subst.*). *al. fem. pro subst.* (*sc.* caro): APIC. exc. cib. 1 holera ... compone et -a⟨m⟩ (*cf.* cervina *Apic. 8, 2, 5. 7*). **b** *quae e pullo conficiuntur, sc.* ius -um: MARCELL. med. 20, 89 i. ... -um, ubi coctus fuerit *pullus,* cruditati opitulatur (pullium, pulli vel *trad.; cf. Plin. nat. 29, 79* e vetere gallinaceo). CASS. FEL. 1, 12. 51, 11.

cf. Onom. *Spoth.*

?**pulliprema** (*vel* -premo) *compos. parum certum v. l. 71. p. 1185, 53.*

pulliter, -tra, -trum. [*a* 1. pullus *formatum per suffixum* -tero-, *quo in adi. significatur contrarietas quaedam* (*cf. e. g.* dex-tero-); *in oppositione* vetula : -a *l. 31 alterum membrum caret suffixo* -tero- *non aliter ac in* δεξιά : ἀριστερά *Hom. H 238; sic bene Niedermann, Mnemosyne III 3, 1935/36, 270. – quod attinet ad subst.* pullo- *in* *pullo-tero-, *conferri potest* κουρό-τερος *Hom. Δ 316. Fo.*] *in codd.* VARRONIS *accedit var. l.* pul(l)istr- (*unde* pullastr- *in edd. vet. quibusdam*), *alibi scribitur* poledr-, pol(l)etr-, puledr-, pulletr-, pullutr-. [*a* pullitr- *var. dial. it., e. g. tusc.* puledro, pulletro, *it. mer.* puḍḍitru; *a* pulletr- *venet.* (*vet.*) puliero, *sard. centr.* puḍḍedru, *raet. occ.* pulieder (*Obwalden*), puleder (*Unterengadin*), *var. dial. francog.; a* pultr-/poltr- *it. vet.* poltro *'pullus' vel 'lectus' (sc. c. respectu ornamenti?), tusc. vet.* poltruccia, *francog. vet.* poutrel, -drel *'pullus equinus',* poutre *'pullus' vel 'columen' (a ferendo) et varia deriv., cat.* poltro *'pullus asinae', hisp. vet.* podro, *rec.* potro, poltero (pó-), *port. vet.* poldero (pó-), *gallaec., port.* poldra *'pullus femina' (aliter Corominas²). cf. M.-L. 6825. Battisti-Alessio IV 3143. Wartburg IX 530. Corominas² IV 626. C. S.*]

i. qui aetate pullorum est: **1** *de gallinis*: VARRO rust. 3, 9, 9 ea *ova,* quae *gallinis* subicias, potius vetulis quam -is (*postea*: anniculae aut bimae. *cf. Colum. 8, 5, 5* novellae). **2** *de equis, sc. masc. pro subst. i. q. pullus*: LEX Visig. 8, 4, 5 si quis ... partum equ(a)e pr(a)egnantis excusserit, -um anniculum *restituat* (Sal. Merov. 38, 8. *cf. l. 31*). Sal. Merov. 38, 9 *si quis* ⌊sequente(m)⌋ -um furaverit (⌊ ⌋ *i. qui sequitur matrem*). **3** *de hominibus* (*cf. p. 2589, 48*): LEX Sal. Merov. 10, 7 (rec. Herold.) si quis servum -um furaverit (*vix recte Geffcken, ed. 1898, 118 intell. hominem pullos nutriendi peritum, cf. enim rec. C* puerum aut puellam de ministerio).

deriv.: pullitrinus. *Blundell.*

pullitia, -ae *et* **pullitiēs,** -ēī *f.* *a* 1. pullus. **1** *forma* -es *collective i. q. caterva pullorum* (*perperam in edd. vet. pro* illicium VARRO rust. 3, 7, 6): COLVM. 8, 9, 4 cum iam confirmata est -s *turturum.* 8, 14, 11 *anserum* -s saepe quadraginta diebus op[t]ima redditur. 9, 11, 1 cum primo vere ... nata est -s *apium.* **2** *forma* -a *i. q. aetas pullorum*: CHIRON 89 quae *glandulae* fiunt in -a ([*Veg. mulom. 2, 24, 1* pullis]. 553 in -a ex prima dentione [*Hippiatr. gr. I p. 97, 11 ἐν τῇ πωλικῇ ἡλικίᾳ*]).

[pulliticon *falso pro* epuloticon ORIBAS. syn. 3 add. La 47 p. 912 (epolo- *Li*); *locum addas vol. V 2, 706, 22 sqq.*]

pullitiēs *v.* pullitia. **pullitrafus** *v.* polytrophus.

pullitrīnus (*scrib.* poll-), -a, -um. *a* pulliter. *i. q. ad pullitrum pertinens, non nisi fem. pro subst. de carne pulli equini*: HIPPOCR. vict. 2 1. 257 asinina etiam egeritur magis quam -a (*gr. 2, 46, 3 τῶν πώλων*).

pullitrus *v.* pulliter. *Wieland.*

1. pullo, -āre. *a* 1. pullus. [*it.* pollare, *port.* pular *'surgere, saltare'* (*nisi a* pullulo); *cf. deriv. it.* polla *'vena aquae', it. vet.* pollezzola *'germen', compos. it.* rampollare *'progigni'. cf. M.-L. 6818. Battisti-Alessio IV 3002, 3003. Machado⁸ IV 459. C. S.*] [*confunditur in codd. c.* pullulare (*falso trad. p. 2584, 46*); *e coni. dub.* PETRON. 46, 2, *v. vol. X 1, 158, 77.*]

fere i. q. pullulare, germinare: **1** *intrans.*: COLVM. 4, 27, 1 quam altissime fodiendae vineae sunt, quo laetius et hilarius -ent (pullente *SA,* pullulent *R*). CALP. ecl. 5, 20 *vere primo* melior vernanti germine silva ⌊-at et⌋ (pullulat *var. l.*) aestivas reparabilis incohat umbras. DRAC. Romul. 4 tit. cum videret *Hercules* hydrae ... capita pul⟨l⟩are (*Baehrens*; pul⟨lul⟩are *Duhn*). GLOSS. -antes: turgentes (*cf. infra p. 2584, 45*). **2** *trans.*: COLVM. 3, 18, 4 ex quibus *gemmis cacumini sagittae proximis vitis* pampinos (*Hedberg*; pampinus *trad.*) ⌊-at⌋ vel sterilis vel certe minus feracis, quos rustici vocant racemarios (⌊ ⌋ expull(ul)at *var. ll.*).

deriv.: pullatio; *cf.* pullesco. *Malloch.*

?**2. pullo,** (-ōnis) *m.* *a* 1. pullus, *si quidem agnoscendum.* *i. q. pullorum amator* (*obscene; cf. p. 2581, 37*): LVCIL. 967 -o, premo[r] (*loco corrupto, quem affert* AVSON. 13, 73 [70 S.], 8; *v. p. 1185, 50 sqq.*).

?**pullopremus** *v. l. 71. p. 1185, 53.*

pullulāmentum, -ī *n.* *a* pullulare. *i. quod pullulando factum est* (*sc. de germine* [*per pleonasmum p. 2584, 2, nisi de statu*]): PETR. CHRYS. serm. 56, 1 (*in imag. respiciuntur catechumeni*) immatura germinum graviter me -a turbarent, nisi *eqs.* (poll- *R,* pullum- *W*). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 30, 11 p. 400ᴮ fructuum interiora et radicum -a, ... cum terrae committuntur, ... vividam qualitatem conservant.

pullulāsco, -ere. *a* 1. pullus *iuxta* pullulare. [-it *falso pro* pullescit *p. 2582, 27.*] *i. q. edere pullulos, germinare* (*improprie respiciuntur partes corporis renascentes*): PRVD. perist. 10, 882 utrum *more hydrae Lernaeae* renatis -at artubus ac se ... novum instauret *martyr truncatus.*

[pullulātim *vix recte trad.* APVL. met. 2, 16, 3 *et* 5, 20, 4 *pro* paul(l)ulatim, *v. vol. X 1, 827, 3; lect. traditam defendere temptat post alios van Mal-Maeder, Groningen comm., 2001 ad* 2, 16, 3.]

pullulātio, -ōnis *f.* *a* pullulare. GLOSS. III 263, 35 *βλάστημα*: germen, -o.

i. q. actio pullulandi (meton. de germine per plur. l. 26, sing. l. 13); pertinet ad genituram vel incrementum: **1** *animantium*: **a** *respicitur propagatio generis humani*: TERT. apol. 19 frg. Fuld. 1 *Moses* mundi conditionem et generis humani -e⟨m⟩ ... exorsus est. MANICH. Aug. c. Iulian. op. imperf. 3, 187, 6 naturaliter malae stirpis -em ostendere *in infantibus purificatione egentibus* (*inde* IVLIAN. *ibid.* 3, 187, 7). *in imag. c. respectu sectatorum, sociorum*: CYPR. Demetr. 2, 2 respondeo ... tibi ... et ceteris, quos ... comites tibi plures radicis atque originis tuae -e fecisti (*inde* MAXIMIN. c. Ambr. fol. 300ʳ, 37). **b** *negatur -o angelorum*: EVSEB. EMES. serm. 24, 5 angelorum ... natura neque germinat neque -em suscipit *eqs.*

2 *arborum, plantarum*: HIER. hom. Orig. in Ezech. 11, 5 p. 431, 16 (*meton.*) fructus ... eius *vitis* omnis computruit et -es, quae ... modicae in Babylone creverant, mutatione regionis exaruerunt (*sec. Ezech. 17, 9 τὰ προανατέλλοντα, Vulg.* palmites germinis). IVLIAN. in Am. 4, 7 *deum* prima -e fibrarum (herbarum *B*) negatu pluviarum germina suffocasse. EVSEB. EMES. serm. 22, 11 et radices emittunt et -em operantur *quaedam in mari lapidibus similia.* PRISC. rhet. 7, 24 p. 557, 13 *in laude arborum* dices ... staturam, pulchritudinem, -em (pullat- *cod. P ceteris antiquior; cf. gr. εἰ ἀειθαλές*).

3 *rerum incorp.* (*in imag.* CASSIAN.): AVG. c. Iulian. op. imperf. 2, 105, 1 mali nondum ... auctum et nondum multiplicatum ... initium, quod solum sine ulla -e remaneret, si *eqs.* (*cf. p. 2586, 22*). CASSIAN. inst. 4, 43 expulsione vitiorum virtutes fruticant atque succrescunt; -e (pulu- *var. l.*) virtutum puritas cordis adquiritur. PRAEDEST. 2, 7 l. 20 (= 3, 31 l. 12) -o ... peccatorum baptismatis unda non abluitur. *Wieland.*

***pullulo,** -āvī, -ātum, -āre. [*a* 1. pullulus (*inde a Plin. nat.*), *nisi a* 1. pullus (*inde a Plaut.*). *Fo.*] *scribitur in codd. ant. etiam* poll- VERG. Aen. 7, 329 (*FR,* pull- *MV*). OROS. hist. 6, 17, 9 (*L*). *al.,* paulu- VERG. *ibid.* (*V,* paull- *post corr.; cf. p. 2586, 29), in recc. saepe* poll- *et* pulu-. NOT. Tir. 92, 89 -at. *de notione*: GLOSS. -o: *ἐξανθῶ*. -at: germinat, oritur. germinat vel crescit. -antes: turgentes. GLOSS.ᴸ II Philox. PU 50 (*corrupte trad., v. ed.*) pull⟨ul⟩at in Georgicis (*v. p. 2585, 53*) dicuntur, quoties ramos ex se generant: *παραφυάδας βάλλει, βλαστάνει. sim. al.; v. etiam p. 2586, 54 sq.* *legitur fere singulis binisve locis apud* NEP., VERG., COLVM. (*quinquies*), PLIN. nat., GELL., APVL. *et saepe inde a* TERT. [*it. vet.* pollolare, -nare, *sard. sept.* puḍḍuná; *de port.* pular *v. p. 2583, 55; fort. huc spectat compos. hisp. vet. et dial. murc.* chapullar. *cf. M.-L. 6827. Battisti-Alessio IV 3004. Wartburg IX 535. C. S.*] [*saepius in var. l. vix recta pro* pullare, *q. v.*]

i. q. germinare (*aliter ac in subst.* pullus, pullulus *longe praevalet respectus germinis, surculi sim. crescentis; ad propagationem hominum vel animalium spectant p. 2585, 65. 2586, 42. 70 sq. 74; indicatur mensura vel extensio e. g. per adv. p. 2585, 36. 43. 2586, 31,* usque ad *p. 2586, 61*): **I** *intransitive*: **A** *pro subi. est potius germen sim., ut significetur i. q. germinando provenire* (*saepe indicatur origo, sc. per praepos.* ab *p. 2585, 18. 53. al.,* de *l. 70. p. 2585, 21. 34 et saepe,* ex *p. 2585, 1 sq. 55. al., adv.* hinc, inde, unde *e. g. l. 74. p. 2585, 12. 2586, 2 sqq., abl. separ. p. 2585, 22. 57 sq. 2586, 8. al.; qua forma quid proveniat, indicatur per abl. p. 2585, 27. 41. 48; effectus vel finis illustratur per praepos.* ad, in *c. acc. p. 2585, 31. 46* [*cf. p. 2586, 20*]): **1** *incorporaliter* (*sc. de origine rerum passim, animae sim. p. 2585, 28. 46 [in corpore hominis v. p. 2585, 67], coetus hominum p. 2585, 26. 41. al.; saepe perlucet imago surculi sim. germinantis; quaedam etiam ad B trahere possis, quibus deest indicatio originis*): **a** *generatim*: **α** *-ant mala*: NEP. Cato 2, 4 *luxuriam reprimebat,* quae iam tum incipiebat -are (*vix ad B*). OPTAT. 7, 1, 1 post invidiae silvam ... abscisam video adhuc vestras ... provocationes -are. FILASTR. 132, 6 de genere illius *Cain* omnem impietatem ... -asse (CARM. de Sod. 10 *post diluvium* recidiva hominum ... i. iterumque mali nova -at aetas. CONC.ˢ I 5 p. 375, 31 contra -antem i. *certare* [*gr. I 1, 7 p. 78, 15 ἀναφυεῖσαν, Rustic. Conc.ˢ I 4 p. 66, 14 sq.* quae ... ex(s)urrexit]). AMM. 22, 4, 4 unde (*ex aviditate sim.*) fluxioris vitae initia -arunt et periuria *eqs.* AMBR. Iac. 1, 5, 19

[Harbsmeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cur eius *corporis mortificati* -ant vitia? (AVG. in euang. Ioh. 123, 5 l. 62 ex illa radice ... -ant, cum sunt homines 'seipsos amantes' [*II Tim. 3, 2*]. CASSIAN. conl. 24, 16 ex qua *animae portione corrupta* ... cenodoxiae solent v. -are. MAX. TAVR. 18, 1 minus ... mirandum est abundare sub nobis haec v., cum sub apostolis coeperint -are [*act. 5, 1 sq.*]). HEGES. 2, 6, 3 in ipsis Hierosolymis aliud latronum -vit genus, qui vocabantur sicarii (*gr. 2, 254 ἐπεφύετο*). HIER. praef. Vulg. psalm. p. 3, 7 (*de mendis librorum*) ut quod crebro male -at, crebrius succidatur (*antea*: renascentes spinas). AVG. un. eccl. 15, 38 p. 281, 2 scandala circa finem saeculi -antia (*cf. Matth. 24, 10*). IVLIAN. in Os. 10, 4 ('germinabit quasi amaritudo iudicium') ut in ipsis terris pericula magis videantur -are quam germina. OROS. hist. 6, 17, 9 malorum initium superbia est: inde exarserunt bella civilia, inde iterum -arunt. CASSIAN. conl. 5, 10, 1 de ira tristitiam, de tristitia acediam necesse est -are. *et saepe.* **β** *-ant bona vel neutra*: TERT. adv. Iud. 2, 3 in ... lege Adae data omnia praecepta condita recognoscimus, quae postea -verunt data per Moysen. AVIEN. orb. terr. 259 Musis intermina vita permanet, et memori laus semper -at aevo. FILASTR. 140, 3 nobis diversa gaudia a Christo domino -arunt (*sc. festa nativitatis, epiphaniae al.*). CLAVD. DON. Aen. 4, 230 p. 384, 16 ('gravidam imperiis ... Italiam') -antia imperia virtutis ... maiestate *compescere* (HIER. quaest. hebr. in gen. p. 16, 22 de hac terra Assyriorum -vit i. ISID. orig. 9, 2, 3). AMBR. fug. saec. 7, 42 mentis uterus ..., in quo fecunda seges consiliorum verbi semine -are consuevit (patr. 11, 55 s. fidei. AVG. in psalm. 88, serm. 1, 10 s. ecclesiae. *al.*). hex. 3, 12, 49 in te ipso, *homo,* suavitas tuae gratiae est, ex te -at. HIER. in Is. 3, 6, 11 l. 35 G. de apostolorum germine cunctae ecclesiae -bunt (AVG. epist. 173, 10 [*ad Ioh. 6, 67 sqq.*] tunc primum ecclesia novello germine -bat. in psalm. 96, 4 e. dei -antes per totum orbem terrarum. *cf. p. 2586, 59*). ACT. Archel. 67, 5 *bonam malamve* naturam sine radice ... rebus supervenientem, unde -verit, indicat *liber Basilidis.* AVG. in epist. Ioh. 6, 2 utrum de radice dilectionis rami bonorum operum -ent. HESYCH. in lev. 14, 9 p. 954[A] *cogitationes* novae ad meliora -ant (*syn.* nascitur). *al.*

b *speciatim respicitur*: **α** *origo haereticorum eorumve dogmatum*: TERT. paenit. 5, 13 ista *perversa* ingenia de semine hypocritarum -are consuerunt. CYPR. unit. eccl. 16 crevit ... mali infesta clades, exsurgere ac -are plus coepit haereticae perversitatis et schismatum venenata pernicies. HIL. ad Const. 2, 4, 3 tot causas blasphemiarum -are, quot vitia sunt. syn. 90 vereor ... Orientis haereses in tempora singula -antes (EPIST. pontif. 235 Migne 13, 356[B]. RVFIN. hist. 4, 30, 1 ubique [*gr. πληθυουσῶν*]. VEN. FORT. vita Hil. 5, 14 cum Arriana h. venenata de radice flore toxico -ret. *al.*). FILASTR. 130, 8 h(a)ereticorum perversitas ... -antium cottidie (HIER. in Is. 18, 65, 4 l. 24 G. vir. ill. 33, 2. RVFIN. hist. 3, 36, 4 copiosius [*gr. ἐπιπολαζούσας*]). RVFIN. Orig. in Rom. 1, 21 l. 29 Marcion ... et omnes, qui de eius schola velut serpentum germina -arunt. CASSIAN. c. Nest. 1, 2, 1. *al.* **β** *regeneratio per baptismum facta*: ZENO 1, 24, 1 lavacro vitali in spem inmortalitatis animas -antes. AMBR. Cain et Ab. 2, 6, 19 nova ... fides renovatorum *per baptisma* ..., quae -et quodam virenti germine sapientiae et iuvenali divinae cognitionis fervore pubescat. AVG. c. Petil. 2, 6, 13 p. 27, 6 si tot Optati -verunt, quotquot baptizavit Optatus. 3, 47, 57 p. 210, 13.

2 *corporaliter respicitur origo*: **a** *surculorum, germinum sim.*: VERG. georg. 2, 17 pars *arborum* ... posito surgunt de semine, ut altae castaneae ...; -at ab radice aliis densissima silva, ut cerasis ([*cf.* GLOSS. *p. 2584, 46*]. AMBR. hex. 3, 16, 66 de radice ... arborum s. [*cf. gr. γίνεσθαι πέφυκεν, Eustath. Basil. hex. 5, 6, 7* nascuntur]). COLVM. 4, 11, 3 e duro quae -ant, ... pampinaria saepissime fructu carent. 10, 146 florida cum soboles materno -at arvo. PLIN. nat. 17, 65 multarum *arborum* radicibus -ante subole densa. AVIEN. orb. terr. 1114 hic, *sc. in Arabia,* ... calami coma -at almi (ARATOR act. 2, 1210 -at ... nitidi c. frondea veris). AMBR. hex. 3, 10, 45 (*ad gen. 1, 11* germinet terra herbam) subito terrarum germina -arunt (AVG. gen. ad litt. 5, 11 p. 155, 6 *videmus* g. ... -are, grandescere, virescere, arescere. *al.*). AVG. in euang. Ioh. 81, 1 praeciso palmite potest de viva radice alius -are. EVSTATH. Basil. hex. 5, 1, 5 ea, quae de terra -ant, proprii caloris adtractu ... producit *sol* (*cf. gr. πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν*). *al.* **b** *animantium*: APVL. mund. 23 p. 341 sors ... nascentium obitorum loco -at (*cf. gr. p. 397b3 sq. αἱ ... γενέσεις ἐπαναστέλλουσι τὰς φθοράς*). TERT. anim. 19, 6 *hominis* anima velut surculus ... in propaginem deducta et genitalibus feminae foveis commendata cum omni sua paratura -vit. VET. LAT. Is. 45, 8 (Lact. inst. 4, 12, 9) aperiatur terra ⌊et -et⌋ salvator (salvatorem *cod. P[man. alt.?], ut spectet ad II*; ⌊ ⌋ *gr. καὶ βλαστησάτω, quod om. codd. gr. plerique et Iulian. Aug. c. Iulian. op. imperf. 1, 138, 2* oriatur ex terra misericordia; *Vulg.* germinet salvatorem). LACT. Phoen. 106 phoenix ruptis -at exuviis *ovi.* SYMM. or. 1, 3 Gratiane, meruisti, ut de te sacra germina -rent, ut esses seminarium principatus. PRVD. apoth. 912 genus omne hominum, quod -at inde, *i. ab Adam.* CYPR. GALL. iud. 80 quo *monte* plurima turba ferarum -at. EVSTATH. Basil. hex. 7, 1, 3 ranae ... et muscae culicesque inde, *i. de stagnis,* ... -arunt (*gr. ἀπεξέννυντο*). PROCL. laud. Mar. 4 unde ... Cain emersit, inde ... Christus sine semine -vit (*sc. e muliere; gr. p. 104, 1 ἐβλάστησεν*). CARM. de resurr. 161 sq. (*155 sepultos* populos eructat harena) hinc omnis -at aetas, -at antiqua mortuorum pulvere turba (*163* resurgunt). *al.* **c** *nummorum* (*in compar. acerba*): IVV. 6, 363 *femina prodiga neglegit sumptus,* velut exhausta recidivus (redivivus *trad.*) -et arca nummus.

B *pro subi. est potius quod germinibus crescit, ut significetur i. q. incremento augeri, luxuriari, vigere sim.*: **1** *structura plena indicantur germina sim. vel status auctus*: **a** *per abl.* (*cf. p. 2584, 62*): VERG. Aen. 7, 329 *Allecto* tot -at atra colubris (*inde nimirum* CLAVD. DON. *ad loc.* p. 52, 14, *sed cf. etiam* CYPR. epist. 74, 8, 4 *haereses* serpentinis crinibus -antes. FIRM. err. 5, 1 dea ... serpentibus -ans, *sc. Hecate.* MART. CAP. 7, 729 hydreo germine. *al.*). CASSIAN. inst. 7, 23 quam noxie fomes iste ... fruticet et omnigenis -et ramunculis vitiorum. CASS. FEL. 26, 2 *scrofae* sub cute natantes et plurima natione -antes, sicut genus porcorum (*nisi ad A*). CASSIOD. var. 8, 15, 1 *ut* bonis sacerdotibus ecclesiarum omnium religio -ret. IORD. Get. 252 quae *regis suboles* trino flore -bat (*postea*: tribus editis liberis). *al.* **b** *per praepos. in c. acc.*: HIER. in Abd. 2 l. 226 ut in vineam plantaria -ent. c. Ioh. 22 l. 32 quibus *humore et calore* temperata frumenta in germen -ant. AVG. c. Iulian. op. imperf. 2, 105, 1 in multas ... cupiditates arbor ... -at peccatorum. LEO M. serm. 82, 6 divini seminis germina in quantam sobolem -arint, ... martyrum milia protestantur. CASSIOD. in psalm. 101, 12 l. 371 in ariditatem peccati ... perducimur, nisi iterum rore divinae misericordiae in novam gratiam -emus.

2 *sine tali indicatione* (*ita ut, coll. usu trans. sub II illustrato, etiam de obi. subaudiendo cogitare possis*): **a** *proprie vel in imag. -ant*: **α** *arbores, herbae, semina sim.*: COLVM. 2, 11, 8 cum -are (paululum *SA*) desīt frumentum, putrescit, si adrutum est. 4, 8, 2 *vitis* radiculas *principiis relictis* praecidere, quae sic ademptae non amplius -ant. 4, 11, 1 *antiqui* omnem superficiem *viviradicis* amputabant solo tenus ..., ut e duro -ret. GELL. 8, 4 pinum ... caesam numquam denuo ex iisdem radicibus -are (*sec. Herodot. 6, 37, 2 βλαστὸν οὐδένα μετίει*). TERT. adv. Val. 3, 4 his iam tunc -antibus ⌊seminibus⌋ haereticis (⌊ ⌋ *nisi de ipsis surculis sim., ut spectet ad A; sim. dubites de* HIER. chron. a. Abr. a. 1848 orta seditione ... ingentium miseriarum semina -verunt. PS. FVLG. RVSP. serm. 68 p. 940[D] seminatio sanguinis Christi fecit semina martyrum -are in campo matris ecclesiae. *al.*). VET. LAT. Sirach 50, 11 oliva -ans (*gr. ἐλαία ἀναθάλλουσα καρπούς*). AMBR. Noe 29, 109 veris tempore etiam corruptarum radices vitium -are potuerunt (Tob. 13, 43 *r. arborum plantatae* virescere incipiunt, postea -are). *al.* **β** *animantes*: VET. LAT. Sirach 46, 14 ut ... ossa eorum *iudicum piorum* -ent de loco suo (*gr. ἀναθάλοι ut loco simili* 49, 12). FILASTR. 105, 3 deus voluit genus eius *Heber* -are amplius. HIER. hom. Orig. in Ezech. 12, 5 p. 439, 14 'lignum viride' (*Ezech. 17, 24*) circumcisionis est populus, qui quondam -ans et florens fuit, verum nunc nimia siccitate contabuit. PS. FVLG. RVSP. serm. 53 p. 921[A] numquid in ea *Anna* (*I reg. 1, 20*) ... virilis tantum insertio -vit? CASSIOD. var. 3, 6, 7 *ut senatorum* coetus, sicut -at sorte nascendi, ita et fascibus possit augeri.

γ *terra*: AMBR. hex. 5, 1, 1 terra ... iussa viridescere vivificationis suae munere -bat. HIER. tract. in psalm. I p. 200 l. 144 quando ... terra nostra ... pluviis deliciarum fuerit inrigata, necesse est, ut parturiat et -et (*syn.* generat).

b *translate* (*cf.* GLOSS.[L] I Ansil. PU 274 -at: pollet [polluit *cod.*]. 278 -at: p. cum l(a)etitia): PROVINC. laterc. Veron. 13 tit. gentes barbarae, quae -verunt sub imperatoribus. AMBR. Tob. 13, 43 (*antea l. 41*) pecunia faenebris vix plantata iam -at. AVG. gest. Pelag. 34, 59 quae *Pelagii dogmata* adversum christianam fidem ... perniciosissime -antia christiana semper veritas damnat. in psalm. 3, 9 perdere ecclesiam latissime -antem (serm. 183, 11 quae *e.* praedicatur in omnes gentes et -at et crescit usque ad fines terrae. POSSID. vita Aug. 18, 7 -asse et multiplicatam fuisse domini e. *al.; cf. p. 2585, 26*). CASSIOD. Ios. antiq. 1, 263 Isaac ... rerum magnitudine fortitudo -bat, Abimelech autem contra se crescere putans Isaac *eqs.* (*gr. Ἰσάκῳ ... ἀκμάζειν συνέβαινε τὴν ἰσχύν*). NOVELL. Iust. 105 pr. videmus periclitari consulum nomen, quod ... ⌊cum Romanorum re publica -vit⌋ (*gr. τῇ τῶν Ῥ. συνήκμασε πολιτείᾳ*). *al.*

II *transitive i. q. germinando producere* (*de obi. subaudiendo v. l. 28*): **A** *corporaliter* (*huc spectat p. 2585, 70*): APVL. met. 4, 28, 4 novo ... germine non maria, sed terras Venerem aliam virginali flore praeditam -asse, *sc. Psychen.* FVLG. myth. 1, 13 *quod corvus* oviparos -et fetus (*affert Petron. frg. 26 vers. 2* ova refert). AMBR. hex. 3, 13, 54 rediviva castanea, quae, simul ut excisa fuerit, tamquam silvam ex se -are consuevit. HIER. in Is. 13, 48, 17 l. 17 G. *Iudaei* usque in praesentem diem instar vermiculorum -ant filios et nepotes. 15, 55, 10 l. 21 G. *imber* infundit eam *terram,* ut varia semina -et. **B** *incorporaliter*: PS. CYPR. singul.

[Harbsmeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cler. 38 (*inde* CAES. AREL. epist. ad virg. 2, 9, 7) *familiaritas sim.* corruptionem seminat, -at vitia, cupiditatem concipit *eqs.* EPIST. pontif. 260 Corp. Vind. 82, 3 p.299 doctrina perfidiae -ta. RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 13, 1 quae *peccata* radix illa malitiae -bat ([*Migne gr. 36, 325*^{A} *ἐβλάστησε*]. AVG. nat. et grat. 22, 24 vindicta, quae pariat -etque peccata [*antea*: ex ... vindicta plura ... p. consurgunt]). PS. AVG. serm. ed. Mai 84, 3 cruor *Christi* descendit in terram ... et martyria -vit. PRAEDEST. 1, 44 l. 8 prava defensio a Photino ... renovata ... Photinianum populum -vit. VICTOR Fulg. Rusp. epist. 9, 4 *Fastidiosus* novum errorem visus est -asse. CASSIOD. in psalm. 108, 3 l. 53 factum eorum nullum illis potuit afferre compendium, sed magis detestabilem -vit interitum. PS. CHRYSOST. hom. V 748^{B} (= PS. AVG. serm. Bibl. Cas. 2, 165^{b}) gemitus ... bonitatis -ans fontes (*Migne gr. 55, 600 βλαστάνων* [*βλυσ- ed. errore*]). *al.*

deriv.: pullulamentum, pullulatio; *cf.* pullulasco.

compos.: ex-, repullulo. *Harbsmeier.*

1. pullulus, -ī *m.* *a* 1. pullus *deminutive.* GLOSS. -us: *νεοσσός* (-i: *ν.*). II 257, 63 *βλαστός*: -us, germen (III 263, 38 -us, pampinus [-lus *trad.*]). 397, 10 *παραφυάς*: -us, propago (*item* III 264, 71). [*notione deflexa calabr.* púḍḍula *'papilio'* (*cf. sard. centr.* polleḍḍu) *cum deriv.* puḍḍuliari *'leviter ningere'. cf. M.-L. 6828. C. S.*]

i. q. pullus parvus, germen (*c. affectu quodam sub 2*): **1** *arborum*: PLIN. nat. 17, 65 nullis *arboribus* ... tales -i proveniunt, nisi *eqs.* (pill- *E; ad rem v. p. 2585, 57*). **2** *animantium: de filiolis*: FRONTO p. 91, 15 vidi ⌞-os⌟ tuos ... tam simili facie tibi *eqs.* (⌞ ⌟ pullos *index initiorum p. 86, 5*). *de pullo asini simulque amasio*: APVL. met. 8, 26, 4 (*loq. cinaedi*) cave ne solus exedas tam bellum scilicet -um, sed nobis quoque tuis palumbulis ... impertias.

deriv.: cf. pullulo. *Wieland.*

[2. pullulus *adi., a* 2. pullus, *v. p. 2592, 39.*] **pulluo** *v.* polluo.

1. *pullus, -ī *m.* [*notio primaria vid. esse i. q. catulus, secundariae autem i. q. puer sim. et i. q. germen, surculus; cf. Perpillou, Rev. Phil. 55, 1981, 215sqq.; conferre possis got.* fula (*theod.* Fohlen), *cuius stirps est* fula-n- < *pulo-n- *litt.* n *suffixa, si quidem* pullo- < *pule-lo- *per syncopen ab eadem stirpe* *pulo- *ortum putes, sc. notione deminutiva; cf. Pisani, Indogerm. Forsch. 84, 1979, 183, post Solmsen. Fo.*] *de origine: cum* paulum *et* pusillum *coniungere vid.* VEL. gramm. VII 80, 10 SCAVR. gramm. VII 20, 17, *cum* puls FEST. *p. 2590, 42,* pollutus ISID. *p. 2591, 35. scribitur* pol(l)- *in codd. rec.* SCAVR. *l. 36.* APIC. 4, 2, 13 PLIN. phys. Bamb. 17, 22. *al.; litteris gr. p. 2590, 67.* NOT. Tir. 54, 29 -um. 92, 90 -us. *de notione*: ISID. orig. 12, 7, 5 -i dicuntur omnium avium nati, sed et animalium quadrupedum nati -i dicuntur et homo parvus -us (*quae seq., v. p. 2591, 34*). GLOSS. -us: *παραφυὰς καὶ νεοσσὸς καὶ ὄρνις. πῶλος.* -os: *ὀρνίθια.* filios avium. GLOSS.^{L} Corp. P 886 -us: brid (*anglosax.*). *al.; v. e. g.* SCHOL. *p. 2589, 55,* AVG. *p. 2590, 2. legitur inde a* PLAVTO, ENN., CATONE. [*notione animalis novelli: ticin.* (*Biasca*) pol *'puer',* pola *'puella'* (*ut francog. vet.* polle, *hisp.* polla), *sard. sept.* puḍḍu, *mer.* abuḍḍu *'apium fetus', cf. bulg.* pula *'asina'; varia deriv. francog. vet.; notione gallinacei sim. et pro lat.* gallina: *it.* pollo, -a, *francog.* poule, *cat.* poll, -a, *hisp., port.* pollo. *cf. M.-L. 6828. Battisti-Alessio IV 3004. Wartburg IX 535. Corominas*^{2} *IV 600. C. S.*] [*confunditur in codd. e. g. cum* pupillus PLIN. nat. 30, 91 POMPON. dig. 19, 1, 16. *al.,* populus IVV. 13, 142. *al.* (*falso trad.* PS. ORIG. tract. 6, 46); *falso trad. pro* nullus AMM. 20, 4, 17.]

I *notione originaria significatur tenuissimum, novissimum cuiuslibet stirpis, generis. indicatur species -orum per gen. e. g. p. 2588, 41. 44. 2589, 6 (cf. p. 2590, 23. al.), per adi. e. g. l. 74. p. 2588, 66. 2589, 13* (*cf. 2590, 12. 24*). *adhibetur praedicative p. 2588, 25, per appos. fort. p. 2589, 64* (*cf. locut. c. praepos. p. 2589, 8 et* SOL. 52, 44 dum ⌞in -o⌟ [-us *var. l.*] est *psittacus* ..., citius discit. CHIRON 784 *asellus equis* a tenero -o conversatus), *vergit in usum adi. l. 73 et* NON. p. 368, 24 -um: est aetatis novellae (*mire affertur* VERG. *p. 2589, 11*); *cf. p. 2591, 23. 2592, 65* (*fort. et p. 2592, 49, vix addas p. 2592, 32*). *variat in contextu e. g. cum* catulus *p. 2589, 36* (*disting. p. 2588, 17. 23*), fetus *p. 2589, 34. 42. al.,* proles COLVM. 8, 11, 16 AMBR. hex. 5, 18, 61. *al.* (*cf. iunct. abundantem* -orum suboles *p. 2588, 73); iuxta ponitur e. g.* implumis *p. 2588, 16 et* PLIN. nat. 10, 10 (*cf.* GELL. 2, 29, 4 -is ... plumantibus), infans *p. 2588, 22,* novellus *p. 2589, 22 et* ORIG. in Matth. 16, 17 p. 533, 24, parvu(lu)s *p. 2589, 33 et* ROMVL. fab. 55, 2 rec. vet.

A *proprie de parvulis procreatis, nondum adultis* (*in compar. e. g. l. 71. p. 2588, 4*): **1** *de subole, progenie animantium*: **a** *avium*: **α** *variarum*: Ⓘ *in universum* (*exempla selecta inde a* PLIN. nat.): PLAVT. Asin. 209 ubi quid dederam, quasi columbae -i in ore ambae meo ... eratis (*de lena puellaque osculantibus; proprie*: VARRO rust. 3, 7, 8 aetate bona parandum, neque -os neque vetulas. 3, 7, 9 saginare -os columbinos. *al.* COLVM. 8, 8, 4 matrices, quae ovis vel -is incubant. 8, 8, 11 sub matribus pinguescunt. *al.* PLIN. nat. 10, 159 ipsi ... -i quinquemenstres fetificant. *al.*). Poen. 356 quam *tranquillum* mare olimst, quom ibi alcedo -os educit suos (VARRO ling. 7, 88 -os dicitur tranquillo mari facere. FRONTO p. 229, 1 an a. cum -is suis tranquillo otio dignior est quam tu cum tuis liberis? EVSTATH. Basil. hex. 8, 5, 15 [*gr. νεοττῶν*]). SVEIVS carm. frg. 4, 1 (*contextu corrupto, v. e. g. Sparti, Studi Non. 5, 1978, 308sqq.; cf. l. 29*). VARRO Men. 565 -os peperit fritinnientis (*cf. 568* volucris ... putillos). ling. 7, 103 a pi⟨p⟩atu -orum (*cf. vol. X 1, 2190, 39sqq.*). rust. 3, 5, 6 non ut advenae volucres -os faciunt, in agro ciconiae, in tecto hirundines, sic aut hic aut illic turdi. 3, 10, 2 plerumque -os similes sui faciunt *anseres* (3, 10, 7 ad saginandum. *al.* COLVM. 8, 13, 3 praestat ex se -os atque plumam. *al.*). *al.* CIC. nat. deor. 2, 124 e quibus *ovis anatum* -i orti ... aluntur ab his *gallinis* ut a matribus (COLVM. 8, 15, 7 PLIN. nat. 10, 155). 2, 129 e quibus *ovis* -os cum excuderunt *gallinae et reliquae aves,* ita tuentur, ut *eqs. ibid.* cum autem -i pinnulis uti possunt, tum *eqs.* carm. frg. 22, 14 qui *draco* ... corripuit -os (*17* teneros volucris; *resp. Hom. B 311 νεοσσοί*). HOR. epod. 1, 19 assidens implumibus -is avis. PHAEDR. 1, 28, 4 vulpinos catulos aquila ... nido ... posuit -is, escam ut carperent (PLIN. nat. 10, 13. *al.* VET. LAT. prov. 30, 17 [Eucher. form. 4 l. 416, *sim. al.*] -i aquilarum devorent eum [*gr. νεοσσοί, Vulg.* filii]. *al.*). COLVM. 8, 8, 7 eius *accipitris* -i. *al.* PLIN. nat. 7, 26 *Pygmaei destruxerunt* ova -osque earum alitum, *sc. gruum.* 10, 4 ex ossibus ... et medullis eius *phoenicis* nasci primo ceu vermiculum, inde fieri -um. 10, 92 ne durus sit *nidus* infantibus -is *hirundinum* (11, 152 serpentium catulis et h. -is. IVV. 10, 231 hiat ... ceu -us hirundinis, ad quem ore volat pleno mater ieiuna. *al., e. g. l. 9*). APVL. flor. 12, 4 *psittacus* discit ... statim -us usque ad duos aetatis suae annos (*cf. p. 2587, 58*). VET. LAT. deut. 22, 7 (cod. 100) si ... occurreris nido avium ..., dimittis matrem, -os ... accipies tibi (*gr. παιδία, Vulg.* filios). *al. in titulo carminis ad idyllia* SVEI *pertinentis* (*de quibus avibus agatur, non constat*): NON. p. 72, 24 ⌞Sueius⌟ -is (⌞ ⌟ *corrupte trad. ut locis geminis* p. 139, 27. 513, 20).

Ⓘⓘ *-i in ovis formantur, adhuc crescunt* (*cf. l. 62. 70. al.*): ENN. ann. 11 *aves solent* ova parire ..., non animam; post inde venit divinitus -is ipsa anima. LVCR. 2, 927 in -os animalīs vertier ova cernimus alituum. COLVM. 8, 14, 7 -is *anserinis* ... formandis excludendisque (excud- *var. l.*) triginta diebus opus est. PETRON. 33, 7 *ovum pavonis* videbatur mihi *edenti* iam in -um coisse. PLIN. nat. 10, 148 increscente -o. MART. 6, 93, 5 -us abortivo ... cum putrescit in ovo. 8, 33, 21 Ledaeo ... -us in ovo. *al.*

Ⓘⓘⓘ *illustratur -orum usus; adhibentur*: Ⓐ *in cibis, remediis* (*cf. l. 35*): CIC. fam. 9, 18, 3 plurīs iam pavones confeci quam tu, *Paete,* -os columbinos. CELS. 4, 7, 4 si quis -um hirundininum ederit, anginā ... non periclitari (*cf.* hirundinum -us: SCRIB. LARG. 70 h. -orum cineris pondo quadrans. *ibid. iterum.* PLIN. nat. 29, 128. 30, 91 lapilli e ventre -orum h. *al.* PELAGON. 286, 2 hirundinis -os). PLIN. nat. 29, 82 sanguine ... -i bubonis etiam crispari capillum. 29, 128 ciconiae -um qui ederit, negatur ... lippiturus (PORPH. Hor. sat. 2, 2, 50). 30, 92 cor -i vulturini adalligatum *aegroto.* ANTH. 176, 1 (*tit.* qui *anser* intra se capit copiam prandii) eminet impletus -orum carnibus anser (*5* turdus cum turture). ORIBAS. syn. 4, 16, 2 Aa p. 18 ⌞columborum -i⌟ et fasiani, -i anserum ... digestibilia sunt (⌞ ⌟ *sed gr. σὰρξ ... περιστερᾶς, ἀλεκτορίδος τε καὶ ἀλεκτρυόνος*). *al.*

Ⓑ *in sacrificiis, sc. expiatoriis* (*adhibentur non nisi -i columbini*): VET. LAT. lev. 1, 14 (cod. 100, *sim. al. et* VVLG.) *si sacerdos* ex volatilibus donum affert domino ..., offert ... ex -is columbinis donum suum (*gr. ἀπὸ τῶν περιστερῶν*). 12, 8 (*ibid.*) duos turtures aut duos -os columbinos ([*gr. νοσσούς,* VVLG. -os columbae]. *hinc pendet* Luc. 2, 24 [cod. 3. *al. et* VVLG.; *cod. 5* nidos c.]). 14, 4 (*ibid., sim.* Ps. Philo antiq. 13, 3) sacerdos ... accipiet ei *leproso* ... -os duos vivos (*gr. ὀρνίθια, Vulg.* passeres). SIDON. epist. 8, 14, 5 (*allegorice*) binos -os columbarum, qui duplicem substantiam ... hominis ... assignant, mystico litasse sacrificio *paenitentem. al.*

β *gallinarum* (*sc. de recens natis, adhuc sub cura matrum viventibus; ceterum v. quae ad II monuimus*): VARRO rust. 3, 3, 6 earum *gallinarum* fructus erat ova et -i. 3, 9, 2 de -is, quem ad modum et a quibus educentur (COLVM. 8, 2, 6. *al.*). 3, 9, 12 ova, quae incubantur, habeantne semen -i. 3, 9, 13 excusos -os ([excussos *var. l.*]. COLVM. 8, 2, 12 [excussi, exclusi *var. ll.*]. *al.* SVET. Tib. 14, 2 [*in prodigio*] -us insigniter cristatus). *ibid.* obiciendum -is diebus XV primis ... polentam. *al.* LIV. 32, 1, 11 (*in prodigio*) -os gallinaceos tres cum ternis pedibus natos esse (COLVM. 8, 5, 24). SEN. epist. 121, 19 quid est ..., quare -i faelem timeant, canem non timeant? (*disting.* gallina). COLVM. 8, 2, 13 -i, quos ... nostrates *gallinae* ediderunt (APVL. met. 9, 33, 6 *gallina* non ... ovum ..., sed ... perfectum edidit -um). 8, 5, 12 ova -ique semiformes. 8, 5, 14 an -i rostellis ova pertuderint. *al.* PLIN. nat. 29, 45 stomachum dissolutum confirmant -i ovorum ...; dant et dysintericis -os in ipso ovo decoctos. SVET. Galba 1 tanta -orum suboles provenit. FRONTO p. 120, 4. 178, 20 -is gallinarum, columbarum, passerum oblectatur *infans.* VET. LAT. Matth. 23, 37 (cod. 2, *sim. al. et* VVLG.) quotiens volui congregare filios tuos, quomodo gallina

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

congregat -os suos sub alas suas (*gr. νοσσία*). CAEL. AVR. chron. 2, 13, 160 volantium non pinguia *danda sunt,* ut ... pectora turdorum vel -orum matrem sequentium (*cf.* SORAN. sang. reic. 33 -us gallin(a)e). *al.*

b *ceterarum animalium*: **α** *quae prolem viventem pariunt*: Ⓘ *equi, asini sim.* (*gr. resp. πῶλος*): Ⓐ *exempla varia*: LVCR. 3, 764 nec tam doctus equae -us quam fortis equi vis (PALLAD. 4, 13, 6. *cf. l. 13*). VARRO ling. 9, 93 cuiusmodi faciant -os *equi et asini.* rust. 2, 7, 5 qualis futurus sit equus, e -o coniectari potest. 2, 7, 11 quinquemestribus -is. 2, 8, 2 -um asininum (asinum *var. l.*) a partu recentem subiciunt equae (PLIN. nat. 28, 226 sideratis urina -i a. ... prodesse dicitur. *al.*). *al.* VERG. georg. 3, 75 pecoris generosi -us. COLVM. 6, 27, 13 quo firmior -us lacte materno laboribus ... praeparetur. *al.* PLIN. nat. 8, 170 -os earum *asinarum* epulari Maecenas instituit. 28, 227 equino -o (QVINT. inst. 8, 2, 15. PLIN. med. 3, 23, 9 idem praestat e. -i fimus. *al.*). *al.* IVV. 6, 616 cui *aegroto* ... tremuli frontem Caesonia -i, *sc. hippomanes,* infudit. *al.* Ⓑ *loci sacrae script. eorumque explicationes allegoricae*: VET. LAT. gen. 49, 11 (cod. 100, *sim.* VVLG.) *princeps Iudae* alligans ad vineam -um suum et ad praesepium -um asinae suae (*explicat e. g.* RVFIN. patr. 1, 8 -us suus est ex gentibus populus ...; -us vero asinae suae hi, qui ex priore populo *eqs.*). Zach. 9, 9 (Quodv. prom. 3, 16, 17, *sim. al.; inde sim.* Matth. 21, 5 [cod. 4. *al.*]) *rex* sedens super subiugalem asinam et -um novellum (VVLG. -um filium ⌞asinae⌟ [subiugalis Matth.]. *explicat* HIER. 1.230 -us ... novus, gentilium multitudo, frena non habens legis). Matth. 21, 2 (cod. 4. *al.* = VVLG.) invenietis asinam alligatam et -um cum ea (*sim. e. g.* Luc. 19, 30 [cod. 2. *al., sim.* VVLG.]. *explicant e. g.* FORTVN. AQVIL. in euang. 2 l. 22 est ... -us credens populus ex Iudeis, quem nemo *prophetarum* domaverat. AVG. in euang. Ioh. 51, 5 -um asinae ... intellegimus populum gentium, qui legem domini non acceperat). *al.*

Ⓘ *varia*: VARRO rust. 3, 15, 2 ubi -os parere possint *glires.* FLOR. epit. 1, 18, 12 unum ex his *elephantis* -um. VET. LAT. gen. 32, 15 (cod. 100, *sim.* VVLG.) camelos cum -is XXX, ... asinos XX et -os X (*gr. παιδία ..., πώλους*). AVG. mor. Manich. 17, 64 -um muris (PLAC. med. 21, 1 rec. *β. adde l. 44*). pecc. mer. 1, 37, 68 p. 69, 2 ut ex eis *pecoribus* -i parvuli nascerentur. quaest. hept. 3, 38 quae vivos fetus gignunt, id est non ova, sed -os. ROMVL. fab. 63, 8 rec. vet. lupi ... -os suos iniuriari putantes (*cf. 7* catuli luporum). PALLAD. hist. mon. I 18, 12 p. 272[B] una de bubalis cum -o suo adstitit (*gr. p. 50, 18 μόσχον*). *al.*

β *quae ova edunt*: HOR. sat. 2, 3, 314 ranae -is (SCHOL. notatur hoc, quod dixit -os filios ranae; debuit ... dicere minores ranas). COLVM. 9, 3, 3 quamvis in demortuarum locum quotannis -os substituant *apes* (9, 11, 4 quae *cera* semina -orum continet. 9, 11, 5 regios -os. 9, 13, 10 quorum *favorum* -i iam sedes suas adaperiunt. *ibid.* [*syn.* foetu]. *al.* PLIN. nat. 11, 49 excludendis -is. *al.* AVG. mor. Manich. 17, 64). ARNOB. nat. 6, 16 p. 328, 16 miserorum fomenta -orum (*sc. stellionum, murum aliorumque*). AVG. mor. Manich. 17, 64 locustae -um. PRISC. gramm. III 515, 10 'lens', quando -os pediculorum significat, *facit genitivum* 'lendis'. OP. imperf. in Matth. 42 p. 867[A] -i serpentium.

c *hominum, sc. de filiis, puerulis* (*vi blanda praeter* HOR.; *in compar. v. p. 2588, 4*): HOR. sat. 1, 3, 45 appellat ... '-um', ⌞male parvus⌟ si cui filius est (⌞ ⌟ *Porph.* macilentum). FRONTO p. 86, 5 vidi -os tuos (*v. p. 2587, 24*). AVR. Fronto p. 86, 17 -us noster Antoninus aliquo lenius tussit. FRONTO p. 90, 2. VET. LAT. I Thess. 2, 7 (Isid. reg. monach. 2, 3) facti sumus parvuli in medio vestrum, tamquam si nutrix foveat -os suos (*gr. τέκνα, cod. 75. al. et Vulg.* filios). SCHOL. Pers. 3, 15, 4 *nutrices* blandientes 'columbos' et '-os' et 'passeres' vocant.

2 *de surculis plantarum* (*fort. addas* PLIN. nat. 27, 131, *v. vol. X 1, 1909, 34*): CATO agr. 51 ab arbore abs terra -i qui nascentur (*sim.* 133, 1). 158, 1 feliculae (*i.* fil-) -um. LVCR. 5, 1364 arboribus ... bacae glandesque caducae ... dabant -orum examina. PALLAD. 4, 9, 3.

B *translate vel in imag. de hominibus aetate maioribus (aliter in comparatione, e. g. p. 2587, 71. 2588, 75, vel in allegoria, e. g. l. 16. p. 2588, 57); adhibetur*: **1** *cum affectu benevolentis, amantis* (*loco corrupto trad.* AVSON. 13, 73 [70 S.], 8, *cf. p. 1185, 50*): PLAVT. Cas. 138 mi Olympio ..., meus -us passer, mea columba, mi lepus. Poen. 1293 metuo milvos (*sc. militem*) ..., ne forte me auferat, -um tuom. FEST. p. 245 -us Iovis dicebatur Q. Fabius ..., quod eius natis fulmine icta erat; antiqui autem puerum, quem quis amabat, -um eius dicebant (*de eodem*: ARNOB. nat. 4, 26 p. 233, 19 GLOSS.[L] IV Ps. Plac. P 14. *al.*). SVET. Cal. 13 obviorum agmine ... *Caligulam* sidus et -um et pupum et alumnum appellantium. **2** *varia ratione*: CIC. de orat. 3, 81 (*in lusu verborum*) quare Coracem *magistrum eloquentiae* ... patiamur ... -os suos excludere in nido, qui evolent clamatores odiosi. ad Q. fr. 1, 2, 6 Licinium plagiarium cum suo -o milvino tributa exigere. IVV. 13, 142 tu gallinae filius albae, nos viles -i (*proverbialiter, v. vol. VI 2, 1682, 74sqq.*).

II *notione deflexa significantur gallinacei cuiuslibet aetatis* (*cf.* AVG. quaest. hept. 7, 25 *in Aegypto dicuntur vituli etiam, qui grandes sunt,* sicut apud nos -i appellantur gallinae cuiuslibet aetatis. *saepe ambigitur de aetate, ita ut etiam ad p. 2588, 59 trahere possis quaedam, imprimis sub A3 allata; meton. v. p. 2591, 6*): **A** *sine distinctione sexus; adhibentur*: **1** *in cenis, cibis* (*editur tam* gallina *quam* -us [*v. vol. VI 2, 1685, 59sqq.*], *sed illa antea saginari, farciri solet [ibid. 1683, 21sqq.], ut pinguis fiat, adipem praestet [ibid. l. 33sqq. 64sqq.], ad ius conficiendum apta sit*; -us *autem nondum saginatur [cf. supra p. 2587, 74. 2588, 10], adhuc tenuis et macer est [cf. p. 2589, 50], ita ut e. g. aegrotis conveniat [cf. l. 26. p. 2589, 2. 2591, 18]; quae voces vero etiam non distinguuntur, e. g. ab* HOR. [gallina *bis,* -us *ter*]): PLAVT. Capt. 849 alium pisces praestinatum ... abire, ... alium porcinam atque agninam et -os gallinaceos. HOR. epist. 2, 2, 163 accipis uvam, -os, ova, cadum temeti. *al.* VITR. 6, 7, 4 *hospitibus* mittebant -os, ova, holera, poma reliquasque res agrestes. CELS. 2, 18, 8 quo tenerior -us cohortalis est, *eo minus alimenti praestat. al.* PETRON. 46, 2 *in villa* inveniemus, quod manducemus, -um, ova. MART. 2, 37, 5 femur ... -i (APIC. 5, 4, 6). 3, 58, 50. *al.* APVL. met. 10, 13, 6 porcorum, -orum, piscium et cuiuscemodi pulmentorum ... reliquias. EDICT. imp. Diocl. 4, 23 L. -o⟨r⟩um par unum; ... turtur (*gr. ὀρνίθων ζεῦγ(ος)*). HIST. AVG. Heliog. 32, 4. APIC. 2, 2, 6 isicia ... de -is. 4, 1, 2 pulpas -i (4, 2, 7. *al.; cf.* HIPPOCR. vict. 2 l. 282 caro ... -i). 4, 2, 13 iecinera -orum (6, 2, 5. *cf.* 9, 10, 10 iecur ... agni aut -i). 6, 8, 1 -um anethatum. CAEL. AVR. acut. 1, 11, 94 dabimus ... volantum carnes ut turdos vel -os gallinarum et columbinorum. 2, 18, 111 molli gallinaceo -o. ORIBAS. syn. 4, 1, 5 Aa p. 3 -os ..., qui in locis montuosis ... nutriuntur, *gustandos esse,* ... quia sicciora et calidiora sunt temperantia (*gr. ὀρνίθων, La* avis minutas). PLIN. phys. Bamb. 82, 11 -um iuscellatum (visc- *trad.*). REGVLA mag. 1, 16 animantia -orum ... occidi. CAES. AREL. reg. mon. p. 154, 5 -os et carnes nunquam sani accipiant; infirmis *eqs.* *al.*

2 *in rebus sacris*: **a** *auspiciis* (*cf. vol. VI 2, 1685, 58sq.; rem tractat* SABID. Schol. Verg. Veron. Aen. 10, 241 [*lect. parum certa*]): VARRO Men. 278 ut *quidam* eat ac rem publicam administret, quod -i ientent. rust. 3, 3, 5 non ... solum augures Romani ad auspicia ... pararunt -os, sed etiam patres familiae rure. CIC. nat. deor. 2, 7 *P. Claudius,* cum ... -i non pascerentur, mergi eos in aquam iussit (*al., v. p. 2581, 20 et vol. X 1, 599, 65sqq., ubi addas* PRVD. perist. 10, 147 SALV. gub. 6, 12). div. 1, 77 si esurientibus -is res geri poterit. 2, 72 (*antea p. 2581, 18*) cum ... offa cecidit ex ore -i, tum auspicanti tripudium solistimum nuntiatur. *al.* LIV. 22, 42, 8 cum ei *consuli* ... -i ... auspicio non addixissent. perioch. 19, 2. 55, 6 consule sacrificante -i ex cavea evolaverunt (*simili in re*: VAL. MAX. 1, 6, 7. SVET. Galba 18, 3 auspicanti -os avolasse. OBSEQ. 24). FEST. p. 245 puls potissimum datur -is in auspiciis. *al.* VAL. MAX. 2, 5, 5 *v. p. 2603, 30.* MIN. FEL. 26, 3. *al.* **b** *exempla cetera*: SEN. nat. 4, 6, 2 alius agnum immolabat, alius -um (*sim.* 4, 6, 3). IVV. 6, 551 *Armenius haruspex* pectora -orum rimabitur, exta catelli *eqs.* INSCR. Helv. Howald-Meyer 299 genio leg(ionis) ... -um *dedicavit* (*sc. pullarius?*). GLOSS. Vatic. Reg. 203, 71 divinatio, quae in extis -orum qu(a)eritur (*antea*: ornix graece, latine gallina est).

3 *in remediis* (*cf. p. 2588, 72*): CELS. 5, 27, 3[D] vivum ... gallinaceum -um per medium dividere et ... imponere. PLIN. med. 1, 1, 5 gallinaceus ⌞-us⌟, *cuius crista alligatur aegroto* ([⌞ ⌟ *om. Plin. nat. 29, 113*]. *inde* MARCELL. med. 1, 82). PELAGON. 88 occidis -um ... et tolles illi ventrem (*inde* VEG. mulom. 2, 130, 5). 290 de ventre -i pelliculam (*inde* VEG. mulom. 2, 116, 3. 2, 137. *cf. p. 2591, 15 et vol. VI 2, 1683, 42sq.*). *al.*

4 *varia exempla*: PLAVT. Curc. 450 *populi subacti* in cavea si forent conclusi, itidem ut -i gallinacei ..., non potuere uno anno circumirier. VARRO rust. 3, 3, 5 *v. l. 34.* PAVL. FEST. p. 105 ut cum rustici dicunt 'obsipa -is escam'. PHAEDR. 3, 12, 1 (tit. -us ad margaritam) in sterquilino -us gallinaceus dum quaerit escam, margaritam repperit (*ad p. 2591, 11 trahit Önnerfors, Hermes 115, 1987, 451 coll. Romul. fab. 1, 1 rec. gall.* quidam g., *vet.* quidam gallus). POMPON. dig. 19, 1, 16 -i aut cetera animalia, quae in fundo sunt. APVL. met. 8, 15, 3. AMBR. epist. 4, 15, 3 (*in distinctione sexus*) quid in -is? quam canora vox galli. LEX Burg. lib. const. 9 si quis ... per vim aliquid abstulerit usque ad -um (publicum *var. l.; definitur magnitudo rerum, quibus ablatis eadem poena est constituta*). *al.* *in nomine herbae* (*cf. p. 2582, 46*): DIOSC. gr. Vind. 2, 139 *Ῥωμαῖοι πέδε⟨μ⟩ γαλλινάκιουμ, οἱ δὲ πέδε⟨μ⟩ πούλλι.*

B *de masculis*: **1** *respicitur gallicinium*: **a** *usu communi:* *in locut. temporis* -orum cantus: PEREGR. Aeth. 24, 1 ante -orum c. aperiuntur omnia hostia *ecclesiae* (*item c. praepos.* ante: 24, 8 REGVLA mag. 33, 1. *al.* FAST. Vind. I chron. I p. 318, 642. *ceterum*: ad PEREGR. Aeth. 24, 8, de *ibid.* 30, 1, circa VVLG. Tob. 8, 11. PASS. Alex. Baccan. [BHL 273] 18, ab CAES. AREL. serm. 8, 2 REGVLA mag. 33, 11. *al.,* post ANTHIM. 64 REGVLA mag. 33, 2. 13). RVFIN. Clement. 4, 3, 2 *Petrus* ex more -orum cantibus surgens (*item abl. temp.*: MAX. TAVR. 76, 1 -orum cantu [*opp.* ad

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vesperum; *respic. Matth. 26, 34*]). *exempla cetera*: PEREGR. Aeth. 24, 9 mox ... primus -us cantaverit. SCHOL. Cic. Gron. D p. 284, 9 gallicinium, quando -i cantant. HYD. chron. II p. 32, 214 (*in prodigio*) -orum cantu ab occasu solis luna in sanguinem plena convertitur. ARNOB. IVN. in psalm. 148 l. 1 vis quaedam naturaliter imperat -is, ut suo cantu a nocte dividant noctem. *al.* **b** *breviloquentia quadam vel meton. pro ipso cantu*: PEREGR. Aeth. 27, 2 ut die dominica de -o primo legat episcopus ... de euangelio (27, 4. 32, 1 de -o p. ... usque ad mane. *al. ibid.; cf.* 34 per tota die a -o p.). REGVLA mag. 33, 3 cavendum est, ne nocturnos -us ... antecedat. 33, 15 post -os.

2 *vario respectu* (*vix addas p. 2590, 58; v. quae p. 2590, 5 monuimus. cf.* GLOSS.^{L} IV Ps. Plac. G 3 gallus: -us gallinaceus): PELAGON. 138, 1 -um vel gallinam occidi facies et ventrem ipsius vel gallinae ... dabis (*inde* VEG. mulom. 2, 149, 4; *Hippiatr. gr. II p. 76, 18 ἀλεκτρυόνα tantum*). PLAC. med. 28, 5 rec. β (*tit.* de gallo) in -i ventriculo intrinsecus pellicula quae est (*cf. p. 2590, 53*). DIOSC. 4, 129 p. 60, 21 elixatura ... a -is comesta confortat ad pugnam (*gr. 4, 134, 2 ἀλεκτρυόνας*). ANTHIM. 23 gallinae vel -os pinguiores, qui non tamen saginantur, congrui sunt (*sim.* 33; *si recte huc traximus*).

fem. **pulla,** -ae. *de muliere*: CIL IV 10040 (*in pariete cenaculi*) av(e) pul(l)a (*cf. p. 2589, 62; vix solvas* pu(el)la). ISID. diff. 1, 448 puellam investem dici et aetate parvulam, quasi -am (2, 79 a parvitate. orig. 11, 2, 12 parvula). *de equa*: SERV. georg. 3, 130 equae -ae (puell(a)e *var. ll.*) cum primum coeunt *eqs.*

deriv.: pulicella, pullamen, pullaris (-ia), pullarius, pullesco, pullicinus, pullic(u)la, pullinus, pulliter, pullitia (pullities), 1. pullo, *?*2. pullo, pullulasco. *cf. ?*pullaceus (*p. 2582, 23*), pullulo, 1. pullulus.

*compos.: ?*pullicrus, pulliger; *cf. p. 1185, 53.*

cf. Onom. (*sc.* Pullus, -a; *an etiam* Pullo*?*).

2. ***pullus,** -a, -um. [pullo- *ortum esse potest e. g. a* *pl̥-no- *vel a* *pl̥-u̯o-; *cf. suffixa adi. colores significantium q. s.* cā-nus, flā-vus; *qua in re comparari solent adi. gr.* πελ-ιός, *vet. ind.* pal-itá- *'canus', sim. al.; contra fieri potest, ut* l *altera sit primitiva et* l *prior sit orta fort. ex assimilatione; non liquet. Fo.*] *de origine*: ISID. orig. 12, 7, 5 recentes ... nati pulli *dicuntur,* eo quod polluti sint, unde et vestis nigra -a dicta est (*sim.* GLOSS.^{L} IV Plac. P 4). *de notione et differentia*: NON. p. 368, 26 -um, non album (*affert l. 55. 61. al.*). p. 549, 30 -us color est, quem nunc spanum (*i.* hisp-) vel nativum dicimus (*affert p. 2592, 7*). DIFF. ed. Beck p. 79, 42 -um paene nigrum est, nigrum albo contrarium est. GLOSS. -a: *φαιὸν τὸ μέλαν.* fusca. nigra. GLOSS.^{L} Corp. P 887 -a: blaco (*anglosax.*). *al.; v. e. g. l. 54. p. 2592, 5 sq.* *legitur non nisi posit. inde a* LIV. ANDR., CATONE, VARRONE. [*c. respectu coloris in deriv. francog. vet.* poleté, *med.* poullé; *it. vet.* pullo *non continuatum, sed postea receptum vid.; c. respectu materiae tenerae, non spissae (cf. p. 2592, 31 sq.): calabr.* puḍḍu, *deriv. it.* pollino, *calabr. sept.* pùgliu, pùgghiu (*e compar.* *pullius). *cf. M.-L. 6829 sq. Battisti-Alessio IV 3004, 3145. Wartburg IX 535. C. S.*] [*confunditur imprimis c.* puella, *sc.* CIC. Vatin. 30 MART. 4, 73, 4 HIER. epist. 117, 7, 2. *al.; in codd. quibusdam* CIC. Verr. II 4, 55 pallio ⌞-o⌟ (*additur perperam sec. l. 63*).]

i. q. colore obscuro praeditus (*de rebus corp. praeter l. 67; neutr. pro subst.* OV. *l. 56. p. 2592, 13; variat in contextu c.* ater *p. 2592, 67* [*disting. p. 2592, 62*], fuscus *l. 73. p. 2592, 52,* niger *e. g. l. 39. p. 2592, 37 [disting. p. 2592, 45. 62]; opp.* albus *p. 2592, 14. 45. al.,* candidus *l. 61. 74. p. 2592, 72. al.*): **1** *de vestibus sim.; respicitur earum*: **a** *pretium, qualitas*: **α** *pulchritudo, splendor* (*cf.* GLOSS.^{L} I Ansil. PU 140 sq. -a: vestis superba. c⟨h⟩lam⟨y⟩s pre⟨t⟩iosa): LIV. ANDR. carm. frg. 30 vestis -a purpurea ampla (*Hom. τ 225 οὖλην*). OV. ars 3, 189 sq. -a decent niveas: Briseida -a decebant; cum raptast, -a tum quoque veste fuit; alba decent fuscas.

β *vilitas* (*sc. de vestibus pauperum [philosophorum l. 61], quae ornatu carent, sordidae sunt* [*cf. l. 35. p. 2592, 74*]): Ⓘ *de vestibus variorum*: VARRO Men. 462 nitidi ephebi veste -a candidi modeste amicti ⟨sophia⟩ pascunt pectora. CIC. Verr. II 4, 54 *Verres* praetor ... in hac officina *vascullariorum* ... cum tunica -a sedere solebat et pallio (*magistratui non conveniente ut*: 5, 40 responsum dedisti, cum esses cum t. -a et p.). CALP. ecl. 7, 26 venimus ad sedes *amphitheatri,* ubi -ā sordida veste ... spectabat turba (*cf. p. 2582, 5*). 7, 81 mihi sordes -aque (nudaque *var. l.*) paupertas *vestium* ... obfuerunt, *ut viderem numina.* MART. 10, 76, 8 -o Mevius *poeta* alget in cucullo, cocco ... fulget *auriga.* QVINT. inst. 5, 10, 71 exordium -um (*proverbialiter, v. p. 1044, 28*). *al.* Ⓘⓘ *de vestibus Christianorum se castigantium* (*simulate l. 71; hic illic sublucet notio p. 2592, 6 illustrata*): HIER. epist. 22, 27, 7 vestis -a (nigra *cod. unus*), cingulum sacceum. 38, 4, 3 *viduae* -a est tunica: minus, cum humi iacuerit, sordidatur (*cf. 38, 3, 1* vestis fuscior). 52, 9, 1 vestes -as aeque vita ut candidas; ornatus et sordes pari modo fugiendae. 128, 2, 1 solent quaedam *matres,* cum futuram virginem spoponderint, -a tunica eam induere et furvo operire palliolo. RVRIC. epist. 2, 32 p. 416, 1 (*ad conversum*) ut, sicut ille *animus* sub candidis vestibus habuit hucusque nigredinem, ita nunc sub -is vestibus operum luce candescat. *al.*

b *significatio (cf. l. 55), sc. color -us significat*: **α** *mala, sinistra, ingrata* (*cf.* GLOSS. IV 418, 27 -a: lugubris [palla latupraes *sim. trad. ut* V 608, 3]): Ⓘ *luctum, dolorem* (*cf. l. 59. 67. p. 2581, 68*): VARRO frg. Non. p. 549, 33 funere ipso, ut -is pallis amictae *lugerent mulieres.* CIC. Vatin. 30 ut in epulo Q. Arri ... cum toga -a accumberes (*postea*: atratus; *opp. 31* cum ipse ... albatus esset). 31 quis *umquam* in funere familiari cenavit cum toga -a? cui de balneis exeunti ... toga -a umquam data est? 32. DECRET. decur. Pis. (CIL XI 1420) 18 manibus eius *L. Caesaris* per magistratus ... togis -is amictos ... inferiae mittantur. OV. met. 11, 48 obstrusa (obscura *var. l.*) ... *nympharum lugentium* carbasa -o. fast. 4, 620 vestīs Cerialibus albas sumite! nunc -i velleris usus abest. LIV. 45, 7, 4 ⌞-o amictu ⟨cum⟩ filio⌟ Perseus ingressus est castra *Aemili Paulli* ([⌞ ⌟ -o amictus illo *trad.*]. *item de veste ducis victi*: VELL. 2, 80, 4 *Lepidus* -o ... velatus amiculo *Octaviano supplicavit* [*de eodem*: OROS. hist. 6, 18, 32]. TAC. hist. 3, 67, 2 *Vitellius* audita defectione legionis ... -o amictu Palatio degreditur [*cf. Suet. Vit. 15, 2* sordidatus; *Cass. Dio 65, 16, 4 ἐσθῆτα φαιάν*]). PAVL. FEST. p. 236 praetexta -a nulli alii licebat uti quam ei, qui funus faciebat. *al.* Ⓘⓘ *omen infaustum* (*cf. l. 48*): OV. Ib. 244 Clotho ... nevit ... infesta stamina -a manu ([pulsa *var. l.*]. *item de s. Parcarum*: MART. 4, 73, 4 ut traherent parva s. -a mora [puella, nulla *var. ll.*]. 6, 58, 7). VAL. MAX. 1, 6, 11 -um ei *Crasso* traditum est paludamentum, cum in proelium exeuntibus album aut purpureum dari soleat. FLOR. epit. 4, 2, 45 *Pompeius ante pugnam Pharsalicam* cum -o pallio – nefas – ... conspectus est. HIST. AVG. Comm. 16, 6 prodigium non leve sibi fecit: ... ipse in -is vestimentis praesidens *muneri gladiatorum.*

β *noctem, tenebras*: OV. met. 11, 611 *Somni* torus ... unicolor, -o velamine tectus.

2 *de rebus naturalibus*: **a** *de terra, maxime Campaniae* (*propter eius naturam putrem, teneram, fecundam sim.*; 1. pullus, *sc. notione p. 2587, 53 illustrata, intellegi vid. e. g. l. 35 sq., cf. l. 65*): CATO agr. 34, 2 ager rubricosus et terra -a, materina, ... ibi lupinum bonum fiet (*inde* PLIN. nat. 18, 163). 135, 2 aratra ... bona erunt in terram -am campanica (pulleam *trad.; opp.* t. validam). 151, 2 terra tenerrima ..., quam -am vocant (*inde* PLIN. nat. 17, 36). COLVM. 1 praef. 24 nigra terra, quam -am vocant, ut in Campania. 2, 2, 19 -a terra, quae melius proventu frugum adprobatur (pulil(l)a *var. l., unde* pullula *edd. vet.*). 2, 10, 18 putre solum, quod Campani -um vocant (pullium *var. l.*). 3, 11, 6 humus. 4, 33, 1 ea *castanea* -am terram et resolutam desiderat (*inde* GARG. MART. pom. 4, 5. *cf. Pallad. 12, 7, 19* nigra t.). PLIN. nat. 17, 25.

b *de vellere, crinibus sim.*: **α** *variorum animantium* (*animalium praeter l. 46*): VARRO rust. 3, 12, 5 *genus leporum* superiore parte -a, ventre albo. OV. am. 2, 4, 41 pendent nivea -i cervice capilli ([*syn. 42* nigra ... coma]. *de puella ut*: MAXIM. eleg. 5, 26 *placebat* in niveo -a colore coma). NEMES. auc. 1, 13 maculosa ... terga *avis* inficiunt -ae ... notae. HIST. AVG. Pert. 1, 2 equus -us ea hora, qua natus est *Pertinax,* in tegulas ascendit atque ... decidit (*alii trahere malunt ad* 1. pullus, *cf. p. 2587, 59*). **β** *ovium*: VERG. georg. 3, 389 *arietem candidum,* nigra ... cui lingua *est,* ... reice, ne maculis infuscet vellera -is (SERV. nigris. *sim.* COLVM. 7, 2, 6 ex albo *mare* saepe fuscus editur partus; erythraeo vel -o nunquam generatur albus. 7, 3, 1 -a ... nascitur proles. *al.*). HOR. sat. 1, 8, 27 *strigae* -am divellere mordicus agnam coeperunt (*item sacrificatur deis inferis*: TIB. 1, 2, 62 concidit ad magicos hostia -a deos). LIV. 42, 2, 4 (*in prodigio*) lana -a terra enata *est.* VITR. 8, 3, 14 ex eo *potu* ..., quamvis sint alba, procreant ... *pecora* leucophaea, ... -a, ... coracino colore (*sim.* SEN. nat. 3, 25, 4 si illis lana opus fuit -a ..., ad Peneion ... gregem adpellunt, *ut bibat*). MART. 14, 157, 1 -o lugentes vellere lanas.

c *de pomis, plantis*: HOR. epod. 16, 46 suam ... -a ficus ornat arborem ([PORPH. -am ... nigram significat]. CLOAT. frg. Macr. Sat. 3, 20, 1 Chia *f.* alba nigra ..., Numidica -a, ... Tellana atra). carm. 1, 25, 18 (*in imag.*) *mulier aetate provecta queritur,* laeta quod pubes hedera virenti gaudeat -a magis atque myrto ([*opp. 19* aridas frondes]. PORPH. -am ... myrtum succrescentem ac per hoc 'novellam' intellegendum [*sc. sec.* 1. pullus, *cf. p. 2587, 59*]). OV. met. 4, 160 (*Thisbe ad morum arborem*) -os ... luctibus aptos ... habe fetus (*165* ater). COLVM. 10, 123 ⌞holeris -i⌟ radix (*pro* h. atri, *cf. vol. VI 3, 2864, 59 sqq.*).

d *de variis rebus*: MART. 9, 2, 6 -a venena cadi, *sc. vinum malum.* SIDON. epist. 2, 2, 11 ignis ... -a fuligine infecit *triclinium.* ALC. AVIT. carm. 6, 299 livida ne facies ⌞-a rubigine⌟ (polluta erugine *var. l.*) tinguat *metallum nitidum.* ENNOD. carm. 1, 1, 50 (*in imag.*) candida ne -is vita cadat maculis (*i. vitiis, peccatis sim.*). epist. 1, 6, 4 p. 14, 8 *Fausti nunc laudibus elata est* Comūs -ae quondam ... condicio, quae nulla se ... formositate iactavit.

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

deriv.: pullatus, *?*pulleiaceus, pulligo; *cf. ?*pulleus, *vix etiam* 2. pullulus.

compos.: depullo. *Spoth.*

pullutr- *v.* pulliter. **[pulmella** *v. vol. X 1, 2458, 10.***]**

[pulmentāris, -e *v. l. 30.***]**

pulmentārius, -a, -um. *a* pulmentum (*cf.* cibarius). *i. q. ad pulmentum pertinens; non adhibetur nisi pro subst.*:

1 *neutr.* **⁎pulmentārium,** -ī. *derivat a* pulmentum VARRO ling. 5, 108, *sed a* puls PLIN. nat. *l. 53 et* ISID. orig. 20, 2, 27. *scribitur* pur- *l. 45.* *de notione*: CHAR. gramm. p. 135, 15 Graeci *ὄψον* appellant. GLOSS. -um: *ἔδεσμα. προσφάγιον. cf. l. 75. p. 2594, 4 et vol. X 1, 1124, 7. legitur singulis binisve locis inde a* CATONE, LVCIL., VARRONE, *saepius e. g. apud* PLIN. nat.

servata prius quodammodo notione originaria significatur quodcumque pulmentis adnumerandum est (cf. e. g. l. 19 sqq. 26; de condimentis sim. v. l. 19. 22. 24. 32), postea fere est i. q. pulmentum, genus cibi (hominum praeter l. 23 [cf. l. 48]; comeditur cum pane l. 20. 43. 48. al.; in imag. l. 51): **a** *definitur vel elucet e contextu, quid pro -o sit (exempla potiora)*: **α** *in locutionibus quibusdam*: CATO orig. 74 laserpitium pro -o habet (SEN. epist. 87, 3 illae *caricae,* si panem habeo, pro -o sunt, si non habeo, pro pane. COLVM. 12, 14 *mala et pira.* PLIN. nat. 19, 171 usus eius *sinapis* ... pro -o in patellis decocto). COLVM. 8, 10, 5 *milium* est firmissima esca; nam illa, *sc. semina, bacae,* ... -orum vice dantur *turdis* (PLIN. nat. 31, 89 -i v. *sale* usos veteres [*postea*: salem cum pane. *cf. l. 25. 47*]). PLIN. nat. 15, 58 *pira cocta* -i vicem inplent (31, 87 *sal*).

β *varia exempla*: Ⓘ *de herbis, holeribus, pomis sim.*: CATO agr. 58 (*inde* capp.) -um familiae: oleae caducae *eqs.* LVCIL. 1076 -a, ut intubus aut aliquae id genus herba, et ius maenarum. PLIN. nat. 18, 118 *faba erat* praevalens ⌞-i⌟ cibo (-ri *trad., ita ut quidam vix recte agnoverint adi.* pulmentaris; *intellegas potius gen. explic., cf. Önnerfors, Pliniana, 1956, 155*). 19, 57 nec caules ... probabant *prisci,* damnantes -a, quae egerent alio -o, *sc. oleo, garo.* 19, 112 inter -a ruris *ulpicum.* PS. AVG. serm. 27, 3 (*respic. num. 11, 5*) -um poscitur *ad manna* (*antea*: petunt cepas et pepones). PS. SVLP. SEV. epist. 3 quia *coqui* dedignarentur officium vilibus praebere -is (*postea*: fabam et ignobiles betas *eqs.*). APIC. 3, 2 tit. *al., cf. e. g. l. 20 sq. 23.* Ⓘⓘ *de piscibus*: VET. LAT. Ioh. 21, 5 (cod. 4. *al. et* VVLG.; *Iesus piscatoribus*) numquid -um habetis? (*gr. προσφάγιον*). DON. Ter. Ad. 371 (*286* obsonio, *376* pisces) *dimidium minae* dispertitum per -a. Ⓘⓘⓘ *de carne* (*addasne l. 60? vix huc var. l.* AVG. *p. 2599, 74*): TRACT. de indur. cord. Phar. 15 ut captura ferarum patri -a praepararet *Esau* (*cf. p. 2594, 29*). REGVLA mag. 53, 32 cocta de carnibus -a.

b *cetera exempla*: VARRO Men. 316 asse vinum, asse -um (*item respicitur -i pretium*: CIL IX 2689 [*saec. I*] pane(m) a(sse uno), pulmentar(ium) a(ssibus duobus). *inde suppletur, nisi latet* pulmentum: IV 8566[b] [*graphio scriptum*] purm(entarium) a(ssibus tribus). *cf. l. 38; fort. addas* SCHOL. Iuv. 3, 250 -a ... conparata ex sportula). HOR. sat. 2, 2, 20 -a quaere sudando (*17* cum sale panis, *sed Schol.* qualemcumque cibum). PHAEDR. 3, 7, 23 *dantur cani* panis ..., ossa ..., frusta ... et, quod fastidit quisque, -um. COLVM. 11, 3, 57 nec *satureia* arida inutilis ad -a condienda (IVV. 7, 185. CHIRON 200 haedinum caput ... conditum similiter ut -um. 812. CASSIOD. inst. 1, 1, 8 [*in imag.*] dum *Origines more anethi* sacrarum condiat -a litterarum). PERS. 3, 102 uncta cadunt laxis ... -a labris (*cf. l. 59*). PLIN. nat. 18, 83 pulte ..., non pane vixisse longo tempore Romanos manifestum, quoniam et -a hodieque dicuntur. VET. LAT. Tob. 2, 2 (cod. 62) vidi ... mensam et -a multa (cod. 130 -a plura, 109 habundans preparatorum ciborum -um, *sim. al.; gr. ὄψα πολλά, rec. alt. ὀψάρια πλείονα*). VLP. dig. 33, 7, 12, 5 quae *mulieres* -a rusticis coquant ([*antea*: quae panem c.]. PAVL. dig. 33, 7, 18, 3 sine his *patinis* -um coqui non potest. *ibid. iterum.* SCHOL. Hor. ars 422 unctum ... appellat -um bene coctum. REGVLA mag. 26, 1 cocta duo -a et tertium quodcumque fuerit crudum. *al.; cf. e. g. l. 41*). DIOSC. 5, 35 p. 180, 16 -is ⌞concoctus⌟ accipi debet (⌞ ⌟ *i. -tum, sc. acetum. gr. 5, 13, 1 τροφαῖς*). CASSIOD. hist. 7, 36, 11 (*gr. Theodoret. 4, 19, 12 ζωμῶν*). REGVLA mag. 27, 4 cum in -is non habuerit *panem frater.* *al.*

2 *masc.* **pulmentārius,** (-ī). GLOSS. II 575, 29 conditor: -us (pulmenta cond⟨i⟩ens *var. l.*).

⁎pulmentum, -ī *n.* **[***cognatum est umbr.* pel-mn-er (*gen. sing. 'carnis'*) *eandem exhibens radicem et simile suffixum* -men- (*cf. e. g.* stramen : stramentum), *ita ut* -um *sit ortum a* *pel-mento- (*v. Leumann, Gramm. 1977, 47. 48*). *nec forma nec notio radicis satis certa est; cum subst.* pulpa (*q. v.*) *videatur propinquum esse, nonnulli coniciunt formam vetustiorem* *pelp-mento-, *unde* -p- *postea detractum sit eodem modo ac in voce* sar-mentum < *sarp- (*v. Leumann, ibid. 218*); *non liquet. Fo.***]** *de origine et notione*: VARRO ling. 5, 108 quod edebant cum pulte, ab eo -um. CHAR. gramm. p. 92, 16 -um et pulmentarium dicitur (*affertur* CATO *l. 19 et infra l. 63*) ...; quidam putant -um quasi ⌞pulumentum⌟ melius dici (⌞ ⌟ *obscurum*). ISID. orig. 20, 2, 7 -um vocatum a pulte (*sim.* 20, 2, 27). *ibid.* sive enim sola pultis, sive quid aliud eius permixtione sumatur, -um proprie dicitur. GLOSS. -um: *προσφάγιον.* pulmentarium. GLOSS.[L] I Ansil. PU 188 -um: cibum latine. *al.* *legitur apud* PLAVT. (*quater*), CATONEM *l. 63,* VARRONEM *p. 2593, 74,* HOR. (*bis*), *saepius inde ab* APVL.; *frequentat* CAEL. AVR. (*52[ies]*). [*raet. occ.* pulmaints *'serum'* (*Oberengadin*), purmẹnt *'caseus, butyrum' (Obwalden), francog. vet.* polment, *prov. vet.* polmen; *a* *pulmen *port.* polme *'puls liquida'* (*fort. etiam* polmo *'tabes uvarum'*). *cf. M.-L. 6831 sq. Wartburg IX 545. C. S.*] [*dub. restit.* ACT. ARV. a. 218 (CIL VI 2104) I 15.]

i. q. genus cibi carnosi (prius ipsius carnis, deinde etiam frugum, holerum sim.), quod fere pani, pulti sim. additur (*v. l. 29 sq. 33. 65. al. nec non p. 2593, 74; vergit hic illic in notionem generalem cibi, escae sim., e. g. l. 50. 69. 74. p. 2595, 4; iuxta ponitur* cibus *l. 62. 73. al. [cf.* ciborum -a *p. 2595, 12], ceterum variat e. g. cum* cibaria *p. 2595, 2,* dapes *l. 69,* pulticula *l. 42*): **1** *indicatur vel elucet e contextu, quid pro cibo sit* (*per gen. l. 32 sq. 42. al. [gen. qual. v. p. 2595, 10], adi. l. 34 sq. al., praepos.* ex *l. 41. 54. al., adv.* ut *l. 52. 54. al.; usu praedicat. l. 53. al.*): **a** *de singulis ciborum generibus* (*exempla potiora*): **α** *carne, pisce* (*cf. e. g. l. 51. 54*): PLAVT. Rud. 937 (*ironice de paupere piscatore*) hic rex cum aceto pransurust et sale, sine bono -o. HOR. epist. 1, 18, 48 -a laboribus empta (PORPH. cibos ... ex venatu). APVL. apol. 30, 10 in maleficio ille *Vergilius* (*Aen. 4, 514*) venenum nominat, tu -um, ille herbas ..., tu squamas et ossa. met. 2, 7, 6 mellitum -um (*cf. 2* isicium fartim concisum et pulpam frustatim consectam *eqs.*). 9, 22, 3. 10, 13, 3 -a condita *sucis.* 10, 13, 6 *v. p. 2590, 18.* ARNOB. nat. 7, 25 p. 374, 2 -orum varietatibus *in sacrificiis* adficiuntur dii caelites. VVLG. gen. 27, 4 cum ... venatu aliquid adprehenderis, fac mihi inde -um (*Vet. Lat. cod. 100* escas). 27, 17 -um et panes (*Vet. Lat. ibid.* aepulas). RVFIN. Orig. in exod. 7, 8 p. 214, 13 vespere carnes sine panibus ..., mane panes absque -i adiectione (*respic. exod. 16, 12*). CAEL. AVR. acut. 1, 17, 176 gobionum piscium -um, ... carnis gallinaceae ac leporis. chron. 1, 1, 23 panis partem ... adicientes -um damus turdorum, ficedularum ...; agrestia ... -a ...; -um ... porcinum tenerum. *al.* *de cibo per convivas distribuendo, ut vergat in notionem q. e. portio escae*: HOR. sat. 2, 2, 34 trilibrem mullum in singula quem minuas -a necesse est. **β** *holeribus, pomis, herbis* (*cf. e. g. l. 53. 56*): HIER. in Dan. 7, 5 l. 498 parcioris victus ... *Persa* fuit, ita ut in -o sale uteretur et cardamo (*cf. Xen. Cyrop. 1, 2, 8 ὄψον ... κάρδαμον*). VVLG. IV reg. 4, 39 (*antea*: herbas agrestes ..., vitem silvestrem *eqs.*). MACR. Sat. 7, 3, 13 ex nigra et ex alba faba -um unius coloris. CAEL. AVR. acut. 1, 15, 127 betam cum lenticula (chron. 4, 3, 65 lenticulae -um ... in pulticulae modum conficere. COMMON. patr. 1, 13 [*antea*: l. cibum coctum]. *al.*). PALLAD. hist. mon. II 10 *non* aliud ... -um, nisi folia tantum de caulibus. ISID. reg. monach. 9, 9 refectio mensae tribus erit -is, olerum ... et leguminum et ... pomorum. *al.* **γ** *farina sim.* (*cf. l. 55*): VVLG. num. 15, 21 de -is dabitis primitiva domino (*19* de panibus; *gr. φυράματος, Vet. Lat. cod. 100* consparsionum). II reg. 13, 5 *Thamar* faciat -um (*sim. 7. cf. 8* farinam commiscuit et ... coxit sorbitiunculas).

b *comprehenduntur plura genera ciborum*: PORPH. Hor. epist. 1, 12, 21 ('seu piscis seu porrum ... trucidas') convenit ... hoc verbum huius modi -is. CAEL. AVR. acut. 1, 11, 93 mediae materiae -a ... ut pisces ..., cerebrum, olera, sed non acria *eqs.* chron. 1, 1, 25 -um damus olus, cerebrum, piscem *eqs.* 1, 4, 97 -um ... ex mediae qualitatis materia, ut ova, pultes, olera ..., item volantum leviora. 4, 3, 70 leporis vel capreae conveniunt -a vel pomorum. 5, 11, 136 -um ... alicam, amylum, lac, nucleos, cerebrum, ova, pisces ... vel pinguia quaeque reprobamus ...; -o danda sunt olera ..., avium sicciora vel agrestium. gyn. 2, 12 olus ... vel pisces. *al. apud eundem.*

2 *exempla varia, sc. non illustrantia, quid edatur*: **a** *generatim*: PLAVT. Aul. 316 -um ... ei *Euclioni* eripuit milvos. Mil. 349 primus ad cibum vocatur, primo -um datur. Pseud. 220 num ... -o utor magis unctiusculo? (CATO orig. 75 multo -o usi. GREG. TVR. Franc. 4, 32. *al.; cf. e. g. p. 2595, 10. 11*). APVL. met. 4, 7, 4 suavi sapore percocta -a. 4, 8, 4 -is acervatim, panibus aggeratim. TERT. spect. 27 p. 26, 20 conditis -is et bene saporatis (AVG. ord. 2, 11, 32 quamvis a coco -um condiatur. *al.; cf. e. g. l. 26 et* MACR. Sat. 7, 4, 31 -orum varietas recipit varia condimenta). IVST. 3, 3, 7 *pueros Lacedaemoniorum* vitam sine -o degere. HIER. hom. Orig. in Luc. 25 p. 149, 15 crassioribus -is (*postea*: dapibus; *opp.* simplici et tenui cibo). reg. Pachom. 44 p. 24, 8 qui -a coquunt ([*rec. brev.* pulmentaria]. VVLG. Dan. 14, 32 [*Vet. Lat. cod. 176* prandium]. REGVLA mag. 53, 1 unum coctum omnibus -um sufficiat et in secundis quodcumque fuerit crudum. *al.; cf. l. 64. 74*). 64 p. 33, 3 ebdomadarius ... dabit cibos absque coctione -i. AVG. conf. 3, 6, 11 (*in imag. quaeritur cibus spiritalis*) versum et carmen ... ad vera -a transfero (*cf. 10* fercula, in quibus mihi esurienti te

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

inferebatur pro te sol et luna *eqs.*). GREG. TVR. Franc. 3, 15 p. 113, 21 dispensabat cibaria et -a. *al.*

b *speciatim in medicina (fere in praeceptis diaeteticis); distinguuntur genera -orum:* **α** *sec. materiem:* CAEL. AVR. chron. 1, 1, 23 per singulas -orum mutationes adiectio *vini facienda est* (4, 3, 73. gyn. 2, 12 post m. -i. *cf.* chron. 1, 1, 26 ut singulas *partes panis* singulis mutationum -is adiciamus. 1, 1, 40 mutatio ... materiarum, hoc est qualitatis -orum in aliam transitus qualitatem). 1, 1, 27 hoc ... etiam in aliis qualitatibus -orum sive materiarum erit servandum, ut eiusdem virtutis -a specierum mutatione varientur. 1, 1, 34 utemur ... -o mediae qualitatis (3, 1, 8 cibo ex -is m. q. 4, 3, 74. *cf. p. 2594, 54*). 1, 1, 43 utendum est ... diversis ciborum -is. 3, 7, 92 -is ex media materia (*cf. p. 2594, 52*). gyn. 1, 169 -is, quibus alvi facilitas reparetur. *al.* **β** *sec. saporem sim.* (*cf. e. g. p. 2594, 53*): CAEL. AVR. chron. 1, 1, 25 -um dabimus salsum, assum vel coctum (gyn. 2, 12). 3, 2, 39 *ut* acribus -is utamur. gyn. 2, 12 hoc ... -i genus, *sc. salsi vel acris,* ... dabimus.

deriv.: pulmentarius (pulmentarium).

[pulmerga *v. sub* rhododaphne.**]**

pulmes: flion GLOSS. (palmes: *φλοιόν Goetz dub.*). *obscurum.*

pulmo, -ōnis *m.* [*subst. priscum indogerm.* *pleu̯-mon- *continuatum est in gr. πλεύ-μων, vet. ind.* klo-mán- (< *plau̯-man- *per dissimilationem*), *sed parum liquet, qua ratione coniungi possit cum* -o. *fortasse iuxta* *pleu̯-mon- *per apophoniam fuit etiam* *plu-mon-, *unde per metathesin oriri potuit* pul-mŏn-; *cf. Schulze apud Leumann, Gramm. 1977, 101; Mayrhofer, Etym. Wb. des Altind. I, 1992, 419.* -o *vix est e gr. receptum, ut putant nonnulli. Fo.*] *e gr. derivatur l. 30.* *scribitur* ful- *p. 2596, 9.* NOT. Tir. 78, 55 -o. 78, 56[a] -em. *nom.* -on ORIBAS. syn. 4, 7 La p. 8 (*sec. gr. πνεύμων*). *de notione*: NON. p. 166, 3 ramites (*i.* -ces) dicuntur -es vel hirnea. SERV. Aen. 9, 577 'spiramenta animae': definitio -um. ISID. orig. 11, 1, 124 -o ex graeco trahit vocabulum; Graeci enim -em *πλεύμων* vocant, eo quod cordis flabellum sit, in quo *πνεῦμα* id est spiritus inest *eqs.* GLOSS. -o: *πνεύμων. πλεύμων. al., v. e. g. p. 2596, 28. 61. legitur inde a* PLAVTO, CATONE, LVCIL., *frequentant nimirum scriptores rei medicae.* [*val.* plămînă, *it.* polmone, *sard. centr.* prumone, *raet. occ.* pulmun, *francog.* poumon, *prov.* polmon; *a* *palmonem *var. dial. it., raet. or.* palmon, *francog. med.* pomon; *cat., hisp., port. exhibent formas sero receptas. cf. M.-L. 6833. Battisti-Alessio IV 3005. Wartburg IX 545. Corominas[2] IV 688. C. S.*] [*loco nondum sanato trad.* PLAVT. Epid. 627, *v. vol. X 1, 2453, 26.*]

i. q. πνεύμων (*quod infra gr. resp.; sing. et plur. sine distinctione adhibentur ab auctoribus, sed praevalet sing. apud medicos; cf.* RHET. Her. 4, 33, 45 [*de figuris*] unus -o intellegitur, et erit ... adauctus *numerus* gravitatis gratia [*exemplum affertur p. 2596, 30*]): **I** *proprie de viscere* (*hic illic generaliter de omnibus partibus interioribus, maxime l. 54. p. 2596, 24*): **A** *de parte corporis viva:* **1** *respicitur -is infirmitas, aegritudo* (*cf. sub 2b, e. g. p. 2597, 2sqq.*): **a** *morbi eorumque remedia:* **α** *exempla digesta sec. iuncturas:* Ⓘ *verbales:* PLAVT. Curc. 237 renes dolent, -es distrahuntur. CATO agr. 157, 7 si cor dolet ... aut -es aut praecordia (CIC. Tusc. 2, 44 VLP. dig. 21, 1, 12, 4 FRG. Ps. Apul. herb. 1. 7). CELS. 3, 22, 3 *pthisis a capite* in -em destillat (4, 5, 1 *bis.* 7). 4, 5, 2 quod -em exulcerat (COLVM. 6, 14, 1. MARCELL. med. 16, 70 qui -is exulcerati vitio fetidum olet. *al.; cf.* PLIN. nat. 28, 125 usus lactis ad omnia intus exulcerata ...: fauces, -es). 4, 14, 2 *in peripleumonia* frictione uti ... leviter contra -em. *al.* SEN. nat. 3, 1, 2 quaedam *aquae* interiora potu fovent et -is ... querelas levant. PLIN. nat. 26, 37 verbenaca ... omnibus visceribus medetur: ... -bus. 27, 42 *radix ali* -em refrigerat. *al.* SIL. 14, 601 aspera -em tussis quatit. AVG. doctr. christ. 2, 61 (*respic. psalm. 50, 9*) nesciunt, quam vim habeat *hysopus* ... ad purgandum -em (in psalm. 50, 12 ISID. orig. 17, 9, 39). VINDIC. epist. ad Valent. 5 venter durescit, inflatur -o (*cf.* tumet -o: CAEL. AVR. acut. 2, 16, 97. 99 *bis*). *al.* Ⓘ *nominales, sc. gen.* -is, -um *pendet e subst. morbum indicante*: CELS. 2, 1, 21 laterum et -is dolores (2, 7, 33. *al.* MARCELL. med. 20, 115. *al.*). 2, 7, 28 vitia -um (PLIN. nat. 20, 136 tussis, suspiria, -um ... v. 20, 157 *puleium* -um v. excreabilia facit. *al.* CHIRON 151. *al., e. g. l. 52*). 2, 8, 2 in -is morbo (*al. in eodem cap.*). SCRIB. LARG. 90 (*inde* MARCELL. med. 16, 1) pastillus ad tussim, destillationem ... -is. PLIN. nat. 21, 137 stomachi exulcerationes ... *et* -um (28, 194 purulentas. *cf.* ulcus -is: 24, 19 CAEL. AVR. chron. 2, 14, 214). HIER. epist. 52, 6, 4 purulentias stomachi et phlegmata -is. MARCELL. med. 20, 124 inflationem (PLIN. phys. Bamb. 64, 12). *al.*

β *varia exempla*: LVCIL. 106 *aliquis* -bus aeger. CIC. carm. frg. 34, 8 *tunica venenata Herculis* lacerat viscera, urgens ... -um haurit spiritus. OV. met. 2, 801 *Invidia Aglauro* inspirat ... nocens virus ... et medio spargit -e venenum. Pont. 1, 3, 19 e molli sanguis -e remissus (*nisi ad b*). CELS. 3, 7, 2[D] in quibus ... nullus praecordiorum tumor *est*; nihil prohibens vel in thorace vel in -e vel in faucibus. *al.* SCRIB. LARG. 83 ad sanguinis eruptionem sive ex arteria sive a -e (MARCELL. med. 17, 21 ex -e). PLIN. nat. 28, 194 a -e graveolentiam halitus. *al.* AMM. 14, 11, 24 *Scudilo* -es vomitans interiit. PELAGON. 59 *muccus* crassus, spumosus a -bus, qui suspiriosos ostendit. CAEL. AVR. chron. 2, 9, 119 fluor ..., ut ex -e ..., tussicula exclusus (2, 12, 143 omnem f. de -e venientem incurabilem dicunt). *al.* *in tabulis defixionum*: TAB. devot. (CIL I[2] 2520) 30 *Proserpina Salvia, do tibi Plotii* ⟨pe⟩c⟨tus, io⟩cinera, cor, -es, n⟨i possit⟩ sentique (*i.* sentire), quit sibi doleat. Audollent 190, 9 dii i(n)feri, vobis com(m)e(n)do il(l)ius ... iocur, umeros, cor, fulmones, i(n)testina[s]. INSCR. Brit. I 7 Tretia(m) Maria(m) defico et illeus ... iocinera, -es.

b *vulnera* (*cf. p. 2595, 73*): LVCIL. 155 gladium in stomacho ... ac -bus sisto. CIC. Vatin. 13 (*in imag.*) in tuis -bus ac visceribus haerebunt *mea tela.* VERG. Aen. 9, 701 fixo ferrum in -e tepescit. 10, 387 ensem tumido in -e recondit (SERV. et naturaliter tumido et quia ⌊furebat⌋ [*cf. p. 2597, 58*]). OV. met. 6, 252 (*251* rupit praecordia ferro) pars ... -is in hamis eruta. 12, 372 cuspis -e retenta est. CELS. 5, 26, 2 servari non potest, cui ... -o medius ... aut renes vulnerati sunt (5, 26, 3[A]. *cf.* VEREC. in cant. 2, 43 l. 48 [*respic. III reg. 22, 34*] merito in -bus dicitur vulneratus *Ahab,* ubi physici dicunt superbiam dominari). *al.* SIL. 5, 257 *sanguis* fervidus atro -e exundat. 10, 162. VET. LAT. II par. 18, 33 (cod. 109) percussit regem Israhel ⌊inter -em et pectus⌋ (*gr. ἀνὰ μέσον τοῦ πνεύμονος καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ θώρακος, cod. 91* i. ilia et toracem, *Vulg.* i. cervicem et scapulas). *al.*

c *pernicies veneno illata* (*etiam ceteris partibus interioribus?*): OV. met. 9, 201 -bus errat ignis edax imis (*respic. mors Herculis ut*: SEN. Herc. O. 1221 -is arentes fibras distendit). APVL. met. 10, 28, 3 -es eius *filiae* pererrat tempestas detestabilis potionis.

2 *respicitur -is usus, natura sim.* (*fusius ad rem* GLOSS.[L] I Ansil. PU 190 [med. p. 67 sq.]): **a** *impletur aëre, spiritu sim.* (*cf. p. 2597, 54*): **α** *generatim:* RHET. Her. 4, 33, 45 anhelans ex imis -bus ... spiritūs ducebat. CIC. nat. deor. 2, 136 cum aspera arteria ... ad -es usque pertineat ..., eandemque *animam* a -bus respiret (*item conectitur -o cum* arteria: 2, 149. CELS. 4, 1, 3 a. exterior ad -em ... fertur. *ibid. iterum.* PLIN. nat. 11, 175 a. ad -em atque cor pertinens. TERT. anim. 10, 3. *al.; cf. e. g. l. 1. 52*). *ibid. cum* -es ... et cor extrinsecus spiritum ducant. *ibid.* in -bus ... inest raritas quaedam et adsimilis spongiis mollitudo (*item describitur -is natura*: PLIN. nat. 11, 188 spongeosus ac fistulis inanibus cavus. LACT. opif. 11, 3 *viscus* molle atque rarum, quod -em vocamus. VINDIC. epit. alt. 16 duas fibras habens, more ungul(a)e bubuli fissus *eqs.* AVG. civ. 14, 24 p. 50, 14 -es ... mollissimi viscerum. MACR. Sat. 7, 15, 9 solidus et levigatus. CLAVD. MAM. anim. 3, 11 p. 174, 24 -um cava. *al.; cf. e. g. l. 67. 71*). Tusc. 1, 37 *loqui* fieri nec sine lingua nec sine ... -um vi ... potest (*item opus est -bus ad loquendum*: LVCAN. 6, 630 -is rigidi ... fibras invenit et vocem defuncto in corpore quaerit *Erictho.* PERS. 1, 14 scribimus ... grande aliquid, quod -o animae praelargus anhelet [SCHOL. *ad l.* 2 id est tumide et inflate a nimietate spiritus]. AVG. gen. ad litt. imperf. p. 471, 4 deum dixisse 'fiat lux' non voce de -bus edita. *al.; cf. e. g. l. 53*). PLIN. nat. 9, 16 spirant *animalia marina* ..., quae ... -em habent. 9, 17 et -um vice alia ... spirabilia inesse viscera (*item respiciuntur animalia -bus carentia*: 11, 5 nec spirare ea, quibus -o desit [*insectis ut*: TERT. anim. 10, 5 culicibus et formicis et tineis deesse -es et arterias. *al.* AMBR. hex. 5, 22, 76 EVSTATH. Basil. hex. 8, 7, 17]. 11, 266. 11, 267 pisces, quamvis -e et arteria careant, non ... sine ullo sunt sono. TERT. anim. 10, 7 spirari cur non putes sine -um follibus? *al.*). *al.* IVV. 10, 33 perpetuo risu -em agitare solebat *Democritus* (*sim.* PRVD. perist. 10, 248 -em movet derisus). APVL. Plat. 1, 16 p. 214 *venae* per -um spiracula vivacitatem transferentes. AVG. anim. 3, 4, 4 -es ... anima ... sicut folles movet (*item comparantur -es follibus*: in psalm. 102, 2 VINDIC. gyn. rec. G p. 438. med. 22 sunt in modum follis ferrarii. *al., e. g. l. 54; cf. p. 2595, 31*). VINDIC. med. 43 -em esse velut cellarium spiritus. CAEL. AVR. acut. 2, 16, 99 insensibilis omnis est -o. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 31, 15 p. 403[A] -o est ... aëris exceptorium. *al.* **β** *speciatim -e temperatur calor corporis* (*qui fit propter affectus l. 66 sqq.*): VARRO frg. Lact. opif. 17, 5 aer ... defervefactus in -e, temperatus in corde. CIC. nat. deor. 2, 138 quae spiritu in -es anima ducitur, ea calescit ... contagione -um. APVL. Plat. 1, 15 p. 212 (*cf. Tim. 70[C-D]*) -es ... cordi plurimum consulunt: cum exardescit ira trepidansque celerioribus motibus vertex cordis ... -um excipitur mollitia, siti, frigore (*sim.* CLAVD. 8, 246 *cor vesanum* invenit -is opem madidumque furenti praebuit, ut tumidae ruerent in mollia fibrae). AMBR. hex. 5, 4, 11. RVFIN. Clement. 8, 30, 1 *ut* calor naturalis ... vel accendi vel refrigerari ... queat -is officio. EVSTATH. Basil. hex. 7, 1, 11 rarus et patulus -o ... interiorem calorem ventilando contemperat. *al.*

b *irrigatur umore, potu vel repletur cibis* (*cf. l. 27. p. 2595, 54; rem fusius tractant* GELL. 17, 11, 1 sqq. Plutarchus [*quaest. conviv. 698[A] sqq.*] et alii ... reprehensum esse ab Erasistrato ... medico Platonem [*sc. Tim. 70[C].*

[Clementi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

91[A]] scripsere, quod potum dixit defluere ad -em *eqs.* MACR. Sat. 7, 15, 1 sqq.): LVCAN. 4, 327 nullo ... umore rigatus aëris alternos angustat -o meatus (*sitientis ut*: CHIRON 170 multum bibet, propterquod ardorem siccum -is patitur. CYPR. GALL. iud. 630 [*respic. 15, 18*] cum ... sitis sicco iuvenem -e moneret auxilium sperare dei). IVV. 4, 138 cum -o Falerno arderet (*sim.* PS. AVG. serm. 144, 1 quanta sit ... distantia inter ventrem vacuum et -es epulis aestuantes. sobr. 1 p. 1108 -es ustione vini quotidiana putrescunt). TERT. ieiun. 2 p. 276, 28 non in -um et intestinorum ... inanitate *pendet lex divina* (*item respicitur ieiunium*: HIER. epist. 22, 11, 1 non quo deus ... inanitate ventris -umque [-isque *var. l.*] delectetur ardore). 16 p. 296, 15 deus ... tibi venter est et -o templum. resurr. 4, 5 *post resurrectionem* omnia necessaria illi *carni* et imprimis pabula atque potacula? et -bus natandum et intestinis aestuandum? (*sim.* AVG. serm. 243, 3 dentes quare habebimus, si non manducabimus, fauces, -es, stomachum, intestina qua cibi transeunt?). CAEL. AVR. acut. 2, 19, 114 -em vaporatio siccat.

c *exempla cetera*: CIC. nat. deor. 1, 99 cerebrum, cor, -es, iecur ... sunt domicilia vitae (*in enumeratione viscerum ut*: IREN. 2, 24, 4 l. 141 cor et epar, -es, splen, renes. ARNOB. nat. 3, 13 p. 171, 23 AMBR. epist. 6, 31, 15. *al.*). CELS. 4, 1, 4 sub corde atque -e traversum ex valida membrana saeptum est. LVCAN. 3, 644 tumidus qua -o iacet, qua viscera fervent. PLIN. nat. 1, 11, 72 de -e, quibus *animalibus* maximus, quibus minimus, quibus nihil aliud quam -o intus. QVINT. inst. 11, 3, 56 (*inter vitia oratoris*) tussire et ... ab imo -e pituitam ... adducere. *al.*

B *de parte e corpore resecta (animalium praeter l. 26. 38); adhibetur*: **1** *in cenis, cibis sim.*: LVCIL. 169 Tisiphone Titini -bus atque adipe unguen excoctum attulit. MART. 6, 64, 20 *versibus tuis* multo sapit altius illud, quod cum panticibus laxis ... et rubro -e vetus ... lanius ... portat. APIC. 4, 3, 7 minutal ex ... -bus leporis (8, 8, 5 ex ... -bus leporinis m.). 7, 10, 2 ex lacte lavas -es *eqs. al. apud eundem.* **2** *in rebus sacris, sc.: in arte haruspicum*: CIC. div. 1, 85 cur -o incisus etiam in bonis extis ... proferat diem. 2, 29. SEN. Oed. 368 in parte dextra -o sanguineus iacet. LVCAN. 1, 622 -is anheli fibra latet. IVV. 6, 549 calidae -e columbae tractato. ARNOB. nat. 4, 12 possunt *responsa* in -bus ... conspici? *in sacrificiis*: PERS. 2, 30 -e et lactibus unctis *deorum auriculas emere* (*sublucet notio l. 26 illustrata*). ARNOB. nat. 7, 24 p. 371, 6 comminutis ... inculcata *farcimina* -bus. PRVD. c. Symm. 2, 1008 gallinae -e rogare *deum.* DRAC. Romul. 5, 132 quae *Erictho* calidas rapiat fibras -is anheli (*cf. Lucan. 6, 556sqq.*). **3** *in compositionibus, sc. artis medicae et superstitionis*: CELS. 4, 8, 4 eiusdem *vulpis* -em ... assum ... edendum esse (SCRIB. LARG. 76 [*inde* MARCELL. med. 17, 2]. PLIN. nat. 28, 201. *al.; cf.* PLIN. nat. 28, 197 iocur ... vulpinum aut -o). SCRIB. LARG. 76 -o cervi eodem modo factus ([*inde* MARCELL. med. 17, 2]. *al.; cf.* -o cervinus: PLIN. nat. 28, 193 [*inde* PLIN. med. 1, 24, 7 PLIN. phys. Bamb. 57, 22]. *al., e. g. l. 48*). PLIN. nat. 28, 117 iocur *chamaeleonis* cum ranae rubetae -e inlitum (IVV. 6, 659 *mariti necantur* tenui -e r.). 28, 155 tradunt venenata ... accenso -e eius *asini* fugere. 28, 222 -o aprunus aut suillus aut cervinus (*cf.* -o apri: 28, 262 -o a. aut suis. PLAC. med. 7, 3 rec. *β* [aprinum *var. l.*]). 30, 50 -o vulturinus (30, 141 -is v. dextrae partes venerem concitant viris adalligatae. *cf.* -o vulturis: PLIN. phys. Bamb. 59, 6. 62, 10). *al.*

II *in imag. respicitur sedes affectuum, opinionum pravarum* (*cf. p. 2596, 19 et imaginem laesionis p. 2596, 12*): PERS. 3, 27 an deceat -em rumpere ventis, stemmate quod Tusco ramum ... ducis? (SCHOL. inflatum esse). 5, 92 ⌊veteres avias⌋ tibi de -e revello (⌊ ⌋ *Schol. 5, 91, 3* aut aniles ineptias aut inveteratam stultititam). OPTAT. 7, 5, 5 posteaquam erroris divitias dederunt *schismatici* spiritui et -bus suis (*antea*: antequam inflati essent). CLAVD. DON. Aen. 10, 385 p. 342, 19 -em ira tumidum (*ad p. 2596, 14*). AVG. doctr. christ. 2, 150 est ... in hysopo vis purgatoria, ne inflante scientia ... superbe aliquid -o tumidus anhelet (*in explic. allegorica sec. p. 2595, 58 ut*: in psalm. 50, 12 in -e solet notari superbia. *ibid. iterum*).

III *translate, sc. per similitudinem formae, naturae sim.*: **A** -o marinus, *sc. animal, i. q. ἁλιπλεύμων* (*deest* m. *l. 65; ad rem v. Leitner, Zool. Terminol. Plin., 1972, 134*): PLIN. nat. 9, 154 multis *animalibus* eadem natura quae frutici, ut ... -bus, stellis. 18, 359 -es m. in pelago plurium dierum hiemem portendunt. 32, 102 (*inde* 1, 32, 32) *lieni prodesse* -em m. decoctum in aqua. 32, 111 perniones emendat (*inde* PLIN. med. 2, 25, 1). 32, 130 -o m. alligatus purgat ... profluvia. 32, 135. 32, 141 -e m. si confricetur lignum, ardere videtur. POL. SILV. chron. I p. 544, 15 (*inter nomina natantium*). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 31, 8 p. 401[D] (*gr. θαλασσίους πνεύμονας*). **B** *i. q. pulmunculus, sc. caruncula iumentorum* (*v. p. 2598, 34*): PELAGON. 171 si -o factus erit, decusatim secato (*cf. p. 2598, 36 et Hippiatr. gr. I p. 429, 5 πνεύμονα*). CHIRON 579 de -e (*in indice capp. ad 667* [*v. p. 2598, 39*]). 710 (*antea p. 2598, 41*) ipsius -is plagas scalpello aperias ⌊et⌋ de spina decarnare incipies sic, ne quid -is relinquas (⌊ ⌋ *add. glossema* pulmuncul⟨i⟩ et *cod. Monac.*, pulmunculari et *Basil.*).

deriv.: pulmonarius, pulmoneus, pulmonicius, pulmunculus.

pulmōnāceus *v.* pulmonicius. *Clementi.*

pulmōnārius, -a, -um. *a* pulmo. NOT. Tir. 78, 55[a] -a. *i. q. ad pulmonem pertinens*: **1** *adi.: de animalibus pulmone laborantibus*: COLVM. 7, 5, 14 (*inde* PALLAD. vet. med. 32, 1) ovem -am ... curari convenit inserta per auriculam radicula, quam veterinarii consiliginem vocant. 7, 10, 7 nisi affatim satiantur, -ae fiunt *sues. de pulmonis vitio*: PALLAD. vet. med. 37, 1 *sues* vitium -um concipiunt. **2** *fem. pro subst. de herba pulmonem sanans* (*ad rem v. André, Les noms de plantes, 1985, 211*): VEG. mulom. 4, 3, 12 radiculam herbae consiliginis, quam alii -am vocant (*cf. l. 26; huc spectat fort.* GLOSS. elleborum: id est plumundaria).

pulmōneus, -a (-ia *l. 20*), -um. *a* pulmo. [*e coni. dub.* PLAVT. Epid. 627, *v. vol. X 1, 2453, 26.*] **1** *notione originaria i. q. e pulmone constans* (*iocose*): PLAVT. Rud. 511 (*senex lenoni*) -um ... velim vomitum vomas (*cf. p. 2596, 3*). **2** *notione deflexa i. q. ad pulmonem pertinens, sc. de genere: pomorum*: PLIN. nat. 15, 52 stolide tument -a *mala. herbae, quae pulmoni medetur, convenit* (*fem. pro subst.*): DIOSC. gr. Vind. 3, 116 *γεράνιον ... Ῥωμαῖοι πουλμώνια* (*-μον-, -μεν- codices rec.*).

pulmōnicius (-nīc-*?*), -a, -um. *a* pulmo. *i. q. ad pulmonem pertinens; non nisi fem. pro subst. de herba pulmonaria*: VEG. mulom. 1, 12, 2 radiculam, quam quidam consiliginem vocant, quidam -am ..., in pectore animalis *aegroti* ... pones (-nici- *trad. cod. ant. S* [*v. Ortoleva, Wien. Stud. 113, 2000, 251*], -nace- *edd. sec. codd. rec., ubi et* -nari- [*cf. l. 12*]).

[pulmunculāris, -e *v. l. 1.*]

pulmunculus, -ī *m.* *a* pulmo *deminutive.* NOT. Tir. 78, 56 -us. [*falso trad. l. 1.*]

i. q. pulmo parvus; non nisi per similitudinem formae significatur: **1** *planta carnosa camelorum* (*cf. descriptionem pulmonis p. 2596, 39*): SOL. 49, 9 hi *cameli* numquam pedes atterunt; sunt enim illis reciprocis quibusdam -is vestigia carnulenta. **2** *tumor, caruncula sim. iumentorum (ad rem v. Adams in: Deroux [ed.], Studies in Lat. Lit. 6, 1992, 482 sqq.): in dorso, cervice* (*cf. p. 2597, 71*): PELAGON. tit. ante 163 de laeso dorso ... et de -o. 182 si -us natus fuerit, -um ferro eximito et pelliculam, de qua -us fuerit abstractus, ... demittito (*sim.* VEG. mulom. 2, 61, 1 [*bis; inde* capp. *et* tit.]). CHIRON 574 *v. vol. X 1, 237, 73* (pulmundum, -clum *trad.*). 667 quodcunque iumentum in dorsum -um habuerit ...; ⌊a lateribus -um⌋ (alteribus a -is *trad.*) in dorso scalpello aperies (*et bis ibid.*). 710 si equus in dorso -um citaverit *eqs.* (*v. p. 2597, 74*). *in pede*: VEG. mulom. 2, 56, 1 (*inde* capp. *et* tit.) si iumentum ad aperturam -um fecerit ..., ungulam subradis ...; ubicunque -us fuerit, radis ad vivum.

[pulmunes *v. vol. X 1, 2453, 26.*] *Wk.*

⊠pulpa, -ae *f.* [pul- *antiquum est, nisi potius a* *pol-, *pel- *ortum; cf. Leumann, Gramm. 1977, 47. 48. fortasse cogitare possis de radice, quae in* pulmentum (*q. v.*) *obvia est, reduplicata*: *pel-p-ā*? an* *pel-pl-ā*? cf. André, Les mots à redoubl., 1978, 84. Fo.*] *de origine, notione vel differentia* (*cf. p. 2599, 27*): DON. Ter. Hec. 441, 3 -a ... proprie quae manducatur, eo quod pulsetur et concidatur (*disting.* caro; *cf.* GLOSS. -a est caro particulatim divisa vel nec bene pinguis nec macra). ISID. orig. 11, 1, 81 -a est caro sine pinguedine, dicta quod palpitet; resilit enim saepe. 20, 2, 27 -a dicta, quod cum pulte olim mixta vescebatur. GLOSS. -ae: *σάρκες.* carnes. *al. legitur apud* CATONEM *et inde a* SEN. *philos.*, SCRIB. LARG., PLIN. nat., *frequentatur ab* APIC. (*42*[ies]). [*val.* pulpă, *it.* polpa, *calabr.* pruppa, *sard.* pulpa, *francog. Iud. et med.* polpe, *prov. vet., cat., port.* polpa. *cf. M.-L. 6834. Battisti-Alessio IV 3006. Wartburg IX 547. Corominas*[2] *IV 688. C. S.*] [*falso trad. pro* puls APIC. 7, 16, 1; *e coni. dub. pro* pulpitum LVX. *p. 2601, 42 et vix recta pro* palpum *vol. X 1, 168, 36.*]

I *usu originario significatur pars mollis, carnosa corporis* (*quarumlibet rerum sub A2; disting. quodammodo a* caro *p. 2599, 12 sqq. 37, cf. l. 51 sq.; opp.* coria *p. 2599, 34,* cutis *p. 2599, 6. 14. 31,* nervi *p. 2599, 10,* ossa *p. 2599, 1. 8. 11. 24,* venae *p. 2599, 20. 32. 37*): **A** *notione communi respicitur*: **1** *caro animantium*: **a** *animalium*: **α** *exempla usum illustrantia; -a adhibetur: pro sacrificio*: CATO agr. 83 in capita ... boum votum facito: ... lardi ... et -ae *tantum. pro cibo* (*fere in conficiendis isiciis, fartis sim.*): MART. 3, 77, 6 -am dubio de petasone voras. APVL. met. 2, 7, 2 (*v. p. 2594, 25*). 4, 14, 7 nos ... -is eius *ursae* valenter saginantes. ANTH. 176, 10 (*inter varia fercula*) aucupia et -as ducere. AVG. civ. 21, 4 p. 492, 9 de cuius *pavonis* pectore -arum ... *aliquantum* decerptum. APIC. 2, 1, 2 -a ... fricatur, et exinde isicia plassantur (4, 2, 13 -as piscis ... fricti, ... -as ostreorum. *al.*). 2, 1, 7 -am concisam teres (2, 5, 2 cum -a c. et trita. *al.*). 2, 3, 1 -ae bene tunsae et fricatae (2, 4. 7, 7, 1 -am porcinam t. tritam). 4, 1, 2 -as pulli. 5, 1, 1 (*item* 4) -ae quasi ad

[Clementi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

isicia liatae. 6, 2, 2 ut -ae vel ossa remaneant (*sc. levatis partibus inutilibus ut* 8, 7, 3). 8, 8, 3 -am de ipso lepore. 8, 9 -is ex omni membro glirium trito. *al. pro medicamento*: CHIRON 706 sardinarum -as tritum locum imponito (ANON. med. ed. Piechotta 146). **β** *exempla cetera*: SERV. georg. 3, 81 *pectus equi* animosum: nodosum et eminens -is. CHIRON 44 ut cutis ad -as adhaerere possit (*inde* VEG. mulom. 2, 82, 4). 284 sanguinis detractione ... de -is pedum (*Veg. mulom. 2, 12, 2* de cruribus). AVG. vera relig. 110 de ... -is vel sanguine vel ossibus quorumlibet animalium.

b *hominum*: SEN. nat. 6, 24, 2 *spiritus* non ... inter nervos -asve, sed in ... patulo ... recessu *corporis* commoratur. APVL. met. 8, 22, 7 ossa ... viduata -is (*antea*: carnibus atque ... visceribus). AVG. gen. ad litt. 9, 13 p. 284, 9 costam deus aedificare potuit in mulierem et carnem -amve non potuit? serm. 127, 15 hoc (*i. favilla, ossa*) ... accipiet vitam, cutem, -as, carnem, et resurget? PHYSIOGN. 40 crassa crura, pedes plenos tanquam congestis -is. CAEL. AVR. gyn. 2, 126 (*tit.* de incarnato feminino veretro) obstrusio constituitur ..., cum ... -a in eisdem locis ex accidenti ... adnascitur (*in eadem re*: SORAN. p. 116, 5 *si* durissimae -ae cum ingenti difficultate praecidantur. *al. ibid.*). SORAN. p. 7, 8 *matrix* nervosa ..., contexta est -is etiam et arteriis et venis (*gr. p. 8, 27 σαρκός*). p. 106, 4 (*tit.* de inmoderata landica) -am ipsam erigi similiter ut viris. PS. SORAN. quaest. med. 52 post renes -ae, quae eminent, ⌊nates⌋ vocantur (naticae *codd. Carnot., Lincol.*). PLIN. phys. Sang. p. 227 l. 16 (*in praecantatione*) audi, dolor renium, exi a medul(l)is ab (*i.* ad) ossa, ⟨ab ossibus⟩ a(d) -as *eqs.* ISID. orig. 11, 1, 73 *thoracis* eminentes -ae mamillae. *al. respiciuntur medullae, sedes affectuum*: CASSIOD. in psalm. 93, 7 l. 119 dicitur sarcasmos, quasi usque ad -as penetrans hostilis irrisio (*inde restit. Schindel, Glotta 52, 1974, 111 locos similes* 113, 16 l. 227 [culpas *trad.*]. 134, 15 l. 269 [palmam *trad.*]).

2 *pars mollior variarum rerum*: **a** *pomorum, frugum sim.*: SCRIB. LARG. 74 caryotarum ... -as medias detracta exteriore cute interioribusque venis (*inde* MARCELL. med. 14, 6; *ceterum*: 20, 30 c. -ae subactae *tantum. cf.* 27, 20 palmarum). PALLAD. 4, 10, 35 ut ficorum coria siccentur et -ae (MARCELL. med. 30, 30 fici pinguis). MARCELL. med. 9, 54 fabae aegyptiacae. CASS. FEL. 68, 1 avellanae -am conteres. PLIN. phys. Bamb. 76, 3 -am siliginei expressam de aqua. **b** *arborum*: PLIN. nat. 16, 184 in quarundam arborum carnibus -ae venaeque sunt (16, 185 nec vena nec -a. 16, 186. *cf. 181* corpori arborum, ut reliquorum animalium, *sunt* cutis, sanguis, caro *eqs.; Theophr. hist. plant. 1, 2, 5 ὥσπερ ἶνας*). *ibid.* -ae fissilibus insunt. 16, 185 fagis pectines traversi in -a. *al. ibid.* **c** *panis*: GARG. MART. med. 42, 14 *mala decocta* cum -a, id est molli panis, ... conteruntur. PLIN. phys. Bamb. exc. 188 sinapi tritum cum -a panis ... inpone.

B *per synecdochen de toto corpore vel homine* (*c. contemptu vel iocose*): PERS. 2, 63 bona dis, *i. quae eis placeant,* ex hac scelerata ducere -a? (SCHOL. *ad l.* 2 -a, id est hoc nostrum corpus). AVSON. 27, 13 (393 S.), 96 plebeiam numeros docere -am (*Theonem amicum obesum; cf. de eodem 27, 14 [396 S.], 21* alto mens obesa viscere).

II *per contaminationem quandam pro* polypus (*cf. vol. X 1, 2585, 36*): VINDIC. med. 7 animalia sine sanguine ..., ut puta -as, sepias, lollia *eqs.*

deriv.: pulpamen, pulpamentum, pulposus, pulpula; *cf. p. 2600, 1.*

pulpāgo *v.* plumbago.

pulpāmen, -inis *n.* *a* pulpa. *i. q. pulpamentum*: LIV. perioch. 48, 26 (*de Masinissa*) sine -e mandere et siccum gustare panem.

pulpāmentum, -ī *n.* *a* pulpa (*item* SCHOL. Ter. p. 76, 17). GLOSS. -um: *ὄψον. σάρκωμα.*

i. q. genus cibi ex carne confecti: **1** *vario usu*: PLAVT. Curc. 90 voltisne olivas, -um, capparim? Mil. 653 *in convivio* neque praeripio -um. Pseud. 947 accipiam te ... lepido victu, vino, ... -is. Stich. 713 nimis vellem aliquid -i (*opp. 690 sq.* nucibus, fabulis, ficulis *eqs.*). FRONTO p. 14, 20 nullum adeo vile ... est holus aut -um, quin elegantius videatur vasis aureis adpositum. CHAR. gramm. p. 385, 10 abstineo -o. *in proverbio* (*v. vol. VII 2, 1181, 16 sqq.*): TER. Eun. 426 lepus tute es, -um quaeris? (*exemplum cacemphati est Sacerd. gramm. VI 453, 16 sq.*). **2** *indicatur, quid pro -o sit*: CIC. Tusc. 5, 90 (*verba Anacharsis*) *mihi* cubile terra, -um fames, lacte caseo carne vescor. PLIN. nat. 9, 48 *thynni* plenis -is sale adservantur. TERT. pall. 5, 6 post tale -um *avium pretiosissimarum.* ARNOB. nat. 7, 24 p. 372, 8 -a non assa, quae in veribus exta sunt (*disting.* carnem ..., quae taurorum ex coxendicibus demitur). HIST. AVG. Car. 15, 3 (*loq. Diocletianus*) ego *in venatione* semper apros occido, sed alter utitur -o (*i. fit imperator; cf. 14, 3* Diocletiane ..., eris imperator, cum Aprum occideris). AVG. mor. Manich. 16, 41 l. 18 cur vos epulantes immundos faciant -a *porcelli*? (pulmenta *var. l.*).

pulpetum *v.* pulpitum. *Clementi.*

pulpīdinem: colophia GLOSS. (*cf. Schol. Iuv. 2, 53* ['comedunt colyphia'] pulmentum. *ibid.* athletarum cibum dicit). *subesse vid.* pulpedo *f. coniungendum cum* pulpa (*derivatione a subst. mira*), *ut significetur cibus, qui pulpae qualitatem habet, sc. pulpamentum.*

pulpito, -āre. *a* pulpitum. *abiit in sermonem gr.* PS. MAVRIC. strat. 11, 4 l. 78 *πουλπιτοῦν* (*opp. γεφυροῦν*). [*e coni. dub.* ⟨scaenam⟩ -vit DON. de com. 5, 9 (*Havet,* publicavit *trad.*).]

i. q. instar pulpiti instruere: tegendo aperta: SIDON. epist. 8, 12, 5 pandi carinarum ventres ... trabium textu -buntur. *imponendo tegentia*: GREG. TVR. Mart. 4, 26 erat ... huiusmodi carcer, ut super struem tignorum axes validi superpositi -rentur (*seq. p. 2601, 56*). *Wieland.*

***pulpitum,** -ī *n.* [*formatione potius quam notione conferendum vid.* culcita, *sed utraque vox explicari nondum potuit. cf. André, Les mots à redoubl., 1978, 84; Breyer, Etrusk. Sprachgut, 1993, 221. Fo.*] *de origine: cum* populus, publicus *coniungit* ISID. *p. 2601, 10. scribitur* -pet- *e. g. in cod. saec. VII* CANON. Turner II 3 p. 329; *abbrev.* pul *l. 40.* NOT. Tir. 100, 31 -um. *de genere et formis: neutr. passim, testatur* DVB. NOM. gramm. V 586, 12; *inter nomina masc. affert* EXC. Bob. gramm. I 552, 18, *trad. nom.* -us *l. 22. p. 2601, 12 et* ISID. *l. 48. al. (sed* -um *p. 2601, 9), abl.* -u *p. 2601, 25. al.; fem.* -a *p. 2601, 28. de notione v. imprimis l. 37 sqq. p. 2601, 5 sq. 7. 43. 52 et* GLOSS. -um: *πούλπιτον. θυμέλη, ἔδαφος, σανιδών. βάσις, ξυλικόν. πόδωμα.* -us et pluteus: *θυμέλη. al. legitur in prosa orat. inde a titulis saec. I a. Chr.,* VARRONE, VITR., SEN. *philos. (fere sing.), in versibus inde ab* HOR., PROP., OV. (*sc. plur. praeter* PHAEDR.); *abiit in sermonem gr. l. 21. p. 2601, 30. 31. al.* [*praeter necess. coni. pro* populus QVINT. inst. 11, 2, 23.]

t. t. architecturae, i. q. opus tabulatum, compages sim. lignea vel lapidea (*quae imponitur structuris, postibus [fossae p. 2601, 53] praeter p. 2601, 37; de genere operis structi nihil constat* INSCR. Année Épigr. 1985 n. 384 [*Volsiniis; saec. I a. vel p. Chr.*] post -um mulierum locus cubantum, *i. mortuarum,* latum pedes *tot eqs.; synecdochas v. p. 2601, 51. 61; hic illic iuxta voces notionis affinis, e. g.* catasta *p. 2601, 7* [*cf. p. 2601, 25*], cathedra *l. 73; cf. l. 35*): **I** -um *adhibetur, ut loco editiore ponantur*: **A** *homines*: **1** *ut melius spectentur, audiantur*: **a** *actores in theatro* (*disting.* scaena *in serm. technico l. 43. 45. al., variat e. g. l. 56. 63. 67* [*cf.* -um scaenae *l. 41 et* ISID. orig. 18, 44]; *ceterum variant* proscaenium *l. 47* [*cf. l. 44*], theatrum *l. 65*): **α** *exempla notionem illustrantia*: LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 77 scaenam, -um ceteraque, quae ad eos ludos opus erunt, ... ponere *licet* (*item inter partes theatri*: INSCR. Année Épigr. 1988 n. 405 [*e Lucania; saec. I a. Chr.*] ⟨sp⟩ectacula ... et pul(pitum) ⟨s⟩caenae ... fac(iundum) cur(avit) *Plotia Rutila.* CIL I² 3209 ⟨pulpi⟩tum et gradus. VITR. 5, 6, 7 itinera, ascensus, -a, tribunalia). VARRO frg. Scaur. gramm. VII 32, 10 ⟨cum⟩ e scena actor exiit, venit in -um. VITR. 5, 6, 1 proscaenii -um (*v. p. 2172, 1*). 5, 6, 2 -i altitudo sit ne plus pedum quinque. 5, 7, 2 Graeci *habent* ... scaenam recessiorem minoreque latitudine -um, quod *λογεῖον* appellant (*cf.* GLOSS. II 362, 5 *λόγιον τὸ τοῦ θεάτρου*: -a). *al.* CAPER gramm. VII 104, 10 proscenia rectius -a *eqs.* (*v. p. 2171, 41 sqq.*). ISID. orig. 18, 43 qui -us orchestra vocabatur (*de ea confusione v. vol. IX 2, 930, 41 sqq., ubi addas* 18, 47 super -um, quod thymele vocabatur). *al.* **β** *exempla varia*: HOR. epist. 2, 1, 174 adspice ..., quam ... percurrat -a socco *persona comica.* ars 215 tibicen traxit ... per -a vestem (SCHOL. per tabulas scaenae). 279 Aeschylus ... modicis instravit -a tignis (SCHOL. scenas). PROP. 4, 1, 16 *olim* -a sollemnis non oluere crocos (*item -um spargitur croco*: OV. ars 1, 104. MART. 5, 25, 7 rubro -a nimbo spargere. 9, 38, 5). OV. trist. 2, 517 an genus hoc scripti *turpis* (*sc. mimus*) faciunt sua -a tutum (*518* scaena). PHAEDR. 5, 7, 32 *post plausum tibicen* se in -o ... prosternit. SEN. dial. 6, 9, 5 egregium versum *Publili Syri* et dignum, qui non ⌊e -o exiret⌋ (*Haupt,* e populo eri et *trad.*). nat. 7, 32, 3 privatum urbe tota sonat -um (*sc. pedibus actorum; sim.* LAVS Pis. 238 tragico quatientem -a gestu ... Varium. AVSON. 27, 21 [418 S.], 20 sonitum dant -a saltu icta pedum. *sim. al.*). epist. 84, 10 *in commissionibus* ex -o omne tibiarum genus organorumque consonuit. PLIN. nat. 36, 120 *Curio* amphitheatri forma custodita ... duabus ... scaenis athletas edidit raptisque ... -is ... gladiatores ... produxit. IVV. 8, 225 *opera Neronis* gaudentis foedo peregrina ad -a cantu prostitui. 14, 257 theatra ..., praetoris -a. *al.* PLIN. epist. 4, 25, 4 ludibria scaena et -o digna. DON. de com. 6, 2 in scaena aut -o. COD. Theod. 15, 7, 8 *mulier scaenam reliquerat; propter impudicitiam est* retracta in -um ... ibi ... permaneat, *sc. iterum muneri scaenico addicta. al.*

b *oratores, cantores sim.*: **α** *varii*: HOR. epist. 1, 19, 40 non ego ... grammaticas ambire tribus et -a dignior, *sc. legendo mea opera* (*praeter necess. ipsos magistros intellegit* PORPH.). MART. 1, 76, 13 *in foro* aëra sonant; at circum -a nostra (*i. poetarum*) et steriles cathedras basia sola crepant. QVINT. inst. 11, 3, 130 cum in angusto quodam -o stans diceret *Demosthenes.* SVET. gramm. 4, 9 *grammaticum quendam* mane ...

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

disserere, post meridiem remoto -o declamare solitum. **β** *lector, psalmista in ecclesia* (*de apside, exedra sim. in ecclesiis Africae, quae ambone carent l. 6 sq. 12 sqq., cf. Duval in: Madec [ed.], Aug. prédicateur, 1998, 179 sqq.; de ambone, gradu sim. ibi posito vel illinc seiuncto e. g. l. 11. 15, cf.* GLOSS. -a: gradus ecclesiarum. gradus in quo lector stat. V 491, 15 ambone: -um): CYPR. epist. 38, 2, 1 *confessor lector factus venit* ad -um post catastam. 39, 4, 1 *confessorem* super -um, id est super tribunal ecclesiae, oportebat inponi, ut loci altioris celsitate subnixus ... plebi ... conspicuus legat praecepta et euangelium (*cf.* ISID. orig. 15, 4, 15 -um *dictum,* quod in eo lector vel psalmista positus in publico conspici a populo possit, quo liberius audiatur). PEREGR. Aeth. 12, 1 intra ... ecclesiam in eo loco, ubi -us est. MIRAC. Steph. 1, 2 l. 10 cum *puerum prophetizantem* ... supra -um elevassent. *ibid.* l. 40 epistula *episcopi* ... de -o ... recitata est. VICT. VIT. 1, 41 lector unus -o sistens alleluiaticum melos canebat. CANON. Turner II p. 355 rec. II (*sim. al.*) de his, qui debeant in ambone, id est in -o, psallere: quod non oporteat ... praeter eos, qui regulariter cantores existunt ..., alios in -um conscendere ([*gr. Mansi 2, 567*^{A} *ἄμβωνα*]. *sim. e. g.* FERRAND. canon. 131). MARCELL. chron. II p. 97, 512, 2 in ecclesiae -o. VICT. TONN. chron. II p. 190, 480 *haereticus* synodum Calchedonensem de -o coram populis damnat. *al.*

c *quilibet*: SVET. Nero 13, 2 curuli residens apud rostra ... per devexum -um subeuntem *regem victum* admisit (*cf. Cass. Dio 63, 5, 4 ἄνοδον ... τοῦ βήματος*). PASS. Perp. 19, 3 *martyres in circo* super -um ab urso vexati sunt ([*gr. γεφύρας. cf. 19, 6* in ponte]. *sim. de catasta*: Mar. Iac. 6, 7 [*6* tribunalis ... sublime fastigium] illic erat catasta, non humili -u [-o *var. l.*] ...; et admovebantur ... *confessores, quos* iudex ad gladium duci iubebat). PALLAD. c. Ambr. fol. 337^{v}, 6 angustiae secretarii, in quo conventum est, ... et episcopi ... quae pro vestro ... fastu ... -a extat singularis (*item de loco throni*: CONSTANT. PORPH. caer. aul. Byz. 1, 9 p. 58, 4 *ὁ ... βασιλεὺς ... κατέρχεται τὸ πούλπιτον. al.*). CONSTANT. PORPH. caer. aul. Byz. 1, 32 [23] p. 120, 22 *τοῦ ... βασιλέως ἐξελθόντος τὴν τοῦ πουλπίτου πύλην* (*sim. al.; ad rem v. Vogt I p. 45 sq.*).

2 *ut ipsi melius videant*: IVV. 6, 78 longa per angustos figamus -a vicos (*sc. ad nuptias spectandas?*). SVET. Cal. 54, 2 *noctu* tres consulares ... super -um conlocavit, deinde ... prosiluit ac desaltato cantico abiit.

B *res*: **1** *respicitur repositorium quoddam*: **a** *simulacrorum*: SCHOL. Hor. sat. 2, 6, 104 'fercula' sunt ... -a, in quibus deorum simulacra tolluntur. **b** *librorum sim.* (*vasorum l. 41*): AVG. serm. 359B coll. Dolbeau 1996 p. 344 l. 510 *presbyterum* -um de loco ad locum transferre voluimus. LVX. anth. 303, 3 *diacone,* tibi pro psalmis pocula corde sedent? ⌞-a templorum⌟ (*ad l. 2*), ne ⌞-a⌟ quaere tabernae (pulpam *Shackleton Bailey*). SCHOL. Pers. 1, 106, 2 ('pluteum') -um vel tabulam. GLOSS. V 606, 41 -um: analogium, lectrum.

2 *respicitur podium altaris amplum* (*ni fallimur; cf. vol. X 1, 2493, 31. cogitasne de confessione coll. vol. IV 191, 48 sqq.?*): GREG. TVR. glor. mart. 33 p. 509, 4 (*syntaxi turbata*) *in basilica s. Petri Burdigalensi* altaris posita in altum -a locatum habetur, cuius pars inferior in modum criptae ostio clauditur habens ... et ipsa cum sanctorum pignoribus altare suum. 93 *analogius* -um habet, sub quo octo personae recipere possunt.

II -um *factum est, ut tegatur, condatur*: **A** *navis* (*sc. per synecdochen de tota nave*): OPT. PORF. carm. 19, 25 carbasa ... tendo -a deportans. GLOSS. I p. 42 -um: puppis (II 590, 38. *cf. p. 2172, 32 sq.*).

B *scrobis* (*in cultu Mithrae*): PRVD. perist. 10, 1016 (*1011* sub terram scrobe acta) tabulis superne strata texunt -a. **C** *aedificium*: GREG. TVR. Franc. 8, 42 p. 408, 15 dum *quidam* epularetur ..., subito effractum -um domus vix semivivus evasit. Mart. 4, 26 *Martinus carceris* lapides dimovet, disicit -a (*v. p. 2600, 10*). VEN. FORT. carm. 8, 7, 5 *die festo* viri postes et -a floribus ornant (*loco obscuro; de parte quadam proeminente aedificii?*). **D** *martyris sepulcrum, sc. de mensa altaris* (*cf. vol. VIII 744, 30 sqq.*): VEN. FORT. Mart. 4, 681 *Ravennae* -a sanctorum per religiosa recurrens martyris ... tumulum ... adora (*fort. per synecdochen de toto altare*). *fort. addas*: GLOSS. I p. 163 -a: capsella, quae sub pedibus stat in basilica beati Petri de tribus tabulis coniuncta (*spectatne ad* altare *l. 48?*).

deriv.: pulpito. *Spoth.*

pulpo, -āre. [*fort. vox onomatopoetica; cf. Walde-Hofmann II 387. Fo.*] *significat vocem vulturis*: SVET. frg. 161 p. 251 vulturum *est* -are (*in alia rec.* accipitres pionpant. *cf.* GLOSS. I p. 92 -are; *93* piambant [pian- *ante corr.*]. *medii aevi est Anth. 762, 27*).

pulpod- *v.* polypod-.

pulpōsus, -a, -um. *a* pulpa. [*val.* pulpos, *it.* pul-, polposo, *sard. centr.* prupozu, *fort. etiam hisp.* pulposo, *port.* polposo; *saepius in francog. receptum. cf. M.-L. 6835. Battisti-Alessio IV 3006*^{a}*. Wartburg IX 548 sq. Corominas*^{2} *IV 689. Machado*^{8} *IV 396. C. S.*]

i. q. pulpā abundans, carnosus (*gr. infra resp. σαρκώδης*): APVL. met. 7, 16, 4 ille *equus* terga -is torulis (cor- *F*) obesa convertens. DON. Ter. Hec. 441, 2 ('cadaverosa facie') potest et -a intellegi et crassa. HIPPOCR. vict. 2 1. 532 *genus cibi* quod fuerit ... -um, calefacere novit. SORAN. p. 7, 12 *matricis tunica exterior est* durior et nervosa, *interior* ... mollis et -a. 9, 14 *orificium matricis virginum* -um et molle est (*opp.* spatiosius et callosissimum; *Cael. Aur. gyn. 1, 14* carnosum).

pulpula, -ae *f.* *a* pulpa *deminutive.* *i. q. pulpa parva, sc. pars carnosa corporis*: PS. SORAN. quaest. med. p. 367, 4 quae *ex auribus* dependent -ae (*cod. Lincol.,* pup- *Carnot.*), ⌞lo⟨bi⟩⌟ vocantur (*suppl. Stadler,* longe *cod. Lincol.*). p. 367, 8 *labia* dicuntur eminentes ⌞-ae⌟, quae dentes tegunt (pup- *cod. Carnot.,* -as *Lincol. alio ordine verborum*). *Wieland.*

[pulpus *pro* polypus *laudatur ex auctoribus aet. recentioris.*]

⁂puls, -tis *f.* [*subst.* -s *cum gr. πόλτος cohaerere vix negaveris, sed dissident viri docti de explicanda ratione. fieri potest, ut voces non modo hereditariae, sed etiam eiusdem originis sint, quamquam differant in stirpe extrema; sed utraque vox et ex altera lingua recipi potuit. plerique putant* -s *a gr. πόλτος ortum esse; cum autem* -s *cibus sit Italorum proprius, colligere licet formam lat. vel ital.* *polt-s (ol > ul; *cf. Leumann, Gramm. 1977, 48*) *a Graecis in πόλτος/πολτός mutatam esse. cognatum esse vid.* pollis (*q. v.*). *Fo.*] *de origine v. p. 2603, 2.* *genus fem. testatur* PRISC. gramm. II 168, 12. *al.* *nom. sing.* -s *testatur e. g.* PRISC. gramm. II 281, 12, *exhibent auctores inde a* VARRONE, *sed* -is PHILVM. med. 1 p. 111, 4 (-s *var. l. ut ibid.* l. 13). ISID. orig. 20, 2, 7. GLOSS. (*ubi et* -es, *nisi plur.*). *de notione*: GLOSS. -es (*vel* -is): *πόλτος.* -em: *πόλτος κριθῶν.* -is: *σεμιδάλιν.* -es et pulmentum: cum commiscit[ur] quispiam aliquid farinae. far: -es. *al.* *legitur in orat. soluta inde a* CATONE, VARRONE, *paulo saepius e. g. apud* PLIN. nat., CAEL. AVR. (*deest e. g.* CELSO, *v. p. 2617, 10*), *in versibus raro, sc. apud* LVCIL., PERS., MART., IVV. *al.* (*cf.* PLAVT. *p. 2618, 21*). [*it. vet.* polta, *langob. vet.* polte (*sim. var. dial.*), *sard. centr.* pulte, *raet. occ.* put (*Engadin*), *francog. vet.* pou (*sim. var. dial.; intercedente simul* *palta), *hisp.* puches, -as (*cum derivatis multis*). *cf. M.-L. 6836. Battisti-Alessio IV 3006. Wagner II 322. Wartburg IX 549 (cf. VII 523). Corominas*^{2} *IV 670. C. S.*] [*confunditur in codd. maxime c.* plus, *e. g.* PLIN. nat. 18, 84 (*restit.* VARRO ling. 5, 127, *vix recte a parte edd.* POMPON. Atell. 150).]

i. q. massa decocta frumentorum sim. (*leguminum l. 68. p. 2603, 31 sq., ceterum v. sub IA1; gr. fere resp. πόλτος, quod infra non adnotavimus*). **I** *proprie* (*ad rem v. André, L'alimentation, *^{2}*1981, 237; -e vescuntur Romani veteres e. g. p. 2603, 2. 5, populi alii l. 44 [?]. 60. p. 2603, 2. al.; est frugi, vilis sim., cf. l. 55. p. 2603, 13. al.; coquitur, calida est sim. e. g. l. 44. 74, dura vel mollis sim. p. 2603, 4. 23. 37. al., liquida, potabilis l. 55. p. 2603, 1*): **A** *usu profano*: **1** *illustratur, unde -s conficiatur, condiatur, instruatur sim.* (*coquitur in aqua l. 45. 56. 66. al., lacte l. 57 et e. g.* APIC. 5, 1, 3; *additur e. g. mel l. 45. 50, pulpa sim.* APIC. 5, 1, 1 sq. *al.*): CATO agr. 85 (*inde* capp. 94) -em Punicam sic coquito: libram alicae in aquam indito *eqs.* (*postea: tantum* casei ..., mellis ...; insipito in aulam. *item -s fit ex alica*: PLIN. nat. 22, 116 in -e a. prius tostae. 22, 128 sive in sorbitione decocta *a.* sive in -e. 28, 231 in -e alicacia. APIC. 5, 1, 1. *al.*). LVCIL. 197 adipatam -em (*sim.* SCHOL. Pers. 6, 38, 5 *rustici* adipem pecudum in -es missum pro oleo accipiunt. PHILVM. med. 2 p. 122, 4. *cf. e. g. l. 59*). PAVL. FEST. p. 83 forma appellatur -s miliacia ex melle (*-s fit e milio ut l. 57 et* PLIN. nat. 18, 100 Campania ... -em ... candidam ex eo facit ...; Sarmatarum ... gentes hac ... -e aluntur. CAEL. AVR. chron. 2, 7, 104. *al.*). p. 105 ⌞insipere⌟: far in olam iacere -is ([⌞ ⌟ *absolute ut p. 2603, 3; aliter interpunxit Lindsay*]. *item -s fit e farre*: MART. 13, 8, 1 imbue plebeias Clusinis -bus ollas. AVSON. 25, 9 [344 S.], 7 hinc cibus, hinc potus, cum dilueretur aqua -s. *al.*). COLVM. 2, 9, 19 panicum pinsitum ..., sed milium quoque -em ... cum lacte non fastidiendam praebet (*sim. -s fit e panico*: PLIN. nat. 18, 54 modium ... -is. PHILVM. med. 2 p. 121, 23). PERS. 6, 40 fenisecae crasso vitiarunt unguine -es (*cf. l. 48*). PLIN. nat. 18, 149 cum Germaniae populi ... *non* alia -e vivant (*-s fit de avena ut*: PHILVM. med. 2 p. 115, 20). 20, 52 Praxagoras ... *alium* miscuit ... contra ileum in oleo et -e (*additur alium ut*: 20, 54). *al.* PLIN. med. 3, 6, 1 echinorum testae ... ex oleo ... et -e. VVLG. lev. 23, 14 polentam et -es ... ex segete (*explicatione allegorica respic. eucharistia* HESYCH. *ad loc.* p. 1086^{B} cibum ... novae polentae et -ium). PAVL. NOL. epist. 23, 6 p. 162, 23 coctis in gutta olei et aquae copia -bus (*antea*: cibo simplici. *adhibetur oleum ut e. g. l. 49. 62; cf.* CAEL. AVR. acut. 2, 37, 208 -es ... non oleatae. chron. 2, 13, 174 non oleosae). MARCELL. med. 22, 37 de lenticulae farina -em ... coctam admixto ... puleio. CAEL. AVR. chron. 3, 2, 33 panem pusca infusum ... item -em ex pane ... confectam (PHILVM. med. 1 p. 111, 13 de p. alexandrino. *al.*). *al.*

2 *exempla cetera; -s adhibetur*: **a** *ad vescendum sim.*: LVCIL. 711 canicas ac -em (*si recte coni.*). VARRO Men. 190 observare ollam -is, ne aduratur (*item est in ollis l. 53 et* IVV. 14, 171 fumabant -bus ollae. *in vasis aliis*: VARRO ling. 5, 120 ubi -em aut iurulenti quid ponebant, ...

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

catinum nominarunt. 5, 127 in eo *calice* calda -s [plus *trad.*] apponebatur). ling. 5, 105 de victu antiquissima -s; haec appellata vel, quod ita Graeci, vel ab eo ..., quod ita sonet, cum aqua⟨e⟩ ferventi insipitur. 5, 107 crustulum a crusta -is. 5, 108 (*v. p. 2593, 74*). FEST. p. 242 offam ..., ut manu glomeratam -em. VAL. MAX. 2, 5, 5 ut frequentior apud eos *antiquos* -is usus quam panis esset (*cf.* PLIN. nat. 18, 83 *p. 2593, 53*). SCRIB. LARG. 189 farina triticea -is more cocta *eqs.* (*sim.* PLIN. nat. 18, 104 ad -is modum [in m.: PELAGON. 224 MARCELL. med. 27, 17]. VEG. mulom. 2, 67, 5 ad similitudinem). PLIN. nat. 18, 84 videtur ... tam -s (plus *var. l.*) ignota Graeciae fuisse quam Italiae polenta. MART. 5, 78, 9 (*22* parva est cenula) -em niveam premens botellus (13, 35, 2 -bus ... n. *cf. p. 2602, 51*). IVV. 11, 58 *si* -es coram aliis dictem puero, sed in aure placentas (*item est esca vilis, frugi e. g. l. 10 et* AMM. 25, 2, 2. *al.*). SVET. Claud. 44, 3 *Claudium* repetitum ... toxico, incertum -ine addito, cum velut exhaustum refici cibo oporteret. TERT. spect. 12 p. 15, 7 -es pridianae (*sc. ante supplicium datae*). HIER. in Ier. prol. 4 (*v. p. 665, 14*). *al.* **b** *ad medendum sim.*: PLIN. nat. 22, 127 -e corpus augetur (*inde* 1, 22, 60 *medicina ex* -e I). 27, 49 lienis *causa absinthium* cum ... -e aut fico sumitur (*sim. saepius ad subministrandum medicamentum, cf. e. g. p. 2602, 61. 63*). MARCELL. med. 27, 28 *prosunt torminosis* -es diversae. CAEL. AVR. acut. 1, 11, 92 dando -em aut sorbilem cibum (*inter cibos simplices, leves ut*: 3, 8, 81 -es ... et omne, quod facile ... digeri potest. gyn. 1, 107 cibus ... digestibilis, ut ... -es). 2, 18, 106 -em dabimus crassiorem (*c. adi. statum -is indicante ut*: gyn. 1, 73 -es arid(a)e. SORAN. p. 35, 23 -es durae. 51, 12 -es molles). *et saepe.* *-s imponitur parti corporis*: MARCELL. med. 8, 54 -em fabaciam sine sale, sine ullo uncto ... oculis ... inpone.

B *in rebus sacris; offertur -s*: **1** *avibus, sc. ad petenda auspicia*: CIC. div. 2, 73 *avis* fame enecta si in offam -is invadit *eqs.* FEST. p. 245 -s ... datur pullis in auspiciis *eqs.* VAL. MAX. 2, 5, 5 (*antea agitur de farre*) pullis, quibus auspicia petuntur, -s obicitur. **2** *in honorem deorum*: VARRO frg. Non. p. 341, 34 calendis Iuniis ... fabatam -em dis macta(n)t (*al., v. vol. VI 1, 6, 54sq.; cf.* MACR. Sat. 1, 12, 33 *Iunoni* -e fabacia et larido sacrificatur). PLIN. nat. 18, 84 sacra prisca atque natalium -e fitilla conficiuntur (*cf.* ARNOB. nat. 7, 24 p. 372, 4 fitilla, ... frumen ...; sunt -ium nomina. *adde* GLOSS.^{L} III Abol. FI 23). IVV. 16, 39 *limitis* saxum, quod mea cum patulo coluit ⌊-s⌋ annua libo (plus, pius *var. ll.; item iuxta* libum: ARNOB. nat. 7, 25 p. 373, 9. 7, 29 p. 379, 17 post solidos victus liborum et -ium). ACT. Arv. a. 219 (ed. Scheid 101) 1 ⟨ollas pre⟩cati sunt, cum -es ⟨c⟩onteger(unt) (*sim.* a. 237 [*ibid.* 107] I 5. a. 240 [*ibid.* 114] II 22). **3** *in honorem defunctorum Christianorum* (*per similitudinem parentalium*): AVG. conf. 6, 2, 2 cum *mater Mediolani* ad memorias sanctorum, sicut in Africa solebat, -es et panem et merum adtulisset.

II *transfertur ad quamlibet massam mollem, lentam*: SIDON. epist. 1, 5, 6 cloacali -e fossarum *Ravennatium* discursu lintrium ventilata (*postea*: fundi glutino). 9, 16, 3 vers. 76 cautibus tinctis calida soluti -e cerebri (*martyris per abrupta tracti*).

*deriv.: ?*pultaris, pultarius, pulticula.

compos.: pultificus, pultiphagus. *Breimeier.*

[pulsābilis peritio (*i.* pet-) *falso tradi vid. pro* plausibilis CHAR. gramm. p. 407, 25 (*in cap.* de Latinitate), *v. vol. X 1, 2366, 68sqq.*]

pulsābulum, -ī *n.* *a* pulsare. *i. q. instrumentum pulsandi, sc. quo sonitus procreatur:* *de chordis*: APVL. flor. 15, 9 (*describitur statua*) *manus* dextra psallentis gestu -um (suosabulum *fere trad.*) citharae admovet ceu parata percutere. *transfertur ad linguam, qua vox profertur* (*cf.* plectrum *vol. X 1, 2398, 69sqq.*): PS. AVG. serm. 120, 5 *Maria* suae linguae -o ... cantus effundit (*Luc. 1, 46sqq.*). PS. FVLG. RVSP. serm. 54 p. 923^{C} (*de Zaccharia obmutescente, sec. Luc. 1, 20sqq.*) obstupuit in cithara corporis ⌊-um⌋ vocis (⌊ ⌋ vocabulum *var. l., v. Migne suppl. 2, 1327$^{in.}$*). *Wieland.*

***pulsātio,** -ōnis *f.* *a* pulsare. *legitur semel in versu apud* PLAVT., *in orat. soluta inde a* RHET. Her., CIC. [*falso tradi vid.* FIRM. math. 4, 19, 12.]

i. q. actio vel effectus pulsandi (*gr. resp. κροῦσμα l. 68; disting. similes actiones p. 2604, 5. 13. 16; opp.* convicium *p. 2604, 12*): **1** *corporaliter* (*in imag. l. 69*): **a** *vario respectu pulsantur* (*sc. manibus praeter p. 2604, 3. 5*): **α** *res variae*: PLAVT. Bacch. 583 quae istaec est -o? (*sc. forium, quae respiciuntur etiam* [*sec. p. 2605, 54sq.*]: HIER. epist. 78, 11, 1 *κροῦσμα,* id est -o [*in explic. vocis hebr.*]. AVG. de serm. dom. 2, 21, 72 petitio, inquisitio, -o. PROSP. c. coll. 2, 5 [*in imag.*] ubi supplex oratio, ... ubi apparet crebra -o. *al.*). LIV. 31, 39, 13 ea maiore cum sonitu quam volnere ullo -o scutorum ... Romanos tenuit, *sc. saxis ab hostibus petitos.* FAV. EVL. 22, 4 cum lenior tardiorque -o est *chordarum* (*antea*: ubi nimius incitatiorque pulsus est). **β** *animantes eorumve partes*: CHALC. comm. 193 sunt multae corporis -es eius modi, ut neque contingant animam et sensim latenterque vanescant. 224 *sedes cordis* ne minimas quidem -es sine interitu animalium *sustinet* (*antea*: vīm pulsusque patiantur). SCHOL. Hor. sat. 2, 7, 49 ('turgentis verbera caudae') virilis membri -es (*cf.* gloss. *Γ* veretri -es). AVG. util. ieiun. 10, 12 *filius patrem lethargicum pulsat, ne dormiat*; et si -o eius vincitur, vellicat; et si vellicatio nihil agit, pungit. *de vexatione passionis*: CAEL. AVR. chron. 2, 13, 178 cum ... neque dolor aut punctio vel -o ... partium ... aegrum sequi videbitur. PS. HIPPOCR. ad Antioch. vers. *β* p. 430 *et* 431 *v. p. 2615, 68. 72.* ISID. orig. 10, 230 pavidus ... habet cordis -em, cordis motum.

b *c. respectu iniuriae illatae pulsantur animantes* (*praecipue in sermone iuris; disting.* verberatio VLP. [*ex Ofilio*] *p. 2606, 48*): RHET. Her. 2, 26, 41 iniuriam esse nullam, nisi quae ex -e aut convicio constet (*sim.* 4, 25, 35). CIC. Cael. 23 de seditionibus Neapolitanis, de Alexandrinorum -e Puteolana. VLP. dig. 47, 10, 9 pr. (*e Pompon.*) etiam sine -e posse dici atrocem iniuriam. COD. Iust. 10, 32, 42 pr. (*a. 392*) nullum iniuria, nullum verbere, nullum gravi -e tribunus ... curialem principalemve contingat. SVLP. VICT. rhet. 55 p. 349, 15 duplicari ... crimen -is crimine ebrietatis. GRILL. in Cic. inv. 1, 17 l. 117 ('qui patrem pulsaverit, manus perdat') intellegitur idem decrevisse etiam de matris -e.

2 *incorporaliter*: **a** *c. respectu iniuriae illatae*: **α** *violatur pudor, honor*: PAVL. sent. 5, 4, 4 ita ut -o pudoris poena capitis vindicetur (*antea*: cum ... stuprum infertur). PS. AVG. serm. 209, 3 *in civitate caelesti* nulla honoris -o aut potestatis ambitio. **β** *petuntur animantes, sc. actione, accusatione sim.*: COD. Theod. 2, 14, 1 (= Iust. 2, 14, 1, 3) quisquis ... lite pulsatus, cum ipse ... titulum inlatae sollemniter -is exceperit *eqs.* EPIST. pontif. 964 Gassó-Batlle 91, 2 in his ... negotiis, in quibus ecclesiastici officii persona pulsatur, totius summoto -is obstaculo ad episcopi vel episcoporum ... occurrat indifferenter examen.

b *vario respectu commovetur animus sim.*: GREG. M. in euang. 24, 1 lectio ... quaestione animum pulsat, sed -e sua vim discretionis indicat. moral. 2, 79 ut mens nostra culpae ... -e feriatur (*cf.* 9, 83 *culpa* rediviva -e reparatur). 22, 18 *cum ab hominibus* laudamur, occulta -e requirimur, quid de nobis ipsis sentiamus. 29, 64 quicquid intus ex temptationis -e mollescit (*cf. antea*: humana corda ... temptationum stimulis fatigantur).

pulsātor, -ōris *m.* *a* pulsare. *litteris gr. l. 59; plur. non exstat nisi l. 50. 55.*

i. qui pulsat (*de hominibus praeter l. 40. 66. 68; accedit gen. obi. e. g. l. 39. 55*): **1** *pulsantur res*: **a** *cithara*: VAL. FL. 5, 693 citharae -r Apollo (citara pulsatur *fere trad.*). **b** *ianua* (*in imag. praeter* TERT.): TERT. orat. 6 p. 185, 11 (*inde* CHROMAT. in Matth. 33, 6) nocturnus ille -r (*sec. Luc. 11, 5sqq. ut*: praescr. 12 p. 17, 9 -r ille vicini ianuam tundebat. CLAVD. MAM. epist. 1 p. 199, 18 quod non das amico esurienti, dabis improbo -i). AVG. in Gal. 5, 11 *in legenda sacra script.* si ... adsit bonus intellector piusque -r, ... nulla inter se repugnantia repellet intrantem (*sec. p. 2605, 54sq. ut*: serm. 360B, 12 coll. Dolbeau 1996 p. 255 l. 227). serm. 65, 4 frustra te domus patitur -em, in qua non potes invenire mansorem, *sc. animam e corpore egressam.* PS. AVG. serm. 85, 1 (= PS. FVLG. RVSP. serm. 80) ego sum ianua vitae, non horresco sordidum -em (*sec. Ioh. 10, 9 ut ibid.* hoc amat ianua salvatoris, ut -bus ... abundet opportunis, ⌊importunis⌋ [*cf. l. 68*]).

2 *pulsantur animantes eorumve partes*: **a** *ab infestantibus*: **α** *vi illata*: QVINT. decl. 265 tit. ignominiosi -r in templo (*cf. leg.* si quis in templo iniuriam fecerit). 358 tit. exposito -i amputatae manus (*cf. leg.* qui patrem pulsaverit). 362 tit. invicem -es patrum (*cf. them.* ut alter alterius patrem caederent). 372 tit. ⌊-r educatoris⌋ expositus (⌊ ⌋ *ed. princ.*; -em (e)ducatoris *codd.*). *?de gladiatore cuiusdam generis*: INSCR. Hellenica 7, 1949, 135 (*saec. II/III, e Thracia; sub imagine gladiatoris, qui vicit retiarium*) Ἐπιπτᾶς πουλσάτωρ (Ἐ. *nom. propr. [cf. Fraenkel, RE XVI 1638], sed vix etiam -ρ, etsi conferre possis* INSCR. Année Épigr. 1978 n. 569 [*e Germ. inf.*]. *e coni. parum certa*: IVV. 6, 365^{11} munimenta umeri ⌊-umque⌋ tridentem [⌊ ⌋ *Colin, Mnemosyne 7, 1954, 55*; pulsatamque arma *trad.*). **β** *lite* (*cf. p. 2609, 12*): CASSIOD. var. 1, 18, 2 *tricennio transacto* petitionem iubemus quiescere -is.

b *ab suadentibus, monentibus* (*subesse vid. imago pulsantis ianuam, v. 1b*): AVG. conf. 10, 31, 46 gratias tibi ... deo meo, magistro meo, -i aurium mearum, illustratori cordis mei (*antea*: docuisti me). APON. 8, 22 *anima impia* ⌊importunum⌋ ... sui cordis sustinuit -em *Christum* (⌊ ⌋ *cf. supra l. 51*).

cf. Onom. (*sc. l. 60*).

pulsātus, -ūs *m.* *a* pulsare. [*loco dubio et fort. interpolato* CLAVD. 20, 450 crebro -us perstrepit ictu *sus femina; alii alia coni.*]

i. q. actio pulsandi sim.: **1** *proprie pulsat vena*: CARM. de aegr. Perd. 169 *vena* digitos *medici scrutantis* quatiens pulsa[n]tibus urguet (*corr. Baehrens*). **2** *in imag. pulsat homo, sc. plangendo, paenitentiam*

[Gutiérrez]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

agendo (*cf. p. 2606, 70*): GREG. M. epist. 12, 1 l. 24 dum licet, magno -u (-um *var. l.*) iniquitatum nostrarum maculas deleamus (*cf. e. g. in euang. 34, 15* manu paenitentiae tergamus maculas). *Gutiérrez.*

[pulsim *in lexicis vet. quibusdam perperam pro* expulsim.**]**

pulsio, -ōnis *f.* *a* pellere. *i. q. actio (de)pellendi*: CIL IV 10067[c] (*in cubiculo; obscurum sine contextu*) -o. ARNOB. nat. 4, 4 p. 206, 8 partis unius *pugnantium* in -e formatum est *nomen deae Pelloniae.* HIER. tract. in psalm. I p. 197 l. 66 de vocatione gentium ... et de -e Iudaeorum (expuls- *var. l.; cf. l. 118* repulsione). PRISC. gramm. II 443, 18 appello, *quod attinet* ad -em (*sc. non ad appellationem*). *Wieland.*

***pulso,** -āvī, -ātum, -āre. *a* pellere (pulsum). *scribitur* pol- VET. LAT. Luc. 11, 10 (cod. 32); *litteris gr.* GLOSS. biling. I 15, 58 *πουλσατ.* *de notione*: VLP. *p. 2606, 49.* NON. p. 372, 18 -tum ... 'percussum' (*affert* CIC., VERG. *p. 2606, 51. 55*). 372, 22 -tum 'violatum' (VERG. *p. 2611, 45*). SYNON. Cic. p. 435, 7 multat. quassat. caedit. tundit. battit. -at. verberat. ferit. percutit. GLOSS. -o: *κρούω. ἀράσσω.* -at: *κροτεῖ, αἰτιᾶται, ὠθεῖ.* -vit: *ὤχλησεν. sim. al.; cf. e. g. p. 2606, 15. 2607, 62. 2618, 2.* *legitur inde a* PLAVTO, ENN. *per totam latinitatem, sed deest e. g.* CATVLLO, CAES., SALL. [*imprimis francog.* (*vet.*) pousser, *prov. vet.* polsar, *et in regionibus finitimis, cf. pedem.* pusę, pussar (*Canavese*), pussun (*Val Sesia*); *ceterum hisp.* pujar, *port.* puxar. *abiit e. g. in anglosax.* push, *theod.* pulsen *'pisces excitare aqua turbanda'. cf. M.-L. 6837. Wartburg IX 552. Corominas[2] II 582[b]. Machado[8] IV 465. C. S.*] [*confunditur c.* palpare *p. 2606, 7* (*e coni. dub.* DRAC. satisf. 313); *in falsa var. lect. p. 2618, 6 (cf. p. 2610, 23), falso trad. p. 2604, 40. 63. 74.*]

i. q. frequenter vel vehementer pellere vel intrans. i. q. pulsationem facere (*longe praevalet usus trans.* [*reflexive p. 2606, 44. 69. 2609, 22, c. obi. effecto p. 2608, 21; accedit acc. praedic. p. 2609, 4, acc. relationis p. 2606, 61 et* RVFIN. Orig. princ. 4, 1, 6]; *absolute ponitur l. 50. p. 2606, 45. 2609, 35. 2611, 68. al.; intrans. in struct.* -are ad *l. 58. p. 2610, 58. 2611, 16, de se moventibus p. 2611, 70* [-are pulsibus *p. 2614, 66*], *de sonantibus p. 2608, 24; pro subst. masc. adhibetur part. praes.* -ans *l. 56. p. 2609, 39. 2610, 32, p. p. p.* -tus *p. 2609, 24* [*neutr.* -tum *fortasse p. 2610, 23*]):

β *de reliquiis mortuorum fere combustis* (*cf. p. 2632, 27 sq.; tabe in terram resolutos v. p. 2627, 29; exempla certiora*): HOR. epod. 17, 48 in sepulcris pauperum prudens anus novendialis dissipare -es. carm. 4, 7, 16 ubi decidimus, quo pius Aeneas ..., ⌊-s et umbra sumus⌋ (*item* AVSON. 12, 17 [234 S.], 2. *cf. p. 2627, 52*). PROP. 1, 17, 23 illa meum extremo clamasset -e nomen. 1, 19, 6 ut meus oblito -s amore vacet (*2* extremo ... rogo). 1, 19, 22 ne te contempto, Cynthia, busto abstrahat a nostro -e ... Amor. 2, 13, 35 qui nunc iacet horrida -s *eqs.* (*in epitaphio ficto; cf.* CE 1245, 4 ⟨hic nunc sub⟩ tumulo -s et ossa iacet). OV. fast. 5, 656 *ut* litus ad Inachium -s inanis eam. LACT. mort. pers. 21, 11 lecta ossa et in -em comminuta *martyrum igne consumptorum.* PRVD. perist. 6, 141 claudi ... marmore -em sacrandum (*130* favillae; *134* cinerum). PAVL. NOL. carm. 19, 365 carnis apostolicae sacra pignora -e parvo ([*370* cineres]. epist. 32, 17 vers. 16. *adde l. 11; cf. p. 2629, 15*). 21, 565 tui ... favilla -is. 27, 447 magna ... in exiguo sanctorum -e virtus (epist. 32, 8 vers. 8 parvo -e s. [*4* cinere]. EVSEB. GALLIC. hom. 11, 6). GREG. TVR. glor. mart. 48 exusta ... -a. DIONYS. EXIG. praef. 8, 3 crudelitas ... ossa *sancti* ... igne ... redegit in -em. FACVND. defens. 3, 6, 38 adversus -es arcus extenditis (*verba Cyrilli Alex., ut item* 8, 5, 25 *et sim.* PELAG. I defens. 3 p. 27, 14; *cf. Conc.ˢ I 5 p. 315, 14* cineres, *16* grave est ... insultare defunctis [*sim. IV 1 p. 106, 11 sqq.*]). *al.*

γ *de substantiis ad medendum vel quolibet consilio sim. adhibitis* (*cf. p. 2629, 27*): Ⓘ *varia exempla; -s fit: terendo sim.* (*exempla selecta inde a* CELSO): OV. medic. 90 haec (*sc. tus, gummi, murram*) ubi contrieris, ... cerne; -s ab infuso melle premendus erit. ars 3, 628 *litteram* carbonis -e tange: leges (*cf.* CE 938, 1 [*respic. χρυσογραφία*] -is ⌊aurati⌋ pluvia sit sparsa papyrus [⌊ ⌋ *cf. p. 2626, 44*]). trist. 3, 3, 69 *ossa* cum foliis et amomi -e misce. CELS. 2, 33, 4 -s vel ex faece vini vel *eqs.* 4, 27, 1ᴰ contritae rosae -e. 5, 28, 2ᶠ -s ex contrita testa. COLVM. 12, 20, 6 cum est contusa *rasis,* in -e⟨m⟩ redigitur. PLIN. nat. 26, 114 baccaris radix arida in -em contrita. GELL. 10, 18, 3 ossa cineremque eius *Mausoli* ... contusa ... in faciem -is aquae indidit ebibitque *vidua.* APVL. apol. 8, 2 exotico -e *dentifricii* (*cf.* TERT. paenit. 11, 2 -em dentibus elimandis. HIER. epist. 147, 8, 2). TERT. cult. fem. 1, 2, 1 nigrum -em, quo oculorum exordia producuntur (*respicitur ornanda facies ut*: CYPR. hab. virg. 15 laps. 30 PAVL. NOL. carm. 25, 64). VET. LAT. cant. 3, 6 (Ambr. epist. 8, 54, 4) ab omnibus -bus unguenti (*gr. κονιορτῶν,* VVLG. -is pigmentarii. *allegorice explicatur* GREG. M. in Ezech. 2, 10, 23 virtutes bene operantium ... -es dicuntur). *al.* *comburendo*: PLIN. nat. 32, 24 surculi *corallii* ... in -em igni redacti ... auxiliantur. SER. med. 801 ambustus Tyrio de vellere -s. PALLAD. vet. med. 48 cervi cauda incensa et in -em redacta. CHIRON 980 -em ex ... cornu cervini combusti -e habebis. THEOD. PRISC. log. 27 cancrorum fluminalium -em combustorum. *al.* Ⓘⓘ *in appellatione medicamenti*: PELAGON. 17 potiona -e quadrigario (190. 369 [*Hippiatr. gr. I p. 432, 6 ξηρίον τεθρίππου*]. 390 compositio -is q. [*inde* VEG. mulom. 3, 13, 3]. 464 sq. CHIRON 817. 827. 842 VEG. mulom. 1, 56, 19. 3, 8, 4). 18 -s Pelagoni apopiras (*i. ἀπὸ πείρας. de eodem*: VEG. mulom. 1, 17, 15 efficacissimum -em). 449 -em to diapente. CHIRON 831 -r Terentiani (*cf.* 833 -r Terentianum). MARCELL. med. 31, 7 -es Pancratiani. 36, 54 -is Asiani, id est de lapide Magnesio.

b *cetera exempla* (*selecta inde a* PLIN. nat.): COLVM. 2, 15, 2 ex aviariis -em stercoris per segetem spargere (PALLAD. 10, 1, 3. *cf.* PLIN. nat. 18, 193 [*loco corrupto*] *fimi.* VET. LAT. Sirach 27, 5 si in pertusura cribri remanebit -s [stercus *var. l., gr. 27, 4 κοπρία*]). 11, 3, 9 ne ... venti possint paleas aut -em in eum *hortum* perferre *ex area* (*cf.* VET. LAT. Os. 13, 3 [cod. 176, *sim.* VVLG.] *qui idola colunt,* erunt ... sicut -s, quae a vento in ⌊aëra⌋ ventilatur [⌊ ⌋ *fort. pro* area, *cf.* VVLG. ex area, *gr. χνοῦς ... ἀφ' ἅλωνος. in compar. simili e. g.* TERT. adv. Iud. 1, 3 quod gentes velut ... -s ex area deputentur]. PALLAD. 1, 34, 1. *al.*). 12, 23, 1 *pix dura* in -em resolvitur. PERS. 2, 67 stringere venas ferventis massae, *i. metalli,* crudo de -e. PETRON. 68, 1 *servi* sparserunt ... ex lapide speculari -em tritum. PLIN. nat. 15, 67 *uvis suspensis* optime ⌊siccet frumenti⌋ -s ([*Mayhoff,* sic experimenti *codd.*]. PS. QVINT. decl. 12, 18). 18, 148 *medica herba* arescit surculose ac postremo ⟨in⟩ -em inutilem extenuatur. 33, 88 -s *chrysocollae* ... in catinos digeritur. 33, 122 ne *minium polientes* in respirando pernicialem -em trahant. 33, 159 *sil exustum* resolutum in -em est. 34, 172 *spodium* teritur; quidam -em eum *eqs.* LEX met. Vipasc. I 7 qui in finibus met⟨alli Vipascensis ...⟩ ... -em ... ex scaureis ... expedire ... volet. VET. LAT. deut. 9, 21 (cod. 100) comminui illum *vitulum aureum combustum* minutatim, donec fieret -s (*gr. κονιορτός,* VVLG. in -em redigens [*cf.* exod. 32, 20 contrivit usque ad -em]. *pendet e. g.* HIER. epist. 64, 2, 2 vituli -em). VEG. mil. 4, 35, 2 materies *liburnarum* ... interna vermium labe exesa in -em vertitur. *al.*

2 *in imag. de qualibet re in particulas diducta, ad nihilum redacta*: OV. am. 3, 8, 66 *si* deus ... tam male quaesitas -e mutet opes! SEN. epist. 89, 3 (*fort. proverbialiter*) idem ... vitii habet nimia quod nulla divisio; simile confuso est, quidquid usque in -em sectum est (*cf. 71, 4* in particulas ... diducere). VET. LAT. psalm. 7, 6 (cod. 303 *et* VVLG.) gloriam meam in -em deducat *inimicus* (*gr. χοῦν*). AVG. epist. 120, 7 ut ne -em

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quidem ullum talium phantasmatum ... remanere patiamur. VEREC. in cant. 1, 4 ad -em atque ad nihilum deducentur *bella* (*cf. e. g. Iudith 9, 10* qui conteris bella).

B *quae exstat in natura, sc. de particulis:* *herbarum*: PLIN. nat. 13, 35 *marem palmae* adflatu visuque ipso et -e ... reliquas maritare (*de pollinibus ut ibid.* -e insperso feminis). 25, 53 *hellebori genus* in frangendo -em emittit (DIOSC. 1, 12 p.10, 32 *cinnamomi* ⟨h⟩asta(m) cum fregeris, -e(m) emittit [*gr. 1, 14, 1 χνοῶδες*]). *lapidum vel in lapide inclusis*: PLIN. nat. 37, 119 inest ei *cyano lapidi* aliquando et aureus -s, non qualis sappiris (ISID. orig. 16, 9, 2 sapphirus ... habens -es a. sparsos). *aquae vel nivis* (*in spectaculo miro et in aenigmate*): MART. epigr. 28, 5 vidit in aequoreo ferventes -e currus ... Triton (*sc. de guttulis; cf. Coleman ad l., 2006, 254sqq.*). SYMPH. 11, 1 -s aquae tenuis modico cum pondere lapsus ... occupo terras (*sc. de nivibus*).

appendicula epithetorum notabiliorum (*in appellatione medicamenti v. p. 2632, 39; cf. iuncturas c. praepos.* ab *p. 2628, 10,* de *e. g. p. 2632, 36,* ex *p. 2632, 24. 25. 54. al.*): altus: *v. vol. I 1775, 30sq., ubi addas* OV. met. 4, 106 SEN. Tro. 480 PLIN. paneg. 30, 3. ater: *v. vol. II 1019, 69sq.* aureus: *v. l. 9.* caecus: *v. vol. III 45, 14sq.* canus: STAT. silv. 2, 2, 8 CLAVD. rapt. Pros. 1, 187 CYPR. GALL. Ios. 225. crassus: *v. p. 2628, 21sq. vol. IV 1104, 29sq.* densus: LIV. 10, 41, 6 (*compar. ut*: 21, 46, 4). SIL. 9, 511. exiguus: *v. vol. V 2, 1471, 56sqq.* flavus: *v. p. 2628, 32. 2629, 37.* forensis: *v. p. 2631, 2.* fulvus: *v. p. 2627, 68. 2629, 37.* glomeratus: *v. vol. VI 2, 2060, 73sq.* hibernus: *v. vol. VI 3, 2688, 19sqq.* immundus: *v. vol. VII 1, 501, 48sqq.* ingens: *v. vol. VII 1, 1537, 79sq.* lĕvis: *v. p. 2628, 31. 49. 2629, 43.* lēvis (*non nisi superl.*): MARCELL. med. 26, 94. 95 (*bis*). APIC. 1, 4, 6. *al.* longus: *v. p. 2628, 2. 9.* Martius: *v. p. 2631, 6.* minutus: *v. vol. VIII 1041, 82sq.* mollis (*non nisi superl.*): PS. APVL. herb. 24 l. 6. 49 l. 3 MARCELL. med. 8, 20 PLAC. med. 11, 15 rec. *β. al.* mordax: *v. vol. VIII 1484, 5sq.* niger: *v. p. 2626, 64. 2628, 16. 2632, 30. al.; cf.* nigellus: MART. CAP. 3, 224. niveus: PRVD. perist. 13, 78. Puteolanus: *v. p. 2627, 1. 2628, 59.* ruber: *v. p. 2626, 39.* siccus: *v. p. 2626, 40. 62; addas* COLVM. 8, 4, 4 LVCAN. 9, 342. 523. *al.* sordidus: *v. p. 2628, 47.* subtilis (*non nisi superl.*): MARCELL. med. 8, 126. 212. 35, 32. tenuis: IVV. 7, 48 CARM. de pond. 54. PALLAD. 11, 14, 13 (*superl. ut*: VVLG. exod. 30, 36 PS. APVL. herb. 131 l. 46. *al.*). *al.; cf.* pertenuis *p. 2628, 39.* turpis: OV. trist. 1, 3, 93 PRVD. cath. 7, 160. umidus: *v. p. 2629, 55; cf.* umectus *p. 2628, 69.*

deriv.: pulverarius, pulveraster, pulveraticum, *?*pulveresco, pulvereus, pulvero, pulverulentus, pulvinus, pulvisculus.

compos.: dis-, expulvero.

cf. Onom. *Spoth.*

pulvisculus (-um), -ī *m.* (*neutr. [etiamne fem.* -a*?] v. l. 49*). *a* pulvis *deminutive* (*item* CHAR. gramm. p.119, 21 deminutionis inaequalitas dura est, ut iuvenis iuvenculus, ... pulvis -us [-isc- *trad.*, -ic- *Barwick vix recte, cum respici videatur varietas suffixorum, non derivatio incongrua*]). *scribitur* -vic- *l. 48 (vix etiam l. 45) et in codd. potioribus* SOL. 15, 28, -vusc- *e. g. in var. l.* VIGIL. *infra.* NOT. Tir. 113, 74ª -icula (*in solo cod. Vat. et ed. Gruteri*). *neutr.* -um *exstat l. 67sqq. et fort. l. 48, nisi fem. sing.; cf.* pulvis *etiam f. vel n.* [*it.* polvischio; *cf. M.-L. 6843. C. S.*] [-os *pro* publicos *coni. Schoell loco corrupto* PLAVT. Truc. 557.]

i. q. pulvis subtilis, minutissimus (*vi demin. minus perspicua e. g. l. 57; potius c. contemptu l. 67*): **1** *proprie de parte minutissima terrae*: **a** *in proverbio* (*cf. Otto, Sprichw. n. 1485*): PLAVT. Rud. 845 *adulescens* converret ... me *lenonem* totum cum -o. Truc. 19 *ut meretrix* rem ab eo *milite* averrat (auferat *trad.*) cum -o. **b** *usu communi*: APVL. apol. 16, 7 si ... non modo campo et glebis, verum etiam abaco et -o te dedisses (*cf. p. 2628, 71*). met. 9, 12, 4 -o perspersi dimicant *pugiles.* SOL. 15, 28 *gemmas quasdam* punctillis ... interlucentibus auratilis -us variat (*opp.* nitor purus. *inde* ISID. orig. 16, 9, 7 auratis -is. *cf. Plin. nat. 37, 119* aureus pulvis). ARNOB. nat. 2, 49 p.122, 21 -i flabiles (pulli- *cod.*). CLAVD. MAM. anim. 2, 4 p.114, 10 terrae pars ... minima ... vel minutissimus -us, qui puncto visibili contingi non queat.

2 *transfertur ad partes minutissimas alterius materiae*: APVL. carm. frg. 2, 4 nitelas oris ex Arabicis frugibus, tenuem candificum nobilem -um (*sc. dentifricium; inde* apol. 6, 5). VIGIL. Hier. c. Vigil. 4 l. 25 (*sim.* 5 l. 14) -um nescio quod ... linteamine circumdatum ([*cf. 4 l. 21* pulverem]. *c. contemptu de martyrum reliquiis; inde* HIER. c. Vigil. 8 l. 3 Petri et Pauli ... secundum te vile -um [vilem *var. l., edd. vet.*]). CAEL. AVR. chron. 5, 1, 18 ex eius *corticis salicis* cinere -um facientes (*de eadem re ibid.* cum ... fuerint humectati -i).

pulul- *v.* purul-. **pulum-** *v.* pulm-. **puluo** *v.* polluo.
[pulvōsus *v. p. 2612, 14.*] **pulus** *v.* polus.
pulvus *v.* bulbus; *cf. p. 2626, 22.* **pūm-** *v. etiam* pom-.
*?***pumella** *v. p. 2387, 55sqq.* *De Seta.*

pūmex, -icis *m. (f. v. l. 14) et* pūmica, -ae *f.* [*cognatum voci* spūma, *cuius similitudine lapidi plurimis foraminibus distincto appellatio imposita est*; pūm-ex *et* s-pūm-a *continent idem* *s-poim-, *quod etiam littera* s *carere potuit, cf. theod.* Feim < *poimo-, *gr. στέγος/τέγος.* pōmex *l. 8 tribuendum vid. dialecto non Romanae. idem suffixum exhibet e. g.* silex. *cf. Leumann, Gramm. 1977, 69* (ū/ō < oi̯). *176* (s *mobile*). *375* (-īc-). *Fo.*] *de origine*: ISID. orig. 16, 3, 7 -x vocatur eo, quod spumae densitate concretus fiat. *scribitur hic illic* pom-, *e. g.* GREG. TVR. *p. 2635, 6.* GLOSS., -mis DIOSC. 5, 144 p.233, 6 (*cf.* -mes ANTH. 21, 108 *in cod. Salmas.*); *litt. gr. πουμεξ* GLOSS. biling. II 6, 15. NOT. Tir. 105, 94 sq. -x. -is. *de genere*: CAPER gramm. VII 111, 3 '-x hic' recte (*item genus masc. solum testantur* CHAR. gramm. p.452, 14. *al.*). SERV. Aen. 12, 587 *Vergilius* 'in -e' ... masculino genere posuit, et nunc sequimur; ⌞nam et Plautus (*v. l. 43*) ita dixit⌟; licet Catullus dixerit feminino (⌞ ⌟ *add.* SERV. auct.]. *refertur fere ad l. 68, sed ad l. 72 a Schoell, v. Serv. ed. Thilo-Hagen II, praef. p. VIII; vix agnoscas fem. l. 19. p. 2636, 17*). *forma sermonis vulgaris* pumica (*cf. Svennung, Wortstud. Oribas., 114sq.*) *fort. iam* CET. FAV. *et* PALLAD. *p. 2635, 33sqq., ceterum* DIOSC. 5, 185 p.242, 19 ORIBAS. syn. 3, 85, 1 Aa p.868. PLIN. phys. Sang. p.198 l. 3 -ę (*i.* -a[e]*?* -e [*fem.*] *Önnerfors in indice*). p.265 l. 12 -ae (-e(s) *pro* -is *latere susp. Önnerfors ad l.,* -e(m) *Fischer in plagulis*). GLOSS. -x: *κίσηρις. κισήριον.* lapis natans. *al.; cf. l. 31sqq. p. 2635, 58.* *legitur in versibus inde a* PLAVTO, CATVLLO, VERG., *in prosa orat. inde* a VITR., CELSO, *imprimis apud* PLIN. nat., *rei medicae scriptores et poetas; satis raro plur., sc.* VERG. georg. 4, 44 MANIL. 5, 150 PLIN. nat. 12, 9. *al.* PLIN. epist. 6, 16, 11. *al.* [*a* pomex (*cf. l. 8*): *it.* pomice, *pedem.* pumes, *francog.* ponce (*inde a saec. XIV*), poncif. *cf. M.-L. 6844. Battisti-Alessio IV 3010. Wartburg IX 573. C. S.*] [*confunditur forma* pumica *cum* punicus CET. FAV. 21 PALLAD. 1, 13, 2 (*falso trad. e. g.* VITR. 7, 9, 3 sq. CHIRON 898. 942), pumiceus *p. 2635, 36. ceterum locis corruptis trad.* -x: PRIAP. 32, 7 quae *puella* suco caret usque putris -x (cui ... os putrisque pulmo *Heraeus, aliter alii*). GLOSS. -x: *βαιος* (*'βαΐος* phoenix *i. ramus novellus' Bücheler; cf.* 2. phoenix). GLOSS. II 590, 49 pumilio: -x (*perperam turbatis glossis proximis, cf. ibid.* 165, 5 sq. -x: *κίσηρις.* pumilio: *νᾶνος*).]

I *strictius i. q. κίσηρις* (*quod, cum gr. resp., negleximus*), *sc. lapidis genus leve, vi ignium subterraneorum ortum speciemque exhibens fere spumae concretae* (*ad rem v. e. g. Blümner, RE III 473sq.; iuxta adi.* aridus *l. 44. 68. 71* [*cf.* siccus *l. 54*], cavus *p. 2635, 16. 58. 64* [*cf.* multicavus OV. met. 8, 562], exesus *l. 54. p. 2635, 66. 2636, 3,* fragilis *l. 74. p. 2635, 50,* levis *l. 53. p. 2635, 50,* mollis *p. 2635, 47,* mordax *p. 2635, 11,* tenuis *p. 2635, 9,* vivus *p. 2635, 65. 2636, 6, sim. al.*): **A** *vario respectu* (*saepe in compar.*): **1** -x *pro exemplo est:* *ariditatis* (*fere proverbialiter, v. Otto, Sprichw. n. 1486sq.; cf. l. 37*): PLAVT. Aul. 297 -x non aeque est aridus atque hic est senex *avarus.* Persa 41 tu, *qui a me rogas argentum,* aquam a -e (-ī *coni. metri causa*) ... postulas, qui ipsus ⌞siti are⟨t⟩⌟ (⌞ ⌟ sitiat *var. l.*). PAVL. NOL. epist. 33, 2 humorem de -e conaris exprimere. *lĕvitatis* (*cf. l. 39*): VITR. 2, 3, 4 *later levis quidam* cogitur ab rerum natura, quemadmodum -x, uti ab aqua sustineatur (*cf. p. 2637, 8*). SEN. nat. 2, 26, 5 (*e Posidonio, sc. F 228, T 41a E.-K.*) *rupes* exesae et in levitatem -is versae. **2** *cetera exempla*: VITR. 2, 6, 2 quae spongia sive -x Pompeianus vocatur, excocto ex alio genere lapidis in hanc redacta esse videtur generis qualitatem. AETNA 423 hic *lapis ardens non* ... desinit ante, quam levis excocto defecit robore -x (482 l. et sine pondere -x. PLIN. epist. 6, 16, 16 l. exesorumque -um casus). SEN. Oed. 491 (*miraculum*) -e ex sicco fluxit *vinum.* PLIN. nat. 11, 236 *bovi* primo semper a partu colostrae fiunt ... in -is modum coeunte duritia (*cf.* 33, 86 crassescente limo ... usque in duritiam -is). 18, 110 terra *fertilis Campaniae* ... bibula et -is vice fistulosa. 34, 102 duo eius *generis cadmeae* colores, deterior cinereus, -is melior (DIOSC. 5, 95 p.201, 4). PLIN. epist. 6, 16, 11 iam navibus cinis incidebat ..., iam -es etiam nigrique et ambusti ... lapides. 6, 16, 14 area ... cinere mixtisque -bus oppleta. DIOSC. 5, 144 p.233, 6 quinta ... species *alcyonei* miceto (*i.* myc-) similis est ... et aspera deintus ut pumis (*cf. Plin. nat. infra p. 2637, 12*).

B *respicitur usus -is*: **1** *exempla quaelibet, quae spectant ad lapidem*: **a** *integrum; pumicantur*: **α** *libri sim.*: Ⓘ *proprie:* *librorum frontes* (*sc. ut nitidae fiant nec in fibras se dissolvant, v. Birt, Ant. Buchwesen, 1882, 364sq.; cf. p. 2635, 15*): CATVLL. 1, 2 lepidum novum libellum ⌞arida⌟ modo -e expolitum (⌞ ⌟ *testari vid.* SERV. [*v. l. 14*], *et def. e. g. Renehan, Studies ... W. Clausen, 1998, 224sqq.*; arido *codd. Catulli et testimonia gramm., ut* BASS. gramm. VI 261, 1. *al.; ceterum cf.* MART. 8, 72, 2 *libellus* nondum ... aspero ... morsu -is aridi politus). 22, 8 (*de nitido libello*) derecta plumbo et -e omnia aequata. HOR. epist. 1, 20, 2 ut prostes, *liber,* Sosiorum -e mundus (*perperam explicatur* SCHOL. mensam *bibliopolarum* poetica licentia -em vocat). OV. trist. 1, 1, 11 (*libro suo*) *ne* fragili geminae poliantur -e frontes, hirsutus sparsis ut videare comis (*cf. ipsius*

[Cipriani]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

libri verba: 3, 1, 13 quod neque sum cedro flavus nec -e levis, erubui domino cultior esse meo). LYGD. 1, 10 involvat membrana libellum, ⌞-x et⌟ canas tondeat ... comas (⌞ ⌟ pumicet et *codd. plerique, ut desideretur subi.*; -x cui *Huschke*). MART. 1, 117, 16 rasum -e purpuraque cultum ... Martialem (*in lusu cum β*). *membranae codicis rescribendae*: GREG. TVR. Franc. 5, 44 p. 254, 7 *ut* libri antiquitus scripti planati -e rescriberentur (*sc. novis litteris a Chilperico rege inventis*). Ⓘ *in imag. respicitur poematum stilus politus* (*cf. e. g.* limae labor *Hor. ars 291*): PROP. 3, 1, 8 exactus tenui -e versus eat.

β *cutis, corpus humanum* (*sc. molliendi, depilandi causa* [*aliter sub 2*]): OV. ars 1, 506 tibi nec ferro placeat torquere capillos nec tua mordaci -e crura teras. PLIN. nat. 36, 139 usus eorum *ostracitarum* pro -e ad levandam cutem. 36, 154 ii -es, qui sunt in usu corporum levandorum feminis, iam quidem et viris, atque, ut ait Catullus (*v. p. 2634, 67 sq.*), libris. *virorum mollium, cinaedorum* (*cf. l. 4. 14*): MANIL. 5, 150 *sub hac siderum positione natos* -bus ... cavis horrentia membra polire (*ad rem cf. Firm. math. 8, 7, 1*). MART. 14, 205, 1 sit nobis aetate puer, non -e, levis (IVV. 9, 95 inimicus -e l. [*cf.* SCHOL. cinaedus iratus]). IVV. 8, 16 tenerum attritus Catinensi -e lumbum. AVSON. 13, 100 (131 S.), 4 teris ... -e *Κλαζομενάς, sc. anum vel nates.*

γ *varia*: PLIN. nat. 28, 233 ramenta pellis cervinae delecta -e (*inde* PLIN. med. 3, 24, 7). TERT. pall. 4, 3 vetus ... sanguis in sagittis *Herculis effeminati* ⌞-e spiculi⌟ excludebatur ..., ut post monstra transfixa coronam forsitan suerent (⌞ ⌟ -e speculi *vel* punices peculi *trad.; loco satis obscuro; sanguis detergeri vid. -e, qui adhiberi solet ad spiculum [an speculum?] poliendum*). HIER. adv. Pelag. 1, 3 calamum temperare ad scribendum ⌞et temperatum⌟ -e terere (⌞ ⌟ (et) membrana(m) *var. ll.*).

b *tritum*: PLIN. nat. 33, 65 ut *aes* possit edomitum mixtis -e *et* alumine ... accipere bratteas *auri.* 34, 112 *alii* adulterant marmore trito ... aeruginem, alii -e. 36, 53 Thebaica *harena* polituris accommodatur et quae fit ... e -e. 36, 156 (*sec. Theophr. hist. plant. 9, 17, 3*) tantam ... refrigerandi naturam esse *-i,* ut musta fervere desinant -e addito (*inde* ISID. orig. 16, 3, 7). CET. FAV. 21 *in facienda camera cannicia* manu inducatur impensa ⌞-ae et⌟ trullizetur, ut canna subliget⟨ur⟩ (*non resp. Vitr. 7, 3*; ⌞ ⌟ -ae *vel* pun- *trad.,* pumicea et *Rose coll. l. 36 et edd. rec.; pendet* PALLAD. 1, 13, 2 [-ae *Rodgers, An introd. to Pallad., 1975, 84, gen. materiae intellegens*; pumic(e)a *vel* punica *codd.*]).

2 *in medicina* (*veterinaria l. 40. 49. al.*): CELS. 5, 5, 1 purgant aerugo, auripigmentum ..., -x *eqs.* 5, 12 evocat et educit ladanum, ... -x *eqs.* 5, 18, 18. 26. COLVM. 7, 5, 8 quae *pars scabra ovis* ... aspera testa defricta vel -e redulceratur (*inde* PALLAD. vet. med. 30, 6; *sim. tractatur lichen* PLIN. nat. 26, 21, *impetigo* CHIRON 496). PLIN. nat. 1, 36, 42 de -e; med(icamenta) ex eo IX. 14, 138 aliis *vinum poturis* cicutam praesumentibus, ... aliis -is farinam ([*sc. ne ebrii fiant; cf.* 36, 156]. PLIN. med. 3, 7, 2 [*sec.* PLIN. nat. 30, 108 cum cinere -is]. PLIN. phys. Bamb. 39, 3). 33, 85 *si* tritus -x adiciatur, putria ulcera ... emendat *cinis quidam* (MARCELL. med. 8, 144 -is conbusti t. 27, 46 -em mollem ... teres. 36, 11 -em marinum. PLIN. phys. Bamb. 39, 1 -e conbusto et t. dentifricio utere. *al.*). VEG. mulom. 2, 80, 3 pulvis ex -e cum vino in potu datus. DIOSC. 5, 133 p. 226, 11 -x eligendus est levis et abintus inanis, fragilis *eqs.* (CASS. FEL. 39, 5 -em leviorem ... in vino austero decoques *eqs.*). *al.*

3 *in gromatica*: GROM. p. 348, 24 *monumenta finalia* ab itinere publico separata sunt et saepe -as habent, per quas ... finales lineae diriguntur.

II *laxius et per similitudinem formae vel compaginis* (*comparationes v. sub IA*): **A** *de aliis lapidibus, maxime tofis*: **1** *quibus formantur antra sim. vel cavernae minores*: VERG. georg. 4, 44 *apes sunt* saepe etiam ... repertae -busque cavis exesaeque arboris antro (*cf.* GLOSS. -x: *κατάδυσις μελισσῶν. item de latebris apium*: VERG. Aen. 12, 587 inclusas ... latebroso in -e ... apes. CLAVD. 5, 464 rimosam patriam dilectaque -is antra. CORIPP. Iust. 4, 33. *cf. p. 2636, 47*). 4, 374 in thalami pendentia -e tecta *nymphae* (*inde* EPICED. Drusi 252. AVSON. 18 [357 S.], 80). Aen. 5, 214 cui *columbae nidus est* ... latebroso in -e. PROP. 3, 3, 28 hic erat ... spelunca *Musarum* ... pendebantque cavis tympana -bus. OV. met. 3, 159 -e vivo et levibus tofis (fast. 2, 315 antra ... tofis laqueata et -e v.). fast. 4, 495 specus exesi structura -is asper (SIL. 3, 543 cavis e. -is antris). *al.* PETRON. 120 vers. 74 nigro squalentia -e saxa *Orci*. PLIN. nat. 12, 9 (*e Lic. Muc.*) saxea intus, *sc. in platano cava,* crepidinis corona muscosos conplexa -es. *de saxis, quibus speluncae artificiose struuntur*: PLIN. nat. 36, 154 non praetermittenda est ... -um natura: appellantur ... ita erosa saxa in aedificiis, quae musaea vocant, dependentia ad imaginem specus arte reddendam (*ibid. disting.* -es *ad poliendum sim. adhibiti, v. l. 13*). **2** *qui undis maris quatiuntur, exeduntur*: HOR. carm. 1, 11, 5 quae *hiems* nunc oppositis debilitat -bus mare. PRVD. cath. 7, 129 salsos ... candens spuma tundit -es. SIDON. carm. 11, 28 non compta silex, sed ... asper ab assiduo lympharum verbere -x. **3** *quibus emittuntur fontes*: LVCAN. 4, 300 *non* micuere novi percusso -e fontes (*cf. 263* siccis ... collibus). CALP. ecl. 6, 63 sub exeso raucum mihi *canenti* -e lymphae respondent. PRVD. apoth. 685 (*respic. Siloa, Ioh. 9, 7*) roranti -e ... scatebras. CLAVD. carm. min. 26, 16 (*v. vol. X 1, 1401, 9*). rapt. Pros. 2, 103 vivo de -e fontes. SIDON. carm. 5, 26 *Tiberis* scabri fusus sub -e tofi. epist. 5, 14, 1 scabris ... ructata -bus aqua sulpuris, *sc. Baiis. al.*
4 *qui oriuntur sedimentis fontium calidorum*: PLIN. nat. 31, 20 circa margines ... -em faciunt aquae *fontis calidi.*

B *de variis materiis; respiciuntur: res in lapidem versae*: PLIN. nat. 13, 138 *frutices marini quidam in litus* eiecti in -em transfigurantur (*cf. Theophr. hist. plant. 4, 7, 1 ἀπολιθούμενα*). 13, 139 qui *fungi* sole tacti mutantur in -em (*cf. gr. ibid. 4, 7, 2 ἀπολιθοῦνται*). *quae excrescunt in arbore* (*genus gallae?*): PLIN. nat. 16, 29 *quercus* aliquando et -es gignit (*cf. Theophr. hist. plant. 3, 7, 5 λιθάριον κισσηροειδές*). *quae concrescunt in corpore animalis*: PLIN. nat. 28, 247 de ⌞-e⌟, qui (qu(a)e *trad.*) in vaccarum utero ... invenitur, diximus (*spectat ad 11, 203* nigricans tophus. ⌞ ⌟ punice, -cea *al. var. ll.*). *solum ungulae iumentorum*: VEG. mulom. 3, 1, 2 *iumento sunt a basibus* usque ad -em ungulae ossa minuta *tot.*

deriv.: pumiceus, pumico, pumicosus.

σμήκτης: **pūmicātor** GLOSS. II 434, 44 (*cf. Gloss.* politor: *σ.*). *a* pumicare.

pūmiceus (-cius *l. 25*), -a, -um. *a* pumex (*item* CHAR. gramm. p. 93, 11). GLOSS. V 611, 21 scabra: -cia, aspra (*inde corrigendum vid.* 631, 29 s.: pomicis, a. [*v. Landgraf, Arch. Lat. Lex. 9, 1896, 430*]). [*calabr.* púmiče, *dial. Lucae* piumicio, *nisi sunt deriv. it.; cf. M.-L. 6844. C. S.*] [*variat hic illic c.* puniceus, *v. infra et vol. X 1, 2047, 30 sq.; e coni. dub. supra p. 2635, 35.*]

1 *vi originaria i. q. e pumice constans, pumici similis*: **a** *c. respectu ariditatis: de lacrimarum sede* (*cf. Otto, Sprichw. n. 1486*): PLAVT. Pseud. 75 -os (pun- *var. l.*) oculos habeo: non queo lacrumam exorare ut expuant unam modo. PAVL. NOL. carm. 31, 419 -um cor eget lacrimis (*cf. imag. l. 35*). *de harenis vel saxo*: PAVL. NOL. carm. 21, 688 (*in imag.*) mea ... deserta rigare -umque mei cordis perrumpere saxum (*cf. 690* sicco in pectore). 21, 805 *aquae ductu instaurando restituere* venas, -is alte quae sorbebantur harenis (CASSIOD. var. 4, 50, 5 *mons Vesuvius* vomit ... -as [pun- *fere trad.*] quidem, sed fertiles h. [*postea: h.* adustione siccatae. *cf. etiam p. 2634, 57*]). **b** *c. respectu asperitatis* (*cf.* GLOSS. *l. 25 sq.*): OV. fast. 6, 318 *per Vestalia* focum servat pistor ... et quae -as versat asella molas (*cf. 312* scabras ... molas). HIER. vita Hilar. 5, 4 corpus *Hilarionis* ... -a quadam scabredine contrahi (*cf. gr. 11, 6 σώματος ... δίκην κισσήρεως τραχυνθέντος*). **c** *cetera exempla* (*in describendo tofo sim. praeter* SCRIB. LARG.): SCRIB. LARG. 34 *misy urendum,* donec -um (pun- *ed. princ.*) fiat (*inde* MARCELL. med. 8, 71). SIL. 7, 419 -ae (pun- *trad.*) ... sedes *Nereidum* (*postea*: antro). STAT. Theb. 10, 574 -o (pun- *var. l.*) pastor rapturus ab antro ... erexit apes (silv. 3, 1, 144 [pun- *trad.*]). CLAVD. DON. Aen. 12, 590 p. 620, 15 *Vergilius* (*v. p. 2635, 59*) conparans civitatem -is latebris, quae adiri facillime possunt et cito dissolvi.

2 *vi deflexa i. q. e pumice ortus* (*de fonte, cf. l. 2; an i. q. pumice infectus, ut conferri possit l. 8?*): MART. 4, 57, 2 quae -is fontibus antra *Baiarum* calent.

pūmico, (-āvī), -ātum, -āre. *a* pumex. GLOSS. II 349, 55 *κισηρίζω*: -o. [*fort. francog.* poncer (*inde a saec. XIV*), *nisi potius a francog. vet.* pouce; *cf. Wartburg IX 573. C. S.*]

i. q. tractare, polire pumice (*urina, sc. laxius, l. 60*): **1** *proprie, sc.*: **a** *cutem, dentes: feminarum*: LVCIL. 264 (*si verba recte tribuuntur scorto*) rador, subvellor, desquamor, -or, ornor *eqs.* APVL. apol. 6, 5 spurcissimo ritu ... sua sibi urina 'dentem atque russam ⌞-are⌟ gingivam' ([*affertur Catull. 39, 19, ubi codd. pro* ⌞ ⌟ *exhibent* defricare]. HIER. epist. 54, 5, 3 tincta facie, ... dentibus -tis). *virorum, sc. mollium*: MART. 5, 41, 6 -ta pauperes manu monstras. PLIN. epist. 2, 11, 23 *legatus corruptus magnam pecuniam accepit* nomine unguentarii, qui titulus a vita hominis compti semper et -ti non abhorrebat. HEGES. 4, 25, 2 viri muliebria exercere, ... pascere comam, vultum dealbare, -are genas, vellicare barbulam. SIDON. epist. 1, 7, 9 *reus* detonsus -tusque (*cf. 11* exornatum ... politumque; *disting.* accusatores semipullati atque concreti). 8, 3, 5 *virum* concretum hispidum hirsutum ... inter satrapas ... murrhatos -tos malobathratos venerabili squalore pretiosum. **b** *frontes librorum* (*ad rem cf. p. 2634, 66; addasne p. 2635, 3?*): MART. 1, 66, 10 -ta fronte si quis *liber* est nondum, *i. si liber adhuc novus populoque ignotus est.* ISID. orig. 6, 12, 3 circumcidi libros Siciliae primo increbuit; nam initio -bantur (*affert Catull. 1, 1 sq., v. p. 2634, 67*).

2 *in imag. vel translate*: AMBR. epist. 6, 29, 12 *vir ita* formatus ...,

[Cipriani]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ut ... nullis adsentantium ⌊-etur⌋ sermonibus (*i. blanditiis non corrumpatur*; ⌊ ⌋ pun- *var. l.*). AVG. c. Emer. 11 p. 195, 8 *Donatistarum episcopi* volebant -are faciem suam (*sc. mendacio se excusantes*).

deriv. : pumicator. *compos.* : expumico; repumicatio.

pūmicōsus, -a, -um. *a* pumex. *compar.* -ius *l. 12.* *i. q. pumicis plenus, pumici similis, sc. spongiosus, lĕvis*: VITR. 2, 3, 4 (*inde* PLIN. nat. 35, 171) natare ... eos *lateres* posse ideo videtur, quod terra est, de qua ducuntur, -a; ita, cum est levis, ... non recipit in se ... liquorem ([*seq. p. 2634, 47*]. PLIN. nat. 17, 34 [*respic. Cato agr. 5, 6* t. cariosam] vitia *t.* aridae, fistulosae, scabrae, ... ex⟨e⟩s⟨a⟩e, -ae). SEN. nat. 3, 25, 7 sunt ... multi *lapides* -i et leves, ex quibus quae constant insulae ... natant. PLIN. nat. 32, 86 quartum *genus alcyonei est* -ius, spongeae putri simile ([*cf. p. 2634, 61 et Diosc. gr. 5, 118, 2 κισήρει κατά τι ἐοικός*]. *item iuxta ponitur*: 35, 187 *alumen* -um et foraminum fistulis s. s. *eqs.*). 36, 143 *Phrygius lapis* est ... glaeba -a (*inde* ISID. orig. 16, 4, 9). 37, 143 *acopos gemma est* -a, guttis aureis stellata.

pūmicus *v.* punicus. *Cipriani.*

pūmila, -ae *f. et* **pūmilus,** -ī *m.* [*cognatum vid. voci* pūsus *al., quamquam pauca* (*imprimis* -m-) *nondum explicata sunt. variatio inter* pū- *et* pō- *referenda vid. ad* *pou̯- (*v.* pūmilio); -ul- (*l. 22*) *speciem deminutivi prae se fert,* -il- *novatum vid. sec.* pūmilio (*ubi* -il- *debetur suffixo* -io, *v. André, cit. l. 27*). *Fo.*] *scribitur* pumul- *in cod. ant. l. 27* (*cf. l. 47*), pom- *in var. l. codd. rec. l. 24. 27; sec.* pumilio *exstat in var. l. etiam forma* -lius (*vel* pom-) *l. 31. 33. 34.* [*falso trad.* STAT. silv. 1, 6, 64, *v. p. 2532, 67.*]

i. q. pumilio: **1** *solum ponitur:* *fem.* -a: PLIN. nat. 14, 37 (*inter genera vitium*) hirtiola ... Piceno agro peculiaris est, Amiternino -a (pumula *cod. ant. M ceterique praeter* pom- *E; cf. André, Rev. Ét. Lat. 30, 1952, 134 sq.*). *masc.* -us: STAT. silv. 1, 6, 57 (*in amphitheatro*) hic audax subit ordo -orum, quos natura brevis ... nodosum ... in globum ligavit; edunt vulnera *eqs.* (pumilonum *edd. vet.*). MART. 14, 212 tit. -us (-illus *vel* pomilius *codd.*). SVET. Aug. 83 ludebat cum pueris minutis ...; nam -os atque distortos ... ut ludibria naturae malique ominis abhorrebat (-ilios *dett.*). **2** *iuxta subst. vergit in usum adi.* (*non nisi fem.* -a; *addasne p. 2638, 29?*): MART. 14, 197 tit. mulae -ae (-iliae *vel* paulae *var. ll.; de animalibus cf. p. 2638, 9*). ACT. Arv. a. 240 (ed. Scheid 114) II 11 mensa -a sine ferro ante ipsos *fratres* posita est (*cf.* nanus *de vase l. 52*).

deriv. : pumilius; *cf.* pumilio.

*?***pūmileus** *v.* pumilius.

pūmilio, -ōnis *m. et f.* [*prius traditum est quam* pūmilus (-ulus), *q. v.; tamen inde ortum vid., cf.* mīr-io : mīrus *sim. apud Leumann, Gramm. 1977, 364 sq., Gaide, Les subst. masc. ... en ... (i)ō, 1988, 226 (et passim). e forma dialecti* pōmilio (*v. l. 46*) *colligas dipthongum priscum subesse syllabae primae*: *pou̯-; *propter* i *syllabae secundae prima* pō- *augeri potuit per* i *epentheticum, v. l. 45; sic Wachter, Altlat. Inschr., 1987, 165. 265, Vine, Studies in archaic lat. inscr., 1993, 102. Fo.*] *scribitur* poim- CIL *l. 67* (*non* poum-, *v. e. g. Wachter, l. cit. 163 sqq.*), pom- DON. *l. 50 et hic illic in var. l., e. g.* SEN. epist. 76, 31 POMP. gramm. V 165, 11, -mul- *in var. l.* PLIN. nat. 10, 156; *forma* hum- *sec.* humilis *corrupta (cf. l. 52) trad.* CHAR. gramm. p. 395, 24 (*cf. l. 58 et var. l.* GLOSS. II 374, 57). *genus commune testatur* DON. gramm. mai. 2, 6 p. 622, 6; *vox adhibetur de muliere l. 65.* *gen. plur.* -om CIL *l. 67.* *de notione*: PAVL. FEST. p. 176 nanum Graeci vas aquarium dicunt humilem ..., unde nani -es appellantur (GELL. 16, 7, 10 *Laberius* nanum pro -e dicit. 19, 13, 2 [*loq. Fronto*] an recte supersederim nanos dicere parva nimis statura homines maluerimque eos -es appellare, quoniam hoc scriptum esse in libris veterum memineram *eqs.* GLOSS. -o: *νᾶνος*. graece homo nanus [va- *trad.*]. GLOSS.^{L} Corp. N 38 nanus [nav- *trad.*]: -o, ⌊duerg⌋ [*anglosax.; inde corrigendum* GLOSS. humiliamanus: duerh]). CLEDON. gramm. V 42, 5 sq. -o dicitur brevis staturae *eqs.* (*disting.* parvus *explicatione mutila. cf. l. 75*). GLOSS. -o: pumex (*corruptum*). -es: ⌊pull[i]os⌋ homines (⌊ ⌋ *pro* pusillos? *cf. p. 2733, 35*). *legitur in titulo antiquissimo l. 66, libris veterum l. 55 et apud* LVCR. *al.*

i. q. nanus, sc. animans (*φυτόν p. 2638, 15*) *staturae nimis parvae, sed tamen adultae* (*c. respectu animi p. 2638, 6*): **1** *de hominibus* (*de feminis l. 68. 70, ceterum de maribus vel sine respectu sexus*): **a** *proprie* (*hyperbolice l. 68*): CIL I^2 569 (*in cista Praenestina saec. III a. Chr. iuxta imag. homunculi deformis et obesi*) pater -om (*gen. plur.*). LVCR. 4, 1162 *amanti* nigra melichrus est, ... parvula, -o chariton mia (*opp. 1163* magna atque inmanis). CIL VI 9842 (*aet. imp. Aug.*) ⌊Agalmatio⌋ Statiliaes Tauri f(iliae) Messalinae -o (⌊ ⌋ *nomen mulieris restituit Solin, Analecta Epigr., 1998, 90 et 136,* Agrim- *lapis; cf. Solin, Die griech. Personennamen in Rom, III^2 1259. item c. gen. domini*: PORPH. Hor. sat. 1, 3, 46 ⟨Sisyphus⟩ Marci Antoni triumviri -o fuisse dicitur intra bipedalem staturam, ingenio tamen vivax). CHAR. gramm. p. 395, 24 'exiguum' in corpore infantis, 'pusillum' in corpore -is. **b** *in comparatione*: SEN. epist. 76, 31 cum basi illum, *qui magnus videtur,* sua metiris; non est magnus -o, licet in monte constiterit; colossus magnitudinem suam servabit, etiamsi steterit in puteo. MART. 1, 43, 10 *in mensa positus est* aper ... minimus qualisque necari a non armato -e potest. 14, 213, 2 (*de scuto parvo Thraecis gladiatoris*) haec ... parma tibi, scutum -is erit. **c** *translate et conviciose de iis, qui sapientia et virtute minores sunt*: SIDON. epist. 7, 9, 9 *si monachum quendam virtute eximium* nominavero *episcopum eligendum* ..., aures ilico meas ... -um murmur everberat *eum aspernantium.*

2 *de animalibus* (*cf. p. 2637, 34*): CORN. SEV. carm. frg. Prisc. gramm. II 547, 1 salliti, *i. salsi,* -es afferebantur (*fort. gallinae parvae, cf. l. 12 et Dahlmann, Corn. Sev., 1975, 124 sq.*). PLIN. nat. 10, 156 est et -um genus non sterile in his *gallinis* (11, 260 [*inde* 1, 11, 108 de -bus] -um g. in omnibus animalibus est atque etiam inter volucres [*Arist. part. anim. 686b22 νανῶδες*]).

3 *de arboribus earumque partibus* (*cf. p. 2637, 26*): PLIN. nat. 12, 13 chamaeplatani vocantur *platani* coactae brevitatis ...; hoc quoque ergo in genere -um infelicitas dicta erit; fit autem et serendi genere et recidendi. 17, 176 (*dissuadetur ratio vitis recidendae*) id ... fructu[m] tardum (*sc. facit*), praeterea retorridum et nodosum -um incremento (pumilior(i)um *fere codd.*).

cf. Onom.

[pūmilis *v. l. 28.*]

pūmilius (*?* pūmileus *l. 27*), -a, -um. *a* pumila, pumilus. *scribitur* pom- *l. 26 et in var. l.* FVLG. *compar.* -ior *l. 32.*

i. q. pumilioni similis, sc. humili statura praeditus (*cf.* GLOSS. V 548, 41 pomilius: parva statura [*abl.?*]. *non est quod huc trahas p. 2637, 23*): COLVM. 8, 2, 14 ⌊-eas⌋ aves, nisi quem humilitas earum delectat, ... *non* nimium probo (⌊ ⌋ *S,* pumiles, humiles, pulias *var. ll.; fuitne primitus subst.* -las [*v. p. 2637, 18*], *quod vario modo in formam adi. verterunt scribae?*). *in explicatione inepta falsae lectionis*: FVLG. serm. ant. 17 *Apuleius* inducit sorores Psicae maritis detrahentis; dicit 'quovis puero -iorem ...' (pusilliorem *trad. met. 5, 9, 8*); -ios enim dicunt molles atque enerves (*inde* GLOSS. V 511, 61).

[pūmilo *v. p. 2637, 30.*] **pūmilus** *v.* pumila.

pūmis *v. p. 2634, 9.* **pummum** *v.* pomum. *Spoth.*

pumplio (-ōnis *m.?*) POL. SILV. chron. I p. 543, 27 (*inter nomina volucrum de ave incerta*). *obscurum, fort. corruptum* (*e. g. pro* plumbio *vel* palumbulus, *v. Capponi, Ornithologia lat., 1979, 435 sq.*).

[pumponica *v.* pompholyx.] **pūmul-** *v.* pumil-.

pūmum *v.* pomum. **punacēa** (-ia) *v.* panacea.

[punc PAP. mil. Fink 4 b I 9 *perperam pro* ap(p)unc(tus) (*v.* CHART. lat. ant. IX 360 b I 9).]

pūncta *v.* pungo. **pūnctāriolas** *v. l. 55.*

pūnctārius, -a, -um. *a* pungere (punctum). *i. q. pertinens ad punctum, sc. ad suffragium approbantis, fere i. q. laude honoratus*: CONSTANT. PORPH. caer. aul. Byz. 1, 86 p. 704^{B} *tres tantum referendarii annonas percipiunt; ceteri δίχα ἀννωναρίων εἰσίν, ἀλλ' –ὡς τριβοῦνοι, νοτάριοι, πραιτωριανοὶ –⌊πουνκτάριοι⌋ τὰς ῥόγας λαμβάνουσιν* (⌊ ⌋ *praedicative; ad rem cf. p. 2647, 73*). *cave huc trahas* pontarius, *q. v.* *Bk.*

pūnctātim *adv.* *a* pungere (punctum), *cf.* capitulatim. *i. q. per puncta (v. p. 2647, 11), capitulatim*: CLAVD. MAM. anim. 3, 16 p. 185, 6 (*tit.* recapitulatio) quae sparsim *supra* edissertata ... sunt, collectim strictimque et veluti -m sub mentis oculum redegi.

pūnctātōriolas levis pugnas appellat CATO (*sc.* orat. 102) in ea *oratione,* quam dixit de re Histriae militari FEST. p. 242 (punctariolas *Paul., coniecturas quasdam v. p. 2551, 69*). *si recte trad., subst. c. contemptu fictum de actione* *punctatorum, *sc. leviter pungentium nec graviter vulnerantium, cf. p. 2641, 24. 2644, 17 et Hanssen, Latin diminutives, 1953, 130 sq.*

pūnctillum, -ī *n.* *a* punctum *deminutive, cf.* punctulum. NOT. Tir. 80, 38 -um. *i. q. punctum parvum*: SOL. 15, 28 -is ... interlucentibus *in gemma quadam* (-tulis *var. l. et Isid. p. 2640, 2; cf. Plin. nat. 37, 119* punctis).

pūnctim *v. p. 2649, 48.* *Wieland.*

pūnctio, -ōnis *f.* *a* pungere (punctum). *de notione*: PAVL. FEST. p. 219 (*v. p. 2558, 61*). GLOSS. -o: *νυγμός. νυγμή. κέντησις. legitur inde a* CELSO. [*confunditur in codd. imprimis c.* compunctio, *e. g.* GREG. M. in euang. 15, 1 moral. 35, 7; *falso trad. pro* functio ARNOB. nat. 2, 57 p. 131, 19, perunctio *vol. X 1, 1880, 74 sq.; coni. dub.* -em *pro* unctionem CHIRON 592.]

fere i. q. actio vel effectus pungendi: **1** *notione communi*: **a** *pungitur fere corpus animantium* (*lignum p. 2639, 26*): **α** *dolore acuto interno* (-o et dolor *sim. [hic illic per hendiadyoin] e. g. p. 2639, 1. 3. 5,* cum -bus dolor *p. 2639, 14. al.; accedit gen. epexeget.* doloris *p. 2639, 8 [cf. p. 2639, 47]; disting.* dolor *e. g. p. 2639, 13*; -o *fere i. q. morbus p. 2639, 11. 16*): CELS. 5, 26, 10 *iocineris* vulnerati notae sunt ...

[De Seta]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-es doloresque *intenti.* 5, 28, 11[A] sentiuntur intus aliquae -es (8, 9, 2 [iunct- *trad. ut*: 8, 10, 7[N] adsiduae -es]. SORAN. p. 54, 12 -es [*cf. gr. p. 105, 16 διαδρομὴ νυγματώδης*]. 59, 13 in intestinis -es. 66, 2 -es et dolores [*cf. gr. p. 117, 7 νυγματώδη ... ἀλγήματα*]. *al.; cf. l. 19 et* CELS. 8, 10, 1[B] -is ... sensum). 5, 28, 11[D] *condita suppuratio est,* si ... -es sunt. 6, 18, 2[H] dolores ... is locus et -es habet. 8, 10, 7[I] a prurigine et -bus *cognoscuntur fracturae quaedam.* PLIN. nat. 21, 133 potio ... ⌊laterum -es⌋ tollit (⌊ ⌋ *sim.* 34, 151 *p. 2641, 57*). CHIRON 220 *sudor* -es doloris ... interius *in ventre* praestat ([*inde* VEG. mulom. 1, 43, 1 -es doloresque]. 451 morsus et -īs [*Veg. mulom. 2, 79, 7* compunctiones]. 734). PLAC. med. 5, 6 tit. rec. *α* ad fervores vel -es oculorum (5, 11 tit. rec. *β. infra ibid.* caprinus caseus ... dolores et -es o. sedat. 29, 1 tit. rec. *β*). CAEL. AVR. chron. 1, 4, 91 si ... in parte capitis gravedo vel dolor aut -o aut torpor occurrerit (SORAN. p. 96, 7 et dolores et -es et gravedines. *sim.* 103, 12 cum -bus dolor [*Cael. Aur. gyn. 2, 108* dolor pungens]. *cf.* discurrere CASS. FEL. 51, 1 [*v. app. crit.*], currere SORAN. p. 62, 5). PLIN. phys. Bamb. 9, 9 ad dolore(m) aurium et -em oleum roseum ... infunde. *al.* **β** *ictu externo: de actione medentis*: PLIN. nat. 25, 150 *potio mandragorae* bibitur ... ante sectiones -esque, ne sentiantur. CAEL. AVR. acut. 2, 3, 17 *lethargi* -e aliqua adhortati vel titillis (*cf.* chron. 2, 5, 88 -e pulsati *aegri*). chron. 3, 8, 123 est omne, quod nervosae fuerit qualitatis, -bus inimicum. *ibid.* post effectum -is. 3, 8, 150 *Asclepiades laudat* -em quattuor digitis a talo distantem ..., ut per eandem -em ... corpora releventur. *vario usu*: VET. LAT. psalm. 31, 4 (cod. 136) in -e spinarum (*gr. ἐν τῷ ἐμπαγῆναι ἄκανθαν, cod. 325 al. et Vulg.* dum configitur mihi spina). AMBR. in psalm. 118 serm. 3, 8, 3 compunctione ligni balsamum per cavernam -is erumpit. spir. 2, 5, 39 *Iesus* illa lanceae -e succisus (AVELL. 81, 6). AVG. haer. 26 *in eucharistia sanguinem de corpore infantis* minutis -um vulneribus extorquent. quaest. euang. 2, 47 (*ad Luc. 18, 25*) per 'acum' ... -es significat, per -es dolores in passione susceptos *a Christo* (*sim.* serm. 114B coll. Dolbeau 1996 p. 443 l. 226 [*v. app. crit.*]). ORIBAS. eup. 4, 20, 1 Aa p. 542 cum renascuntur *pili in palpebris,* -es maiores faciunt (*La* pilis ... pungentibus, *gr. νυσσουσῶν*). PRISC. LYD. solut. 9 p. 98, 13 *animalia quaedam* per -em velociter *venenum inserunt* (*opp.* per morsum). *al.*

b *pungitur mens, anima* (*in imag. christ.; in contextu saepe occurrit* spina *sim., e. g. l. 41 sqq. 45 sq.*): AVG. c. Pelag. 4, 4, 7 *peccatum est* aculeus, cuius -e fit mors (*sec. I Cor. 15, 56 ut sim.* serm. 151, 7). in psalm. 74, 9 l. 57 quot habes ibi -es facinorum, tot habe illic compunctiones confessionum (*cf. psalm. 4, 5*). serm. 169, 9 (*Christus ad Saulum*) tu ... vexareris -bus meis, non ego frangerer calcibus tuis (*respic. act. 26, 14*). PS. AVG. serm. 153, 4 -o peccatorum nostrorum ... aridis tribulis *coronae spineae Christi* comparatur (GREG. M. moral. 20, 21 ut peccati -o paenitendo frangatur [*antea*: spina ... est omne p.]. 35, 7 in cilicio ... -o p. ... ostenditur [*seq. l. 48*]. past. 3, 12 l. 149 R. *al. apud eundem*). GREG. M. in euang. 15, 1 *divitiae* spinae sunt, quia cogitationum suarum -bus mentem lacerant. 36, 9 l. 250 viae ... nostrae spinis saeptae sunt, quando in hoc, quod male cupimus, dolorum -es invenimus ([*respic. Os. 2, 6 ut*: moral. 34, 3]. moral. 35, 7 l. 17 potest ... cilicio ipsa ... d. -o designari [*cf. l. 43*]). moral. 17, 23 nec ipsam *mentem electorum* ... esse absque -bus vitiorum ([*respic. Is. 32, 13*]. 33, 10 l. 28 quid ... per spinas nisi v. -es accipimus? [*respic. Is. 34, 13; postea*: operum peccata, quae pungunt]). *al.*

2 *meton. de ipsa re pungente*: AVG. in psalm. 139, 1 dulcem pluviam ad -es convertit *radix rubeti* (-em *var. l.; antea*: in fructum ducit. *de spinis ut*: GREG. M. moral. 20, 21 arbor ... iuniperi pro foliis -es habet). GREG. M. moral. 18, 16 ex hac ... delectatione nascentes ... -es (*in imag. de peccatis; antea*: spinae ... delectationis necant *segetem*).

deriv.: punctiuncula. *De Seta.*

[pūnctistitium *v. p. 2645, 51.*]

pūnctiuncula, -ae *f.* *a* punctio *deminutive.* *i. q. punctio levis*: SEN. dial. 7, 15, 4 si *quis* ad voluptatum dolorumque -as concutitur. epist. 53, 6 pedes dolent, articuli -as sentiunt *incipientis podagrae* (*cf. ibid.* motiuncula).

[pūnctor *m. non est, quod agnoscas p. 2640, 21; cf. l. 68.*]

pūnctōrium, -ī *n.* *a* pungere (punctum). [*sard. centr.* puntordzu; *cf. M.-L. 6846. C. S.*] *est instrumentum, quo terra perforatur*: GARG. MART. pom. 2, 5 *plantam* subacto solo et praecedente -o sicuti olera demergere.

[pūnctrīx *f. falso trad.* IVLIAN. in psalm. 4, 2[a] l. 14 et -x peccatorum *pro* expunctrix p., *quem locum addas vol. V 2, 1813, 31.*]

pūnctulum (*vix* -us), -ī *n.* *a* punctum *deminutive, cf.* punctillum. [*fort. it.* puntolino (*inde a saec. XIV*); *cf. Battisti-Alessio IV 3151. C. S.*]

1 *de actione leviter pungendi*: APVL. met. 5, 12, 2 *Psyche gravida* miratur de brevi ⌊-o⌋ tantum incrementulum locupletis uteri (⌊ ⌋ *primi coitus; vix recte de momento temporis cogitant alii*). 6, 21, 3 Psychen *dormientem* innoxio -o sagittae suae suscitat *Cupido.* **2** *de decore gemmae*: ISID. orig. 16, 9, 7 -is intermicantibus (*e Sol. p. 2638, 60*).

pūnctum *v.* pungo.

pūnctūra, -ae *f.* *a* pungere (punctum). [*it., hisp.* puntura, *francog.* pointure, *prov.* ponchura. *cf. M.-L. 6848. Battisti-Alessio IV 3152. Wartburg IX 596. Corominas[2] IV 694. C. S.*] [*olim edebatur* CELS. 8, 10, 7[N] (*pro* punctiones). FIRM. math. 8, 21, 5 (*pro* punctu). VEG. mil. 2, 5, 2 (*pro* punctis).]

i. q. effectus pungendi, sc.: vulnus pungendo effectum: PS. SORAN. quaest. med. 100 *morbus non specie, sed effectu magnus est* ⟨ut⟩ mala -a, quando in nervis aut musculis -a visu parva inesse videtur, virtute autem magna fit (*gr. Ps. Galen. XIX 390 νύγμα*). ORIBAS. eup. 3, 68 tit. La p. 523 ad vesparum vel apium -as (*gr. πληγάς. postea*: apium ictus). syn. 3 add. La p. 898 *emplastrum* ad luxa et ad fracturas et ad -as acus. 7, 21, 3 La p. 156 stigmata ..., ⌊id est -as nigras⌋, tollit *herba quaedam* (⌊ ⌋ *om. gr. et Aa*). 7, 22, 17 La p. 158 in angustis incisuris ⌊vel -is⌋ (*om. gr. et Aa*). 7, 22, 23 Aa p. 159 *medicamentum utile est* ad punctum nervorum ...; non permittit iung[er]i ora -ae (*gr. τὸ στόμιον τοῦ νύγματος,* La concedit cludere -ae). *dolor tamquam pungendo effectus*: ORIBAS. syn. 7, 29 add. Ab p. 170 solvis *medicamentum impositum* ... die quinta aut tercia, donec -is sentiant (*Aa* punctores). *Wieland.*

1. pūnctus *v.* pungo.

2. pūnctus, -ūs *m.* *a* pungere. *de notione*: CHAR. gramm. p. 456, 46 (*inter subst.* apud Latinos masculina, apud Graecos neutralia) -s: *κέντημα* (EXC. Bob. gramm. I 552, 31 GLOSS.). GLOSS. III 3, 16 *στιγμή*: -s ([*15 θίξει*: tactu]. 461, 55 -u: *στιγμῇ. aliter p. 2645, 15*). V 381, 11 pun(c)tus: broord (*anglosax., sim.* GLOSS.[L] Corp. P 875).

i. q. actio vel effectus pungendi (*cf. formam ambiguam* -um *p. 2644, 18 falsasque var. ll.* -u *e. g. p. 2645, 75,* -us PLIN. nat. 2, 174; *saepius c. gen. obi. vel subi.*): **1** *proprie respicitur actio: laedentis* (*sui relevandi causa l. 35*): SCRIB. LARG. 206 p. 96, 1 -us nervorum, musculorum, qui periculosissimi sunt, quos *νύγματα* Graeci dicunt, ... sanat *emplastrum* (208 ad omnia recentia vulnera, proprie autem ad n., m. -us, contusiones, luxa. 209. *inde* ind. capp. 208 sq.; *cf.* ORIBAS. *l. 17*). PLIN. nat. 8, 201 oculos suffusos capra iunci -u (-o *fere trad.*) sanguine exonerat. 11, 100 sunt hi aculei quibusdam *insectis* hebetes neque ad -um, sed ad suctum, ut muscarum generi. 29, 131 mustelae ... oculis -u erutis aiunt visum reverti. APVL. met. 5, 23, 2 *Psyche* ⌊-u⌋ pollicis extremam aciem *sagittae* periclitabunda ... nisu fortiore pupugit altius (⌊ ⌋ *Floridus*; -o *cod. F [sec.* o *sequentem?], quod def. Oudendorp vix recte de extimo pollicis articulo cogitans*). 7, 18, 4 spinas acerrumas et -u venenato viriosas. FIRM. math. 8, 21, 5 -u teli morietur. 8, 28, 8 ⌊-u spinae morietur⌋ (*om. codd. praeter unum*). VITA Anton. 9 p. 26, 3 sustinebat -us *daemonum* (*gr. 9, 8 κεντούμενος, Euagr. 9 p. 857* confossus). *figentis ad colligendum*: PLIN. nat. 28, 198 *fimum caprinum* acus aereae -u tolli. **2** *translate: de instigatione*: HIER. in Ezech. 18, 1 l. 89 levem -um sensuum et incentiva vitiorum. *de dolore* (*cf. p. 2642, 36*): MISC. Tir. p. 48, 6 *antidotum* est ad omnem dolorem stomaci ..., splenis -us.

punga, -ae *f.* [-a *et gr. πούγγα recepta sunt fort. e germ. paulo priora exhibente testimonia vocis, e. g. got.* puggs, *island.* pungr *masc.; de origine vocis eiusve migratione et de genere parum liquet. Fo.*]

i. q. sacculus sim. vel id, quod eo continetur (*de certa pecuniae quantitate, cf.* follis *vol. VI 1, 1017, 9 sqq. 16 sqq.*): PAP. Tjäder 8, 3, 3 (*a. 564*) *Gratianus accepit* (*e venditione?*) portionem eius siliquas quattuor et -a(m) una(m) tantum.

[pungio *v. p. 2740, 57.*] **[pungiunculus** *v.* pug-.]

pungo, pupugī (punxī), pūnctum, -ere. [*in radice apparet apophonia, sc.* *pug *e. g. in* pu-pŭg-ī, *peuᵍ *in* pūg-io. *sine dubio cognatum est* *peuᵏ *in gr. πεφι-πευκ-ής 'valde acutus' et sim. al., fort. etiam* *peuᵏ/puk *in gr. πεύκ-η, lituan.* puš-ìs, *theod. vet.* fiuh-ta *'pinus,* Fichte', *sed vix* pug-nus (*obstat enim notio*). *nullum verbum praeter* -ere *ortum scimus ex hac radice indogerm., quae primitus in* k *desiisse vid.; cui substitutum esse lat.* g *propter nasalem in praes.* pu-n-g- *obvium nonnulli putant; cf. Leumann, Gramm. 1977, 151. Fo.*] NOT. Tir. 80, 30 sqq. -it. -ugit. -xit. *de formis perf.*: *1) testimonia gramm.: formam communem* pupug- *testantur* VARRO ling. 9, 99. 10, 48 GELL. 6, 9, 1. *al.*; pepug- *defendit* GELL. 6, 9 tit. (*veteribus tribuens*). *ibid.* 10 (*afferens* ATTAM *p. 2641, 28*). 14 (*comparans reduplic. gr.*). 15 (*hanc similesque formas tribuens etiam* CIC. [*cf. l. 73*] *et* CAES. [anal.*?*]); *ceterum memorantur* pupung- CHAR. gramm. p. 318, 23 (*iuxta* pupug-). EXC. Bob. gramm. I 565, 2. *et saepius,* punx- (*cf.* expunxi *al.*) *e. g.* CHAR. gramm. p. 323, 3 (*iuxta* pupug- *ut*: DIOM. gramm. I 372, 12. *al.*). *2) usus auctorum: trad.* pupug- *inde a* NAEV. *p. 2641, 27*; pepug- ATTA com. 2. CIC. S. Rosc. 60 (pup- *var. l.*). VET. LAT. Ioh. 19, 34 (cod. 25). *?* CHIRON 512 (pepuerit *vel* popiverit *codd.*); pupung- *non nisi in var. l.* HIER. epist. 24, 1, 1 AVG. serm. 151, 7 Rev. Bénéd. 113, 2003, 67

[Harbsmeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pūnicānus, -a, -um. *a* 1. punicus. *i. q. more punico factus* (*non nisi de rebus ligneis; cf. p. 2651, 31*): CATO agr. 18, 9 *in aedificando torculario* orbem olearium latum p(edes) IIII -is coagmentis facito. CIC. Mur. 75 *Q. Tubero in epulo memoriae Africani dato indigne* stravit pelliculis haedinis lectulos -os et exposuit vasa Samia (*inde* VAL. MAX. 7, 5, 1. *in eadem re Sen. epist. 95, 72* ligneos lectos. *cf.* PLIN. nat. 33, 144 *tricliniis* argentum addidisse primus traditur Carvilius Pollio ..., non ut operiret aut deliaca specie faceret, sed -a. ISID. orig. 20, 11, 3 -i lecti parvi et humiles primum a Carthagine advecti et inde nominati [*inde* GLOSS. V 614, 48 GLOSS.[L] I Ansil. PU 289]). VARRO rust. 3, 7, 3 peristeron fit ... fenestris -is aut latioribus reticulatis utrimque, ut locus omnis sit inlustris.

cf. Onom.

pūniceus *v.* phoeniceus. **pūnico** *v.* punicans.

pūniculus, -a, -um. *a* 1. punicus *deminutive.* *i. q. punicus*: REG. urb. p. 81, 12 regio VI ... continet malum -um (punicum *var. l.; cf. infra l. 40*).

1. ※**pūnicus** (poen-), -a, -um. [*a gr. φοινικικός, ut vid.; apparet formam, quam exspectes,* *poenīcicus *per haplologiam breviatam esse. ex* poenicus *retrograde* Poenī, *cf. e. g.* Gallicus : Galli. *ita eleganter Leumann, Gramm. 1977, 235. Fo.*] *scribitur* p(o)en- *hic illic in codd. rec., e. g.* VARRO rust. 1, 52, 1. *legitur inde a* PLAVTO *p. 2651, 32,* CATONE, VARRONE.

i. q. ad Carthaginem pertinens (*quae spectant ad homines et partes terrae v. in Onom.*): **I** *de malis* (*ad rem v. Hehn, Kulturpflanzen und Haustiere, [8]1911, 240 sqq., André, Les noms de plantes, 1985, 153; cf. e. g.* COLVM. 12, 42, 1 mala dulcia granata, quae -a vocantur. HIER. epist. 78, 18 mali -i ..., quod alii malum granatum vocant. ISID. orig. 17, 7, 6 malum -um dici, eo quod ex -a regione sit genus eius translatum. *distinguuntur genera l. 36. 47. 54*): **A** *de arbore* (*eius ligno l. 27*): **1** *adi.*: **a** *iunctura* malum -um: CATO agr. 7, 3 m. mustea et -a – eo ... stercus ad radicem addere oportet. 51 ficum, oleam, m. -um ...: haec omnia a capite propagari ... oportet (*sim.* 133, 2). PAVL. FEST. p. 113 inarculum virgula erat ex m. -o incurvata (*inde* SERV. auct. Aen. 4, 137 [-a *edd.*]). CELS. 2, 33, 4 (*inter verbenas*). 4, 24, 1 m. -i ... radiculas. 5, 19, 15 capitulorum -i m. (*al., v. vol. III 351, 4 sq.*). 5, 22, 2[B] floris -i m. (PLIN. nat. 30, 50 ISID. orig. 17, 7, 6). COLVM. 5, 10, 15 m. -um ⌊a vere⌋ usque in Kalendas Aprilis recte seritur (⌊ ⌋ habere *codd.,* vere *loco gemino* arb. 23, 1. *item de serendi tempore*: PALLAD. 4, 10, 1). 11, 3, 17 cum -um m. florebit (*cf.* 11, 3, 42 florente -o m. [*inde* PLIN. nat. 19, 135, *ubi* -a *var. l.*]. PALLAD. 6, 6 VVLG. cant. 7, 12). PLIN. nat. 12, 48 -i m. foliis (*cf. l. 49*). 13, 112 (*inde* 1, 13, 34) *Africa* circa Carthaginem -um m. cognomine sibi vindicat; aliqui granatum appellant; divisit et in genera *eqs.* (*item de genere*: 23, 106 [*inde* 1, 23, 57] -i m. novem genera). 17, 86 quidam -is m. substrato lapide non rumpi pomum ... tradunt (*cf. l. 75 sq.*). 17, 241 m. -um (-am *cod. rec., ed.*) stirpe fructum tulisse (*Theophr. hist. plant. 2, 3, 3 ῥόα*). *al.* *in nomine loci*: SVET. Dom. 1, 1 natus est ... regione urbis sexta ad m. -um (*cf. l. 9*). **b** *iunctura* malus -a (*addere possis formam ambiguam l. 37, coni. l. 27, var. lect. l. 33. 38 et* PS. ORIG. tract. 11, 12): VARRO rust. 1, 41, 3 in fico et malo -a (-o *trad.*) *inserere.* 1, 41, 4 ficus, m. -a et vitis ... ad crescendum prona (*sim. l. 61*). **c** *iunctura* arbor, arbos -a: COLVM. 10, 243 ubi sanguineis se floribus induit arbos -a. PLIN. nat. 13, 118 euonymos non absimilis -ae arbori (*ibid.* figura ... et mollitia -ae). 15, 39 mala ... granata, quae in -is a. novem generum sunt.

2 *subst.*: *neutr.* (*cf. l. 57 et formas ambiguas l. 59* [*bis*]): PLIN. nat. 12, 49 adulteratur *amomus* foliis -i[s]. 15, 100 plurimum ... differunt hederae sabucique acini, et figura etiam -i, angulosi quippe soli. 17, 113 (*respic. opus inserendi*) ⌊-a⌋ ... et ficum ... recrastinare minime utile (⌊ ⌋ -am? *cf. Theophr. caus. plant. I, 6, 8 ῥόα*). 17, 123 ramo seruntur ... -a ..., item myrtus (*nisi est fem. sing.*). 23, 109 rami -orum serpentes fugant (PALLAD. 7, 5, 1). 23, 114 est et silvestre -um a similitudine appellatum. PALLAD. 3, 25, 6 *pirus* inseritur ... -o, sed fisso ligno. 3, 25, 24 surculos ... -i. *al.* *fem.* (*cf. l. 53*): PLIN. nat. 16, 74 non temere in montibus visae sunt prunus, -ae *eqs.* 16, 90 angusta *folia* myrto, ⌊-ae⌋, oleae (⌊ ⌋ -o *trad.; cf. Theophr. hist. plant. 1, 10, 4 ῥόα*). 16, 109 (*cf. gr. ibid. 2, 8, 1 ῥόα*). 16, 241 brevissima vita est -is, fico, malis, et ex his ... brevior ... dulciori in -is (*cf. gr. ibid. 4, 13, 2 ῥοιά ... ῥοῶν*). 17, 95 quae cito occidunt velocia sunt, ut ficus, -a *eqs.* (*cf. l. 43*). 17, 121 quaedam omni genere inseruntur, ... ut -ae.

B *de fructu* (*flore l. 66; memoratur genus* acidum *l. 66. p. 2651, 4. al.,* dulce *l. 67 [bis] et* PLIN. nat. 28, 102. *al., cf. etiam l. 20*): **1** *adi.*: **a** *iunctura* malum -um (*arte factum p. 2651, 7. 11*): CATO agr. 126 (*ad tormina*) m. -a acerba sumito, contundito *eqs.* (*item in remedio*: 127, 1 m. -um, ubi florebit, colligito. CELS. 4, 12, 10 *sucus* acidi -i m. cum pari modo suci, qui ex dulci -o m. est [*item* sucus: 6, 7, 2[A] dulcis m. -i s. *al.* PLIN. nat. 20, 218. *al.*]. *al.* COLVM. 7, 5, 12 tenero -o m. *al.*). VARRO ling. 7, 91 quae *membrana* est, ut in m. -o, discrimen (*sim.* PAVL. FEST. p. 42 ciccum membrana tenuis m. -orum). rust. 1, 59, 3 *servari* m. -a demissis suis surculis in dolio harenae. 3, 16, 24 quod ⟨e⟩ m. -o et asparago cibum carpant *apes.* CLOAT. Macr. Sat. 3, 19, 2 sunt ... genera malorum: ... pannuceum, -um *eqs.* CELS. 6, 7, 2[A] in cortice m. -i ([*vix de arbore*]. PLIN. nat. 29, 136 in c. -i m. [*cf. Diosc. gr. 2, 35 ἐν κελύφει ῥόας*]. *al.* MARCELL. med. 28, 7. *al.; cf.* CHIRON 197 m. -i corium). COLVM. 5, 10, 16 m. -a ne in arbore hient,

[Holmes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

remedio erit, lapides tres si, cum seres arborem, ad radicem ipsam collocaveris (*sim. supra p. 2650, 37*). 9, 13, 5 grana m. -i (SCRIB. LARG. 186. PETRON. 31, 11 Syriaci pruna cum g. -i m. PLIN. nat. 21, 72 MART. 7, 20, 10. *al.*). PLIN. nat. 17, 259 si m. -a acida nascantur. 22, 90 *radix quaedam* decocta in oleo ⟨cum⟩ -i m. calyce (31, 117. *cf. l. 26*). 22, 103 cum germine -i m. (*cf. Diosc. gr. 3, 80, 1 σιδίῳ, unde* tegmine *pars edd., ut* 22, 143. 23, 85). *al.* VET. LAT. II par. 3, 16 (cod. 91) m. -a (centum) *fecit Salomon in templi ornamento* (*gr. ῥοΐσκους, cod. 109* malogranata, *sim. Vulg.*). ARNOB. nat. 5, 12 p. 264, 9 arbor m. ... -i. HIER. epist. 64, 14, 2 in extrema ... parte *vestis sacerdotalis* ... septuaginta duo sunt tintinabula et totidem m. -a (*de eisdem*: VVLG. exod. 28, 33 sq. *al.*). VVLG. cant. 4, 3 sicut fragmen m. -i, ita genae tuae (*cf.* 6, 6 sicut cortex m. -i genae tuae). PS. APVL. herb. interpol. 4 l. 31 m. -i ampullacium appellatum (*cf. Diosc. gr. 4, 68, 1 ῥοᾶς κύτινοι*). *al.* **b** *aliae iuncturae*: OV. fast. 4, 608 *Proserpina* solvit ieiunia granis, -a quae lento cortice poma tegunt. Pont. 4, 15, 8 quot ... -a sub lento cortice grana rubent (MART. 1, 43, 6 non *cenantibus posita sunt* ... imitata brevis -a g. rosas. LACT. Phoen. 126. *cf. etiam l. 2*).

2 *subst. neutr.* (*sc.* malum, *quod e contextu suppletur* CELS. 4, 26, 6): OV. met. 10, 737 flos de sanguine concolor ortus, qualem ... -a ferre solent. COLVM. 12, 46, 2 quidam pediculos -orum, sicuti sunt in arbore, intorquent. PLIN. nat. 14, 103 e -is *vinum factum* rhoiten vocant. 15, 60 -a aqua marina fervente indurari. 15, 112 corio et membrana *teguntur* -a. 17, 120 vidimus ... omni genere pomorum onustam *arborem,* alio ramo nucibus, alio bacis, aliunde ... -is malorumque generibus. 22, 143 cum putamine -i (*cf. Diosc. gr. 2, 107, 3 σὺν σιδίοις*). 23, 86 in calyce -i calfactum (24, 57 [*cf. Diosc. gr. 1, 104 ἐν κελύφει ῥόας*]). 32, 112 cum -i suco. *al.* GARG. MART. med. 41, 1 de -i arbore (*nisi est gen. explicat., ut*: PALLAD. 4, 10, 5 circa a. -i.). 41, 7 cibus ex -o nullus est. 41, 24 fit ex acido -o medicamentum. *al.*

II *de variis rebus, materiis* (*sc. adi.*): **A** *more Poenorum factis* (*cf.* punicanus): PLAVT. Aul. 566 *agnus macer* pellucet quasi lanterna -a. CATO agr. 85 (*inde* tit. *et* capp. 94) pultem -am sic coquito: libram alicae in aquam indito *eqs.* VARRO rust. 1, 52, 1 plostellum (*v. vol. X 1, 2367, 72 sqq.*). VITR. 7, 9, 3 qui ... voluerit expolitionem miniaceam suum colorem retinere, ... ceram -am (pum- *trad.*) ... saeta inducat ([*sim.* PLIN. nat. 33, 122]. 7, 9, 4. PLIN. nat. 21, 83 optima *c.,* quae -a vocatur. 21, 84 -a fit hoc modo: ventilatur sub diu saepius cera fulva, dein *eqs. al.* CHIRON 858. *al.; ad rem v. Büll et Moser, RE Suppl. XIII 1352 sq.*). FEST. p. 229 (*suppl. e* PAVLO) -um quod appellatur genus ⟨libi translatum a Poenis⟩. HYG. mun. castr. 49 fossa ..., cuius species est fastigata vel -a ...; -a dicitur, quae latere exteriore ad perpendiculum dirigitur, contrarium devexum fit. **B** *ex Africa allatis* (*cf. I*): CATO orat. 139 pavimentis (*v. vol. X 1, 817, 43*). COLVM. 2, 10, 20 cicer ... generis, quod -um *vocatur* (9, 1, 8 [*opp.* vernaculum]). 8, 16, 8 pelagios *pisces* ..., ut ... -as ... et indigenas umbras. 9, 7, 4 *alvearia* luto -o frondibus inlimatis adumbrari (11, 3, 54 fossula, quae repleatur lapidibus et calce vel -o l.). 11, 3, 20 ulpicum, quod quidam alium -um vocant. MART. 4, 10, 5 comitetur -a librum spongea (*nisi respicitur color*).

deriv.: punicanus, puniculus. *cf. Onom.*

2. pūnicus (poen-), -a, -um. [*forma poetice variata pro* pūniceus (< phoeniceus, *q. v.*), *quod ad gr. φοινίκεος pertinere propter varias mutationes non iam apparuit. similiter variantur* caerul-us/-eus, īlign-us/-eus (*v. Leumann, Gramm. 1977, 286. 287*). *ita per homonymian cum* 1. pūnicus *confundebatur. Fo.*] *scribitur* poen- *in codd. rec.* VAL. MAX. 2, 4, 6.

i. q. coloris punicei (*fort. adi. gentis, ita ut* 1. punicus, *intellexerunt antiqui, cf. vol. X 1, 2048, 2 et lusum notionis* HOR. carm. 3, 6, 34 sanguine Punico): HOR. epod. 9, 27 victus hostis -o lugubre mutavit sagum (*cf.* VAL. MAX. 5, 1 ext. 6 Hannibal M. Marcellum *peremptum* ... -o ... sagulo ... donatum ... rogo imposuit). PROP. 3, 3, 32 columbae tingunt gorgoneo -a rostra lacu (OV. am. 2, 6, 22 *psittacus* tincta gerens rubro -a r. croco). VAL. MAX. 2, 4, 6 translatum (*i. pompam ludorum*) ... -is indutum tunicis (2, 6, 2 *Lacedaemonii* ad dissimulandum ... volnerum suorum cruorem -is in proelio t. utebantur). ANTH. 646, 37 rutili coma -a floris. AVSON. 13, 105 (94 S.), 1 zona. 27, 1 (392 S.), 14 anates ... crure rubras -o.

deriv.: punicans. *Holmes.*

pūnio, -īvī (-iī), -ītum, -īre *et* **pūnior,** -ītus sum, -īrī (*v. p. 2656, 56 sqq.*). [*a* poena (*de* poe-/pū- *v. Leumann, Gramm. 1977, 65 sq.*), *quamquam a* poena *exspectes formam in* -āre (*cf.* cūra : cūrāre). *nonnulli igitur* -īre *coniungunt cum adv. prisco, a* poena *derivato* impūne (< im-poene); *cf. Mignot, Les verbes dénom. latins, 1969, 62, qui ad adv.* im-pūne *accessisse putat adi.* im-pūnītus (*cf.* lēnītus -a -um = lēnis -e, *sim. al.*), *unde formatione retrograda q. d. ortum sit* pūnītus *et postremo* pūnīre. *aliter vero Leumann, l. cit. 556. non liquet. Fo.*] *derivatur a* poena *p. 2652, 2 sq., vice versa* VARRO ling. 5, 177 poena a poeniendo (*sim.* ISID. orig. 5, 27, 1). *de scriptura* (*cf.* SERV. Aen. 10, 24 '-o' pro 'poenio', quod verbum a poena venit [*sim.* PRISC. gramm. II 40, 7 *-oe-* transit in u longam, ut ... poena, -o]): poen- CIL *l. 7 et codd. vet.* CIC. rep. 3, 15 FRONTO p. 195, 16, *ceterum recc. imprimis* CIC., GELL., APVL. (*ubi et* pen-) *et e. g. l. 11,* pun- INSCR. christ. Diehl 3859 (*saec. VI/VII*) *et codd. vet.* CIC. rep. 2, 41. DIG. *passim (F), ceterum recc. passim.* NOT. Tir. 66, 52 sq. -it. -tus. *fut. pass.* poenibitu⟨r⟩ CIL VI 18758 (*saec. I/II*). *de notione*: SYNON. Cic. p. 419, 18 damnatus. iudicatus. ... supplicio adflictus *eqs.* p. 449, 24 ulciscisci. ... vindicare. poenas exigere. -ire. ... multare. GLOSS. -it: *τιμωρεῖται, κολάζει.* -itur: percutitur, plectitur. -atur: occidatur. GLOSS.^{L} III Abol. PO 25 ⌞poenita⌟: vindicta (-cata *ed. dubitanter*; ⌞ ⌟ poena *Goetz*). *sim. al. legitur in prosa oratione fort. apud* CATONEM *p. 2653, 62, certe inde a* MET. NVM. *p. 2653, 7,* RHET. Her. *p. 2653, 14,* CIC. (*28ies*), TIRONE *l. 30,* VARRONE *p. 2651, 75,* LIV. (*septies*), *frequentatur in decl. et ab iuris consultis; in versibus raro, sc. apud* PVBLIL., LVCR., PROP., OV., PHAEDR., SEN. *trag.,* PERS., SIL., STAT. *al.* [*fort. it.* punire, *francog., cat., hisp., port.* punir, *nisi voces sero occurrentes tribuas potius sermoni docto iuris. cf. Battisti-Alessio IV 3149. Wartburg IX 600. Corominas*^{2} *IV 471. C. S.*]

i. q. poena afficere (*gr. respondet κολάζειν, nisi aliud indicavimus*): **I** *structura sollemni* (*sc. fere cum obi. delicti vel delinquentis [absolute e. g. l. 24. p. 2653, 50. 2655, 62. 2656, 10], quae una cum aliis struct. distinximus in appendice*): **A** *strictius -it, qui exigit satisfactionem iniuriae, damni sim.*: **1** *exempla (selecta) generalia de poenarum ratione*: **a** *apud varios auctores* (*saepe absolute, e. g. l. 27 sqq.*): CIC. Caecin. 6 omnia iudicia aut distrahendarum controversiarum aut -endorum maleficiorum causa reperta sunt. off. 1, 34 est ... ulciscendi et -endi modus (*cf.* SEN. clem. 2, 4, 3 illos ... crudeles vocabo, qui -endi causam habent, modum non habent). 1, 89 prohibenda ... est ira -endo (*cf. ibid.* quae *leges* ad -endum non iracundia, sed aequitate ducuntur. SEN. dial. 3, 15, 3 nil minus quam irasci -entem decet. *al.*). TIRO Gell. 6, 3, 42 *stultum* est non ire obviam sceleribus cogitatis, sed manere ..., ut ... tum denique, ubi ... infecta fieri non possunt, -antur (*sim. respicitur consilium noxium*: SEN. contr. exc. 4, 7, 2 scelera ..., quamvis citra exitum subsederint, -untur. contr. 7, 2, 9 quomodo, quod crimen obici non potest, -iri potest? GELL. 6, 3, 54 quod *Cato* delictorum non perpetratorum voluntates non censuerit -endas. APVL. flor. 20, 8 ad poenam sufficit meditari -enda. *al.; cf. l. 69*). PVBLIL. sent. M 70 monere non -ire stultitiam decet. SEN. contr. 1, 1, 13 an, quisquis patrem non alu⟨er⟩it, -atur. 10, 5, 15 id tantum -itur, quod non licet. SEN. clem. 1, 14, 3 prope est, ut inique -at, qui nimis. 1, 22, 1 in quibus *iniuriis* vindicandis haec tria lex secuta est ...: aut ut eum, quem -it, emendet, aut ⟨ut⟩ poena eius ceteros meliores reddat, aut ut sublatis malis securiores ceteri vivant (*cf.* dial. 3, 19, 7 ut Plato ait [*leg. 934*^{A}], nemo prudens -it, quia peccatum est, sed ne peccetur. GELL. 7, 14, 6 Plato ... duas ... esse -endi causas dicit: ... propter corrigendum, ... propter exempli metum [*cf. Gorg. 525*^{B}]. AVG. civ. 19, 16 p. 383, 28 -ire peccatum, ut ... ipse, qui plectitur, corrigatur experimento. *al.*). PLIN. nat. 29, 18 nulla ... lex *est,* quae -at inscitiam capitalem. QVINT. decl. 366, 5 non omnes lex -it, sed conscios, sed participes sceleris ...; neque ... innocentes ulla lex -it. TAC. ann. 3, 69, 1 a legibus delicta -iri, *non mores.* APVL. met. 7, 27, 8 *eos,* qui morituris auxilium salutare denegarint ..., solere -iri. TERT. spect. 19, 2 bonum est, cum -untur nocentes. ACT. Achat. 3, 2 ius publicum -it scortatorem, adulterum, furem, corruptorem sexus virilis, maleficum et homicidam. PS. AVG. serm. ed. Mai 171, 2 l. 77 S. aliter in foro humanis legibus, aliter divinis in ecclesia iudicatur: ibi qui fuerit de crimine confessus, -itur; hic etiam de multis criminibus confessus absolvitur. *al.* **b** *apud iuris consultos vel in legibus*: VENVL. dig. 48, 2, 12, 4 omnibus ... legibus servi rei fiunt excepta lege Iulia de vi privata, quia ea lege damnati ... publicatione -untur, quae poena in servum non cadit. SATVRN. dig. 48, 19, 16 pr. aut facta -untur ... aut dicta ... aut scripta ... aut consilia. CALL. dig. 48, 19, 28, 16 maiores nostri in omni supplicio severius servos quam liberos, famosos quam integrae famae homines -erunt (*item variat punitio sec. statum sim. personae e. g.* VLP. dig. 47, 9, 12, 1 qui ... incendium fecerint, si humiliore loco sint, bestiis obici solent; si in aliquo gradu id fecerint, capite -untur. PAVL. sent. 5, 21, 2 honestiores deportantur, humiliores capite -untur. EDICT. Theodor. 91. *cf. p. 2658, 47*). PAVL. dig. 23, 2, 68 si ... *incestum* palam fecerit, levius, si ... clam ..., gravius -itur; cuius diversitatis illa ratio est *eqs.* 49, 14, 45 pr. aeque ... in omnibus fraus -itur. sent. 5, 23, 3 consilium ... uniuscuiusque, non factum -endum est (*sim. -itur consilium e. g.* COD. Theod. 9, 14, 3 pr. eadem ... severitate voluntatem sceleris qua effectum -iri. 9, 26, 1). MARCIAN. dig. 48, 17, 1 pr. rescriptum est, ne quis absens -atur. COD. Theod. 9, 3, 1 pr. reo exhibito ... statim debet quaestio fieri, ut noxius -atur, innocens absolvatur. INTERPR. cod. Theod. 9, 40, 13 si princeps ... commotus quemquam occidi praeceperit, ... triginta diebus, qui -iri iussus est, reservetur, donec pietas dominorum iustitiae amica sub-

[Clementi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

veniat. LEX Burg. Rom. 24 si criminosi convicti fuerint, ipsi -antur, ne crimen illorum filios aut uxorem ... poterit inplicare. *al.*

2 *exempla cetera*: **a** *-unt homines* (*eorum leges e. g. l. 13. p. 2654, 4, cf. p. 2652, 47 sqq.*): **α** *auctoritate legitima* (*sc. quae lege, foedere, imperio sim. constituta est*): Ⓘ *sec. legem rei publicae* (*fere Romanorum, sed externorum e. g. l. 18. 22*) *-untur delicta eorumve auctores*: Ⓐ *generatim* (*exempla selecta inde a* CIC.): MET. NVM. or. frg. Gell. 7, 11, 3 si in eo tempore huiusmodi homunculum, *i. tribunum plebis improbum,* nomines, in quo -ire non possis *eqs.* (*item -untur magistratus sim., qui potestate abutuntur*: LIV. 3, 55, 14 [*plebis scitum*] qui plebem sine tribunis reliquisset ..., tergo ac capite -retur. VELL. 2, 92, 2 *cum consul* protraxisset publicanorum fraudes, -isset avaritiam *eqs.* HIST. AVG. Aurelian. 39, 5. INST. Iust. 4, 18, 9 ⌊lex Iulia peculatus⌋ eos -it, qui pecuniam ... furati fuerint [⌊ ⌋ *sic iungendum, v. vol. X 1, 922, 54*]. *al.*). RHET. Her. 4, 10, 15 qui perduellionibus venditat patriam ...; ⌊-ite⌋ ... istum ([⌊ ⌋ paenitet *trad.*]. *item -untur proditores, coniurati*: CIC. Catil. 4, 11 quae potest esse in tanti sceleris immanitate -endā crudelitas? LIV. 34, 27, 6 ipsorum *Lacedaemoniorum* referre ... prohiberi potius, ne quid moliri possint *contra tyrannum,* quam -iri molientes. SIL. 12, 304 -itur patriam meditati linquere terram ... culpa Metelli. QVINT. decl. 323 leg. qui hosti opem tulerit, capite -atur. *al.*). CIC. inv. 1, 18 (*exemplum iudicationis*) potuit ... sine tuo, *i. Orestis,* scelere illius *Clytaemestrae* factum -iri (*-itur homicidium ut*: VAL. MAX. 8, 1 amb. 2 neque liberare *feminam* duabus caedibus contaminatam neque -ire ... iusto dolore impulsam sustinebat *iudex.* QVINT. inst. 3, 6, 74 -endus es, hominem occidisti. TERT. adv. Marc. 5, 10, 13 venefico absoluto calix erit -endus? MARCIAN. dig. 48, 8, 1, 2 qui hominem occiderit, -itur non habita differentia, cuius condicionis hominem interemit. *al.*). SEN. contr. exc. 6, 5 leg. qui vim iudicio fecerit, capite -atur. contr. 7, 1 them. *pater* alterum ex adulescentibus domi parricidi damnavit; tradidit fratri -endum (*item -untur facinora domestica e. g.*: 9, 4, 9 an non, quisquis patrem ceciderit, -atur. VAL. MAX. 4, 1 ext. 1 propter iram iusto gravius -ire *vilicum.* SEN. Phaedr. 1194 vana -isti pater, iuvenisque *Hippolytus* castus ... iacet. PETRON. 103, 2 QVINT. decl. 279, 18. 286, 1 an omnia, quae adversus voluntatem patrum admissa sunt, debeant abdicatione -iri. TAC. ann. 11, 25, 5 flagitia uxoris ... -ire). 7, 8, 2 (*loq. raptor*) gravius -or nunc, cum me peccasse pudet (*sim. -itur stuprum, adulterium*: PHAEDR. app. 8, 14 -ite *eos,* turpi thalamos qui violant stupro. QVINT. decl. 280, 8 *noluit lex,* ut semper raptor -retur. TAC. ann. 4, 42, 3 Aquiliam adulterii delatam ... exilio -vit. PAVL. dig. 47, 11, 1, 2 perfecto flagitio -itur capite *stuprator,* inperfecto in insulam deportatur. MARCIAN. dig. 48, 6, 3, 4. *al.*). QVINT. inst. 4, 2, 69 ingenuum stupravit et stupratus se suspendit; non tamen ... stuprator capite ut causa mortis -etur (7, 4, 42 decl. 270 leg. 289 leg.). TAC. Germ. 12, 1 scelera ostendi ..., dum -untur, flagitia abscondi *oportet.* IAVOL. dig. 4, 8, 39 pr. contumaciam litigatoris arbiter -ire poterit (*item -itur in iure civili*: PAPIN. dig. 29, 5, 21, 1 dolus ... heredis -tus est. VLP. dig. 2, 3, 1, 2 si procurator tuus ... ius dicenti non obtemperavit, ipse -itur, non dominus vel pupillus. *al.*). *al.*

Ⓑ *speciatim punitio fit*: ① *in re militari, castrensi*: LIV. 28, 25, 8 Scipionem ... ad seditionum procellas rudem ... *timentem,* ne ... -endo modum excederet. VAL. MAX. 2, 7, 10 ut *dux* praeteritae culpam pugnae insequentis certaminis ... periculo -ret. 9, 3, 4. QVINT. decl. 317 leg. qui provocatus ab hoste non pugnaverit, capite -atur. *al.* FRONTIN. strat. 1, 9, 1. 4, 1, 41 *ne* propter illum *Manlium filium* disciplina corrumperetur ..., obtinuit, ut ipsum -iri paterentur *milites.* IVV. 16, 13 iudex datur haec -ire volenti calceus, *i. centurio.* TAC. ann. 11, 18, 3 militem, quia vallum non accinctus, atque alium, quia pugione tantum accinctus foderet, morte -tos. *al.* SVET. Iul. 68, 3. *al.* CALP. decl. 15 desertor capite -atur (27 MEN. dig. 49, 16, 5, 3. *al.*). PAVL. dig. 49, 16, 10 pr. qui excubias palatii deseruerit, capite -itur. MOD. dig. 49, 16, 3, 13 miles, qui in bello arma amisit ..., capite -itur. VIR. ill. 38, 3 apud Poenos dux male re gesta -batur. ② *in re sacra, religione tuenda contra sacrilegia sim.*: FEST. p. 241 (*e Catone? v. p. 1482, 49*) probrum virginis Vestalis ut capite -retur (SEN. contr. exc. 6, 8, 2 [*1* virgo V. scripsit hunc versum 'felices nuptae *eqs.*'] multum interest, obiurges an -as). SEN. benef. 7, 7, 3 *sacrilegus* -itur, quia tamquam deo fecit *iniuriam.* PETRON. 16, 4 *Quartilla* nec accusat errorem vestrum, *i. caerimoniam Priapi violatam,* nec -it. MIN. FEL. 28, 8 quorum *animalium* aliquem deum si quis occiderit *apud Aegyptios,* ... capite -itur. COD. Theod. 16, 7, 3 (*a. 383*) eorum ... flagitia -antur, qui christianae religionis ... dignitate neglecta iudaicis semet polluere contagiis. AVG. civ. 18, 13 p. 273, 10 *qui mendacia de Iove* dicere ausi sunt, severius -ire debuerunt. INTERPR. cod. Theod. 9, 16, 7 quicumque nocturna sacrificia daemonum celebraverit ..., capite -atur. *al.* ③ *in observando cultu rei publicae inimico* (*sc. Iud. vel Christ.; ad B1 vergit e. g. p. 2654, 5. 10*): PLIN. epist. 10, 96, 1 nescio, quid et quatenus ... -iri soleat *in Christianis.* 10, 96, 2 nomen ipsum ... an flagitia cohaerentia nomini -antur. 10, 96, 3 pertinaciam ... et inflexibilem obstinationem debere -iri. TRAIAN. Plin. epist. 10, 97, 2 (*inde* TERT. apol. 2, 7 sq.) si deferantur et arguantur, -endi sunt. TERT. nat. 1, 3, 3 nomen inimicum sub praesumptione criminum -atur. 1, 6, 4 Christianum -unt leges. patient. 13, 8 patientia ... adversus omnem subvertendae fidei vel -endae paratura⟨m⟩. *al.* MIN. FEL. 10, 2 nisi illud, quod colunt ..., aut -endum est aut pudendum. VET. LAT. I Macc. 1, 57 (rec. B) quicumque observabant legem dei contra edictum regis, -bantur (*gr. ἐθανάτου, rec. L* interficiebant, *V* trucidabant). II Macc. 7, 7 (rec. V, *sim. al.*) *tortores* interrogabant, si manducaret *carnem porcinam,* priusquam toto corpore per membra singula -retur (*gr. τιμωρηθῆναι, rec. X* amputata). act. 22, 5 (cod. 50, *sim.* VVLG.; *loq. Paulus*) pergebam adducere ... vinctos *Christianos* in Hierusalem, uti -rentur (*gr. τιμωρηθῶσιν. inde* ARATOR act. 2, 928 Christicolas -ire greges et ... hanc prohibere fidem). CYPR. Demetr. 12, 4 innoxios, iustos, deo caros ... bestiis, gladio, ignibus -is. testim. 3, 37 tit. fidelem non oportere ob alia delicta nisi ob nomen solum -iri (*affertur I Petr. 4, 15 sq.*). COMM. apol. 828 qui *Nero* Petrum et Paulum ... -vit. CASSIOD. hist. 6, 5, 1 priores persecutores nihil profuisse ..., quod -erint Christianos (*gr. Sozom. 5, 4, 6 τιμωριῶν*). *al.*

Ⓘ *sec. legem dei, ecclesiae* (*cf. p. 2652, 54*): VET. LAT. num. 35, 17 (cod. 100, *sim.* VVLG.) morte -atur homicida (*gr. θανάτῳ θανατούσθω*). IV Esdr. 7, 21 (*17* disposuisti in lege tua [*sc. psalm. 36, 28 sq.*]) mandavit dominus *iniustis,* ... quid observantes non -rentur. TERT. adv. Marc. 1, 29, 4 morte -entis *dei* ... in masculos et in pecudes libidinum insaniam (*respic. lev. 20, 10 sqq.*). 3, 6, 10 *ut* ipsum hominem, *i. Christum,* ... iudaismi ... destructorem ... suo iure -erint *Iudaei* (*subest lev. 24, 16 ut*: AVG. civ. 19, 23 p. 393, 25 tamquam illis iuste iudicantibus merito sit ille -tus). CYPR. epist. 73, 19, 2 qui *Christus* maledicentes parentibus ... -iri et interfici mandat (*respic. Matth. 15, 4*). unit. eccl. 17 *schismaticus,* qui contra ordinationem dei nititur ..., divina animadversione -itur. CONC. Carth. a. 345/348 p. 10 l. 219 rebaptizationis impietatem esse -endam. OPTAT. 1, 21, 3 haec ... iussio divina prohibuit: '...'; videamus ..., quid oportuerit -iri. LVCIF. moriend. 15 l. 20 nobis (*sc. episcopo*) ... datam divinitus potestatem *ligandi vel solvendi peccata,* ut te ... Constantium sacrilegum -amus. HIER. epist. 55, 5, 1 legat libros Moysi (*sc. deut. 22, 23 sqq.*) et inveniet desponsatam viro, si in civitate fuerit oppressa et non clamaverit, -iri quasi adulteram. CONC. Rei. a. 439 p. 65 l. 41 quorum *laicorum* conspirationes ... animadversione ecclesiastica -endae *sunt.* PRAEDEST. 1, 14 l. 6 *episcopus* aeterna damnatione -vit *haereticum.* 1, 20 l. 11. *al.*

β *qualibet auctoritate*: Ⓘ *semet ipsos et sua vitia* (*sc. fere ex mala conscientia, sed inviti l. 46*): Ⓐ *generatim*: CIC. Tusc. 3, 65 ille Terentianus 'ipse se -ens', id est *ἑαυτὸν τιμωροῦμενος* (p(o)enitens *var. l.*). VAL. MAX. 6, 1, 11 *Laetorius Mergus stupri conscius* se ipse ante iudicii tempus ... ⟨morte -vit⟩ (*suppl. e* PARIDE, *v. app. crit.*). SEN. Herc. O. 911 (*loq. Deianira*) placet scelus *meum* -ire. FLOR. epit. 4, 12, 17 *Thraces rebellantes* feritatem suam ipsi -bant, *sc. clade accepta.* TERT. ieiun. 3, 3 homicidam gulam ... suppliciis inediae -endam. 5, 4. AMM. 21, 6, 2 conscientiae ipsius sententia -etur *miles seditiosus,* quam latere non poterit (*sim.* AMBR. paenit. 2, 11, 103 ita gravis culpa *Adae* est conscientiae, ut sine iudice ipsa se -at). AVG. civ. 1, 17 p. 29, 5 a sua nece se abstinere debet, qui, tali supplicio quod in se -at, non habet. 1, 18 p. 30, 31. 1, 19 p. 32, 24 *Lucretia adulterium* in se -ens. DRAC. laud. dei 3, 46 iudicio -ta suo mens ... avara dat poenas animi. PASS. Petr. Paul. long. 19 Iudaeos ... se suosque posteros crudeli condempnatione *Christi* -isse (*gr. ἐτιμωρήσαντο*). *al.* Ⓑ *speciatim spectat ad paenitentiam Christianorum*: AVG. in psalm. 44, 18 converte te ad -enda peccata tua. 58, serm. 1, 13 quem paenitet, -it seipsum. *ibid.* hoc in te -is, quod displicet deo. serm. 19, 2 -itur ... peccatum ... ab homine paenitente. EVSEB. GALLIC. hom. 45, 1 redimuntur crimina voluptatum; per durae crucis exercitia ... carnis gaudia -untur. GREG. M. in Ezech. 1, 9, 35 mala, quae nos egisse meminimus, fletibus -amus. moral. 4, 71 prave acta ... amarissimis ... lamentis -it *mens.* *al.*

Ⓘ *alios eorumve delicta, vitia sim.; -unt*: Ⓐ *victores, pugnantes sim.* (*quaedam ad B vergunt, e. g. p. 2655, 3 sq.*): CIC. off. 1, 82 *in evertendis urbibus* id ... est viri magni ... -ire sontes, multitudinem conservare. VITR. 1, 1, 6 *hostium* superbia meritis contumeliis -ta *ab Atheniensibus.* VAL. MAX. 3, 8, 1 l. 29 quia ... maiorem *laudem Fulvii Flacci* -tā Capuā *propter defectionem* quam captā reperias. SIL. 5, 418 iuvit -ire feroci victorem exemplo, monstratum reddere letum. TAC. ann. 12, 32, 1 non ausis aciem hostibus vel, si ex occulto carpere agmen temptarent, -to dolo. 14, 24, 3. SVET. Galba 12, 1 quod civitates ..., quae cunctantius sibi accesserant, gravioribus tributis, ... murorum destructione -isset. FLOR. epit. 3, 19, 8 reliquias latronum compedibus, catenis crucibusque -vit *dux.* TERT. apol. 37, 6 potuimus et ... tantummodo discordes ... adversus vos dimicasse; ... tot ... civium amissio ... ipsa destitutione -isset *dominationem*

[Clementi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vestram. VET. LAT. II Macc. 12, 23 (rec. V) *Iudas* instabat -ens profanos (*gr. συγχεντῶν,* compungens *recc. L, X,* stimulans *B, M,* obtruncans *P*). PORPH. Hor. ars 319 quomodo captus sit aut -tus (*Regulus ut*: VIR. ill. 40, 4 vigiliis ac dolore -tus est [peremptus *Wölfflin praeter necess.; cf. p. 2653, 60*]). CLAVD. 20, 219 sic hostes -ire solent. *al.* Ⓑ *quilibet*: OV. met. 9, 779 (*de filia, quam pater nasci noluit*) quod videt haec lucem, quod non ego -or, ... consilium ... tuum est, *dea.* SEN. contr. 1, 8, 5 luxuria, avaritia, desidia ... aut castigantur aut -untur. VAL. MAX. 8, 1 absol. 1 immaturum virginis *Horatiae* amorem severe magis quam impie -tum *a fratre.* SEN. Thy. 31 (*28 sq.* rabies parentum ... eat in nepotes) dum ... -itur scelus, crescat. 1112. benef. 3, 6, 2 hoc frequentissimum crimen, *i. animus ingratus,* nusquam -itur (*opp.* homicidii, veneficii ... poena). dial. 2, 12, 3 quare, si non accepit iniuriam sapiens ..., -it eos, qui fecerunt? *al.* PETRON. 91, 2 (*Giton Ascylto*) eripe me latroni *Eumolpo* ... et ... paenitentiam iudicis tui -i (*cf. 80, 6* commisi ... iudici *Gitoni* litem *rivalium*). PLIN. nat. 37, 29 Nero amissarum rerum nuntio accepto duos calices crystallinos ... fregit ...; haec fuit ultio saeculum suum -entis, ne quis alius iis biberet. STAT. Theb. 6, 167 mihi *matri* nec -ire potestas sic meritam *Hypsipylen* (*cuius neglegentia mortuus est filiolus*). QVINT. inst. 1, 3, 15 ut pueri ..., cur *recta* non fecerint, -antur. PLIN. epist. 8, 22, 1 omnium libidinum servi ... gravissime -unt, quos maxime imitantur. APVL. met. 5, 10, 9 (*loq. sorores Psyches*) ad superbiam -endam ... redeamus. flor. 15, 25 loquaciores ... in quinquennium velut exilio vocis -bantur *discipuli philosophi cuiusdam.* *al.* *-itur deus vel diabolus*: TERT. adv. Marc. 2, 10, 6 *ut* diabolus amarius -retur ab eo *homine,* quem eliserat ante, devictus. AVSON. 19 (325 S.), 67 ut, quo quaeque *mulier* perit, studeat -ire dolore (*sc. Cupidinem; sed* dolorem *fere trad., ut locus trahi possit ad p. 2656, 54*).

b *-unt numina* (*diabolus l. 59; cf. p. 2654, 20*): **α** *apud paganos*: CIC. Mil. 85 ad eum *Clodium* -endum oculos aperuisti, *Iuppiter* (*antea*: caesis ... sanctissimis lucis). PROP. 2, 16, 53 *Iuppiter* periuras ... solet -ire puellas. LIV. 3, 67, 5 nemo deorum nec hominum sit, qui vestra -at peccata *in rem publicam commissa.* 29, 18, 12. PHAEDR. 4, 11, 19 scelera non irā deum ... -iri. SEN. Thy. 1111 (*Thyestes Atrei*) his *deis* -endum vota te tradunt mea. epist. 95, 50 aliquando specie boni -unt *dei.* PERS. 3, 35 magne pater divum, saevos -ire tyrannos ... velis. STAT. Theb. 11, 572 *Minois* urna, qua reges -ire datur (*item -itur post mortem*: APVL. Socr. 15 p. 153 *anima malefici* incerta vagatione ceu quodam exilio -itur. TERT. anim. 33, 7 servitiis -endi in asinos ... recorporabuntur. CLAVD. DON. Aen. 6, 280 p. 546, 19 *mala gaudia* apud inferos -untur. *al.*). *al.* IVV. 13, 101 *dei* curant ... cunctos -ire nocentes. APVL. met. 5, 24, 5 (*Amor ad Psychen*) *sorores tuae* dabunt ... mihi poenas, te ... tantum fuga mea -vero. flor. 3, 7. FIRM. math. 1, 7, 35 ubi ... sunt, qui peccata nostra humana ac divina credunt posse lege -iri? AVG. civ. 3, 2 p. 99, 21 deos periuria -isse Troiana. *al.*

β *apud Christianos*: Ⓘ *-untur homines eorumve peccata sim.*: Ⓐ *in hac vita* (*addidimus quaedam generaliter dicta*): TERT. adv. Marc. 4, 41, 1 *Iudas* ab eo -endus, in quem scelus traditionis admisit. adv. Prax. 16, 2 *deus* orbem totum aquarum violentia, *sc. diluvio,* -ens. scorp. 5, 3 a quo *deo* et prohibetur et -itur idololatria. *al.* MIN. FEL. 11, 6 (*loq. paganus*) qui *deus iudex iniquus* sortem in hominibus -at, non voluntatem. 36, 2 in nobis *Christianis* non genitura plectitur, sed ingenii natura -itur. CYPR. epist. 55, 22, 2 censuram pariter et clementiam dei ... -entis, ut corrigat. OPTAT. 7, 1, 10 nec *deum* vindicasse confractas tabulas ...; nec -tus *est Moyses.* FILASTR. 101, 4 ut illorum *malorum* iniquitas etiam in hoc saeculo ex parte -atur (AVG. epist. 153, 4 *deus* perpauca in h. s. -ens ... et multa servans ultimo examini). AMBR. paenit. 2, 7, 53 *dominus* expectat vocem tuam, non ut -at, sed ut ignoscat. VVLG. gen. 4, 15 omnis, qui occiderit Cain, septuplum -etur. RVFIN. Adamant. 1, 16 neque diabolus ... malos -it, ... neque bonus *deus* peccantem -ire creditur. AVG. civ. 16, 11 p. 142, 10 gentes linguarum diversitate -tae. 20, 26 p. 476, 17 cum ... *deus* revocaturus est in memoriam, unde convincat -atque conscientiam. in psalm. 44, 29 ibi, *sc. in anima, conscientia,* -it Christus, ibi coronat Christus. SVLP. SEV. chron. 1, 20, 4 populus eo, quem desiderabat, cibo -tus est (*cf. num. 11, 33*). 2, 30, 8 ob illatas Christo impias manus fuisse -tos *Iudaeos* (*respic. destructio templi a. 70*). *al.* Ⓑ *post mortem vel die iudicii*: TERT. anim. 7, 1 apud inferos anima ... et -itur in flamma et cruciatur in lingua. adv. Marc. 5, 16, 2 *deus* veniens ad -endum. *al.* VET. LAT. II Macc. 6, 14 (rec. V, *sim.* L, B, P) ut eas *alias nationes,* cum iudicii dies venerit, in plenitudine peccatorum -at. apoc. 14, 10 (Cypr. Fort. 3, *sim. al.*) si quis adorat bestiam ..., -etur igne et sulphure (*gr. βασανισθήσεται, Vulg.* cruciabitur). CYPR. laps. 20 si fides *erga deum,* quae vicerit, coronatur, necesse est ... perfidia -atur. sent. episc. 39 cum in die iudicii peccata sint, quae -untur *eqs.* (AVG. in psalm. 20, 9. *al.* SALV. gub. 5, 10 qualiter pro hoc ... errore in d. i. -endi sint *ii, qui bono animo errant. cf. l. 68*). AVG. civ. 9, 5 p. 375, 33 *utrum* angeli ... sine ira -ant, quos accipiunt aeterna dei lege -endos. 21, 11 p. 513, 24 si temporale peccatum supplicio -itur aeterno. QVODV. symb. 2, 11, 2 *resurgent* mali, ut perpetuo igne -antur. ISID. nat. 47, 4 cuius *gehennae* ignis perpetua incendia spirabunt ad -endos peccatores. *al.*

Ⓘ *-untur daemones, diabolus sim.* (*mors l. 13*): VET. LAT. Matth. 8, 29 (cod. 1; *loq. daemones*) venisti ante tempus -ire nos (*gr. βασανίσαι, cod. 4. al. et Vulg.* torquere, *cod. 30* perdere). II Petr. 2, 4 (Aug. civ. 15, 23, *sim. al.*) *deus* carceribus ... tradidit in iudicio -endos *angelos peccantes* reservari (*gr. aliter, Vulg.* cruciatos). TERT. adv. Marc. 4, 7, 13 *daemon* saevi dei filium agnoverat Iesum, non ... perdere et -ire nescientis (*respic. Luc. 4, 33*). RVFIN. Orig. princ. 2, 5, 2 qui *deus* -it terrenos et diabolum. AVG. civ. 8, 23 p. 357, 24 tempus iudicii, quo aeterna damnatione -endi sunt *mali spiritus.* PETR. CHRYS. serm. 108, 4 vivit hostia, *i. Christus,* mors -itur. *al.*

c *-unt res* (*cf. p. 2653, 3. 2654, 48 sq.*): LVCR. 6, 1240 quicumque suos *aegros* fugitabant ..., ⌊-bat⌋ ... turpi morte ... incuria (⌊ ⌋ poenibus at *fere trad.*). SEN. contr. 7, 1, 24 mersam, non tamen ex toto perditam ratem, quae vel -ire fratrem posset vel absolvere (*item -it instrumentum punitionis*: IVV. 6, 492 *domina ad servam* 'altior hic quare cincinnus?' taurea -it ... facinus ... capilli. DRAC. laud. dei 3, 586 diluvium tantos -isse reatus. PS. BOETH. fid. cath. l. 135 M. quam *contumaciam* ... diluvii unda -verat). PLIN. nat. 36, 110 incendia -unt luxum. AVG. epist. 153, 17 sicut ... est aliquando misericordia -ens, ita et crudelitas parcens. PETR. CHRYS. serm. 38, 2 crudelitas bonitate prosternitur, inpatientiam patientia -it (*sublucet color tollendi e medio, cf. l. 42*). *al.*

d *-unt animalia, sc. apes*: PLIN. nat. 11, 25 inertiam notant, castigant, ... -unt morte. 11, 27 *fucos* tardantes sine clementia -unt.

B *laxius, sc. respectu iniuriae vindicandae evanescente, vergit in vim*: **1** *cruciandi, torquendi* (*exempla potiora; cf. p. 2653, 73*): TERT. apol. 12, 5 ignibus urimur; hoc et illi *dei* a prima ... massa, *sc. qua finguntur eorum simulacra* ...; qui -untur, consecrantur. CYPR. Fort. 11 p. 340, 20 cum sex -tis et occisis superesset unus ex fratribus *eqs.* (*respiciuntur Maccabaei ut*: PASS. Macc. 10, 20 utinam sic, *ut iussisti linguam exsecari,* singulas corporis partes -endo sanctifices. CHRYSOST. hom. I 871[A] *mater Maccabaeorum* gravius in suppliciis filiorum -batur, quam si ipsa pateretur. I 872[B]). ANTH. 217, 20 (*in imag.*) langueo, deficio, marcesco, -or, uror *amore.* EVAGR. vita Anton. 42 p. 905 infelicem -unt animam *diabolus eiusque satellites.* PRVD. perist. 10, 694 oculi parentis -entur acrius, *cum videbunt filium cruciatum.* 10, 1095 (*1086* has ferre poenas cogitur gentilitas, *sc. in cultu Cybeles*) *vos* exulceratis innocentum corpora ...; at si cruente -amur, vincimus. CASSIOD. hist. 5, 31, 3 plurimi ... nolentes ... ei *episcopo* communicare -ti sunt (*gr. Socrat. 2, 38, 6 ἠνάγκαζοντο*). **2** *perimendi, perdendi* (*laboribus, operibus iniunctis* IREN.; *cf. l. 24. p. 2654, 17*): IREN. 4, 27, 4 l. 189 *Aegyptii* iniuste -bant Israel (*cf. exod. 1, 10 sq.*). RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 14, 29 (*respic. Matth. 21, 38*) si Iudaei, tamquam qui heredem ⌊-erint⌋, ... pertulere maiora *eqs.* (*Migne gr. 78, 1257[A] ἀποκτείναντες.* ⌊ ⌋ peremerint *corr. ed. praeter necess. ut*: p. 14, 40. 24, 35 eo quod vivos ... -ant, mortuos vero effodiant. 49, 36 -emur et ... ab illorum vesania consumemur *eqs.* [*gr. I 1, 5 p. 133, 7 ἀπολούμεθα*]). p. 210, 22 impii Iudaei archidiaconum ... -verunt.

II *structura peculiari*: **A** *pro obi. est res laesa (dolor laesi l. 54), quae afficitur compensatione, vindicatur*: CIC. har. resp. 16 quam *domum meam* ... a magistratibus defendendam, a iudicibus -endam putarit *senatus.* de orat. 1, 220 quid esset iracundia, fervorne mentis an cupiditas -endi doloris (*addasne p. 2655, 27?*). rep. 3, 15 quod *Alexander* vellet Graeciae fana *a Persis destructa* -ire.

B *depon.* **-or** (*fort. mediopass., si iuxta obi. sceleris vel noxii respici putes simul ipsum laesum se satisfactione afficientem* [*cf. A*]): **1** *testimonia gramm.*: QVINT. inst. 9, 3, 6 'inimicum -tus es' (*sec. l. 69*); ... quia in natura verborum est ..., quae facimus, patiendi modo saepe dicere. NON. p. 471, 24 -itur aliquem, pro -it (*affert* CIC. *l. 72 sq.*). CHAR. gramm. p. 467, 16 (*inter verba depon.*). SERV. Aen. 1, 194 *verba quaedam,* cum utramque recipiant declinationem ..., activae tamen sunt significationis, ut -o, -or. CONSENT. gramm. V 369, 14 verba incertae significationis vel ambigui generis inter neutralia et deponentia, ut ... -o. *sim. al.* **2** *exempla auctorum* (*accedit acc. obi. praeter l. 68*): CIC. inv. 2, 66 vindicationem *appellant,* ... per quam peccata -imur (-imus *cod. unus*). 2, 80 quod *peccatum sororis* sponte sua reus *Horatius* -tus sit. 2, 83 (*verba defendentis*) levius ... se -tum *esse,* quam sit illius *laedentis* ⌊promeritum⌋ (*v. p. 1848, 47*). Mil. 33 *P. Clodium mihi* inimicissimum multo crudelius ... -tus es, quam *eqs.* Phil. 8, 7 cum Mario et Carbone *contendebat* Sulla, ... ut clarissimorum hominum crudelissimam -retur necem (-ret *var. l.*). Tusc. 1, 107 cum multi inimicos etiam mortuos -antur. off. 1, 88 qui ⌊-itur⌋ aliquem aut verbis castigat (⌊ ⌋ *sec. Non.,* -iet *fere trad.*). GELL. 20, 1, 7 quae *lex* iudicem *pecunia corruptum* ... capite -itur. APVL. met. 8, 13, 5 (*loq. Charite*) -ta sum funestum mearum nuptiarum praedonem.

[Clementi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

appendix structurarum: **1** *accedunt additamenta*: **a** *indicatur is, qui poenam patitur*: **α** *per acc. obi.* (*nom. in struct. pass.; exempla potiora selecta*): Ⓘ *solum positum*: RHET. Her. 4, 10, 15 istum (*et saepius per pron.; saepe pron. demonstr. intellegendum est ex enunt. relat., e. g. p. 2653, 10. 20*). CIC. inv. 2, 80 reus (GELL. 9, 15, 7 EVTR. 7, 19, 2. *al.*). SEN. contr. 7, 1, 19 nocentem (SEN. dial. 4, 30, 1 IVV. 13, 101 TERT. nat. 1, 10, 46 spect. 19, 2. *al.; cf. l. 15. 20*). SEN. dial. 4, 13, 3 mali (TERT. resurr. 14, 5 spect. 19, 3. RVFIN. *p. 2655, 59. al.*). 4, 30, 1 innocentem (QVINT. decl. 335, 1 hominem i. 366, 5 *p. 2652, 49.* MACER dig. 48, 11, 7, 3. *al.*). COLVM. 1, 8, 10 delinquentes. QVINT. inst. 7, 8, 2 venefica. CALP. decl. 15 desertor (*v. p. 2653, 57sq.*). TERT. adv. Marc. 5, 7, 13 peccatorem (AVG. in psalm. 5, 10 OROS. hist. 1, 6, 6 ISID. nat. 47, 4. *al.*). CYPR. Demetr. 12, 4 innoxios ([*v. p. 2654, 14*]. *al.*). *al.* Ⓘⓘ *auctum per struct. comparationis* (*per praedicat. l. 21*): QVINT. inst. 4, 2, 69 *stuprator* ut causa mortis (TERT. apol. 2, 8 ut nocentes. TRYPH. dig. 49, 15, 12, 17 ut transfuga. AMM. 28, 6, 22 Iovinum ... ut auctorem *criminis.* AVG. c. Faust. 22, 20 ut impium. *al.*). 7, 4, 42 *stuprator* tamquam causa mortis (GAIVS dig. 47, 7, 2 t. latrones. PARIS 6, 3, 1[b] Cassius t. regni adfectator). 7, 8, 2 an ... -iri debeat *mulier,* ac si virum veneno necasset. GELL. 12, 7, 7 neque absolutum mulieris veneficium est ..., neque nocens ... -ta ..., quae digna venia fuit (*item c. praedicat.*: TERT. *p. 2654, 26.* AMM. 29, 2, 19 ne ... ultrix necessitudinum -retur [*ad rem v. l. 20*]. AVG. in psalm. 84, 16 te malum. *al.; hucine p. 2653, 19?*). VLP. dig. 29, 5, 1, 27 hi -antur, quasi sub eodem tecto fuerunt (MARCIAN. dig. 48, 5, 9 pr. q. adulter [HIER. *p. 2654, 36*]. COLL. Mos. 4, 10, 1 non q. homicida). *al.*

β *per praepos.* in: *c. abl.* (*iuxta acc. criminis praeter l. 29*): PLIN. epist. 2, 11, 9 crimen ... in utroque -iri. TERT. pudic. 1, 14 *disciplinam* in feminis ... -ire. MIN. FEL. *p. 2655, 50sq.* AVG. *p. 2654, 51sq.* in psalm. 50, 9. COD. Theod. 9, 1, 15 *ut* in iudice -as, si innoxios verberavit, in officio, si *eqs.* (INTERPR. iudices ... -endi ..., si). *al.* *c. acc.* (*non nisi pass. impers.*): PAVL. sent. 1, 13[A], 3 in eum, qui album raserit ..., -itur. CASSIAN. conl. 18, 7, 2 in Annaniam ... -tum est.

γ *per dat. commodi* (*sc. per perseverationem*): ERACL. serm. 1, 2 l. 61 ignoscas mihi, quia erravi; -as mihi, quod erravi.

b *indicatur id, propter quod -itur*: **α** *per subst.*: Ⓘ *acc. obi.* (*nom. in struct. pass.; exempla potiora selecta*): CIC. inv. 1, 18 factum (TERT. apol. 4, 11. SATVRN. *p. 2652, 59.* CLAVD. 17, 229. *al.*). 2, 66 peccata (LIV. 3, 67, 5 GELL. 7, 14, 1 FIRM. math. 1, 7, 35 AVG. in psalm. 44, 18. *al.*). Mil. 18 facinus (VAL. MAX. 8, 6, 2 IVV. 6, 492). SEN. contr. exc. 4, 7, 2 scelera (PHAEDR. 4, 11, 19 SEN. Thy. 31. *al.* QVINT. decl. 331, 5. *al.; cf. iam* TIRO *p. 2652, 31*). VAL. MAX. 2, 7, 10 culpam (SIL. 12, 304 PAVL. dig. 9, 2, 30, 3. *al.*). SEN. benef. 3, 6, 2 crimen (IVV. 6, 492 PLIN. epist. 2, 11, 9 paneg. 42, 4 TERT. nat. 1, 6, 2. *al.*). QVINT. decl. 279, 7 delicta (TAC. ann. 3, 69, 1 PS. APVL. Ascl. 28. *al.*). TAC. ann. 6, 2, 1 flagitia (*al., v. p. 2653, 35. 68. 75*). 12, 32, 1 -to dolo (NERAT. dig. 44, 4, 11, 1 AFRIC. dig. 47, 2, 62, 5 PAPIN. dig. 29, 5, 21, 1. *al.*). IAVOL. dig. 4, 8, 39 pr. contumaciam (MARCELL. dig. 12, 3, 8 PAPIN. dig. 26, 7, 38, 2. *al.*). *al.* *auctum per struct. comparationis*: VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 virtutes quasi ... delicta -ire. TAC. ann. 6, 38, 1 incerta ... pro gravissimis (TRYPH. dig. 4, 4, 37, 1). PLIN. paneg. 42, 4 crimina *ficta* ... tamquam delata. Ⓘⓘ *abl. causae*: SIL. 5, 418 feroci ... exemplo (*v. p. 2654, 69*). PAPIN. dig. 48, 16, 11 calumnia. TERT. nat. 1, 4, 1 nomine (*cf. l. 64. 71*). Ⓘⓘⓘ *gen. criminis* (*vix addas p. 2653, 13*): VLP. dig. 38, 2, 14, 6 calumniae. ITIN. Alex. 41, 92 a diis posse -iri abiurationis, qui sibi ad eos faveant honore iactantiae (*si recte trad., v. ed. Tabacco p. 211sqq.*).

β *per enunt. secund.*: SEN. contr. 9, 4, 9 ne -atur infans, si pulsaverit patrem (contr. exc. 5, 8 QVINT. inst. 7, 6, 6. *et passim, v. e. g. p. 2653, 46. 2654, 2. 36. 2655, 70*). SEN. benef. 7, 7, 3 quia ... fecit *iniuriam* (dial. 3, 19, 7 PAPIN. dig. 48, 5, 39, 8 FVLG. RVSP. ad Monim. 1, 20, 1). COLVM. 11, 1, 25 cum peccaverit (SATVRN. dig. 48, 19, 16, 2 VLP. dig. 48, 5, 30 pr. *al.*). QVINT. inst. 1, 3, 15 cur *recta* non fecerint (*cf. vol. IV 1451, 32*). decl. 272, 1 an haec *femina* -enda, quod enuntiaverit *consilia publica* (TAC. ann. 3, 37, 1 SVET. Tib. 61, 1 Otho 1, 2 APVL. met. 7, 27, 8. *al.; cf.* hoc nomine, q.: PAVL. dig. 6, 1, 69; propter hoc, q.: MARCIAN. dig. 48, 16, 1, 13 COD. Iust. 6, 58, 14, 5). *al.*

γ *per praepos.*: SEN. contr. 10, 2, 8 in ea re ... -iri, in qua publice honoratur (*item c. abl.*: TRAIAN. Plin. epist. 10, 78, 3 in re praesenti. PAVL. dig. 28, 6, 43, 3 satis ... -tus est *heres* in eo, in quo fecit contra leges). SEN. clem. 1, 20, 1 a duabus causis -ire ..., si aut ... aut. TAC. ann. 4, 44, 3 ob adulterium (SVET. Tib. 60 PAPIN. dig. 48, 10, 13, 1. CYPR. *p. 2654, 16.* HIL. in psalm. 2, 17. *al.*). TERT. apol. 4, 11 *leges* de solo nomine, *i. Christianorum,* -unt facta. MIN. FEL. 9, 4 pro facinore (MARCIAN. dig. 49, 14, 22, 2 pro ... invidioso commento. AVG. civ. 21, 24 p. 533, 25 pro peccatis. SALV. *p. 2655, 74.* FVLG. RVSP. ad Monim. 1, 20, 1 pro dilectione mundi. *al.*). VLP. dig. 21, 1, 23, 2 propter quod ... -endus sit (PAVL. dig. 47, 11, 1 pr. p. voluntatem. SCHOL. Cic. Bob. p. 99, 10 p. ... audaciam. OROS. hist. 6, 22, 11 p. peccata. *cf. p. 2657, 64*). PAVL. dig. 48, 16, 6, 4 calumniae causa. MARCIAN. dig. 37, 14, 4 ex alia causa (MACER dig. 38, 12, 1 ex militari delicto, non ex communi. COD. Iust. 9, 9, 9 [*a. 224*] ex causa lenocinii. 9, 13, 1, 1[a] ex hac adiectione *criminis*). *al.*

c *quomodo -atur, illustratur*: **α** *genere, instrumento poenae* (*cf. l. 65*): Ⓘ *per abl.* (*exempla selecta*): CIC. dom. 76 supplicio (SEN. contr. 7, 1, 21. GELL. 11, 18, 3 capitis. TERT. *p. 2654, 47.* MIN. FEL. 9, 4 summo. AMM. 28, 6, 22 capitali. AVG. civ. 21, 4 p. 491, 29 sempiterno. *al.; cf.* in suppliciis *p. 2656, 34*). OCTAVIA 825 morte (PLIN. nat. 11, 25 QVINT. decl. 277, 8. 331, 5 TAC. ann. 11, 18, 3. *al.*). PETRON. 103, 2 stigmate. SIL. 13, 281 exilio (TAC. ann. 4, 42, 3 PLIN. paneg. 47, 1. SVET. Aug. 51, 1 levi e. APVL. *p. 2655, 37. al.*). 13, 368 securi. IVV. 8, 235 tunica -ire molesta. SVET. Aug. 24, 2 capitali animadversione (CYPR. unit. eccl. 17 divina. ARNOB. nat. 7, 41 p. 396, 5 FIRM. math. 3, 9, 6. *al.*). 51, 1 pecunia. FLOR. *p. 2654, 73.* VENVL. dig. 48, 19, 15 poena legis Corneliae (TERT. scorp. 12, 5. PAVL. dig. 48, 19, 38 pr. metalli et exilii. 48, 19, 38, 11 capitis. *al.*). TERT. nat. 1, 3, 10 gladio aut cruce aut bestiis (CYPR. Demetr. 12, 4 bestiis, g., ignibus. COD. Iust. 9, 9, 29, 4 [*a. 326*]. Theod. 10, 10, 10 [*a. 365*]. INTERPR. cod. Theod. 1, 16, 7. *al.*). VET. LAT. apoc. 14, 10 igne et sulphure ([*v. p. 2655, 70*]. CYPR. *l. 19.* AMM. 28, 1, 29 i. vel ferro. QVODV. symb. 2, 11, 2 perpetuo i. *al.*). COD. Iust. 1, 22, 3 (*a. 313*) *tot* auri multā (*cf.* AMM. 14, 1, 4 bonorum multatione). *al.* Ⓘⓘ *exempla cetera*: SEN. contr. 7, 1, 13 per manus fratris -ire filium (*adde p. 2654, 59 et* PASS. Petr. 17 p. 40, 2 per varia ... supplicia). MARCIAN. dig. 48, 17, 1, 1 *si quis* -atur ... in opus metalli vel similem poenam. LVCIF. reg. apost. 10 l. 12 quoadusque ..., nisi te correxeris, ad aeternam -at *deus* poenam. PRISCILL. tract. 10, 139 quae *puella* in vindictam facinoris admissi -ta *est.*

β *instrumento iuris, iussu poenam decernentis*: CIC. Mur. 67 lege (QVINT. inst. 7, 4, 41. TAC. ann. 4, 42, 3 l. Iulia. TERT. nat. 1, 6, 2 VLP. dig. 48, 20, 5 pr. AVG. *p. 2656, 1. al.; cf.* secundum legem CALP. decl. 38 them. AVG. civ. 1, 21 p. 35, 26. *al.,* ex l. MACER dig. 48, 11, 7, 3. *al.*). STAT. Theb. 11, 572 urnā *Minois* (*v. p. 2655, 36*). QVINT. decl. 339, 5 homicidium fecit aliquis ...; suo iure -itur (TERT. *p. 2654, 26; cf.* iure HIST. AVG. Alex. 6, 5 COD. Theod. 13, 5, 29, ex i. AMM. 15, 2, 9). TAC. ann. 3, 37, 1 auctore principe ac decreto senatus (*cf.* SCHOL. Cic. Bob. p. 95, 19 quo *senatu* decernente). 4, 30, 1 more maiorum (*al.* SVET. Nero 49, 2 Dom. 11, 2 MOD. dig. 48, 9, 9, 1). VLP. dig. 3, 2, 13, 3 ex sententia edicti (*cf.* 48, 13, 8, 1 ex edicto). PAVL. dig. 48, 3, 8 officio iudicis. NEPOTIAN. 1, 7, 7 iussu Caesaris. *al.*

γ *corpore eiusve parte, cui poena infligitur:* *per abl.*: LIV. 3, 55, 14 tergo ac capite (*al., v. p. 1482, 49 et vol. III 418, 61sqq.*). QVINT. decl. 335, 1 vita. VET. LAT. II Macc. 7, 7 toto corpore per membra (*v. p. 2654, 10*). AVSON. 13, 17 (16 S.), 1 fronte. *exempla cetera*: TERT. anim. 7, 3 per quod ... -itur ..., hoc erit corpus *eqs.* (adv. Marc. 5, 12, 5 per id *corpus.* VET. LAT. *l. 43*). VLP. dig. 38, 2, 14, 6 capitis (48, 20, 5 pr.).

δ *dignitate personae -endae*: GAIVS dig. 29, 5, 25, 1 convicti perinde ac servi -antur. TRYPH. dig. 48, 5, 43 an ut libertus -iri debeat ([*postea*: pro libertinis eos haberi placuit]. MOD. dig. 48, 18, 14 statuliber ... non ut servus ..., sed ut liber -endus est). VLP. dig. 48, 19, 9, 16 statuliberum quasi liberum ... -endum. MACER dig. 48, 19, 10 pr. in servorum persona ita observatur, ut exemplo humiliorum -antur (PASS. Petr. Paul. long. 58 non congruenti e. *cf. p. 2657, 51*).

ε *vario modo*: Ⓘ *per adv.* (*exempla selecta*): CIC. inv. 2, 83 levius (VLP. dig. 47, 18, 1 pr.). Mil. 33 crudelius (CALP. decl. 7 crudeliter). SEN. contr. 7, 1, 19 satis (QVINT. inst. 4, 1, 45 TRAIAN. Plin. epist. 10, 78, 3. *al.*). 7, 8, 2 gravius (VAL. MAX. 4, 1 ext. 1. 6, 3, 7 graviter. PLIN. epist. 8, 22, 1 gravissime. *al.*). 10, 2, 8 privatim. VAL. MAX. 8, 1 absol. 1 severe magis quam impie (CALL. dig. 48, 19, 28, 16 severius [AVG. *p. 2653, 71*]. PAVL. dig. 47, 16, 2. MARCIAN. dig. 48, 7, 1, 2 severissime [*al.*]). EPIST. imp. Hadr. dig. 47, 14, 1 pr. (= coll. Mos. 11, 7, 1) durissime (*ibid. iterum.* MACER dig. 48, 11, 7, 3 durius. IVVENC. 3, 458 dure). MEN. dig. 49, 16, 4, 9 militariter. VET. LAT. act. 26, 11 (cod. 50 *et* VVLG.) frequenter. AMM. 26, 10, 8 inclementius. VVLG. gen. 4, 15 septuplum. INTERPR. cod. Theod. 9, 9, 1, 6 capitaliter (CASSIOD. chron. II p. 158, 1289). *al.* Ⓘⓘ *exempla cetera* (*selecta*): SEN. epist. 95, 50 specie boni (*v. p. 2655, 34*). PLIN. nat. 11, 27 sine clementia (HIST. AVG. Alex. 23, 1 s. indulgentia). QVINT. decl. 262, 11 pro meritis (VLP. dig. 37, 15, 1 pr. pro modo delicti [PAVL. sent. 5, 25, 13]. MOD. dig. 48, 10, 27, 2 pro admissi qualitate. *al.*). CALP. decl. 16 nullo accusatore. VLP. dig. 47, 15, 1, 1 extra ordinem (PAVL. dig. 47, 11, 1 pr. COD. Iust. 9, 1, 3, 1 [*a. 222*]. *al.*). RVFIN. Orig. princ. 2, 5, 3 cum bonitate. *al.*

2 *iuxta ponuntur voces* (*selectae*): **a** *notionis affinis*: animadvertere: VAL. MAX. 6, 3, 7 SVET. Cal. 30, 1 RVFIN. Adamant. 1, 16 AVG. in psalm. 44, 18 l. 35. *al.* castigare: CIC. off. 1, 88 SEN. contr. 1, 8, 5 PLIN.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nat. 11, 25. corrigere: GELL. 7, 14, 6 CYPR. epist. 55, 22, 2 EVTR. 4, 17, 2 DRAC. laud. dei 1, 97. *al.* damnare: SEN. contr. 7, 1, 15. *al.* VAL. MAX. 6, 3, 7 SEN. clem. 1, 14, 3 QVINT. decl. 383, 4. *al.* TAC. ann. 4, 42, 3. *al.* emendare: SEN. clem. 1, 22, 1 QVINT. decl. 260, 17. TERT. nat. 1, 20, 12 (*bis*). *al.* plectere: TERT. nat. 1, 4, 1 MIN. FEL. 36, 2 CALL. dig. 48, 19, 28, 3 RVFIN. Adamant. 1, 16. *al.* vindicare: CIC. Mil. 19 SEN. clem. 1, 21, 4. *al.* QVINT. decl. 262, 11 APVL. met. 8, 13, 5. *al.* ulcisci: CIC. off. 1, 34 SEN. dial. 2, 12, 3 PS. ASCON. div. in Caec. p. 192, 9 RVFIN. Adamant. 1, 16. *al. sim. al.* **b** *notionis oppositae*: absolvere: SEN. contr. 7, 1, 24 SEN. benef. 3, 6, 2 GELL. 12, 7, 7 TERT. apol. 2, 19. *al.* ignoscere: SEN. clem. 2, 7, 1 TAC. ann. 1, 44, 1 AMBR. paenit. 2, 7, 53. *al.* liberare: VAL. MAX. 8, 1 amb. 2 TERT. adv. Marc. 4, 30, 6. misereri: CIC. de orat. 2, 185 DRAC. laud. dei 3, 610. monere: PVBLIL. sent. M 70. *sim. al.*

deriv.: punitio, punitor. *compos.*: impunitus. *Clementi.*

pūnītentia *in veriloquio pro* paenitentia *v. vol. X 1, 50, 44 sq.*

***pūnītio,** -ōnis *f.* *a* punire. *varia codd. scriptura elucet in archetypo scriptum esse* poe- CIC. part. 130 GELL. 7, 14, 4. 11, 1, 2 (*sed* pu- 7, 14, 8). *legitur inde a* CIC. [*falso trad.* TERT. nat. 1, 16, 14 (*v. p. 2740, 66*); *falsa var. l. pro* puniti VLP. coll. Mos. 12, 5, 1.]

i. q. actio puniendi vel status eius, qui punitur (*accedit gen. obi. l. 48. al., epexeget. l. 28. 49; gen.* -is *in iunct. abundanti l. 55. 56*): **1** *usu vario*: CIC. part. 130 *aequitatis vis* altera ad vicissitudinem referendae gratiae pertinet; quod in beneficio gratia, in iniuria -o nominatur. VAL. MAX. 8, 1 absol. 1 forti (feroci *Gertz*) -e *sororis* liberata ... dextera *Horatii a populo.* GELL. 7, 14, 4 -o propter exemplum necessaria est, ut ceteri ... metu cognitae poenae deterreantur (*cf.* OROS. hist. 6, 11, 30 propositum -is exemplum). 7, 14, 8 *τιμωρίαν* Platonem (*Gorg. 525^{B}*) dixisse ... ita, ut promisce dici solet pro omni -e. 11, 1, 2 inaequalem multae -em. AVG. serm. 74, 3 praeco sonat vocem -is (*opp.* absolutionis). PASS. Cyriac. 17 effugisti temporalem -em mortis, cum *tyrannidem affectaveras.* CASSIOD. Ios. antiq. 7, 362 p. 214 quod ... ipse suae -is au(c)tor existeret (*gr. τιμωρίας*). *al.* *vergit in vim q. e. vindicta*: VET. LAT. Ier. 18, 20 (cod. 177) -em suam absciderunt *inimici mei* (*gr. τὴν κόλασιν, Vulg. aliter*).

2 *in religione Iud. vel Christ.*: **a** *punit deus*: **α** *generatim*: VET. LAT. sap. 19, 4 ut *Aegyptii* eam, quae deerat tormentis, replerent -em (*gr. κόλασιν*). PS. PHILO antiq. 11, 1 (*respic. decalogus*) excelsa sempiterna, qu(a)e eis *filiis Israel* erunt in lumine, impiis vero in -em. 44, 10 omni homini erit illa -o ut, in quo peccato peccaverit, in eo abiudicabitur (*v. app. crit.*). AVG. in Iob p. 547, 12 oportunitas -is eius *iniqui.* OROS. hist. 1, 1, 11 ab ipso primo homine peccatum -emque peccati coepisse doceamur. 1, 1, 12 *mala* aut manifesta peccata sunt aut occultae -es peccatorum. 1, 6, 5 aliorum -bus (*e. g. Sodomitanorum; disting.* clementissimas admonitiones *dei*). 7, 26, 10 quia ex illa Maximianae persecutionis (*gen. obi.*) maxima -e ista sunt vulnera. IVLIAN. epit. in psalm. 49, 21^{c} convictionem -emque criminum tuorum faciam esse manifestam. *al.* **β** *speciatim pertinet ad damnationem aeternam* (*quae negatur l. 54*): VET. LAT. IV Esdr. 7, 93 quae in eis *impiis* manet -o. CANDID. gen. div. 11 l. 21 *Iesus est* dominus ... in peccatorum et impiorum -em. FVLG. aet. mund. p. 153, 3 malorum finem secundae mortis -e damnare (*sec. apoc. 2, 11. al. ut*: FVLG. RVSP. rem. pecc. 2, 12, 4 s. m. aeterna -e damnari). AMBROSIAST. in II Tim. 2, 11 'nescio vos' (*Matth. 25, 12*), haec est -is significatio. AVG. in psalm. 53, 4 l. 29 iudicium illud non tibi erit -o, sed discretio *a gente impia.* OROS. comm. 3 l. 105 dictum esse ignem *aeternum* propriae conscientiae -em (*cf. l. 108* purgationem conscientiae). FVLG. RVSP. ad Monim. 1, 26, 3 iustae -is supplicium. 1, 27, 2 *malos* deus aptavit in interitum -is. rem. pecc. 2, 17, 3 *iniquis* poenam futurae -is intentans *Iohannes* ([*affertur apoc. 22, 11 sqq.*]. GREG. M. moral. 9, 101 l. 53 p. propriae -is). ORIG. in Matth. 13, 1 p. 175, 17 *peccatoribus* -o ... in igne (*gr. εἴσπραξις*). *al.*

b *punit ipse qui peccavit* (*sc. paenitentia sua*): AVG. in psalm. 50, 16 l. 12 confessio peccati et -o peccati (*quod fit dono spiritus sancti*). serm. 29, 6 hoc debetur peccato: -o, damnatio; puniendum est peccatum aut a te aut ab ipso *deo.* 29B, 1 coll. Dolbeau 1996 p. 23 sq. confessio ... duobus modis dici ... solet: una est -is tuae, altera laudationis dei; -is tuae dico, quando te paenitet. *al.*

c *punit ecclesia*: AVELL. 103, 26 cum Miseno *suspenso ab ecclesiae communione* ... remittenda ... -o sit.

***pūnītor,** -ōris *m.* *a* punire. *formam* poe- *exhibent codd. potiores* CIC. Mil. 35. VAL. MAX. 6, 1, 8 (*sed* pu- 5, 3, 2^{d}. 9, 2, 1). SVET. Iul. 67, 1. GLOSS. -r: *κολαστής. cf. vol. X 1, 2514, 29.* *legitur inde a* CIC., *plur. non nisi p. 2660, 9.* [*coni. in edd. vet. pro* cupitor PS. AVR. VICT. epit. 45, 5.]

i. qui punit (*saepe c. gen. personae puniendae vel causae punitionis, cf. dat. p. 2660, 12 sq.; indicatur poena p. 2660, 18*): **1** *vindicando, ulciscendo*: CIC. Mil. 35 *Milo* fuit ultor iniuriae, -r doloris sui. VAL. MAX. 3, 4, 5 *Perperna consul* Crassianae ... stragis -r exstitit. 5, 3, 2^{d} *Africanus minor* mortis -em ... non repperit.

2 *poena afficiendo*: **a** *alios*: **α** *puniunt homines* (*deo auctore l. 9 sq.; de diabolo l. 14*): VAL. MAX. 6, 1, 8 *Metellus Celer* stuprosae mentis acer -r exstitit *accusans temptatorem matronae.* 9, 2, 1 l. 44 *Sulla* novus -r misericordiae (LVCIF. Athan. 1, 27 l. 42 *Constantium* m. -em). SVET. Iul. 67, 1 desertorum ac seditiosorum et inquisitor et -r acerrimus. PORPH. Hor. carm. 4, 9, 37 ('vindex ... fraudis') pro -e posuit. AVG. in Iob p. 543, 8 *deus* lumen est -bus ostendens puniendos. OROS. hist. 7, 5, 1 *Caligula* dignus Romanis blasphemantibus ... -r adhibitus *a deo.* CASSIOD. Ios. antiq. 17, 102 p. 488 quorum *fratrum* ... -r extaret *Antipater* (*gr. κολαστήν*). 18, 107 p. 522 iustae parti adiutor, iniustae autem -r (*gr. τιμωρίας ... ἐπετίμα*). ARATOR act. 2, 661 cui *genti Iudaicae* criminis auctor -rque idem est (*sc. diabolus*). *al.* *ironice*: LVCIF. moriend. 2 l. 56 in augmentum virtutis adsumimus, quod tu cruciatui sperasti prodesse, -r *Constanti.* **β** *punit deus* (*eius gladius l. 19; cf. l. 3*): TERT. adv. Marc. 2, 13, 4 quis expugnator *mali,* nisi qui et -r? HIL. in psalm. 52, 14 l. 21 -em perditoremque in igne iudicii et corporis et animae nostrae deum. HIER. in Is. 18, 66, 15 l. 68 G. gladium -em carnis peccatricis omniumque vitiorum. ANIAN. Chrysost. hom. 16, 8 p. 99, 4 vehemens animadversor atque -r est eorum, qui *eqs.* (*Migne gr. 57, 250 ἔκδικος καὶ τιμωρός*). AVG. pecc. orig. 33, 38 deum inoboedientiae -em. in psalm. 74, 5 l. 15 timere peccatorum -em. OROS. hist. 7, 3, 2 Christus ..., salvator bonorum, malorum -r. *al.*

b *se ipsum, sc. paenitentiam agendo*: AVG. in psalm. 66, 6 l. 45 te reprehende ..., ut ... *deus* inveniat te -em tuum. serm. 20, 2 l. 66 *peccatum* te ... habeat -em, ut tu deum invenias defensorem. 278, 12 qui ... agit bene paenitentiam, suus ipse -r est. *De Seta.*

pūntum *v.* punctum. **pūpa** *v.* pupus. **pūpilla** *v.* pupillus.

***pūpillāris,** -e. *a* pupillus. *legitur singulis locis apud* LIV., PLIN. nat., QVINT., IVV. *al., saepius apud iuris consultos inde a* SAB.; *abiit in serm. gr. πουπιλλάριος* THEOPHIL. inst. Iust. 1, 24, 1. *al.* (*cf. adv. πουπιλλαρίως ibid. 2, 16, 3*). [*non nisi in serm. docto iuris; cf. Wartburg IX 601. C. S.*] [*confunditur c.* puellaris COD. Theod. 3, 17, 3 pr., pugillaris *p. 2661, 14 et supra p. 2534, 9 sq.,* popularis NOVELL. Iust. 94 epil.]

i. q. ad pupillum vel pupillam pertinens (*de rebus praeter l. 62. p. 2661, 10; neutr. pro subst. l. 54*): **1** *cum respectu iuris* (*pertinet ad aetatem impuberis eiusve condicionem, qui in tutela est* [*aetas -is finitur pubertate e. g. l. 64. p. 2661, 2, disting.* adulescens *vel* adultus *l. 49 sq. 60. 71; usu laxiore respicitur simul minor XXV annis, qui in curatione est, e. g. l. 48. 52. 55*]): **a** *generatim* (*exempla selecta inde ab* VLP.): *de rebus variis*: LIV. 24, 18, 13 pecuniae ... -es primo, deinde viduarum coeptae conferri, *sc. aerario* (GAIVS dig. 26, 7, 13, 1. SCAEV. dig. 26, 7, 58, 4 usurae -is p., quas tutores debuerunt, cum ad curatorem transferuntur. *et saepius*). SAB. Gell. 5, 13, 5 -is ... tutela muliebri praelata *est in ordine officiorum.* QVINT. inst. 12, 6, 1 Demosthenen puerum admodum actiones -es habuisse. AFRIC. dig. 40, 4, 22 in alienationibus rerum -ium (SCAEV. dig. 4, 4, 47 pr. tutor urguentibus creditoribus rem -em ... vendidit. CALL. dig. 26, 7, 33 pr. a tutoribus et curatoribus ... diligentia exigenda est circa administrationem r. -ium. *et saepius; distinguuntur* res adulescentis VLP. dig. 4, 4, 49, adulti COD. Iust. 5, 51, 13, 1 *et* 2). CIL V 1874, 8 (*a. 161/9*) praetori, cui primo iurisdictio -is ... mandata est (*in tit. gemino VIII 7030, 1* curatoribus et tutoribus dandis). SCAEV. dig. 35, 2, 95, 2 instrumentorum hereditariorum et -ium rationum. VLP. dig. 26, 7, 5, 1 gessisse ... videtur tutor, qui quid omnino -e attigit etiamsi modicum. 26, 7, 7, 12 utrum sortem -em an usuras in usus suos converterint *tutores vel curatores* (26, 7, 9, 4. *al.*). 26, 7, 9, 6 si mala causa -is est (COD. Iust. 5, 48, 1 pr. [*a. 245*] defensioni c. -ium. INTERPR. novell. Valent. 35 l. 172). 27, 9, 5, 3 praedium -e (PAVL. dig. 27, 9, 13, 1. COD. Iust. 5, 71, 3 [*a. 258*]). AQVILA dig. 26, 10, 12 a -i servo detegente fraudes *curatoris.* COD. Iust. 5, 33, 1, 1 (*a. 389*) regendis -bus substantiis (5, 51, 13 pr. mensura -is vel adulti ... substantiae [*antea*: s. pupilli vel a.]. NOVELL. Iust. 94 epil. [*gr. ὀρφανικῆς*]). INST. Iust. 2, 8, 2 licere tutori vel curatori debitorem -em solvere (*sec. Cod. Iust. 5, 37, 25 pr.* debitoribus pupillorum). *al.* *de aetate*: SVET. Aug. 66, 4 legata ... relicta sibi ... *testatorum* liberis ..., si -i aetate essent, die virilis togae vel nuptiarum ... restituere consueverat (EPIST. imp. Aur. dig. 40, 12, 27 pr. cum *quidam* ... -is a. sit, an ... ad tempus pubertatis causa *liberalis* differenda sit [*item gen. qual. e. g.* VLP. dig. 49, 14, 16 utrum iustae an -is. *pro gr. νέας* NOVELL. Iust. 159, 2]. COD. Iust. 6, 26, 7 [*a. 293*] testamento facto intra -em a. ... constitutae filiae, si intra pubertatem decesserit, ... pater substituit. 5, 71, 16 pr. [*a. 294*] in -i a. ... vel adulta. *al.*). EPIT. Gai 1, 8 pr. peractis -bus annis, quibus tutores absolvuntur (INTERPR. cod. Theod. 3, 5, 3 si qua *femina* in -bus a. marito fuerit copulata [*cf. Cod. ibid.* intra aetatem, *sc. imperfectam*]. Paul. sent. 1, 4, 2 impletis -bus a.). **b** *speciatim respicitur institutio heredis secundi* (*sc. primo herede mortuo impubere; cf. l. 70 et p. 2664, 12*):

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

POMPON. dig. 28, 6, 14 in -i substitutione licet longius tempus comprehensum fuerit, tamen finietur substitutio pubertate (AFRIC. dig. 28, 6, 34, 2 s. ... -is valet. SCAEV. dig. 34, 1, 18, 3 secundis ... tabulis facta -i s. COD. Iust. 6, 42, 5 [*a. 224*] *si heres* pubes iam ... decessit, ex -i s. tibi hereditas eius delata non est. EPIT. Gai 2, 4 pr. [*disting.* vulgaris]. *al.*). 37, 11, 9 ut bonorum possessio secundum -es tabulas admitti possit ([*syn.* secundae t.]. AFRIC. dig. 28, 6, 33 pr. VLP. dig. 35, 3, 1, 1 [*opp.* in primis t.]. 40, 7, 2, 2 [*ex Iuliano*]. *al.*). VLP. dig. 28, 6, 2 pr. si principale ruptum sit testamentum, et -e evanuit (30, 34, 10 [*ex Iuliano*]. *al.* PAVL. dig. 28, 6, 43 pr. iure civili pubertate finitur -e t. *al.*). 28, 6, 10, 5 ad substitutos -es pertinent et si quae postea, *sc. post mortem patris,* pupillis obvenerint.

2 *vario respectu*: PLIN. nat. 7, 78 *quidam hydrope laborans* in -bus annis (EPIST. Austras. 43, 3 sine parentibus a. -es transigere). IVV. 11, 156 *puer castus* -es *non* defert in balnea raucus testiculos (pugill- *var. l. metro invito. cf.* SCHOL. *ad l.* 1 id est quales habent hi, qui patres non habent, scilicet tumentes in licentia pueritiae).

adv. **pūpillāriter** (*in serm. gr. v. p. 2660, 31*). *i. q. modo pupillari* (*sc. per substitutionem pupillarem, cf. p. 2660, 74 sqq.*): COD. Iust. 6, 30, 20, 1 quem *heredem extraneum* -r substituit *testator.*

[pūpillārius *olim legebatur pro* tutelarius SCHOL. Pers. 2, 18, 8. *non est, quod conferas p. 2660, 31.*]

pūpillātus, -ūs *m.* *a* pupillus. *i. q. status pupilli*: CIL VI 2210, 7 *Claudia Quinta* paedagogo suo ..., item tutori ⌞a -u⌟ ob redditam sibi ab eo fidelissime tutelam (⌞ ⌟ *sc. non a tutela muliebri*). *Spoth.*

***pūpillus,** -ī *m.* *a* pupulus (pupus) *deminutive. de origine*: AVG. serm. 136C Rev. Ét. Aug. 24, 1978 p. 91, 68 sq. -us ... deminutivum verbum est: pupus, pupulus, -us. *aliter: a* pusillus CASSIOD. *l. 35 (cf. p. 2665, 27), a* pullus (pulla) ISID. diff. 2, 79 orig. 11, 2, 12. *scribitur* po- CHART. lat. ant. XVII 652, 1, 11 (*a. 564*). *ibid.* 2, 5. *al.* *notatur* pup LEX Iul. munic. (CIL I^2 593) 4. 5. INSCR. Année Épigr. 1964 n. 55 (*Heliopoli; a. 128/38*). VLP. frg. Pap. Corp. 72, 13 NOT. laterc. gramm. IV 280. *al., v. p. 2662, 65* (*ubi et* pu), p *infra p. 2665, 32. 2666, 3.* NOT. Tir. 33, 31 -us. *gen. sing.* -i (*non* -ei) *testatur* LVCIL. 366 (*v. p. 2662, 3*). *de notione*: CASSIOD. in psalm. 108, 12 l. 185 -i ... dicti sunt quasi pusilli, qui parvitate aetatis ad regendum se probantur infirmi (*cf.* ISID. diff. 2, 79 pro aetate puerili vocamus. *item* orig. 11, 2, 12, *sed additur* -i autem dicti quasi in oculis, hoc est a parentibus orbi; *seq. p. 2662, 61*). ISID. orig. 11, 1, 37 parvuli -i dicuntur. GLOSS. -us: *ἄνηβος. ὀρφανός, λιπερνής. ceterum v. p. 2662, 45 sq. 2663, 39 et vol. IX 2, 1055, 43 sqq. legitur in prosa orat. inde a* CATONE (*semel, v. p. 2663, 43*), Q. SCAEV. *p. 2664, 57,* CIC. (*57^{ies}* [*33^{ies} in* Verr.]), LIV. (*quinquies*), *sed omnino raro praeter* DIG. (*plus 1200^{ies}*) *et* COD. Iust.; *de tutela iam* LEGEM XII tab. *egisse elucet e p. 2664, 11; in versibus non exstat nisi apud* LVCIL. (*semel, ut* DRAC.), HOR. epist. (*bis, ut* PERS.), IVV. (*quater*); *abiit in sermonem gr. e. g.* THEOPHIL. inst. Iust. 1, 11, 3 *πούπιλλος.* [-us, -a: *dial. it.* pöla (*Bilitione*), pivel (*Mediolani*), *cf. deriv. abrut.* pupelillę; *relationi q. e. inter -um et tutorem deberi videntur neap.* pepellę, *sard. centr. vet.* pupillu *'possessor', sard. centr.* pobiḍḍa *'mater familias',* pobiḍḍu *'dominus', sic.* pupiḍḍa *'pupa'. cf. M.-L. 6853. Battisti-Alessio IV 3154. C. S.*] [*variat c.* populus *p. 2663, 29 (falsa var. l.* CIC. Verr. II 1, 143. *al.; restit.* TERT. adv. Marc. 4, 14, 7. *al.); falso trad. per ambiguitatem notarum pro* Publius CIC. fam. 13, 14, 1 POLLIO Cic. fam. 10, 33, 4 (*cf. p. 2662, 75*), publicus HIST. AVG. Alex. 15, 3.]

i. q. pupulus, puerulus, parvulus (*abunḍanter iuxta* parvus *p. 2662, 35; neglegentius comprehendit nimirum etiam sexum femineum, e. g. p. 2663, 3 sqq. [cf. p. 2666, 11], maiore cum cura apponitur* pupilla, *v. p. 2666, 1; per appos. vergit in usum adi., sc.* filius -us *p. 2662, 55,* puer *p. 2662, 3. 2664, 30,* rex *p. 2662, 26, iuxta nomina propria p. 2662, 64 sq.*). *praemonenda de aetate -orum*: AVG. serm. 136C Rev. Ét. Aug. 24, 1978 p. 91, 70 quando ... pubescere coeperit, non est -us, sed iam adultus dicitur (*postea opp.* legitimus, *sc. XXV annorum*). *indicantur anni e. g. p. 2662, 11. 38. 2664, 59 (usu laxiore p. 2665, 2. 5); disting.* adulescens *p. 2664, 53,* adultus *l. 60. p. 2664, 60,* infans *p. 2662, 54 (cf. l. 66); de fetu v. p. 2662, 52. iuncturae variae*: NERAT. dig. 29, 2, 59 impubes (VLP. dig. 12, 3, 4 pr. *al., e. g. p. 2663, 39*). GAIVS dig. 50, 17, 111 pr. proximus pubertati (VLP. dig. 4, 3, 13, 1). inst. 3, 109 huius aetatis -i (*sc. infantis; cf.* eius a., ut *eqs.* VLP. dig. 14, 4, 3, 2. 26, 7, 9 pr. *al.*). *iuncturae indicantes -os adultos factos*: CIC. inv. 2, 62 in suam tutelam venit (Brut. 195. NERAT. dig. 28, 5, 55 pervenerit. *al.*). IVLIAN. dig. 27, 2, 4 pubes factus (27, 4, 4 VLP. dig. 26, 7, 5, 5. *al.*). 30, 81, 10 *si* ad pubertatem pervenerit (AFRIC. dig. 46, 6, 10. *al.*). SCAEV. dig. 26, 9, 8 adultum (36, 3, 18, 2. *cf.* PAPIN. dig. 2, 11, 15 *si* -us adoleverit. *sim. al.; syn.* adulescens *v. p. 2664, 69*). VLP. dig. 27, 3, 13 post pubertatem -i (*ibid. iterum.* COD. Iust. 5, 69, 1, 1 [*v. p. 2664, 54*]. *al.*).

I *respicitur imprimis aetas impuberis vel status eius, qui parente orbatus est* (*quae aegre distinguuntur, v. tamen p. 2662, 23. 2663, 3. 25. al.*): **A** *proprie*: **1** *generatim*: **a** *vario respectu* (*saepe praedicative, e. g. l. 8. 16. 18*): LVCIL. 366 *'puerei' scribas,* ut puerei plures fiant; 'i' si facis solum ⌞-i pueri Lucili⌟, hoc unius fiet (⌞ ⌟ *coniungere malimus coll. l. 60 sqq.; exempla genetivi contextu exempta intelleguntur vulgo*). CIC. de orat. 1, 228 *quod reus* propinqui sui Q(uintum) -um filium ipse paene in umeros suos extulisset, qui patris ... memoria fletum ... moveret (*huc traximus coll. l. 55; de reo tutore cogitatur vulgo, ut spectet ad II*). Brut. 213 Curionis, etsi -us relictus est, patrio fuisse instituto puro sermone assuefactam domum (POMP. TROG. hist. prol. 30 decessit r. filio -o [*Iust. 30, 2, 6* quinquenni]. PROB. vita Pers. l. 7 pater eum ... -um reliquit moriens annorum fere sex. SVET. gramm. 11, 1. *cf. l. 34*). HOR. epist. 1, 1, 22 piger *videtur* annus -is, quos dura premit custodia matrum. LIV. 26, 6, 14 matrem eius *magistratus Campani* quondam pro -o eo procurantem familiare ostentum. perioch. 59, 7 censa sunt civium capita *tot* ... praeter pu⟨pillos pu⟩pillas et viduas (*cf. 3, 3, 9* praeter orbos orbasque). POMP. TROG. hist. Iust. 38, 5, 3 cum sibi *Mithridati* -o maiorem Phrygiam ademerint *Romani.* SEN. dial. 4, 21, 6 *liberis* unicis quo plus indulgetur -isque quo plus licet, corruptior animus est. 10, 6, 1 ausus est ... et -us adhuc et praetextatus iudicibus reos commendare (*antea*: sibi ... puero). IVV. 6, 629 vos ego, -i, moneo, quibus amplior est res, ... nulli credite mensae. APVL. met. 2, 21, 3 -us ego Mileto profectus ad spectaculum Olympicum (*7* puer; *2, 23, 3* iuvenis). TERT. anim. 1, 2 nec coniugis fletus statim viduae nec liberorum conspectus exinde -orum *moverunt Socratem moriturum.* Ps. CYPR. singul. cler. 26 p. 203, 9 *ut* tam viduae quam ⌞-is⌟ eius ... tribueret alimenta *Helias* (⌞ ⌟ *sec. plur. gr. III reg. 17, 15 τέκνα*). IVST. 7, 2, 7 Illyrii infantiam regis -i contemnentes (*5* parvulum admodum). SALV. gub. 8, 4 -is ... vel maxime prodigis haec obiciuntur opprobria *neglegentiae* (*postea*: perditorum ... adulescentium). *al.* **b** *cum respectu iuris* (*exempla potiora, sc. de filio familias [servo l. 51] vel mero respectu aetatis; cetera v. sub II*): CIC. inv. 2, 62 *pater* quidam -um heredem fecit; -us autem ante mortuus est, quam in suam tutelam venit; de hereditate ea, quae -o venit, inter eos, qui patris -i heredes secundi sunt, et inter adgnatos -i controversia est. *ibid.* pater ... et sibi et filio testamentum scripsit, dum is -us esset. 2, 64 (*bis in eadem causa*). Verr. II 1, 130 *P. Iunius mortuus* reliquit -um parvum filium (LIV. 39, 9, 2 P. Aebutius ... -us relictus, mortuis deinde tutoribus, sub tutela ... matris et vitrici ... educatus fuerat [*quae seq., v. p. 2664, 37*]. SEN. dial. 6, 24, 1 *filius tuus* -us relictus sub tutorum cura usque ad quartum decimum annum fuit, sub matris tutela semper. *cf. l. 8*). 1, 146 *de bonis* -i, cuius aetatem et solitudinem, etiamsi tutores non essent, defendere praetor debuit. Caecin. 54 testamento si recitatus heres esset -us Cornelius isque iam annos XX haberet, vobis interpretibus amitteret hereditatem. Brut. 195 Curium, cum ita heres institutus esset, 'si -us ante mortuus esset, quam in suam tutelam venisset', -o non nato heredem esse non posse. *al.* PERS. 2, 12 -um ... utinam, quem proximus heres impello, expungam (SCHOL. *ad l.* 1 non utique cuius tutor sit, sed puerum adhuc intra pupillares annos constitutum et nondum suae tutelae). GAIVS dig. 45, 1, 141, 2 -us licet ex quo fari coeperit, recte stipulari potest, tamen, si in parentis potestate est, ne auctore quidem patre obligatur (*disting.* pubes). 50, 17, 111 pr. -um, qui proximus pubertati sit, capacem esse et furandi et iniuriae faciendae. VLP. dig. 15, 1, 7, 3 -um ... tam filium quam servum peculium habere posse Pedius ... scribit. 50, 16, 161 non est -us, qui in utero est. COD. Iust. 6, 30, 18, 4 (*a. 426*) -us post impletos septem annos suae aetatis ipse adire hereditatem ... consentiente parente ... vel cum tutoris auctoritate ... poterit (*disting. pr.* infanti, id est minori septem annis). *al.* filius -us (*per appos. vergit in usum adi., cf.* f. impubes *vol. VII 1, 706, 14 sqq. 48 sq.; v. etiam supra l. 5. 9, infra l. 73, potius praedicative l. 35*): CIC. inv. 2, 62 de f. -i re testari. *ibid.* f. ... -i heredes. IAVOL. dig. 28, 8, 11 f. -us libertinus erat. SCAEV. dig. 3, 3, 70 pater f. suo -o tutorem dedit ... creditorem suum. *al.*

2 *speciatim*: **a** *in titulis est pars nominis* (*appellatur* -us, *qui nondum praenomine distinctus est; cf.* ISID. orig. 11, 2, 12 vere -i dicuntur, quorum patres ante decesserunt, quam ab his nomen acceperint. *ad rem v. Salomies, Die röm. Vornamen, 1987, 62 sqq., ubi plura invenies exempla.* -us *iuxta cognomen p. 2663, 1, nomen gentile l. 70 [apud scriptores v. l. 3. 41. p. 2663, 47. 2664, 31. 33]; notae* pu *vel* pup *olim vix recte voci blandientis q. e.* pupus *tribuebantur, cf. formas [fere] perscriptas l. 71. 72. p. 2663, 1*): LEX pag. Herculan. (CIL I^2 682; *a. 94 a. Chr.*) 17 T. Sulpicius ⌞P(ublii), Q(uinti), pu(pilli)⌟ l(ibertus) ([⌞ ⌟ *sc. trium Sulpiciorum*]. CIL I^2 1927 [*v. p. 1053*] Ti. Clodio pup(illi) l(iberto) Ballaeo. IX 4916 pu pu l [*sc.* -orum *duorum*]. *al.*). CIL I^2 2691 Antioc(us) Publ(ili) pu(pilli) s(ervus) (2706. INSCR. Tituli 3, 1985, 184 n. 189 [*saec. I^1*] Ampliatus pupil(li) ser(vus). *al.*). PLIN. nat. 34, 93 (*afferens titulum ca. a. 56 a. Chr. positum*) -um Luculli filium ... dedicasse *statuam.* INSCR. Année Épigr. 1988 n. 33 (*Romae; saec. I med. a. Chr.*) sibei et uxori ⟨e⟩t ⌞pu(pillo)⌟ Servilio ..., propter ea quod ei tutor ... fueram (⌞ ⌟ *vix* Pu(blio)). CIL X 924 (*a. 7 a. Chr.*) Dama pup(illi)

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Agrippae (servus) (*sc.* A. Postumi *ut*: VI 18548 Artemis -i A. l(iberta). *al.*). *al.* **b** *in sacra script. et apud Christ. ponitur generaliter de orphanis* (*per sing. collect. e. g. l. 5; cf. explicationes vol. IX 2, 1055, 43 sqq.; gr. resp. ὀρφανός*): *iuxta sunt* viduae: VET. LAT. psalm. 145, 9 (cod. 303. *al.* = VVLG.) dominus custodit advenas, -um et viduam suscipiet (*cod. 300. al.* orphanum). Is. 1, 17 (Cypr. testim. 1, 24, *sim. al. et* VVLG.) conservate eum, qui iniuriam patitur, iudicate -o et iustificate viduam. TERT. adv. Marc. 4, 14, 2 ab adfectibus creatoris ... semper mendicos et pauperes et humiles ac v. et -os usque diligentis. CYPR. epist. 52, 2, 5 spoliati ab illo *Novato* -i, fraudatae v. HERM. Pal. sim. 1, 8 viduas et -os fovete (*vulg.* orphanos). *et passim.* *alia exempla*: VET. LAT. Iob 29, 12 (Cypr. testim. 3, 113, *sim.* VVLG.) conservavi egenum ... et -o ... auxiliatus sum (*Ambr. Nab. 13, 57* orphanum). psalm. 9, 35 (cod. 300. *al.*) tibi derelictus est pauper, -o tu eris adiutor (*Vulg.* orfano. *inde e. g.* QVODV. c. Iud. pag. Ar. 3, 2 genus humanum tamquam pauperem et -um *deo* commendat scriptura divina). 81, 3 (*ibid., sim.* VVLG.) iudicate -o et egeno, humilem et pauperem iustificate (*allegorice explicat* AVG. serm. 136C Rev. Ét. Aug. 24, 1978 p. 91, 68 quid est -us, nisi in fide adhuc parvulus?). TERT. Scap. 4, 9 -os pie tractamus, indigentibus refrigeramus. AVG. pecc. mer. 3, 13, 22 si -is opem ferre praecipimur, quanto magis *infantibus* ..., qui destitutiores ... -is etiam sub parentibus remanebunt, *nisi baptizabuntur* (*in eadem re*: serm. 174, 9 omnes parvuli tamquam -i considerentur, etiam qui nondum parentes proprios extulerunt). *al.*

B *in imag. vel translate (comparationes v. supra, e. g. l. 15. 22); respicitur*: **1** *orbitas:* *de senatu*: CIC. de orat. 3, 165 si olim, M. Catone mortuo, '-um' senatum quis relictum diceret (*ibid. iterum*). *de populo Iudaeorum*: VVLG. thren. 5, 3 -i facti sumus absque patre (*Vet. Lat. apud Verec. in cant. 3, 3* orfani). Os. 14, 4 eius, qui in te est, misereberis -i (populi *var. l., sed v.* HIER. *ad loc.* l. 87 -us ... vocatur, quia deum perdidit patrem; *Vet. Lat. cod. 176* orfano). *de Christianis*: AVG. serm. 14, 10 (*sec. Matth. 23, 9*) *homo* -us in terra immortalem patrem invenit in caelo. QVODV. c. Iud. pag. Ar. 4, 11 *spernite* damnosam diaboli hereditatem, ne -i vel pauperes remaneatis. PATRIC. conf. 35 me pauperculum -um *saepe monuerunt responsa divina. al.* **2** *habitus prodigi* (*cf. p. 2662, 27*): PS. AVR. VICT. epit. 41, 16 *Constantinus senex* -us ob profusiones immodicas nominatus.

II *respicitur imprimis condicio iuris, sc. de impubere, qui est in tutela* (*in curatione post pubertatem p. 2664, 64 sqq.; definitur* POMPON. dig. 50, 16, 239 pr. -us est, qui, cum impubes est, desiit in patris potestate esse aut morte aut emancipatione. *ad rem v. Kaser, Privatrecht I² 352 sqq. II² 222 sqq.; exempla pauca selecta inde ab* IAVOL., *cf. Vocab. iurispr. Rom. IV 1, 1319 sqq.*): **A** *proprie*: **1** *usu sollemni*: **a** *respiciuntur munera, iura, negotia -i vel tutoris*: CATO orat. 183 maiores sanctius habuere defendi -os quam clientem non fallere (EDICT. praet. dig. 42, 4, 5, 2 si is -us in suam tutelam venerit eave pupilla viripotens fuerit et recte defendetur. POMPON. dig. 12, 2, 42 pr. *al.; cf. p. 2662, 40*). CIC. Verr. II 1, 132 *Habonius* -i Iuni tutor erat testamento patris (1, 139. LEX Iul. munic. [CIL I² 593] 4 pup(illi) pu(pillae)ve. GAIVS inst. 1, 182 [*e S. C.*] si t. -i pupillaeve suspectus a tutela remotus sit. *al., e. g. l. 75*). top. 46 quod -o aut pupillae debeas, ... ⌞eodem modo⌟ solvere ([⌞ ⌟ *antea*: sine tutore auctore]. VLP. dig. 46, 3, 45). LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 4 quem h(ac) l(ege) ad co(n)s(ulem) profiterei oportebit, sei is pup(illus) seive ea pu(pilla) erit (*ibid.* 5. 116 *bona alicuius possessa,* quom -us esset. Salpens. [CIL II 1963] 2, 31 *et* 36 [= Irnit. III C 17. 23]. VLP. dig. 16, 3, 1, 14. *al.*). Vrson. (CIL II² 5, 1022) 109, 3 sqq. cui -o pupill⟨aeve ...⟩ ... tutor no⟨n erit ..., si is pupil⟩lus (5) eave pup(illa) ... ⟨... pos⟩tulabit, uti sibi tu⟨torem det⟩ (SVET. Claud. 23, 2 sanxit, ut -is extra ordinem t. a consulibus darentur. SCAEV. dig. 26, 7, 58, 2 a praeside. *al.; dantur alia e. g. p. 2664, 3 et* IVLIAN. dig. 27, 8, 5 in alterum tutorem actio -o dari. 35, 2, 87, 8 coheres -o datus. *et saepe*). LABEO dig. 18, 1, 78, 1. 26, 8, 22 si quid est, quod -us agendo tutorem suum liberaturus est, id ipso tutore auctore agi recte non potest (PAVL. dig. 26, 7, 45). SAB. Gell. 5, 13, 5 adversus quem adfuissent, eius filiis tutores relicti in eadem causa -o aderant (TRYPH. dig. 3, 1, 11 pr. [*in re simili*]). QVINT. decl. 280, 7 nomen -orum legitimo tempore finitur. 355 them. -us cum tutore agebat tutelae (IVLIAN. dig. 35, 2, 84 nomine tutelae. AFRIC. dig. 16, 1, 19, 1. *al.*). IAVOL. dig. 27, 5, 3 *qui* pro tutore negotia -i gesserit (IVLIAN. dig. 26, 7, 18 pr. qui tutor n. -i gessit, quamvis in nulla re auctor -o fuerit *eqs.* 27, 8, 5. GAIVS inst. 1, 191 ubi -orum ⌞pupillarumve⌟ [pupve *cod.*] n. tutores tractant. *al.*). 50, 17, 198 neque in interdicto neque in ceteris causis -o nocere oportet dolum tutoris (PAPIN. dig. 26, 9, 3 [*syn.* puero]. *al.*). NERAT. dig. 26, 3, 2 pr. *tutor* satisdabit -o rem salvam fore (*de eadem cautione*: 46, 6, 11 cum r. s. f. -o cavetur. POMPON. dig. 45, 1, 5 pr. communes sunt stipulationes veluti r. s. f. -i: nam et praetor iubet r. s. f. -o caveri et interdum iudex. *al.*). 41, 1, 13, 1 tutor -i pupillae similiter ut procurator emendo nomine -i pupillae proprietatem illis adquirit etiam ignorantibus (44, 4, 11 pr. qui *tutor* -i n. aget. EDICT. praet. dig. 28, 8, 7 pr. si -i pupillae n. postulabitur tempus ad deliberandum. *al.; aliter p. 2663, 64*). CELS. dig. 26, 5, 11 curator -o vel pupillae non datur, si tutor eorum afuerit (*item respicitur curator tutori adiunctus*: VLP. dig. 26, 1, 3, 4 si -us *acturus* petat ... curatorem nec addat in quam rem, *quaeritur,* an in omnes controversias datus sit. 46, 7, 3, 6 curatorem accipiemus furiosi furiosae, item -i pupillae, ceterorum quoque curatores, puta adulescentis. *al., cf. l. 61. 71; aliter sub 2*). 27, 5, 2 si is, qui pro tutore negotia gerebat, ... rem -i vendidit (*et saepius, e. g. p. 2663, 73 et* TRYPH. dig. 26, 7, 55, 1 si ipsi tutores rem -i furati sunt, videamus, an *teneantur* ea actione, quae proponitur ex lege duodecim tabularum adversus tutorem). IVLIAN. dig. 27, 2, 4 *tutorem* nihil ... -o aut substitutis -i praestare debere (POMPON. dig. 30, 45 pr. *al.; cf.* SCAEV. dig. 28, 6, 29 ad -i substitutionem). 29, 2, 44 quotiens -us patri heres exstiterit et abstinet se hereditate (*item refl.*: SCAEV. dig. 29, 2, 89. *al.; ceterum e. g.* AFRIC. dig. 16, 1, 19, 1 abstento -o *a fratre tutore*). *et saepe.* *locutione sollemni additur, utrum quid fiat auctoritate tutoris necne* (*cf. e. g. p. 2663, 68*): LEX Salpens. (CIL II 1963) 2, 23 (*sim. l. 22*) ne quis -us ... sine tutore auctore quem quamve manumittat (*cf. p. 2663, 50; plerumque autem sine praepos., sc. affirmative, e. g.* IVLIAN. dig. 29, 2, 44 qui fundum t. a. a -o emerit. VLP. dig. 36, 1, 38, 1 -us ... ipse debet restituere t. a., non tutor sine -o, nisi infans est. *cf. p. 2663, 61*). Irnit. III C 8 (*sim. l. 18*) ne quis -us ... sine tutoris auctoritate quem ... manumittat ([-et *aes*]. *item saepe, e. g.* NERAT. dig. 12, 6, 41 quod -us s. t. a. stipulanti promiserit. GAIVS dig. 26, 8, 9 pr. obligari ... -us s. t. a. non potest. *affirmative e. g.* VLP. dig. 14, 3, 9 si ipse -us praeposuerit *institorem,* si quidem t. a., obligabitur).

b *cetera exempla* (*saepe de -o circumscripto, spoliato*): CIC. Q. Rosc. 16 aeque ... nefarium est ... et -um fraudare, qui in tutelam pervenit, et socium fallere (*item coniunguntur*: HOR. epist. 2, 1, 123 non fraudem s. puerove incogitat ullam -o *poeta.* IVV. 10, 223 quot Basilus s., quot circumscripserit Hirrus -os). Verr. II 1, 90 cum -i Malleoli tutor esset, in bona eius impetum fecit. 1, 131 (*dictum Verris*) -os et pupillas certissimam praedam esse praetoribus. 1, 135 ne per summam iniuriam -um Iunium fortunis patriis conetur evertere. har. resp. 42 *Clodius* mortuorum testamenta conscripsit, -os necavit. LIV. 24, 18, 14 *de pecunia collata* si quid emptum ... -is ac viduis foret, a quaestore perscribebatur (*sim.* 34, 6, 14 viduae et -i pecunias suas in aerarium deferebant). 39, 9, 3 (*antea p. 2662, 35*) vitricus, quia tutelam ita gesserat, ut rationem reddere non posset, ... tolli -um ... cupiebat. SEN. benef. 4, 27, 5 qui tutorem filio reliquerit -orum spoliatorem. CVRT. 8, 8, 3 *vapulationem* ferunt a tutoribus -i. COLVM. 8, 16, 5 *Cato* tutor Luculli grandi aere ... piscinas -i sui venditabat. QVINT. inst. 6, 2, 14 alia patris adversus filium, tutoris adversus -um ... moderatio est. decl. 355, 1 ut rudem ... -i aetatem fraudibus suis circumscriberent. *al.*

2 *illustratur ratio, quae intercedit inter -um et minorem XXV annis*: **a** *strictius, sc. distinguitur tutela -i a cura minoris* (*curatorem tutori adiunctum v. l. 4*): PAVL. FEST. p. 48 curatores dicuntur, qui ⌞-is⌟ loco tutorum dantur (⌞ ⌟ *sc. cum adoleverint*). GAIVS inst. 1, 199 ne ... et -orum et eorum, qui in curatione sunt, negotia a tutoribus curatoribusque ... deminuantur, curat praetor, ut *satisdetur.* SCAEV. dig. 26, 8, 21 defendente tutore -us condemnatus ... accepit curatorem (*seq. l. 68*). TRYPH. dig. 27, 1, 44, 2 -us vel pubes minor annorum viginti quinque. VLP. dig. 12, 3, 4 pr. *in tutelari causa iurare* -us, si impubes est, non potest; ... adulescens vero ... potest (*item opp. ibid. bis et* COD. Iust. 5, 69, 1, 1 [*a. 205*] finito ... officio pubertate -orum vel aetate a. 2, 12, 11 pr. [*a. 229*] in re -i vel a. *al.*). VLP. dig. 26, 1, 3 pr. qui habet tutorem -us vel pupilla si furere coeperint, in ea causa sunt, ut in tutela nihilo minus durent, *sc. nec curatori tradantur*; quae sententia Quinti quoque Mucii *Scaevolae* fuit. 26, 7, 1, 2 an *malint tutores* -um exhibere ..., ita tamen, ut ... pro his ..., qui supra septimum annum aetatis sunt, ... auctoritatem praestent; in causis autem adultorum *eqs.* (*item opp.*: COD. Iust. 2, 12, 11, 1 [*a. 229*] -us ... vel pupilla vel a. vel adulta ... ad defendendum tutore seu curatore interveniente procuratorem ordinare possunt. 2, 26, 5 [*a. 294*] in rem -i vel a. 3, 6, 2. *al.*]). 26, 7, 5, 5 si tutor -um suum puberem factum non admonuerit, ut sibi curatores peteret. *al.* **b** *laxius adhibetur per perseverantiam de eo, qui iam pubes factus est, vel nomine* -orum *comprehenduntur simul minores*: IVLIAN. dig. 27, 2, 4 pubes factus -us puberi iam factae sorori suae ducenta legati causa solvit. SCAEV. dig. 26, 8, 21 (*antea l. 49*) curator dixit: 'abstineo -um' ...; quaesitum est, an secundum haec acta adulescens a bonis patris abstentus sit. PAVL. dig. 2, 8, 8, 4 tutor et curator, ut rem salvam fore -o caveant, mittendi sunt in municipium, quia necessaria est satisdatio. 40, 12, 39, 2 tutores vel curatores -orum, quorum tutelam et res administraverunt, postea status quaestionem facere non possunt (*nisi spectat ad l. 4*). COD. Theod. 3, 17, 3 pr. quem ... administrandis negotiis -orum dignissimum iudicarit *consilium praefecti urbi* (*postea*: parvulis adultisque. *cf.* INTERPR. quoties de -orum tutela tracta-

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tur, debent primi patriae ... secundum aetates minorum aut tutorem aut curatorem eligere). 13, 10, 4 -os in virili sexu usque ad viginti annos ... inmunes esse debere. SENT. Chart. lat. ant. XLV 1325, 5 (*saec. IV*) ⟨de⟩nt -is tutorem sive curatorem. LEX Burg. Rom. 36, 3 -us sub curatore positus facultatem suam gubernare debebit (*antea*: -i ... post impletum quartum decimum annum curatores sibi ipsi petere debebunt). *al.*

B *in imag. et translate significatur, qui tamquam -us*: **1** *defenditur tutela populi Romani*: CIC. Att. 5, 18, 4 *Bruto creditori* iam exhibeo -um neque defendo (*sc. Ariobarzanem regem, quem tuendum Ciceroni procos. commisit senatus, v. fam. 15, 2, 4*). LIV. perioch. 112, 2 *Pompeius* iussu Ptolemaei regis, -i sui, ... occisus est (*de eodem*: SEN. epist. 4, 7 de Pompei capite -us et spado tulere sententiam. *pro cognomine est*: AMPEL. 35, 6 P. -us dictus, qui Pompeium tutorem a senatu accepit). IVST. 30, 2, 8 legatos Alexandrini ad Romanos misere orantes, ut tutelam -i *regis quinque annorum* susciperent (*in eadem re*: 30, 3, 4 qui *Lepidus* tutorio nomine regnum -i administret. *cf. etiam Inscr. numm. lib. rei publ. n. 419, 2* tutor reg(is)). **2** *educatur, docetur*: SEN. epist. 25, 1 quadragenarium -um cogitas sub tutela tua continere, *ut eius vitia emendes*? respice aetatem eius iam duram. **3** *immaturus, infirmus est*: PERS. 4, 3 quo fretus *rem publicam suscepturus es*? dic hoc, magni -e Pericli (*sc. Alcibiades*). TAC. ann. 14, 1, 1 *Poppaea* per facetias incusare principem et -um vocare, qui iussis alienis obnoxius *esset.*

III *abusive ponitur pro pupilla oculi* (*cf. p. 2666, 31*): GILD. Brit. 17 chron. III p. 34, 14 luminum ... -i, persaepe licet palpebrarum convolatibus innovati, ... fuscantur *nebulis offusis.*

f. ˣ**pūpilla,** -ae. *de origine*: CASSIOD. in psalm. 16, 7 l. 161 dicta a parvitate sui -a, quasi pusilla (*sim.* 108, 12 l. 187). ISID. orig. 11, 1, 37 vocatur ... -a, quod sit pura atque inpolluta, ut sunt puellae (*sed cf. p. 2661, 28*). GLOSS. pupula: principale, quod est -a diminutive. *notatur* pup *l. 69. 73. p. 2663, 69, litt. inversis in* LEGE *p. 2663, 56,* pu (*sed ordine et litt. inversis* V9) *in* LEGE *p. 2663, 48. 52,* p *p. 2666, 3 et* NOT. laterc. gramm. IV 283 (*cf.* ISID. orig. 1, 23, 1 *in notis iuris scribebatur* per P secundum naturam pupillus, per 9 verso capite -a). *de formis: gen.* -aes CIL VI 38690 (*cf. Leumann, Gramm. 1977, 419*); *dat. sing.* -e CIL XIII 8387, *plur.* -abus *p. 2666, 22. legitur inde a* CIC., *in versibus non nisi sub II apud* LVCR. (*bis*), PRVD. (*semel*), VEREC. (*bis*). [*v. supra p. 2661, 45. C. S.*] [*falsa var. l. pro* pupula *p. 2672, 40; e coni. dub. pro* pap- APVL. met. 3, 22, 5.]

i. q. pupula: **I** *notione originaria de puellula, parvula* (*indicantur eius anni l. 73, infans est l. 49, opp.* adulta *p. 2664, 61. 2666, 29; de viripotente l. 59. p. 2663, 45. 2666, 16. 23. al.; iuxta subst. vergit in usum adi. l. 55*): **A** *respicitur imprimis aetas nondum adultae vel status eius, quae parente orbata est*: **1** *usu communi*: CIC. Verr. II 1, 104 *Annii Aselli* heres erat filia; faciebant omnia cum -a: legis aequitas, voluntas patris, edicta praetorum, consuetudo iuris. 1, 105 ad -ae matrem submittebat *Verres*; malebat pecuniam accipere, ne *eqs.* (SIDON. epist. 2, 4, 2). 1, 113 *hereditate adempta* eripies ... -ae togam praetextam? 1, 153 (*ironice*) magno praesidio fuit Anniae -ae mater ...; minus illa deos ... implorante iste infanti -ae fortunas patrias ademit. LIV. perioch. *p. 2662, 15.* LABEO dig. 36, 2, 30 quod -ae legatum est 'quandoque nupserit', si ea minor quam viripotens nupserit *eqs.* INSCR. Ital. III 1, 113 (*saec. I*[1]) Polla ... viro, qui eam -am annorum VII in domum receptam per annos LV ... uxorem habuit (*nisi ad B2*). QVINT. inst. 4, 1, 13 *ad conciliandos iudices* multum agit sexus aetas condicio, ut in feminis senibus -is. PLIN. epist. 8, 23, 8 orbam matrem, viduam uxorem, filiam -am ⌊ignaram⌋ patris reliquit *Avitus morte sua* ([⌊] i. avi *vel* i. que *trad.*]. COD. Iust. 2, 18, 5 [*a. 203*] obsequio liberti functus negotiorum gestorum actionem contra patroni filias ⌊-as⌋ habere non potes [⌊] *nisi subaudias* tuas, *ut spectet ad B*]). APVL. apol. 73, 4 quoniam non formosa -a, sed mediocri facie mater liberorum mihi offeratur *in matrimonium.* COD. Theod. 16, 2, 20 ecclesiastici ... viduarum et -arum domos non adeant (*cf. p. 2663, 4*). *al.*

2 *peculiaria quaedam: in compar. vel explic. allegorica*: SEN. dial. 12, 18, 7 *fratris filiam* sic mihi adscripseram, ut possit videri, quod me *exulem* amisit, quamvis salvo patre, -a. COD. Iust. 11, 30, 3 (*imp. Alex. Sev.*) rem publicam ut -am extra ordinem iuvari moris est. HIER. tract. in psalm. I p. 328 l. 167 viduam, hoc est ... animam ...; -am et v. (*ad p. 2663, 5 ut* PROSP. in psalm. 145, 10 anima ... supernum patrem ... desiderans ... merito -a appellatur et vidua). *in titulis (fere saec. I) est pars nominis* (*cf. p. 2662, 60*): CIL VI 8840 Sabbio pup(illae) Valer(iae) Messalinae disp(ensator) (*sc. futurae Augustae*). 38690 L. Ogulnius -aes l(ibertus) Philonicus. INSCR. Année Épigr. 1938 n. 52 (*Philippis*) ⟨pup⟩illae Vari⟨niae M⟩acedonia et Pro⟨cula p⟩atri ex testa(mento) eius. Ephem. Epigr. VIII p. 41 n. 163 (*e reg. Marsorum*) pup(illa) Vettia T. f(ilia) Prima vixit annos V.

B *respicitur imprimis condicio iuris, sc. de impubere, quae est in tutela* (*in curatione p. 2666, 14 sqq.; exempla selecta inde ab* IVLIAN. dig.): **1** *vario respectu: iuxta* pupillus: *exempla potiora v. supra, sc. c. coniunctionibus* aut *p. 2663, 50,* et *p. 2664, 32,* sive *p. 2663, 52,* -ve *p. 2663, 48 sq. 69. al.* (*cf. notam iuris* PROB. litt. sing. 6, 67 PPV p. -ave), vel *p. 2664, 3. 55. 61, per asyndeton p. 2663, 75 [bis]. 2664, 2. 7* (*cf. l. 11*). *solum ponitur*: CIC. Verr. II 1, 106 pecuniam praetori si -ae nomine dedissent *tutores eqs.* (IVLIAN. dig. 27, 2, 4 *tutor* iussus est alimenta -ae et mercedes, ut liberalibus artibus institueretur, -ae n. praeceptoribus dare. *al.*). QVINT. decl. 284, 2 si ignosci sibi velit ... vitiator -ae tutor. IVLIAN. dig. 26, 8, 12 si servus ... a -a tua te auctore aliquam rem per traditionem acceperit. MARCELL. dig. 1, 7, 20 satisdatio locum habet ...; sed etsi de pupillo loquitur, tamen hoc et in -a observandum est. SCAEV. dig. 26, 7, 59 ut -a ab hereditate *aere alieno gravata* ... abstineretur (TRYPH. dig. 23, 2, 67, 6 qui -am abstinet bonis patris sui). *ibid.* an, si aliquis tutorum creditor ... pecuniam expensam sibi ex re -ae ... fecerit, revocari a curatoribus ⌊-ae⌋ ad portiones *ceterorum creditorum* ... possit ([⌊] *laxius dictum ita ut p. 2664, 64, antecedit enim* iam viripotenti. *sim. e. g.* EPIST. imp. Sev. dig. 23, 2, 20 ad officium curatoris administratio -ae pertinet; nubere autem -a suo arbitrio potest). 42, 1, 44 actum est cum -a tutore auctore. PAPIN. dig. 3, 5, 30, 5 quae tutor ... in rebus -ae paternae gessit (PAVL. dig. 45, 3, 20, 1. *al.*). COD. Iust. 2, 18, 4 (*a. 201*) qui -ae negotia tutoris mandato suscepit (5, 36, 1 pr. [*a. 213*]). TEST. (CIL VIII 9052) 12 filiabus ⟨fratris⟩ mei pu⟨pil⟩labus meis (*suppletur sec.* 17). *al.* **2** *cum respectu nuptiarum sim.* (*addas l. 17, fort. et p. 2665, 52*): CALL. dig. 23, 2, 64, 1 quo *senatus consulto* (*a. 175/80*) prohibentur tutores et filii eorum -as suas ducere (*de eodem e. g.* COD. Iust. 5, 6, 1 [*a. 215*] quo inter -am et tutoris filium conubium ... sublatum est). PAVL. dig. 23, 2, 60, 6 si adoptivus filius tutoris duxerit -am illicite posteaque emancipatus fuerit. COD. Iust. 5, 6, 2 (*a. 223*) mater -ae cum tutore filiae suae ... nuptias contrahere non prohibetur. 5, 6, 7 (*imp. Diocl.*) si tutor vel curator -am vel adultam quondam suam sibi ... in matrimonio collocaverit, manet infamia. *al.*

II *notione deflexa de oculi parte media* (*sc. de centro nigro hic illic comprehenso orbiculo varii coloris [e. g. l. 45. 49. vol. VI 2, 2040, 21], cf.* pupula *et gr. κόρη* [*v. l. 63 et* PAVL. NOL. epist. 40, 6 p. 347, 5. *al.*], *quod infra gr. respondet; hic illic per synecdochen de toto oculo, v. imprimis l. 65. 70; notionem explicat* ISID. orig. 11, 1, 37 ubi, *sc. in -a,* quia parvae imagines nobis videntur, propterea -ae appellantur [*cf. l. 52*]; ... hanc plerique pupulam vocant [*seq. l. 68*]. *accedit saepius gen.* oculi, oculorum, *e. g. l. 67. 73. p. 2667, 13, cf.* ocelli *p. 2667, 1; ad animalia spectant e. g. l. 49. 70*): **A** *usu sollemni*: **1** *describitur oculus, munus videndi sim.*: LVCR. 4, 249 *rerum imago* per nostras acies perlabitur omnis et quasi perterget -as atque ita transit (*cf. vice versa* CLAVD. MAM. anim. 3, 11 p. 173, 13 visus animi ... *se* exserit per ... puncta -arum). 4, 716 *quaedam acria visu,* cum sunt oculis immissa ..., -as interfodiunt. CELS. 7, 7, 13[A] *tunica oculi superior* -ae loco extenuatur. 7, 7, 13[B]. 7, 7, 13[C] ex cuius *umoris q. d. hyaloides* colore -ae color vel niger est vel caesius. PLIN. nat. 7, 16 quod -as binas in oculis singulis habeant *quidam in Illyrico* (*eadem fere* GELL. 9, 4, 8. *sim.* PLIN. nat. 7, 17 geminam -am [11, 142]. 7, 18 duplices -as [*e Cic., sc. phil. frg. XIII 4, qui tamen uti vid. voce q. e.* pupula]). 8, 121 *non* -ae motu, sed totius oculi versatione circumaspicit *chamaeleon* (*Sol. 40, 22* non circumlatis pupulis [-is *var. l.*]). 11, 148 (*cf.* 1, 11, 55 de natura -ae) media eorum *oculorum* cornua fenestravit -a, cuius angustiae non sinunt vagari incertam aciem. *ibid.* ut tam parva illa -a totam imaginem reddat hominis *vi speculi* (*cf. l. 35. 67*). LACT. opif. 8, 16 in quorum *orbium* media parte scintillae luminum conclusae tenerentur, quas -as nuncupamus, in quibus puris ... cernendi sensus ... continetur (*cf.* CHIRON 69 in -a luminis nascendi origo servatur). AVG. quant. anim. 14, 24 cum ... oculi medium, quae -a dicitur, nihil aliud sit quam quoddam punctum oculi, in quo *eqs.* (*cf.* ISID. orig. 11, 1, 37 -a est medius punctus oculi, in quo vis est videndi. *ceterum respicitur media pars l. 51. 54 et* CASSIOD. in psalm. 16, 7 l. 159). **2** *exempla cetera*: TAB. devot. (CIL I[2] 2520) 23 Proserpina Salvia, do tibi -as Ploti. CELS. 6, 6, 1[C] exulcerationis *cuiusdam* timor in palpebris -isve est, ubi *eqs.* 6, 6, 37[A] -a funditur et dilatatur aciesque eius hebetescit *morbo quodam* (*cf.* CHIRON 68 diffundit se -a, core quae dicitur, et fit platocoriasis [*i.* platy-], id est dilatio -ae [*inde* VEG. mulom. 2, 16, 3]). *al.* PLIN. nat. 23, 70 *foliorum oleae sucus* procidenti ... -ae efficax (*cf. p. 1528, 74 sqq.*). 28, 64 augurium ex homine ipso est non timendi mortem in aegritudine, quamdiu oculorum -ae imaginem reddant *inspicientis* (*cf.* ISID. orig. 11, 1, 37 ⌊-as⌋, quas videmus in oculis, morituros ante triduum non habere [⌊] *de imagine reddita an de parte oculi ut p. 2673, 1?*]). 29, 124 *medicamentum* contra pusulas in -is. *al.* TERT. anim. 8, 4 ut *aquilae* natorum suorum generositatem de -arum audacia iudicent *solem sustinentium.* VET. LAT. thren. 2, 18 (Ambr. in psalm. 118 serm. 17, 35, 2, *sim.* VVLG.) non sileat -a oculi tui (*sec. var. l. gr. κόρη ὀφθαλμοῦ pro θύγατερ, ὁ ὀφθαλμός* [*cf. cod. 177* filia]. *explicat e. g.* HIER. tract. in psalm. I p. 13 l. 45 quando lacrimas ad deum fundimus, ... -a oculi ... clamat ad dominum.

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cf. VEREC. satisfact. 76 -a mei delicta fatetur ocelli). PRVD. perist. 10, 436 -a carnis crassa crassum perspicit. THEOD. PRISC. log. 56 pthisis ex contractione ... -ae contingit, ex ... resolutione -ae mydriasis. EPIPHAN. Avell. 244, 43 -is oculorum draconis est similis *gemma quaedam.* VEREC. satisfact. 27 -a suas umoris *non* temperet undas. *al.*

B *per similitudinem transfertur ad decus quoddam gemmarum* (*cf. l. 4*): PLIN. nat. 37, 131 *lapis asteria* inclusam lucem -a quadam continet. 37, 149 beli oculus albicans -am cingit nigram e medio aureo colore fulgentem.

C *in comparationibus ad significandum, quod maxime diligitur, pretiosissimum est*: VET. LAT. deut. 32, 10 (cod. 100, *sim. al. et* VVLG.) *deus* custodivit eum, *sc. populum suum,* sicut -am oculi (psalm. 16, 8 [cod. 303, *sim. al. et* VVLG.] custodi me, domine, ut -am oculi [*cf. e. g.* CASSIOD. *ad loc.* 1.165 in nostro corpore nihil praestantius invenitur]). Zach. 2, 8 (Tert. adv. Marc. 4, 35, 1, *sim. al. et* VVLG.; *gr. 2, 12*) qui tetigerit vos, ac si -am oculi mei tangat (*explicat e. g.* AVG. civ. 20, 30 p.482, 5 quas *oves* [*Matth. 15, 24*] hic comparavit -ae oculi dei propter excellentissimum dilectionis affectum). *al. in sacra script.*

deriv.: pupillaris, pupillatus (-ūs). *cf. Onom.* *Kruse.*

?**pūpior** *v.* pupor. **pūpis** *v.* puppis. **puplita** *v.* poples.

pūplus *v. p. 2448, 28 et* 2. populus. **pūpolus** *v.* 2. populus.

pūpor (-ior?), -ātus sum, -ārī. *a* pupus (*cf. Flobert, Verbes dépon., 1975, 189; Heraeus, Kl. Schr., 1937, 168*). *i. q. pupum esse, pro pupo tractari*: CHAR. gramm. p.465, 28 -or, παιδεύομαι, -tus sum ([puror *et* puratus *cod.*, pub- *Barwick*]. DOSITH. gramm. 71, 14 [pubor *var. l., edd.*]. GLOSS.^{L} II Philox. PU 77 pupior: π.).

1. puppa *v.* pupus (pupa).

[2. puppa *vix recte coni. pro* ubuppa SORAN. p.43, 6, *v. post alios Adams, The regional diversification of Latin, 2007, 539sq.*] *Bk.*

⁂**puppis,** -is *f.* [*orig. incerta: sunt, qui putent simulacrum dei in postrema parte navis positum a nautis appellari potuisse* pupus *vel* pup(p)a, *licet desint testimonia, et nomen inde ad totam illam partem relatum esse; nec facilius explicaveris geminationem* -pp- (puppa *est recentioris aetatis, v. p. 2673, 69*). *exitu vocis monemur etiam alias voces rei nauticae ita desinere, e. g.* nāvis, ratis, restis, trirēmis. *Fo.*] *de origine cf. p. 2668, 6.* *scribitur in codd. rec. etiam* popp-, *e. g.* IVVENC. 2, 33 NON. p. 91, 25, *una* -p- *e. g.* VERG. Aen. 1, 115 AVIEN. ora 124 SEDVL. carm. pasch. 3, 70, *sim. al.* NOT. Tir. 109, 76 pupes.

β *absolute:* *-ant medicamenta* (*vix addas p. 2690, 48*): CELS. 5, 5, 1 -ant aerugo, auripigmentum *eqs.* 5, 18, 26 *malagma Niconis* resolvit, aperit, -at. *al.* SCRIB. LARG. 206 l. 27. 237 mirifice. PLIN. nat. 23, 69 folia ... vehementissime adstringunt, -ant, sistunt. 26, 140 (*respic. ulcera*) scordotis cum melle -at. 33, 110 temperate. *al.* *-ant medici*: CASS. FEL. 1, 12 anagargarismatis confectione ... per palatum -bis. HIPPOCR. mul. 1 l. 365 si vis per matricem -are (*sed gr. 22 τὰς ὑστέρας καθαίρειν*). *al.*

b *respicitur alvus solvenda:* **α** *vario usu*: CATO agr. 157, 12 siquem -are voles, pridie ne cenet. 157, 13 qui hac purgatione -tus erit (*cf. ibid.* qui sic -tus erit). 158, 2 bibe *potionem* ...; -bis te bene (*item refl.*: ISID. orig. 12, 7, 33 *ibis* semet ipsam -at, rostro in anum aquam fundens [*cf. l. 40*]). CIC. nat. deor. 2, 126 vomitione canes, -ando autem alvo se ibes Aegyptiae curant ([*ita Plasberg, v. app. crit.*; purgatu *vel* purgatione ... alvos ibes *edd. vet.*]. SALL. hist. frg. 1, 52 simulans sibi alvom -ari. CELS. 3, 23, 3 ducere a. vel nigro veratro -are [*sim.* 4, 27, 2]. COLVM. 6, 4, 3. *al.*). VARRO rust. 1, 31, 4 *ocinum* citat alvom bubus et ideo iis datur, ut -entur. 1, 31, 5. OV. Ib. 450 *ibis* corpora proiectā ... sua -at aquā ([*cf. l. 34*]. CELS. 4, 26, 1). CELS. 2, 12, 2^{C} qui saepe vel sponte vel casu -tus est. 3, 9, 3 ut movendo ventrem -ret *medicus* (VVLG. I reg. 24, 4. MARCELL. med. 30, 4 -at optime v. chamelaea herba. *al.*). *al.* PLIN. nat. 8, 112 *cervae* ante partum -antur herba quadam (*Cic. nat. deor. 2, 127* perpurgant se). *al.* **β** *absolute* (*-ant medicamenta praeter l. 52*): CATO agr. 157, 12 nulla res tam bene -bit *quam brassica* (SCRIB. LARG. 137). CIC. div. 1, 16 quid scammoneae radix ad -andum ... possit. CELS. 2, 12, 1^{A} abunde. SCRIB. LARG. 136 -at ... belle chamaelea. 138 tit. globuli mirifice -antes. PLIN. nat. 25, 51 nigrum *elleborum* ... -at per inferna, candidum ... autem ⌞vomitione⌟ (*item opp.* 25, 136). *al.* PLIN. med. 2, 5, 4 (*ex* PLIN. nat. 24, 48 alvum -at). ORIBAS. syn. 1, 17, 1 Aa (*item fere* La) p. 54, 26 si ... mitius volueris -are, ... dabis *potionem quandam* (1, 17, 4 *et* 12 *ibid.* p. 55, 14 *et* 56, 17). *al.* *?***γ** *intrans.* (*cf. p. 2686, 6, nisi subaudire malis alvum sim., ut spectet ad β*): ALEX. TRALL. 1, 84 si ... minus a mensura -verit quis (*gr. I 613 εἰ ... ἔλαττον ... καθαιρόμενοι τύχοιεν*).

c *respicitur vomitus* (*exempla certiora*): CATO agr. 156, 4 ubi ... nausia adprehendet, decumbat -etque sese; tantum ... pituitae ... eiciet, ut *eqs.* (*item refl.*: VAL. MAX. 8, 7 ext. 5 *Carneades* cum Chrysippo disputaturus elleboro se ante -bat ad expromendum ingenium suum attentius. CELS. 3, 18, 20. *al.*). HOR. ars 302 qui -or bilem *elleboro albo sim.* ([SCHOL. pro 'bilibus -or']. *item mediopass. c. acc. respectus*: AVSON. 27, 13 [393 S.], 69 scillite decies nisi cor -eris aceto). OV. Pont. 4, 3, 53 (*ad insanum*) i, bibe ... -antes pectora sucos (CELS. 3, 7, 1^{A} vomitu). PLIN. nat. 20, 23 *raphani* sativi ... stomachum -ant (20, 64. *al.* GELL. 17, 15, 4 candido *elleboro* s. et ventrem superiorem vomitionibus -ari. *al.*). 26, 64 ut -et *tithymallum* vomitione et alvo soluta. *al., e. g. l. 50.*

d *respicitur purgatio feminarum* (*equae p. 2686, 5. 7; aliter l. 3*): **α** *usu communi pertinet ad:* *menstrua* (*pass. vel mediopass. praeter l. 71*): CELS. 2, 8, 16 quae menstruis non -atur (AVG. quaest. hept. 3, 40, 1 l. 1042 HIPPOCR. mul. 1 l. 25). SCRIB. LARG. 106 quae difficulter -antur (MARCELL. med. 20, 12. 33). PLIN. nat. 20, 9 -at eas *mulieres* elaterium. 20, 68 -ari et feminas hoc cibo. *al.* PAVL. dig. 21, 1, 15 quae bis in mense -atur, sana non est *eqs.* CAEL. AVR. gyn. 1, 25 quanto sanguine -antur? (SORAN. p. 11, 9 plurimo s. [*Cael. Aur. gyn. 1, 28* plurima purgatio fluit]. *al.*). PS. SORAN. epit. 33 cum -ari desint (*cod.*, -are *ed. perperam*). *al.; cf. l. 9.* *secundas vel abortum*: SCRIB. LARG. 89 *catapotium* -at mulierem, si qua ex partu substiterunt (PLIN. nat. 20, 173 a partu. 21, 133 ex abortu. *al.*). PLIN. nat. 24, 147 eadem potio, si a partu non ⌞-entur⌟, et secundas trahit (⌞⌟ *puerperae, nisi ad p. 2690, 51*). 26, 159 radix pota in tantum -at, ut partus enectos extrahat. CHIRON 770 equa si pepererit et non -verit se. *al.* **β** *act. intrans.* -are (*pro* -ari *vel* se -are): CHIRON 764 equa si pepererit et non -vit (*vix absolute sec. p. 2690, 50sq., cf. enim l. 6*). ORIBAS. syn. 1, 29, 3 Aa p. 84, 15 mulieribus ... inordinat[a]e -antibus (*gr. καθαιρομέναις*, La quae ... -antur. *non est quod addas p. 2685, 75*).

B *incorporaliter, sc. liberando*: **1** *a criminatione, exprobratione* (*variat in contextu imprimis c.* diluere *l. 29. p. 2688, 14,* excusare *l. 48. p. 2687, 54. 65,* probare *l. 55. p. 2687, 35. 57; opp. e. g.* accusare *l. 37. 47. al.,* arguere *l. 24. 52. al., disting.* deprecari *l. 27,* refellere *p. 2687, 50sq.*): **a** *verbis defendentis, excusantis* (*iudicis absolventis l. 58*): **α** *absolute* (*in iudicio l. 21. 24sq.*): PLAVT. Aul. 753 tibi ultro supplicatum venio ob stultitiam meam. :: non mi homines placent, qui, quando male fecerunt, -igant (purgitant *codd.*). Merc. 739. TER. Phorm. 1035 ignosce! orat, confitetur, -at. Ad. 608 *Micio,* te ⌞ipsum⌟ -are ipsi *matri* coram placabilius est (⌞⌟ *utrum ad Aeschinum referri possit necne, dubitat* DON. *ad l.* 1). COM. pall. inc. 57 tutare amici causam ...; obicitur crimen capitis: p⟨urga⟩ fortiter. CATO orat. 212 quis homo ... pulchrius -at? (*si recte huc traximus deficiente contextu*). CIC. Sull. 38 *quod testis respondit,* non -at (*opp.* si argueret). TIRO Gell. 6, 3, 15 *patronus inepte affert reorum* cum pluribus aliis communicationem, quod ... nihil ad -andum est (*recc.,* pugn- *cett.*). LIV. 23, 8, 4 pater iuveni *Poenis infesto* Hannibalem deprecando magis quam -ando placavit. CVRT. 7, 1, 31 ego -are non possem, si pridie quicquam ex vetere ... more mutassem; nunc vero ... consuetudo diluet crimen. *al.*

β *pro obi. sunt animantes accusati eorumve status sim.*: Ⅰ *exempla varia*: Ⓐ *de iis, qui ipsi se defendunt* (*innocentiam suam sim. l. 40. 46; mediopass. l. 48; in lite l. 36. 45. 47. al.*): PLAVT. Aul. 791 qui homo culpam admisit in se, nullust tam parvi preti, quin pudeat, quin -et sese (*cf. 793* ut mihi ignoscas). TER. Phorm. 186 taceam? ... -em me? Ad. 632 ad illas ibo, ut -em me. CIC. Mur. 51 *Catilina* non se -vit, sed indicavit. Sull. 14 ad -andum me (*patronum; disting.* ad hunc *reum* defendendum). fam. 3, 11, 5 me -ans diligenter, te leviter accusans in eo, quod de me cito credidisses. *al.* CAES. Gall. 6, 9, 6 Vbii ... -andi sui causa ... legatos mittunt (TAC. hist. 3, 70, 4. *cf. l. 74 et* CAES. Gall. 7, 43, 2 sui -andi gratia). LIV. 9, 26, 17 omnia tutiora, quam ut innocentiam suam -rent, visa *sunt* (COD. Iust. 2, 12, 6 [*a. 223*]. CYPR. epist. 66, 3, 2. *al.*). 43, 4, 3 quibus -antibus sese culpamque in duorum amentiam conferentibus ... cum veniam dedisset praetor. *al.* CVRT. 5, 10, 11. 5, 12, 3 *Besso* -anti ... se *scelere dissimulato* ... Dareus vultu adsentiebatur. APVL. mund. 35 p. 367 reus -andi se necessitate, insectandi studio accusator venit (*gr. 400b20 ἀπολογησόμενος*). VLP. dig. 3, 3, 25 ferendus erit *procurator* pudorem suum -ans. 48, 1, 5 pr. *reus* -are se debet nec ante potest accusare, quam fuerit excusatus. *al.* *mediopass.* (*cf. p. 2687, 8. 32. 2688, 12; exempla potiora*): LIV. 24, 18, 4 iusso ... eo *Caecilio* ceterisque ... reis causam dicere, cum -ari nequissent (pugn- *var. l.*). TERT. apol. 4, 11 cur *reus* non audior, qui habeo, quo -er. *al.* Ⓑ *de iis, qui alium defendunt*: CIC. S. Rosc. 120 servos ... neque arguo neque -o. Cluent. 64 si ostendo ab Oppianico *iudicium esse corruptum,* -o Habitum. Sull. 39 in iudiciis et in quaestionibus non hoc quaerendum arbitror, num -etur aliquis, sed num arguatur. Att. 3, 15, 2 ceteros quod -as, debent mihi probati (-ti *var. l.*) esse, tibi si sunt. *al.* LIV. 4, 25, 12 -are plebem, culpam in patres vertere. 36, 32, 3 sese gentemque. GELL. 6, 3, 52 innocentes. VLP. dig. 47, 10, 1, 6 defuncti existimationem. *al.* Ⓒ *de iudice, qui reum absolvit* (*cf. p. 2687, 6*): LIV. 10, 13, 14 *possessoribus* plerisque dies dicta ab aedilibus ... nec quisquam ferme est -tus. SEN. Herc. O. 935 (*loq. Deianira*) defendar illic, inferi absolvent ream; a me ipsa damnor; -et has Pluton manus. CVRT. 7, 2, 9 (*rex sententiam dicit*) satius est *vos* -tos esse quam suspectos; cogitate neminem absolvi posse, nisi qui dixerit causam. SYMM. epist. 2, 1 multis ... quaestionibus et ... principis ore -tus senator. CONST. Sirmond. 15 *lex* -tis (*pro subst.*) repperit ultionem *in calumniatores. al.*

Ⅱ *accedunt structurae (ad usum refl. praeter l. 70sq. p. 2687, 8. 17. al.) respicientes*: Ⓐ *id, quod obicitur:* *struct. variae*: TER. Eun. 434 -on ego me de istac Thaidi, quod eam me amare suspicatast? ([*cf.* GLOSS. V 538, 60 -on: excuso]. EPIST. praet. ad Tiburt. [CIL I^{2} 586] 3 quibus ... de rebus. 12 *v. p. 2687, 39.* CIC. S. Rosc. 39 de luxuria -vit Erucius *reum,* cum dixit *eqs.* Att. 13, 10, 3 *Brutus* per litteras -at Caesarem de interitu Marcelli. fam. 12, 25, 3 quod te mihi de Sempronio -as, accipio excusationem. *al. apud eundem. aliter p. 2687, 9*). CAES. Gall. 4, 13, 5 sui -andi causa, quod ... proelium ... commisissent (LIV. 1, 50, 8 ut -ret se, q. id temporis venisset. CVRT. 7, 1, 32. *cf. l. 68. p. 2687, 64*). LIV. 37, 28, 1

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quibus *oratoribus* -antibus civitatem omnis facti dictique hostilis (*opp.* arguit. *item gen. criminis* [*sublucente vi separativa, cf. p. 2685, 17*]: APVL. apol. 90, 4 si me omnium, quae insimulastis, abunde -vi). SVET. Iul. 55, 3 adversus ... obtrectatorum criminationes (*cf. l. 61*). *struct. separativae* (*cf. l. 2*): LIV. 6, 17, 7 *Latinis* -antibus se Volsci crimine belli (*item abl.*: TAC. ann. 3, 17, 1 Tiberius adulescentem *Pisonem* crimine civilis belli -vit. PAVL. dig. 19, 4, 1 pr. emptor ... tenetur ex vendito, venditori sufficit ... -ari dolo malo. COD. Iust. 9, 40, 1, 1 [*a. 211*] crimine. *addas l. 18*). LVCIF. Athan. 1, 21.5 -are posse se de crimine obiecto proclamanti *reo* (HIST. AVG. Aur. 29, 5 de qua *avaritiae fama* se multis epistulis -at. *al.; locos huc traximus coll. l. 63. p. 2689, 38; aliter p. 2686, 68*). SYMM. rel. 25, 1 ut se ipse a quorundam criminatione -ret (*item* ab: RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 21.18 a maledictis. LIB. pontif. p. 121, 21. *al.*).

Ⓑ *id, quod excusando profertur (cf. δ):* *acc. c. inf.*: TER. Ad. 162 quod te posterius -es hanc iniuriam mihi nolle factam esse. CIC. fam. 9, 15, 3 alterā epistulā -as te non dissuasorem mihi emptionis ... fuisse. LIV. 34, 21, 2 *transfuga* -are se ac populares coepit: non esse in manu ipsis rem publicam *eqs.* ITIN. Alex. 16, 39 Darii ... supplices litteras se culpā -antis neque belli causas ab se ortas, verum lacessitum obviasse. LVCIF. non parc. 31 l. 10. SCHOL. Cic. Bob. p. 89, 5 facillime. quod: CVRT. 8, 3, 7 illa *uxor* -are se, q., quae utilia esse censebat, muliebriter forsitan, sed fida ... mente suasisset. EVGRAPH. Ter. Hec. 660 -at ... puellam veniali statu, q. ... imprudentia aetatis hoc admiserit. *al.*

Ⓒ *eum, cuius venia, benevolentia sim. petitur:* ① *dat. (cf. l. 49 sq.):* *vario usu* (*refl. praeter l. 31*): PLAVT. Amph. 909 (*Iuppiter Alcumenae*) huc revorti, ut⟨i⟩ me -rem tibi (*item dat. pron.*: CIC. Att. 1, 19, 11 Quintus frater -at se mihi per litteras et adfirmat *eqs.* fam. 3, 10, 7 [*opp.* accusare]. *al.* Q. CIC. pet. 40 quos laesisti ..., īs te plane -ato. CATVLL. 99, 5. *al.*). Cas. 942 quibus modis -em ... me meae uxori. TER. Eun. 434 *v. p. 2686, 68.* CIC. Flacc. 91 materculae ... filius ... -at se per epistulam. APVL. apol. 94, 3 petit ..., uti sē Lolliano ... -em. *al.* *forma alicui* -tum esse (*om. saepius copula; mediopass. [vix pass. c. dat. auctoris], nisi agnoscas usum adi., maxime l. 42*): PLAVT. Poen. 1410 ego, Poene, tibi me -tum volo; si quid dixi iratus ..., id uti ignoscas quaeso (CIC. Att. 1, 17, 7 per quam *epistulam* te ac mores tuos mihi -tos ac probatos esse voluisti. CAES. civ. 1, 8, 3 velle Pompeium se Caesari -tum. *cf.* CIC. dom. 32 cum me -tum vobis esse cuperem *eqs.*). TER. Hec. 871 dixit iure iurando meo se fidem habuisse et propterea te sibi -tum. EPIST. praet. ad Tiburt. (CIL I^2 586) 12 *cum* de eieis rebus senatuei -ti estis, credimus ... item vos populo Romano -tos fore. CIC. fam. 13, 24, 2 de quo ... -tum se tibi scribit esse. FRONTO p. 212, 13 fama apud barbaros sancta de Lucio; Traianus non omnibus aeque -tus. *al.; cf. l. 45.* ② *praepos.* apud (*cf. l. 62*): IREN. 4, 26, 4 Moyses ... bona conscientia fretus -bat se a. deum dicens *eqs.* CYPR. epist. 55, 3, 2 mea a. te et persona et causa -anda est. 66, 5, 1 nisi a. te -ti fuerimus et sententia tua absoluti *eqs.* *al.*

γ *pro obi. sunt, quae obiciuntur* (*enunt. secund.* SYMM.; *in lite l. 53. 60. al.; cf. l. 35, aliter, sc. confutando, refellendo p. 2691, 8*): PLAVT. Amph. 945 (*Alcumena Iovi*) primum cavisse oportuit, ne diceres *iniqua sim.*, verum eadem si idem -as mi, patiunda sunt. TER. Hec. 254 aut ea, *quae obicis,* refellendo aut -ando vobis corrigemus te iudice ipso (DON. *ad l.* 1 sq. refellit, qui negat, -at, qui idem fatetur et sic defendit; [2] ergo refellimus per coniecturam, -amus per ceteros status). RHET. Her. 2, 27, 43 ne aliud accusatoris criminatio contineat, aliud defensoris purgatio -et. OV. Pont. 3, 2, 24 -ari factum me quoque teste ([*21* excusat; *23* venia]. FRONTO p. 162, 12 defendendo. AMM. 27, 5, 1 firma defensione. *al.; aliter l. 70*). TAC. ann. 3, 13, 1 si recentia -ret *reus.* APVL. apol. 1, 3 mihi ... facultas te iudice optigit -andae apud imperitos philosophiae et probandi mei. EPIST. imp. Aur. dig. 29, 5, 2 *dominum* -asse officium servorum suorum ([*postea*: absolvit]. DON. Ter. Andr. 820, 3). TERT. apol. 2, 3 nihil ... loqui, quod causam -et, quod veritatem defendat *eqs.* (AVG. epist. 43, 9 adversus fallaces criminatores apud ... ecclesiasticos iudices. COD. Theod. 9, 45, 4, 3 apud deum ... c. -ta [*gr. ibid. τῷ θεῷ τῆς ἀπολογίας δοθείσης*]. *al., e. g. l. 44*). adv. Marc. 2, 9, 9 omnis iam dei dispositio de mali exprobratione -atur. SYMM. epist. 4, 54, 1 -as, quod hucusque siluisti (4, 55). AVG. civ. 6, 8 p. 261, 19 ista sacra *foedissima* ... hinc excusantur atque -antur, quod habent interpretationes suas *physiologicas.* *al.*

δ *pro obi. est ipsa excusatio, ut notio sit i. q. defendendo proferre (iuxta obi. eius, qui accusatur, v. l. 14):* *acc. c. inf.*: LIV. 1, 9, 16 (*14 raptis Sabinis Romulus* docebat ... patrum id superbia factum *esse eqs.*) accedebant blanditiae virorum ⌊factum⌋ -antium ... amore (⌊ ⌋ *sc.* f. esse, *v. Weissenborn-Müller ad l., ut*: 28, 37, 2. 34, 5, 11 nihil novi f.). 24, 47, 6 Arpinis -antibus ignaros omnium se venum ... datos Poeno, captos ... a paucis esse. 42, 14, 3 ut -anti se nihil hostile ... fecisse fides habeatur. *al.* AMBROSIAST. in Eph. 4, 7 hoc, *quod dixit,* -at non esse contrarium.

enunt. secund.: SIL. 7, 510 (*ironice*) ut ... -et miles, cur vicerit hostem.

EPIST. pontif. 937 Conc.^{S} IV 2 p. 160, 31 *Eunomius* necessarie -at, quod *Hibas* ... refutavit errorem *priorem.*

b *ipsa re, sc. actione, qualitate sim.:* **α** *defenduntur animantes* (*fides l. 14*): CIC. S. Rosc. 127 *in Chrysogonum hoc dico,* nam Sullam et oratio mea ... et ipsius eximia virtus omni tempore -vit. Phil. 14, 17 male ... mecum ageretur, si parum vobis essem sine defensione -tus. or. frg. A 14, 29 (*ironice*) *Clodi,* integritas tua te -vit. CAES. Gall. 1, 28, 1 *Helvetiis,* uti ... reducerent *fugitivos,* si sibi -ti esse vellent, imperavit. LIV. 29, 22, 1 Scipio res, non verba ad -andum sese paravit. VLP. dig. 48, 1, 5 pr. (*antea p. 2686, 47*) ut non relatione criminum, sed innocentia reus -etur. EDICT. imp. Diocl. coll. Mos. 6, 4, 2 *ut* honestate nascendi etiam posteritas ipsa -ta sit. SYMM. epist. 8, 55 *mala valetudine impeditus sum*; hac parte -tus salutatricem tibi paginam reddo (*nisi ad p. 2686, 48*). CLAVD. 26, 592 suspectam ... leto -are fidem (*593* diluit ... sanguine crimen). *al.* **β** *infamia liberatur* carcer: SEN. dial. 7, 27, 1 quem *c.* intrando -vit omnique honestiorem curia reddidit *Socrates.* **γ** *excusantur crimina: allata causa iusta*: SYMM. epist. 9, 125 -at ... absentiam meam longus itineris tractus *eqs.* *comparato maiore crimine, quo alterum levius videatur*: EVTR. 7, 12, 1 *Caligula* sceleratissimus ... et qui etiam Tiberii dedecora -verit. DRAC. laud. dei 2, 475 -are potest, quod gessit iniquus, alterius quodcumque nefas?

2 *a variis malis, incommodis sim.:* **a** *generatim:* **α** *-antur animantes, eorum animus, vita, sedes sim.:* Ⓘ *respicitur animus affectibus noxiis, delictis sim. liberandus (per vitam probam vel bonam doctrinam, sed per condiciones externas l. 28. 31):* *formae variae*: LVCR. 6, 24 *Epicurus* veridicis ... -vit pectora dictis et finem statuit cuppedinis atque timoris (SIL. 10, 448 *manent, qui patriam deserere voluerunt,* et -ant p. culpa. 15, 613 nox ... p. curis -arat. *cf. l. 33*). SEN. clem. 1, 6, 4 si quis tam bene iam -vit animum, ut nihil obturbare eum amplius possit (epist. 98, 14). dial. 5, 42, 1 careamus hoc malo, *sc. ira,* -emusque mentem (SIL. 10, 371 nec lux terribili -vit imagine *somnii* m. *al.*). GELL. 19, 12, 6 *motus animi* moderandos esse ... et scite ... -andos. *al.* *p. p. p.* -tus (*vergens in vim adi. q. e. purus*): LVCR. 5, 43 nisi -tumst pectus, quae proelia *sunt subeunda.* SIL. 8, 563 *Samnis nondum* veteri -tus ab ira. FIRM. math. 5 praef. 4 pura mente et ... flagitiorum labe -ta hos ... libros scripsimus. FAV. EVL. 25, 5 *quod* musica disciplina -tos animos faciat labe corporea. *al.* Ⓘⓘ *vario respectu*: SIL. 12, 303 *Romani legatos periuros* notant et -ant crimine gentem *suam.* 16, 629 maerentem funera ... Ausoniam -a bello (*cf.* ITIN. Alex. 13, 31 Ciliciam ... omni hostium interpellatu -are. HEGES. 2, 14, 3 omnis a ⌊latrocinio⌋ regio -ta *est* [⌊ ⌋ *nisi meton., ut spectet ad p. 2683, 11*]). APVL. flor. 22, 4 *Crates philosophus quasi Hercules* pestes mentibus exegit, familias -vit (*2* iurgiorum inter propinquos ... arbiter). FIRM. math. 3, 1, 12 ut deserto pristini squaloris horrore ... cultior vita hominum -tis moribus redderetur (*cf.* 3, 1, 14 -tis agrestibus studiis, repertis artibus *eqs.*). CAEL. AVR. acut. 1, 16, 155 necdum -verat *Themison* suam sectam (*cf.* chron. 1, 4, 140 *Themison* Asclepiadis erroribus nondum -tus ... inquit *eqs.*). BOETH. diff. top. 1, 1, 1 p. 1173^C quae *pars logicae* iudicium -at atque instruit (*cf.* in top. Cic. 1 p. 273, 31 ut his *ratiocinationibus* -tis ... in speculatione veritatis ... uteremur).

β *-antur dicta, scripta:* Ⓘ *corrigendo, emendando*: CIC. ad Q. fr. 1, 2, 9 si sunt *quaedam iniqua in litteris tuis a te* ... minus animadversa, nunc perspice et -a (*nisi ad II, cf. enim quae praecedunt*: ut haec genera tollantur epistularum: primum iniquarum *eqs.*). RVFIN. apol. Orig. epil. 7 l. 39 (*loq. qui Origenis librum adulteravit*) ornare volui disputationem ... atque -are (*obicit Origenes ibid.* l. 40 sq. videte, quali purgatione dispositionem nostram -vit: tali nempe, quale purgatione Marcion -vit euangelia. *item c. respectu haereseos*: CASSIOD. inst. 1, 8, 1 primam epistulam *Pauli adnotationibus Pelagiani erroris corruptam* ... -vi, reliquas ... vobis emendandas reliqui. *al.*). NOVELL. Theod. 1, 1 -ta interpretatione retro principum scita vulgavimus. DIG. de conc. dig. 1, 5 totum ius antiquum ... a nobis -tum. COD. Iust. de emend. cod. pr. constitutiones ... colligere omnique vitio -are. *ibid.* 4 Iustinianus codex a ... facundissimis viris -tus et candidus factus (5 in praesenti -to [puro *var. l.*] et renovato c. nostro). Ⓘⓘ *explicando* (*aliter p. 2691, 31*): TERT. resurr. 63, 7 deus ... pristina instrumenta manifestis verborum et sensuum luminibus ab omni ambiguitatis obscuritate -vit *per prophetas Montanistarum.* AVG. gramm. V 523, 33 de hac adverbiorum ratione -atur et illud in Verrinis (*II 5, 3*) ... 'in capite' (*sc. quaerendo 'ubi?', non 'quo?'*).

γ *-antur, quaecumque computantur, sc. aequando, corrigendo* (*sec. canonem* PRAEC.): SVET. Cal. 29, 2 (*iocose*) decimo quoque die numerum puniendorum ex custodia subscribens 'rationem se -are' dicebat (*cf.* COD. Theod. 9, 42, 1, 4 nisi probata a me -taque ratiocinia fuerint *officialium quorundam*). PRAEC. canon. Ptol. 13 adicies ipsi numero -to ... partes *tot* ([*cf. gr. Theo Alex. p. 209, 3 τὸν ἀκριβῆ ... ἀριθμόν*]. 25 [*item* 45] n. ... ⌊diiudicatum et -tum⌋ [*gr. ibid. p. 265, 6 διακεκριμένον*]). 60 addere

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

partes *tot* ... super compotum (*i.* -put-), quem iam -asti. 63 sol ubi sit [vel] ipsius *Alexandreae* hora, -bis. 83 p. 102, 11 habebis -tum sinodum *solis et lunae* (*gr. Theo Alex. p. 265, 4 ἀκριβῆ, ut dubites de adi.* [*cf. p. 2688, 74*]). *al. ibid., e. g. p. 2677, 70.*

b *speciatim in religione et re sacra* (*cf. p. 2681, 68*): **α** *paganorum; -atur*: Ⓘ *ritibus lustrationis* (*adhibetur mediopass. l. 9, absolute l. 12. 23*): VARRO frg. Prob. Verg. ecl. praef. p. 326, 5 in his *septem fluviis* matris nece -tus dicitur Orestes (*item in flumine*: SIL. 8, 125 *post mala somnia* oro caelicolas et vivo -or in amni. STAT. Theb. 8, 766 *viso immani scelere* mystica lampas et insons Elisos multa -vit lumina lympha. *cf. l. 32*). ling. 5, 23 si os exceptum est mortui ad familiam -andam, donec in -ando (*absolute*) humo est opertum ..., familia funesta manet (FEST. p. 250 quae *porca* f. -andae causa Cereri immolatur. *al.; cf. p. 2688, 42*). TIB. 2, 1, 17 (*1* lustramus) di patrii, -amus agros, -amus agrestes. OV. fast. 4, 640 *Parilibus* populos -et ut ille cinis (PAVL. FEST. p. 85 quod ... p. februaretur, id est lustraretur ac -retur). 4, 786 *Parilibus ignis* cum duce -at ovīs. PAVL. FEST. p. 117 laureati milites ..., ut quasi -ti a caede humana intrarent urbem. LVCAN. 1, 593 festo -antes moenia lustro *pontifices*. 7, 777 Scythica -tus in ara ... Orestes (*adde l. 8; cf.* DRAC. Orest. 886 quem nocte precatu -at *Iphigenia*). PLIN. nat. 25, 49 quo *melampodio* ... domus suffiunt -antque (25, 105 -antur lustranturque. *al.*). *al.* STAT. Theb. 4, 418 *Tiresias* circum ... bidentum visceribus ... et ... sulpuris aura graminibusque novis et longo murmure -at. ACT. lud. saec. Sept. Sev. 3 (CIL VI 32328) 20 lustre⟨ti⟩s, pie⟨t⟩is, -etis (*in formula lustrationis manca*). AVG. civ. 10, 9 p. 416, 7 a theurgo spiritalem *animam* -ari hactenus, ut non ex hoc ad immortalitatem ... perveniat (10, 10 p. 417, 21 theurgicis sacris a. -are. *al.; in eadem re e. g.* 10, 27 p. 445, 12 theurgi ... inquinant potius quam -ant humanum spiritum). *al.* Ⓘⓘ *quolibet modo*: SEN. contr. 1, 2, 7 (*in electione sacerdotis*) coniectum in urnam nomen eius *mulieris prostitutae* non exit, sed eiectum est; ... urna -ta est. ARNOB. nat. 2, 66 p. 143, 15 licet ... tu purus et ab omni fueris vitiorum contaminatione -tus. FIRM. math. 1, 2, 10 animas ... Lethaei fluminis oblivione -tas (*cf.* CLAVD. 5, 492 *mortuos post varias metempsychoseis* Lethaeo -tos flumine). err. 6, 9 ob -andam patriam peregrina vitia, *sc. Bacchanalium,* corriguntur. SERV. Aen. 6, 426 in septimo *circulo inferno* animae -antur, in octavo sunt animae ita -tae, ut redeant. *al.*

β *Iudaeorum, Christianorum* (*v. et p. 2688, 57*): Ⓘ *in universum*: VET. LAT. psalm. 18, 13 (cod. 136) de absconsis meis -a me (*cod. 300. al. et Vulg.* munda). II Petr. 1, 9 (Ps. Aug. spec. 103) si *quis* non -etur priorum delictorum contagione (*v. p. 2679, 42*). TERT. pudic. 16, 24 (*ad I Cor. 7*) *Paulus* parcit sane matrimoniis, non stupris; ... hoc ei supererat, carnem vel a sordibus -are, a maculis enim non potest. CYPR. eleem. 2 p. 374, 21 *dominus* ostendens, unde mundi et -ti esse possimus, addidit eleemosynas esse faciendas (*Luc. 11, 41; cf. e. g.* 14 p. 384, 12 si eleemosynis et iusta operatione -eris). FIRMIL. Cypr. epist. 75, 15, 2 qui cum Noe in arca non fuerunt, ... -ti et salvati per aquam non sunt (*sec. I Petr. 3, 20 sq. conferuntur diluvium et baptismus; sim.* HIER. epist. 10, 1, 2 post illud, ut ita dixerim, -ti baptismum mundi). LACT. inst. 7, 22, 8 orbe hoc ab omni labe -to *die iudicii.* GAVDENT. serm. praef. 33 *iustus, dum vivit,* per exiguas plagas ... ab omnibus -tus maculis (*cf. e. g.* AVG. in Rom. imperf. 10, 12 tribulationes ... bonos et iustos ... ab omni labe penitus -ant. VEREC. in cant. 7, 12 l. 18 temporali ... afflictione -ari). CLAVD. carm. min. 32, 19 *Christus* -tā repetens laetum tellure parentem (*sim.* MEROB. Christ. 26 -tis ... terris). AVG. anim. 3, 9, 12 p. 369, 7 qui martyrii confessione -antur (*cf. p. 2692, 24*). *al.* Ⓘⓘ *respicitur ritus quidam*: VET. LAT. lev. 12, 7 (Aug. quaest. hept. 3, 40, 2) *sacerdos* -bit eam *mulierem, quae peperit,* a fonte sanguinis eius (*cod. 100* emundabit, *Vulg.* mundabitur]. *in eadem re*: 12, 8 [*ibid.; cod. 100 et Vulg.* mundabitur]). 13, 6 (*ibid.* 3, 44. *al.*) -bit eum, *quem leprosum non esse cognoverit,* sacerdos (*explicat* AVG. -tum eum pronuntiabit. *cf.* VVLG. lev. 14, 7 asperget illum, qui *lepra* mundandus est, septies, ut iure -etur [*Vet. Lat. cod. 100* mundus erit]). Ios. 5, 4 (cod. 100) hoc ... modo -vit Iesus filios Istrahel (*antea*: circumcidit; *aliter Vulg.; cf.* TERT. adv. Iud. 2, 11 si circumcisio -at hominem [*ibid. iterum*]). Eph. 5, 26 (Cypr. epist. 69, 2, 3. *al.*) ut eam *ecclesiam Christus* sanctificaret, -ans eam lavacro aquae (*Vulg.* mundans. *item respicitur baptismus*: TERT. pudic. 19, 5 haereticus ... per baptisma veritatis utroque nomine, *sc. ethnici et haeretici,* -tus. CYPR. hab. virg. 23 p. 204, 8 a sordibus contagionis antiquae iterata nativitate -antur. IVVENC. 1, 341 flammarum ... globis -bit noxia corda [*Matth. 3, 11* baptizabit in ... igni]. CHROMAT. in Matth. 11, 2 ut baptismo Iohannis per confessionem peccati unusquisque -retur. *et saepe*). TERT. paenit. 2, 6 (*sec. Matth. 3, 2*) paenitentiam ... -andis mentibus praepositam (*item respicitur confessio peccatorum e. g. l. 70 et* CYPR. laps. 16 p. 248, 21 ante exomologesim factam criminis, ante -tam conscientiam sacrificio et manu sacerdotis *ignoscitur lapsis.* AVG. serm. 29, 4 deo ... confiteris et -aris [*opp.* damnaris]). SACR. Leon. 40 ab omni nos ... vetustate -tos sacramenti ... perceptio in novam transferat creaturam (*item respicitur eucharistia*: 1131bis haec nos communio -et a crimine. Greg. 58, 2 [253 D.] ab omni malo. *al.*). *al.* Ⓘⓘⓘ *respicitur ignis purgatorius* (*destinatus peccatoribus mortuis; cf. p. 2692, 6*): CYPR. epist. 55, 20, 3 (*comparatur lapsus paenitens, qui iudicio dei reservatur, cum martyre statim coronato*) aliud *est* pro peccatis longo dolore cruciatum emundari et -ari diu igne, aliud peccata omnia passione -asse (*de vivente, qui paenitentia cruciatur, cogitat Clarke ad l., III 1986, p. 195 sq. contra contextum [inter alia Matth. 5, 25 sq., de quo v. e. g. l. 19 et Tert. anim. 58, 8]; ceterum inferorum mentio fit in eadem epist. 17, 3 et 29, 2*). HIER. in Is. 18, 66, 24 l. 71 G. sicut diaboli ... credimus aeterna tormenta, sic peccatorum ..., quorum opera in igne probanda sunt atque -anda, moderatam arbitramur ... sententiam iudicis. ANON. in I Cor. 17B (*ad 3, 15*) ut non absque tormentorum dolore -etur *peccator.* RVFIN. Orig. in Rom. 8, 11 l. 103 ut ignis gehennae in cruciatibus -et, quem nec apostolica doctrina nec euangelicus sermo -vit. AVG. gest. Pelag. 3, 10 p. 61, 1 *secundum Origenem* ipse zabulus atque angeli eius ... -ti liberantur a poenis. CHROMAT. in Matth. 11, 5 l. 103 ignis aeternus, in quo peccatores ..., quasi quodam baptismo, poenali incendio -buntur (*affertur Matth. 5, 26*). *al.*

II *structura inversa pro obi. sunt sordes, mala sim., ita ut sit fere i. q. mundando tollere* (*addere possis exempla pauca usus absoluti, quem ad I relegavimus, v. p. 2682, 31; iuxta obi. eius, quod purum redditur, e. g. l. 56. 61; obi. intellegitur ex enunt. secund. p. 2691, 22. 30; unde quid removeatur, indicatur per praepos.* ab RVFIN. Orig. in Ios. 6, 1 p. 321, 17, de *l. 27. 43 sq. 62. al.,* ex *l. 72. p. 2691, 5, cf. abl. loci p. 2691, 59, dat. l. 50. p. 2692, 17*): **A** *corporaliter tolluntur*: **1** *varia fere noxia, inutilia*: CATO agr. 151, 3 herbas de areis -are ([*cf. p. 2682, 65*]. 161, 2. OV. Pont. 1, 8, 59 ligonibus). PAVL. FEST. p. 259 quo *die* stercus -atur ab aede Vestae ([*cf. p. 2675, 3 et Varro ling. 6, 32* everritur]. HYG. fab. 30, 7. TRACT. de indur. cord. Phar. 39 cloacarum). COLVM. 9, 15, 13 *mel conditur vasis apertis,* dum musteus fructus defervescat, isque saepius ligula -andus est. 12, 39, 3 uvam ... integram legito, acina corrupta -ato et secernito (*cf.* SCRIB. LARG. 74 uvae passae ... -tis interioribus granis). SCRIB. LARG. 76 scilla ... cocta -tis exterioribus putaminibus (*sim. decorticando*: ANTHIM. 90 cortex *amygdalae* ... -etur). PLIN. nat. 34, 94 diligentius -tis igni vitiis *aeris* excoctisque. STAT. Theb. 12, 416 *cadaveris* sanies -ta *est* vado. SVET. Vesp. 8, 5 ruderibus -andis (RVFIN. hist. 10, 7 p. 969, 21 *Helena* in altum -tis r. tres ... repperit cruces). APVL. met. 9, 7, 6 (*2* erasis ... sordibus) hoc et illud ... -andum demonstrat *in dolio.* mund. 23 p. 341 graviores et minus puri aëris spiritus differuntur *ventis* atque -ant⟨ur⟩ (*cf. gr. 397a35 εἰλιχρινεῖται, sc. ἡ γῆ*). PALLAD. 3, 6 *ager* -tis lapidibus diligenter occandus *est* ([*cf. Colum. 2, 10, 26* lapides ... elegito]. AVG. in psalm. 128, 1 l. 28). HIL. in Matth. 5, 15 (*ad 7, 3*) -andae de oculo fratris festucae (*postea*: eiecerit. *cf.* AVG. in euang. Ioh. 1, 19 -a de oculo tuo, quicquid mali est). *al.* **2** *affectiones corporis eiusve umores, alimenta, partes sim.* (*pro agentibus sunt medentes vel medicamenta praeter l. 51. 65. 68*): CATO agr. 157, 7 morbum articularium ... -at *brassica* (CHIRON 244). VITR. 8, 3, 4 *fontes* bituminosi ... interioris corporis vitia potionibus -ando solent mederi ([*vix recte vulgo et vol. VIII 522, 24 iungitur* v. ... mederi]. PLIN. nat. 20, 127 capitis v. *al.*). SCRIB. LARG. 126 *id* ex partu residua mulieri -at (*cf.* secundas: PLIN. nat. 21, 167. HIPPOCR. mul. 1 l. 584 si mulier s. sua⟨s⟩ non -at [*gr. 35 τὰ λοχεῖα μὴ καθαρθῇ*]. *addasne p. 2686, 4?*). 136 biles -at ... filicis radix (PLIN. nat. 26, 52. *al.; cf.* choleram -are: SCHOL. Hor. ars 304 ORIBAS. syn. 1, 17, 1 Aa p. 54, 22. ALEX. TRALL. 1, 84 [*gr. I 611 κενώσει*]. *al.*). PLIN. nat. 20, 244 *marrubium* stomachum et excreationes pectoris -at. 22, 35 *urticam* pectus -are mulierumque menses (*cf.* LACT. opif. 12, 6 [*e Varrone?*] *mulierum* semen sanguinem esse -tum [*cf. e. g. Arist. gen. anim. 774a2*]. ORIBAS. syn. 9, 42 tit. La p. 350 ad eas, qui plus a rationem -ant [*gr. περὶ ὑπερκαθάρσεως*]. *gerund. neutr. pro subst.*: AVG. civ. 7, 3 p. 276, 10 omnium -andorum et pariendorum *potestatem habere* Iunonem). 23, 122 *ficus* pectus -ant, pituitam, tussim veterem *eqs.* 23, 163 lentigines, pterygia *eqs.* (24, 100. PLAC. med. 3, 24 rec. *β* de facie. *al.*). *al.* APVL. flor. 17, 8 *tragoedi* boando -ant ravim. VET. LAT. Marc. 7, 19 (cod. 3. *al., sim.* VVLG.) *quod extrinsecus venit,* introit ... in ventrem eius *hominis* et in secessum exit ⌊-ans⌋ omnes escas ([⌊ ⌋ *fort. pro* -antem, *cf. Blass-Debrunner-Rehkopf, Gramm. NTGr., 16 1984, § 137 n. 3*]. *inde* NOVATIAN. cib. Iud. 5, 9 quos *cibos* dominus dicit perire et in secessu ... -ari. *cf.* ORIBAS. syn. 4, 28, 2 La p. 29 vides ventre(m) -are stercora post potionem [*gr. διαχωροῦσαν ... κοιλίαν, Aa* mollitum]). PLIN. med. 1, 2, 2 pruriginem ... et furfures ([*Plin. nat. 24, 187* tollit]. MARCELL. med. 8, 137). CHIRON 244 humores ([*inde* VEG. mulom. 1, 55, 2]. MARCELL. med. 30, 34. *al.*). THEOD. PRISC. eup. faen. 44 glebas sanguinis e naribus ... -are. VEN. FORT. virt. Hil. 6, 18 *caecus suas* tenebras illa nocte, *qua sanctum adiit,* -vit. *al.* **3** *animantes* (*cf. p. 2683, 11 nec non p. 2676, 51; addas p. 2691, 58*): FLOR. epit. 2, 2, 16 *Scipio* adeo ... omni terra et

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mari Poenos ⌊-vit⌋, ut ... restaret *victori sola Africa* (⌊ ⌋ *cod. B et* IORD. Rom. 167, re-, expugnavit *var. ll.,* repurgavit *Salmasius*). PALLAD. 4, 10, 4 clavo aeneo si vermes *mali Punici* ... -es (4, 10, 20. *cf. 4, 10, 29* tollendi sunt). SERV. Aen. 8, 200 *multis* Hercules profuit monstra -ando. CANON. Turner I 1 p. 229 rec. VIII *fenerator* -bitur ex clero et alienus ab ecclesiastico habetur gradu (*cf. e. g. p. 136 rec. II* abiciatur, *p. 137 rec. IV* deponitur).

B *incorporaliter; purgatio fit*: **1** *verbis*: **a** *refelluntur, infirmantur crimina et alia, quae cui obiciuntur* (*aliter p. 2687, 46*): CIC. Cluent. 3 quantum defensor -andis criminibus consequi ... potuerit (143. LIV. 30, 42, 14 nunc -ando c., nunc quaedam fatendo. 34, 62, 5. *al.* QVINT. inst. 7, 1, 12. GELL. 6, 3, 22 ad -andum extenuandumve c. *al.; cf. l. 49. 60*). LIV. 8, 23, 4 ea, quae ipsis obicerentur, -bant. 28, 43, 3 ea suspicio ... haud sane -ta est (40, 8, 9 APVL. flor. 6, 11). 30, 16, 5 *legatorum* oratio ... non culpam -antium, sed transferentium initium culpae in Hannibalem (SYMM. epist. 3, 18, 1). 30, 42, 2 *legatorum* varia oratio fuit, partim -antium, quae questi erant *Romani* ..., partim ultro accusantium. *al.* CVRT. 5, 12, 5 insidiarum consilium. 7, 5, 39 facinus (AMM. 17, 12, 13). QVINT. decl. 294, 3 contumeliam (*sed v. Winterbottom ad l.*). HIST. AVG. Ver. 11, 4 ⌊totam -tam confutatamque⌋ respuimus (⌊ ⌋ *trad., sc. fabulam; neutr. restituitur vulgo*). SERV. Aen. 4, 333 *Aeneas* -at obiectam fugam nomine profectionis. AVG. c. Faust. 22, 47 p. 639, 5 Iacob (*dat.*) quod pro ingenti crimine quattuor obiciuntur uxores, generali praelocutione -atur. COD. Theod. 9, 37, 2 reum ad -anda, quae negat, debet urgere *iudex. al. praeveniendo exprobrationem* (*cf. l. 30*): AMBROSIAST. in Rom. 6, 15, 1 rec. *γ* ('peccavimus, quia non sumus sub lege ...? absit') hoc, *quod obici possit,* ⌊-at⌋ ac docet *eqs.* (⌊ ⌋ agnoscit *rec. α, ut loco simili* 7, 7, 1 recc. *β, γ* hoc -at, cum dicit 'absit'). **b** *compensantur crimina sim.*: CVRT. 7, 1, 21 ne alia malignius dicta crederes blanda oratione -ari. PORPH. Hor. epist. 1, 20, 25 ('irasci celerem, tamen ut placabilis essem') *ἐπιθεράπευσις,* qua -vit, quod se confessus est iracundum. **c** *dissolvuntur dubia, obscura, contraria* (*aliter p. 2688, 64*): TERT. adv. Marc. 2, 25, 1 ut omnia eiusmodi expediam, ad ceteras, *quas sacra scriptura narrare vid. de deo,* pusillitates et infirmitates et incongruentias ... interpretandas -andasque pertendam (*postea explicatur gen. 3, 9*). FIRM. math. 1, 10, 1 ut omnifariam ista quaestione -ta securi ... totum ... explicemus (*cf.* IVLIAN. in Am. 5, 13 l. 270 id ... quaestionis aliquid videtur afferre, quod brevi est expositione -andum). SERV. Aen. 5, 626 hoc, *quod opponitur,* quidam sic -ant, ut dicant potuisse fieri *eqs.* CLAVD. DON. Aen. 3, 85 p. 275, 17 ut ex responso Apollinis -retur scrupulus.

d *corriguntur errata*: RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 49 *quod in vertendo Origene* ita ... ea *offendicula* interpretando -verit, ut nihil *pravum* ... Latinus lector inveniat (2, 50 l. 3). PRISC. gramm. II 61, 19 *Apollonius et Herodianus* antiquorum errores grammaticorum -verunt.

2 *varia ratione*: **a** *generatim*: **α** *compensando* (*cf. l. 28 et e. g. p. 2692, 23*): LIV. 23, 7, 6 si malum facinus, quod ... defecissent, forti ac memorabili facinore -are vellent (*pendet* SIL. 11, 199 ferro -ate nefas *defectionis*; hic ... eluerit sanguis *tamquam sacrilegio* maculatas ... mentes). LVCAN. 8, 518 (*loq. Pothinus Aegyptius*) *Pompeio huc fugiente* crimen habemus -andum gladio (SIDON. carm. 7, 507 excidii veteris c. -are valebit ultio praesentis). AMM. 19, 11, 14 virtute dedecus -tura ardens copia nostrorum erupit. **β** *detrahendo in computatione*: PAPIN. dig. 3, 5, 30, 3 quae *pecunia* -tis necessariis sumptibus superest.

γ *quolibet modo dissolvendi, abolendi* (*addasne* CIC. *p. 2688, 52?*): QVINT. inst. 12, 2, 3 *eritne* fortis, qui metūs doloris ... nulla ratione -verit? CYPR. ad Donat. 5 p. 7, 15 animorum desipientium labes reddita sanitate -are. FIRM. math. 1, 6, 4 vitia. SYMM. rel. 3, 1 *malam* famam temporum proximorum. HIST. AVG. Aurelian. 37, 7 quidquid ... scelerum fuit, quidquid malae conscientiae ..., quidquid denique factionum, ... toto penitus orbe -vit. DRAC. Orest. 543 qui matrem *adulteram* straverit ..., crimina -bit matris de tempore prisco (*sc. refellens crimen eo quod ita genuinum se filium patris praebuerit*). BOETH. mus. 1, 1 p. 186, 2 *Pythagorici* quibusdam *musicae* modis stuporem somni confusionemque -bant. *in iure*: POMPON. dig. 41, 3, 24, 1 si vitium, quod obstabat *usucapioni* ..., -tum fuerit (*in eadem re*: INST. Iust. 2, 6, 8. *cf. l. 67*). VLP. dig. 46, 2, 8 pr. quasi morā *promissoris* -tā *per stipulationem iteratam* (46, 2, 14 pr. PAVL. dig. 45, 1, 73, 2). COD. Iust. 8, 50, 14 (*a. 294*) ius postliminii filiam ... ⌊eventu -to⌋ ... ad ... legitimam invitat hereditatem (⌊ ⌋ *sc. infortunio sublato?* vitio suo *addit Mommsen, fort. recte*).

b *speciatim in re sacra, religione*: **α** *paganorum* (*cf. l. 47*): OV. met. 13, 952 (*loq. Glaucus in deum mutandus*) ego lustror ab illis *deis* et -ante nefas *mortalitatis* noviens mihi carmine dicto *aquis abluor* (*cf.* fast. 4, 554 humanum -et ut ignis onus *Triptolemi*). VITR. 8, 3, 21 *quod* Melampus sacrificiis -visset rabiem Proeti filiarum (*gr. ibid. λυσάμενος λύσσης*). PERS. 2, 16 Tiberino in gurgite mergis mane caput bis terque et ⌊noctem⌋ flumine -as (⌊ ⌋ *ad coitum refert* HIER. epist. 49, 15, 6). STAT. Theb. 9, 574 *Atalante* -tura malum fluvio vivente soporem (*sc. turbatum somniis diris*). FIRM. math. 4 praef. 3 *ut* ad -anda animi vitia ... caelestibus me ... disputationibus adplicarem (AVG. civ. 10, 28 p. 446, 27 ignorantiam ... et propter eam multa v. per nullas teletas -ari dicis, *Porphyri,* sed *eqs.*). CONSVLT. Zacch. 1, 22, 1 in his *animis ad deum redeuntibus* prius contractam humanis actibus labem aetherio igne -ari, *sc. purgatorio. al.*

β *Iudaeorum, Christianorum* (*saepe* -are peccata [*quod infra notatur* p.]; *cf. p. 2691, 5*): VET. LAT. Tob. 12, 9 (cod. 148. *al., sim.* VVLG.) eleemosyna a morte liberat et ipsa -at p. (*sim.* prov. 15, 27 [Cypr. testim. 3, 1. *al.*] eleemosynis et fide p. -antur [*Vulg. 16, 6* redimitur iniquitas]. CYPR. eleem. 5 misericordiae meritis p. -ari. laps. 35 iustis operibus. *al.*). Sirach 47, 13 (*respic. II reg. 12, 13*) Christus -vit p. ipsius *David* (*gr. 47, 11 κύριος ἀφεῖλεν. cf.* HERM. Pal. vis. 1, 3, 1 *deus* -bit omnem iniquitatem tuam [*gr. ἰάσεται, vulg.* sanabit]. CYPR. eleem. 2 *delicta* illa Christi sanguine et sanctificatione -antur. *al.*). Is. 6, 7 (Hil. in psalm. 119, 14, *sim. al.; loq. angelus*) *carbone ardente* abstuli iniustitias tuas et p. tua -vi (*alias vers. v. vol. III 1158, 65 sqq.; inde e. g.* CHROMAT. in Matth. 11, 5 l. 87 p. sibi, *i. Isaiae,* fuisse -ta). TERT. ieiun. 3, 3 *cibum* pro veneno deputarem et antidotum famem sumerem, per quam -rem mortis a primordio causam (*cf.* COD. Theod. 2, 8, 24 ieiuniis p. -antur). paenit. 3, 9 et voluntatis delicta ... paenitentia -anda esse (*cf.* pudic. 6, 9 David Vriae caedem ... confessione -vit [*II reg. 12, 13*]. SVLP. SEV. dial. 2, 10, 6 *ut* fornicatio deputetur ad poenam, nisi satisfactione -etur. *al.*). pudic. 22, 4 sufficiat martyri propria delicta -asse (*sc. martyrio ut*: CYPR. epist. 55, 20, 3 p. omnia passione -asse. unit. eccl. 14 p. 222, 8 inexpiabilis ... culpa discordiae nec passione -atur. *cf. p. 2689, 54*). CYPR. epist. 74, 5, 4 p. ... -are ... aqua sola non potest, nisi habeat et spiritum sanctum (*item respicitur baptismus*: unit. eccl. 11 *baptismo haereticorum non* -antur delicta, sed ... cumulantur. Ps. HIL. libell. 7 p. 79, 9 quo *baptismo* universa vel nativitatis vel erroris ... delicta -entur. AVG. serm. 51, 31. *al.*). HIL. in Matth. 21, 4 ecclesiae vitia in ipso adventu *domini* ... esse -anda. HIER. hom. Orig. in Luc. 14 p. 87, 17 *ut pro Christo infante* offerrentur ea, ⌊quae -are sordes ex lege consueverant⌋ (*cf. gr. καθαρισμόν sec. Luc. 2, 22*). SACR. Leon. 198 (= Gelas. 635. 643) sacris caelestibus ... vitia nostra -entur (*sim. e. g.* Greg. 43, 3 [190 D.] per huius ... operationem mysterii). *al.*

part. praes. pūrgāns, -antis *pro adi. fortasse p. 2685, 48* (*compar. e coni. dub. p. 2693, 21; superl. in var. lect. l. 68*).

p. p. p. ***pūrgātus,** -a, -um *pro adi. (subst. l. 66); exempla potiora, imprimis compar.* -ior (*inde a* SALL.) *et superl.* -issimus (*inde a* PERS.).

i. q. mundatus, purus (*iuxta est* purus *l. 72 [cf. p. 2684, 31]; accedit abl. separ. l. 68. p. 2693, 4. 16, praepos.* ab *p. 2693, 7, abl. vel acc. respectus l. 62. 73*): **1** *respicitur integritas morum, probitas, innocentia sim. (fere animantium, sed rerum l. 47. 57); quae contingunt*: **a** *excusatione, absolutione* (*simulatione l. 47; cf. posit.* -us *p. 2687, 32 sqq.*): SALL. hist. frg. 2, 111 ita fiducia quam argumentis -iores dimittuntur. DON. Ter. Phorm. 291, 2 *servus contemnit* iram domini, ut hoc ipso -ior videatur. AVG. ord. 1, 1, 1 neglegentiae ... vituperatio multo est quam malitiae ... -ior (*postea*: mitis atque inculpanda [*i. non culpanda*] conquestio). OROS. apol. 19, 2 *ut inveniar* in mei defensione -ior.

b *continentia, vita sancta, fide sim.* (*cf. posit.* -us *p. 2688, 33. 2689, 31. 43. al.*): SERV. Aen. 6, 413 -ioris animi homines (*cf.* anima: AVG. civ. 22, 27 p. 620, 20 *Porphyrius* dixit a. -issimam ... ad haec mala mundi numquam esse redituram. divers. quaest. 79, 1 l. 12 a. tanto est pietate -ior, quanto *eqs.* LEO M. serm. 78, 1. *al.*). 6, 439 alias esse -iores extra hos *mundi* circulos potestates. ANIAN. Chrysost. hom. prol. 3 quid ... ad scientiam eruditius ... vel ad dogma -ius nostrorum auribus offeratur? (*item de opere scripto*: AVG. util. cred. 11 p. 15, 29 unum ... genus est probatissimum et quasi -issimum, cum *eqs.*). RVFIN. Clement. 5, 34, 5 *ut passiones ad poenam constitutae* exigant debita peccatorum et -iores eos ad iudicium ... generale perducant. Greg. Naz. orat. 1, 91, 3 praeesse his velle non debet, quorum se -iorem esse non sentit. Orig. princ. 2, 3, 1 p. 114, 12 qui in praesenti iam vita ... mentibus -iores effecti *eqs.* AVG. c. Adim. 9 p. 132, 11 cum ipse *deus* ... non nisi -issimo et simplicissimo corde videatur ([*simul spectat ad 2*]. CASSIOD. in psalm. 71, 15 l. 341). serm. 198, 38 coll. Dolbeau 1996 p. 395 l. 912 nemo ..., nisi per mediatorem purgatus, pervenit ad illud, quod .!. obtineri ... nisi a -issimis non potest. *al.*

2 *respicitur claritas perceptionis; de eo, qui (quod): percipitur* (*hucine p. 2689, 3?*): PERS. 2, 57 *dei,* somnia pituitā qui -issima (-ant- *var. l.*) mittunt (SCHOL. *ad l.* 1 id est certa, quia pituita pleni nihil veri somniant). *percipit* (*cf. l. 64*): RVFIN. Orig. in exod. 8, 2 p. 219, 15 vos -ioribus egetis auribus ad audiendum. in cant. 2 p. 172, 12 quae *anima* ita habeat purum et -um odoratus sui sensum, ut possit 'nardi' ... gratiam divini odoris haurire. PRVD. c. Symm. 2, 323 mentem -a senectus (*322* consiliis melior). AVG. conf. 6, 4, 6 sanari credendo poteram, ut -ior acies mentis meae dirigeretur (serm. 4, 4 [*sec. Matth. 5, 8* beati mundo corde]

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

non ... oculis corporis, sed -a acie m. CLAVD. MAM. anim. 1, 25 p. 91, 8).

3 *respicitur puritas, candor sim. materiae rerumque corp.* (*cf. supra p. 2684, 31*): APVL. mund. 8 p. 306 nec aliud est serenitas quam aer -us caligine et perspicue sincerus **(**[*cf. gr. 394a23 ἀνέφελος καὶ ἀνόμιχλος*]. SERV. Aen. 8, 608 ['aetherios inter ... nimbos'] per a. numinum, scilicet -iorem. CAEL. AVR. acut. 2, 37, 192 -ior a. ..., qui ... reficiat aegrotantem**)**. IVL. VAL. 1, 26 l. 897 ab hisce, quae intervenire corrumpendo aeri soleant, -ius oppidum fore. CET. FAV. 5 si ..., -os salubresque fontes probabis (*Vitr. 8, 4, 1* erunt probatissimi). 8, 1 *haec harena* optima et -a erit; quae autem terrosa fuerit *eqs.* (*cf. 8, 2* pura harena). RVFIN. Orig. in num. 27, 12 p. 277, 5 *si aurifex vas* rasoriis saepe perstringat, ut et -ius fiat et ad ... pulchritudinem deducatur. AVG. de duab. anim. 5 p. 56, 4 -issimum plumbum (*item de metallo*: mus. 6, 14, 46 auri dignitas etiam -issimi argenti commixtione sordescit. in psalm. 145, 4 l. 19 sq. sordidum est *hoc aurum, ...* non ita -um; optimum hoc plumbum, nihil -ius. *al.*). mor. Manich. 16, 42 ut eius *fimi bubuli* igne facilius nihil sit fumoque -ius (*opp.* sordidior. *cf.* MART. CAP. 1, 39 -ioris vibratiorisque luminis). c. Parm. 3, 3, 17 p. 121, 24 *haereticus* se ac sui similes tamquam grana -issima existimans. DIOSC. 5, 87 p. 197, 22 vinu de flos salis ...; -ior est ab aqua maritima (*sc. quam ab aqua m. confectum? gr. 5, 66 καθαρτικώτερος τοῦ διὰ θαλάττης, unde* -antior *coni. Stadler in schedis*). *al.*

adv. **pūrgātē.** *i. q. modo purgato*: NON. p. 60, 3 'enucleate' dicitur -e, exquisite *eqs.* (*v. vol. V 2, 616, 27 sq.*).

deriv.: purgabilis, purgamen, purgamentum, purgaticius, purgatio, purgativus, purgator (-trix), purgatorius, purgatura.

compos.: as-, circum-, com-, de-, ex-, im-, ?inter-, per-, prae-, pro-, repurgo.

puricellus *v.* puericellus. *Spoth.*

pūrīcium *adi. per analogiam a* 1. purus *fingit* GELL. 7, 5, 3 *p. 2780, 54.*

puricos pes CIL IV 4130 (*in tablino; graphio scriptum*). *obscurum, fort. male lectum* (*vix cogites de adi. a* 1. pus *derivando*).

[pūrificāle *falso traditur* CE 1377, 6 *pro* pontificale (*v. ibid. 1382, 8. 1385, 10*).**]**

pūrificantia, -ae *f.* *a* purificare. *i. q. status purificati* (*sc. continentis se a coitu*): TERT. castit. 10, 5 -a ... ⌞concordat⌟, ait *Prisca prophetissa,* et visiones vident, *qui ita purificati sunt* (⌞ ⌟ *absolute, sc. conscientiam non erubescentem et spiritum, qui orationem ad deum deducit, v. 10, 3; aliter et vol. IV 88, 18 sq. et in app. ed. Friedrich, 1990*). *Wieland.*

pūrificātio, -ōnis *f.* *a* purificare. GLOSS. -o: *καθαρισμός. καθαρμός. ἁγνισμα. ἁγνισμός.* *legitur in prosa orat. singulis locis apud* PLIN. *mai.,* MART. praef. *et inde a* VET. LAT., TERT.

i. q. καθαρισμός (*quod gr. infra respondet, nisi aliud indicavimus*): **I** *de actione purificandi vel statu inde orto* (*fig. etym.* -e purificare CLEM. ad Cor. 60, 2 RVFIN. Orig. in lev. 8, 11 p. 414, 21 MAX. TAVR. 100, 3. *accedit gen. explic. p. 2694, 8. 20 [vice versa p. 2494, 7. 36], gen. obi. e. g. l. 60. p. 2694, 22, cf. etiam dat. l. 74,* pro *l. 59. 67*)**:**
A *sec. struct. verbi originariam purificantur, qui puri (quae pura) redduntur*: **1** *pertinet ad munditiam animo, corde sim. percipiendam*: **a** *in religione et cultu purgatur*: **α** *ritu quodam sollemni*: Ⓘ *paganorum*: PLIN. nat. 15, 138 eadem *laurus* -bus adhibetur **(***item -o fit per herbas*: SERV. auct. Aen. 8, 33 fluvialem aquam -i aptam ... ostendit in tantum, ut etiam harundinibus ... -o rite celebretur. PS. DIOSC. herb. fem. 55 sacerdotes eam *verbenam* -bus adhibere consueverunt [*inde* ISID. orig. 17, 9, 55]. ISID. orig. 17, 9, 38**)**. MART. 8 praef. non nisi religiosa -e lustratos accedere ad templa debere. HEGES. 5, 53, 1 p. 413, 1 *Iudaei et Aegyptii* -es suas ... volebant servare Alexandreae. MACR. Sat. 3, 1, 5 -em ad sacra superorum pertinentem deorum. Ⓘⓘ *Iudaeorum et Christianorum* (*cf. l. 55*): VET. LAT. lev. 12, 6 (cod. 100, *sim.* VVLG.) dies -is eius *puerperae* pro filio (*v. p. 2678, 12 sqq.; in re alia e. g. l. 62*). II Macc. 1, 18 (rec. V; *v. p. 2678, 18*) -em templi (HEGES. 1, 1, 4). Luc. 5, 14 (cod. 5) ostende te ipsum sacerdoti et offers pro -e tua (*Vulg.* emundatione. *item post lepram sanatam*: VVLG. lev. 14, 23 die octavo -is suae. RVFIN. Orig. in lev. 8, 11 p. 415, 13 -is huius, id est conversionis a peccato, ratio. *al.*). Ioh. 2, 6 (cod. 4. *al., sim.* VVLG.) *erant* positae hydriae lapideae secundum -em Iudaeorum (GAVDENT. serm. 9, 26 *non parco* -i [-em *var. l.*] I. immundae: lavant polluta corpora *eqs.*). RVFIN. Orig. in num. 24, 1 p. 226, 18 *ut variarum hostiarum* intercessione fiat -o pro peccatis. IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 2, 151, 2 honorem sibi de legis -bus vindicantes *Iudaei* (*cf.* LEO M. serm. 58, 2 legitimis -bus. MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 43, 37 -es ... legales). CASSIOD. hist. 1, 5, 2 -em ... secundam, *sc. post baptismum,* ex paenitentia constitutam **(***cf.* GREG. M. epist. 9, 121 l. 4 *episcopus in paenitentiam deputatus* [*v. 6, 40 l. 3*] habita ... satisfactionis -e reversus est *ad ecclesiam suam*)**. SACR. Leon. 1225 (*item fere* Greg. 183, 2) munus offerimus, quo ... -em quoque nostris mentibus imploramus (*respicitur eucharistia ut*: Gelas. 1268 communio sacramenti ... -em conferat). *al.* *respicitur baptismus*: VET. LAT. Ioh. 3, 25 (cod. 4. *al.* = VVLG.; *v. p. 2678, 22*) facta est ... quaestio ... cum Iudaeis de -e (*sc. baptismo Iohannis ut*: AMBR. in Luc. 2, 91. HEGES. 2, 12, 2 *Iohannes* baptismum propter -em animae et corporis instituerat. RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 16, 1 videbis *Iesum* ... sui -e sanctificantem aquas; non ... ipse -e indigebat [*Migne gr. 36, 329^{B} καθάρσεως*]. *al.***)**. AMBR. Cain et Ab. 2, 3, 10 *si* sacrificio -is ... delictorum ... inquinamenta lavemus. RVFIN. Clement. 2, 71, 5 *paganus* -e indiget baptismi **(***sim. c. gen. explic.*: EPIST. pontif. 321 Aug. epist. 181, 7 *Christus* ⌞per novae regenerationis -em⌟ omne ... vitium sui baptismatis lavacro purgavit [⌞ ⌟ *inde* AVG. c. Pelag. 2, 4, 6 p. 466, 28]. *cf. l. 20***)**. MANICH. Aug. c. Iulian. op. imperf. 3, 187, 6 quare *infans* accipit -em aquae, cum nullum malum egerit? *al.*

-a *vestis texendae* fulgorem pictis accommodat uvis (*cf. p. 2702, 13*). LIV. 34, 7, 4 in -a, quae teritur absumitur. SEN. epist. 73, 5 qui odores ac -as et auro pensanda portabat. CVRT. 3, 2, 12 *exercitus* nitet -a auroque (*sim.* 3, 10, 9). MART. 1, 117, 16 *librum* rarum pumice -aque cultum (*item libri -a ornantur sim.*: 3, 2, 10. 5, 6, 14). 10, 30, 15 mota salubre -a, *sc. flabello,* venit frigus. SVET. Nero 30, 3 piscatus est rete aurato et -a coccoque funibus nexis. FRONTO p. 9, 3 amicti cocco alii, alii luteo, et ostro et -a alii (*de vestitu histrionum, ut sim. e. g.* APVL. met. 8, 27, 2 [*an de pannulis?*] in modum lanciolarum quoquoversum fluente -a. flor. 4, 3 simili -a alios, *sc. tibicines,* praesidere, alios vapulare). TERT. apol. 46, 16 Aristippus in -a ... nepotatur (*vix ad b ut nihilo magis* pall. 4, 7 audio ... et in -a philosophatum; si philosophus in -a, cur *eqs.*). VET. LAT. II par. 3, 14 (cod. 109, *sim.* VVLG.) et fecit velum de iacinto et de -a et de cocco et bysso.

al. *usu generali adhibetur ad significandas opes, divitias*: LVCR. 5, 1423 aurum et -a curis exercent hominum vitam (HOR. carm. 2, 16, 7 otium ... non gemmis neque -a venale neque a. *cf.* OV. Pont. 3, 4, 24 *non queror,* nitor argenti ... et auri quod mihi defuerit -aque). SEN. Herc. O. 647 vigiles ... trahit -a noctes (*sim.* epist. 90, 41 sollicitudo nos in nostra ⌞-a⌟ versat [-am *var. l.*]). *al.* Ⅱ *c. respectu originis, qualitatis, rationis tingendi* (*adde p. 2702, 62*): CIC. Verr. II 5, 146 proferebant alii -am Tyriam, tus alii *eqs.* (Flacc. 70. SEN. nat. 1, 5, 12 -am T. ... altius oportet teneas [*sim.* MACR. Sat. 2, 4, 14 erige altius]. GAIVS inst. 4, 53[d]. PORPH. Hor. epod. 12, 21 -am T. significat, quae ... bis tingi conchylio dicitur. *al., e. g. l. 30; ceterum cf. e. g.* OV. met. 6, 61 Tyrium quae -a sensit aënum. IVV. 7, 134). LVCR. 2, 501 Meliboeaque fulgens -a (VERG. Aen. 5, 251 quam *chlamydem* plurima circum -a ... M. cucurrit. PAVL. FEST. p. 124 M. -a a nomine insulae, in qua tinguitur. AVSON. 18, 49 [354 S.], 4). NEP. frg. 27 Marsh. me iuvene violacea -a vigebat ..., post rubra Tarentina; huic successit dibapha Tyria *eqs.* (PLIN. nat. 9, 137 d. ..., quae bis tincta esset. 21, 45 in -as Tyrias d. que ac Laconicas. PORPH. Hor. carm. 2, 16, 35 *δίβαφον. al.; cf. l. 34*). HOR. carm. 2, 18, 8 nec Laconicas mihi trahunt ... -as clientae ([*nisi ad b coll.* PORPH. ad spem magistratuum gerendorum]. TAB. cer. Pomp. Camodeca 83, 8 [*a. 51*]. *adde l. 30*). SEN. nat. 1, 3, 12 -a eodem conchylio non in unum modum exit; interest, *utrum* ... saepius mersa sit ... an semel tincta (*an ad p. 2701, 40?*). PLIN. nat. 6, 201 in quibus *insulis* (*cf. p. 2705, 44*) Gaetulicam -am tinguere instituerat *Iuba.* 37, 122 (*an ad p. 2702, 30?*) *amethystus* Indica ... Phoeniciae -ae colorem habet. STAT. silv. 3, 2, 139 -a suco Sidoniis iterata cadis. APVL. flor. 9, 18 *Hippias* habebat indutui ... tunicam ... triplici licio, -a duplici (*vix ad b*). PORPH. Hor. epist. 2, 2, 181 -am Girbitanam. EXPOS. mundi 31 -am alithinam. SCHOL. Hor. epist. 1, 10, 26 Aquinates -ae similes sunt Tyriis. *al.*

β *cetera exempla, sc. sublato fere respectu opum, divitiarum*: CIC. Sest. 19 vestitus aspere nostra hac -a plebeia ac paene fusca. COLVM. 3, 15, 1 linea ... -a vel quolibet alio conspicuo colore insuitur. *ibid.* iuxta -am calamus defigitur. PETRON. 131, 5 quos *lapillos* ipsa *striga* praecantatos -a involverat. PLIN. nat. 16, 77 vaccinia ... Galliae *sata* ... -ae tinguendae causa ad servitiorum vestes. CIL III 536, 8 (*Corinthi*) proc(uratorem) ... Severi Alexandri ... provinciae Achaiae ... rat(ionis) -arum. *in re medica*: SER. med. 798 si ... infrenus manat de vulnere sanguis, -a torretur conchyli perlita fuco. MARCELL. med. 9, 115 tepidum *sucum* infundes et -a aurem obturabis. CASS. FEL. 42, 5 postquam foveris ... *stomachum,* deterges *oleum* et -a sicca operies et fasciabis (*sim.* 42, 11. 15 sq.; *cf. 42, 2* lanis mundis). ORIBAS. syn. 6, 6 add. Aa p. 10, 8 absos (*i. hapsos*) -ae siccos ... sunt ventri superinponendi (*sim.* p. 10, 11 infundes ... -a et superponis).

b *speciatim; -a est insigne certae dignitatis, potestatis* (*cf.* SERV. Aen. 7, 612 Suetonius ... dicit tria genera esse trabearum: unum dis sacratum, quod est tantum de -a; aliud regum, quod est purpureum, habet tamen album aliquid; tertium augurale de -a et cocco): **α** *magistratuum senatorumve sim.*: Ⅰ *Romanorum* (*triumphantium l. 67. p. 2704, 6, praeconum l. 72, equitum l. 74; saepe occurrit iuxta* fasces, *e. g. l. 68 sq. p. 2704, 4; cf. p. 2705, 2; exempla selecta inde ab* OV.): CIC. Cluent. 111 facite ..., ut ... illam usque ad talos demissam -am recordemini! Catil. 2, 5 hos, quos video ... in senatum venire ..., qui fulgent -a. OV. trist. 4, 10, 29 sumpta mihi ... toga est, induitur ... umeris cum lato -a clavo. Pont. 4, 4, 25 -a Pompeium summi velabit honoris. LIV. 45, 40, 6 victor Paulus auro -aque fulgens (*sc. triumphans; cf. l. 64*). SEN. dial. 9, 1, 10 placet honores fascesque non ... -a aut virgis abductum capessere, sed *eqs.* epist. 94, 60 ille sub illis fascibus -a cultus. frg. 124 homo honestus non apice -ave ... insignis. LVCAN. 2, 367 obsita funerea celatur -a lana (*propter luctum; cf. p. 2704, 56*). PLIN. nat. 33, 29 vulgo ... -a latiore tunicae usos invenimus etiam praecones. STAT. bell. Germ. frg. 3 potentem signat utrumque *consulem* -a. silv. 4, 5, 42 contentus ⟨artae⟩ lumine -ae *equitum* crescis. MART. 8, 66, 8 superest ..., quod optet, ⌞felix⌟ -a tertiusque consul (*10* sacros honores. ⌞⌟ *cf. p. 2704, 61*). 10, 5, 1 quisquis stolaeve -aeve contemptor (*an potius ad 2a?*). 10, 41, 5. IVV. 1, 106 quid confert ⌞-a maior⌟ optandum? (*v. app. crit.*; SCHOL. *ad l.* 3 '-a' laticlavium). PLIN. paneg. 61, 7 rursus curulis *sella* rursusque -a. APVL. met. 11, 8, 3 qui magistratum fascibus -aque luderet. PANEG. 2, 28, 4 post ... magistratus et -as consulares (MART. CAP. 5, 431). FIRM. math. 1, 7, 37 Marius ... post triumphales -as ... stringitur vinculis (1, 7, 41). *al.* Ⅱ *aliorum*: TERT. idol. 17, 2 Ioseph ... in ornamento et -a ⌞praefecturae⌟ totius Aegypti sive Babyloniae (*v. app. crit.; cf.* 18, 1 -a ... et aurum ... apud Aegyptios et Babylonios insignia erant dignitatis).

β *regum* (*sc. maxime exterorum, sed Romanorum l. 22; legatorum gentium extranearum l. 22; iuxta ponitur e. g.* diadema *l. 18. 20. 28*): Ⅰ *variorum* (*David v. l. 28*): CIC. Sest. 57 *rex Ptolomaeus* sedens cum -a et sceptro et illis insignibus regiis. Scaur. frg. 20, 45[d] quem -a regalis non commovit, eum *eqs.* (OPTAT. 5, 7, 3 [*in interpr. spiritali*]). Cato 59 Lysandrum intuentem -am eius *Cyri regis.* VERG. georg. 2, 495 illum *deos agrestes colentem* non populi fasces, non -a regum flexit. Aen. 7, 251 nec -a regem picta movet nec sceptra movent Priameia. GRACCH. trag. 4 (*nisi est* GRACCH. or. frg.) -a⟨m⟩ et diadema. LIV. 9, 17, 16 *Dareum* inter -am atque aurum oneratum fortunae apparatibus suae. 24, 5, 3 *Syracusani* conspexere -am ac diadema ac satellites armatos *Hieronymi.* 27, 31, 4 -a ... atque alio regio habitu. CVRT. 4, 1, 23 vestis -a auroque distincta (*sim.* 8, 9, 24. 9, 1, 29. 9, 7, 12 vestes *legatorum*). PLIN. nat. 9, 136 -ae usum ... Romulo in trabea *fuisse.* STAT. Theb. 12, 315 suffusa ... sanguine maeret -a *Polynicis.* TERT. idol. 18, 2 purpurati regum ⌞vocabantur⌟ a -a (memorabantur *var. l.*). LACT. inst. 4, 7, 6 Romanis indumentum -ae insigne est regiae dignitatis adsumptae. *al.* Ⅱ *Christi*: TERT. idol. 18, 7 qualis -a de umeris eius *Christi* floreret, ... nisi *eqs.* PRVD. tituli 78 regia ... insignia David: ... diadema et -a et ara, omnia conveniunt Christo. INSCR. Paul. Nol. epist. 32, 10 vers. 11 regnum et triumphum -a et palma indicant.

γ *puerorum ingenuorum, illustrium sim.*: HOR. epod. 5, 7 (*loq. puer*) per hoc inane -ae decus precor (*12* insignibus raptis). LIV. 34, 7, 2 liberi nostri praetextis -a togis utentur. PERS. 5, 30 cum primum pavido custos mihi -a cessit. IVV. 11, 155 quos *pueros* ardens -a vestit. *al.*

δ *sacerdotum*: LIV. 34, 7, 2 -a viri utemur, praetextati in magistratibus, in sacerdotiis. TERT. apol. 15, 7 sub ... vittis et apicibus et -is ... libidinem expungi. IREN. 2, 24, 4 l. 154 *sacerdotes* habebant ... -am et coccinum *eqs.* PANEG. 2, 37, 4 reverendos municipali -a flamines. RVFIN. Orig. in exod. 13, 3 p. 273, 13 -a, qua ornatur pontifex. AVG. quaest. hept. 2, 116. OROS. hist. 4, 6, 8 *dux* filium suum, sacerdotem Herculis, cur sibi ... purpuratus occurreret, in crucem ... cum -is infulisque suspendit. EPIPHAN. Avell. 244, 35. *al.*

ε *Caesarum, imperatorum, usurpatorum Romanorum*: FRONTO p. 19, 5 vobis ..., quibus -a et cocco uti necessarium est. PANEG. 6, 8, 3 (*ad Constantinum*) -am statim tibi ... milites ... iniecere. LACT. mort. pers. 19, 2 Maximianus ipse -am sumpserat (32, 3 EVTR. 9, 8, 1. 9, 9, 1 Postumus in Gallia obscurissime natus -am s. 9, 10, 1. 9, 21. OROS. hist. 7, 25, 3 Carausius ... -am s. [*item* PROSP. chron. I p. 445, 939]. *al.*). AMM. 21, 9, 8 adorandae -ae *Iuliani* datam ... copiam ([*postea*: maiestatis ... insigne]. COD. Theod. 8, 7, 8 nostram adorare -am. *et saepius*). HIST. AVG. trig. tyr. 31, 12 qui *Titus et Censorinus* ambo ab [h]isdem militibus, a quibus -a velati fuerant, interempti sunt. OROS. hist. 7, 25, 14 *ut Maximinianus* -am imperiumque deponeret (7, 28, 20. *al.*). POL. SILV. fast. Oct. 23 (INSCR. Ital. XIII 2 p. 273) natalis Valentiniani -ae (*sc. a. 424 sumptae*). *al.*

2 *metonymice* (*exempla certiora*): **a** *de hominibus purpuratis* (*hucine p. 2703, 75?*): OV. fast. 1, 81 iamque novi praeeunt fasces, nova -a fulget. EPICED. Drusi 186 aspicitur toto -a nulla foro (*sc. propter luctum ut*: LVCAN. 2, 19 nullos comitata est -a fasces). LVCAN. 7, 228 omnis Latio quae servit -a ferro. LAVS Pis. 70 cum tua bis senos numeraret -a fasces. PLIN. nat. 10, 48 *galli quidam ad proelia nascuntur, ut* dignae aliti tantum honoris perhibeat Romana -a (*49* hi magistratus nostros ... regunt). MART. 8, 8, 4 -a te, *Iane,* ⌞felix⌟, te colat omnis honos (⌞⌟ *cf. p. 2703, 74*). PRVD. apoth. 446 -a supplex sternitur Aeneadae rectoris ad atria Christi (CLAVD. 8, 47 ultro se -a s. obtulit). CLAVD. 22, 238. 24, 118 posito ... -a fastu de se iudicium non indignatur haberi. 28, 614 (*opp.* vulgus). PAVL. NOL. carm. 24, 477 coeunt in unum -ae et panni gregem. ENNOD. epist. 9, 33, 2 p. 257, 10 quando principalis -a aut cilicia despexit aut pallium? opusc. 1, 11 p. 264, 19 aevi -a, *sc. imp. Zeno* (*v. Rota, 2002, ad l.*).

b *de rebus -a insignibus*: **α** *de consulatu*: SIL. 11, 95 *an, Virri,* te ... nostris aequat iam -a Brutis? 14, 112 tertia ... Latios renovarat -a fasces. STAT. silv. 4, 1, 1 laeta bis octonis accedit -a fastis. FLOR. epit. 3, 21, 17 tot senatus funera ... septima illa Marii -a dedit. **β** *de domo imperatoris* (*in iunctura* in -a [-is] natus, *cf. gr. πορφυρογέννητος. de Christo l. 74*): CONSVL. Constant. chron. I p. 244, 384 natus est Honorius nob(ilissimus) in -is. EPIPHAN. in euang. 53 p. 137, 16 verus iudex in ⌞-a⌟ (propria *var. l.*) natus ab alio constitui non potest.

[Frings]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3 *in imag. et translate*: **a** *usu christ.*: *vario respectu* (*cf. p. 2704, 26sqq.*): TERT. coron. 13, 2 tui ordines et tui magistratus ... ecclesia est Christi ...; illic -ae tuae sanguis domini et clavus latus in cruce ipsius (*cf. p. 2703, 60*). cult. fem. 2, 13, 7 vestite vos serico probitatis, byssino sanctitatis, -a pudicitiae (*cf. p. 2702, 59*). *c. respectu martyrii* (*cf. p. 2702, 49*): CYPR. Fort. praef. 3 *non confectam vestem (sc. librum ad martyrium exhortantem), sed* lanam ... et -am misi (*sc. locos sacrae script.*), quam cum acceperis tunicam tibi ... conficies. PS. AVG. serm. ed. Mai 149, 2 (*anima innocentis ab Herode necati comparatur tunicae clavatae*) sanguis erat -a et lac fuit stola candida. PS. ORIG. tract. 12, 32 -a ... in martyres deputatur, quos propria cruoris felicitas decoravit. 12, 35 in cocco Christi passio, in -a martyrii sanguis ostenditur. *al.* **b** *exempla cetera, sc. de ornatu: sermonis* (*cf. p. 2701, 45*): AVSON. Mos. 398 dabitur nostris ... -a fusis (*'aut de decore carminis augendo aut de honore carmini tribuendo' Hosius in schedis nostris; cf. Green ad l.*). SIDON. epist. 2, 10, 1 omnes nobilium sermonum -ae per incuriam vulgi decolorabuntur (ENNOD. carm. 2, 44, 7 maduerunt murice dicta, omnibus in rebus s. -a regnat). ENNOD. epist. 7, 21, 3 p. 189, 20 scribendum sciatis nomen vestrum ad genii mei -am et libellis propriis inserendum (*antea*: ostrum loquendi). *aedificii*: SIDON. epist. 2, 2, 8 nec pilae sunt mediae, sed columnae, quas architecti peritiores aedificiorum -as nuncupavere.

deriv.: purpuramentum, purpurarius, purpurasco, purpuraster, 1. purpuratus, purpureus, *?*2. purpurio, purpuro; *cf.* purpurelia, purpurilla.

compos.: cf. prasinopurpurus. *Frings.*

purpurāmentum, -ī *n.* *a* purpura. *fere i. q. purpura*: PS. AVG. serm. erem. 18 (*in allegoria christ.*) invidia est ... tinea, quae -a virtutum demolitur (*respici vid. textilia purpurea, cf. e. g. Hor. serm. 2, 3, 118sq.* vestis, ... tinearum epulae).

purpurāns *v. p. 2714, 63.* *Clavadetscher.*

***purpurārius,** -a, -um. *a* purpura. *scribitur* -are- CIL I^2 3123. *notatur* purpur CIL I^2 2947. II^2 7, 355. X 3973. XII 4508. *al.*, purp CIL I^2 2991a. VI 9843. 9844, pur CIL X 1952. NOT. Tir. 36, 30 -us. *legitur in titulis inde ab a. 105 a. Chr. et apud* PLIN. *mai.*, PAPIN. *al.*

i. q. ad purpuram pertinens (*sc. ad textilia purpurea conficienda vel vendenda*): **1** *adi.*: PLIN. nat. 35, 46 in -is officinis (ISID. orig. 19, 17, 16. *cf.* PAPIN. dig. 32, 1, 91, 2 pater filio tabernam -am cum servis insti[tu]toribus et purpuris ... legavit). INSCR. Année Épigr. 1972 n. 74 (*Aquini; saec. I^2?*) *quidam libertus* mercator ⟨pur⟩purarius (*sim.* 1982 n. 709 [*Lugduni; saec. III*] neg(otiatori) ... -o. *cf. l. 58 et, si recte suppl.*, CIL VI 33888 ⟨ne⟩gotia(n)s pur⟨purarius⟩). CIL III 5824, 4 (*Aug. Vindelicorum; non ante saec. II*) sevir Aug(ustalis), nego⟨t(iator)⟩ artis -ae. SOL. 26, 1 *urbs* Chulli -o fuco Tyriis velleribus comparata. NOVELL. Iust. 38, 6 *parentem* -ae ... esse condicionis (*gr. κογχυλευτικῆς ut ibid. iterum*). *in nomine insularum*: PLIN. nat. 6, 203 *Iuba dixit insulas Fortunatas* positas esse ... a -is *tot milia passuum* (*cf. p. 2703, 35 et Treidler, RE XXIII 2, 2020, 12sqq.*).

2 *usu pro subst. i. q.* πορφυροπώλης *vel* πορφυροβάφος (*item* GLOSS.; *rem fusius tractat Schneider, RE XXIII 2, 2007, 17sqq.*):
a *masc.*: *in titulis*: CIL I^2 2947 (*Capuae, a. 105 a. Chr.; inter magistros collegii Castoris et Pollucis*) P. Servius N. l(ibertus) purpur(arius). 1413 (*Romae; v. add. p. 980*) -i a Marianeis (*sc. monumentis? item indicatur locus*: VI 9847 a t⟨r⟩anstiberim. 9848 de vico. XIV 2433 de vico Tusco. INSCR. Année Épigr. 1923 n. 59 [*Romae*] de vico Iugar(io)). 2991a (*aet. Sullae vel Caes.? inter magistros*) *libertus quidam* purp(urarius). 3123 (*Capuae*) A. Oppei A. l(ibertei) -ei ossa heic sita sunt. VI 4016 Parmeno Liviae A(ugusti) purpur(arius) Maecenatian(us). IX 5276 C. Marcilius Eros purpur(arius) (quinquennalis) vir Truenti. XI 6604 (*saec. I^1*) ⟨pu⟩rpurarius sex vi⟨r⟩. *al.* *apud auctores*: COD. Iust. 10, 48, 7 (*a. 357*) negotiantes vestiarios, linteones, -os et parthicarios. NOVELL. Iust. 38, 6 (*gr. κογχυλευταί*). **b** *fem.* (*vix huc l. 51*): CIL VI 9846 *libertae quattuor Viciriae* purpurar(iae). VET. LAT. act. 16, 14 (cod. 5, *sim.* VVLG.) quaedam mulier nomine Lydia, -a Thyatirum civitatis (*gr. πορφυρόπωλις, cod. 50* purpurae venditor, *51* quae purpuras vendebat. *inde e. g.* AVG. c. Iulian. op. imperf. 2, 158 *deus* operabatur in illa -a. CAES. AREL. grat. p. 161, 27). NOVELL. Iust. 38, 6 sive ex sacri aerarii matre sive ex -a ... nati fuerint filii (*gr. κογχυλευτικῆς*). *Kruse.*

purpurāsco, -ere. *a* purpura (*iuxta* purpurare). *in codd. quibusdam trad. etiam* -esc- (*fort. a* purpureus), *v. infra.* *inter inchoativa affert* EVTYCH. gramm. V 449, 1 hebesco, ... vesperasco, -o *eqs.* GLOSS. -it: purporeum fit. [*falso editur p. 2706, 14.*]

i. q. purpureum fieri: **1** *formae variae*: CIC. ac. frg. 7 (*sub voce* -it NON. p. 162, 25) quid? mare nonne caeruleum? at eius unda, cum est pulsa remis, -it, ⌊et quidem aquae tinctum quodam modo et infectum⌋ (*sc. colorem videmus sim.*; ⌊ ⌋ *ipsi Nonio tribuit Quicherat; ad rem cf. p. 2712, 50*). OPTAT. 5, 7, 3 vellus candidum -it (-escit *var. l.; postea*: transit in purpuram). HIST. AVG. Tac. 17, 3 vitis, qu⟨a⟩e uvas Aminnias albas fereba[n]t, eo anno, quo ille imperium meruit, ⟨pur⟩purascere (*post lacunam*: plurima purpurea facta sunt). **2** *part. praes. vergens in usum adi. q. e. purpureus*: AMBR. hex. 3, 5, 21 *mare* serenae tranquillitatis -entem praefert colorem (-esc- *Schenkl sec. var. l.; cf. Basil. hex. 4, 6 p. 92^B* πορφύρουσαν χρόαν). 3, 8, 36 -entes violas, candida lilia (-esc- *Schenkl sec. var. l.*). 4, 6, 27 caeli ... facies -enti rubore perfunditur. virg. 3, 4, 17 -entes ... olivas.

purpuraster, -a, -um. *a* purpura. *i. q. coloris ad purpuram accedentis, quodammodo purpureus*: GALEN. alfab. 53 (de centaurea) floscellum est -um (*cod. Lucc.*, porpor- *Palat.*, purpuratum *Paris.*, flos ... purpuratus *edd. Lugd., Iunt.*). 112 (de phu) flores ... cum aliquo pallore purpura[n]stros ([*cod. Lucc., ed. Lugd.*, pallurem porporastrum *cod. Palat.*, p. purpureo *Paris.*, f. ... purpurascentes *ed. Iunt.*]. 269 [de satyrio] f. -um exalbidum [*cod. Lucc. al.*, purpureum *ed. Iunt.*]). *Rocchi.*

[purpurātōrius, -a, -um *non nisi in var. l. falsa p. 2707, 16.*]

1. *purpurātus, -a, -um. *a* purpura (*item* TERT. *l. 49.* PRISC. gramm. II 139, 6. 441, 24). *scribitur* -por- *hic illic in codd. rec., e. g.* NOT. Tir. 36, 29 -us (*K. al.*). *paenultimam productam testatur* PRISC. gramm. II 139, 6. *de notione* (*cf. l. 43*): PORPH. Hor. carm. 1, 35, 12 (*v. p. 2709, 29*) 'purpurei' pro '-i'. DIOM. gramm. I 323, 10 *epitheta quaedam* sumuntur ... extrinsecus, ut -us, palliatus. *legitur inde a* PLAVTO, CIC., LIV. [*restituitur* SYMM. or. 2, 18 *et loco mutilo* CORP. epist. lat. 156, 5 (*a. 167; inter res, quas quis se recepisse testatur*) ⟨... pur⟩purata(m) et ⟨...⟩ (*vestem?*).]

i. q. purpura, sc. veste purpurea, indutus (*de animantibus eorumve coetu [laude p. 2707, 7 per adi. pro gen.], sed fort. de vestimento purpura ornato l. 24; masc. pro subst. l. 38. 44. p. 2707, 8* [*cf. l. 36*]): **1** *generatim; purpura utuntur quilibet nobiles, divites, luxuriosi*: PLAVT. Most. 289 pulchra mulier nuda erit quam -a pulchrior (*adde l. 34*). SEN. dial. 2, 13, 2 omnis hos, qui togati -ique incedunt, *aegros esse* (*nisi ad 2; sim. dubites de* epist. 76, 31 quos -os vides). HIER. Didym. spir. praef. (*per prosopop.*) dum in Babylone, *i. Romae,* versarer et -ae meretricis essem colonus (*respic. apoc. 17, 4 ut*: PAVLA Hier. epist. 46, 12, 1 de muliere -a). epist. 23, 3, 1 divitem -um (*sec. Luc. 16, 19 ut*: 49, 21, 4 d. ille -us, crassus et nitidus. in Ezech. 25 praef. l. 18 [*nisi pro subst., ut fort.* AVG. serm. 150, 7 CASSIOD. in psalm. 33, 22 l. 384]. AVG. civ. 1, 12 p. 22, 28 -o illi d. [*opp.* ulceroso illi pauperi, *sc. Lazaro*]. *al.*). *masc. pro subst.*: SIDON. epist. 8, 3, 5 inter -os linteatum *Apollonium Tyaneum.*

2 *speciatim; purpura est insigne certae dignitatis, potestatis* (*respectu vestis evanescente abiit in meram appellationem dignitatis, imprimis ubicumque pro subst. adhibitum est; hucine l. 31sq.?*): **a** *procerum, qui sunt circa reges fere orientis vel Macedonum* (*in imag. l. 59; explicatur l. 48. 61sq.; non nisi masc. pro subst.*): CIC. Tusc. 1, 102 (*philosophus Lysimacho regi*) *crucem* minitare -is tuis (*de eodem*: VAL. MAX. 6, 2 ext. 3). LIV. 30, 42, 6 Sopatrum ex -is et propinquis regis *Philippi* esse (45, 32, 4 r. *Persei* amici -ique *eqs.* TERT. idol. 18, 2 *insignia dignitatis* conferebantur iis, qui familiaritatem r. merebantur, unde et -i r. memorabantur a purpura). 31, 35, 1 cum duce Athenagora, uno ex -is *Philippi* (32, 39, 8. 33, 8, 8. *al.; cf.* 37, 23, 7 -orum unus). 42, 51, 2 cum -orum et satellitum manu. *al.* VITR. 2 praef. 1 ad primos ordines et -os *Alexandri.* CVRT. 3, 2, 10 -is ... spem eius *Darei* inflantibus. 3, 6, 4 a Parmenione, fidissimo -orum *Alexandri.* 5, 1, 37 convivales ludi tota Perside regibus -isque cordi sunt. *al.* QVINT. inst. 8, 5, 24. FLOR. epit. 1, 10, 5 *Mucius Scaevola,* ubi frustrato circa -um eius *Porsennae* ictu tenetur *eqs.* (*de eodem*: VIR. ill. 12, 2 -um pro rege deceptus occidit. SCHOL. Cic. Bob. p. 131, 22. *cf. Liv. 2, 12, 7* scribam pro rege). VET. LAT. III Esdr. 3, 2 magistratibus Mediae et Persis et ... -is et praetoribus *eqs.* (*gr. σατράπαις*). 4, 33 (*gr. μεγιστᾶνες*). *al.* *acerbe in imag.* (*respicitur tyrannis Romanis futura*): CIC. Catil. 4, 12 cum ... mihi proposui regnantem Lentulum, ... -um esse huic Gabinium *eqs.* (*cf.* SCHOL. Cic. Gron. D p. 290, 3 -i dicuntur satellites maiores circa tyrannum *eqs.* [*inde* GLOSS.]. p. 290, 5 id est satellitem [*sed disting. l. 50*]).

b *magistratus Romanorum triumphantis*: LIV. 45, 39, 2 *praetores triumphantes* auratos -osque (*disting.* in turba togatorum).

c *ipsius imperatoris, regis vel usurpatoris*: **α** *in imperio Romanorum* (*etiam a Gothis continuato*): Ⓘ *adi.* (*praedicative e. g. l. 69sq. 73; fere pro gen.* imperatoris *p. 2707, 7*): PANEG. 2, 24, 1 carnifici -o (*de Maximo tyranno ut* 2, 26, 1). 6, 16, 1 *ut* intra parietes consideret -us, *i. Maximianus.* 12, 16, 3 tot annorum vernula -us, *i. Maximianus.* EVTR. 9, 24 *ut Galerius* -us tradatur ad vehiculum cucurrisse (*in eadem re*: RVF. FEST. 25 AMM. 14, 11, 10 OROS. hist. 7, 25, 9). SYMM. or. 1, 7 ut mihi, *Valentiniane,* ... post privatas exuvias iam -us in oratione nascaris. AMM. 17, 11, 1 -am simiam (*de Iuliano ut*: 20, 5, 4 vixdum adolescens specie tenus -us. 21, 1, 4 xystarchae similis -o). 25, 9, 13 *Procopius* visus est ...

[De Seta]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-us. HIST. AVG. Max. Balb. 9, 4 nisi infantem Gordianum -um ad populum ... produxisset *Balbinus.* trig. tyr. 27, 1 parvulos Romani imperatoris habitu praeferens -os *Zenobia.* SIDON. epist. 1, 9, 2 -um principem (7, 9, 19). ENNOD. opusc. 1, 93 p. 286, 13 -um ex te germen. CASSIOD. var. 8, 1, 1 maiorum -us ... ordo. 8, 5, 2 Hamalorum regalem prosapiam ..., infantiam -am, per quos ... parentes nostri ... evecti sunt. 9, 25, 2 *senator quidam* dum ⌊-as⌋ auditori suo fenerat laudes (⌊ ⌋ *pro gen.* imperatoris). *al.*

Ⓘ *masc. pro subst.*: PANEG. 3, 30, 3 illa -orum ... fastidia. SYMM. or. 1, 14 statim proelia et primus in acie -us. AMM. 15, 5, 27 *Vrsicinus adactus est* adorare ... anhelantem ... -um, *i. Silvanum usurpatorem.* HIST. AVG. Avid. 3, 3 ut omnes -os, Auguste, cognosceres (*antea*: omnes, qui imperatorium nomen ... habuerunt). Aurelian. 42, 3 quae series -orum sit (*antea*: principes). quatt. tyr. 2, 3 Firmum non inter -os habui, sed quasi ... latronem. HIER. epist. 79, 5, 2 *Nebridius* -orum propinquus, socius, consobrinus. SIDON. epist. 1, 7, 11 posse reum maiestatis pronuntiari etiam eum, qui non affectasset habitum -orum (-torium *var. l.; cf. l. 3*). CHRON. Gall. chron. I p. 630, 13 Maximum, Hispaniae -um (privatum *var. l.*). *al.*

β *apud exteros vel generaliter*: SVLP. SEV. Mart. 24, 7 Iesus dominus *non se* -um nec diademate renidentem venturum esse praedixit (*cf. 24, 4 diabolus* veste ... regia indutus). EVSEB. GALLIC. hom. 4, 3 obvolutum in pannis metuit -us, *sc. Herodes rex.* GREG. TVR. vit. patr. 5 praef. ut accedat illuc, *sc. in caelum,* rusticus, quo accedere non meruit -us (*antea*: terrenum imperium).

d *sacerdotis paganorum*: OROS. hist. 4, 6, 8 *dux* sacerdotem Herculis, cur sibi ... -us occurreret, in crucem ... cum purpuris infulisque suspendit (PASS. Fabii 4 -i praeibant ... s.).

e *martyris christiani* (*in imag.*): LEO M. serm. 82, 6 *martyres* urbem nostram -is (purgatis *var. l.*) lateque rutilantibus agminibus (populis *β*) ambierunt et quasi ... diademate coronarunt (*cf.* PETR. CHRYS. serm. 154, 3 Stephanus -um ⌊ducit⌋ [*v. app. crit.*] exercitum, *sc. martyrum* [*postea*: quia cruore proprio tinctam sibi ipsi purpuram conquisivit]).

2. purpurātus *v. p. 2715, 10.* *De Seta.*

†purpurēlia: lucerna et oculi draconis GLOSS. *corruptum, sed latere vid. vox cum* purpura *coniungenda* (lacerna *temptat Heraeus in exemplari suo dubitanter cogitans de nomine herbae [cf. vol. IX 2, 452, 25 sqq.] ad tinguendum aptae et de lacerna purpurea* [*cf. vol. VII 2, 823, 48 sqq. 60 sq.*]; purpurilla *confert Goetz*). *Bk.*

*?**purpurēsco** *v.* purpurasco. **purpurēticus** *v.* porphyreticus.

purpureus, -a, -um. *a* purpura. *scribitur* -puri- CIL VIII 4508, 15 (*a. 202*), *in codd. inde a saec. VI* (*v. p. 2709, 11; in recc. e. g.* VEN. FORT. carm. 8, 3, 268), *ceterum in recc. hic illic* porpu- (*e. g.* IREN. 1, 13, 2), purpe- (*e. g.* LACT. Phoen. 74), purpo- (*e. g. l. 44 et in cod. Salmas.* [*v. p. 2713, 5. 13*]), *aliisve formis depravatis.* *notatur* purp *p. 2708, 44.* NOT. Tir. 36, 31 purporeus. *gen. sing. fem.* -ai *v. p. 2708, 14.* *de notione et differentia*: PRISC. gramm. II 21, 1 (*afferens voces cognatas*) -um, *πορφύρεον* (*cf. p. 2708, 8. 2709, 6*). GLOSS. -us: *πορφυροῦς. sim. al., e. g. l. 61 sqq.; aequiperant explicatores alios colores, imprimis e. g.* niger *p. 2712, 53 sqq.* (*disting. p. 2710, 34. 59. 2711, 37*), purpuratus *p. 2709, 29,* roseus *p. 2711, 26,* rubicundus *p. 2708, 21,* russatus *p. 2708, 20, ceterum e. g.* pulcher *p. 2708, 20. 54 sq. 2712, 70. 73. 2713, 17,* speciosus *p. 2711, 21; distinguunt auctores e. g.* pullus *p. 2708, 69* (*iuxta ponitur p. 2708, 13*), puniceus *l. 65. p. 2710, 30. 2712, 30* (*cf. p. 2708, 20; pro syn. p. 2708, 25*), ruber *p. 2708, 4* (*sed cf. p. 2709, 68*), rufus *p. 2711, 37. 2712, 3,* violaceus PLIN. nat. 22, 47. *legitur inde a* LIV. ANDR. (*v. p. 2708, 13*), PLAVTO, LVCIL., *?*LAEV. (*v. p. 2708, 18*), RHET. Her., VARRONE; *adamant poetae.* [*dub. trad.* PRIAP. 51, 13; *loco corrupto* ELEG. in Maecen. 62.]

i. q. ad purpuram pertinens (*gr. resp. πορφύρεος, πορφυροῦς, nisi aliud indicavimus; adhibetur pro subst. neutr. p. 2708, 8 [cf. p. 2710, 18], fem. p. 2709, 10. 2711, 34*): **I** *e purpura factus, constans e suco animalis, ostro sim.* (*cf.* PORPH. Hor. carm. 1, 35, 11 [*antea p. 2709, 29*] -um ... aliud est, si proprietatem adtendas; nam sic dicitur -um, ut lapideum ligneum, hoc est, quod purpura tantum constat. *inde* SCHOL. *ad l.* quod totum ex purpura est): LVCR. 6, 1074 -us ... colos conchyli iungitur uno corpore cum lanae (TIB. 2, 3, 58 selectos certent praebere c. Africa puniceum -umque Tyros. HIER. epist. 22, 32, 1 inficitur membrana c. -o, aurum liquescit in litteras *eqs.*). VITR. 7, 13, 3 conchylia ... scinduntur, e quibus plagis -a sanies ... comparatur. COD. Iust. 1, 23, 6 pr. (*a. 470*) *auctoritatis nostrae* sacri affatus ... non alio ... colore nisi -a ... scriptione illustrentur, scilicet ut cocti muricis et triti conchylii ardore signentur. ANTH. 873[a], 6 *Tarenti* mare ⌊-o murice⌋ dite rubet (⌊ ⌋ *an purpuram exhibente?*). *inde de coloribus factis vel commixtis e purpura adulterata* (*de condimentis sim. p. 2708, 2*): OV. trist. 1, 1, 5 nec te, *liber,* -o velent vaccinia fuco; non est conveniens luctibus ille color. VITR. 7, 11, 2 (*an ad p. 2711, 72?*) *glaeba silis usta* efficitur -o colore (7, 14, 1 fiunt ... -i c. infecta creta rubiae radice et ex hysgino *eqs.* PLIN. nat. 18, 128 *rapa* commendantur ... coloribus [*sc. condimentorum sim.*] picta ..., -o quoque. BOETH. in top. Cic. 4 p. 334, 43 id medium ex albi c. ac nigri commixtione coniunctum est, quamvis in quamlibet aliam coloris speciem transferatur, seu -i, seu rubri, seu viridis). PLIN. nat. 35, 38 *cerussa optima* et -a appellatur.

II *purpurā infectus, ostro tinctus* (*sc. c. respectu coloris; cf. André, Termes de couleur, 1949, 92 sqq. et* ORIBAS. syn. 4, 27, 1 La p. 28 parvas cocleas, porfire, id est unde -a tinguntur [*neutr. pro subst.; aliter Aa et gr.*]): **A** *proprie de rebus (et per enallagen de animantibus, qui eas usurpant, l. 51. p. 2709, 26. 58. 64. 2710, 13), quibus utuntur*: **1** *quilibet fere nobiles, divites, luxuriosi sim.*: **a** *usu communi* (*exempla selecta inde a* CIC.): **α** *de veste, calceamentis sim.* (*cf. l. 65; de colore l. 25*): LIV. ANDR. carm. frg. 34 vestis pulla -a ampla (RHET. Her. 3, 22, 37 CATVLL. 64, 163. LVCR. 2, 52 v. splendorem ⌊-ai⌋ [*Niccolius in exemplari suo, edd.*; -ra, -ram, -rai *var. ll.*]. 5, 1428. VERG. Aen. 6, 221 -as ... super *Misenum mortuum* v. *coniciunt Teucri* [SERV. '-as' ad imitationem sanguinis, in quo est anima. *cf. l. 45. p. 2711, 41*]. *al.*). CARM. frg. Ter. Maur. 1935 (LAEVIO *fere tributum inde a Scaligero*) iam -o suras include cothurno (VERG. Aen. 1, 337 -o ... suras vincire c. [*sim. ecl. 7, 32* puniceo ... c. *cf.* SERV. '-o' aut pulchro aut russati coloris. GLOSS. -o: rubicundo]. *cf. p. 2713, 15; sim.* EDICT. imp. Diocl. 9, 17 L. ⟨de so⟩leis Babulonicis et -is et Foeniceis *eqs.* 9, 18 L. ⟨socci⟩ -i [9, 23 L. s. ... purp⟨urei⟩]). RHET. Her. 4, 47, 60 cithar⟨o⟩edus cum prodierit ... cum clamyde -a *eqs.* (PORPH. Hor. epist. 1, 17, 32. *cf.* OV. met. 14, 393 -um chlamydis *Pici in avem mutati* pennae traxere colorem [*345* poeniceam ... c.]). VARRO Men. 212 -a amicula (*al., v. vol. I 1901, 74*). CIC. Verr. II 5, 31 cum iste cum pallio -o ... versaretur in conviviis muliebribus (5, 86. 137. *al.*). or. frg. A 14, 22 *rustici nos videmur,* qui ... -as fascias habere non possumus (*cf.* har. resp. 44 -is ... fasceolis). *al.* CATVLL. 64, 308 vestis candida -ā talos *Parcarum* incinxerat orā (*sim. de parte vestis*: OV. ars 3, 269 pallida -is ⌊tangat⌋ [*v. app. crit.*] sua corpora virgis [*sunt quidem, qui de fuco cogitent*]. FEST. p. 276 clavo -o). TEST. imp. Aug. Char. gramm. p. 132, 23 lodices -as et colorias meas. CIRIS 511 -as flavo retinentem *Scyllam* vertice vittas (*cf. p. 2709, 48*). *al.* **β** *de rebus variis* (*in compar. l. 43*): LVCIL. 568 -o tersit ... latas gausape mensas ([*inde* HOR. sat. 2, 8, 11]. CASS. SEV. frg. Char. gramm. p. 132, 21 gausapo -o). VARRO Men. 447 cum in eborato lecto ac -o peristromo cubare videas aegrotum (*v. vol. X 1, 1496, 39*). VERG. georg. 3, 25 *iuvat videre, ut* -a intexti tollant aulaea Britanni. PROP. 1, 3, 41 modo -o fallebam stamine somnum (*cf.* OV. met. 6, 577 -as ... notas filis intexuit *Philomela.* STAT. Theb. 11, 402 -ae ... telae). OV. am. 1, 14, 20 -o iacuit ... toro *puella* (MART. 12, 17, 8). met. 10, 125 mollia -is frenabas ora *cervi* capistris, *Cyparisse* (MART. 1, 104, 7). 10, 596 *Atalanta erubuit* haud aliter, quam cum super atria velum ... -um ... inficit umbras (TAB. Vindol. III 596, 21 v. purp(urea)). STAT. silv. 2, 1, 159 -o tristis rogus aggere crevit (*sc. donis sim. -is in rogum iactis; cf. l. 16. p. 2711, 39*). *al.* *de libris* (*cf. p. 2707, 66*): STAT. silv. 4, 9, 7 noster *libellus* -us novusque charta ([*postea opp. l. vilis*]. MART. 5, 6, 19. *cf.* HIST. AVG. Maximin. 30, 4 libros). MART. 10, 93, 4 nondum vulgata ... carmina, -a sed modo culta toga. OPT. PORF. carm. 1, 17 -o fulgens habitu *Thalia* (*cf. 1, 1 sqq.* libello carmen in Augusti ferre Thalia manus, ostro tota nitens *eqs.*).

b *per enallagen de ipsis hominibus purpura vestitis, ornatis sim.*: VERG. Aen. 9, 163 sequuntur -i cristis iuvenes (*cf. 9, 50* galea ... rubra; SERV. *v. l. 54*). 10, 722 *virum* -um pennis et ... ostro (SERV. bene galeatum, ut ... [*affert l. 52*], id est pulchri [*add.* auct. -as cristas habentem; aut certe ... pulchrum]. CLAVD. DON. *ad loc.* p. 382, 27 habuit ... -as pinnas *eqs.*). MART. 6, 11, 8 (*nisi ad 2a*) vis te -um ... sagatus amem? ut praestem Pyladen, aliquis mihi praestet Oresten. IVV. 4, 31 (*castigatur luxuria*) -us magni ructarit scurra Palati.

2 *homines certa dignitate, potestate praediti*: **a** *reges, imperatores, principes, tyranni*: **α** *usu communi* (*exempla potiora*): Ⓘ *de veste, calceamentis sim.* (*fem. pro subst. p. 2709, 10*): CIC. Phil. 2, 85 sedebat ... amictus toga -a in sella aurea coronatus *Caesar* (*cf. in eadem re* vestis -a: div. 1, 119. VAL. MAX. 1, 6, 13 [*sec. Wardle, comm. 1998, 210 de regia, non de triumphali v.*]. PLIN. nat. 11, 186; vestitus -us: CIC. div. 2, 37). BELL. Afr. 57, 5 cum Scipio sagulo -o ante regis adventum uti solitus esset, ... non oportere illum eodem vestitu *uti* atque ipse uteretur *exprobravit Iuba.* VERG. Aen. 12, 602 -os moritura manu discindit amictus *regina.* OV. met. 11, 181 tempora -is temptat velare tiaris *Midas aures aselli indutus.* VAL. MAX. 1, 6, 11 pullum ei *M. Crasso* traditum est ⌊paludamentum⌋, cum in proelium exeuntibus album aut -um dari soleat (⌊ ⌋ *cf. vol. X 1, 169, 14. 35 et Plin. nat. 22, 3* coccum imperatoriis dicatum p.). CVRT. 6, 6, 4 -um diadema distinctum albo, quale Dareus habuerat, capiti circumdedit *Alexander.* FLOR. epit. 3, 19, 10 *Athenio pastor* veste -a ... et regium in morem fronte redimita ... conflavit exercitum. FRONTO p. 140, 7 sq. tibi, *Caesar,* -um pallium erit sumendum, non pallium phi-

[Harbsmeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

losophorum soloci lana; -o (*seq. lacuna; v. app. crit.*). IVVENC. 4, 644 -am ... tunicam clamidemque rubentem (*sc. Christo inductam; cf. l. 11 et* VVLG. Ioh. 19, 2 veste. 19, 5 vestimentum. CHROMAT. serm. 23, 3 l. 66 indumentum ... regni -um aut regiam dignitatem). EVTR. 9, 26 *ante Diocletianum* imperii insigne in ⌊chlamyde -a⌋ tantum erat (*gr.* ἁλουργίδος). HIST. AVG. Alb. 5, 9 -a matris inligatus est fascea; unde illi ... Porfyri nomen inditum est (*5, 10* haec atque alia signa imperii futuri fuere). Diad. 3, 3 indumenta coccea et -a ceteraque castrensia imperii insignia (*cf. l. 4*). CORIPP. Iust. 2, 104 -o ... fulgente cothurno *principis. al.* *fem. pro subst.*: VET. LAT. Marc. 15, 17 (cod. 1) vestierunt eum -a (*sc. Christum ut*: 15, 20 [*ibid.*] expoliaverunt eum -ia [*utrobique gr.* πορφύραν, *Vulg.* purpuram]). Ⓘ *de rebus variis*: OV. epist. 5, 88 (*85* digna ... sum ... fieri matrona *regis*) -o sum magis apta toro (*cf. de toris -is mensae e. g.* 12, 52; *sim. al.*). PLIN. nat. 19, 22 velo -o ad Actium ... Cleopatra venit ...; hoc fuit imperatoriae navis insigne (*in eadem re*: FLOR. epit. 4, 11, 8 cum aurea puppe veloque -o [*item* IORD. Rom. 252]. *cf. l. 19*). SVET. Cal. 55, 3 *equo suo* praeter ... -a tegumenta *domum dedit* (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 7, 275 p. 45, 16 'instratos ostro': *equos* -is stratis ornatos). NEMES. cyn. 84 aurea -o (-a *var. l.*) ... velo signa micant (*respicitur signum militare draconis ut*: AMM. 15, 5, 16 cultu -o a draconum et vexillorum insignibus ... abstracto. 16, 10, 7 -is subtegminibus texti ... dracones. 16, 12, 39 per -um signum draconis summitati hastae ... aptatum [*cf.* CLAVD. 5, 177 -is undantes anguibus hastas]). PRVD. c. Symm. 1, 486 Christus (*sc. crux dominica*) -um ... textus in auro signabat labarum *imp. Constantini. al.*

β *per enallagen de ipsis hominibus, qui purpura vestiuntur, ornantur* (*de eorum corporis partibus l. 33 sqq., Manibus l. 36, domo l. 39, dignitate l. 41; hucine p. 2713, 9. 25?*): HOR. carm. 1, 35, 12 *te, Fortuna,* -i metuunt tyranni ([PORPH. '-i' pro purpurati [*seq. p. 2707, 61*]. CYPR. GALL. frg. 8 [*in IV reg. 25, 28*] -is maior Persarum in sede t.). OV. met. 7, 103 medio rex *Aeetes* ipse resedit agmine -us (CLAVD. rapt. Pros. 2, 300). 8, 33 *Minos* -us ... terga premebat equi. PERS. 3, 41 *Damoclis* ensis -as subter cervices terruit (*item de corporis parte*: PRVD. apoth. 496 -i custos lateris. *cf.* gremium -um: PRVD. c. Symm. 1, 273 *Hadriani.* CLAVD. 28, 67 *Theodosii*). CLAVD. 8, 97 *Theodosius* iuvenum ... duorum ⌊-os⌋ (*v. app. crit.*) ... placavit sanguine Manes (*cf. 95* Augustas ... umbras). 21, 81 comitata parentibus exit -is virgo *e stirpe Theodosii orta.* CHROMAT. serm. 23, 3 l. 62 quae *Maria* ... -um illum agnum, id est regem Christum, generavit (*sim.* l. 63). MEROB. carm. 1, 2 incumbit foribus pictae Concordia mensae -ique sacer sexus uterque laris (*sc. in triclinio palatii Ravennatis sec. Vollmer ad l.*). CASSIOD. var. 9, 1, 2 *si* retinuissetis Hamali sanguinis -am dignitatem. *al.*

b *sacerdotes, vates sim.*: VERG. Aen. 3, 405 (*sacerdos ad Aeneam*) positis aris ... -o velare comas adopertus amictu. OV. fast. 4, 339 -a canus cum veste sacerdos. LEX de flam. Narbon. (CIL XII 6038; *saec. I²*) 29, 6 ⟨uxor fla⟩minis veste alba aut -a vestita (*sim. respicitur flaminica*: FEST. p. 355 tutulum vocari aiunt flaminicarum capitis ornamentum, quod fiat vitta -a innexa crinibus *eqs.* PAVL. FEST. p. 288 rica est vestimentum ... -um, quo flaminicae ... utebantur). SEN. Thy. 686 vitta capita *liberorum fratris* -a ligat *Atreus*; ... Bacchi liquor *non deest* (*item adhibetur vitta -a in cultu Bacchi* STAT. silv. 2, 7, 9 Ach. 1, 611, *Minervae* Theb. 2, 738). SIL. 13, 780 vitta ligabat -a ... crines *Homeri.* FIRM. math. 3, 6, 1 sacerdotum principes et qui in ipsis sacerdotiis -is aut auratis vestibus induantur. CARM. c. pag. 6 -a quos sola facit praetexta sacratos. VITAE patr. Iurens. 135 super dorsum ipsius *abbatis* ... rigentibus clavis -is pallium album ... dependere.

c *triumphatores* (*per enallagen l. 58*): OV. Pont. 2, 8, 50 fraterni funeris ultor -us niveis filius, *i. Tiberius,* instet equis! (*per enallagen de ipsis triumphatoribus ut*: trist. 4, 2, 48 in curru, Caesar, victore veheris -us ... rite). FEST. p. 209 picta quae nunc toga dicitur, -a ante vocitata est eaque erat sine pictura (*paulo post*: triumphantes ita picti sunt). SVET. Nero 25, 1 *introiit* Romam eo curru, quo Augustus olim triumphaverat, et in veste -a *eqs.*

d *consules, senatores, equites* (*saepius per enallagen, sc. l. 66. 70. al.*): STAT. silv. 2, 7, 47 doctos equites et eloquente cantu -um trahes senatum (*per enallagen ut*: AVSON. 20, 2 [332 S.], 5 toga -i rutilans praetexta s.). 4, 1, 26 (*per enallagen*) gaudent ... tribus ... -ique ... patres. MART. 5, 8, 5 Phasis -is ruber lacernis (*de eodem equitem se esse simulante*: 5, 8, 11 illas -as et adrogantes iussit surgere ... l.). 11, 4, 5 qui -is iam tertia nomina fastis, Iane, refers Nervae ([*cf. Kay ad l.*]. *per enallagen de f. consularibus ut*: 12, 29, 5 -is ut des nova nomina f. *cf. loc. seq.*). CARM. de mens. 2, 4 (*per enallagen*) ⌊-os⌋ fastis qui *Ianuarius* numerat proceres (⌊ ⌋ *corr. Scaliger,* -is, -us, -um *codd.*). *al.* *pueri illustres*: STAT. silv. 5, 3, 119 te divite ritu ponere -os infantia legit amictus stirpis honore datos et nobile pectoris aurum.

3 *dei deaeve paganorum* (*cf. p. 2712, 38. 67*): VERG. Aen. 4, 139 aurea -am subnectit fibula vestem *Aurorae* (OV. met. 2, 23 -a velatus v. ... Phoebus. CLAVD. 1, 183 -as praebebat ... v. numinibus Latona suis, *sc. filiis*). TIB. 3, 12, 13 (*ad Iunonem*) -āque ... veni perlucida pallā. ELEG. in Maecen. 60 Bacche ..., tibi ... tunicae fluxere solutae, te puto -as ... habuisse duas (*cf. Suet. Aug. 70, 1*). SIL. 7, 447 -os alius *Cupido* vestis religabat amictus (*sc. Veneris ut*: CLAVD. rapt. Pros. 2, 17 fibula -os gemma suspendit a. *ceterum respicitur Venus*: CLAVD. 10, 151 vivo squalentia murice terga *beluae sunt* -is mollita ⌊toris⌋ [rosis *var. l., ut ad p. 2711, 25*]; hoc navigat antro fulta Venus. DRAC. Romul. 6, 78 verbere).

4 *factiones spectaculorum publicorum colore -o ab aliis distinctae* (*per enallagen l. 13; ad rem cf. Cameron, Circus Factions, 1976*): MART. 14, 55, 2 si tibi -o de grege currit equus (*per enallagen ut*: ISID. orig. 18, 41, 2 [*tit.* de coloribus equorum] *currentes equos* -os Iri sacraverunt, quam arcum dicimus, quod is plurimos colores habeat). CIL VI 10062 (*aet. imp. Dom. vel paulo post*) Epaphroditus agitator f(actionis) r(ussatae); vic(it) CLXXVIII et at ⌊-um⌋ liber vic(it) VIII (⌊ ⌋ *dub., utrum* pannum *an* gregem *suppleas; an neutr. pro subst.?*). SVET. Dom. 7, 1 duas circensibus gregum factiones aurati -ique panni ad quattuor pristinas addidit.

5 *medici sim., sc. sublato respectu dignitatis*: SER. med. 1100 si rupta inmensos fundet verruca cruores, ⌊-o triti cineres de vellere prosunt⌋ (*v. app. crit.*), quod fuerit ... conchyli sanguine tinctum. MARCELL. med. 6, 30 si quis maleficiis capillos perdiderit, ⌊lanae -ae⌋ optime in conchylio tinctae duas ligulas *comburat eqs.* ([⌊ ⌋ *inde suppl.* PLIN. phys. Sang. p. 218 l. 24]. 9, 17 l. -a obturabis *auriculam*).

B *per similitudinem de eis, quorum rubor colorem purpurae adaequat*: **1** *notione communi* (*hic illic de vi accedente splendoris ambigi potest*): **a** *de alimentis, fructibus sim.* (*de colore l. 32. 35 sq. 39, nitore l. 41; in compar. l. 45*): PLAVT. Men. 917 quin tu me interrogas, -um panem an puniceum soleam ego esse an luteum? LVCIL. 1270 *autumnus* -am ... uvam facit albam pampinum habere (VERG. georg. 2, 95 -ae preciaeque [SERV. -i coloris. *sim.* ISID. orig. 17, 5, 17 -ae a colore dicuntur]. OV. met. 13, 814 CORN. SEV. carm. frg. 8. *cf.* COLVM. 3, 2, 23 sunt et helvolae, ... neque -ae neque nigrae. *al.*). HOR. carm. 2, 5, 12 distinguet autumnus racemos -o (-us *var. l.*) ... colore (*item respiciuntur racemi*: OV. met. 3, 485 *ut* solet uva racemis ducere -um ... colorem. MART. 8, 68, 3 -os ... racemos. CE 1559, 9). PROP. 3, 17, 17 dum modo -o spument mihi dolia musto (NEMES. ecl. 3, 45). OV. ars 2, 316 plena ... -o subrubet uva mero. met. 4, 127 madefacta ... sanguine radix -o tingit ... mora colore. 8, 676 de -is conlectae vitibus uvae. fast. 4, 780 lac niveum potes -amque sapam. COLVM. 3, 21, 3 palmitibus vel generis albi ... vel -o nitore micantis. 5, 10, 18 crustumina ... -a, superba *eqs.* (*de piris ut*: 12, 10, 4. PLIN. nat. 15, 55 onychina, -a). 10, 415 *crescunt* -ae ... Chelidoniae (*de genere ficorum ut*: PLIN. nat. 15, 69 Lydiae, quae sunt -ae). *al.* PLIN. nat. 15, 17 -ae sunt et in iis *olivis,* ut uvis. 15, 41 *sunt* laudatiora cerina atque -a *pruna.* *al.*

b *de sanguine*: **α** *respiciuntur ii qui (ea quae) sanguine vigent, sc. animantium ora, genae sim.* (*de colore l. 52. 55, rubore l. 57; accedit hic illic notio pulchritudinis*): CATVLL. 45, 12 pueri ... ocellos illo -o ore saviata *Acme* (APVL. carm. frg. 4, 10 pro ... rosis o. savia -i *redde. cf. p. 2713, 4. 16 et* ANTH. 712, 6 -a delibantes oscula. *item respiciuntur labra*: OV. am. 3, 14, 23 -is condatur lingua labellis). VERG. Aen. 11, 819 -us quondam color ora reliquit *Camillae.* OV. am. 1, 4, 22 -as tenero pollice tange genas (STAT. Theb. 1, 538 pallorque ruborque -as hausere g. *virginum pudentium.* NEMES. ecl. 2, 80. AVSON. 10, 23 [182 S.], 16 nondum -as cinctus ephebe g. *cf. p. 2713, 9*). LYGD. 4, 30 *erat* color in niveo corpore -us. SEN. Phaedr. 376 non idem *est Phaedrae* ... ora tinguens nitida -us rubor. VAL. FL. 3, 179 frigidus orbes -os *morientis* iam somnus obit (*cf. de oculis*: BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 18 p. 117, 8 est ... ut aliquis nigrioribus oculis sit et alius quamvis nigris, tamen -is [ut candidius appareant *add. cod. unus in fine*]. *cf. l. 71; comparat c. gr.* ἰοβλέφαρος *Edgeworth, Glotta 57, 1979, 288*). STAT. silv. 2, 1, 41 -o suffusus sanguine candor *pueri.* Ach. 1, 162 niveo natat ignis in ore -us (*inde* DRAC. Romul. 2, 67). *al.* pudor -us, *sc. os rubefaciens* (*per enallagen; cf. l. 54*): OV. am. 1, 3, 14 simplicitas -usque p. *faciunt, ut puella me amet.* 2, 5, 34 conscia -us venit in ora p. (rubor, color *var. ll.*). trist. 4, 3, 70 (rubor *var. l.*). STAT. Theb. 2, 231. **β** *respicitur umor ipse* (*de anima tamquam suco fonteque vitae l. 68* [*aliter p. 2711, 15*]): VERG. Aen. 9, 349 -am vomit ille *Rhoetus* animam et cum sanguine mixta vina refert moriens ([SERV. *v. p. 2708, 17.* CLAVD. DON. *ad loc.* p. 235, 1 'recepit -um', *i. ensem.* p. 235, 5 sq. potest et '-am ... -a'; ... in -i coloris speciem fundebatur *sanguis*; purpura quippe nigra est cum rubore *eqs.; sunt qui conferant Hymn. Hom. 3, 361 sq.* θυμὸν φοινὸν ἀποπνείουσ(α)]. *inde* HOMER. 365. *sim.* CORIPP. Ioh. 5, 314 ruptis praecordia venis -am fundunt a. [*fere idem* 6, 637]). OV. trist. 4, 2, 6 candida ... victima -o sanguine pulset humum (PLIN. nat. 9, 135 et Homero -us dicitur s. [*cf. Hom. P 360 sq.* αἵματι ... πορφυρέῳ]. SIL.

[Harbsmeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

4, 168 spicula prima ... -o moriens ... s. tinguis. STAT. Theb. 9, 883 ibat -us niveo de pectore s. *al.*). *al.* **γ** *respiciuntur ii qui (ea quae) sanguine colorantur, consperguntur sim.* (*de colore l. 9; cf. p. 2710, 69*): HOR. carm. 2, 12, 3 Siculum mare Poeno -um sanguine (*item de aquis*: OV. met. 12, 111 cum -us populari caede Caicus fluxit. fast. 6, 566 flumen ... Toleni -um mixtis sanguine fluxit aquis. SEN. Ag. 214 fluctus ... Simois caede -os agens. CORIPP. Ioh. 5, 368 amnis -us). OV. am. 1, 8, 12 sanguine ... stillantia sidera vidi; -us lunae sanguine vultus erat. SCRIB. LARG. 186 ut urinam ... -i ... coloris reddant *aegrotantes.* VAL. FL. 3, 107 subit ilia cuspis Olenii, ... *ille* -am ... expulit hastam (*cf.* CORIPP. Ioh. 6, 81 -um ... ferrum sanguine Massylo). *inde tropice de Christianorum martyrio, de martyribus vel de rebus ad martyres pertinentibus sim.*: CYPR. eleem. 26 *dominus* coronam candidam pro operibus dabit, in persecutione -am pro passione geminabit (epist. 10, 5, 2 c. ... de passione -as). epist. 10, 5, 2 *ecclesia* erat ante ... candida, nunc facta est in martyrum cruore -a. PS. DAMAS. epigr. 86[b], 5 -am rapiunt animam *martyris* caelestia regna. PRVD. perist. 4, 192 *urbs Caesaraugusta* procerum creatrix -orum, *i. martyrum.* 8, 3 duo -um ... martyrium pulchra morte tulere viri.

c *de floribus, herbis sim.*: **α** *usu communi* (*de colore l. 28. 31. al.; fem. pro subst. l. 34*): VERG. ecl. 5, 38 pro ⌞-o⌟ narcisso carduus ... surgit (SERV. auct. '-o' nunc specioso; *cf. l. 38.* ⌞⌟ -a *testatur vituperans* DIOM. gramm. I 453, 36). georg. 4, 54 *apes* -os ... metunt flores (*al., v. l. 30 et vol. VI 1, 937, 16 sqq.*). DIRAE 21 *Veneris serta* -o campos quae ⌞pingunt verna⌟ colore (*v. app. crit.*). COPA 14 *sunt* serta ... -ā lutea mixta rosā (NEMES. ecl. 2, 48. *al.; cf. p. 2710, 9 et e. g.* CVLEX 399 [*loco vexato*]. HOR. carm. 3, 15, 15. GLOSS.[L] I Ansil. PU 378 -o: roseo). TIB. 1, 4, 29 -os deperdit terra colores. PROP. 1, 20, 38 lilia ... candida -is mixta papaveribus. OV. met. 10, 213 *flos ortus formam lilii capit,* si non -us color his, argenteus esset in illis (*de hyacintho ut*: 13, 395 rubefacta ... sanguine tellus -um ... genuit ... florem. MANIL. 5, 257 -os hyacinthos. CLAVD. DON. Aen. 11, 70 p. 417, 14 *est* coloris ... ipse -i). VITR. 8, 3, 15 arbor florens -o colore (*cf. p. 2702, 19*). CELS. 5, 11 alba viola, ... viola -a, narcissus *eqs.* (PLIN. nat. 21, 64 quae *v.* ion appellatur et -a. *al., cf. l. 48. inde fem. pro subst.*: PS. DIOSC. herb. fem. 65 nomen herbae -a [*sed ibid.* -a⟨e⟩ violae]). COLVM. 11, 3, 26 quae *lactuca* fusci est vel -i aut ... viridis coloris (*cf.* PLIN. nat. 19, 126 sq.). *al.* PLIN. nat. 18, 54 *genera panici* colore distinguuntur candido, nigro, rufo, etiam -o. 21, 25 sunt et -a lilia ...; narcissum vocant (21, 26 *arte quadam* fiunt -a l. DRAC. laud. dei 2, 451). *al.* *de floribus in funere sim. sparsis* (*cf. Hom. E 83, Π 334, Y 477 πορφύρεος θάνατος, ceterum p. 2708, 16. 45; in matrimonio* CLAVD. 10, 298; *in imag. l. 47*): VERG. Aen. 5, 79 (*de funere Anchisae*) -os ... iacit flores *Aeneas* (SERV. ad sanguinis imitationem, in quo est sedes animae *eqs.; argumento simili* ISID. orig. 11, 1, 123 inde et -ae vestes et flores -i mortuis praebentur). 6, 884 (*loq. Anchises*) -os spargam flores animamque nepotis his ... accumulem donis (SERV. *sim. ac l. 42; cf.* SVLP. SEV. dial. 3, 18, 2 sŏlum ... flore -o ... sparge). AVSON. 12, 3 (220 S.), 5 (*1* Aiacis tumulo; *in imag.*) dabo -um claro de sanguine florem. PRVD. perist. 3, 201 carpite -as violas (*cf. 207* munera). CE 610, 13 ⟨p⟩urpurei flores ... ⟨depinge⟩nt tumulum. **β** *per enallagen: de vere florum pleno, flores proferente* (*cf. e. g. Pind. Pyth. 4, 64 φοινικανθέμου ἦρος et Meleag., Anth. gr. 9, 363, 2 πορφυρέη ... εἴαρος ὥρη, ceterum Verg. georg. 2, 319* vere rubenti): VERG. ecl. 9, 40 hic ver -um, varios hic flumina circum fundit humus flores (LYGD. 5, 4 cum se -o v. remittit humus. COLVM. 10, 256 iam v. -um [purpurae *var. l.*], iam ... alma parens pingi sua tempora gaudet). *de loco floribus tecto* (*cf. l. 23. 27*): OV. ars 3, 687 est prope -os colles florentis Hymetti fons sacer. PRVD. ham. 856 *anima* -o latus exporrecta cubili floribus aeternis ... libat odores. BOETH. cons. 1 carm. 6, 7 numquam -um nemus lecturus violas petas. VEN. FORT. carm. 3, 9, 11 mollia -um pingunt violaria campum.

d *de crine Nisi* (*cf. Callim. frg. 288, 2 Pf. πορφυρέην ... χρέκα, ceterum l. 71. p. 2713, 5. 24 sq.*): VERG. georg. 1, 405 pro -o poenas dat Scylla capillo ([PORPH. *v. p. 2712, 73*]. CIRIS 52. 382 OV. ars 1, 331). CIRIS 281 (*loq. Scylla*) -um patris dempsissem vertice crinem (OV. met. 8, 93 HYG. fab. 198, 1). TIB. 1, 4, 63 Nisi coma (PROP. 3, 19, 22). *per enallagen de ipso Niso*: STAT. Theb. 1, 334 Scyllae ... rura -o regnata seni. silv. 3, 4, 84 -i cedet coma saucia Nisi.

e *de squamis, pennis sim.* (*de phoenice l. 68*): CVLEX 172 -o lucens maculatur amictu *serpens.* PLIN. nat. 10, 3 *phoenix* narratur ... auri fulgore circa colla, cetero -us. 10, 89 *est halcyon avis* colore cyaneo et ⌞ex parte maiore tantum -is⌟ et candidis admixta pinnis (*v. app. crit.*). 32, 61 ambiente -o crine fibras *ostrea calliblephara appellantur.*

f *de lapidibus, sale sim.* (*de colore l. 75 sq. [cf. p. 2707, 75], sudore gemmarum p. 2712, 6*): OV. ars 3, 181 *color* hic Paphias myrtos, hic -as (-os *var. l.*) amethystos *simulat* (*cf.* PLIN. nat. 21, 45 qui *amethystinus color* a viola et ipse in -um *trahitur* quemque ianthinum appellavimus. PRISC. periheg. 1022 -o ... amethystos inest suffusa colore). LVCAN. 10, 116 (*de domo Cleopatrae*) stabat ... -us lapis. PLIN. nat. 31, 86 rubet *sal* Memphi, rufus est circa Oxum, Centuripis -us (-is *var. l.*). 37, 95 *Carchedonios carbunculos* obumbrante tecto -os videri, sub caelo flammeos *eqs.* 37, 115 *iaspis* in Phrygia -a et in Cappadocia ex purpura caerulea *est.* 37, 170 *gemmae* Indicae ... subrufo colore, sed in attritu -o sudore manant (*cf.* PASS. Barth. 2 p. 131, 9 singulas gemmas -as). *al.* STAT. silv. 2, 2, 89 ubi marmore picto candida -o distinguitur area gyro. *al.* *inde de rebus e lapidibus -is confectis*: VVLG. cant. 3, 10 columnas ... fecit *rex Salomon* argenteas, reclinatorium aureum, ascensum -um (*allegorice explicat* GREG. M. in Ezech. 2, 3, 14 purpura, quia de sanguine tingitur *eqs.*). CLAVD. 5, 135 -is effulta columnis atria. PASS. Thom. 18 *rex* iussit ex porfiriticis lapidibus memoriam exstrui et ipsum *fratrem* in labro -o poni.

2 *notione aucta vel deflexa accedit vel praevalet vis splendoris cuiusdam* (*cf. Edgeworth, Glotta 57, 1979, 281 sqq.*): **a** *de rebus*: **α** *de lumine*: Ⓘ *siderum, aurorae, diei, aëris sim.* (*mirae originis e. g. l. 20 sq.; Olympi l. 38, forium caeli l. 32; in compar. l. 32; cf. p. 2713, 2 sqq.; exempla selecta inde ab* OV.): CATVLL. 64, 275 *Aurora exoriente* -a ... procul nantes ab luce refulgent *undae* (OV. fast. 6, 252 caelestia numina sensi, ... -a l. refulsit humus [*c. respectu mirae originis ut*: SVLP. SEV. Mart. 24, 4 circumiectus ipse *diabolus* l. -a]. PRVD. psych. 639). VERG. Aen. 6, 641 *in Elysio* campos aether ... lumine vestit -o (VAL. FL. 1, 573 *fax Iovis in frontibus Tyndareorum haerens* l. ... fundit -um [*cf. e. g. Apoll. Rhod. 2, 806 sqq.*]. STAT. silv. 5, 1, 256 *Proserpina iubet egressas* heroidas antris l. -o ... laxare tenebras. ANTH. 389, 38 Sol qui -o diffundit l. terras. MART. CAP. 2, 113). AETNA 333 quamvis ... fulgeat aether -oque rubens surgat iubar aureus ostro. CIRIS 37 -os inter soles et candida lunae sidera (*de solis ortu et occasu sec. Edgeworth, loco cit. 285*). PROP. 3, 5, 32 -us pluvias cur bibit arcus aquas (*item de arcu caelesti*: AMM. 20, 11, 27 cuius species ... visitur ... punicea tertia, quarta -a *eqs.* [*ad rem cf. Gipper, Glotta 42, 1964, 55*]. *cf. p. 2710, 15 et Hom. P 547 πορφυρέην ἶριν*). OV. met. 2, 113 patefecit ab ortu -as Aurora fores. 6, 48 *Arachne* erubuit ..., ut solet aër -us fieri, cum ... aurora movetur (LACT. Phoen. 74). fast. 3, 518 -um rapido qui *Sol* vehit axe diem (SEN. Herc. O. 1838 -us d. utrumque ... spectat Oceanum. CE 1262, 6 in quīs *lucis* -us perpetuusque d.). trist. 1, 2, 27 -o vires capit eurus ab ortu (NEMES. ecl. 2, 75 AVIEN. orb. terr. 216). AVSON. 20, 3 (333 S.), 4 -um iubar ... lucis eoae (MART. CAP. 9, 912). Mos. 13 Phoebus ... -um reserat ... Olympum. *al.* *inde de curru, axe, equis Solis*: OV. epist. 4, 160 -o ... qui *Sol* movet axe diem (*cf. l. 34*). 21, 88 *cum* demere -is Sol iuga vellet equis (*sim.* fast. 2, 74. *aliter p. 2710, 14*). AVSON. 14, 25 (369 S.), 16 *ubi Sol* scandit -o ... tertia sidera curru. *?*Ⓘⓘ *concharum in lapidem versarum*: CIRIS 103 inter ... candida Thesei -is late ridentia litora conchis (*respici vid. conchae in marmore Megaridis repertae; vix cogites de purpuris, sc. animalibus, coll. Pausan. 1, 44, 6 ὁ κογχίτης ... ἔστι δὲ ἄγαν λευκὸς ..., κόγχοι δὲ αἱ θαλάσσιαι διὰ παντὸς ἔνεισίν οἱ*). Ⓘⓘⓘ *vitri*: VITR. 8, 3, 6 *aquae* colore similis vitri -i (*cf. Plin. nat. 36, 198* rubens vitrum ... haematinum appellatum). Ⓘⓥ *metallorum*: VEN. FORT. carm. 8, 3, 268 sardia -a luce metalla micant.

β *de mari, fluctibus sim.* (*de rore l. 61*): CIC. ac. 2, 105 mare ..., quod ... favonio nascente -um videtur, ... modo caeruleum videbatur, mane ravum *eqs.* (VERG. georg. 4, 373 in m. -um ... effluit amnis [PORPH. *v. l. 73.* SERV. georg. 4, 372 '-um' ... nigrum ex altitudine accipimus, nam Padus non in rubrum m. ... cadit ...; Homerus *εἰς ἅλα πορφυρόεσσαν eqs.; sim.* SERV. auct. -um: altum et per hoc nigrum, tropice. GLOSS. V 556, 10. *cf. l. 60*]. ANTH. 707, 2 AVSON. Mos. 427. *al.; aliter p. 2711, 4. color variare vid. ut*: AVG. civ. 22, 24 p. 615, 26 aliquando -um, aliquando caeruleum. *cf.* DRAC. laud. dei 2, 162). PROP. 2, 26, 5 -is agitatam fluctibus Hellen. VAL. FL. 3, 422 *Ampycides* decurrit ad undas; hic sale -o ... membra novat. PS. SOL. Pont. 6 -is dum sanguinat unda profundis. PAVL. PETRIC. Mart. 4, 564 -ae ... guttae ... roris. DRAC. laud. dei 1, 421 -o surgentem ex aequore ... luciferum. 1, 680 *solem* radiata luce rubentem -is ⌞attollit⌟ aquis *natura* (abscondit *var. l.*). *al.* *de mari rubro*: PRVD. cath. 5, 59 -i gurgitis ... rubris litoribus.

b *de animantibus, sc. divinitate vel sanctitate quadam praeditis, eorumve corporibus vel comitibus* (*de lumine sim. eis adhaerente l. 69. p. 2713, 11. 20. 23; accedit saepe notio pulchritudinis*): **α** *de dis deabusve* (*cf. l. 38. p. 2710, 1; de Aenea l. 69; in compar. p. 2713, 10*): VERG. Aen. 1, 591 decoram caesariem nato *Aeneae* genetrix lumenque iuventae -um ... adflarat (SERV. '-um' pulchrum, *afferens l. 71; cf.* PORPH. *p. 2713, 16*). HOR. carm. 4, 1, 10 (*ad Venerem*) -is ales oloribus comissabere (PORPH. '⟨-is⟩ oloribus' quomodo dicitur, cum albi sint potius? sed sic -um pro pulchro dicere poetae adsuerunt, ut Vergilius *eqs.* [*affert l. 52. p. 2711, 61*]. *sim.* SERV. *l. 70; item de volucribus Veneris*: CLAVD. carm. min. 25, 104 florea -as adnectunt frena columbas [*sim.* DRAC. Romul. 6, 75]. *de ipsa*

[Harbsmeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dea: VERS. metr. Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 97, 33 -a ... Venus [*cf. Eur. Bacch. 236 οἰνωπός ... Ἀφροδίτης*]). ELEG. in Maecen. 1, 126 -ā ... manu *Aurorae* (OV. am. 1, 13, 10 [*cf. Hom. Α 477. al. ῥοδοδάκτυλος Ἠώς*]. *item respicitur* Aurora: STAT. Theb. 3, 441 A. ... -o vehit ore diem. ANTH. 85, 2 hoc de pectine traxit -is A. comis. *cf. p. 2712, 16*). OV. am. 2, 1, 38 adhibete ... carmina, -us quae mihi dictat Amor (2, 9, 34 -us tela resumit A. ars 1, 232 -us Bacchi cornua pressit A. *cf.* rem. 701 nec nos -as pueri, *i. Amoris,* resecabimus alas. APVL. met. 5, 22, 5 videt *Psyche Cupidinis* ... genas ... -as [*cf. p. 2710, 53*]). fast. 5, 28 *Maiestas* aurea -o conspicienda sinu (*an ad p. 2709, 26?*). COLVM. 10, 289 nec tam ... Latonia Phoebe -o radiat vultu ..., quam ... collucent ... horti. SIL. 7, 195 nitentem lumine -o frontem (*sc. Bacchi ut*: STAT. Theb. 7, 148 -um tristi turbatus pectore vultum. *cf.* OPT. PORF. carm. 28, 9 -us tibi flos vultum non pingit, Iacche [*item* 28, 12 *ordine inverso*]). ANTH. 941, 18 (*saec. V*) -as croceo suras evincta cothurno *Voluptas* (*cf. p. 2708, 19*). **β** *de principe*: HOR. carm. 3, 3, 12 Augustus recumbens -o bibet ore nectar (PORPH. claro et splendido [*afferens* VERG. *p. 2712, 69*]. SCHOL. pulchro [*comparans c. Verg. Aen. 2, 593* roseo ... ore]. *de variis interpretationibus v. e. g. Eidinow, Class. Quart. 50, 2000, 463 sqq.; aliter supra p. 2710, 48*). MART. 8, 65, 4 hic stetit ... formosus pulvere belli -um fundens Caesar ab ore iubar (*in compar. c. sole sec. Schöffel ad l.; cf. p. 2712, 37*). **γ** *de sanctis Christianorum*: SVLP. SEV. dial. 3, 10, 6 Martini manum sacrificium offerentis vestitam quodammodo ... gemmis, luce micare -a (*de eodem*: epist. 2, 3 vultu igneo, stellantibus oculis, crine -o). CORIPP. Iust. 1, 35 superas caeli demissa per auras, ... -as velata comas *virgo* (*per enallagen sec. Speck, Philologus 134, 1990, 85; sim. Stache ad l., ut spectet ad p. 2709, 26*).

deriv.: cf. p. 2705, 68. compos.: subpurpureus.

cf. Onom. *Harbsmeier.*

purpurilla, -ae *f.* *in sermone militum sec.* purpura *variatum pro* turturilla (*demin. a* turtur, *sensu obsceno*), *si recte post alios explicavit Heraeus, Arch. Lat. Lex. 12, 1902, 266.* [*venet. or.* porporela *'moles vetusta ruinosa'; cf. M.-L. 6863, aliter Battisti-Alessio IV 3025. C. S.*]

per meton. pro parte corporis obscena significatur locus, ubi ea uti licet: GLOSS. V 524, 30 (*Festo tribuit Lindsay, v.* GLOSS.^{L} IV p. 360^{b}) -a dicitur locus in castris extra vallum, in quo scorta prostant, nam apud veteres ... prostitut(a)e purpurea veste utebantur (*sim.* GLOSS.^{L} III Abol. PU 11 GLOSS. V 477, 42. 511, 62; *cf.* 608, 52). II 590, 36 -a: ⟨deorsum in terra⟩ (*item* GLOSS. I p. 42 [*add. anglosax.* nidre]. ⟨⟩ *gr. χαμαιτυπεῖον, i. lupanar, male versum ex more huius glossarii subesse putat Goetz*). *Bk.*

1. purpurio *v.* porphyrio.

*?***2. purpurio,** (-ōnis) *m.* *a* purpura (*cf.* litterio *sim.*). *i. q. purpurarius* (*sc. venditor vel tinctor, nisi latet explicatio cognominis*): GLOSS. II 414, 10 *πορφυρίων*: -o (pup- *trad.; seq. πορφυροβάφος*: purpurarius. *in capitulo* de vestimentis *utraque glossa exhibetur* III 272, 54 sq.). *cf. Onom.*

purpuriscum (*et* -s(c)inum), **purpurissa** *v.* purpurissus.

purpurissātus, -a, -um. *a* purpurissus (*v. Leumann, Kl. Schr., 1959, 158*). *i. q. purpurisso illitus, tinctus: coloratur facies*: PLAVT. Truc. 290 bucculas (*A,* istas buccas *P*) tam belle -as habes (*inde Halm restituit* CIC. Pis. 25 erant illi *Gabinio* compti capilli ... et fluentes -aeque buccae [pulsataeque *trad.*]). APVL. apol. 76, 5 *puellae* immedicatum os et -as genas et inlices oculos. *colorantur fasti, sc. ita ut nomen consulis litteris purpureis exhibeant* (*potius proprie quam meton. c. respectu consulis purpura vestiti*): SIDON. epist. 8, 8, 3 deductum nomen a trabeis atque eboratas curules et gestatorias bratteatas et fastos ... -os (*cf.* f. purpurei *p. 2709, 70*).

purpurissus, -a, -um *non nisi pro subst. adhibitum* (*praeter p. 2714, 30?*), *πορφυρίζων* (*sc. sec. neutr. -ον receptum; cf. Leumann, Kl. Schr., 1959, 158*). *trad. variis modis depravatum, e. g.* -pirissimum *p. 2714, 16 et* PLAVT. Most. 261 (*var. l. ut* HIER. epist. 130, 7, 13). GLOSS. II 165, 24; *v. sub 1c.*

significatur quodcumque purpureum vel coloris similis est: **1** *neutr.* **-um** *vel masc.* **-us** (*sec.* color, fucus *sim.*). *praeter formas ambiguas occurrunt certe neutr. apud* PLIN., GALEN., GLOSS., *masc. apud* HIER., DIONYS. EXIG. *notatur* purpuris *p. 2714, 11.* NOT. Tir. 36, 32 purporessum (-purensum *var. l.*). *de notione* (*cf. etiam p. 2714, 18*): GLOSS. -um: *φῦκος*. genus aedilis (*corruptum*; medicaminis *Thewrewk*). pulvis qui facit purpureum colorem.

i. q. pigmentum purpureum: **a** *illinitur faciei feminae* (*iuxta* cerussa *praeter l. 72. 73*): PLAVT. Most. 261 (*meretrix ancillae; 258* cedo cerussam) cedo -um. :: non do; ... nova pictura interpolare vis opus lepidissumum? (AFRAN. com. 231 c. -um). TERT. cult. fem. 2, 7, 3 an cum cerussa et -o et croco ... resurgatis? HIER. epist. 38, 3, 2 quae *feminae* -o et quibusdam fucis ora oculosque depingunt (107, 5, 1. 108, 15, 4. 127, 3, 3). 54, 7, 1 quid facit in facie Christianae -us et cerussa? 79, 7, 7 litam -o et cerussa faciem. 130, 7, 13. *in imag. vel translate*: FRONTO p. 157, 7 quid in orationibus meis novicium, ... quid fuscum, quid -o litum aut ... pollutum? DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 5, 1 p. 353^{A} sunt ... multiformes colores huius imaginis (*sc. hominis deo similis*) ..., non cerussa et -us, *sed virtutes* (*gr. ἐρύθημα καὶ λαμπρότης*). **b** *adhibetur in arte pictoria* (*cf. p. 2713, 71*): PLIN. nat. 1, 35, 26 -um. 35, 30 *colores* floridi sunt ... chrysocolla, Indicum, -um. 35, 44 (*inde* ISID. orig. 19, 17, 15) e reliquis coloribus *pretiosis* ... ante omnes est -um: creta argentaria cum purpuris pariter tinguitur; ... Puteolanum *-um* potius laudetur quam Tyrium ...; vilissimum a Canusio (*cf.* INSCR. Kölner Jahrb. 40, 2007, 293 n. 169 [*in amphora*] purpuris(sum) Can(usinum)). 35, 45 ovo inducentes -um (*ibid.* -um ex ovo inducunt). 35, 49 cretulam amant udoque inlini recusant -um, Indicum *eqs.* (-rosum *var. l.*). ADNOT. Fronto p. 138, 24 pueri illi, qui -um subterunt *pictori.* **c** *adhibetur in medicina* (*cf. l. 23*): CHIRON 864 (*tit.* sincrismae, *i. συγχρίσματος,* compositio) ammoniacum ..., oleum citrinum ..., -um (purpirissimum *cod. uterque* [*cf. l. 21. p. 2713, 59*]; ⟨oleum⟩ purissimum *Oder,* 'purpuriscinum?' *Fischer in plagulis*). GALEN. alfab. 208 (de purpurisco) ⟨-um⟩ quod et fu[s]cum aliqui dicunt; glebul(a)e sunt ... in modum tesselarum, quae ab infectoribus tinguntur colore (odore *trad.*) roseo; ... vires habet ... stipticas (⟨⟩ -iscum *cod. Lucc.*, porporis- *Palat.* [*sequentia legere nequivimus*], purpurisinum *Paris.*). **d** *generaliter adhibetur ad describendum colorem quendam*: PLIN. nat. 35, 195 *genera cretae* Cimoliae duo ad medicos pertinentia, candidum et ad -um inclinans (purissum *var. l.*).

2 *fem.* **-a** (*vix addas* porphyrissa, *q. v.*): **a** *genus pigmenti* (*fem. sec.* mixtura, confectio *sim.?*): NOVIVS Atell. 83 inlino cretam, cerussam, -am (*ad rem cf. 1a; fem. testatur Non. p. 218, 23,* -um *Ribbeck*). GLOSS. III 194, 53 *φῦκος* (ficos *cod.*): -a (*in cap.* de odoribus *ut*: 274, 3 *φ.*: fucus, -a). **b** *cognomen Veneris*: SERV. auct. Aen. 1, 720 *Venus* dicitur ... et Myrtea et -a (*coll.* purpurilla *de vi obscena cogitat Heraeus, Hermes 34, 1899, 165*).

deriv.: purpurissatus.

purpurītēs *v.* porphyrites. **purpurīticus** *v.* porphyreticus.

purpurītis *v.* porphyrites. **purpurius** *v.* purpureus.

purpurizo, -āre, *πορφυρίζω.* *scribitur* porporig- *in cod.* Aa ORIBASII. *i. q. purpura vel colore ei simili nitere*: PS. SORAN. epit. 53 quo colore est corion? -ante (*Soran. p. 19, 9* purpureo, *gr. p. 41, 21 πορφυροῦς*). ORIBAS. syn. 2, 56, 7 Aa p. 120, 15 *aspalathus* subrobrus aut -ans (*La* rubrobus *solum; gr. ὑπέρυθρος ἢ πορφυρίζων*). 2, 56, 8 Aa p. 120, 18 asfaltus bonus *est,* qui -at, perlucidus (*La* purpore similes; *gr. πορφυροειδῶς στίλβουσα*). *Hillen.*

***purpuro,** -āvī, -ātum, -āre. *a* purpura. *scribitur* -por- *hic illic in codd. rec.* *legitur apud poetam veterem l. 45 et inde a* COLVM.

1 *trans. i. q. purpureum facere*: **a** *colorando, tinguendo sim.*: **α** *proprie*: FVR. ANT. carm. frg. 5 spiritus Eurorum viridis cum -at undas (*cf.* GELL. 18, 11, 3 *non iure reprehendit Caesellius,* quod ventus mare caerulum ⟨cum⟩ crispicans nitefacit, '-at' dixerit *Furius*). MART. CAP. 2, 219 (vers.) ni rosetis -ret culmina aurora. **β** *in imag. respicitur sanguis martyrum vel Christi*: AVG. in psalm. 118, serm. 30, 5 -ta est universa terra sanguine martyrum (serm. 300, 2). serm. 116, 7 nascatur de sanguine martyrum sponsa domino -ta (*de ecclesia ut*: PS. AVG. serm. Wien. Stud. 50, 1932 p. 137, 36 matrona stat ... per aquam mundata, per sanguinem -ta, per resurrectionem ... candidata. *al.*). PS. AVG. serm. 211, 1 *Stephanus martyr* decorem aetatis suae sanguine -vit. serm. ed. Mai 55, 3 *Christus regionem* occidentis ... istorum, *sc. Petri et Pauli,* exhibuit ... sanguine -tam. QVODV. catacl. 3, 22 mare rubrum agnoscite baptismum Christi sanguine -tum. PS. ORIG. tract. 12, 30 (*ad prov. 5, 22 et Is. 5, 18*) restis peccatorum coccino -atur (*sc. Christi*).

b *vestiendo, ornando* (*cf. p. 2706, 26*): APVL. met. 6, 24, 3 Horae rosis et ceteris floribus -bant omnia. PS. AVG. alterc. l. 323 H. (*loq. ecclesia*) *rex regum* caput mitra composuit ac me protinus -vit (*antea*: ego sum regina ..., ego sum sponsa. *cf. Vet. Lat. Is. 61, 10* [*Tert. adv. Marc. 4, 11, 7*]).

2 *intrans. i. q. purpureum esse* (*saepius part. praes.* -ans *fere pro adi.*): **a** *colore, nitore sim.*: **α** *proprie*: COLVM. 10, 101 quae pallet humi, quae frondens -a⟨t auro⟩ (*v. app. crit.*), ponatur viola (ARNOB. nat. 5, 7 p. 257, 8 -antes in v. cruor vertitur interemptae *Iae*). APVL. met. 10, 22, 1 labias ... ambroseo rore -antes. AMM. 20, 11, 28 quarta *species iridis* ideo -at, quod ... ostendit aspectum flammeo propriorem. HIST. AVG. Aurelian. 4, 7 *vitulum natum* candidum, sed -antibus maculis. RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 8, 1 *si* in ... silentio -antia micant aequoris dorsa (*Migne gr. 35, 1237^{C} πορφύρηται*). PRVD. cath. 6, 82 agnum de caede -antem (*respic. apoc. 5, 6*). perist. 2, 275 *martyres* -antibus stolis clari et coronis aureis. 5, 339 -antem corporis *martyris* ... cruorem. DRAC. Romul. 7, 46 *Pudicitia* -et et niteat gemmae pallente rubore. CARM. de resurr. 228 ⟨robore compacto viret et⟩ -at arbor (*v. app. crit.*). **β** *in*

[De Seta]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

imagine vel compar. (*sc. l. 3*): PAVL. NOL. carm. 21, 161 confessionis -ante laurea (*tamquam martyrii*). epist. 23, 28 quibus *crinibus speciosis* (*i. viris sanctis*) divinum caput *Christi* ut ostro gloriae suae -at. PS. AVG. serm. 227, 1 plantatur ... totus mundus spicis martyrum -antibus. ISID. expos. in num. 15, 19 qui *Christus* ... candido fidei lumine et passionis sanguine -bat, flos virginum, corona martyrum *eqs.*

b *ornatu florum*: PERVIG. Ven. 13 (*proleptice*) ipsa *Venus* gemmis -antem pingit annum floridis (floribus *trad.; cf. Apul. met. 10, 29, 2* gemmulis floridis ... *et* purpureo nitore).

p. p. p. **purpurātus,** -a, -um *pro adi. fere i. q. purpureus*: MART. CAP. 9, 918 (vers.) nec posse *olorem* -is nimium placere ocellis.

deriv.: cf. purpurasco. *compos.*: circum-, impurpuratus.

[purpurōsus *v. p. 2714, 13.*] **[purpurx** *v. p. 2700, 67.*]

purr- *v.* porr- *vel* pyrr-. **purta** *v.* porta. *De Seta.*

pūrulentātio, -ōnis *f.* *a* purulentus. *i. q. eventus, quo quid purulentum fit*: CAEL. AVR. chron. 5, 3, 53 (*52* in saniem ... venientes *renes*) de cunctis -bus vel vomicis ... *postea* dicemus. 5, 10, 95 (*94* collectionibus generatis ... sequitur febricula ... cum rigore) perfecta -e rigor ... et febrium recedit inquietudo.

pūrulentē *v.* purulentus.

pūrulentia, -ae *f.* *a* purulentus. *i. q. status purulentus (non nisi l. 31) vel metonymice i. q. concretio purulenta, collectio puris: conviciose de hominibus luxuriosis, indignis sim. tamquam purgamentis civitatis*: TERT. pall. 5, 7 taceo Nerones et Apicios ...; has -as civitatis quis eliciet ..., ni sermo palliatus? *proprie* (*falsa var. l.* PLIN. nat. 29, 137, *v. p. 2716, 26*): HIER. epist. 52, 6, 4 *heredipetae* obsident lectum *senis* et -as (-a *var. l.*) stomachi et phlegmata pulmonis manu propria suscipiunt. in Is. 1, 1, 6c *linteola* ad exsiccandam saniem et -as (*scrib. et* pru-, -lin- *al.*) extrahendas iniciuntur vulneribus (*sim.* in Os. 6, 1 l. 29). in Nah. 3, 1 l. 78 -as quasdam et vulnerati damna pulmonis egerere. PHILIPP. in Iob rec. brev. 19 p. 1433^{B} (*item fere* long. p. 666^{C}) *ut* odorem foetidum de -a profundi vulneris exhalaret. ISID. orig. 4, 7, 20 (*sub voce* enpiis, *v. vol. V 2, 538, 29*) *cum* abundantibus spumis et -is. *transfertur ad reliquias sacrificiorum tabescentes, corruptas*: HIER. in Ezech. 40, 35 l. 986 (*ad LXX τοῦ ῥόακος τῶν ὁλοκαυτωμάτων*) *fluvius* holocaustorum cineres et carnium -as efferebat exterius. *Bk.*

***pūrulentus,** -a, -um. *a* 1. pus. *scribitur* puro- ORIBAS. eup. 2, 1 *Λ* 30 Aa p. 486 *et hic illic in codd. rec., ubi etiam invenitur e. g.* pruru- (*v. l. 54. 60. al.*). NOT. Tir. 103, 43 -um. GLOSS. -um: putridum (*cf. p. 2716, 2*). -a (*?*): foetido. *legitur non nisi posit. apud* CATONEM (*semel*) *et inde a* CELSO, SCRIB. LARG., *imprimis in re medica* (*in serm. communi l. 53 sqq. al. et sub 2*).

fere i. q. pure affectus, puris plenus (*disting. vel opp.* cruentus *p. 2716, 4. 23,* purus *l. 51,* sanguis *sim. p. 2716, 3. 12. 18; accedit abl. respectus l. 59*): **1** *proprie vel in imagine* (*sc. l. 54. p. 2716, 32*): **a** *de ulceribus sim. vel partibus corporis pure infectis*: CATO agr. 157, 3 cancer ater ... saniem spurcam mittit; albus -us est, sed fistulosus et subtus suppurat sub carne. CELS. 6, 10, 2 haec *medicamenta* et auribus et naribus -is adcommodata sunt (PLIN. nat. 22, 28. *al.* PLIN. med. 1, 6, 8 [*sec. p. 2716, 25*] si -ae sint aures. *al.*). 6, 18, 2^{C} quae *ulcera* necesse est aut pura siccave sint aut umida et -a ([*cf. 2*^{D} si pus ex is profluit]. 6, 18, 2^{I} id genus *ulceris* ... inter -a est). 6, 18, 2^{E} Erasistrati conpositio ... recte super -a naturalia inponitur. SEN. epist. 57, 5 *vulneris* veteris et -i (PRVD. perist. 2, 259 [*in imag.*] quid *memorem* -a et livida malignitatum v.? [pruru- *cod. unus*]). RVFIN. hist. 8, 16, 4 fistulis quibusdam in superficiem -is meatibus adapertis de interioribus putrefacti vulneris venis ebullire *coeperunt vermes.* CAEL. AVR. acut. 2, 19, 114 pulmonem vaporatio siccat atque ⌊-um fieri cogit⌋ (⌊ ⌋ *Hippocr. vict. acut. 7 p. 272 L. ἐστι ... ἐμπνητικόν*). SIDON. epist. 3, 13, 6 (*descriptio hominis foedi*) os ... gingivis -um (pruru- *var. l.*), dentibus buxeum. *al.* *neutr. pro subst.*: CELS. 5, 26, 33^{D} *ulcus* aliis quoque purgari potest, quibus -a curantur. PLIN. nat. 20, 26 *raphani* intestinorum ... ulcera sanant ac -a praecordiorum. 27, 63 *herbae quaedam* atropha carnosiora faciunt, -a expurgant (*nisi ad p. 2716, 2*). **b** *de umoribus*: CELS. 2, 8, 1 ex vesica dolenti si -a urina processit inque ea leve et album subsedit, metum detrahit (*cf. Hippocr. progn. 19 πυῶδες. item de urina*: 4, 27, 1^{D} add. l. 29 saepe, quod *ex vesica* descendit, -um est). 2, 8, 5 *si* sputum ... factum pro rufo -um est ([*cf. Hippocr. progn. 18 πυώδεος*]. 2, 8, 24 in tabe s. mixtum, -um, febris adsidua *eqs. al.* CAEL. AVR. chron. 2, 14, 197. 2, 14, 200 [*antea p. 2716, 30*] quod ex vomica interioris collectionis *empyici* -a per tussiculam excludunt s.). 5, 28, 13^{A} per quae *ulceris foramina* fertur umor glutinosus et -us (CAEL. AVR. acut. 2, 33, 178 SORAN. p. 100, 11. *al.*). CAEL. AVR. chron. 5, 4, 71 est ... ex putredine sanguis ater et male redolens atque -us ex ulcere (SORAN. p. 26, 13 *post partum* primo s. plurimum fluit, secundo faeculentus et minus, novissime -us). CASS. FEL. 40, 2 peiorante *pthisica* passione ⌊putidum⌋ et -um ... flegma excluditur ([⌊ ⌋ putr-, putredine *var. ll.*]. GLOSS. III 604, 28 -a f.: putrida). *al.* *neutr. pro subst.* (*iuxta pron.* CELS., GREG. TVR.; *hucine p. 2715, 63?*): CELS. 2, 7, 14 sanguis aut cruentum aut -um aliquid cum ea *urina* excernitur. SCRIB. LARG. 77 (*inde* MARCELL. med. 17, 3) *medicamentum efficax* ad pthisicos vel alios, qui -a excreant (PLIN. nat. 26, 28 tussi et -a excreantibus. CHIRON 357 *iumentum vulsum* excreabit ... -um [*inde sim.* VEG. mulom. 2, 106, 1]. MARCELL. med. 16, 70 [*sec. l. 24*] pulmonis exulcerati vitio ... -um et fetidum. *al.; cf. l. 19. 23. p. 2733, 6*). PLIN. nat. 20, 10 (*inde l. 27*) -a ... expuentibus ... et iocineris vitiis (PLIN. phys. Bamb. 59, 10). 35, 177 *sulpur* prodest ... -a ... extussientibus (MARCELL. med. 16, 59 sanguinulentum aut -um [*Plin. nat. 26, 27* sanguinem *tantum, sed cf. l. 6*]. CAEL. AVR. chron. 5, 10, 103 liquida et -a. *cf.* MARCELL. med. 16, 74 si quis -um tussit). PELAGON. 205, 1 *orthopnoea* cognoscitur ..., cum iumentum nares arrectas habet ⌊-aque emittit⌋ (*cf. Hippiatr. gr. I p. 143, 2 πνῶδες ... ὑγρόν, II p. 32, 23 πῦα.* ⌊ ⌋ -e mittit *cod. Eins.*). PS. MVSA herb. Vett. l. 65 ad (p)t(h)isicos et qui -um eiciunt ([*Ps. Theod. Prisc. add. p. 317, 25* pus]. reic- *var. l. ut ibid.* l. 127 sanguinem qui per os eiciunt et -um [-e *cod. unus*; -um excreant *pars codd.*]). CAEL. AVR. chron. 5, 10, 102 aliquae *vomicarum eruptiones fiunt* ad stomachum ..., ut liquida atque -a evomantur (GREG. TVR. Mart. 2, 20 *quidam* evomens -um nescio quid cum sanguine, *sc. per exorcismum*). *al.* **c** *de morbis eorumve indiciis*: PLIN. nat. 26, 28 contra -as contraque cruentas exscreationes (*al., v. vol. V 2, 1829, 82 sqq.*). 28, 194 (*inde l. 8*) -as ... exulcerationes pectoris pulmonisque et ... graveolentiam halitus. 29, 137 (*inde p. 2715, 50*) si ⌊-a sint⌋ *vitia* ([⌊ ⌋ purulentiae sunt *var. l.*]. *aurium ut*: MARCELL. med. 9, 91 vetera et -a v. *aliter*: GARG. MART. med. 16, 4 [*sec. l. 9*] -a v. iocineris). MARCELL. med. 16, 32 *folia ulmi* -as tusses potenter emendant. CAEL. AVR. acut. 2, 32, 169 oculorum ... saniosa atque -a similitudo. chron. 2, 14, 200 empyica passio[ne] sive anaphoretica, quam nos -am sive vomi(co)fluam dicere poterimus, quod *eqs.* (*v. p. 2715, 70*). POMER. 3, 8, 2 (*in imag.*) hi, quos superbae mentis tabes -a corruperit. **d** *de rebus pure tinctis*: GREG. TVR. Andr. 33 ⌊ille *aegrotus*⌋ relictis pannis -is ... sequebatur eum *apostolum* (⌊ ⌋ *de quo antea*: ulceribus plenus et scatens vermibus. *cf. p. 2732, 6*).

2 *translate de quibuslibet rebus corruptis, noxiis* (*in interpr. allegorica* RVFIN.; *imagines v. sub 1; cf. p. 2732, 8*): SEN. epist. 95, 25 (*15* cibo ... per artem voluptatemque corrupto) illos boletos, voluptarium venenum ...; illud ... garum, pretiosam malorum piscium saniem ...; illa ⌊-a⌋ et quae tantum non ex ipso igne in os transferuntur (*postea*: scias putrescere sumpta. ⌊ ⌋ *πυρόεντα vel πυρό*[*πυρί-?*]*ληπτα mavult Skutsch, Class. Rev. 79, 1965, 157*). POTAM. epist. ad Athan. l. 13 C. iaceat serpens *haereseos Arianae* et terra, quae illum susceperit, -o veneno nigrescat. RVFIN. Orig. in exod. 4, 6 p. 179, 5 (*de sexta plaga Aegypti*) videtur mihi, quod in ⌊ulceribus⌋ arguatur dolosa et -a malitia (⌊ ⌋ *sec. ἕλκη LXX exod. 9, 9 sqq.; pendent* CAES. AREL. serm. 99, 2 sq. [= PS. AVG. serm. 20, 2 sq.; putu-, pruru-, puro- *var. ll.*]. ISID. expos. in exod. 14, 11).

adv. **pūrulentē.** [*falsas var. ll. v. l. 16. 18.*] *i. q. modo purulento*: PLIN. nat. 23, 7 *medicina quaedam* plurimum confert ... ulceribus ..., cicatricibus marcidis, ossibus -e limosis.

deriv.: purulentatio, purulentia. *Spoth.*

pūrunculus *pro* furunculus (*q. v.*) *scribitur hic illic in codd., e. g.* MARCELL. med. 34, 8. 36, 50. *Bk.*

1.*pūrus, -a, -um. [*a radice indogerm.* *pū (< *puə̯) *'purgare' orta sunt verba ind. vet.* punā́ti, paváyati *'purgat' (e. g. granum) et theod. vet.* fewen *'cribrare' (sc. granum); lat. substitutum est verbum denominativum* pūrgāre (*q. v.*); *in formatione adi. exspectes* *pū-to-, *cf. ind. vet.* pū-tá-, *nisi obstet radix homonyma* *pū (*v.* pūteo *et cf.* 1. putus); *suffixum* -ro- *conferendum est cum* gnā-ro- *sim. (Leumann, Gramm. 1977, 315); hibern.* úr, *cymr.* ir *'recens, novus' referri possunt ad* *pūro- *eiusdemque originis esse; fort. cognatum est etiam gr. πτύον 'ventilabrum'* (*cf. e. g. p. 2718, 9*). *Fo.*] *notatur* p *in iunctura* n(umerus) p(urus) *p. 2728, 41. 43 sq.* (*cf.* n pur OSTRAC. Bu Njem Marichal 57, *si recte legitur); vix addas p. 2456, 33.* NOT. Tir. 52, 19 -us. *compar.* -ior *et superl.* -issimus *inde a* VARRONE, CIC.; *cf.* magis -us *p. 2727, 31,* bene *p. 2718, 12,* maxime *p. 2718, 8*; purimus *pro* pluri- *vix recte coni. Schuch* APIC. 7, 5, 1. *de notione* (*adhibetur ad explicandas alias voces, sc.* liquidus NON. p. 334, 18. *al.*, merus PAVL. FEST. p. 124. *al.*, mundus *ibid.* p. 143; *ad singulos locos v. infra, maxime p. 2722, 60. 2725, 65. 75. 2726, 75. 2728, 20*): GLOSS. -us: *καθαρός, ψιλός. λιτός. ἁγνός.* simplex. -um: *ἄκρατον.* -a: munda. *al.* *legitur in foedere antiquo p. 2780, 61 et inde a* PLAVTO, ENN., TER., CATONE *per totam latinitatem; abiit in sermonem gr. ποῦρος e. g.* THEOPHIL. inst. Iust. 2, 20, 32. [*it.* puro, *sard. centr.* puru, *raet. occ.* pür, *raet. or., francog., prov., cat.* pur, *hisp., port.* puro; *deriv. multa; hucine etiam val.* purure *'semper'? cf. M.-L. 6864* (*et 1806* kenábura). *Battisti-Alessio IV*

[Funari]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3156. Wartburg IX 618. Corominas² IV 698. Machado⁸ IV 463. C. S.]
[*confunditur in codd. maxime cum* puer, *e. g.* PROP. 2, 13, 12 MANIL. 4, 188 (*falsa var. lect. p. 2510, 56 sq.; restit. p. 2720, 63. 2721, 26. 2724, 51*), *et* plura SEN. contr. 7, 1, 3 PLIN. nat. 15, 93 (*restit. p. 2719, 1. 39*); *trad. vix recte* PLAVT. Truc. 906, *loco corrupto* VARRO Men. 409, *sine contextu iuxta* putus ENN. *et* VARRO *p. 2780, 71.*]

i. q. καθαρός (*quod ubi gr. infra respondet, negleximus*). *indicatur, unde quid liberum sit, per praepos.* ab *saepe, e. g. p. 2721, 23. 27. 2722, 63. 2728, 14, rarius per abl. nudum, sc. p. 2721, 74. 2722, 3. 72 (vix* CIC. *p. 2722, 55), vel gen., sc. p. 2722, 24. 37 (?). 46. 59 et* BOETH. mus. 1, 3; *ceterum indicatur finis p. 2722, 2. 2725, 54, respectus per gen. p. 2722, 44, acc.* AVIEN. orb. terr. 956 (*e corr.; cf. p. 2722, 38?*), *abl. p. 2722, 49. accedunt saepe adi. notionis affinis, imprimis* castus *p. 2721, 71 sq. 2722, 73. 2726, 19. al.* (*cf.* -a castitas *p. 2723, 35*), dilucidus *p. 2719, 46. 2727, 7. al.*, innocens *p. 2722, 42. 68. al.* (*cf.* -a innocentia *p. 2723, 75*), integer *p. 2721, 67. 2722, 46. 2724, 26 et saepius,* liquidus *p. 2718, 41. 2723, 60. 73. 2727, 19 et saepius,* mundus *p. 2722, 6. 2724, 16. al.*, putus *p. 2780, 58,* simplex *p. 2720, 18. 2726, 37. al.* (*cf.* -a simplicitas *p. 2724, 66*), sincerus *p. 2718, 18. 63. 2720, 56. al. (cf.* -a sinceritas *p. 2718, 8. 2723, 7); polyptoton v. p. 2723, 18. 42. 2726, 19. opp. e. g.* concretus *p. 2718, 21. 2724, 32. al.*, confusus *p. 2724, 36,* contaminatus *p. 2722, 70,* inquinatus *l. 69. 72,* turbidus *p. 2718, 30. 46. al.*, vitiosus *p. 2727, 14; v. etiam p. 2719, 70. 2724, 74.*

materiam sic digerendam esse putavimus:

I *corporaliter de statu sensibus percipiendo*:
A *usu communi significantur, quae libera sunt*:
1 *sordibus rebusve inutilibus*: **a** *vario respectu: l. 56* (*pertinet ad auditum vel odoratum p. 2719, 11*). **b** *respicitur status splendens vel perspicuus: p. 2719, 15.*
2 *iis, quibus quid misceri vel ornari possit, c. notione q. e. simplex, solus: p. 2719, 68* (*alimenta p. 2719, 73,* toga -a *p. 2720, 35, homines opibus privati p. 2721, 1*).
3 *amplioribus quibusdam impedientibus, c. notione q. e. vacuus, patens: p. 2721, 6* (*de monumento vacuo p. 2721, 42*).
B *usu deflexo respicitur status aequus, non crispus: p. 2721, 49.*
II *incorporaliter de statu mente percipiendo*:
A *in universum*:
1 *c. respectu morum*: **a** *vario usu: p. 2721, 62* (*de locis, armis a delicto alienis p. 2722, 52*). **b** *spectat ad rem veneriam, sc. de pudicis: p. 2723, 16.*
2 *exempla cetera; respiciuntur, quae sunt*: **a** *incorrupta, vera: p. 2723, 46* (*de natura animi vel caelestium p. 2724, 24, de claritate percipiendi p. 2724, 49*). **b** *mera vel sola: p. 2724, 71* (*de alterutra natura Christi p. 2725, 41*).
B *speciatim et fere technice*: **1** *in re sacra: p. 2725, 49* (*apud Christ. p. 2726, 31,* cena -a *p. 2726, 61*). **2** *in arte rhet. et gramm.: p. 2726, 72* (*spectat ad elocutionem p. 2727, 3, prosodiam p. 2727, 34, explanationem operis scripti p. 2727, 56*). **3** *in iure: p. 2727, 70* (*de locis religione liberis p. 2728, 12*). **4** *in computatione: p. 2728, 28.* **5** *in re militari, sc.* hasta -a: *p. 2728, 45.*
adv. pūrē *p. 2728, 71,* pūriter *p. 2731, 4.*

I *corporaliter de statu sensibus percipiendo* (*sc. fere oculis, sed aliter p. 2719, 11*): **A** *usu communi significantur*: **1** *quae libera sunt sordibus, inquinatione aliisve rebus inutilibus*: **a** *vario respectu*: **α** *de locis, aedificiis, receptaculis sim.* (*specie eorum l. 73; cf. p. 2725, 55*): PLAVT. Truc. 558 (*in imag.; cf. p. 2721, 2*) *amans* bona sua pro stercore habet, foras, *i. ad meretricem,* iubet ferri; ... -as ⌞esse sibi⌟ (s. e. *codd.*) volt aedis. CATO agr. 67, 1 qui in torculario erunt, vasa -a habeant (COLVM. 12, 28, 3. *al.*). 76, 3 cribrum farinarium -um sumito. *ibid.* in tabula -a ... ponito *farinam subactam.* 88, 1 amphoram ... -am (HOR. epod. 2, 15). 112, 3 vinum condito in dolia lauta et -a et sicca. 143, 2 *vilica* munda siet: ... focum -um circumversum cotidie ... habeat. *al.* VARRO rust. 2, 2, 7 *in stabulis* solum oportet esse eruderatum et proclivum, ut everri facile possit ac fieri -um. 2, 2, 19 praesepia ac stabula ut sint -a. 3, 6, 5 locum -um esse volunt *pavones* ([*postea*: stercus tollere]. 3, 10, 7 *anseres* amant l. -um neque ipsi ullum ... relinquunt -um). 3, 16, 6 *apes* sequuntur omnia -a (*postea*: in loco inquinato). HOR. sat. 2, 4, 75 -is ... catillis. OV. medic. 64 quos *bulbos* -o marmore dextra terat. fast. 6, 234 ignea cum -a Vesta nitebit humo (*ita Scaliger,* veste ... humus *codd., quod def. Pighi, 1973, ad l.; ad rem cf. p. 2675, 3*). VITR. 8, 4, 2 *si non* inquinatus ... locus *fontis* fuerit, sed -am habuerit speciem. *al.* **β** *de alimentis, medicamentis sim.* (*eorum qualitate p. 2718, 8*): CATO agr. 24 aquae marinae ... vel salis -i *tantum* ([*cf. 88, 1 sq.* s. candidum; flos salis]. GRATT. 394. *al.; cf. p. 2720, 3. 2725, 72*). 86 selibram tritici -i in mortarium ... indat, lavet bene *eqs.* (PLIN. nat. 18, 61. HIER. epist. 122, 3, 15 [*in imag.*] si -issimum t. habuit mixtas paleas. *al.*). *ibid.* in aulam indat *massam triticam* et aquam -am (88, 1. VARRO rust. 3, 16, 12 ubi *apibus* pabulum sit frequens et a. -a. *al.; cf. l. 28. p. 2720, 11*). 90 fabam fresam -am facito (COLVM. 2, 10, 14 -a, *sc. sine palea*). 95, 1 amurcam condito, -am bene facito (96, 1). 144, 5 olei -i *tantum* (VVLG. exod. 27, 20. *al.; cf.* PLIN. nat. 15, 22 ut quam maxime -a sinceritas *olei* constet). *al.* VARRO rust. 1, 52, 2 *ut palea* evannatur ... ac frumentum ... -um veniat ad corbem (LIV. 42, 64, 3 quo -ius f. tereret. *al.; in imag. e. g.* HIER. in Is. 17, 62, 8 l. 21 G.). VERG. georg. 4, 163 -issima mella stipant *apes* (MARCELL. med. 8, 160 mel ... despumabis, ut bene -um sit. *al.; cf.* PLIN. nat. 11, 30 *liquor melleus* -us ... et suae naturae). *al.* **γ** *de rebus caelestibus* (*cf. p. 2719, 17; de natura divina v. p. 2724, 24*): CIC. nat. deor. 2, 39 *sidera* ex mobilissima -issimaque aetheris parte gignuntur neque ulla praeterea sunt admixta natura. 2, 42 in quibus *terris* aer sit -us ac tenuis ([*opp.* crasso caelo atque concreto]. CELS. 3, 7, 2[A] quo ... -um a. trahere possit *aeger.* SEN. nat. 4, 10 aer, quo longius a terrarum colluvie recessit, hoc sincerior -iorque est. 6, 27, 2 -um ... liquidumque. *al.*). 2, 60 *dei* -issima ... in regione caeli collocati. div. 1, 130 caelum esse tenue -umque et propterea salubre ([*opp.* pingue et concretum]. PLIN. epist. 5, 6, 45). OV. met. 15, 243 (*inter elementa*) aer atque aëre -ior ignis. GERM. 254 (*de Perseo*) pedibus ... aligeris -um aethera findere ([tangere *var. l.*]. SEN. Oed. 220 haustus ... tutos a. -i [*sc. peste superata*]. SIL. 17, 52 a sede deum -umque per a. lapsae *aquilae. al.*). SEN. Oed. 650 *pulsa pestilentia* spiritus -os dabit vitalis aura (nat. 6, 28, 3. PLIN. nat. 11, 226 liquidumque. *al.*). *al.* **δ** *de aquis, rore sim.* (*sublucet hic illic color sub b illustratus*): CIL I² 3118 (*aet. Cic.*) *ut* in eius *civis bene meriti* domum aqua -a duceretur (HOR. carm. 3, 16, 29. epist. 1, 10, 20 -ior ... a. *in fistulis quam in rivo*? SEN. nat. 3, 2, 2 [*opp.* turbidae]. *al.; cf. l. 4*). VERG. georg. 3, 522 -ior electro ... amnis ([SERV. sicut electrum defaecatius est metallis omnibus, ita et currens aqua ceteris -ior]. STAT. Theb. 2, 24 -os fontibus a. *cf. l. 43*). Aen. 7, 489 ferum -o ... in fonte lavabat *Silvia* (MART. 6, 47, 1. PLIN. epist. 8, 8, 2 -us et vitreus. *al.; in imag. l. 45 et* VET. LAT. Sirach 21, 16 [Ps. Ambr. mans. 32] f. -us vitae [*gr. rec. L* ἁγνή, *om. LXX et Vulg.*]). HOR. carm. 3, 4, 61 *Apollo* rore -o Castaliae lavit crines (PLIN. nat. 9, 107 [*opp.* turbidus]). epist. 1, 16, 13 ut nec frigidior Thraecam nec -ior ambiat Hebrus. PROP. 3, 10, 13 -a somnum tibi discute lympha (ANTH. 666, 4). OV. epist. 16, 251 pectora ... -is nivibus ... candidiora (PLIN. nat. 37, 25). met. 2, 530 -o ... in aequore. SEN. nat. 4, 2, 23 *Nilus* -us et caeruleus (*opp.* turbidus). epist. 58, 33 (*in imag.*) pars summa vitae utrum ... faex sit an liquidissimum ac -issimum quiddam. *ad illustrandum genus poeseos et orationis*: HOR. epist. 2, 2, 120 *poeta* vemens et liquidus -oque simillimus amni (IVVENC. praef. 26 *spiritus sanctus* -o mentem riget a. canentis dulcis Iordanis). QVINT. inst. 10, 1, 78 *Lysias* subtilis atque elegans ..., -o tamen fonti quam magno flumini propior (12, 10, 19 neque f. -is neque torrentibus turbidis, sed lenibus stagnis similes habentur, *qui sequuntur genus Rhodium.* HIER. epist. 58, 10, 1 beatus Cyprianus instar f. -issimi). **ε** *de partibus umoribusve corporis et de ipsis animantibus* (*sc. l. 53. 60 sq., sed vix recte trad. pro subst. masc.* LVCR. 4, 1026 -i *somnio inducti vesicam exonerant* [*coni. e. g.* pusi *vel* pueri]): CATVLL. 23, 19 culus tibi -ior salillo est nec toto decies cacas in anno *eqs.* VARRO rust. 2, 2, 8 subicere ... virgulta ..., quo mollius requiescant -ioresque sint *oves.* GRATT. 357 -a ... circum labra *vulneris* (*cf.* CELS. 5, 26, 28[D] dum parum vulnus -um est. 5, 28, 1[C] -us ... iam sinus *vulneris* curari potest implentibus). CELS. 2, 5, 3 si urina modo -a et liquida est, modo habet quaedam subsidentia (7, 27, 8). 4, 22, 5 putris sanies ..., -us sanguis (5, 28, 12[G]. PRISC. LYD. solut. 2 p. 56, 17 discreto ... et -iore). 5, 26, 29 tum ... -um ulcus est, cum rubet *eqs.* (6, 18, 2[C] quae *u.* necesse est aut -a siccave sint aut umida et purulenta. *al.* SCRIB. LARG. 24. *al.*). *al.* PLIN. nat. 11, 44 praecipitur, lauti ut -ique eximant mella *apiarii* (*nisi ad p. 2723, 31 coll. Colum. 9, 14, 3* castus ... *et* lotus. *inde* PALLAD. 1, 37, 4 -us custos *apium* ... et castus). APVL. Plat. 1, 15 p. 213 *ut lien* abstergeat ... ea, quae sordium fuerint, -umque ac sincerum *iecur* praestet. *al.* **ζ** *de variis rebus*: NOVIVS Atell. 70 supparum, *i. femorale,* -um. VARRO rust. 3, 16, 28 lanam [pur]puram (perp- *Pontedera*), per quam sugant *aquam mulsam apes* (MARCELL. med. 14, 37). ALF. Gell. 7, 5, 1 certum pondus argenti -i puti ([*e foedere prisco, v. p. 2780, 61*]. OROS. hist. 4, 11, 2 -i a. tria milia talentum. CASSIOD. in psalm. 11, 7 l. 152 [*ibid.* decoctione mundatum]. *aliter p. 2720, 22*). VITR. 7, 2, 2 cum ... siccum et -um ferrum *asciae ex calce macerata* educetur, indicabit eam ... siticulosam (7, 3, 6 *ut* -um f. *rutri* e mortario liberetur). 7, 8, 4 *argento vivo expresso* aurum ... -um invenitur *in panno* ([*in eadem re* PLIN. nat. 33, 99]. SEN. contr. 1, 6, 4 a. -o fulgens praelucet Capitolium. PLIN. nat. 33, 84 -um et incorruptum. VET. LAT. II par. 3, 4 [cod. 109] *Salomon* inaurabit eam *domum domini* deintus a. -o [*Vulg.* mundissimo]. *al.*). 7, 9, 3

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ceram candela ⌊linteisque -is⌋ subigat ([cunctisque pluris *codd.; corr. sec.* PLIN. nat. 33, 122]. PALLAD. hist. mon. I 18, 11 p.272[A]. *cf.* CELS. 7, 26, 5[H] -o linamento). 8, 6, 14 uti harena ... -issima asperrimaque paretur (PLIN. nat. 36, 81. *al.*). PLIN. nat. 12, 58 -ius *tus* (12, 60 -issimum, candidum). 12, 107 *hammoniacum* adulteratur harenis ...; igitur quam minimis glaebis probatur et quam -issimis (37, 194 purgatam -amque). 31, 107 candidum -umque *nitrum* (*opp. 106* sordidum terra). 36, 194 *massa hammonitri* recoquitur et fit vitrum -um (*nisi ad l. 53*). *al.* TAC. Germ. 16, 2 *domos* illinunt terra ita -a ac splendente, ut picturam ac liniamenta colorum imitentur. AVR. Fronto p.56, 1 in charta -iore et volumine gratiore et littera festiviore. *al.* *de eo, quod auditu vel odoratu percipitur*: QVINT. inst. 11, 3, 40 cui *pronuntiationi* suffragatur vox facilis, ... clara, -a (SYNON. Cic. p.448, 15). RVT. NAM. 1, 253 -us odor mollisque sapor *aquae* (*252* fumifico sulphure tincta).

b *respicitur status splendens, clarus vel perspicuus sim.* (*sc. non obscuratus nubibus, caligine, sordibus sim. [aliter p. 2721, 37]; exempla certiora*): **α** *de caelestibus* (*die, caelo, sideribus sim.; cf.* SYNON. Cic. p.445, 5 sudum. -um. lucidum *eqs.*): LVCR. 2, 1030 caeli clarum -umque colorem. 4, 302 aëra per -um ... simulacra *solis* feruntur et feriunt oculos (OV. trist. 2, 36 -um discussis a. reddit aquis *Iuppiter.* CLAVD. DON. Aen. 5, 20 p.427, 31). 6, 400 *fulmen* numquam caelo iacit undique -o Iuppiter (*item sine nubibus*: PANEG. in Mess. 10 CALP. ecl. 1, 77. *al.; cedente nocte*: LVCAN. 2, 723 plaustra Bootae in faciem -i redeunt languentia caeli). VARRO frg. Plin. nat. 18, 348 si plenilunio per dimidium -a erit *luna,* dies serenos significabit (VERG. georg. 1, 433 -a neque obtunsis ... cornibus. HOR. carm. 2, 5, 19. *al.*). VERG. ecl. 9, 44 -a ... sub nocte ([SERV. serena]. SEN. Herc. O. 239 qualis innubis dies -isve clarum noctibus sidus micat. AVG. c. acad. 2, 11, 26 liquida ac -a). Aen. 2, 590 -a per noctem in luce refulsit *Venus dea* ([*589* tam clara. *cf. l. 38*]. PS. QVINT. decl. 13, 4 serenus -a l. fulserat dies. TERT. anim. 53, 6 [*opp. 5* obsoletior l.]. *al.*). HOR. carm. 1, 34, 7 *Iuppiter* per -um tonantis egit equos (PORPH. per serenum). 3, 10, 8 ut glaciet nives -o numine Iuppiter (SCHOL. sereno). 3, 19, 26 -o te similem, Telephe, Vespero. 3, 29, 45 vel atra nube ... vel sole -o ([SCHOL. sereno]. PLIN. nat. 18, 342 *sol* -us oriens ... serenum diem nuntiat. *al.*). TIB. 1, 9, 36 *te iurante non crederem* -as fulminis esse vias (fluminis *var. l., qua recepta nonnulli coni.* pronas; *v. Murgatroyd, 1980, ad l.*). PROP. 2, 26, 56 sidera erunt nullis obscura tenebris, -us et Orion, -us et Haedus erit. OV. ars 3, 55 *praesente numine* -ior aether fulsit (*cf. l. 29*). *al.* MANIL. 1, 472 p[l]ura licet ... cernere sidera (PAVL. NOL. epist. 23, 33 p.190, 25). SEN. clem. 1, 7, 2 sereno et -o die (nat. 2, 26, 7 d. -us [*opp.* obscura nubibus *nox*]. *al.; cedente nocte*: CLAVD. rapt. Pros. 2, 2 nondum -a d.). *al.* *de ventis nubes pellentibus*: LVCAN. 5, 704 -um ... insurgere caelo ... borean. CLAVD. 10, 185 clarescunt -is aquilonibus Alpes. PAVL. NOL. carm. 17, 35 flatibus.

β *de variis rebus*: Ⓘ *perspicuis vel dilucidis*: CIC. Tusc. 1, 46 *quae sensibus ad animum referuntur,* multo -iora et dilucidiora cernentur, cum *eqs.* Att. 5, 12, 1 *non* me Delo movere, nisi omnia *ἄκρα Γυρέων* ⌊-a⌋ vidissem (iura *trad.; item respiciuntur montes nubibus non obscurati*: PLIN. nat. 18, 356 si cacumina -a fient, disserenabit). OV. met. 2, 856 *cornua tauri* -ā ... magis perlucida gemma. SEN. Phaedr. 507 ubi Lerna -o ... perlucet vado (*cf.* STAT. Theb. 4, 824 *alveus* gurgite -o perspicuus. *v. quae p. 2718, 26 monuimus*). MART. 4, 22, 5 lucebat *corpus aqua mersum* ...; condita sic -o numerantur lilia vitro (VET. LAT. apoc. 21, 18 [cod. 51] aurum -um simile v. -o [*Vulg.* mundo]. HIER. epist. 24, 2 in fiala nitentis v. et omni speculo -ioris. *al.; cf. l. 8*). AMM. 20, 3, 6 *solem geminum videri, si nubes* orbis alterius claritudinem tamquam e speculo -iore formaverit (PAVL. NOL. carm. 23, 263 *oculus sanatus* -o enituit s.). *al.* Ⓘⓘ *lucentibus, ardentibus*: SEN. Oed. 310 utrumne clarus ignis *sacrificii* ... stetit rectusque -um verticem caelo tulit? PLIN. nat. 20, 203 ut -a luceat flamma *in lucernis* (*cf. imaginem* PAVL. NOL. epist. 5, 7 p.30, 1 ut non fumigante lino *lucernae,* ... sed -o ... fidelis exempli lumine luceamus). 34, 103 *cadmea* coquitur carbone -o (*i. candente, non fumante, ut* 35, 187. 36, 155 [*cf. Diosc. gr. 5, 108, 1 διαπύροις ... ἄνθραξιν, lat. 5, 133 p. 266, 13* carbonibus vivis]). APVL. met. 11, 10, 1 *viri* linteae vestis candore -o luminosi (*in pompa Isidis*). *in lusu verborum respicitur ipse color candidus*: TERT. pall. 4, 10 *latrinarum antistes* impuro crure -um aut mulleolum includit calceum.

2 *quae libera sunt iis, quibus quid misceri, sociari vel ornari, instrui possit, ut vergat in vim q. e. simplex, nudus, solus sim.* (*cf. p. 2724, 71; disting. mixta e. g. p. 2720, 10 sqq. 47, cf.* cum *p. 2720, 22; iuxta pon.* nudus *p. 2720, 23,* solus *p. 2720, 64,* unus *p. 2720, 48. 50, cf.* per se *p. 2720, 46,* sine *p. 2720, 15. 63. al.*): **a** *de rebus opera hominum paratis*: **α** *generatim*: Ⓘ *de alimentis, medicamentis non cum aliis mixtis, non conditis sim.* (*exempla certiora*): CATO agr. 157, 9 *aegroto* dato pane⟨m⟩ -um ([*v. Boscherini, Studi di lessicologia med. ant., 1993, 38 sq.*]. GREG. TVR. Franc. 6, 6 p.272, 6 nihil aliud quam -um [*i. q. solum?*] p. cum paucis dactalis comedebat). HOR. sat. 1, 3, 14 (*loq. parcus quidam*) sit mihi ... concha salis -i (PORPH. simplicis, non conditi. *ad rem cf. Plin. nat. 31, 87; aliter p. 2717, 75*). OV. met. 7, 327 *Medea* fallax ... igni imponit -um laticem et sine viribus herbas. 7, 594 *sacerdos* fundit -um inter cornua *taurorum* vinum (*i. aqua non mixtum [v. e. g. Fest. p. 348], ut* Pont. 3, 1, 162 MARCELL. med. 27, 43. *al.; cf.* SIL. 13, 416 -i fer dona Lyaei *inferis*). 11, 125 miscuerat -is ... undis *vinum* (*quod distinguitur etiam* LVCAN. 4, 380 gurgite -o. SIL. 7, 170 -a ... lympha. *al.*). CELS. 3, 10, 1 si acetum offendit, -a rosa utendum est (*cf.* CAEL. AVR. chron. 1, 4, 116 oleo rosaceo -o vel immixto castoreo). 4, 14, 3 potui *danda est* ... non solum -a aqua, sed etiam mulsa (*al.* COLVM. 12, 52, 15. SCRIB. LARG. 10 a. ... fovere -a vel laurum incoctam habente. *al.*). COLVM. 6, 30, 1 -o hordeo (*antea*: inmixtis hordeo ... furfuribus). SCRIB. LARG. 269 colantur macerata, deinde oleum -um excipietur (*cf. l. 10*). PLIN. nat. 18, 159 amurca -a ac sine sale spargere *semina* (*cf. e. g. Colum. 2, 9, 10* a. insulsa). 20, 135 -o suco *rutae* (*antea*: suco ... cum melle). *al.* TERT. paenit. 9, 4 sacco et cineri incubare, ... pastum et potum -a nosse (patient. 13, 2 simplici pabulo -o[quo]que potu. CONSVLT. Zacch. 3, 3, 17). PS. APVL. Ascl. 41 convertimus nos ad -am et sine animalibus cenam (*aliter p. 2726, 61*). *al.* ⓘⓘ *de variis rebus non ornatis, non inscriptis sim.*: CIC. Verr. II 4, 49 (*v. p. 2721, 3*) argentum ... -um (*disting.* pocula ... cum emblemate. *al., v. vol. II 526, 6 sqq.; aliter supra p. 2718, 67*). VERG. Aen. 11, 711 ense ... nudo -aque ... parma (*cf.* SERV. Aen. 7, 796 virorum fortium picta erant scuta, ... inertium et tironum -a erant). OV. ars 3, 630 feret occultas -a tabella notas (MACR. Sat. 1, 23, 15). VITR. 4, 2, 5 in fastigiis *non* ... denticulos fieri, sed -as coronas (*cf.* 7, 3, 4 coronarum ... figurae [*opp.* caelatae]). 4, 3, 6 spatia. COLVM. 12, 4, 4 alia *vasa* recte picata, nonnulla ... -a. PLIN. nat. 21, 6 -i diu fuere hi *lemnisci aurei coronarum*; caelare eos *eqs.* 36, 67 *obeliscum* -um (*antea*: sine notis). VLP. dig. 32, 52, 4 quod ... Cassius de membranis -is scripsit, verum est; nam nec chartae -ae debentur libris legatis, nec *eqs.* (*ibid. iterum.* MACR. Sat. 1, 23, 15. GLOSS. c. -a: *χάρτης ἄγραφος*). PAVL. dig. 6, 1, 6 -a an caelata si[n]t *lanx.* EDICT. imp. Diocl. 20, 10 L. holoserica -a (*gr. ἄσημον. disting. 11* scut(u)lata). *al.*

β *speciatim et fere technice*: Ⓘ toga -a (vestis *l. 37*), *quae distinguenda est a: t. praetexta liberorum ingenuorum*: CATVLL. 68, 15 *cum* vestis mihi tradita -a est (*item c. respectu temporis*: CIC. Att. 7, 8, 5 accusatio Pompei usque a t. -a). CIC. Att. 5, 20, 9 sororis tuae filio t. -am iubeor dare *Laodiceae.* 6, 1, 12 Quinto t. -am Liberalibus cogitabam dare. *al.* PHAEDR. 3, 10, 10. PLIN. nat. 8, 194 *rectae tunicae* cum t. -a tironi induuntur novaeque nuptae. *al.* *t. purpurea triumphantis*: LVCAN. 7, 17 *Pompeius* -a venerabilis aeque, quam currus ornante t. (ADNOT. in t. -a, cum in senatu sederet, sicut in t. picta). ⓘⓘ *olim huc referebatur* hasta -a, *v. p. 2728, 45.*

b *de rebus naturalibus*: LVCR. 1, 506 esse utramque *corporis et inanitatis naturam* sibi per se -amque necessest (*cf.* 1, 658 *philosophi quidam* fugitant in rebus inane relinquere -um [*655* admixtum rebus inane]). 1, 646 cur tam variae res possent esse ..., ex uno si sunt igni -oque creatae (SEN. nat. 2, 13, 2. 7, 2, 2 si ... nihil aliud sunt *cometae* quam -us i.). 2, 777 maris ... unum -umque nitorem (*sc. non varium, ut* 2, 782). 5, 448 *secernere ab aliis partibus* -i secretique aetheris ignes. 5, 499 *terrā subsidente mare, aer, aether* corporibus liquidis sunt omnia -a relicta et leviora aliis alia. MANIL. 1, 162 -as umor *terrae* secessit in undas (*163* saccata ... aequora). SEN. nat. 1, 1, 7 Iovis nullus *est rubor* in lucem -am nitore perducto. 2, 40, 1 ob sinceram et -am flammae *fulminis* tenuitatem. 7, 12, 7 superiora, *sc. supra lunam,* -a et sincera sunt et coloris sui semper.
respicitur ovum semine carens: VARRO rust. 3, 9, 12 *curator sterile iudicat ovum,* si contra lumen tenuit et -um unius modi esse animadvertit (*sim.* PLIN. nat. 10, 151 *si* -us et unius modi perluceat color *ovorum*).

c *de partibus corporis humani (vitis l. 71), quae carent: ornamento, veste sim.*: PROP. 2, 22[a], 9 *si* vagi crines -is in frontibus errant. OV. ars 3, 137 capitis discrimina -i (*v. Gibson, 2003, ad l.*). SVET. Nero 20, 3 pu[e]ris ac sine anulo laevis *adulescentium ordinis equestris.* TERT. cult. fem. 2, 7, 3 non potest resurgere nisi caro et spiritus solus ac -us (*sc. sine fuco, ornamentis*). CYPR. hab. virg. 21 maneat in vobis facies incorrupta, cervix -a. PRVD. perist. 6, 90 vestigia -a (*sec. exod. 3, 5* solve calciamentum). COMM. instr. 2, 18, 7 *inducis* in oculis -is stibium perverso decore. GREG. TVR. Franc. 6, 6 p.272, 5 *eremita quidam* constrictus catenis ad -um corpus ferreis. *partibus suis, sc. pilis, barba* (*de foliis l. 71; de ipsis pueris v. p. 2511, 22*): SEN. Phaedr. 648 cum prima -as barba signaret genas. PLIN. nat. 14, 12 *vites* -o ... perductae dracone in palmam eius *arboris.* ARNOB. nat. 5, 25 p.281, 14 *Baubo partem pudendam* facit sumere habitum -iorem et ... levigari. HIER. epist. 84, 6, 1 -as ... maxillas. AVG. civ. 22, 24 p.615, 1 -ae facies feminarum. DARES 12 *Castor et Pollux* fuerunt ... facie -a.

[Funari]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

d *de hominibus (aliter p. 2720, 70) eorumque domibus, qui (quae) privantur opibus (per lusum verborum; cf. p. 2717, 58)*: CIC. Verr. II 4, 49 *hospes Verri* argentum ... -um adposuerat, *sc. non caelatum,* ne -us ipse relinqueretur. QVEROL. p. 4, 6 parasitus magus domum purificat et -am facit (*'expiat atque spoliat' Peiper*).

3 *quae libera sunt amplioribus quibusdam impedientibus usum, meatum, incrementum, ut vergat in vim q. e. vacuus, patens, pervius sim.*: **a** *generatim (saepius in re rustica de agro libero lapidibus, herbis, arbustis sim.)*: CATO agr. 155, 1 fossas inciles -as habere oportet (*postea*: incilia aperire). LEX par. fac. Puteol. (CIL I^2 698) 3, 1 locum ... -um pro eo opere reddito (*sublatis ruderibus sim.; de loco aedificiis vacuo*: VARRO ling. 5, 38 ubi frumenta ... arescunt, 'area'; ... in urbe l. -a 'areae'; a quo potest etiam ara deum, quod -a *eqs.* SCAEV. dig. 13, 7, 43 pr. [*postea*: locum inaedificare]. *in imag. p. 2698, 6*). CIC. Cato 59 humum subactam atque -am (TAC. ann. 2, 16, 1 -a humo inter arborum truncos [*pugnae apta; cf. l. 22*]). VARRO ling. 5, 38 ara (*v. l. 13; loco aperto posita?*). 6, 63 putator, quod arbores -as facit ([*antea p. 2760, 1*]. *cf.* FEST. p. 322 [*suppl. e* PAVLO] ⟨sarpta vinea, putata, i⟩d est -a ⟨facta ...⟩. PAVL. FEST. p. 216 putatae vites et arbores, quod decisis impedimentis remanerent -ae [*seq. p. 2760, 4*]). rust. 1, 9, 3 alia terra est valde lapidosa, alia mediocriter, alia prope -a. BELL. Afr. 19, 4 in campis planissimis -issimisque ... est decertatum (*pugnae aptis [cf. l. 15] ut*: VERG. Aen. 12, 771. LIV. 22, 14, 6 -o ac patenti. *sacris faciendis*: OV. met. 3, 709 -us ab arboribus, spectabilis undique c.). HOR. epist. 2, 2, 71 (*ironice*) *in urbe* -ae sunt plateae *plaustris, populo sim.*, nihil ut meditantibus obstet (PORPH. Hor. epist. 2, 2, 75). OV. hal. 87 pu[e]rum ... litus (*opp. 86* aspera ... saxis loca). LIV. 1, 44, 4 *ut extra pomerium* -i aliquid ab humano cultu pateret soli (CVRT. 3, 4, 8 *Cydnus amnis* leni tractu ... -o s. excipitur. COLVM. 6 praef. 1 [*opp.* graminoso]). COLVM. 3, 11, 5 -a novalia et ab arboribus ... libera. 8, 15, 3 superficiem. PLIN. nat. 21, 69 purgata ac -a *rosaria.* SIL. 12, 370 serpentum tellus -a ac viduata venenis. STAT. Theb. 9, 435 (*queritur fluvius*) qui ... -o fonte ... feror, *nunc* stipatus caedibus artas ... quaero vias. PS. QVINT. decl. 8, 17 ad -iores meatus *spiritus* ieiunio ... tenuetur *aegrotus. al. neutr. pro subst.* per -um *i. q. per locum patentem sim.* (*aliter p. 2719, 31; cf. p. 2728, 67*): VERG. georg. 2, 364 se laetus ad auras palmes *vitis* agit laxis per -um immissus habenis (SERV. per aerem; *add.* auct. per -um quasi inane). **b** *speciatim: de lumine non impedito parietibus, arboribus (nubibus sim. v. p. 2719, 16)*: VITR. 6, 6, 6 *si nulla pariete obstante* poterit spatium -i caeli amplum videri. MART. 8, 14, 3 specularia -os admittunt soles et sine faece diem (PLIN. epist. 2, 17, 7). PLIN. epist. 5, 6, 33 -issimum diem recipit *pars hippodromi* (*opp.* tegitur densiore umbra). *de monumento, quod nondum corpus mortuum recepit (cf. p. 2728, 12)*: INSCR. Ost. Thylander A 16 (*aet. Hadr.*) *heres* aediculam -am ex sepulchro *testatoris* ... fecit sibi. A 74 (*saec. II^1*) ex concessione Claudi Luperci -um, *sc. hoc monumentum, occupavit quidam.* A 47 (*saec. II^2*) sibi pavimentum -um virgin(ale?) monumenti huius. VLP. dig. 11, 7, 6, 1 si adhuc monumentum -um est, poterit quis hoc et vendere et donare (24, 1, 5, 10 [*opp.* religiosus, *sc. locus, ut possit spectare ad p. 2728, 12*]).

B *usu deflexo respiciuntur, quae formam exhibent aequam, planam, non crispam, non scabram sim.*: COLVM. 10, 94 -o discrimine pectita tellus *pulvinorum* deposito squalore nitens (*nisi per enallagen trahas ad l. 8*). 10, 183 spisso sed -o vertice pallet *lactuca Cappadocia (11, 3, 26* pexo densoque folio). LVCAN. 5, 547 luna ... non gracili ... lucida cornu aut orbis medii -os exesa recessus (*cf. p. 2719, 24*). PLIN. nat. 11, 228 quae *animalia pariunt* ova, pinnas aut squamas *habent* ... aut cutem -am, ut serpentes. 21, 110 albuco *est* scapus ... -us levisque. TERT. patient. 15, 4 vultus illi *patienti est* tranquillus ..., frons -a, nulla ... irae rugositate contracta.

II *incorporaliter de statu mente percipiendo*: **A** *in universum*: **1** *respectu morum vigente de iis, qui (quae) carent culpa, crimine, malis cupiditatibus sim. (communione cum scelestis p. 2722, 34; saepius in religione, sed v. sub B1 quae spectant ad ritum)*: **a** *vario usu*: **α** *de partibus animantium, mente, affectibus sim.*: ENN. scaen. 302 ea libertas est, qui pectus -um et firmum gestitat (LVCIL. 296 *puella* est ... p. -o [*item abl. qual.*: CVLEX 68. HOR. sat. 1, 6, 64 vita et p. -o. epist. 1, 2, 67. *al.*]. LVCR. 5, 18. *al.*). CIC. Verr. II 3, 134 qui *Apronius* non modo animum integrum, sed ne animam quidem -am conservare potuisset (TERT. anim. 56, 8 pro condicione aetatis -as et innocuas. ARNOB. nat. 2, 30 p. 103, 2 hac *philosophia* a. ab omni -as vitiositate praestari. LACT. inst. 3, 12, 25. *al.*). Mil. 61 -a mente atque integra Milonem ... Romam revertisse (*al., v. vol. VIII 729, 34 sqq.*). div. 1, 121 castus animus -usque ... ad extorum veritatem est paratior (phil. frg. IX 12 castos ... ⌊animos⌋ [*del. olim vix recte*] -os, integros *eqs.* OV. am. 2, 8, 19 [*oxymoron*] a. periuria -i. *al.; c. abl. separ.*: LAVS Pis. 107 a. ... mala ferrugine -us). HOR. epod. 17, 49 hospitale pectus et -ae manus (sat. 1, 4, 68 bene siquis et vivat -is m. PROP. 2, 32, 28. OV. am. 1, 12, 16 illum ... convincam -as non habuisse m. SEN. contr. 7, 5, 6 aliquis parricidio [*dat.*] -as m. servat? suas. 6, 2 a civili sanguine. *al.*). sat. 2, 3, 213 -um est vitio ... cor? (*al., v. vol. IV 941, 56 sqq.; addas e. g.* VET. LAT. gen. 20, 6 [Ambr. Abr. 1, 7, 59. *al.*] -o c. fecisti hoc [*Aug. quaest. hept. 5, 52. al.* mundo, *Vulg.* simplici]. EPIST. pontif. 111 Cypr. epist. 49, 2, 2 c. mundum et -um. *al.*). OV. am. 1, 3, 6 qui -a norit amare fide (Pont. 4, 10, 82 LVCAN. 8, 572. *al.*). SEN. dial. 12, 13, 7 neminem id, *sc. inspuere in faciem viri iusti,* ausurum -i oris (CYPR. epist. 66, 9, 1 -o atque immaculato o. PAVL. NOL. epist. 5, 6 [*opp.* pollutam ... linguam]). PERS. 5, 28 ut, quantum mihi te ... in pectore fixi, voce traham -a ([puta *var. l.; potius c. respectu animi sinceri quam stili, cf. p. 2727, 15*]. CYPR. ad Donat. 5 p. 7, 13 mente integra, v. -a). LAVS Pis. 123 -us amor ..., impia merces (CE 1801, 9 [*saec. V?*]). TERT. adv. Marc. 4, 1, 8 simplex oratio de conscientia -a (*al., v. vol. IV 365, 26 sqq.; addas e. g.* CYPR. epist. 66, 10, 3). resurr. 51, 1 *Iesus* homo, etsi deus, ... caro et sanguis, etsi nostris -ior ([p(u)riora *var. ll.*]. AVG. c. Pelag. 4, 2, 2 p. 521, 3 *Christi* c. ab omni peccati contagione -issimam). IREN. 4, 18, 4 in sententia -a et fide sine hypocrisi. CYPR. Fort. 11 p. 342, 11 virtus integra ac satis -a (IVVENC. 2, 112 sine fraude maligna. CLAVD. 20, 76). *al.* **β** *de ipsis animantibus eorumve coetu*: INSCR. tess. lusor. (Année Épigr. 1995 n. 330a; *saec. II^2 a. Chr.*) -us (*cf. ibid. e. g. 320a* periure, *329a* bonus). CIC. Q. Rosc. 18 estne quisquam, qui tibi -ior ... videatur? HOR. sat. 1, 6, 69 -us et insons ... si et vivo carus amicis (*cf.* PAVL. NOL. carm. 10, 213 quisquis agit -us sceleris vitam [*sec. l. 46*]). 1, 9, 49 domus hac, *sc. Maecenatis,* nec -ior ulla est nec magis his aliena malis (CE 652, 6 [*a. 368; uxori pudicae*] te -a domus quaerit [*'vacua?' vix recte Mazzoleni ad* INSCR. christ. urb. Rom. X 27296]). OV. am. 3, 8, 23 ille ego Musarum -us Phoebique sacerdos (APVL. met. 9, 8, 1 [*ironice*]). LIV. 45, 37, 8 *duas* contiones ..., unam militum *duci infensorum* ..., -am alteram integrioris iudicii et a favore et odio universi populi (*v. app. crit.*). SEN. contr. 1, 2, 1 sacerdoti ne -us quidem contigit dominus, *nedum leno.* 1, 2, 9 si in civitate nulla *virgo* inveniri potest neque meretrice castior neque homicida -ior. GERM. 109 -os sine crimine ... penatis. SEN. Med. 265 procul ... vestro, *Medea,* -us a coetu stetit *Iason* (*cf.* CASSIOD. hist. 7, 9, 5 -os nos ipsos a vobis *scelestis* esse desideramus). epist. 73, 4 vir sincerus ac -us, qui reliquit *rem publicam* ..., ut ad ampliora secederet (VVLG. Iob 4, 17 numquid ... factore suo -ior erit vir?). TERT. nat. 1, 10, 33 ⌊periurii⌋ apud vos quotusquisque -us est? (periuria *trad.* [*acc. relationis?*]). pudic. 22, 4 a delicto -us et omnia sanctus (*Christus ut*: RVST. HELP. benef. 121 vicisti culpas ... per tot contagia -us. *cf. p. 2723, 42*). LACT. inst. 6, 13, 10 hominem ab omni macula -um *non esse* (FIRM. err. 15, 2 -ioris ... et castioris h. reliquias. *al.*). HIL. coll. antiar. p. 122, 7 coepiscopos ... innocentes et -os pronuntiavimus (*cf. Canon. Turner I p. 650, 275* i. et sinceros). PAVL. NOL. epist. 49, 13 *quidam* tam -us animi ..., ut peccare nescierit. *al. masc. pro subst.*: CIC. har. resp. 53 *Clodius* tantum abest a principibus quantum a -is, quantum ab religiosis. HOR. carm. 1, 22, 1 integer vitae scelerisque -us. PAVL. FEST. p. 164 nepus (*i.* nepos): non -us (*si recte explic. Pariente, Emerita 11, 1943, 84 sqq.*). VET. LAT. psalm. 23, 4 (Tert. adv. Marc. 2, 19, 3. *al.*) innocens ... et -us corde, qui *eqs.* ([*cod. 300* mundus c., *Vulg.* mundo c.]. EPIST. pontif. 111 Cypr. epist. 49, 2, 2 beatos esse -os c. [*Vet. Lat. Matth. 5, 8 cod. 1* mundi c.]. REGVLA mag. 9, 41 perfectis et -is c. et mundis a peccato). *al.* **γ** *de locis, armis (pecunia l. 60. 69) a caede, delicto sim. alienis (sublucet notio propria)*: CIC. Verr. II 4, 116 forum Syracusanorum, quod introitu Marcelli ⌊-um a⌋ caede servatum est, id adventu Verris ... sanguine redundasse (⌊ ⌋ -um *vel* plurima *trad.; cf. l. 63*). VERG. Aen. 6, 760 -a iuvenis qui nititur hasta, *sc. Silvius* ([*explicat* CLAVD. DON. *ad loc.* p. 606, 2 -a, hoc est ferro vacua, nuntia scilicet non belli, sed pacis. *aliter* SERV., *de ornamento militari cogitans, v. B5*]. STAT. Theb. 11, 450 -ae ... nefandi sanguinis obliquis ceciderunt ictibus h.). FEST. p. 250 '-i *auri*' (*in formula manumissionis p. 1484, 18*) significat, quod in usu ⟨s⟩porco non fuerit. SEN. Herc. O. 1561 *reges,* inhibete dextras, laudis est -um tenuisse ferrum (dial. 1, 2, 10 *f. Catonis* etiam civili bello -um et innoxium). epist. 24, 7 *gladium* ab omni caede -um servaverat *Cato.* LVCAN. 7, 872 *posteriores belli civilis* clades ... -os fecere Philippos (ADNOT. societate sui scilicet criminis copulata). 9, 425 *Libya* nullo glaebarum crimine *a metalla fodientibus illato* ⌊-a⌋ et penitus terra est (⌊ ⌋ dives, dira *var. ll.*). TAC. dial. 12, 1 secedit animus *poetarum* in loca -a atque innocentia (*antea*: nemora ... et luci; *opp.* inter sordes ac lacrimas reorum). S. C. de sumpt. lud. glad. (CIL II 6278) 7 omnis pecunia horum principum ⌊-a⌋ (cura *aes*) est, nulla cruoris humani adspergine contaminata *eqs.* OPTAT. 6, 6, 1 o aqua *diluvii,* quae ut -um faceres orbem, lavisti terram. AVSON. Mos. 405 -um ... tribunal sanguine. *al.* **δ** *de variis rebus*: CIC. Q. Rosc. 17 falsum crimen in -issimam et castissimam vitam conlatum statim concidit (HOR. *p. 2721, 65.* CE 2193, 3 [*christ., saec.* IV]. *al.*). LIV. 1, 32, 12 -o pioque duello quaerendas *esse res a Latinis*

[Funari]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

raptas. SEN. clem. 2, 1, 4 vitia ... dare tandem felici ac -o saeculo locum. epist. 87, 32 bona ... omnia carere culpa decet: -a sunt, non corrumpunt animos. AVR. Fronto p. 68, 4 *quod* nihildum bonarum opinionum et -iorum rationum animo hauserim *e libris philosophi.* AMBR. epist. 6, 34, 14 humani generis condicio ... ex -iore statu in deteriorem lapsa est. paenit. 1, 15, 83 (*ad I Cor. 5, 7* estis azymi) qualis erat innocentiae vestrae -a sinceritas ([*posteriora v. p. 2699, 18*]. VITA Caes. Arel. 1, 2 virginum). CASSIOD. inst. 1, 32, 2 illis *rusticis ad monasterium pertinentibus* ordo conversationis -issimus imponatur (*cf.* SACR. Leon. 229 [= Gelas. 658] -a conversatione viventibus). in psalm. 11, 9 l. 191 qui sincere eloquiis domini castis -issimisque crediderunt. *al. neutr. pro subst.*: HIER. epist. 127, 3, 1 *si* -a ac munda macularent *infamando* (*item plur.*: interpr. Iob 33, 3 sensus labiorum meorum -a intellegit [VVLG. sententiam ... -am; *sed v. app. crit.*]. CONST. Sirmond. 9). PAVL. NOL. epist. 11, 7 p. 66, 14 ut unius *agni* -um pudicitia, alterius *vituli* stultum simplicitate referamus.

b *spectat ad rem veneriam, sc. de animantibus rebusve castis, pudicis*: **α** *alienis ab obscenitate* (*imprimis cinaedorum, fellatorum sim.*): CATVLL. 78[a], 1 -ae -a puellae savia comminxit spurca saliva tua (MART. 6, 66, 5. 9, 67, 7 *p. lascivissima* mihi -a fuit; tibi non erit *eqs.* [*v. Henriksen, 1999, ad l.*]). SEN. contr. 2, 4, 11 *filius* moriatur ⟨in⟩ solo paterno suo ⌊-o⌋, *non in lupanari* (⌊ ⌋ puero *var. l.*; sine puero *tempt. Heil, Hermes 135, 2007, 181*). SEN. benef. 4, 31, 3 numquid -us videri volebat *quidam obscenus*? PETRON. 9, 6 *pathice,* cuius ne spiritus ⟨quidem⟩ -us est (*cui iniuriae respondetur* 9, 9 *numquam* cum -a muliere pugnasti [*v. Pellegrino ad l., 1986, 178 sq.*]). MART. 3, 75, 5 -as opibus corrumpere buccas *ad fellandum.* 3, 87, 2 (*fellatrici*) nihil cunno -ius esse tuo. 6, 50, 1 -os ... amicos (*opp. 3* obscenos ... cinaedos). 6, 50, 6 basia -a *non a cinaedis data* (*cf. l. 18 et* APVL. met. 10, 21, 2 *basiola* -a atque sincera). 9, 63, 2 non ... -us homo est *pathicus vel cinaedus* (SVET. Nero 29 neminem hominem [-num *var. l.*] pudicum aut ulla corporis parte -um esse). *al. de verbis*: GELL. *p. 1051, 34.* **β** *alienis ab omni venere* (*addasne p. 2718, 60?*): TIB. 1, 3, 26 dum sacra *Isidis* colis ..., te ... -o secubuisse toro (*cf.* PANEG. 3, 13, 3 lectulus ... Vestalium toris -ior). MART. 1, 109, 2 Issa *catella* est -ior osculo columbae (*15* ignorat venerem). APVL. met. 8, 29, 6 (*ironice*) sacerdotum -issimam ... castimoniam (*cf.* castitas -a: ARNOB. nat. 4, 16 p. 219, 11 c. -ae ... sanctitate. HIER. epist. 49, 14, 8 -issimae et angelicae c.). TERT. virg. vel. 15, 1 vera et tota et -a virginitas. CYPR. hab. virg. 17 a sancto et -o grege virginitatis arceri. ARNOB. nat. 7, 22 quia *Minerva* sit -a, virginitatis intactae. PS. HIL. hymn. 1, 27 sanctum ... -i corporis delubrum (CE 1801, 7 [*Spoleti; saec. V in.?*] *virgo* c. intacto -i decorata pudore). *al. respicitur incarnatio Christi*: IREN. 4, 33, 11 l. 228 sqq. *filius dei* -us pure -am aperiens vulvam eam ..., quam ipse -am fecit. IVVENC. 1, 69 spiritus ... veniet -us ... ac ... casto sermone iubebit *eqs.* (*Vet. Lat. Luc. 1, 35* [*cod. 2 et Vulg.*] s. sanctus, *gr.* ἅγιον). PRVD. apoth. 115 viscera -ae virginis. *al.*

2 *exempla cetera; significantur*: **a** *quaecumque sunt libera vitio, depravatione, variisque malis, incommodis, sc. incorrupta sunt, vera, sincera vel. sim.*: **α** *quolibet respectu*: Ⓘ *de animantibus*: -us putus: PLAVT. Pseud. 989. *al., v. p. 2780, 66 sqq. exempla cetera* (*cf. p. 2724, 40. 44*): IVV. 6, 365[28] -um te contendo virum, *sc. non spadonem.* SVET. vita Hor. p. 46, 1 *Augustus Horatium* -issimum pene⟨m⟩ appellat (*v. vol. X 1, 1075, 68 sqq.*). Ⓘⓘ *de cibo sim. ad concoquendum facili, salubri* (*aliter p. 2719, 73*): VARRO Men. 417 non alium et sardae, sed ⌊panis, pemma, lucuns, cibus qui -issimus multo est⌋ (*e* LVCIL., *sc.* 1368*?*). PLIN. nat. 29, 58 catulos lactentes adeo -os existimabant ad cibum, ut etiam placandis numinibus hostiarum vice uterentur iis. SER. med. 531 cocleas prius est urtica ... pasci: -ior hinc gustus noxa sine moverit alvum. Ⓘⓘⓘ *de doctrina, religione sim. vera*: CIC. Caecin. 78 ut quicquid inde, *sc. ex ingenio Aquilii iuris consulti,* haurias, -um te liquidumque haurire sentias. leg. 1, 60 quom animus cognitis ... virtutibus ... -am religionem susceperit (APVL. met. 11, 21, 8 ad arcana -issimae r. secreta, *sc. Isidis.* COD. Theod. 16, 5, 7, 2). ARNOB. nat. 2, 4 -ior ratio est, ex duobus incertis ... id potius credere, quod aliquas spes ferat. HIER. epist. 84, 5, 1 'credimus ... resurrectionem futuram corporum'; hoc si bene dicatur, *sc. de carne,* -a confessio est (*cf.* 97, 3, 2 succincta fides et -a professio *Theophili*). 112, 19, 2 (*ironice*) miror, quomodo septuaginta interpretum libros legas non -os, ut ab eis editi sunt, sed ab Origine ... corruptos (*receptis additamentis ex editione Theodotionis*). RVFIN. hist. 2, 13, 6 -issimam Christianorum filosofiam (*cf. p. 2725, 3*). CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 185, 2 de ... pia atque -issima rectaque fide (*gr. I 1, 4 p. 6, 18* εἰλικρινῆ). *al.* ⅣⓋ *de animantium affectu, qualitate, statu* (*dei e. g. p. 2724, 2. 6*): LVCR. 3, 40 *metus* vitam turbat ... neque ullam esse voluptatem liquidam -amque relinquit (4, 1075. 4, 1081 non est -a v. *veneria* et stimuli subsunt *eqs.* CVLEX 89 SEN. epist. 63, 5. *al.*). QVINT. decl. 377, 4 non solum -am, sed etiam speciosam innocentiam. TERT. castit. 3, 3 species ... -ae voluntatis, *sc. non indulgentia lenitae.* adv. Marc. 2, 17, 1 *dei bonitatem* semotam a iudiciariis sensibus et in suo statu -am (PS. PROSP. carm. de prov. 281). PANEG. 4, 32, 8 gaudium (*syn.* defaecatum). AMM. 16, 10, 20 *morari cupiens* imperator, ut otio -iore frueretur et voluptate, ... nuntiis terrebatur. RVFIN. Orig. in Rom. 7, 5 l. 47 ut sapientia dei in eis *perfectis* -a et absque ullo erroris deverticulo conservetur (AVG. civ. 21, 12 p. 514, 7 *deest hominibus* sensus altissimae -issimaeque s. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 3 p. 7, 17). *al.* Ⓥ *de variis rebus* (*incorp. praeter l. 9*): SEN. epist. 52, 5 -am aream (*ad aedificandum aptam; opp.* mollem ... humum). 67, 5 tolerantiam non esse optabilem ..., quia voto -um bonum peti debet et tranquillum et extra molestiam positum. vita patr. p. 32 qui ingenio meruerunt, ut -is ⌊et inlustribus⌋ titulis nobiles essent (⌊ ⌋ *si bene legit Studemund*). MART. 5, 8, 3 *edicto Domitiani* -os eques ordines recepit *in theatro* (*9* turba non ... inquinamur). CIL VIII 23245, 8 (*saec. II/III*) ut in illum -iorem secessum profugiamus *morte.* FIRM. math. 6, 34, 9 *ut* -um ac mundum felicitatis tempus accedat. err. 20, 6 *ut fiat diabolo* prostrato ... -um dominationis imperium *Christi.* PAVL. NOL. carm. 25, 65 -um naturae decus aspernata *mulier fucis colorata.* *al. de remissione passionis non turbata novis accessionibus*: CAEL. AVR. acut. 3, 16, 135 cum numquam -am atque sinceram habeat dimissionem *passio* (*cf.* chron. 1, 1, 7 dimissiones atque lenimenta passionis ... nunc longiora sed -a[s], nunc angusta sed sordida[s]. 1, 4, 73 lenimentorum aliqua -a ac limpida, aliqua turbata concurrunt).

β *spectat ad naturam animi vel caelestium divinam, subtilem, corporeis non aggravatam, incontaminatam* (*quaedam etiam ad b trahere possis*): CIC. Tusc. 1, 41 multo ... integriora ac -iora sunt, *e quibus animus constat,* ut a terra longissime se ecferant. Cato 80 cum omni admixtione corporis liberatus, -us et integer esse coepisset *animus,* tum esse sapientem ([*gr. Xen. Cyr. 8, 7, 20* ἄκρατος καὶ καθαρός]. TERT. anim. 12, 2 -um eum *a.* affirmans et simplicem et incommiscibilem *Anaxagoras* [*frg. B 12* λεπτότατον ... καὶ καθαρώτατον]). nat. deor. 1, 75 quae *species deorum* nihil concreti habeat ... sitque -a levis perlucida. 2, 30 *divini* mundi ille fervor -ior (*cf.* 2, 31 qui *mundus* integro et libero et -o ... ardore teneatur). VERG. Aen. 6, 746 *diuturna purgatio animis* concretam exemit labem -umque relinquit aetherium sensum atque aurai simplicis ignem. SEN. dial. 6, 24, 5 *mortuum* aeterna requies manet ex confusis crassisque -a et liquida visentem. VET. LAT. sap. 7, 25 (Rufin. apol. Orig. 97, *sim. al.*) *sapientia* vapor est ... virtutis dei et aporroea (*lat. trad.,* ἀπόρροια *ed.*) gloriae omnipotentis -issima (*gr.* εἰλικρινής, *Vulg.* emanatio ... sincera. *inde e. g.* RVFIN. Orig. in Rom. 7, 11 l. 142 paterni fontis ... -issima est manatio filius). TERT. carn. 8, 5 aliquam -ioris notae materiam excogitent Christo *haeretici,* quibus displicet *caro.* CYPR. idol. 9 *mundi rector non potest* comprehendi, tactu ⌊-ior est⌋ (priorem *C*). PS. APVL. Ascl. 11 *ut deus nos* nexibus mortalitatis absolutos naturae superioris parti[s] ... -os sanctosque restituat. 23 *effigies deorum* ex utraque natura conformatae sunt, ex divina, quae est -ior (prior *var. l.*) multoque divinior, et ex *terrena.* PRVD. ham. 545 ignitum ... ingenium *animae,* -um, sapiens, subtile *eqs.* AVG. civ. 11, 31 p. 506, 16 spiritalibus motibus -is et liberis non laborant *angeli. al.*

γ *spectat ad claritatem percipiendi, intellegendi*: Ⓘ *de actione vel de sensibus, mente* (*cf.* CIC. *p. 2721, 72*): PROP. 2, 13, 12 *doctam puellam* auribus ... pu[e]ris scripta probasse mea (*cf. p. 2684, 5*). SER. med. 208 fel ... de gallo ... exacuit -os dempta caligine visus. LACT. opif. 9, 5 *sensus* non falluntur, si sunt -i et integri (RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 172, 12 -um et purgatum odoratus ... s. *al.*). IVVENC. 1, 619 (*Matth. 6, 22*) si -a acies oculis simplexque nitebit (PELAG. in I Tim. 6, 16 PETR. CHRYS. serm. 140, 1). PALLAD. 1, 3 inoffensum lumen oculorum, -us auditus. AVG. vera relig. 8 non corporeis oculis, sed -a mente veritatem videri (CASSIOD. in psalm. 150, 5 l. 136 contemplatione -issimae m. advertitur *harmonia. al.*). CASSIOD. in psalm. 150, 5 l. 139 *syllogismus categoricus* est -issimus et princeps omnium syllogismorum (*sc. cuius conclusio fit ex necessitate, cf. ibid. 1, 2 l. 189 sqq.*). *al.* Ⓘⓘ *de eo, quod percipitur, sc. perspicuum est* (*cf.* CIC. *p. 2719, 46; explicatur* SYNON. Cic. p. 422, 28 docet. ... ad -um redigit; ad limpidum; ad liquidum): GELL. 18, 5, 11 ut non turbidae fidei nec ambiguae, sed ut -ae liquentisque esset, *quid Ennius scripsisset.* ARNOB. nat. 1, 46 p. 41, 9 *Christus apostolis* non per vana insomnia, sed per -ae speciem simplicitatis apparet. 2, 56 p. 130, 8 quamvis illud, quod *contradicentes* infirmare moliuntur, sit -um et liquidum et veritatis obsignatione munitum (*opp.* evidens manifestumque mendacium). COD. Iust. de emend. cod. 5 ut omne, quod a nobis compositum est, ... -um atque dilucidum clareat.

b *quaecumque sunt libera accessionibus, augmentis non malis, sc. simplicia, mera sunt, vel quaecumque carent communione cum aliis, sc. per se, sola sunt* (*exempla minus dubia, cf. l. 25; v. etiam p. 2725, 51. 2727, 15. 35. 56. 70. 2728, 28; iuxta est* simplex *p. 2725, 8. 13,* solitarius *p. 2725, 9,* solus *p. 2725, 2. 5. al.*): **α** *quolibet respectu*: Ⓘ *de va-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

riis rebus: TERT. adv. Marc. 1, 2, 3 *Marcion* in Christo ... inveniens dispositionem solius et -ae benignitatis. PS. APVL. Ascl. 13 in varias disciplinas ... eam *philosophiam miscent* ...; -am autem philosophiam *eqs.* (14 vera, -a sanctaque). MAR. VICTORIN. rhet. 1, 2 p. 162, 16 Cicero duplex esse honestum docet, unum illud solum atque -um; aliud, quod cum utili inductum est (2, 52 p. 301, 32 quod *h.* -um est, nullo utili sociato). AVG. civ. 13, 20 p. 584, 25 *interdicta erat arbor paradisi* propter commendandum -ae et simplicis oboedientiae bonum. BOETH. cons. 4, 4, 16 cuius *infelicis* -a ac solitaria sine cuiusquam boni admixtione miseria est. ORIBAS. syn. 1, 16, 5 La p. 54, 17 *medicamenta miscentur herbis suavibus,* ut non sola neque -a virtus eorum tangat stomachum (*gr. μὴ μόνη μηδ' ἀχραιφνής, aliter Aa*). ALEX. TRALL. 2, 1 secundum qualitates ⌊-as aut simplices⌋ (*pro uno adi. ψιλός ut* 2, 2, *v. gr. II p. 147*). *al.* Ⓘⓘ *de verbis (numeris l. 20) vel de actione dicendi; -um est, cui non accedit: aliud verbum* (*ornans, definiens*): HIER. in Is. 12, 44, 1 l. 22 G. ubi accusatur populus Iudaeorum, ... absque ulla nominis dignitate -is appellatur vocabulis: '... Israel' (*Is. 43, 22*). BOETH. herm. 16b23 si hoc ipsum 'est' -um dixeris (*gr. ψιλόν. explicatur e. g.* in herm. comm. sec. 1, 3 p. 77, 27 -um ... id est solum). mus. 2, 31 p. 265, 1 brevius et paene -is numeris de diapason ac diapente consonantiis disseramus. in Porph. comm. sec. 4, 2 p. 245, 17 *quaedam differentiae* simpliciter -o nomine 'differentiae' nuncupantur, *aliae autem* ... 'specificae differentiae' praedicantur (COD. Iust. 5, 11, 7, 3 -o n. liberalitas [*2* si ... nihil addendum existimaverit]. BENED. reg. 63, 11 nulli liceat alium -o appellare n. [*opp.* fratrum n.]. VITA Fulg. Rusp. p. 117). *alia significatio*: BOETH. in herm. comm. pr. 2, 10 p. 132, 18 neque illa (*sc. 'est homo iniustus'*) ... plena adfirmatio est, ... nec haec (*sc. 'non est h. i.'*) ⌊-a⌋ negatio (propria *var. l.*). EPIPHAN. SCHOL. Didym. in I Ioh. 1, 6 p. 42, 23 licet *quidam mentiens* -a verbi prolatione dicat se confiteri veritatem. *relatio ad aliam vocem*: MARTYR. gramm. VII 170, 11 (*inde sim.* CASSIOD. *ibid.* 170, 13) *syllaba* vi ..., si a numero 'bis' ... composita fuerit, per 'b' ... scribetur (*e. g.* biceps); ... si hoc autem -a remaneat numero, *per* 'v' (*e. g.* victor).

β *respicitur natura animantium*: Ⓘ *quorumlibet*: PS. TERT. haer. 2, 8 *ut* permixtionis, *sc. angelorum et hominum,* semen tolleretur *per diluvium* et hoc solum semen, quod esset -um, integrum custodiretur. FIRM. math. 1, 5, 7 habent ... stellae ... divinam ... prudentiam; nam -o divinitatis animatae conceptu *eqs.* IORD. Get. 78 *parta victoria* proceres suos ... non -os homines, sed semideos id est ansis vocaverunt *Gothi* (GREG. M. moral. 3, 30 nos qui -i h. sumus [*opp. Christus ut*: PASS. Petr. 13 p. 35, 13 nos ex Adam -i h. et peccatores nati sumus]).
Ⓘⓘ *Christi, dei*: HIER. in Ier. 3, 73, 2 *Christum* non filium dei, sed -um hominem putant *haeretici* esse venturum (RVFIN. hist. 5, 28, 2 -um h., id est absque deo, fuisse salvatorem [*gr. ψιλόν*]. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 14, 34 *si* h. erat ... -us divina ornatus gratia [*Migne gr. 78, 1257*^{A} *ψιλός*]. *al.*). CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 64, 13 -um templum dei (*i. solam carnem*) ... mortem sustinuisse dicens *Nestorius* (*gr. I 1, 2 p. 32, 21 ψιλόν*). EPIPHAN. SCHOL. Didym. in I Ioh. 4, 3 p. 65, 7 -um deum verbum extra carnem esse putative et non vere hominem. *al.*

B *speciatim et magis minusve technice*: **1** *in re sacra spectat ad ritum purificationis vel statum immaculatum, sacrificio idoneum* (*ad oblationem simplicem, nulla alia re auctam p. 2726, 7. 39 sq. 49 sqq.; generaliter de integris, castis sim. v. p. 2721, 62, de mero oblato p. 2720, 6*): **a** *apud paganos*: **α** *de muneribus, hostiis (de P. Decio v. p. 2726, 16) et de variis rebus* (*ad quid -a sint, indicatur per praepos. vel dat. l. 59. 60. p. 2726, 6. al.*): PLAVT. Amph. 946 iube ... vasa -a adornari mihi, ut ... exsolvam *vota* (1126. Capt. 861 v. tibi -a apparari ad rem divinam. *cf.* TIB. 1, 1, 38 adsitis, divi, ... dona nec e -is spernite fictilibus. OV. fast. 6, 310 -a patella). VARRO Men. 98 hecatombe (*v. p. 2780, 65*). rust. 2, 1, 20 qui *porci* iam -i sunt ad sacrificium ..., olim appellari sacres (2, 4, 16 a partu decimo die habentur -i. *cf.* PLIN. nat. 8, 206 suis fetus sacrificio die quinto -us est). frg. Non. p. 114, 20 *liba* februare, id est -a facere. VERG. Aen. 6, 229 ter socios -a circumtulit unda ... lustravitque viros (*cf.* aqua -a: PROP. 4, 8, 84 -a limina tergit a. OV. fast. 4, 314. PAVL. FEST. p. 248 pure lautum: a. -a lavatum [*seq. l. 65*]). 12, 169 -a ... in veste sacerdos (TIB. 1, 10, 27. 2, 1, 13. *al.; cf. explicationes*: PAVL. FEST. p. 248 -a vestimenta sacerdotes ad sacrificium habebant, id est non obsita, non fulgurita, non funesta, non ⌊maculam habentia⌋ [*sc. ex homine mortuo, v.* SERV. auct. Aen. 4, 683. 12, 169]). TIB. 1, 5, 11 ipse ... te circum lustravi sulphure -o (OV. fast. 4, 739). *al.* PROP. 3, 1, 3 -o de fonte sacerdos (*in imag. de poeta, qui sequitur genus tenue; cf. p. 2718, 45*). 4, 6, 10 laurea. OV. met. 2, 713 *virgines* -a coronatis portabant sacra canistris. fast. 1, 338 far ... et -i lucida mica salis. 5, 726 *tubilustriis* lustrantur -ae ... tubae. *al.* LIV. 1, 24, 4 sq. (*in foedere feriendo*) 'sagmina ... te, rex, posco'; rex ait '-am tollito'; (5) fetialis ex arce graminis herbam -am attulit (FEST. p. 321 ⌊sagmina vocantur verbenae, id est h. -ae⌋, quia ex loco sancto arcebantur a consule praetoreve, legatis proficiscentibus [⌊ ⌋ *inde sim.* ISID. orig. 17, 9, 55]). FEST. p. 230 offa porcina cum cauda in cenis -is offa penita vocatur. PAVL. FEST. p. 14 hostia -a et immolationi apta (PLIN. nat. 8, 206 [*e Coruncanio*]). PETRON. frg. 1 *apud Massilienses ad lustrale sacrificium* unus se ex pauperibus offerebat alendus ... -ioribus cibis. PLIN. nat. 18, 7 (*ex Hemina, cf. hist. 12*) *far* non esse -um ad rem divinam nisi tostum *Numa statuit.*
al. *respiciuntur sacra sine victima* (*cf. l. 27. 39*): TAC. hist. 2, 3, 2 *in templo Veneris Paphiae* sanguinem arae obfundere vetitum; precibus et igne -o altaria adolentur. **β** *de deos colentibus* (*de nova nupta l. 18, partibus corporis l. 11. 15*): PLAVT. Amph. 1094 *uxor in partu* invocat deos ... manibus -is, capite operto (*v. vol. VIII 365, 57 sqq.*). Poen. 350 (*verba meretricis sacrificaturae*) -a sum, comperce ... me attrectare. CIC. leg. 2, 57 in eo, qui *mortuus* ... in mare proiectus esset, decrevit P. Mucius *Scaevola* familiam -am (VARRO frg. *v. p. 428, 76 sq.*). OV. met. 15, 397 -o nidum, *ubi se cremet,* sibi construit Phoenix ore. fast. 4, 732 Vestae munere, *sc. suffimento,* -us eris. 5, 676. LIV. 10, 7, 4 P. Decium, *cum se devovisset,* ... -um piumque deis ... visum. FEST. p. 253 (*v. p. 2697, 43*). PAVL. FEST. p. 87 aqua aspergebatur nova nupta, ... ut casta -aque ad virum veniret. SEN. contr. 1, 2 leg. sacerdos casta e castis, -a e -is sit (*ambigitur de hac lege e. g.* 1, 2, 14 an ... -a ... non sit homicidio coinquinata. 1, 2, 16 negavit -am esse [*postea*: quae osculum impuris dederit *eqs.*]). PLIN. epist. 4, 11, 9 *carnificis* contactum ... a casto -oque corpore ... reiecit *vestalis.* CIL VI 32419 (*saec. III med.*) *vestali cuidam* -issimae castissimaeque. *al.* **γ** *de tempore*: PROP. 4, 5, 34 ubi ... venerem promiseris ..., fac ⌊simules -os Isidis esse dies⌋ ([*v. app. crit.; ad rem cf. p. 2723, 32*]. OV. fast. 2, 558 expectet -os ... *nuptialis* taeda d. SOL. 1, 19 ne qua hostia Parilibus caederetur, ut d. iste a sanguine -us esset. MACR. Sat. 1, 16, 24 ut hi d., *sc. postridie Kal., Non., Id.,* neque proeliares neque -i neque comitiales essent). OV. fast. 2, 33 placatis sunt tempora -a sepulcris, tum cum ferales praeteriere dies.
vix huc nota P *fastorum, v. p. 2456, 31 sqq.*

b *apud Iudaeos vel Christianos*: **α** *respectu vario*: VET. LAT. exod. 30, 35 (cod. 100) *e ture, galbano al.* facient illum incensum ... ⌊compositionis -ae⌋, opus sanctum (⌊ ⌋ VVLG. thymiama ... -um). Mal. 1, 11 (Iren. 4, 17, 5) in omni loco incensum offertur nomini meo et sacrificium -um ([*Tert. adv. Marc. 3, 22, 6. al.* s. mundum; Aug. c. adv. leg. 1, 20, 39 hostia -a]. IREN. 4, 18, 1 ecclesiae oblatio ... -um s. reputatum est apud deum. HIER. epist. 73, 3, 2 *quod Melchisedech* pane et vino, simplici -oque s., Christi dedicaverit sacramentum. *al.*). TERT. Scap. 2, 8 sacrificamus pro salute imperatoris ..., sed quomodo praecepit deus, -a prece (*cf. e. g.* RVFIN. hist. mon. 1, 3, 18 ut orationem -am adferat deo monachus. *aliter l. 49*). IREN. 4, 18, 4 hanc oblationem ecclesia sola -am offert *deo* (*c. respectu eucharistiae ut e. g. l. 36. 44*). PEREGR. Aeth. 13, 4 optulit Melchisedech hostias deo -as, id est panes et vinum (SACR. Gelas. 1250 offerimus ... h. -am, h. sanctam, h. immaculatam, panem ... et calicem. *al., e. g. l. 36*). AMBR. epist. 9, 69, 7 quando incipit mater pignoris nati in sanguine esse -o (*sec. Vet. Lat. lev. 12, 4* [*cod. 100*] in s. mundo). VVLG. num. 19, 9 *vir mundus* effundet eos *cineres vaccae pro peccato combustae* ... in loco -issimo ([*Vet. Lat. cod. 100* in l. mundo]. PRVD. perist. 10, 103 ne polluatur -us orandi l. *a paganis*). REGVLA mag. 45, 5 illas orationes, quae -ae solent in quadragesima fieri (52, 6 inter matutinos et primam ... -a fiat o. *al.; ad rem cf. 52 tit.* de orationibus ... sine psalmis. *aliter l. 40*).
al. **β** *respicitur baptismus*: TERT. pudic. 6, 16 nova emergit *caro* ... ex aqua -a et spiritu mundo. CYPR. ad Donat. 4 undae genitalis auxilio superioris aevi labe detersa in expiatum pectus ac -um desuper se lumen infudit. IVVENC. 1, 337 praeteritas maculas in flumine -o abluere (*de baptismo Iohannis ut*: 3, 38 erroris labem -is quod solveret undis. 3, 680 -o ... gurgite). NICET. symb. 10 p. 49, 7 *per regenerationem baptismi* plus homo innocens et -us redditur, quam cum de matris suae utero generatur. COMM. apol. 686 quid illi decipiunt gentes -os esse lavacris? (*de baptismo Iudaeorum ut*: 691 qui se putant -os ab aqua posse dei fieri). *al.*
γ *respicitur parasceue, sc.* cena -a: *v. vol. III 779, 57 sqq.* (*parum certa est explicatio; cogitesne de cena, quae fit sine labore, cum iam interdiu praeparata sit, an de fermento ante pascha amovendo coll. exod. 12, 15 et I Cor. 5, 7? aliter p. 2720, 20*). *hic addere liceat compos.* **cēnapūra** (*sc. abl. plur.* cenapuris *praeter l. 71*): VET. LAT. Iudith 8, 6 (cod. 131. 153) erant super eam vestimenta viduitatis suae praeter -is et sabbatis (*gr. προσαββάτων, cod. 148. al.* caenam p., *109* pridie sabbato, *om. 151. al. et Vulg.*). COMPVT. cod. Col. prol. 8 p. 232, 27 qui *dies* ... -i[u]s nobis designatus est. *ibid.* p. 232, 28 -is. 12 p. 234, 12 ex qua die ... debeat -is pascha observari (*loco gemino* PASCH. Vat. chron. I p. 740, 11 -a [*nisi* cena pura]). *ibid.* p. 234, 24 -is (PASCH. Vat. chron. I p. 740, 22 -ae).

2 *in arte rhet. et gramm. pertinet ad*: **a** *scaenicam, sc. cum diverbium non turbatum sit nimia actione* (*cf. vol. IX 2, 884, 67 sqq.*): TER. Haut. 46 in hac *fabula* est -a oratio, *non nimia actio* (*cf. 36* statariam agere *eqs.; minus apte explicant* SCHOL. p. 114, 20 -a o.: simplex, quia in

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

hac fabula eaedem personae sunt, quae et apud Menandri. Bemb. *ad l.* sola vel simplex).

b *virtutem elocutionis, quae constat potius*: **α** *incorrupta latinitate*: RHET. Her. 4, 8, 11 *figura tertia omnis orationis non vitiosae* attenuata est, quae demissa est usque ad usitatissimam -i consuetudinem sermonis (4, 12, 17 latinitas est, quae s. -um conservat ab omni vitio remotum. CIC. de orat. 3, 38 rationem ... -i dilucidique s. [*37* ut latine, ut plane ... dicamus]. Brut. 213. orat. 79 *in genere Attico* s. -us erit et latinus. CAES. carm. in Ter. 2 -i s. amator. QVINT. inst. 4, 2, 118 *absint figurae* contra rationem loquendi ... receptae, nam debet esse quam -issimus s. *al.*). 4, 11, 16 -is et electis verbis conpositam orationem (*generis tertii l. 4*). CIC. de orat. 3, 29 quae *oratio Catuli* est -a sic, ut latine loqui paene solus videatur. Brut. 261 Caesar ... rationem (*sc. analogiam*) adhibens consuetudinem vitiosam et corruptam -a et incorrupta consuetudine emendat. **β** *simplicitate stili naturalis nec inelegantis, qui caret ornatu nimio sim.* (*cf. p. 2718, 45. 2722, 11. 2725, 70*): CIC. Brut. 262 nihil est ... in historia -a et inlustri brevitate dulcius (*antea*: omni ornatu orationis tamquam veste detracta). 274 quae *comprehensio verborum Calidii* ... ita -a erat, ut nihil liquidius, ita libere fluebat *eqs.* (*cf.* HIER. epist. 48, 4, 2 interpretum vitio, quae apud suos, *sc. Hebraeos,* -issimo cursu orationis labuntur, apud nos scatere vitiis). orat. 53 elaborant alii ⟨in⟩ lenitate et aequabilitate et -o quodam et quasi candido genere dicendi. HOR. sat. 1, 4, 54 non satis est -is versum perscribere verbis (SCHOL. sine figuris, sine magno sono). SEN. epist. 100, 10 non est fortis oratio eius *Papirii,* quamvis elata sit; ... non est perspicua, sed -a. PETRON. 132, 15 vers. 3 (*2* simplicitatis opus) sermonis -i non tristis gratia ridet (QVINT. inst. 5, 14, 33 s. -o et dilucido ..., minime elato ornatoque. 8, 3, 14 *causas parvas* -us s. ... magis decuerit. PLIN. epist. 7, 8, 9 pressus s. -usque ex epistulis petitur. *al.*). QVINT. inst. 8, 3, 87 ipsa illa *ἀφέλεια* simplex et inadfectata habet quendam -um ... ornatum. 10, 1, 94 *Lucilio* multum est tersior ac -us magis Horatius. *al.* **γ** *pronuntiatione recta* (*cf. p. 2728, 69*): QVINT. inst. 1, 11, 6 *non patietur magister,* quod minime sermoni -o conveniat, simplicem vocis naturam pleniore quodam sono circumliniri.

c *prosodiam, metrum, formationem verborum*: **α** *de variis, quae mixta, aucta non sunt rebus extraneis*: SACERD. gramm. VI 517, 27 *species* -a iambica trimetra, quae archilochia nuncupatur, quae (quod *trad.*) solos iambos recipit et raros spondeos (*cf.* trimetrum iambicum -um: 518, 3. 521, 8). MAR. VICTORIN. defin. p. 31, 19 verbum simplex -um nulla compositione conexum ... ducitur *in veriloquio.* ISID. orig. 1, 19, 10 *ψιλή,* quod interpretatur siccitas sive -um, id est ubi h littera esse non debet. **β** *de syllaba vel littera, quae vacat: consonanti praeposita*: SACERD. gramm. VI 471, 2 'a' littera terminatus nominativus singularis sive -a sive aliqua consonanti praeiuncta (PROB. cath. gramm. IV 6, 25. DIOM. gramm. I 366, 1 in 'i' l. -am desinit nulla duce consonante. *al.*). 476, 17 *nomina tertiae declinationis* 'is' -a facientia genetivo (*subauditur* syllaba *ut*: PROB. cath. gramm. IV 11, 25 *nomina* 'er' -a terminata. 17, 2 'ter' -a. *al.*). 492, 3 'or' syllaba terminata sive -a sive ⟨iuncta, id est sive⟩ vocali vel consonanti praecedente (PROB. cath. gramm. IV 4, 3 CHAR. gramm. p. 45, 20. *al.*). PROB. cath. gramm. IV 17, 17 sive -a sive aliqua consonante praecedente et iuncta (*'o' vocalis ut*: PRISC. gramm. II 447, 12 per *ω* -am. *al.*). *al.* *consonanti postposita*: PRISC. gramm. II 41, 13 'ei' -a in 'e' longam convertitur: ... *σπονδεῖος,* spondēus. 71, 12 'i' paenultimam -am non producunt Romani nisi in 'fio' verbo *eqs.* 74, 11 'i' -a ante 'us' vel 'a' vel 'um'. EVTYCH. gramm. V 450, 14 *nominibus* 'i' -am paenultimam nulla sequente consonante ... habentibus. *al.*

d *explanationem operis scripti* (*sc. simplicem, non allegoricam, vel veram sim.*): TERT. resurr. 20, 7 plures voces eorum *prophetarum* nudae et simplices et ab omni allegoriae nubilo -ae defendi possunt. CLAVD. DON. Aen. prooem. p. 1, 3 voluminum *Aeneidos* ... quasi quidam solus et -ior intellectus expressus est *libris doctorum* (1, 75 p. 29, 4 omisso Vergilii -o et vero *i.* RVFIN. Orig. princ. 4, 2, 4 p. 313, 29 -us ipsius litterae i. [*gr. ψιλόν. cf. ibid. p. 312, 25* communem ... et historialem i.]). HIER. epist. 140, 13, 5 cui *loco scripturarum* sufficit simplex et -a explanatio (*antea*: allegorice interpretantes). in Ezech. 45, 13 l. 157 *si* -am tantum sequamur historiam, quae simplices nutrire potest (RVFIN. apol. Orig. 148 -ae h. deservientes [*antea*: allegoriam]). RVFIN. Adamant. 1, 7 spiritalem dicis esse sensum scripturis an -um et historicum ...? :: -as dico *scripturas* ([*gr. bis ψιλάς*]. AVG. grat. Christ. 43, 47 *Ambrosii* fidem et -issimum in scripturis s.). *al.*

3 *in iure*: **a** *de iis, quae sine condicione, exceptione locum habent*: CIC. inv. 2, 60 is qui agit, iudicium -um postulat, ille quicum agitur, exceptionem addi ait oportere. IVLIAN. dig. 33, 5, 9, 2 sicut -a libertas, ita *sub condicione* statuta l. aditae hereditatis tempore vires accipit (SCAEV. dig. 40, 4, 59, 1 -am et directam. MOD. dig. 35, 1, 53. *al.*). GAIVS dig. 28, 5, 33 cum ex -a institutione adierit heres *dupliciter institutus,* quamvis condicio alterius i. pendeat (29, 2, 53 pr. SCAEV. dig. 28, 6, 48, 1. *al.*). 35, 1, 107 aliquando accidit, ut sub condicione datum legatum -um intellegatur (*ibid. iterum* [*opp.* condicionale]. PAPIN. dig. 35, 1, 71, 3. *al.*). inst. 4, 23 aliae leges ... constituerunt quasdam actiones per manus iniectionem, sed -am, id est non pro iudicato. 4, 185 fiunt ... vadimonia quibusdam ex causis -a, id est sine satisdatione. *al.* VLP. dig. 18, 2, 2 pr. utrum -a emptio est ... an vero condicionalis sit (*ibid. iterum.* PAVL. dig. 41, 4, 2, 5). 23, 3, 43, 2 *si* -a sit obligatio ([*opp. si* o. in diem fuit]. MARCIAN. dig. 20, 1, 5 pr.). 34, 4, 9 -a datio condicionalis effecta videbitur. ANTH. 21, 116 haec vox *rei* ... confessio -a est. *al.* *neutr. pro subst. de legato sine condicione*: PAVL. dig. 35, 2, 45 pr. in lege Falcidia non habetur pro -o, quod in diem relictum est. **b** *de locis religione liberis* (*cf. monumenta vacua p. 2721, 42*): CIC. har. resp. 11 *quae est* domus ab ista suspicione religionis tam vacua atque -a? CIL I 1409 add. 1, 3 (*v. etiam Crawford, Roman Statutes I, 1996, 489; aet. imp. Aug.*) locus *publicus,* ubi quis ... *privatim* sepultus ... erit, -us et religione solutus esto (LIV. 25, 17, 3 uti l. -o ... procuraret *prodigia.* 31, 44, 5 quae in l. -o poni dedicarique fas esset. EDICT. praet. dig. 11, 7, 2, 2 *si ossa mortui* in l. -um alterius ... illata esse dicentur. CIL XI 6361 [*saec. I/II*] ante hoc monument(um) l. -us exceptus est. *al.*; *explicatur*: VLP. dig. 11, 7, 2, 4 -us ... l. dicitur, qui neque sacer neque sanctus est neque religiosus). SENT. subpraef. (CIL X 3334) 11 cum ... aedificia solo -o posita deprehenderim neque ullo sepulchro superposita vel coniuncta, apparet venditionem eorum iure factam. *al.* **c** *singulariter de eo, qui obligatione liber est*: VET. LAT. gen. 24, 8 (Ambr. Abr. 1, 9, 86. *al.*) si noluerit tecum venire mulier ..., -us eris a iuramento hoc (*gr. καθαρὸς ... ἀπό, Vulg.* non teneberis iuramento).

4 *in computatione de eo, quod reliquum est consideratis omnibus, quae in ratione ducenda vel detrahenda sunt* (*neutr. pro subst. l. 31; de nota* p(urum) p(ondus) *v. vol. X 1 s. v.* pondo): CIC. Verr. II 3, 200 quid his rebus, *sc. oneribus,* detractis possit ad dominos -i ac reliqui pervenire. VARRO ling. 6, 63 (*antea p. 2760, 1*) ratio putari dicitur, in qua summa fit -a (*cf.* FEST. p. 217 ⟨ratio puta⟩ta, id est -a fact⟨a⟩). COD. Iust. 3, 28, 36, 1[c] ut quarta pars -a et mox filio restituatur *ab herede extraneo.* 5, 17, 11, 1[a] *si* minus quadringentis libris auri -a (puta *fere trad.*) substantia eius *viri* fuerit, tunc quarta pars computatione facta -ae substantiae eius ... mulieri *dimissae* detur. 11, 48, 20, 4 quae in reditus -os remanet *quantitas publicis functionibus detractis.* numerus -us *in pridianis militaribus*: CHART. lat. ant. III 219, 52 (*a. 105; enumeratis iis, qui decesserunt*) reliqui numero -o ⟨...⟩ (*excidit numerus*). VII 337 col. I 10 (*aet. imp. Alex.*) n(umerus) p(urus) m⟨il(itum)⟩ cal(igatorum) D⟨C⟩CCXX⟨...⟩ (*nisi intellegas* numero -o milites *eqs.*). 350 b 42 sq. (*a. 250/1*) XV kal(endas) Octobr(es) n(umerus) p(urus) DCC⟨...⟩XV; (43) XI⟨I⟩II kal(endas) Oct(obres) n(umerus) p(urus) man⟨s⟩it. *al.*

5 *in re militari (v. etiam l. 38) de genere ornamenti, sc.* hasta -a (*ad rem v.* SERV. Aen. 6, 760 -a ... h., id est ⌊sine ferro⌋; nam hoc fuit praemium apud maiores eius, qui tunc primum vicisset in proelio, sicut ait VARRO [⌊ ⌋ *sc. non sine cuspide, sed sine eo metallo, quod religionis causa saepe interdictum erat, v. Le Bohec, Rev. Ét. Lat. 76, 1998, 27 sqq.; paulo aliter explicatur vol. VI 3, 2551, 30 sqq.; cf. supra p. 2722, 56*]): PROP. 4, 3, 68 tua, *marite,* ... domitis *Parthis* ... -a triumphantis h. sequatur equos. INSCR. Aquil. 2787 (*aet. imp. Aug.*) *quidam primus pilus* donatus torquib(us), armill(is), phaleris, h. -a bis, coron⟨is⟩ aureis quin⟨que⟩ (*sim. passim in titulis saec. I–III[in]; e. g.* CIL XIII 5093 *tribuno militum* hast(a) -a ... donat⟨o a⟩ Ti. Claudio Caesare Aug. XI 7264 [*post a. 217*] coron(a) aurea, civica et (h)asta -a argent(ea). *cf. Dessau, Inscr. lat. sel. III 1 p. 484 sq.*). PLIN. nat. 7, 102 *L. Siccius Dentatus* donatus h. -is duodeviginti *eqs.* SVET. Claud. 28. *al.*

usus pro subst. inseruimus supra, v. masc. imprimis p. 2722, 44 (vix p. 2718, 50), fem. p. 2725, 73, neutr. l. 11. p. 2719, 31. 2721, 34. 2723, 11. 2724, 37. al., sed huc relegavimus locutionem praepos. magis minusve vergentem in usum adv. **ad -um:** *vigente adhuc vi finali* (*sc. ita, ut efficiatur status purgatus*): VET. LAT. Is. 1, 25 (Rufin. Greg. Naz. orat. 4, 12, 2. *al.*) purgabo te, *Israel,* ad -um (VVLG. excoquam ad -um scoriam tuam). HIER. epist. 114, 1, 2 *interpretatione mea e schedis* scripta ad -um – conlatione tantum indigerem – *morbo correptus sum.* SERM. Mediol. frg. 5 *quidam aedificaturus prius rudera* destruet ad -um. *plena vi modali i. q. pure*: HIER. vita Hilar. 13, 7 videres de ore *Franci cuiusdam* ... Syra ad -um verba resonare, ut non stridor, non aspiratio ... deesset. GENNAD. vir. ill. 3 cum te ad -um comprehendisse putaveris deum.

adv. **ˢpūrē.** *originem explicat* CHAR. gramm. p. 148, 21. *compar.* -ius *inde ab* HOR., *superl.* -issime *inde a* CATONE, -ime *p. 2730, 34, cf.* perquam -e GELL. 7, 9, 1. *de notione*: SYNON. Cic. p. 445, 34 sancte. caste. -e. pudice. religiose. verecunde. *legitur in formula prisca augurum p. 2730, 35 et inde a* PLAVTO, CATONE (*qui utitur etiam forma* puriter);

[Funari]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

abiit in sermonem gr. πούρως THEOPHIL. inst. Iust. 2, 14, 9. *al.* [*it.* pure (*compos.* eppure *'et tamen'*), *raet. occ.* pür, *langob. vet., raet. or., prov., cat.* pur. *cf. M.-L. 6858. Battisti-Alessio IV 3155. Wartburg IX 620. C. S.*] [*interpr. dub.*: LVCIL. 662 lautum e mensa -e capturus cibum (*v. Christes, Der frühe Lucil., 1971, 39 sq.*). *falso trad. pro* pueri CIC. Att. 1, 13, 1.]

i. q. modo puro, καθαρῶς (*quod ubi gr. infra respondet, negleximus; pro syn. est* caste *l. 43. p. 2730, 24. 33. al.,* integre *l. 47* [*cf.* ad integrum *l. 72*], munde *l. 14 sq. p. 2730, 37,* perfecte *p. 2730, 2. 8,* simpliciter *l. 46. 73. p. 2730, 5, sim. al.; opp. v. e. g. p. 2730, 58*): **1** *corporaliter, sc. ea ratione, quae sensibus percipitur*: **a** *notione communi, sc. sine sordibus sim.*: PLAVT. Aul. 270 vascula intus -e propera atque elue. Rud. 301 *naufragio* salsi lautique -e domum redimus (FRONTO p. 135, 7 *pallio* candido et -e lauto [*opp.* sordibus obsitum]). CATO agr. 66, 1 quam mundissime -issimeque fiat *confectio olei* (*cf.* COLVM. 12, 18, 4 ut omnia, qui mustum conficiunt, -e mundeque faciant). VARRO rust. 2, 1, 19 ut -e et molliter stent *pulli* (*cf.* COLVM. 7, 3, 8 quo -ius et mollius incubent fetae). COLVM. 9, 5, 2 si minus -e habita est *apis.* CASSIOD. var. 7, 6, 3 -issime labens unda (*antea*: quod nullis sordibus polluatur).

b *coloribus peculiaribus respicitur*: **α** *quod sine impedimento percipitur*: HOR. sat. 1, 2, 100 (*94* matronae praeter faciem nil cernere possis) officient ... custodes, ... stola, ... plurima, quae invideant -e adparere tibi rem. AMM. 20, 11, 28 *punicea pars arcus caelestis* fulgores eius *solis* -issime[m] e regione deflorat. PAVL. NOL. epist. 45, 1 p. 379, 9 (*in imag.*) quasi collyrio ... infuso oculis mentis meae -ius video ignorantiae nocte depulsa (GREG. ILIB. fid. 8 l. 73 cum Moyses rogaret, ut faciem dei ⌞-e videret⌟ [(prae)videret *var. ll.*]. PS. VIGIL. THAPS. trin. 3, 42 rec. II -e quam *imaginem trinitatis* nemo vidit umquam). GREG. M. moral. 7, 56 nequaquam -e maculam in membro considerat oculus, quem pulvis gravat. **β** *quod clare splendet, sonat*: HOR. carm. 1, 19, 6 Glycerae nitor splendentis Pario marmore -ius. AVG. ord. 2, 11, 33 in aurium suavitate, cum pulsa corda quasi liquide sonat atque -e (CASSIOD. var. 2, 40, 13). **γ** *quod fit sine ullo ornamento, additamento*: VITR. 7, 4, 4 camerae -e politae (*v. app. crit.*). AMM. 29, 1, 30 lance rotunda ⌞-e⌟ superposita *mensae* (⌞ ⌟ *i. nulla re indita; de puritate ritus cogitat Seyfarth, coni. alii alia*).

2 *incorporaliter*: **a** *in universum*: **α** *praevalente respectu morum* (*pudicitiae, castitatis e. g. l. 38. 42 sqq. p. 2723, 42*): VARRO Men. 488 tum Romae parce -eque pudentis vixere ([vivere *trad.*]. COMM. apol. 957. CHROMAT. in Matth. 24, 1, 5 uxorem caste et -e viventem dimittere. *al.*). CIC. Cato 13 -e atque eleganter actae aetatis placida ... senectus (*cf.* APVL. Plat. 2, 20 p. 249 pro merito vitae -ius castiusque transactae). SEN. benef. 2, 12, 1 quam *partem corporis Caligulae* -ius oscularetur *vir consularis.* PLIN. nat. 22, 27 radix caste -eque collecta discutit strumas. DECRET. decur. Salens. (Inscr. Maroc. Gascou 307) 3, 14 quaestiones ... -e diiudicando (*13* iustum sene [*i.* sine] acerbitate. *cf.* ENNOD. epist. 7, 29, 3 p. 195, 21 *de versibus meis* ut simpliciter et -e iudices [*opp.* fuco mentitae gratiae]). CYPR. hab. virg. 5 quae virum non habet, ... integre et -e non tantum corporaliter, sed et spiritaliter perseveret. HIER. epist. 81, 1, 4 amicitias -e colere. 105, 4, 2 te, *Augustine,* -e et christiane diligere cupio (AVG. serm. 9, 16 l. 598 *servus tuus* fideliter servit et -e te diligit. *al.*). RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 62, 14 audire ... -e et castis auribus. AVG. in psalm. 55, 17 deum amemus ... -e atque caste (SIDON. epist. 4, 1, 1 -ius, fortius, meracius. *al.*). NOVELL. Valent. 31 pr. cum -e et fideliter observari debeant *leges,* ... fucum pati ... cognovimus *legem quandam.* Iust. 8, 6 -e cingulis utentes *iudices* ([*opp.* iniusto lucro]. 24, 2 sic ... iusteque et -e. 25, 2, 1 -e atque iuste). 56, 1 *sacerdotia non* per mercationem fieri aliquam volumus, sed -e et citra redemptionem. GREG. M. moral. 23, 27 -e se locuturos denuntiant, quae duplicitatis suae malitiam deprehendi formidant (*ibid. iterum*). INSCR. christ. Diehl 2435A (*prope Thevestem in arcu ecclesiae*) qui -e petit, ac(c)ipit (*cf. Matth. 7, 8*). *al.*

β *vario respectu*: Ⓘ *usu communi (sc.* -e *pertinet ad verbum): de qualibet ratione incorrupta, propria, vera* (*respicitur ipsum* esse *l. 72*): HOR. epist. 1, 18, 102 quid te tibi reddat amicum, quid -e tranquillet. IREN. 4, 35, 1 per quae *instrumenta* -e ea, quae sunt in pleromate, adnuntiarentur ([*opp.* libere et sine commixtione *eqs.*]. 4, 35, 2 *apostolos* -e adventum eius *Christi* adnuntiantes ..., in nullo communicantes ... Iudaeorum doctrinae). HIER. epist. 120, 9, 7 *ut* ignis spiritus sancti ... purgaret labia eorum, ut euangelium Christi -ius praedicarent. AVG. conf. 3, 2, 3 tu, domine deus, ... longe alteque -ius quam nos et incorruptibilius misereris, quod nullo dolore sauciaris. MACR. somn. 1, 5, 6 *terminus corporis* est prima incorporea natura post corpora, sed non -e nec ad integrum carens corpore. PS. VIGIL. THAPS. trin. 6, 22 rec. II deum, ut est -e, nemo vidit umquam (BOETH. cons. 4, 2, 34 esse -e atque simpliciter [*35* esse absolute]). CASSIOD. inst. 1, 12, 2 *quinquagenarius numerus* ad instar iubelei anni ... debita relaxat et -e paenitentium peccata dissolvit. *al.* *de ratione liquide percipiendi vel clare docendi sim.* (*aliter p. 2729, 46. 65. 68*): ORIG. princ. 4, 8 (Hier. epist. 124, 13, 3) dum ⌞perfectius et -ius⌟ a semet ipso cognoscitur *pater* quam a filio (*gr.* τραχυτέρως καὶ τελειοτέρως, *om. Rufin.*). PELAG. Aug. grat. Christ. 31, 33 *in epistula* -e atque simpliciter ad peccandum et non peccandum integrum liberum arbitrium habere nos dicimus. PAVL. NOL. epist. 16, 5 p. 120, 4 tunc defaecata mente -ius (prius *var. l.*) intuentes videbimus hanc esse veritatem (AVG. in euang. Ioh. 23, 11 -ius et perfectius). AVG. vera relig. 162 -issime intellegit *Christus iudex.* NOVELL. Iust. 8, 14 de tributorum inculpabili exactione, sicut ipse -e probaveris. GREG. M. moral. 6, 29 *quae in somnio viderat,* ⌞-e⌟ fratribus retulit *Ioseph* (⌞ ⌟ *an 'sine arrogantia'?*). *al.*

Ⓘ -e *spectat potius ad nomen praedicati*: MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 56 (*antea: trinitas est* una vox, unum verbum) *anima* neque -e vox neque verbum, sed ... imago magis vocis quam vox. AVG. util. cred. 10, 24 p. 30, 5 nisi primo ... mentem ... perpurget, non eum esse aliter illa, quae -e vera sunt, adepturum. PRISC. rhet. 6, 16 p. 555, 13 principia ... in loco communi -e non invenis, sed usque ad formulam quandam serventur. NOVELL. Iust. 20, 5 duae fuerunt administrationes -e (*postea*: civilis ... administrationis; *disting. 4* permixtum ... etiam militare officium).

b *speciatim et fere technice*: **α** *in re sacra (cf. p. 2725, 49): apud paganos*: PLAVT. Asin. 806 sq. (*in pactione iocosa*) si forte -e velle habere dixerit *meretrix, sc. in sacris quibusdam,* (807) tot noctes reddat spurcas, quot ⌞-e⌟ habuerit (puras *trad.*). CIC. nat. deor. 1, 3 haec ... omnia, *sc. quae ad cultum pertinent,* -e atque caste tribuenda deorum numini ... sunt. HOR. epist. 1, 1, 37 quae *piacula* te ter -e lecto poterunt recreare libello (*Porph. ad l. 36* velut ad sacrificandum caste ac lotis manibus accedendum putat). TIB. 1, 3, 25 pie dum sacra *Isidis* colis, -e ... lavari te (LIV. 5, 22, 4 iuvenes -e lauti corporibus, *qui Iunonem Veiis Romam deportarent.* 39, 9, 4. *al.*; *cf.* APVL. met. 11, 23, 1 prius sueto lavacro traditum ... -issime circumrorans abluit *me sacerdos*). OV. fast. 2, 329 *Hercules et Omphale* secubuere ...; causa, ... quia sacra parabant, quae facerent -e (*cf.* 3, 280 -e ... sacra coli. 5, 444 -e sacra peracta. LIV. 8, 10, 13 neque suum neque publicum divinum -e faciet). LIV. 27, 37, 10 -e ... et caste a matronis sacrificatum *est.* FEST. p. 253 (*suppl. e* PAVLO) ⟨purime tetinero ... *est* pu⟩rissime tenuer⟨o⟩ (*e formula prisca, cf. post lacunas*: iure augurum). APVL. met. 11, 16, 6 *sacerdos navem* quam -issime purificatam deae nuncupavit. *apud Iudaeos et Christ.*: IREN. 2, 32, 5 *ecclesia* munde et -e et manifeste orationes dirigens ad dominum. HIER. psalt. sec. Hebr. 2, 12 adorate -e *deum,* ne forte irascatur (*aliter LXX et Vulg.*). CASSIOD. in psalm. 135 l. 323 in omnibus psalmis, si -e canantur, divinam ... adesse praesentiam. GREG. M. epist. 6, 2 apud deum -ius fusa ... intercessio *episcopi.*

β *in arte rhet. et gramm.* (*cf. p. 2727, 3*): RHET. Her. 4, 12, 17 elegantia est, quae facit, ut ⌞unum quidque⌟ (*v. app. crit.*) -e et aperte dici videatur; haec tribuitur in latinitatem, explanationem (CIC. de orat. 1, 229 nullo apparatu, -e et dilucide. Brut. 202 -e ac solute). CIC. de orat. 1, 144 praecipitur primum, ut -e et latine loquamur, deinde ut plane et dilucide, tum *eqs.* (opt. gen. 4 -e et emendate ..., quod est latine. GELL. 9, 14, 21 in casu ... dandi, qui -issime locuti sunt, non 'faciei' ..., sed 'facie' dixerunt. *al.*). VARRO ling. 6, 63 is sermo, in quo -e disponuntur verba, ... ut diluceat, dicitur 'disputare'. GELL. 9, 13, 4 -issime atque inlustrissime simplicique et incompta orationis antiquae suavitate descripsit *Quadrigarius pugnam. al. apud eundem. respiciuntur verba singula, quae aucta non sunt consonante vel alia voce* (*cf. p. 2727, 34*): CHAR. gramm. p. 147, 34 quaecumque nomina 'us' -e proferuntur, velut strenuus. SCHOL. Ter. Bemb. Phorm. 48 'natalis' non -e ponendum est; nam ... '(h)ora natalis' dicitur *eqs.* (*cf. Don. ad loc. 2* cum adiectione temporis). **γ** *in iure respiciuntur, quae locum habent: sine condicione* (*quod pro syn. est l. 63; opp.* sub condicione *saepius,* sub exceptione *l. 60; exempla selecta inde ab* IVLIANO): PLAVTIVS dig. 39, 2, 22, 1 *si a domino vellem* -e repromitti (*opp.* sub hac exceptione 'si *eqs.*'). IAVOL. dig. 35, 1, 40, 2 quoniam non sub condicione esset legatum, sed ante legatum -e, deinde dies solvendi adiecta (IVLIAN. dig. 7, 4, 17. GAIVS inst. 2, 200 quod sine condicione -e legatum est. *al.*). IVLIAN. dig. 28, 5, 38, 1 si codicillis -e libertatem acceperit *servus* (28, 5, 38, 4 VLP. dig. 3, 5, 44, 1). 29, 4, 22 pr. sua ... culpa testator sub hac condicione hereditatis partem dedit, quam potuit -e dare (GAIVS inst. 1, 186 [*opp.* sub condicione aut ex certo die]. *al.*). 45, 1, 56, 8 quem hominem a Titio -e stipulatus fueram (*al.*). 46, 1, 16, 1 si -e interrogatus fuisset. 46, 1, 16, 2 *si quis* in diem certam vel -e promisisset (PAVL. dig. 12, 6, 60, 1). GAIVS dig. 2, 14, 30, 2 si sub condicione stipulatus fuerim a te, quod Titius mihi -e deberet (VLP. dig. 50, 16, 10 sive -e sive in diem vel sub condicione. PAVL. dig. 13, 5, 19, 1). SCAEV. dig. 24, 1, 56 donare ([*opp.* mortis causa]. COD. Iust. 4, 35, 23 pr.). DONATIO Tiburt. p. CXLVI[b] 10 largior *fundos quosdam* ... -e et directe liberalitatis titulo possidendos. *al.* *proprie et plene*: NOVELL. Iust. 84, 1 pr. alii *fratres* illud *ius cognationis* -e habebant et lege et natura iuvante se.

[Funari]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

δ *in computatione, re pecuniaria* (*cf. p. 2728, 28*): COD. Theod. 10, 10, 32 pr. quod -e ad quaestus eius *petitoris* compendiumque devenerit (*antea: impensis et sumptibus* petitori ... summa integra tribuendis).

adv. **pūriter.** *compar. et superl. v. sub* pure. *formationem* -r *memorant* NON. p. 516, 15 (*in cap.* de indiscretis adverbiis; *affert* POMPON., NOVIVM) *et* PRISC. gramm. III 71, 4 (*laudatur* ENNIVS *loco non indicato* [*an* NOVIVS *sec. l. 6?*]).

i. q. pure: **1** *notione communi, q. e. munde sim.*: CATO agr. 23, 2 siccum (*def. Keil,* sucum *ed. pr.*) -r omnium dierum pariter in dolia dividito. 76, 1 ubi arebunt, componito -r *tracta.* 90 *miscuntur partes*; -r facito et coquito bene (NOVIVS Atell. 97 -r volo facias; igni atque aqua volo hunc accipi [*v. app. crit.*]). 112, 2 *aquam marinam* transfundito in alterum dolium -r et leniter; relinquito in imo, quod desiderit. POMPON. Atell. 10 bucco, -r (fur- *var. l.*) fac uti tractes. :: lavi iam dudum manus. CATVLL. 39, 14 qui -r lavit dentes (*sc. non urina; cf. p. 2636, 60*). *translate* (*addasne l. 11. 14?*): CATVLL. 76, 19 si vitam -r egi. **2** *i. q. sine additamento, nude*: ORIG. in Matth. 13, 30 p. 268, 13 non -r (par- *var. l.*) dixit 'sit sicut ... publicanus' (*18, 17*), sed ita: 'sit tibi'. ser. 111 p. 232, 3 (*ad 26, 64* amodo videbitis) secundum Marcum quidem non habet 'amodo' sed -r, id est 'videbitis' (*14, 62*).

deriv.: purgo, 1. puritas, puritia, 1. puro; *cf.* puricium.

compos.: impurus; purefacio, purifico, purifluus; *cf.* purificus; *dubites de* purimenstrium *et* togipurium.

cf. Onom.

2. purus *v.* 2. porus. *Funari.*

1. ⋈**pūs,** pūris *n.* (*m. l. 35, indecl. l. 42*). [*linguae indogerm. praeter radicem* *pū *'purgare' exhibent etiam* *pū < *puə̯ *'putrescere', v. e. g. ind. vet.* pū-yati, *theod. vet.* fūl < *pū-lo-; *inde iam aetate prisca per suffixum* *-es- *formatum est neutr.* *puu̯-es- (< *puə̯-es-) *'pus, putredo': ind. vet.* puvas- (*nuper repertum*), *gr. πύος, cf. formas auctas lett.* puves-is, *lituan.* puvẽs-is; *lat.* pūr- < *puu̯es- *per syncopen et rhotacismum mutatum est littera* s *in solo nom.* pus *servata. cf.* puteo. *Fo.*] *scribitur* por- *hic illic in codd. rec., e. g.* ORIBAS. eup. 4, 44, 4 La p. 560 (*cf. p. 2732, 12. 47*). NOT. Tir. 103, 41 -s. *genus neutr. confirmant* SACERD. gramm. VI 477, 29 DON. gramm. mai. 2, 7 p. 623, 4. *al., sed masc. est* ORIBAS. *p. 2733, 13 et* syn. 9, 3, 2 La p. 272 qui -*s.* ALEX. TRALL. 2, 8 (*v. p. 2732, 48*). *cf. l. 50. de formis; ab gramm. numeratur inter defectiva*: PROB. cath. gramm. IV 21, 10 sq. (*agnoscuntur nom., acc., voc. sing.* -s *ut* PRISC. gramm. II 185, 15). DON. gramm. mai. 2, 7 p. 623, 4 ([thus *cod. unus*]. *inter singularia tantum ut* CHAR. gramm. p. 40, 11 DIOM. gramm. I 327, 22). VIRG. gramm. epit. 5, 11, 1 l. 245 L. (*inter* nomina, quae nominativo tantum contenta ceteris cassibus privantur); *inter indeclinabilia*: SACERD. gramm. VI 477, 29. 483, 7 CHAR. gramm. p. 40, 11 (*aliter l. 56*). MART. CAP. 3, 279. *al.* (*cf.* -s *pro* -e *l. 48 sqq. nec non p. 2732, 24*). *apud auctores praeter nom. et acc.* -s *trad. gen.* -is NEP. Att. 21, 3 CELS. 2, 8, 27. *al.* PLIN. nat. 29, 47. *al., dat.* -i CELS. 5, 19, 9. *al.* SER. med. 708 (puro *var. l.*), *abl.* -e CELS. 2, 8, 23. *al.* TERT. scorp. 1, 9 (*v. p. 2732, 12*). PRVD. c. Symm. 1, 17. *al., cf.* -s *syntaxi turbata infimae aetatis ubi exspectes abl. e. g.* ORIBAS. syn. 7, 25, 5 Aa p. 164 -s non apparente (*unde corrigas* La -s non apparentem; *gr. resp. gen. absol.*). ALEX. TRALL. 1, 14 absque -s (*ita ed. Lugd. et cod. Andecav.; cf. vol. I 185, 72 sqq.*); *ceterum nom. vel acc. plur.* -a PLIN. nat. 20, 49. *al. apud eundem. de mensura*: pūs, pūris *testatur* SERV. Aen. 2, 69, pūs MART. CAP. 3, 279. *de notione*: DON. Ter. Eun. 406, 3 (*additamentum posterius? praecedit explic. vocis q. e.* expuere, *v. vol. V 2, 1908, 68*) ⌊-s⌋ *est* omnis humor corpori onerosus (⌊ ⌋ sputus *var. l.*). CHAR. gramm. p. 40, 11 -s *πῦος.* 50, 10 sq. -s *ἔμπυον,* -is. GLOSS. -s: coctura. corruptus humor vel sanies. vvorsin (*vel potius* vvorsm; *anglosax. pro 'vermes', cf. p. 2716, 35. 2732, 6. al.*). *sim. al. legitur in versu singulis locis apud* LVCIL., HOR., SER. med., AVSON., PRVD., *in prosa oratione inde a* NEP., CELSO (*plus centies*), SCRIB. LARGO, PLIN. nat., TERT., *imprimis apud rei medicae scriptores.* [*abrut.* purę; *deriv. varia, e. g. abrut.* prúgnolę (*contaminatum c.* furunculus), *calabr., sic.* purata *'pus', sic.* puratu *'impurus'. cf. M.-L. 6865. Wartburg IX 620; aliter Battisti-Alessio IV 3154. C. S.*] [*confunditur in codd. e. g. cum* plus *l. 72. p. 2732, 46. al.* (*restit. l. 75. p. 2733, 3 et* CELS. 8, 9, 1[G]. *al.*), post VEG. mulom. 2, 14, 1. 2, 143, 1 (*restit. p. 2733, 16*), purus *l. 75. p. 2732, 45,* opus *p. 2732, 15* (*restit. p. 2732, 63*).]

significatur umor corporis corruptus (*sc. in ulceribus sim. collectus; in imag. vel translate sub 1b; metonymice de loco purulento, abscessu fort. p. 2732, 66. 2733, 11. al.; gr. resp. πύον, nisi aliud indicavimus*): **1** *apud quoslibet auctores*: **a** *proprie*: LVCIL. 494 (*contextu corrupto*) febris, senium, vomitum, p[l]us (*si recte huc; an ad b?*). NEP. Att. 21, 3 tanta vis morbi in imum intestinum prorupit, ut ... per lumbos fistulae -is eruperint. HIER. in Is. 11, 38, 21 l. 16 G. *ἀπόστημα* ..., quando tumens corpus cocto et putrescente -e (purae, plure *var. ll.*) completur (*syn. l. 17* sanies; *cf. infra l. 16*). tract. in psalm. I p. 254 l. 248 sqq. *si in vulnere* fuerit -s intrinsecus, nisi apertum fuerit, non egreditur -s; et si egressum fuerit -s, nisi cauterium fuerit, rursum renascitur -s (*praeparatur imago infra l. 17*). SALV. eccl. 3, 48 qui in -e (pulvere *cod. A post corr.*) ac sanie conputruerat ..., qui ... ulceribus canes paverat *eqs.* (*sc. Lazarus, cf. Luc. 16, 20*). GREG. TVR. Andr. 33 p. 844, 36 profluente -e cum vermibus a corpore *cuiusdam.* Franc. 10, 19 p. 510, 2 conputriscentibus vulneribus, ... decurrente -e.

b *in imagine, comparatione vel translate* (*hucine p. 2731, 72? fere spectat ad ea, quae molesta sunt, nocent; iuxta* venenum *l. 10. 18*): HOR. sat. 1, 7, 1 Regis Rupili -s atque venenum ... quo pacto sit Persius ultus *in lite* (*32* Italo ... aceto). TERT. scorp. 1, 9 (*ad fidelem*) *scorpium haereseon* relinquito in suo ⌊-e⌋ morientem ([*10* virus]. ⌊ ⌋ sopore *trad.; pendet* HIER. epist. 38, 4, 4 [*de diabolo*] *scorpio* in suo morienti -e [pulvere *codd. plerique*]. in Is. 10 praef. l. 13 G. [*de Rufino*] scorpium ... in ⌊suo -e⌋ moriturum [⌊ ⌋ sopore, suo opere (-e) *var. ll.*]). AVSON. 25, 15 (349 S.), 4 livida mens hominum concretum felle coquat -s (*cf. 11, 1 [191 S.], 31* nullo felle tibi mens livida). HIER. tract. in psalm. I p. 254 l. 251 sq. (*ad psalm. 119, 2 sqq.*) quia tumet lingua mea et -s habet et venenum habet, primum sagittis tuis vulnera, *domine,* ut -s possit exire; deinde carbones tuos ... pone *eqs.* (*cf.* p. 255 l. 262 [*respic. act. 2, 3*] *spiritus sanctus* sedit quasi ignis in linguis eorum *discipulorum,* ut quidquid -is habebant, ... decoquat. *epist. 18A, 14, 4* qui *carbo* linguam puram faciat a peccato). p. 306 l. 152 (*ad psalm. 140, 7*) *homo peccando incrassatur,* sicut vulnus in corpore tumens crassum est, et ⌊-s⌋ plenum est (⌊ ⌋ *om. codd. aliquot; vix indecl. pro* -is *vel* -e *positum, cf. vol. X 1, 2420, 42 sqq.*). PRVD. c. Symm. 1, 17 (*respic. religiones paganae non omnino sublatae*) latebram tabentis vulneris alte inpressam penitusque putri de -e (carne *cod. unus*) peresam.

2 *apud rei medicae auctores* (*fere respicitur medicina humana, sed veterinaria e. g. l. 43. 70*): **a** *exempla rem illustrantia: describitur -is materia*: CELS. 2, 8, 3 ex ea *vomica* fertur -s purum et album (5, 28, 12[F] -s leve, a. *al. apud eundem*). 2, 8, 4 -s ..., si est leve, album, unius coloris, sine ullo metu est (*al., v. vol. VII 2, 1223, 78 sqq.*). 2, 8, 23 si -s est lividum et pallidum (*adde l. 38; cf.* CAEL. AVR. chron. 5, 10, 114 -is felloso vel livido colore). 5, 26, 20[B] est -s, quod elaeodes appellatur (*describitur 20[C]* tenue, subalbidum, ... oleo albo non dissimile. *20[F]*). 5, 26, 20[E] -s inter haec (*sc. e vulnere provenientia*) optimum est, sed id quoque peius est multum, tenue, dilutum ..., itemque si colore sero simile, si pallidum, si lividum, si faeculentum est, ... si male olet ...; (*20[F]*) melius est, quo minus est, quo crassius, quo albidius, itemque si leve est, si nihil olet, si aequale est (5, 26, 28[A] si -*s* sub eo *articulo* nascitur albumque et crassum diu fertur. *al. apud eundem*). 6, 7, 2[D] si multum -is malusque odor est (*cf. e. g.* 7, 3, 1 habere -s album, leve, non foedi odoris [*ibid.* -s *aliud* nigrum aut faeculentum et f. o.]. CHIRON 343 p[l]us de naribus *iumenti* exiet male odoratum). SER. med. 708 (*respic. furunculus*) sanguis nimius -i permixtus atroci (puro *var. l.; v. etiam app. crit.*). ALEX. TRALL. 2, 8 manifestum est ..., quod sit -s (plus *cod. Paris.*) ex ipso colore solo et ex aliis signis, ex quibus didicimus -is (poris *cod. Paris.*) cognitionem: et ab odore ex ustione facto et ab hoc, quia solvitur missum (missus *codd. Paris., Andecav.*) in aqua et non proicitur, quemadmodum flegma et crudus humor. *al. distinguuntur alii umores*: CELS. 2, 7, 11 si sanguis aut -s in urina est (5, 28, 7[A] concreta quaedam ex -e et s. *al., e. g. l. 53. 59. p. 2733, 7*). 4, 14, 1 tussis bilem vel -s trahens. 5, 26, 20[A] ex his *vulneribus ulceribusque* ... exit sanguis, sanies, -s; sanguis omnibus notus est; sanies est tenuior hoc, varie crassa et glutinosa et colorata; -s crassissimum albidissimumque, glutinosius et sanguine et s. (5, 28, 4[A] qui *umor* esse inter s. et -s videri potest. 5, 28, 6[A]. *al.* VEG. mulom. 4, 8, 1 cum expressum -s aut s. fuerit *ex apostemate. al.*). *al.* **b** *structurae selectae spectantes ad: ortum, collectionem -is* (*cf. p. 2731, 75*): CELS. 2, 7, 21 si in ventrem sanguis confluxit, ibi in -s vertitur (5, 28, 8 ubi iam in -s vertit *furunculus* [vertitur *Caesarius*]. 5, 28, 9 omnis corrupta caro in -s vertitur. *al.* PLIN. nat. 36, 137 usus eorum *pyritarum* ... duritias in -s vertere). 2, 8, 27 *si* in magno abscessu multum -is coit (8, 9, 1[H] non [o]pus, sed umor quidam muccis similis intus coit. *cf.* 7, 9, 4 coitus -is). 5, 3 concoquunt et movent -s nardum, myrrha *eqs.* (5, 19, 9. 13 sq. *et saepe apud eundem*). 5, 18, 7[A] quod *malagma* ... educit umorem, -s maturat (*cf.* 7, 2, 3 si -s maturuit, ... raro secandum est). *al.* SCRIB. LARG. 214 tumorem non ... fieri neque -s (CHIRON 980 pultem ... impones, donec -s faciat. ORIBAS. syn. 7, 25, 7 La p. 164 ut -s faciant *inflammationes* [*gr. εἰς ἐκπυήσεις*]. *al.*). PLIN. nat. 22, 122 cum -s concoqui opus est (*adde l. 64; cf. p. 2731, 75*). PALLAD. vet. med. 14, 44 si -s collectum est, vulnus purgandum est (MARCELL. med. 9, 3 *haec mixtura* -s *in auribus* collectum expurgat. ORIBAS. syn. 2 add. Aa p. 146, 29 cataplasma ad -s colligendum. *al.*). *al. effusionem, purgationem -is* (*cf. l. 2*): CELS. 2, 4, 3 *mali morbi est* -s expuere, vix excreare (2, 8, 24 -s expuisse ..., deinde ... spuere desisse. PLIN. phys. Bamb. 61, 13). 2, 8, 20 -s ea parte profluxit

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*al., v. p. 1727, 52 sqq.*). 2, 8, 22 ex iocinere si -s cruentum exit (5, 28, 15[B] *ex pusulis* exit ... aut -s aut sanies aut utrumque. *al.* CHIRON 514 ex morsu ei(u)s *viperae* p[l]us solet exire [*inde* VEG. mulom. 2, 143, 1]. *al.; cf.* exitus -is: CAEL. AVR. chron. 5, 1, 22. 5, 10, 127). 2, 8, 23 -e extrinsecus emisso (*al.* MARCELL. med. 9, 68 ad aurium dolorem, quae -s emittent. *cf. p. 2716, 15*). 3, 22, 3 *pthisicis* frequens tussis est, -s excreatur (PLIN. nat. 24, 145. *al., e. g. p. 2732, 74; cf. p. 2716, 6 et* PLIN. nat. 29, 47 ad -is et sanguinis excreationes). 3, 27, 4[A] -s vel alvo vel ore redditum (PELAGON. 205, 4 si *iumentum* per nares -s reddit). 7, 2, 3 cataplasmatis efficere, ut per se -s aperiatur (SCRIB. LARG. 216 quod *emplastrum* aperit et educit -s. CHIRON 980. *cf. p. 2732, 2*). 7, 2, 5 tota ea *cutis* super -s excidenda est. *al.* MARCELL. med. 9, 44 si -s aut sanies manabit ex aure (ORIBAS. eup. 2, 1 Σ 21 Aa p. 507 [*sim.* La *ibid.*] de auribus manantem -s sanat *medicamentum* [*gr. 40 ὠσὶ πυορροοῦσι*]. *cf.* MARCELL. med. 11, 35 ad tumores aurium et -is inde manationem. 14, 45 remedium ... ad aures -e manantes). ORIBAS. eup. 2, 1 *Π* 13 La p. 496 -s (post *cod.*) proicientibus ([*gr. τοὺς ἐμπύους, Aa* inpieicos]. *al. apud eundem*). *al.*

deriv.: 2. puro, purulentus; *cf. l. 31. p. 2693, 31. 2697, 72. 2743, 48.*

compos.: depuratus, suppuro; *cf.* suppusero.

2. pus (pūs*?*), *abl.* -re, *vox veriloquii causa ficta, nisi notionem vocis q. e.* 1. pus *ad veriloquium accommodatam putes*: VIRG. gramm. epit. 11, 3, 2 l. 82 sq. L. (*explicatur* cor-pus) -s in latinitate filosophica 'custodia' dicitur, sicut Originis ait 'possitis (*i.* posi-) in -e fratribus ille solus evasit', hoc est 'in carcere' (*cf. Grondeux-Jeudy, Arch. Lat. Med. Aevi 59, 2001, 139 sqq.*). *Spoth.*

[3. pus, *vox osca in inscr. mixta* TAB. devot. (CIL I[2] 1614) 7, *ponitur pro lat.* ut *desiderativo; cf. Untermann, Wb. des Osk.-Umbr., 2000, 627.*]

4. pus *v.* post *p. 157, 16. 22* (*cf. etiam p. 2731, 65*).

pūsa *v.* pusus.

pūsca *v.* posca. **[pūscārius** *v. φουσκάριος supra p. 70, 14.*]

[pūscīnus, *sc. a* 1. pus *derivandum, perperam coni.* NAEV. com. 121 (122), *v. vol. X 1, 1936, 12 sqq.*]

pūscula *v.* poscula. **pūsea** *et* **pūsia** *v.* pausia.

[pūsicus *v. p. 2743, 48.*] *Bk.*

pusilio: pusillus GLOSS. pumilio *tempt. Goetz, sed coll. nomine proprio* Pusil(l)io (*v. Onom.*) *derivandum vid. a* pusillus *sec.* pusio *a* pusus.

pusillanimis, (-e) *et* pusillanimus, -a, (-um). *a* pusillus *et* animus (*cf. p. 2738, 11*). *scribitur* pusillia- *in codd. vet. p. 2734, 7 et* VET. LAT. Sirach 7, 9 (Ps. Aug. spec. 24). *al., passim in recc., ubi hic illic etiam* pos-, puss-, -ila-. NOT. Tir. 27, 67[b] -is. *trad. formae III[ae] decl. in codd. vet. p. 2734, 7 et* AVG. civ. 1, 28 p. 44, 24. *al., passim in recc.; II[ae] decl. non nisi in codd. rec., e. g.* TERT. *l. 67 et* VET. LAT. prov. 14, 29 (Cassian. conl. 16, 27, 6 -us [-is *var. l. ut* 18, 13, 2; *v. l. 60. 69. 73. p. 2734, 9*]); *neutrae non occurrunt neque compar., superl. de notione et differentia* (*cf. l. 59. 66. p. 2734, 2*): ISID. orig. 10, 157 longanimis sive magnanimis ...; cui contrarius est -is, angustus et in nulla tribulatione subsistens. 10, 231 -is: pusillo animo. GLOSS. -is: *ὀλίγωρος. ὀλιγόψυχος.* impatiens. -es: inbecilles. GLOSS.[L] I Ansil. PU 401 -es (*i.* -is): desperans. *al., v. vol. VII 1, 665, 80. VIII 932, 55. legitur in* VET. LAT. *et apud Christ. inde a* TERT. (*praeter p. 2734, 17*), *nusquam in versu.* [*variat in codd. c. iunctura* pusillus animus *e. g.* VET. LAT. Col. 3, 21 (Pelag. *ad l.*). HIER. in Is. 8, 25, 5 l. 22 G.]

significatur is, qui pusilli animi est, sc. impatiens laborum, aegritudinis sim. (gr. resp. ὀλιγόψυχος, nisi aliud indicavimus; adhibetur fere pro subst. masc. vel praedic., attributive l. 61. p. 2734, 11; accedit abl. respectus l. 57, de *l. 75); respicitur potius habitus*: **1** *desperantis, timidi*: VET. LAT. Is. 35, 4 (Novatian. trin. 12, 4, *sim. al.*) consolamini, -es sensu, ... nolite timere (*Hil. in psalm. 54, 8* modici animi, *Ps. Aug. spec. 23. al.* pusillo animo, VVLG. dicite -is, *cf.* HIER. *ad l.* -is sive metuculosi. *ibid.* l. 31 G. -os sive formidolosos [-es, pusilli animis *sim. var. ll. utrobique*]). 54, 6 (cod. 183, *sim. al.*) non sicut mulierem derelicta⟨m⟩ et -em vocavet (*i.* -vit) te dominus (*Vulg.* maerentem spiritu). I Thess. 5, 14 (cod. 89, *sim. al. et* VVLG.) hortamur ... vos, fratres: corripite inquietos, consolamini -es, sustinete infirmos (*pendent e. g.* TERT. fug. 9, 2. CLEM. ad Cor. 59, 4 [*gr. ὀλιγοψυχοῦντας*]. AMBROSIAST. *ad l.* rec. *γ* necesse est quosdam esse in plebe ... -es [parvos animi *recc. α, β*], hoc est timidos). *al.* TERT. orat. 29, 2 *oratio* -os consolatur, magnanimos oblectat. PS. AVG. serm. 194, 5 (*precatio*) sancta Maria, succurre miseris, iuva -es, refove flebiles. EPIST. pontif. 375 Conc.[S] I 2 p. 18, 9 quae *adhortatio* et -is et viriliter *temptationi* resistentibus necessaria est (*gr. I 1, 1 p. 87, 1 μικροψύχοις*). SIDON. epist. 7, 17, 4 si quis illum *praepositum monasterii* ... spreverit tamquam imperitum vel -em (*antea*: verecundus ingenio). CLAVD. MAM. anim. 1, 20 p. 70, 7 cum *homines* ingentis corpulentiae -os (-es *var. l.*) plerumque dicamus. CASSIOD. Ios. antiq. 19, 219 p. 562 (*miles ad Claudium futurum imperatorem*) noli ... de tua salute -is esse, cum te magis oporteat magnanimiter de imperio cogitare (*gr. μικρολογούμενος*). MVTIAN. Chrysost. hom. 19, 1 p. 357[extr.] *ne* simus -es, hoc ... est, non vericordes; non credendo enim pusillanimitas efficitur (*gr. p. 141 ὀλιγοψυχῶμεν*). GREG. M. moral. 30, 13 *admonendi sunt* aliter protervi, aliter -es. ORIG. in Matth. 15, 26 p. 426, 26 ut non glorientur ... neque humilientur et -es fiant (*gr. ταπεινοῦσθαι*). *al.* **2** *intemperantis, impatientis*: VET. LAT. num. 21, 4 (cod. 100) ⌊pusillianimis factus est⌋ populus Istrahel ... et murmuravit (*gr. ὠλιγοψύχησεν, Vulg.* taedere coepit). prov. 14, 29 (Hier. adv. Rufin. 3, 43, *sim. al.*) longanimus vir multus in prudentia est, -us (-is *var. l.*) valde imprudens est (*Vulg.* inpatiens). 18, 14 (Ps. Aug. spec. 92) iram viri mitigat servus prudens, -em (-um *var. l.*) autem virum quis sufferet? (*Vulg.* spiritum ... ad irascendum facilem). VITAE patr. 5, 7, 22 si venerit homini tentatio, undique ei multiplicantur tribulationes, ut -is fiat et murmuret (*gr. 7, 29 ὀλιγωρήσῃ*). PALLAD. hist. mon. I 35, 10 p. 302[B] rec. *β* noli esse -is, *si cum alio loquor* (*rec. α* patere paulisper; *gr. p. 102, 19 μὴ μικροψύχει*). ORIG. in Matth. ser. 4 p. 8, 16 nemo ... -is constitutus caritatem habet. PHILAGR. med. 3 p. 159, 1 sitire se dicunt *aegroti* ... et -es sunt et cito furiunt.

adv. **pusillanimiter.** *i. q. pusillo animo* (*sc. sine spe, fiducia sim.*): MVTIAN. Chrysost. hom. 11, 1 p. 311[in.] quoniam ... -r erant ferentes, propter hoc repromissiones non sunt adepti ([*opp.* longanimiter; *gr. p. 90 ὠλιγοψύχεσαν*]. 26, 2 p. 397[in.] nihil ... lugeamus neque -r feramus [*gr. p. 179 μικροψυχῶμεν*]). 26, 2 p. 397[med.] crediderunt, deinde -r afficiebantur *parentes Mosis* (*subest Hebr. 11, 23; gr. p. 180 ὠλιγοψύχεσαν*). ORIG. in Matth. ser. 92 p. 208, 24 multum -r agere et diffidere non debemus.

deriv.: pusillanimitas.

pusillanimitās, -ātis *f.* *a* pusillanimis. *scribitur in codd. rec. etiam* puss- *vel* -il(l)i-. *de notione et differentia*: HIER. in Gal. 5, 22 l. 61 longanimitas sive patientia ...; huic contraria est -s. RVFIN. Orig. in num. 27, 12 p. 272, 20 sunt ... multi animae languores: avaritia ..., formido, inconstantia, -s. GLOSS. -s: *μικροψυχία. ὀλιγοψυχία. ὀλιγωρία. legitur in* VET. LAT. *et apud Christ. inde ab* EVAGR. (*in iure l. 74*), *sc. non nisi sing. et in orat. soluta; frequentant* CASSIAN. (*decies*), GREG. M. (*19[ies]*). [*confunditur in codd. c.* pusillitas *l. 60. p. 2735, 25.*]

significatur qualitas hominis, qui pusillanimis est, i. q. μικροψυχία (*quod gr. resp., nisi aliud indicavimus; in iunctura* mea -s *p. 2735, 2. 9. 11 et* PS. AVG. serm. 114, 1); *respicitur defectus*: **1** *virtutis, fortitudinis*: **a** *potius in sustinendo, tolerando*: **α** *labores varios* (*vitia aliorum l. 45. 52; in iunctura abundanti c. gen.* animi ISID. sent. 3, 57, 12, cordis PS. AMBR. trin. 6, mentis GREG. moral. 3, 35 l. 40, spiritus *l. 43*): VET. LAT. psalm. 54, 9 (Aug. epist. 95, 3. *al.*) expectabam eum, qui me salvum faceret a -e et tempestate (*gr. ἀπὸ ὀλιγοψυχίας,* VVLG. a -e spiritus, *Psalt. Rom.* pusillo animo. *pendent e. g.* AVG. serm. 343, 1 POMER. 1, 21, 4). 118, 53 (Ambr. *ad l.* serm. 7, 18, 1) -s ... detinuit me a peccatoribus derelinquentibus legem tuam (*gr. ἀθυμία, Rufin. Basil. reg. 50, 1* tristitia, *cod. 300* taedium, *Vulg.* defectio. *explicat* AMBR. *ibid.* qui fortior est, non propriam contumeliam dolet, sed aliena peccata). CASSIAN. conl. 5, 16, 5 de tristitia *nascuntur* rancor, -s, amaritudo, desperatio (*inde* GREG. M. moral. 31, 88 ISID. expos. in deut. 16, 3). 18, 6, 1 *eremum non* -is causa nec inpatientiae morbo, sed desiderio ... contemplationis ... sectati sunt *Paulus et Antonius.* 19, 10, 1 notabili mentis angore et evidentibus -is indiciis aestuare *solent eremi, cum visitantur.* CHRYSOST. hom. V 761[D] *paupertas* cogit homines ... multa inhonesta et indigna committere; non paupertas haec, sed -s facit. MVTIAN. Chrysost. hom. 19, 1 (*v. supra l. 3; gr. p. 141 τὸ ὀλιγοψυχεῖν*). GREG. M. moral. 2, 28 contra -em percussorum per psalmistam dicitur 'in miseriis non subsistent' (*psalm. 139, 11*). ORIG. in Matth. 16, 29 p. 573, 14 quando ... praesentia provocant eum *hominem* ad tristandum vel ad -em (*gr. ἀθυμίαν*). MART. BRAC. sent. patr. 95 homo habens mortem prae oculis omni hora vincit -em (pusillitatem *var. l.; gr. 21, 40 ὀλιγοψυχίαν*). *al.* **β** *iniurias, contumelias* (*addasne p. 2735, 12?*): CASSIAN. conl. 6, 9, 1 quod nulli malum ab alio possit inferri, nisi qui illud ignavia sui cordis ac -e contraxerit. 16, 27, 2 nequaquam ad vindictam iracundia cogente tendatis ...; non sint corda vestra ... inpatientiae ac -is angustiis coartata. 24, 15, 4 si *vitiorum pestis* irascibilem vulneravit sensum *animae,* furorem, inpatientiam, ... -em crudelitatemque parturiet. CANON. Turner I 1 p. 118 rec. II (*sim. al.*) requiratur ..., ne -e aut pertinacia ... episcopi ... excommunicati *sint* (*rec. IV* propter contentionem, *V, VI* levi ira). *ibid.* ut omni -e sublata munus mundum offeratur deo (*rec. I* fatigationis excusatione, *III, IV* animositate). RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 128, 26 *episcopi expulsi* reducantur ..., ut nullae -is reliquiae ecclesiis Christi resideant (*gr. I 1, 7 p. 158, 16 ἀθυμίας*). MVTIAN. Chrysost. hom. 24, 1 p. 385[in.] iracundus admiratur patientiam et culpat -em. IVSTINVS novell. Iust. 140 praef. ubi -s in tantum erigitur, ita ut inplacabilis horror fiat coniugibus una manentibus. *al.*

[Clementi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *potius in agendo, utendo sim.*: EVAGR. vita Anton. 49 p. 913 *a fidelibus* ea exigor, quae ⌊virtutem meae -is⌋ excedunt (*gr. ἐμὴν δύναμιν, Vita Anton.* v. meam). CASSIOD. hist. 9, 34, 4 *templum robustum vix destrui posse videtur*; Marcellus *episcopus* -em praefecti videns *eqs.* (*gr. Theodoret. 5, 21, 7 δειλίαν*). GREG. M. moral. 19, 50 cum caelestia appetunt ..., inconstantiae -e deficiunt. VITA Fulg. Rusp. p. 19 delicati viri mirabilem parsimoniam ... interpretabantur ex angustia natam -is.

2 *ingenii, facundiae*: PETRON. BONON. serm. l. 4 admiror ... vos ... -is meae arentes rivulos praestolari **([***l. 10 sq.* minimo rore facundiae]. *item c. affectata modestia loquentis*: EPHR. de die iudic. fol. 37^{r} audite bonum consilium -is meae [*gr. Assemani 2, 53*^{E} *εὐτελείας*]**)**. CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 226 ad tantam fatuitatem ac -em quidam eorum *scriptorum de religione Aegyptia* perducti sunt, ut non eos pigeret ... contra antiquas suorum scriptiones aliqua dicere (*225* vani ac fatui *homines* ... invidiam habuerunt. *an ad 1aβ?*).

pusillanimiter *nec non* **pusillanimus** *v.* pusillanimis.

[1. pusillātus: brevi[s] statura GLOSS. II 590, 41 (pusill[at]us *Heraeus in exemplari suo coll. p. 2736, 44. 70; 'an* pusillitas*?' Goetz vix probabiliter*).**]**

[2. pusillātus *v.* pusulatus.**]** **pusillianim-** *v.* pusillanim-.

*?***pusillis,** -e *v. p. 2736, 37.*

***pusillitās**, -ātis *f.* *a* pusillus. *scribitur in codicibus rec. etiam* puss-, pos(s)-. GLOSS. -s: *μικρότης. σμικρότης.* *legitur apud* SCAVR. app. *l. 30, in sacris script. et fere apud Christ. inde a* TERT. (*praeter l. 23. p. 2736, 26*), *nusquam in versu.* [*confunditur passim c.* pusillanimitas, *ceterum c.* pauxillitas (*q. v.*).]

significatur qualitas pusillorum quorundam (*meton. l. 33. p. 2736, 2*): **1** *rerum*: **a** *corporaliter de parvitate*: SCAVR. app. gramm. VII 33, 12 brevitatem huius libelli ... adglutinabis *priori* ..., quia huius -s sub ipso decentius prodire ... poterat. VET. LAT. III reg. 12, 10 (cod. 115, *sim.* 91) -s me⟨a⟩ crassior est lumbis patris mei (*gr. μικρότης, Vulg.* minimus digitus). PETR. CHRYS. serm. 144, 3 *Christum deum,* quem non capiebat -s humani corporis, cepit virginalis uteri magnitudo (*vergit ad b*). **b** *incorporaliter: de vilitate, ignobilitate*: TERT. resurr. 6, 1 illa -s, limus, in manus dei ... pervenit (*2* honoratur, quotiens manus dei patitur). *de infirmitate*: IREN. 2, 8, 2 paterni, *sc. pleromatis,* luminis ... -em et infirmitatem accusabunt, quasi non adtingat usque ad haec.

2 *animantium (eorum actionum p. 2736, 28), non nisi translate* (-s mea *vel* nostra *l. 44 sqq. 54 sqq. p. 2736, 1. 25. 27,* humana *l. 47. 60. p. 2736, 20; accedit gen. l. 50 sqq. 73 sq. p. 2736, 19. al.*); -s, *sc. status inferior, elucet*: **a** *comparata magnitudine divina*: **α** *agitur de hominibus infirmis, indignis*: Ⓘ *qualibet ratione*: TERT. adv. Marc. 4, 9, 8 quia *Christus* potentior fuerit famulo creatoris, quia ad Helisaei -em maior agnoscitur. GAVDENT. serm. 5, 19 quod adnuat ... -i meae salvator **(***item c. pron. poss.*: 17, 1 caelestibus beneficiis condignas referre gratias -s nostra non praevalet. AVIT. BRAC. Lucian. epist. rec. A 1 quae *visio* apparuit meae -i [-anim- *var. l.*] a deo**)**. ISID. eccl. off. 1, 30, 1 humana -s Christo ... celebritatem annuam praebet, *quia passione redemit mundum.* Ⓘⓘ *defectu intellegentiae*: LACT. opif. 1, 11 temptabo ... rationem, quantum -s intellegentiae meae pervidet, explicare. GAVDENT. serm. 9, 10 magnitudinem divini operis -s mentis humanae non invenit. 18, 2 non formidabo ... scribere pro -e sensus mei ..., quid sentiam **(**20, 1. HIER. in Eph. 5, 32 p. 536^{A} [*antea*: locus ... ineffabilibus plenus ... sacramentis]**)**. HIER. epist. 119, 11, 1 *non* tanta est meae -is auctoritas **([**-anim-, possibilitatis *var. ll.*]. *item c. pron. poss.*: PS. AVG. hypomn. 6, 4 l. 130 *si* scire non datur, quod supra nos est, nec a nostra -e quaeratur. FASTID. serm. 1 dicimus ..., quod nostrae dignatur -i divinitas ipsa largiri. GREG. M. moral. 27, 79 l. 121 -em [-anim- *var. l.*] ... nostram ad videndum dominum turba praepedit, *sc. ut Zacchaeum* [*cf. p. 2736, 70*]. *al.***)**. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 26, 7 p. 390^{C} humanam -em dominus velut imperfectam infantiam ... miraculis *alit* (*gr. μικροψυχίαν*). FERRAND. epist. 5, 1 ingenii mei -s.

β *agitur de ipsa divinitate, sc. cui ascribuntur impropria, a vera divinitate aliena*: TERT. adv. Hermog. 14, 2 dignius est deum etiam malorum auctorem liberum credere quam servum; quaecumque potestas ei quam -s competit. adv. Marc. 2, 25, 1 ad ceteras -es et infirmitates et incongruentias, *quae de deo in sacra scriptura narrantur,* ... purgandas ... pertendam. 2, 27, 6 *Christo* miscente in semetipso hominem et deum, in virtutibus deum, in -bus hominem. 4, 20, 8 ecce aliquid et de illis -bus et infirmitatibus creatoris in Christo, *quasi quid ignoraret* (*comparantur gen. 3, 9 et Luc. 8, 45*). 5, 5, 9 *veteris test. instituta* stultitiae et infirmitati et inhonestati et -i et contemptui deputari possunt. *al. in eodem opere.* IREN. 2, 13, 4 nulli similis erit omnium pater hominum -i. LACT. ira 5, 2 non cadere in deum hanc animi -em, ut ab ullo se laesum putet.

b *comparata dignitate hominum aliorum* **(***c. affectata modestia loquentis; accedit* mea, nostra [*praeter l. 4. 8*], *ita ut vergat in notionem meton. personae indignae* [*cf. p. 2735, 44 sqq.*]**)**: CYPR. epist. Silvan. l. 14 contristor, quod litteris vestris aspernamini -em meam resalutare. RVFIN. Greg. Naz. orat. 3, 14, 2 ⌊propriae -is (-anim- *var. l.*) oblitus⌋ officium magni Iohannis *praecursoris* ... subire contendo (⌊ ⌋ *Migne gr. 36, 349*^{C} *μικροῦ καὶ*). TRACT. Pelag. 5, 2, 1 p. 115 illud ... -is meae auribus intimatum est, quod exiguitatem nostram tantis laudibus praeferas. MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 49, 38 (*sim. al.*) supra patres -is, quae mihi inest, modus excrescat (*gr. I 1, 1 p. 26, 7 βραχύτητος, aliae vers. I 2 p. 37, 24* brevitatis, *I 5 p. 338, 8* mediocritatis). CONC.^{S} II 3, 2 p. 28, 12 (*relatio diaconi*) quae ab eo *episcopo* in nostram -em (-anim- *var. l.*) perpetrata sunt (*gr. II 1, 2 p. 15, 40 μικρότητα*). IVST. VRGELL. epist. ad Serg. p. 962^{D} nostram ... -em sanctis orationibus in domino fove. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 201, 18 (*relatio iudicis ad comitem*) hoc ... per -em meam pervenit ad finem; nam sacra ... loca reserata sunt *eqs. al.* *de -e spiritali, sc. humilitate*: AVG. serm. 353, 1 regnum caelorum *est* humilium ..., hoc est, spiritualiter parvulorum ...; magnorum est ista -s.

c *vario modo*: PONT. vita Cypr. 8, 1 secessum *a martyrio* ... non hominis -e conceptum **(**[-anim- *var. l. ut loco seq.*]. *de timiditate ut*: PASS. Montan. 7, 6 *cum martyr* per humanam -em diceret**)**. LACT. inst. 6, 17, 17 parcere, id est mediocriter uti pecunia, quasi quaedam -s animi est ... praetimentis, ne sibi desit. EPIST. Ann. 1 vitam in speciem -is habemus; nam divitiarum vana spectantes *eqs.* AMBR. in Luc. 8, 61 labuntur illi, quos pusillos ... virtutis -s fecit (*sim. de defectu virtutis*: RVRIC. epist. 1, 1 p. 352, 6 non ... adhuc valet -s nostra metum obnoxiae conditionis expellere). SCHOL. Hor. gloss. *Γ* carm. 3, 16, 28 ('magnas inter opes inops') sufficit mihi -s mea. HESYCH. in lev. 13, 4 p. 937^{B} *Petri* inquisitionis ... -em reprehendens ait *Iesus*: 'non ... septies *dimittas fratri tuo, sed eqs.*' (*Matth. 18, 22*).

– **[pusillulus,** -a, -um *non nisi in falsis var. ll. pro* paux- (*v. vol. X 1, 861, 57, ubi addas* AMBR. *ibid. l. 67*), pusillus VARRO Men. 279 (*v. app. crit.*).**]**

***pusillus,** -a, -um. *a* pusus *deminutive. de origine cf. infra l. 42 sq.* *scriptura* -ll-, *quam testatur* SCAVR. gramm. VII 20, 17, *passim trad. in codd.* (-ilu(m) *v. p. 2740, 9*), *hic illic etiam* puss-, *e. g.* MARCELL. med. 15, 87 APIC. 8, 7, 7; *latere vid.* -us *in formis depravatis* pisil(l)-, -il(l)i- *p. 2739, 55. vol. X 1, 2213, 58 et* GLOSS. NOT. Tir. 54, 28 -um. 54, 28^{a} -us. *de formis: abl. III*^{ae} *decl.* AVELL. 166, 1 -i sermone (*si recte trad.*). *compar.* -ior *l. 69. p. 2737, 14. 2738, 64; superl. deest* (*cf.* oppido -us *l. 63,* satis *p. 2738, 28,* valde *p. 2737, 3*). *de notione et differentia*: CHAR. gramm. *p. 2637, 75.* CASSIOD. in psalm. 36, 10 l. 198 -um, exiguum aliquid parvumque significat, quod constrictis digitis manu possit includi; (l. 200) -um enim a pugno dicitur (*cf.* 54, 9 l. 156 -um ... a pugillo dictum *eqs.*). DIFF. ed. Beck p. 74, 4 paulum mediocritatis est, -us quantitatis, ut -a statura, id est exigua. GLOSS. -us: *μικρός. μικροφυής.* -a: parvula. -os: parvos, modicos. *al.* *legitur in versibus fere humilioribus apud* PLAVT., VARRONEM, CATVLL., HOR., OV. *al., sc. singulis binisve locis* (*decies apud* MART.); *in prosa oratione inde a* CATONE (*bis*), CIC. (*12*^{ies} [*10*^{ies} *in epist.*]), *frequentatur a* SEN. *min.* (*40*^{ies}) *et in sacris script.; cf. vol. X 1, 554, 4 sqq.* [*confunditur e. g. cum* pauxillus, *v. vol. X 1, 862, 38.*]

i. q. admodum parvus, μικρός **(***quod gr. resp., nisi aliud indicavimus.* -us *inconcinne respondet comparativo e. g. p. 2737, 56. 68. 2739, 3, superlativo e. g. p. 2737, 54. 2738, 59. 2739, 8; accedit abl. respectus l. 70. p. 2738, 30 sq. 45; iungitur c. aliis demin. p. 2737, 1. 3. 15 [in eorum explicationibus p. 2737, 9. 15. 25. 35. al.]; opp. imprimis* magnus, *e. g. l. 74. p. 2737, 5. 2738, 75***)**: **I** *corporaliter*: **A** *c. respectu spatii (simul temporis p. 2737, 2 sq.); pertinet ad parvitatem*: **1** *animantium eorumve partium corporis* (*addasne p. 2738, 26?*): PLAVT. Truc. 868 cogitato mus -us quam sit sapiens bestia **(***item de animalibus*: VET. LAT. psalm. 103, 25 [cod. 300, *sim. al. et* VVLG.] *in mari sunt* animalia -a cum magnis. IREN. 2, 30, 8 muscam aut culicem ...; contemptibilia animalia -a. PORPH. Hor. carm. 3, 27, 7 manni equi dicuntur -i**)**. CIC. de orat. 2, 245 -us testis processit (*postea*: iudex ... brevior). Att. 4, 15, 6 nihil tam -um, nihil tam sine voce *quam actor quidam.* CATVLL. 54, 1 Otonis caput oppido est -um. HOR. sat. 1, 5, 69 cui *servo* satis *ad vescendum* una farris libra foret, gracili sic tamque -o. SEN. contr. 7, 4, 8 Festus quidam rhetor, staturae -ae. SEN. nat. 4, 11, 4 longiorem hominem citius quam -um debere *sole* calefieri. MART. 7, 55, 6 proba et -a *mentula mea.* 10, 98, 9 horridulos, rudes, -os hircosi ... filios subulci. APVL. met. 5, 9, 8 *maritum* cucurbita calviorem et quovis puero -iorem (*cf. p. 2638, 32*). VET. LAT. Luc. 19, 3 (cod. 4 = VVLG., *sim. al.*) statura -us erat *Zacchaeus* ([*cod. 3* s. brevi]. *inde* AMBR. in psalm. 43, 89, 5 exiguus et -us). PORPH. Hor. ars 50 intestinum -um (*cf. vol. VII 2, 7, 48*). DARES 12 *Helena* cruribus optimis ..., ore -o. ORIG. in Matth. 13, 26 p. 250, 6 in corporibus ⟨hominum⟩ differentia est, ut quidam eorum sint -i, alii ... magni, alii ... mediocres. *al.*

2 *rerum variarum*: **a** *generatim*: CIC. Verr. II 2, 185 -i et

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

contempti libelli *rationum, qui paucos menses comprehendunt* (*184* parvis l.; *cf.* epistula -a: Att. 6, 1, 23 ecce ... alia -a e. [*postea*: respondi etiam minori]. ad Brut. 22, 1). Att. 12, 27, 1 villula sordida et valde -a (*item de aedificiis*: fam. 12, 20 villa -a [*antea*: deversoriolum contempsisti]. VITR. 5, 6, 7 in -o et in magno theatro. PAVL. FEST. p. 368 've' ... pro -o utebantur (*cf. e. g. p. 379* ve ... syllabam rei parvae praeponebant). PS. SEN. mon. 182 domus. VET. LAT. Ezech. 46, 22 [cod. 175] atrium -um [*Vulg.* atriola]). fam. 9, 22, 3 'ruta' et 'menta' recte utrumque; volo mentam -am ita appellare ut 'rutulam': non licet (*item de plantis earumve partibus*: COLVM. 5, 11, 7 [= arb. 26, 6] -am arborem ⟨in⟩serere. PLIN. nat. 27, 38 tenuia ..., -a *folia.* 27, 60 flore nigro, -o, parvo semine. *al.* HIER. hom. Orig. in Ezech. 11, 2 p. 425, 4 [*respic. 17, 6*] *semen* factum est in vitem ... infirmam, verum etiam statura -am [*cf. l. 60*]. GALEN. alfab. 148 [de lentisco] cod. Lucc. foliis -ioribus [*cod. Paris.* minora]. *al.*). VARRO ling. 5, 118 trulla a similitudine truae, quae quod magna et haec -a (*item de vasis sim.*: 5, 120 patenas a patulo dixerunt, ut -as ... patellas. PETRON. 29, 8 pyxis aurea non -a. 34, 4 utribus. *al.*). SEN. epist. 84, 13 quaecumque videntur eminere in rebus humanis, quamvis -a sint et comparatione humillimorum exstent *eqs.* (*in imag. ut*: 88, 13 si artifex es, metire hominis animum; dic quam magnus sit, dic quam -us sit). 91, 17 *Alexander* sciturus, quam -a terra esset, ex qua minimum occupaverat (*item de terra, loco sim.*: MART. 12 praef. [*de municipio quodam*] in -o loco. VET. LAT. gen. 19, 20 [cod. 100] civitas ... -a [*Vulg.* parva]. *al.*). COLVM. 8, 5, 10 ex -is *ovis* aves minutae nascuntur. PLIN. nat. 36, 149 *lapidem* -um (*opp. 150* amplior). IVV. 14, 29 ceras. MAECIAN. distrib. 74 libella dicta creditur quasi -a libra. APIC. 2, 1, 7 -a isicia formabis. CASSIAN. c. Nest. 2, 3, 1 ex -a aliqua portione *veteris testamenti. al.* **b** *speciatim in deminuenda re maiore, quacum comparatur similis res minor* (*cf. p. 2739, 12*): CIC. Att. 5, 2, 2 habuimus in Cumano quasi -am Romam; tanta erat ... multitudo. SEN. nat. 2, 5, 2 *ovum,* -um tibi exemplar magnae rei, *i. mundi,* ponam. epist. 47, 14 domum *esse* -am rem publicam.

B *c. respectu quantitatis, numeri (cf. p. 2739, 47); pertinet ad paucitatem: pecuniae*: CORP. epist. lat. 10, 7 (*aet. Aug.?*) qui de tam -a summa tam magnum lucrum facit. SEN. contr. 9, 3, 14 -as mercedes ... accepisse *rhetorem.* VLP. dig. 15, 1, 5, 3 peculium dictum ⟨est⟩ quasi -a (pup- *var. l.*) pecunia sive patrimonium -um. *rerum variarum*: VET. LAT. gen. 42, 2 (Aug. loc. hept. 1, 165) emite ... -as escas (*Vulg.* necessaria). CHIRON 117 quod *granum* ... -um dabis (*cf. Veg. mulom. 1, 29, 5* paulatim offeratur et frequenter exiguum). 419 ex vino ... et calda *aqua* ⌊-a⌋ potionabis (*Veg. mulom. 2, 123, 2* parvula portione). HIER. hom. Orig. in Ier. 9 p. 656^{C} quod alii -um est, ... id ipsum alii multum est. PS. APVL. herb. 80 l. 13 amomum -um. PLIN. phys. Sang. p. 218 l. 17 mel -um. *al. apud medicos.*

II *incorporaliter*: **A** *c. respectu aetatis vel temporis*: **1** *de animantibus parvulis, nondum adultis (de ipsa aetate l. 73; vix addas p. 2759, 44; cf. p. 2738, 39. 2739, 1): adi.*: CATO agr. 157, 10 pueros -os si laves eo lotio, numquam debiles fient ([*inde* PLIN. nat. 20, 83]. VET. LAT. IV reg. 2, 23 [cod. 91. *al.; Vulg.* parvi]. Is. 11, 6 [Iren. 5, 33, 4; *Vulg.* parvulus]. PAVL. NOL. carm. 26, 153 *David* p. ... -us, robore grandis. *fort. huc iam* PLAVT. *vol. X 1, 862, 40; cf.* VARRO Men. 279 utri magis sunt p.? hi -i pigri, qui exspectant nundinas *eqs.* [*v. app. crit.*]). PLIN. nat. 32, 146 cordyla ... *est* pelamys -a. MART. 3, 47, 4 -i ... Herculis fanum (*cf. p. 2526, 22, nisi intellegas simulacrum parvum*). VET. LAT. gen. 42, 32 (Aug. loc. hept. 1, 172) duodecim sumus fratres ...; -us, *i. Beniamin,* ... cum patre nostro *est* ([*cod. 101* iunior, *Vulg.* minimus]. *sim. in serie cognatorum*: psalm. 151, 1 [cod. 300 = PSALT. Rom.] -us eram inter fratres meos et adulescentior. cant. 8, 8 [Epiphan. Schol. Phil. Carp. in cant. 227] soror ... -a et ubera non habet [*Vulg.* parva]). cant. 2, 15 (Rufin. Orig. in cant. 3 p. 241, 2, *sim. al.*) capite nobis vulpes -as, quae ... exterminant vineas (*Vulg.* parvulas; -as ... vineas *iungit e. g.* EPIPHAN. SCHOL. Phil. Carp. in cant. 65). OROS. hist. 7, 36, 3 *cum* non ... quisquam -us in imperio relictus ad maturitatem virilis aetatis evaserit. *al. masc. vel fem. pro subst.*: CIC. Att. 4, 15, 4 verita est ... -a, *sc. Tullia.* CIL IV 1971 (*c. affectu*) -e, usq(ue) va(le) (*loco manco ut*: 9189 [*carbone scriptum*] *si* ⟨Gl⟩uconis -a cresca⟨t⟩). VET. LAT. Is. 16, 2 (Barnab. 11, 3) eritis ... tamquam avis -is ablatis (*gr. νεοσσός, Vulg.* pulli). AVG. c. Iulian. 4, 8, 46 -i qui fari nequeunt. pecc. orig. 40, 45 liberans ... deus -os cum magnis ...; non ... solos aetate maiores, sed etiam -os eruit a potestate tenebrarum. **2** *de rebus ad parvulos pertinentibus vel parvulorum more crescentibus* (*cf. p. 2739, 34*): QVINT. inst. 11, 3, 32 *vox* tenuis, inanis, acerba, -a, mollis (CE 1581, 5 [*non post saec. III*]). IREN. 1, 6, 4 semen, quod est inde, *sc. e pleromate,* -um ... emissum, hic ... perfectum factum (1, 7, 5; *gr. utrobique νήπιον*). CHIRON 228 vitium *quoddam* plerumque in ⌊-as aetates⌋ contingit (⌊ ⌋ *Veg. mulom. 1, 46, 1* teneris a. *cf.* SEDVL. op. pasch. 3, 27 puer infantulus ..., aevi ... -i vel teneri). RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 236, 18 dum ... in initiis est et -a est, capi debet *cogitatio mala* (*opp.* adulta ... et inveterata). **3** *de tempore brevi, diebus paucis* (*cf. p. 2739, 75. 2740, 7*): VET. LAT. gen. 47, 9 (cod. 100, *sim. al.*) -i ... fuerunt dies vitae meae (*Hier. in Gal. 1 l. 24* modici, *sim. al., Vulg.* parvi; *explicat* AVG. loc. hept. 1, 195 -os pro paucis *positos*). Is. 54, 7 (Ps. Cypr. exhort. paen. p. 3) tempore -o dereliqui te ([*Vulg.* ad punctum in modico]. CHIRON 115 [*cf. Oder p. XXXII*]. PROSP. sent. 94. *al.*). 54, 8 (*ibid.*) in furore -o averti faciem meam (*cod. 186* modicum, *Vulg.* in momento indignationis).

B *vario respectu*: **1** *de animantibus* (*eorumque animo*): **a** *qui sunt infirmi, sc. animi sive angusti, anxii, sive intemperantis* (*cf. l. 16 sq. 23. al.*): **α** *vario usu*: animus -us (*cf. p. 2737, 20*): CIC. fam. 2, 17, 7 illud vero -i a. et ⟨in⟩ ipsa malevolentia ieiuni atque inanis, quod Ariobarzanem ... non regem, sed regis ... filium appellat. HOR. sat. 1, 4, 17 di bene fecerunt inopis me quodque -i finxerunt a. ..., perpauca loquentis. SEN. clem. 1, 15, 5 -o a. timuit. benef. 2, 27, 1 (*v. l. 22*). 2, 34, 4 parcissimum ... hominem vocamus -i a. dial. 5, 43, 4 hic, *qui de supplicio inimici cogitat,* non tantum mali a. est sed -i (*cf. l. 25*). MART. 3, 62, 8 haec *luxuriosa* a. ... -us emit. VET. LAT. Is. 35, 4 (*v. p. 2733, 60*). Col. 3, 21 (Pelag. *ad l., sim.* cod. 78. *al. et* VVLG.) ut non -o a. fiant *filii vestri* (*gr. ἀθυμῶσιν, cod. 75* ne deficiant). PORPH. Hor. sat. 1, 2, 7 nolle se videri sordidi -ique a. *al.; cf. l. 30.* *exempla cetera*: SEN. benef. 2, 27, 1 *Cn. Lentulus Augur* ingenii fuit sterilis, tam -i quam animi; ... nummos citius emittebat quam verba (MART. 9, 50, 1 i. mihi ... esse -um). dial. 4, 34, 1 -i hominis et miseri est repetere mordentem (MART. 1, 9, 2. 5, 82, 4 *promissam pecuniam non das,* -us h. es. IVV. 15, 70 terra malos h. ... educat atque -os [*opp. heroes Homeri; de statura cogitat Courtney, ut locus ad IA1 pertineat*]). epist. 44, 1 tu ... te -um facis *querendo.* TERT. adv. Marc. 2, 26, 3 *sec. Marcionitas est* satis ... -us deus in ipsa ... ferocia sua (*respic. exod. 32, 10; cf. p. 2739, 40*). EPIST. pontif. 388 Conc.^{S} I 2 p. 97, 28 confortentur manus fidelium fatigatae ...; qui -i sunt animo, convalescant. ACT. Pauli Cor. II rec. M 31 vos, -i fide. *al.* **β** *usu christiano indicantur variae qualitates spiritales* (*derivandae fere e locis sacr. script. infra allatis. vix cogites de infantibus [cf. Michel, Theol. Wb. NT IV 653 sqq.], sed de simplicibus, e. g. l. 41. 50, humilibus, e. g. l. 45 sq., doctrinae adhuc imperitis, e. g. l. 42. 48, sim. al.; adhibetur masc. pro subst. praeter l. 39. 46*): VET. LAT. Matth. 18, 6 (cod. 2, *sim. al. et* VVLG.) qui ... scandalizaverit unum ex -is istis, qui credunt in me, *praestat ei perire* (*explicant e. g.* AMBR. in psalm. 118 serm. 21, 19, 1 infirmae mentis infantiam. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 241, 11 scandalizari non potest grandis et perfecta, sed -a et rudis anima [*sublucet notio sub IIA1 illustrata*]. CONC.^{S} IV 1 p. 148, 2 fidei sensum cum omni cautela facere, *i. explicare sim.,* ad populos. ORIG. in Matth. ser. 13 p. 25, 30 de -is ecclesiae. 14 p. 26, 26 qui adhuc sunt -i in Christo et imperfecti). 18, 10 (*ibid.*). 18, 14 (cod. 4, *sim. al. et* VVLG.) non est vo⟨l⟩untas ante patrem vestrum ..., ut pereat unus ex -is istis (*cod. 5* minimis). TERT. adv. Marc. 4, 25, 5 imprudentia infantes ... et humilitate fidei -as *nationes* (*respic. Luc. 10, 21*). 5, 6, 1 quae *sapientia* fuerit in stultis et in -is et ⟨in⟩ inhonestis (*cf. I Cor. 1, 27* infirma). VEREC. in cant. 4, 29 l. 22 mala dogmata ... demonstrant *haeretici,* circumveniendo inscios et captivando -os. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 206, 8 *haereticorum* fraudes, quae etiam peccatoribus et -is et tardis hominibus ... patent. *al.*

b *qui sunt ignobiles, parvae dignitatis sim.* (*c. contemptu de hominibus nequam l. 55*): **α** *varia exempla*: VATIN. Cic. fam. 5, 9, 1 potentissimorum hominum conspirationem *neglegere* ..., -orum ac malevolorum obtrectationes *prosternere.* CATVLL. 37, 16 *puellam* amatis ..., quod indignum est, omnes -i et semitarii moechi. SEN. dial. 5, 25, 1 homini -o solacium in malis fuit, etiam magnorum virorum titubare fortunam. PRIAP. 14, 6 -a culti ruris numina. IVV. 10, 121 nec umquam sanguine causidici maduerunt rostra -i (*opp. Cicero*). TERT. adv. Marc. 2, 27, 7 deus -us inventus est, ut homo maximus fieret (*sim. de deo, qui homo factus est*: MAXIMIN. Aug. coll. c. Maximin. 13 p. 718 est ... filius ... non -us, sed magnus deus. CHROMAT. in Matth. 2, 6 -us apparet in corpore, qui sublimis est in maiestate. PETR. CHRYS. serm. 6, 3). VET. LAT. Ier. 49, 15 (cod. 180) -um dedi te inter gentes (*nisi* pup- *legendum; Vulg.* parvulum). LVCIAN. Cypr. epist. 22, 1, 1 apud -iores nomen dei ... confessus sum (*cf. Celerin. ibid. 21, 1, 1* penes magistratos huius mundi [*opp.* anguem maiorem, *sc. imperatorem?*]). LACT. mort. pers. 16, 4 Flaccinum praefectum, non -um homicidam. VVLG. sap. 6, 8 nec reverebitur *deus* magnitudinem cuiusquam, quoniam -um et magnum ipse fecit. COMM. instr. 2, 18, 11 in tuis divitiis communem te redde -is. CONC.^{S} II 3, 3 p. 53, 19 totius humani generis dominis ... deprecatio a Bassiano humili et -o episcopo ([*gr. II 1, 3 p. 45, 3 ἐλαχίστου*]. *sim. c. affectata modestia*: VITA Melaniae 42, 4 nos miserrimae et -ae [*gr. ἀχρεῖαι δοῦλαι*]. DRAC. Orest. 384 eximii proceres Danaum populique -i. PS. PRIMAS. in Rom. p. 415^{D} Paulus, id est -us et ultimus [*cf. Eph. 3, 8*]. FERRAND. epist. 5, 1 plangam cum -is fratribus meis, *i. monachis,* delicta). *al.* **β** *in locut.* magnus et -us *sim., qua*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

significatur universitas sine discrimine (*cf. l. 27. p. 2738, 68; quaedam ad IIA1 trahere possis coll. p. 2737, 67; saepius antecedit* omnis): VET. LAT. IV reg. 23, 2 rex ... et omnes viri ... et omnis populus a -o usque ad maiorem (*Vulg.* parvo). psalm. 113, 21 (cod. 300, *sim.* PSALT. Rom., VVLG.) *deus* benedixit omnes timentes dominum, -os cum magnis. apoc. 13, 16 (Primas. *ad l., sim. al. et* VVLG.) *signavit bestia* omnes magnos et -os et divites (et pauperes *add. Vulg.*) et liberos et servos. PAVL. NOL. carm. 24, 463 *deus* ipse fecit et -um et maximum. AVG. pecc. mer. 1, 27, 54 non sint ingrati homines gratiae dei, -i cum magnis, a minore usque ad maiorem. VICT. TONN. chron. II p. 194, 507 totius Aegypti omnes simul -os et magnos, liberos ac servos *eqs. al.*

c *quorum praestantia minuitur, ita ut inferiori comparari possint (cf. p. 2737, 27):* *arte*: CIC. ad Q. fr. 2, 12, 4 *Philistus* creber, acutus, brevis, paene -us Thucydides. *frequentia*: VLP. dig. 21, 1, 17, 14 erronem ita definit Labeo -um fugitivum esse, et ex diverso fugitivum magnum erronem esse.

2 *de rebus*: **a** *quae sunt debiles, infirmae, sc. minus infestant, oppugnant vel minus proficiunt, iuvant*: OV. rem. 730 infirmis culpa -a nocet. SEN. clem. 1, 25, 4 -a mala (*opp.* ingentibus). epist. 118, 6 non est ... avida felicitas, sed -a: itaque neminem satiat. MART. 3, 42, 3 vitium ... -um (*opp. 4* maius ... malum). 4, 43, 9 hoc leve et -um *dixi in te.* VET. LAT. num. 16, 13 (Aug. quaest. hept. 4, 26, *sim.* cod. 100) numquid -um hoc, ... interficere nos in heremo. Matth. 8, 26 (cod. 1) quam timidi [ha]estis, -(a)e fid⟨ei⟩ ([*gr. ὀλιγόπιστοι, cod. 4. al. et Vulg.* modicae]. Luc. 12, 28 [cod. 5 = VVLG.] vos -ae f. [*gr. ut supra, cod. 4. al.* parvae]. PS. ORIG. hom. in Matth. 3, 2 p. 259, 3. *al.; cf. p. 2738, 31*). VVLG. I reg. 25, 36 *uxor* non indicavit ei *marito ebrio* verbum -um aut grande. PS. ORIG. hom. in Matth. 3, 1 p. 257, 18 facta est tempestas magna et non -a. *al.*

b *quae sunt indignae vel minoris momenti* (*cf. p. 2737, 18*): SEN. nat. 2, 32, 3 -ae rei ministrum facis *deum,* si aliis omina (somnia *trad.*), aliis exta disponit (6, 32, 4 -a res est hominis anima, *sc. vita,* sed ingens res contemptus animae. epist. 123, 16 voluptas humilis res et -a est et in nullo habenda pretio. *al. apud eundem*). epist. 88, 2 hoc *studium liberale* est ... sublime, forte, magnanimum; cetera -a et puerilia sunt. 100, 9 *Cicero praeponendus est Fabiano philosopho*; cedam, sed non statim -um est, si quid maximo minus est. 114, 16 *sententiae oratoriae* -ae ... et pueriles *eqs.* 118, 12 multa naturae ... consentiunt, sed ... -a sunt (*syn.* levia ..., contemnenda). *al.* MART. 14, 10, 1 munera. QVINT. inst. 11, 3, 151 sunt *causae* ... tristes hilares ..., grandes -ae. TERT. adv. Marc. 2, 27, 1 quaecumque ... ut -a et infirma et indigna colligitis *ad destructionem creatoris.* VET. LAT. Sirach prol. (cod. 172) *in versione* lex et prophetae ... non -a⟨m⟩ habent differentia⟨m⟩ (*Vulg.* parvam. *cf.* SEDVL. op. pasch. 2, 17 distantia ... non -a inter spiritales epulas et corporales). *al.*

neutr. ⁂**pusillum,** -ī *pro subst.* (*sing. praeter l. 63. 72; masc. pro subst. v. p. 2738, 35*). *i. q. modicum sim.*: **1** *usu vario (accedit gen. part. praeter l. 48. 52. 53. 57. al.); pertinet ad*: **a** *corporea*: **α** *quantitatis parvae*: CATO agr. 90 (*vix ad 2c*) *massam coctam* depsito bene ...; primum -um, postea magis depses. PLANC. or. frg. Ascon. Mil. p. 39, 7 (*in imag.*) ⟨quod⟩ Q. Hortensius dixisset ...; cum -um edissent dulcedinis, largiter acerbitatis devorarent. SCRIB. LARG. 158 herbae salis -um admiscere (*in compositione ut*: MARCELL. med. 16, 38. *al.; ceterum*: PLIN. med. 2, 12, 4 bulbi genus ..., ex quo -um ... bibitur. CHIRON 282 (h)ordei -um. APIC. 4, 2, 25 aceti et defriti -um. PLAC. med. 28, 52 ex ... stercore -um. PS. THEOD. PRISC. add. p. 330, 24 grana XI cum ⌊aquae -o⌋ [*Rose dub. in app.; an legas* aqua -a *coll. p. 2737, 39. 42?* aqua pisile *trad., v. vol. X 1, 1101, 63*]. *al.*). CIL IV 1291 da fridam, *i. aquam frigidam,* -um (*in simili struct.*: HIER. hom. Orig. in Ier. 3, 3 p. 312, 10 testa, *in qua* attrahes aquam -um [*vertitur gr. Ies. 30, 14, cf. Vulg.* parum aquae]). CHIRON 117 abstinere ... ab omni esca ...; subinde -um porrigito (*inde* VEG. mulom. 1, 29, 5). SVLP. SEV. chron. 1, 43, 4 pugillum farris et -um olei (dial. 3, 2, 6. LEO M. serm. 42, 2 exiguum farinae ac -um o.). *al.* **β** *spatii parvi vel latitudinis parvae*: CIC. Att. 12, 23, 3 habet in Ostiensi Cotta ... -um loci. SEN. nat. 4, 11, 5 (*comparatur altitudo variarum arborum*) inter -a (illa *var. l.*) non potest magnum esse discrimen. epist. 91, 17 (*antea p. 2737, 20*) quis ... esse magnus in -o potest?

b *incorporea varia minoris efficaciae vel momenti*: TREBON. Cic. fam. 12, 16, 3 nactus *sum* in navigatione nostra -um laxamenti. SEN. contr. 2, 1, 26 in quo *dicto* -um inest insaniae (*cf.* VET. LAT. II Cor. 11, 1 [Lucif. non parc. 27] utinam sustineretis -um insipientiae meae [*cod. 78 et Vulg.* modicum quid i., *sim. al.*]). SEN. epist. 15, 9 detraxi tibi non -um negotii. 81, 16 *in comparatione beneficii et iniuriae* si -um erit, quod intersit (*opp.* si multum fuerit). 115, 2 animum ... -is occupatum (*item plur.*: QVINT. inst. 8, 3, 56 *v. vol. III 10, 14*). VET. LAT. Luc. 7, 47 (cod. 2. *al.*) *cui* -um dimittitur, diligit modicum (*gr. ὀλίγον, cod. 3. al. et Vulg.* minus). *al.*

c *tempus breve, non diuturnum*: SEN. apocol. 3, 3 -um temporis adicere (epist. 99, 2). VET. LAT. Marc. 14, 70 (cod. 1, *sim. al. et* VVLG.) post -um ... dicunt (HERM. vulg. sim. 9, 6, 1 ⌊p. -um⌋ ... video multitudinem virorum [⌊ ⌋ *Pal.* paululum]. VVLG. sap. 15, 8. *al.*). IREN. 2, 17, 4 *facularum* altera ... ⌊ante -um⌋, altera ... nunc accensa est ([⌊ ⌋ a. tempus illum, a. -um t. *var. ll.*]. PS. ORIG. hom. in Matth. 2, 4 p. 249, 28).

2 *in locut. adverbiali per acc.* -um (*abl.* -o *l. 12. 23*) *indicatur mensura quaedam exigua, quae spectat ad*: **a** *tempus* (*sc. non diuturnum vel brevi instans*): CE 120, 1 (*saec. I² a. Chr.*) (h)eus tu, viator, veni ... et quiesce -um ([pusilu *lapis; ad stirpem* *puselo- *revocat Massaro, Invigilata Lucernis 12, 1990, 214 agnoscens finem senarii iambici*]. *cf.* VET. LAT. Os. 8, 10 [cod. 176] requiescent -um [*Vulg.* paulisper]). SEN. epist. 26, 8 exspecta me -um. SCRIB. LARG. 53 ut sucus ... contineatur -o diutius. VET. LAT. exod. 17, 4 (cod. 102. 104; *loq. Moses*) quid faciam populo huic *murmuranti*? adhuc -um et lapidabunt me ([*Vulg.* pauxillum]. Ioh. 13, 33 [cod. 3. *al.*] a. -um vobiscum sum [*cod. 2. al. et Vulg.* modicum]. IV Esdr. 16, 53 a. -um et tolletur iniquitas. *al. in sacr. script.*). *al.* **b** *spatium* (*sc. viae vel distantiae*): VITR. 10, 2, 15 -um extra progrediar *disserendo* (*in imag. ut*: QVINT. inst. 8, 6, 28 -um a vero discedo). CHIRON 518 numquam inuras articulum ... in nervosis locis, sed aut supra -um aut infra (*cf.* VEG. mulom. 2, 141, 4 superius aut inferius -um). *al.* **c** *vim, vehementiam sim.* (*sc. actionis, affectionis; vix huc p. 2739, 48*): SEN. apocol. 13, 3 -um perturbatur *Narcissus,* ... ut illum vidit canem, *i. Cerberum.* SCRIB. LARG. 66 -o (paulo *var. l.*) pressius *perungere* (*item per abl. mensurae*: CASSIOD. gramm. VII 151, 7 [*e Cornuto*] observanda -o diligentius est ... compositio. 206, 11 non nulli -o diligentiores [plus illo *var. l.*]. *cf. l. 12*). HERM. vulg. vis. 4, 1, 6 -um resplenduit sol (*Pal.* modicum). VITAE patr. 6, 3, 16 quacumque ... hora ... oraveris pro eis, tunc consolantur -um (*gr. Cot. p. 547ᴬ ὀλίγον*). *al.*

deriv.: pusillitas; *cf.* pusilio.

compos.: perpusillus; pusillanimis (-us).

cf. Onom. *Clementi.*

[*ὑποκεντῶ*: pungo, **pusingo** GLOSS. II 466, 34. *corruptum*; stingo *vel* suppungo *temptavit Goetz in indice s. v.* suppingo *Heraeus in exemplari suo.*]

pūsīn(n)us, -a, -um. *a* pusus (*de etym. cf.* pisinnus *vol. X 1, 2213, 60 sqq.*). *scribitur* -sinn- *non nisi l. 41,* -tzin- *l. 44* (*cf.* -cin- *p. 2473, 13 sqq.*). [*falso trad. manu pr. pro* pusillus *vol. X 1, 2213, 67 sq.*]

i. q. pusillus; adhibetur pro subst. (*praeter l. 39?*): **1** *fem. vel masc. de puellula vel puerulo* (*addasne adi.* pucina *p. 2473, 16?*): CIL IV 1405 -a, multi te amant ([pusiva *legit Mommsen*]. *item fem., sed forma* -inna: VI 26704 [*saec. I*] Spude -a miserina). III 12711 innocentissimo -o Ienuaeio (*i.* Ianuario). **2** *neutr. de parva quantitate* (*cf.* pusillum *p. 2739, 47*): ANON. med. ed. Piechotta 78 quagulum (*i.* coag-) de lepore putzinum (*cf. in eadem re e. g. Plac. med. 3, 18 rec. β* ex coagulo leporis ... dragmas IV).

cf. Onom. *Bk.*

⁂**pūsio,** -ōnis *m.* *a* pusus (*cf.* pumilio). *genus* commune, ut pumilio *testatur* CLEDON. gramm. V 42, 5, *sed fem. non exstat.* GLOSS. -o: primus natu. parvulus, a quo deminutive pusillus. est infans. *al.*

i. q. puer pusillus (*iocose etiam de adultis l. 60. p. 2741, 2; adhibetur fere c. affectu, cf.* dulcis *l. 74,* scitulus *l. 59; in iunctura abundanti c.* parvulus *l. 68,* puerculus *l. 70*): **1** *qui ad rem veneriam adhibetur, libidine petitur* (*opp.* adultus *l. 59*): CIC. Cael. 36 qui *minimus frater* propter ... nocturnos ... inanes metus tecum, *Clodia,* semper -o cum maiore sorore cubitavit (*exemplum vocis humilis laudat Quint. inst. 8, 3, 22*). IVV. 6, 34 sq. illud nonne putas melius, quod tecum -o dormit? (35) -o qui noctu non litigat *sicut uxor* (pu(n)gio *var. ll. utrobique; cf. Schol. Iuv. 6, 34* pu[n]gio ...: a facto nomen [*locum addas p. 2537, 50*]). ARNOB. nat. 5, 31 scitulos -es atque adultos ... adpetitos esse inceste *a deis.* *laxius de adultero*: APVL. met. 9, 7, 5 adulter, bellissimus ille -o, ... uxorem fabri ... dedolabat. **2** *qui aetate minor, ingenio puerili est* (*in compar. l. 68 sq.*): CIC. Tusc. 1, 57 -em quendam, *i. Menonis puerum,* Socrates interrogat quaedam geometrica (*cf. p. 2522, 27*). SEPT. SER. carm. frg. 7 -i meo septuennis cadens (*obscurum; respiciunturne dentes?*). TERT. nat. 1, 16, 14 ⌊-o honeste natus⌋ ... domo excidit, *i. evasit* (⌊ ⌋ *Reifferscheid,* punitione senatus *trad.*). ARNOB. nat. 5, 25 p. 281, 15 *pudenda* in speciem levigari nondum duri atque histriculi -is. 6, 26 p. 340, 16 ut *homines* ab actionibus improbis tamquam parvuli -es ... constringerentur *simulacris deorum* (7, 8 p. 350, 9 ut p. -es ..., ita di inmortales placamenta ... sumunt. 7, 32 p. 383, 1). 7, 42 p. 397, 19 puerculi ... -es (*v. p. 2522, 30*). HIER. epist. 54, 4, 2 an vereris, ne ... ex te parens tuus non habeat -em? (portionem *var. l.*). 79, 6, 2. PRVD. apoth. 592 *Iohannes Baptista in utero materno* vagire sibi ... -o nondum norat (*591* infans). cath. 11, 13 *Iesu, nascendo* emerge, dulcis -o. perist. 10, 665 (*663* parvum nec olim lacte depulsum). *al.*

3 *qui statura brevi est* (*sc. de adulto, ut sit fere i. q. pumilio*): SCHOL.

[Clementi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Hor. sat. 2, 3, 308 ('bipedalis ... corpore maiorem rides') te in altum erigis, cum sis ... -o (pusillus *var. l.*).

cf. Onom.

pūsiola, (-ae) *f.* *a* pusus (pusa) *deminutive.* *i. q. puellula*: PRVD. perist. 3, 20 crepundia reppulerat ludere nescia -a.

[pusiva *v. p. 2740, 40.]* **pusma** *v.* piesma.

pussill- *v.* pusill-. **pussula** *v.* pusula.

***pustella,** -ae *f.* *a* pus(t)ula. *scribitur* -tull- GLOSS. II 165, 30; *v. et l. 15.* NOT. Tir. 111, 91[a] -a. GLOSS. -a: *φλυκτίς. φλύκταινα.* -ae: *φλυκτίδες.* [*val.* puşteà, *prov.* postella (*nisi postea receptum*), *hisp.* postilla, *dial. port. mer.* postella; *cum* vessica *contaminatum est val.* beşică. *cf. M.-L. 6866. Wartburg IX 621. Corominas*[2] *IV 620. C. S.*] [*variat in codd. passim c.* pus(t)ula, *q. v.*]

i. q. pustula (*explicatur l. 16. 22 sqq.*): GARG. MART. med. 11, 6 *lactucae* combusta sanant, si ante -as inlinantur (-os, -tul(l)as *var. ll.*). PLAC. med. 7, 6 rec. *β remedium* epinictidas, id est -as, quae in nocte ingravescunt, in pus convertit. 17, 16 rec. *β*. 29, 19 rec. *β* ad -as oculorum: gallinae adeps -as (-tul- *var. l.*) oculorum reprimit. SORAN. p. 44, 18 si ... exanthemata et -ae cum humectis vulneribus exierint (*gr. p. 90, 5 φλυκταίνας. sim.* ORIBAS. syn. 5, 6, 1 add. La p. 52). DIOSC. 2, 64 p. 206, 18 -as aurium (*gr. 2, 81, 1 ὦτα πυορροοῦντα*). ORIBAS. syn. 7, 12, 1 La p. 143 *Graeci* antracas dicunt[ur] -as malas, quas nos carbunculo⟨s⟩ dicere possumus (*sim.* Aa, *gr. deest. cf.* PALLAD. hist. mon. I 26, 6 p. 292[A] rec. *α* -a quaedam, quam carbunculum vocant, nata est [-tul- *var. l.; rec. β* postula; *gr. p. 82, 13 ἄνθρακ*]. GLOSS. III 599, 4 carbunculus: mala -a, qui dicitur clavus**)**. *al.*

pustula *v.* pusula. *Clementi.*

pustulāgo, (-inis) *f.* *a* pus(t)ula. *nomen herbae, quae pustulis medetur* (*cf. Diosc. gr. 3, 112, 2 ῥήσσει ... ἀποστήματα. ad rem v. André, Les noms de plantes, 1985, 211*): DIOSC. gr. Vind. 3, 112 *βήχιον ... Ῥωμαῖοι τουσσιλάγω ..., οἱ δὲ πουστουλάγω.*

pustulātio, -ōnis *f.* *a* pustulare. *i. q. actio pustulandi* (*sc. quae remediis provocatur*): CAEL. AVR. acut. 3, 16, 134 *medicus quidam* cucurbitas affigit usque ad partium *curandarum* -em (*sim.* 3, 16, 136 u. ad -em corporis). chron. 5, 1, 17 -em locorum faciendam (5, 1, 18 quo ... vis medicaminis -em faciat loci. 5, 1, 19).

pustulātus *v.* pusulatus.

pustulēsco, -ere. *a* pus(t)ula (*cf.* pustulo). *i. q. pustulosum fieri* (*sc. vi medicamentorum causticorum*): CAEL. AVR. chron. 5, 1, 17 *alii* sinapi cataplasmantes, quo superficies cutis -a[n]t. CASS. FEL. 53, 4 thapsiae suco ipsas illines partes *sanandas* et sines, donec inflentur sive -ant.

pustulla *v.* pustella.

pustulo, -āre. *a* pus(t)ula. *scribitur* post- *l. 48.* *formam* -tus *vix a verbo derivandam v. p. 2743, 28.* [*a* pus(s)ulare *fort. derivatum est astur.* apusllar *'affligere'. cf. M.-L. 6867. Corominas*[2] *IV 620. C. S.*]

1 *i. q. pustulam efficere* (*c. obi. quod efficitur, an intrans. c. acc. adv.?*): TERT. cult. fem. 1, 6, 2 quodsi concha illa aliquid intrinsecus -at (post- *codd.*), vitium ... eius *est* (*respicitur margarita; postea*: conchae illius aliqua dura et rotunda verruca). **2** *i. q. pustulis afficere, sc. cutem sim.*: CAEL. AVR. chron. 2, 4, 75 praetegenda vicina sunt ..., ne facile -entur. 5, 1, 16 ne ... usta -entur. 5, 1, 18 pulvisculi *ex calce* cutis superficiem -bunt (*cf.* 5, 1, 19 donec cutis -etur). DIOSC. 2, 159 p. 241, 23 *capparis genus viscidum* os -at, gingivis putredine⟨m⟩ infert (*gr. 2, 173, 3 φλυκταίνουσα*).

deriv.: pustulatio; *cf.* pustulesco.

pustulōsus *v.* pusulosus. *Wk.*

***pūsula** (pussula, pustula), -ae *f.* [*apparet rem appellatam esse a flando* (*ita ut theod.* Blase, Bläschen, *a* blasen). *haud paucae aliae linguae in syllaba prima verborum flandi utuntur syllaba onomatopoetica, qualis est* pu-, pus-, phut- *sim., e. g. gr. φυσάω, theod.* pusten, *russ.* pychat', *lett.* pust (*cf. Frisk, Gr. etym. Wb. II 1055 sq.*); *forma lat.* puss- *recentior esse videtur, sed quomodo explicanda sit formarum varietas, parum liquet. Fo.*] *scribitur* pusu- EDICT. imp. Diocl. *p. 2742, 69.* INSCR. ocul. Voinot 150[a], *quod praevalet in codd. rec.* CELS., PLIN. nat., MARCELL. med. *al.*, pust- ORIBAS. syn. 7, 37 add. Aa p. 180. *al. et in codd. rec.* (*ubi variat c.* pusu-), puss- ORIBAS. *p. 2742, 12. al.* (*in var. l.* TIB. 2, 3, 10. *al.*), post- ORIBAS. eup. 2, 1 *A* 35 La p. 439 *et e. g. l. 24; ceterum varie depravatum, e. g.* -sull-, posu-, pusc-, pult-. NOT. Tir. 111, 91 -a. *vix agnoscas acc. sing.* -um CHIRON 922 (*Oder,* -am *codd.*). *de notione*: ISID. orig. 4, 8, 20 -a est in superficie corporis turgida veluti collectio. GLOSS. pustula: *φλοκτίς* (*i. φλυ-*). *ψυδράκιον.* GLOSS.[L] Corp. P 868 -a: oncgseta (*anglosax.; ad* VVLG. *p. 2742, 33*). *al.* *legitur in versibus apud* TIB. (*semel, ut* CALP., COMM.), MART. (*ter*), *in prosa orat. inde a* VITR., CELSO, *imprimis in re medica.* [*a* pustula: *val.* puşche, *maced.* puşcłe *'pestis', dial. reat.* puskyu *'haustus aquae', dial. rom.* (*Zagarolo*) puskyu *'umor exsudatus'. cf. M.-L. 6867. C. S.*] [*confunditur in codd. c.* pustella *e. g. l. 14 (cf. p. 2741, 13), c.* pusillus *e. g.* COLVM. 7, 5, **16** PLIN. nat. 20, 211.]

1 *proprie significatur genus tuberculorum sim., quibus cutis afficitur*: **a** *usu communi* (*praevalet plur.; de sing. collect. cogitare possis e. g. l. 7. 36; cf. l. 54*): **α** *respicitur causa, ex qua fiunt -ae, sc. imprimis ustio vel remedia caustica, herbae* (*praeter l. 8. 17 sq.*): TIB. 2, 3, 10 nec quererer, quod ... laederet ... teneras -a rupta manus (*sim. respicitur laesio cutis assidue tritae*: MART. 14, 167, 1 fervida ne trito tibi pollice -a surgat, exorment ... plectra lyram). CELS. 4, 13, 2 sinapi ex aceto super pectus inponitur, donec ulcera -asque excitet (*cf. l. 13*). 5, 27, 13[A] quae *medicamenta* ... -as prohibeant *in adusta cute.* 5, 28, 15[A] similis iis -is, quae ex urtica vel sudore nascuntur (*inde* ORIBAS. syn. 7, 37 add. Aa p. 181). PLIN. nat. 20, 238 *sinapi* caustica vi emendat -as faciendo (*inde* GARG. MART. med. 29, 11 [pustellas *var. l.*]). 21, 42 -as ambusti modo facit *iris.* 25, 173 -as ... ut ignis faciunt *folia ranunculi.* 27, 77 enneaphyllon ... folia ... habet causticae naturae; ... *cum imponitur,* continuo -as excitat. *al.* CHIRON 514 mus *araneus* ... si momorderit iumentum ..., -ae exeunt per totum corpus (*inde* VEG. mulom. 2, 146, 3 [pustella *var. l.*]). CAEL. AVR. chron. 5, 1, 20 donec materia *cuti imposita* carbonescat atque -as cutis efficiat. GALEN. alfab. 278 (de thapsia) cod. Lucc. inflationes et -as circa faciem et manus (cod. Paris. in manibus et facie). *al.* **β** *varia exempla* (*selecta*): CELS. 2, 1, 6 tum *vere* lippitudines, -ae, profusio sanguinis, abscessus corporis, ... destillationes oriri solent. 3, 22, 2 ut per adsiduas -as aut ulcera summa cutis exasperetur. 5, 28, 1[A] eius *carbunculi* hae notae sunt: rubor est, superque eum ... -ae eminent, maxime nigrae *eqs.* 5, 28, 4[D] acu -ae ... aperiendae. 5, 28, 15[B] ex -is ... nonnumquam etiam ulcuscula fiunt. SCRIB. LARG. 26 quod *collyrium* etiam ad -as papulasque et suppurationes oculorum facit. CALP. ecl. 5, 74 circumspice, ne sit acuta forcipe laesa cutis *ovis,* tacitum ne -a virus texerit ... sub vulnere. PLIN. nat. 1, 34 (*in summa*) *medicinae ad* fistulas, callum, -as, scabiem *eqs.* 20, 216 *coriandrum* sanat et alia vulnera, epinyctidas -as tritum. MART. 11, 98, 4 non ulcus acre -aeve lucentes *prosunt contra basiatores.* VVLG. lev. 13, 2 homo, in cuius carne et cute ortus fuerit diversus color sive -a ..., adducetur ad ... sacerdotem. AVG. serm. 8, 9 sexta plaga: -ae in corpore et vesicae bullientes *eqs.* (*cf. exod. 9, 10*). COMM. apol. 147 *post resurrectionem* in corpore nostro ... non -a surget. MARCELL. med. 36, 74 quod medicamentum ad omnes collectiones et glandulas ... et ad omnes -as ... potentissimum est. HIPPOCR. aphor. 2, 15 ubi ... -ae in corpore nascuntur (*gr. φύματα*). GREG. TVR. Franc. 5, 10 frigoriticis, -is laborantibus ... per orationem remedia conferebat *sanctus Patroclus. al.*

b *usu peculiari*: **α** *in imag. vel compar.*: SEN. dial. 5, 43, 4 magis ignosco ei, qui vulnus inimici quam qui -am concupiscit (*sc. supplicium non grave*). epist. 72, 5 extrinsecus aliqua sunt incommoda, velut in corpore ... eruptiones quaedam -arum et ulcuscula. CAES. AREL. serm. 179, 3 *animam* velut quibusdam -is ... deformem faciunt *peccata.* 181, 6 *homo malus* sic est, quomodo -a mala in corpore (*et bis ibid.*). **β** *per synecdochen significatur morbus quidam*: COLVM. 7, 5, 16 (*inde* PALLAD. vet. med. 32, 4) insanabilis sacer ignis, quam -am vocant pastores. MAR. AVENT. chron. II p. 238, 571 infanda infirmitas, ⟨quae glandula⟩, cuius nomen est -a, ... innumerabilem populum devastavit (⟨ ⟩ *v. vol. VI 2, 2030, 10 sqq.*). GREG. TVR. Franc. 5, 34 p. 239, 5 rusticiores ... ⟨coralis⟩ hoc, *sc. morbum,* -as nominabant (⟨ ⟩ *obscurum*; crurales *tempt. Latouche, Hist. des Francs I, 1963, 295*). **γ** *laxius significatur ulcus maius, carbunculus sim.* (*non nisi sing.; exempla potiora, cf. e. g. l. 33. 36*): GREG. TVR. Mart. 1, 13 *quidam* veneno -ae pervasus (vit. patr. 14, 2 malae -ae [19, 2]). *ibid.* haec medella *eum* ... ab interitu -ae ... liberavit. *al. in eodem cap.* vit. patr. 19, 4 p. 740, 7 pes ... a -a mala conflaverat. VEN. FORT. vita Germ. 69 *femina* -am habens in brachio. vita Radeg. 20.

2 *transfertur ad res speciem similem exhibentes*: **a** *varias*: VITR. 7, 2, 1 *calx,* cum non penitus macerata, sed recens sumitur, ... -as emittit. PAVL. FEST. p. 99 *hettam* -am dixerunt esse, quae in coquendo pane solet adsurgere. PLIN. nat. 20, 203 *opium sincerum* in aqua, ... ut nubecula innatat, fictum in -as coit. 37, 98 -is argenti modo relucentibus (*in gemmis vitiosis ut*: 37, 199 -a ..., scabritia in cute *eqs.*). **b** *argentum pusulatum* (*sc. technice et per synecdochen; v. p. 2743, 31*): MART. 8, 50 (51), 6 (*describitur phiala pretiosa*) vera minus flavo radiant electra metallo, et niveum felix -a vincit ebur. EDICT. imp. Diocl. 28, 9 G. (*v. Crawford-Reynolds, Zeitschr. Pap. Epigr. 34, 1979, 177*) de argento hoc est -a primi pondum I.

3 *appendix stilistica et syntactica*: **a** *iuncturae selectae*: **α** *verbales*: TIB. 2, 3, 10 rupta (CELS. 5, 28, 4[A]. 15[B] PLIN. nat. 22, 142 PLIN. phys. Sang. p. 267 l. 20). PAVL. FEST. p. 99 adsurgere (*cf.* surgere: MART. 14, 167, 1 COMM. apol. 147). CELS. 2, 1, 6 oriri (2, 7, 35. *al.* VVLG. lev. 13, 2 GREG. TVR. Franc. 9, 18 p. 432, 10). 5, 28, 15[A] nascuntur (MARCELL. med. 11, 25 HIPPOCR. aphor. 2, 15. *cf. p. 2741, 24*). PLIN. nat. 20,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

141 curant (MARCELL. med. 4, 47. 7, 21). 31, 103 reprimit (PLIN. med. 3, 9, 7). MARCELL. med. 7, 21 purgatae. *al.*

β *nominales*: Ⓘ *iuxta ponitur subst. notionis affinis* (*cf. enumerationes p. 2742, 22. 30. 37. al.*): CELS. 3, 22, 2 ulcera (4, 13, 2. *al.* PLIN. nat. 20, 44. 22, 137. *al.* MART. 11, 98, 4. *al.; cf.* -ae ulcerum: PLIN. nat. 22, 142 PLIN. med. 3, 4, 9 MARCELL. med. 4, 46). 5, 28, 15[B] ulcuscula (SEN. epist. 72, 5). SEN. dial. 5, 43, 4 vulnus (CALP. ecl. 5, 74 MARCELL. med. 7, 21. *al.; cf.* vulnus -ae: GREG. TVR. Mart. 1, 13 VEN. FORT. vita Radeg. 20). SCRIB. LARG. 26 papulas (PLIN. nat. 31, 99. 116. *al.*). MARCELL. med. 7, 21 furunculos. GALEN. alfab. 278 (de thapsia) inflationes. *al.* Ⓘⓘ *accedit adi.*: CELS. 3, 22, 2 adsiduas. 5, 26, 31[C] subnigris (*cf.* nigra: 5, 28, 1[A]. *al.*). 5, 28, 1[A] lividae aut pallidae (5, 28, 15[B]). 5, 28, 15[B] durior ..., subalbida, acuta. 5, 28, 15[C] pessima (*posit.* mala: MARCELL. med. 7, 21 GREG. TVR. Franc. 6, 8 p. 278, 3. 8, 15 p. 382, 14. *al., e. g. p. 2742, 46. 55; cf. p. 2741, 22. 25*). 5, 28, 16[A] umidiores, ... sicciores. PLIN. nat. 26, 6 parvas. *al.*

b *indicatur, ubi oriantur -ae* (*exempla selecta*): **α** *per locut. c. praepos. vel abl. loci*: CELS. 2, 7, 35 toto corpore (2, 8, 36). PLIN. nat. 29, 124 in pupillis (VVLG. lev. 13, 2 in ... carne et cute. AVG. serm. 8, 9 in corpore [HIPPOCR. aphor. 2, 15 CAES. AREL. serm. 181, 6]. MARCELL. med. 11, 25 in lingua. *sim. al.*). CHIRON 185 per totum corpus (*adde p. 2742, 17sq.*). GALEN. alfab. 278 *v. p. 2742, 20.* **β** *per gen.*: SCRIB. LARG. 26 oculorum (MARCELL. med. 8, 117. *cf. p. 2741, 17*). PLIN. nat. 22, 139 capitis (31, 99. 32, 98). 32, 107 verendorum. 34, 153 totius corporis. MARCELL. med. 11, 22 linguae. CAEL. AVR. chron. 5, 1, 20 cutis. *al.*

deriv.: pustella, pustulago, pustulesco, pustulo, pusulatus, pusulosus. *Clementi.*

⁂pūsulātus, -a, -um. *a* pusula (*vix p. p. p. verbi q. e.* pustulo). *scribitur* pusul- *in cod. ant. l. 36, in recc. etiam* pust-, post-, pusill-.

i. q. pus(t)ulis praeditus. adhibetur non nisi translate in sermone technico de argento puro (*cf. p. 2742, 65; respicitur modus parandi, probandi [cf.* aurum obryzum *ab usu obrussae dictum], cum in excoctione fiat e residuis plumbeis sim. superficies pustulosa* [*cf. theod.* Krätze], *qua sublata remanet argentum purum. ad rem v. e. g. Willers, Numism. Zeitschr. 30, 1898, 221sqq.; Regling, Wb. der Münzkunde, [2]1970, s. v.*): **1** *apud auctores*: ALF. dig. 19, 2, 31 cum argentum -um fabro daretur, ut vasa fierent (SVET. Nero 44, 2 exegit ... ingenti fastidio ... a. -um, aurum ad obrussam). MART. 7, 86, 7 nulla ... Hispani ... libra -i. **2** *in lateribus, nummis (non nisi in occidente inde ab a. 367/8; in oriente hic illic abusive adhibetur inscriptio auri* ob, *cf. vol. IX 2, 155, 6 et e. g. Inscr. numm. imp. Leon. X p. 290 n. 651); notatur*: ps: INSCR. numm. imp. Valent. IX p. 18 n. 22. p. 47 n. 25. *et saepe.* CIL XIII 10036, 15 *later ex officina* Pri(s)ci Tr(everis) p(u)s(ulatus) p(ondo) I. INSCR. Brit. 2402, 9. pu: INSCR. numm. imp. Const. X p. 349 n. 1525. pst: INSCR. numm. imp. Attali X p. 343 n. 1402. *al.* pus: CIL XIII 10036, 14 *later* (ex) of(ficina) ... *cuiusdam* Tr(everis) pus(ulatus) p(ondo) I. INSCR. Année Épigr. 2003 n. 1263[b] (*later e Germania sup.*) ex arg(entariis) pus(ulatum argentum). *al.*

[pūsulentus *et* pusicus (*vel* pusticus), *adi. a* 1. pus *derivanda, postulat Kübler, Arch. Lat. Lex. 8, 1893, 136sq., nullo exemplo allato. cf. p. 83, 28.*]

pūsulōsus, -a, -um. *a* pusula. *i. q. pus(t)ulis plenus*: CELS. 5, 26, 31[D] *serpit* ulcus in locum -um (pust- *ed. vet.*), ⌊pusulae⌋ in eum, qui pallet (⌊ ⌋ pust- *cod. J*). COLVM. 7, 5, 17 (*antea p. 2742, 47; inde* PALLAD. vet. med. 32, 6) vivam pecudem, quae fuerit -a, ... obruamus *terra* (pust-, pus(t)ill- *sim. var. ll.*). *Wk.*

pūsus, -ī *m. et* **pūsa,** -ae *f.* [*et notione et forma videntur conferenda e. g.* puer, 2. putus (*qq. vv.*), *sed minus liquet, quo suffixo* -us *auctum sit* (*-to-? *-so-?); *parum igitur constat etiam de forma originaria prioris syllabae* (*e. g.* *pūt-*?*). *Fo.*] [*e coni. dub.* LVCR. 4, 1026, *v. p. 2718, 51.*]

i. q. puerulus vel puellula: PAPIN. epigr. Varro ling. 7, 28 (*loco vexato; antea Varro*: epigrammation ... in adolescentem ... Cascam) ridiculum est, cum te Cascam tua dicit amica ...; ⌊dic tu illam -am⌋ ...; nam vere -us tu, tua amica senex (⌊ ⌋ *Turnebus,* dicit -um puellam -am *trad.*; dic '-um' tu illam *senem intellegit Courtney, Fragm. Latin Poets, 1993, 109 propter lusum c.* Cascam *et* cascum; *cf. Mart. p. 2674, 47*). CARM. Année Épigr. 1968 n. 448, 7 (*saec. III*) per(r)exin te -um *a morte*? (*2sq.* ora pue⟨lli sparsa ge⟩nas lanugin⟨e barbae⟩ prim(a)e). GLOSS. II 398, 35 *παρθένος μεγάλη* (*μει- trad.*): -a (*obscurum; cf. 392, 25 παῖς μέγας*: ⟨...⟩mus, *ubi* efebus *coni. Heraeus in exemplari suo*).

deriv.: pusillus, pusin(n)us, pusio, pusiola. *Clementi.*

1. putā *imperat. v. p. 2770, 1sqq.*

[2. puta, -ae *f., i. q. scortum, vix recte agnoscitur, v. sub* 3. pota; *non huc pertinet p. 2781, 10.*]

[putacilla: *κατάπτυσμα* GLOSS.[L] II Philox. PU 87. *corruptum*; sputatilica: *καταπτυστά coni. Nettleship coll. Cic. Brut. 260; Gloss.* sputaculum: sputum *contulit Goetz.*]

[putagonon PS. APVL. herb. interpol. 49 adn. 11. *nomen herbae corruptum pro βούφθαλμον Diosc. gr. Vind. 4, 33.*]

[putaisa CIL IV 9231, 4. *obscurum, v. p. 2757, 23.*] *Bk.*

⁂putāmen, -inis *n.* *a* putare. *scribitur etiam* pot-, *e. g.* PLAC. med. 29, 18 rec. **β** PLIN. phys. Bamb. 66, 6, *in var. l.* PLIN. nat. 30, 131 SER. med. 750. *de notione* (*adde l. 16sq. 57*): NON. p. 157, 30 -a non solum arborum sunt, verum omnium rerum purgamenta: nam quidquid ex quacumque re proicitur, (157, 32) -n appellatur ([*inde* GLOSS. -a: p.]. *affert l. 20 ut* DON. Ter. Ad. 796, 2 -a dicta sunt p. *cf.* PAVL. FEST. p. 166 naucum ait ... Aelius Stilo omnium rerum -n). *legitur inde a* PLAVTO (*item in versibus l. 30. 44. 54*), CIC., *frequentat* PLIN. nat. (*34[ies]*). [*falsa var. l. pro* putr- *p. 2772, 65. 70; e coni. dub.* CIC. Att. 4, 19, 1 rei publicae ... puta⟨mina⟩ (*Tucker*).]

fere i. q. res, quae putando, purgando tollitur vel tolli potest; significantur: **1** *varia tegumina, quibus interiora includuntur* (*cf.* CHAR. gramm. p. 43, 23 -n *λέπισμα* -is. GLOSS. -n: *κέλυφος, λέπυρον. ᾠοῦ λέπος.* testa de ovo. est cortex nucis. *in imag. l. 20. 47; disting.* corium *l. 30. 33,* cutis *l. 29* [*cf. l. 34*]); -n *est pars externa*: **a** *nucum: in imag., fort. proverbialiter* (*cf. Otto, Sprichw. n. 1247*): PLAVT. Capt. 655 nuculeum amisi, reliqui (retinui *Don.*) pignori -a (*i. e captivis liberum demisi, servum retinui*). *cetera exempla*: CIC. Tusc. 5, 58 *tyrannus* instituit ..., ut candentibus iuglandium -bus barbam sibi ... adurerent *filiae* ([*inde* VAL. MAX. 9, 13 ext. 4 i. nucum -bus]. PAVL. FEST. p. 98 nucum i. PLIN. nat. 23, 148 -e nucis i. [*sim.* 30, 101]. *ceterum de -e earundem*: PLIN. nat. 15, 86 *nucibus* gemino protectis operimento ... calycis ... *et* lignei -is. 15, 88 [*bis*]. 23, 148 -n combustum [*cf. Diosc. gr. 1, 125, 2 λέπυρον*]). VARRO rust. 1, 7, 3 -a suo loco *nux* quaeque habet naturā composita. COLVM. 5, 10, 14 (= arb. 22, 3) sine -e nucem ... abscondito. PLIN. nat. 15, 36 *sappinus* nucleorum cute verius quam -e adeo molli, ut simul mandatur. 15, 112 -e clauduntur nuces, corio castaneae. *al.* PALLAD. 2, 15, 19. AVSON. 25, 9 (344 S.), 10 duplici. **b** *pomorum* (*cf. l. 54sqq.*): FEST. p. 174 *naucum* -n quorundam pomorum est tenuissimum. PLIN. nat. 13, 60 pomum *arboris perseae* ... inclusum amygdalae -e et corio. 15, 116 detrahitur haec *cutis* ficis virentibus ut -n. 22, 143 cum -e punici (PLIN. phys. Bamb. 9, 14 mali p.). **c** *frugum variarum*: COLVM. 2, 11, 7 detractis -bus (*sc. fabae ut*: PETRON. 135, 5 grana ... sordidissimis -bus vestita. PLIN. nat. 17, 240). SCRIB. LARG. 76 prodest ... scilla ... purgatis exterioribus -bus (*inde* MARCELL. med. 17, 1 PLIN. phys. Sang. p. 235 l. 5). VVLG. iud. 16, 9 filum de stuppae tortum -e. CAEL. AVR. acut. 2, 38, 223 bulborum -a (*disting.* quae eorum corpulenta videntur). **d** *ovorum*: COLVM. 8, 5, 14 *pulli* saepe propter crassitudinem -a[rum] rumpere non queunt. PETRON. 33, 8 -n *ovi pavonini farina confecti.* PLIN. nat. 7, 26 casas ... ovorum -bus construi. 10, 197 *dracones ova* frangunt intus atque ita -a extussiunt. *et saepius.* SER. med. 750 -n marrubii suco implebis (*sc. ad mensurandum; sim.* PLIN. med. 1, 26, 3. *cf. Plin. nat. 20, 244* ovum inane). VET. LAT. Is. 59, 5 (Conc.[S] I 5 p. 380, 6; *in imag.*) ⟨qui⟩ comedit ovum eorum confractum, -n invenit (*gr. οὔριον* [*sc. ᾠόν*], *cf. ibid. p. 380, 8* urium; *Hier. in Is. al.* putridum, *Parm. Aug. c. Parm. 2, 3, 6* olidum, *Vulg. aliter*). *al.* **e** *animalium*: PLIN. nat. 9, 39 testudinum -a secare in laminas. 9, 86 *polypus* -a erosā carne *conchyliorum* egerit (*antea syn.* conchas ..., testīs). 30, 55 cocleae duae cum ovo, utraque cum -e contrita *eqs.* (PLIN. med. 1, 8, 1 c. sine -e tritae. 2, 11, 8. *al.*).

2 *partes crescentes, quae tondentur*: **a** *arboris*: CARM. de pascha 42 (*si recte huc*) si qui (quae *trad.*) ex illis delapsa -a ramis et dulces ... frondes vescuntur, veros ⟨ex⟩optant[es] sumere fructus (*an laxius de partibus sua sponte delapsis? locum ad 1b trahit Schwind*). NON. p. 157, 30 (*v. l. 6*). GLOSS.[L] II Philox. PU 96 -a: *κλαδεύματα.* **b** *hominis* (*sc. de capillis*): TAVRENT. ad Ruric. epist. 3 p. 445, 15 aetatem meam non de canentium -e capillorum ... agnosco. *Krebs.*

pūtāt- *v.* potat-. **putātībus** *v.* putativus.

⁂putātio, -ōnis *f.* *a* putare. *scribitur in codd. rec. etiam* pot-, *e. g.* HEGES. 5, 27, 1 p. 362, 25. *legitur inde a* CIC., *frequentat nimirum* COLVM. (*43[ies]*). [*astur.* podazón *'tempus putandi'. cf. M.-L. 6869a. Corominas[2] IV 586. C. S.*]

i. q. actio putandi (*metonymias v. p. 2745, 23*): **1** *secandi, amputandi*: **a** *proprie* (*explicatur allegorice p. 2745, 18; in cultu vitium, arborum praeter p. 2745, 21; cf.* GLOSS. -o: vineae incisura): CIC. de orat. 1, 249 *nemo nescit,* quid *sit* arborum -o ac vitium (COLVM. 11, 2, 26 a kal(endis) Martiis eximia est v. -o usque in *eqs.* PLIN. nat. 17, 207 *v.* novellae. *al.*). VARRO rust. 1, 6, 5 *hieme est* -o arborum tolerabilior (ARNOB. nat. 4, 7 p. 210, 1 -bus a. Puta ... praesto est. PALLAD. 12, 4, 2 olearum -o ceterarumque a.). COLVM. 1, 9, 4 *operantium* habitus fossuris et -bus ceterisque earum *vinearum* culturis ... aptus. 3, 21, 7 maior pars -is ... *tunc fit,* quo vitis neque folium notabile gerit. *ibid.* prolixis ... flagellis incitet ⟨an⟩ angusta -e vitem coerceat *vinitor* (4, 10, 1. 4, 16, 4 angustio-

[Clementi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rem). 4, 9, 1 ablaqueationem ... sequitur talis -o, ut ... vitis ad unam virgam revocetur *eqs.* 4, 10, 3 verna (*disting.* autumnalis [PALLAD. 12, 4, 1 -o a.]). 4, 21, 1 quinquennis vineae non alia est -o, quam ut figuretur ... neve supervagetur (5, 5, 18 cubantis et stantis rectae v. *al.; cf.* 11, 1, 8 vineti). 4, 25, 3 tutior ... -o est, quae ... ductu falcis, non ictu conficitur. 4, 27, 2 magis pampinationi quam -i consulit *vinitor*; nam ... *-o* sauciat ... et resecat *eqs.* (*sim.* arb. 11). 5, 5, 10 *bracchia* compluribus -bus ... educuntur. 5, 6, 23 *palmites,* cum primum tabulatum apprehenderint, proxima[m] -e[m] dispone⟨n⟩tur (*nisi ad l. 24; certe huc spectat* PLIN. epist. 10, 8, 5 ut p. -em novus colonus facere debeat). 11, 2, 16 arbustorum ... sive -o sive alligatio (PALLAD. 3, 13 tit. *al.*). *al.* PLIN. nat. 17, 142 *salices* trimae pedibus binis a terra -e coercentur, ut se in latitudinem fundant. 17, 208 vernacula -o ... circumvestit arborem (*disting.* Gallica ..., Aemiliae viae). 17, 246 (*inter arborum remedia*) ablaqueatio, adcumulatio ..., -o levandis onere *arboribus. al.* PALLAD. 12, 7, 21 *castanea* incrementum maius adquirit, si -bus adiuvetur. VVLG. cant. 2, 12 flores apparuerunt in terra, tempus -is advenit (*cf. Vet. Lat. cod. 169* t. secandi, *170* t. sectionis. *allegorice explicant e. g.* RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 226, 5 amputantur ... et exsecantur ab hominibus peccata. GREG. M. in Ezech. 2, 4, 15 nostrae ... -is t. tunc advenit, quando infructuosam ac noxiam corruptionem carnis deserimus). *al.* *-o fit operis viminei causa* (*cf. l. 11*): CHALC. comm. 337 *quae materiae opifici subiacent,* sunt aliarum artium inventa, aes quidem metallicae, ligna vero sectionis sive -is. **b** *metonymice:* *de tempore -is* (*cf. l. 9*): COLVM. 5, 6, 22 proxima ... -e melius existimat Celsus ferro abstineri ipsosque coles ... arbori circumdari. *de parte palmitis, quam putator in arbore reliquit*: COLVM. arb. 5, 6 quarto *anno* duas gemmas proximae -i adicere. *de palmitibus abscisis*: HIER. hom. Orig. in Ezech. 5, 5 p. 376, 33 annuam -em eius *vitis* consumat ignis (*sec. p. 2679, 65*).

2 *arbitrandi, aestimandi* (*cf.* GLOSS. -o: *οἴησις*): PAVL. dig. 47, 10, 18, 4 (*3* licet ille, *qui mihi iniuriam fecerit,* putet me alium esse quam sum) iniuria ... transferri ⟨per⟩ personae -em ex persona filiorum ad eos *patres non* potest. AVG. serm. 51, 30 l. 918 humana -o et existimatio illuc ferebatur, *ut Iesus putaretur filius Ioseph* (*Luc. 3, 23*). *in controversiis de natura Christi* (*cf.* putativus): CONC.^{S} I 5 p. 91, 8 sqq. absit, ut haec -e facta esse dicamus; ... si -e verbum fuisset in corpore ..., -e autem quod dicitur, tantum fantasia quaedam est, invenitur salus nostra ... facta per docesin, non veritate (*gr. I 1, 2 p. 40, 24 et 26 θέσει. alias vers. v. supra p. 87, 44 sqq.*). p. 263, 4 ut natura adpareret adsumpti *corporis* et non -o vel phantasia crederetur (*gr. I 1, 6 p. 122, 23 δόκησιν*).

3 *computandi, sc. de summa*: MACR. Sat. 1, 13, 5 quia duodecim menses, si singuli ... impari numero putarentur, consummationem parem facerent, unus pari numero institutus universam -em imparem fecit.

⁂putātīvus, -a, -um. *a* putare. *scribitur* -tib- TRACT. in Luc. 5, 13. GLOSS. non -um (-e *var. l.*): non est dubium. *legitur non nisi posit. inde a* TERT., *deest e. g.* CYPR., AMBR., AVG. (*sed v. p. 2746, 20*).

significatur, quod putatur esse nec re vera est, fere i. q. fictus, vanus sim. (*vi deflexa p. 2746, 3; ponitur pro subst. fem. l. 70, neutr. fort. l. 67; opp.* solidus *l. 54. 57,* substantive *l. 60,* verus *l. 54. 57. al. [cf.* veritas *e. g. l. 63,* vere *l. 64]; pro syn. est* fictus *l. 74,* imaginarius *l. 58,* phantasticus *l. 65* [*cf.* phantasma *l. 53. 56*]): **1** *respicitur natura Christi* (*angelorum l. 55*): TERT. carn. 1, 4 qui carnem Christi -am introduxit, aeque potuit nativitatem quoque phantasma configere (*item Christi*: adv. Marc. 5, 4, 15 *Paulus* non -am, sed veram et solidam c. professus est Christi. HIER. in Gal. 4, 4 l. 5 quae *haereses* -am Christi c. simulant. *et saepius; angelorum*: TERT. adv. Marc. 3, 9, 1 quasi ... in phantasmate, -ae utique c., egerint apud Abraham. 3, 9, 2 [*opp.* verae et solidae substantiae humanae]). adv. Marc. 3, 8, 4 -us habitus, -us actus; imaginarius operator, imaginariae operae (VINCENT. LER. comm. 14, 4 *Christum* a. -o ... simulasse *personam hominis* [*opp.* substantive]). 3, 11, 1 praestigias -ae in Christo corpulentiae (*cf.* corpus -um: TRACT. in Luc. 5, 13 fantasmatis et -i c. ... defensionem. EPIST. pontif. 670 Schwartz p. 92, 30). IREN. 2, 22, 6 l. 168 qui ... videbatur, non erat -us, sed veritas (*sc. ipse Christus ut*: 4, 33, 5 magister ... -us [*antea*: vere]. *al. apud eundem.* CONC.^{S} I 5 p. 73, 3 *Manichaeus* deum non vult verum hominem, sed phantasticum, id est -um Christum dei filium credere). 4, 33, 5 ⟨-um⟩ est ... et non veritas omnia (omne *var. l.*) apud eos (⟨ ⟩ *subst. ut in vers. armen.?*). CONC.^{S} II 3, 1 p. 205, 15 -a ... salus (*v. supra p. 91, 5; gr. I 1, 7 p. 91, 2 δοκήσει ... λεγομένη*). II 5 p. 43, 29 ⟨-am⟩ opinionem dominicae inhumanationis (*per enallagen*). *al.* *fem. pro subst.* (*sc. unitas sim. sec. subst., quae antecedunt*): IREN. 3, 17, 4 l. 82 qui octonationes et quaterniones ⟨et⟩ -as adinvenerunt (⟨ ⟩ *om. cod. Q, edd. vet.; gr. καὶ δοκήσεις* [*pro δεκάδας? v. edd. ad loc., p. 331*]). **2** *vario respectu*: DIONYS. EXIG. Proter. epist. 7 *patres computum statuerunt non* secundum externorum -am fictamque prudentiam, sed per gratiam spiritus sancti instituti. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 78, 28 discite, quomodo -i dii honorentur ab eis *gentilibus,* dum certe non sint dii (*sim.* CONC.^{S} I 5 p. 380, 29; *gr. I 1, 7 p. 83, 19 οἱ νομιζόμενοι θεοί*). *vi deflexa significatur, quod a singulis putatur, sc. quod cuique placet* (*cf. l. 31*): VIRG. gramm. epist. 3, 14, 1 l. 323 L. *cum de coniugatione* opinio plurimorum tam varia ... sit, ut, quid ... animus appetere debeat, vel ignoretur vel ambigue -um (pat- *cod.*) habeatur.

adv. **⁂putātīvē.** *de notione v. l. 12 sqq.; cf. p. 2745, 45. legitur non nisi posit. inde ab* IREN.

i. q. modo putativo (*fere iuxta verba, sed subst. illustrantur l. 23. 25*): **1** *vi originaria in controversiis de natura Christi (praeter l. 28), fere i. q. opinione, specie, δοκήσει* (*quod gr. resp., nisi aliud indicavimus; explicatur* HIER. c. Ioh. 25 l. 34 *τῷ δοκεῖν,* id est -e [*item* in Is. 14, 53, 1 l. 64 G. *al.*]. RVFIN. Adamant. 4, 17 ⟨*δοκήσ(ε)ι*⟩ passus est, id est -e, ut putaretur pati magis quam pateretur [⟨ ⟩ *item* 5, 4 GENNAD. dogm. 2 l. 20]. *opp.* vere *e. g. l. 18. 21,* veritate *l. 23. 26; pro syn. est* phantastice *l. 26* [*cf. l. 22. 29*], vane *l. 32*): IREN. 1, 24, 2 *Saturninus* salvatorem ... innatum demonstravit et incorporalem ..., -e autem visum hominem (FILASTR. 44, 2 -e v. fuisse hominibus, qui non videbatur ... vere, sed erat umbra. *al.*). 3, 16, 1 -e eum passum *esse,* naturaliter impassibilem exsistentem (3, 18, 6. AVG. haer. 14 non vere, sed -e. *al.*). HIL. trin. 4, 12 natum ... non -e, sed vere (*ex epist. Arii ut* 6, 5 CONC. Aquil. a. 381, 46. *ceterum*: PS. AVG. serm. 235, 2 [*postea*: non phantasticum, sed carneum]). HIER. c. Ioh. 23 l. 15 (*ex epist. eiusdem Ioh.*) passionem ... ac resurrectionem veritate et non -e confitemur. ARNOB. IVN. confl. 1, 4 l. 93 *cum tres personas* unum deum ita credideris, ut non -e dicas patrem, sed verum patrem. EPIST. pontif. 670 Schwartz p. 96, 20 non phantastice et -e, sed ipsa veritate totum hominem indutus est deus (CASSIOD. hist. 1, 14, 48 carne vera i. et non -e). *al.* *respicitur Simon magus*: FILASTR. 29, 3 *Simon* dicens se transformatum *esse* -e, id est quasi per umbram, et ita se passum fuisse, cum non ... pateretur (*cf. Iren. 1, 23, 3* passum ... putatum *esse*). **2** *vi deflexa fere i. q. arbitrio agentis, ut placet sim.* (*cf. l. 3*): THEOD. MOPS. in Gal. 2, 2 p. 16, 8 ita ut non videar vane et ⟨-e⟩ circuire *praedicans gentibus* (⟨ ⟩ *sc. meo arbitrio sim., opp. enim p. 16, 5* suscepi revelationem). VIRG. gramm. epist. 2, 7, 1 *gen. pron. q. e. 'alius' esse* -e putius (*i.* po-) quam rationabiliter ussurpatum (*cf. 2* nulla certa auctoritate). *Clementi.*

⁂putātor, -ōris *m.* *a* putare. *de notione*: VARRO ling. 6, 63 ideo -r *appellatur,* quod arbores puras facit. DON. *p. 2761, 37.* GLOSS. -r: *κλαδευτής, καθαριστής. sim. al.* [*it.* potatore, *prov. vet.* podayre (*casus rectus,* podador *obliquus*), *cat., hisp., port.* podador. *cf. M.-L. 6870. Wartburg IX 622. C. S.*] [*confunditur c.* potator PLIN. nat. 27, 69 (*in falsa var. l. supra p. 277, 20 sq.*).]

i. qui putat, sc.: **1** *qui recidit ramos vel sarmenta* (*accedit gen. obi. l. 55 sq.; in imagine l. 63*): **a** *varia exempla*: PVBLIL. mim. tit. (*abl. plur. affert* Non. p. 133, 9 Publilius -bus [publili liput- *codd.*; pot- *coni. Hauler supra p. 277, 5*]). PAVL. dig. 33, 7, 18, 7 *Scaevola* de -bus ... ita respondit, si eius fundi causa haberentur, inesse (*sc. instrumento fundi legati; de eadem re* sent. 3, 6, 50). PALLAD. 1, 35, 2.

b *indicatur vel e contextu intellegitur, quid putetur*: **α** *arbor* (*adde l. 37. 58. al.; cf. l. 67*): VERG. georg. 2, 28 summum ... -r haud dubitat terrae referens mandare cacumen (BREV. EXPOS. i(d est) plantator arborum). COLVM. 10, 228 -r pendulus arbustis. PLIN. nat. 18, 328 illo (*sc. ad septentrionem*) tibi, -r, arborum plagae ne spectent. 27, 69. PAVL. sent. 5, 23, 12 si -r, ex arbore cum ramum deiceret, non proclamavit *eqs.* (*sim.* dig. 9, 2, 31. 48, 8, 7 INST. Iust. 4, 3, 5). SCHOL. Hor. epod. 2, 13 ('falce ramos amputans') -em significat arborum. **β** *vitis*: OV. met. 14, 649 *Vertumnus* falce data frondator erat vitisque -r. COLVM. 4, 17, 5 -is officium est ... vitem compescere. 4, 24, 21 (*disting.* vinitori). 11, 2, 32 si quae pergulae vitium ... vel si quae ... arbores maritae a -bus relictae sunt, ... deputari debent (*simul pertinet ad α*). *al.* MART. 3, 58, 9 seras -r horridus refert uvas. PALLAD. 1, 6, 9. 3, 12, 2 (*si recte trad.*) erit ... optimum -i (-is *codd. plerique,* putaturis *Winterbottom, Rodgers in textu*) inferius sarmentum ... semper tueri *eqs.* *in imagine*: APON. 4, 28 (*ad cant. 2, 12; respic. Ioh. 15, 1 sq.*) pater agricola, peritissimus -r, infertilia sarmenta de vera vite, Christo, iussionis amputat falce.

2 *qui aestimat* (*alluditur ad sensum sub 1 illustratum*): AVG. epist. 118, 4 (*respic. Diosc. Aug. epist. 117* si interrogatus quis non responderit, indoctus ... putabitur) te admoneo eum, qui talium -um linguis tamquam falcibus concidi timet, lignum esse aridum *eqs.*

f. **putātrīx,** (-īcis). *i. quae putat, purgat* (*sc. lanam; cf. p. 2761, 18*): GLOSS. II 377, 53 *ξάντρια*: -x.

deriv.: cf. putatorius. *cf. Onom.* *Krebs.*

putātōrius, -a, -um. *a* putator, *nisi a* putare. [*fem. pro subst. de falce: abrut.* (*Campobasso*) putatora, *prov.* podadoira, *hisp.* podadera, *port.* podadeira; *cf. it.* potatoio, *cat.* podador. *cf. M.-L. 6871. Battisti-Alessio IV 3042. Corominas² IV 585. C. S.*]

[Bk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

i. q. ad putatorem vel ad putandum pertinens: iunctura falx -a (*quae* f. arboraria *appellatur a Catone Varroneque vol. II 428, 42 sq.*): VLP. dig. 33, 7, 8 pr. (*e Sab.?*) aratra, ligones, sarculi, f. -ae, bidentes (*in enumeratione instrumenti fundi distinguuntur* f. messoriae *et* f. fenariae *ut*: PAVL. sent. 3, 6, 35. PALLAD. 1, 42, 1 quibus in arbore utamur). PALLAD. 1, 35, 6 si vitibus consulemus, alio trito f. -ae feruntur ungendae. GLOSS. III 265, 16 *κλαδευτήριον*: -a f. *neutr. pro subst.*: GLOSS. III 149, 38 *κλαδευτήριον* (cladeutyr- *cod.*): -um. *Bk.*

putātrīx *v. p. 2746, 69.* **puteal** (*et* puteāle) *v.* putealis.

*?***puteālio,** -ōnis *m.* *a* putealis (puteal), *si recte legitur; cf. e. g.* matellio *iuxta* matella. *i. q. puteus*: INSCR. Année Épigr. 2002 n. 560 (*Altini; saec. I*) aquae delectus monimentorum per hortum in -em.

***puteālis,** -e. *a* puteus. *scribitur* puti- CIL VI 10237, 6 (*a. 16*). CHIRON 835 sq. NOT. Tir. 114, 13 -is. *usum improbat* CAPER gramm. VII 111, 4 puteanam, non -em (p. ⟨aquam dicimus⟩, n. -em *Keil in app.*). *abl. sing. non nisi* -i, *ut e. g. l. 43. p. 2748, 15. legitur subst. inde a* CIC. *et nummis l. 42 sq., adi. inde a* LVCR. [*subst. i. q. situlus sim.: francog. rec. et langued.* pousal, *cat.* pohal, *hisp.* pozal, *port.* puçal; *cf. deriv., e. g. hisp.* pozalero, *raet. occ.* putslain. *cf. M.-L. 6872. Wartburg IX 622. Corominas*^{2} *IV 629. C. S.*]

i. q. ad puteum pertinens: **1** *neutr. pro subst.* **puteal** (*vel* -āle *l. 31 et* GLOSS.), -ālis *de putei saepto* (*operculo v. p. 2754, 5; cf.* GLOSS. -l(e): *περιστόμιον* (*φρέατος*). *περιστομὶς φρέατος*): **a** *proprie de saepto, quo cingitur puteus aquae*: CIC. Att. 1, 10, 3 (*a. 67 a. Chr.*) typos tibi mando *comparandos,* quos in tectorio atrioli possim includere, et -ia sigillata duo. CIL VI 36807 M. Barbatius Pollio aed(ilis) cur(ulis) Iuturnai sacrum rest(ituit) ⌞-l⌟ (*postea additum vid.; respiciturne idem qui Cic. Phil. 13, 3 memoratur?*). XI 804 (*aet. Aug.*) *quidam, sc. dedit sim.,* puteum, -l, laurus d(e) p(ecunia) s(ua). II 2232 (= II^2 7, 246; *fere eiusdem aet.*) -l Thaddai. VI 10237, 6 (*a. 16*) *quidam* ⌞labrum cum fulmentis marmor(eum), putiale⌟ ... d(e) d(ecurionum) s(ententia) posuerunt (⌞ ⌟ *nisi praeferas* l. c. f. marmor(eis), -e *vel* l. c. f., m. -e *vel* [*ut ad 2 pertineat*] l. c. f., marmor -e). INSCR. suppl. Ital. n. s. 2 p. 69 n. 43, 8 (*saec. I ex.*) a piscina usq(ue) at -l. VLP. dig. 19, 1, 13, 31 *ad aedes pertinent ea,* quae quasi pars aedium vel propter aedes habentur, ut puta ⌞-ia⌟ (*explicatur p. 2754, 5*).

b *translate*: **α** *de saepto simili, quod cingit alia*: Ⓘ *locum sacrum* (*intellegitur fere locus fulmine tactus, bidental [cf.* FEST. *l. 58], sed aliter post alios Latte, Röm. Religionsgesch. 81, 2; cf.* GLOSS. -e: *ἱερὸς τόπος περικεκλεισμένος. ἱεροῦ τόπου φραγμός*): *respicitur -l Scribonii Libonis sive Scribonianum (cf. Chioffi, Lex. topogr. urb. Rom. IV 171 sq.; cur* -l *dictum sit, perperam explicatur p. 2756, 17*): INSCR. numm. lib. rei publ. n. 416 -l Scribon. (*a. 62 a. Chr. ut* n. 417 -l Scribon. Libo. *inde* numm. imp. Traian. II p. 307 n. 787). CIC. Sest. 18 *Gabinius* -i (-is *var. l.*) et faeneratorum gregibus ⌞inflatus⌟ ([inflatus ⟨se ostentans⟩ *Shackleton Bailey, Harv. Stud. Class. Phil. 89, 1985, 148,* insultans *Ribbeck*]. *cf.* SCHOL. Cic. Bob. p. 128, 11 -l vocabatur locus in vicinia fori, ubi erat columna etiam Maenia, aput quam debitores a creditoribus proscribebantur). HOR. sat. 2, 6, 35 (*inter urbis molestias*) 'ante secundam Roscius orabat sibi adesses ad -l cras' (*cf.* SCHOL. locus Romae, ad quem conveniebant f(a)eneratores; alii dicunt: in quo tribunal solebat esse praetoris). epist. 1, 19, 8 (*edictum poetae*) forum -lque Libonis mandabo siccis (*i. sobriis*), adimam cantare severis (PORPH. per -l praetorem ac iudicem significat; -l enim sedis praetoris fuit ..., ⟨inde⟩ dictum, quod a Libone illic primum tribunal et subsellia locata sunt. *inde* GLOSS. -l: sedes praetoris). OV. rem. 561 qui -l ... timet celeresque Kalendas, torqueat hunc aeris mutua summa sui. FEST. p. 333 ⟨Scribonianum ap⟩pellatur ante[a] atria ⟨-l, quod fecit Scri⟩bonius, cui negotium da⟨tum a senatu fuerat, ut⟩ conquireret sacella att⟨acta⟩ (*suppl. Ursinus; postea*: fulgur conditum, quod ⟨... ne⟩fas est integi: semper foramin⟨e ... aper⟩to caelum patet). SCHOL. Pers. 4, 47, 2 (*v. sub β*) -l vicus est apud urbem, ubi faeneratores debitoribus pecuniam credebant (*cf.* 4, 47, 9 faeneratores ad -l Scribonis Licini ... consistere solebant. 4, 47, 11). *respicitur -l Atti Navii in comitio situm* (*cf. Dionys. ant. 3, 71, 5 καλεῖται ... Φρέαρ ὁ τόπος ὑπὸ Ῥωμαίων nec non Coarelli, Lex. topogr. urb. Rom. IV 170 sq.*): CIC. div. 1, 33 cotem ... illam et novaculam defossam in comitio supraque impositum -l accepimus (*cf. Pease, 1920, ad l.*). Ⓘⓘ *locum punitionis, tormentorum* (*ad rem cf. gr. τριπάσσαλον et Lact. mort. pers. 21, 4 nec non Steinmeyer-Sievers, Althochdeutsche Glossen III 124, 39* [*in cap.* de (a)edificiis publicis] -l: ... harpha [*'palus', cf. vol. X 1, 175, 44 sqq.*]; *sim. 124, 40. 285, 14 sq.*): GLOSS. V 624, 36 ⌞trepalio⌟ vel -l est locus, in quo rei verberabantur (⌞ ⌟ *cf. Conc. Autiss. a. 561 p. 269 l. 94* ad trepalium, ubi rei torquentur).

*?***β** *de eo, quod cingit rem puteo similem, sc. de podice vel natibus pathici* (*si recte explicat Kißel, 1990, ad* PERS. *infra; alii coll. l. 50. 60 sq.* -l *pro faenore vel faeneratoribus accipiunt vel etiam debitoribus, ut* SCHOL. Pers. 4, 47, 12 est ... (h)ypallage, id est sensus conversio: non -l flagellas, sed debitores, qui illo conveniunt): PERS. 4, 49 si facis, in penem quidquid tibi venit, amarum si -l multa cautus vibice flagellas.

2 *adi. de iis, quae in puteo inventa vel inde prompta sunt* (*vix de structura quadam puteo adiuncta p. 2747, 33*): **a** *aqua sim.* (*poculum l. 16, limus l. 17*): LVCR. 6, 1178 multi *pestilentia ardentes* praecipites lymphis (nym- *trad.*) -bus alte inciderunt. OV. Ib. 389 quos dux Poenus mersit -bus undis ([*ad rem cf. p. 2755, 19*]. COLVM. 1, 5, 1 si *villae* deerit fluens u., -is quaeratur in vicino, quae non sit haustus profundi. 9, 5, 5 praeterfluens u. vel -is [*antea*: perennis aqua ... vel extracta manu]). COLVM. 1, 5, 2 *saluberrima est* pluvialis aqua ...; huic proxima fluens aqua ..., tertia -is ..., deterrima palustris (VLP. dig. 43, 20, 1, 6 quaedam *a.,* quae, etsi perennes sunt, duci tamen non possunt, ut puta -es. VET. LAT. psalm. 77, 44 [cod. 109] -es a. [*gr. τὰ ὀμβρήματα, cod. 300. al.* pluviales a., *Vulg.* imbres]. AMM. 21, 12, 17. *al.; cf. p. 2747, 15*). 11, 3, 8 locum *horti* ... eligi conveniet ..., qui ..., si non sit fluens aqua, fonte -i possit irrigari. IVVENC. 2, 257 -ia pocula (*cf. vol. X 1, 2484, 63; respic. Ioh. 4, 7 sqq. ut* VIGIL. THAPS. c. Arian. 2, 49 p. 229^B). AMM. 22, 16, 22 Anaxagoras ... -em limum contrectans tremores futuros praedixerat terrae. SIDON. epist. 2, 9, 9 aut fontano ... frigore, *i. aqua frigida,* -ique aut fluviali copia solidabamur, *sc. lavando* (*cf. in re simili p. 2754, 42*). **b** *massa lapidea* (*spectat ad puteum generis p. 2755, 67 illustrati, ni fallimur*): EPIPHAN. Avell. 244, 42 *chrysolithus lapis* fit ... in -i petra; sic appellatur locus ad litus Achaemenidis Babylonis (*cf. Migne gr. 43, 300^D εὑρίσκεται ... ἐν τῷ φρέατι διπέτρῳ. postea*: puteum illum petrae).

*deriv.: ?*putealio. *Spoth.*

puteānus, -a, -um. *a* puteus. *scribitur* puti- *l. 36. vocem commendat* CAPER *p. 2747, 15.*

i. q. ad puteum pertinens, putealis: adi., sc. in iunctura aqua -a (*cf. l. 10*): COLVM. 12, 26, 1 a. dulcis ⌞-ae⌟ ... partem decimam adicias *musto* ([⌞ ⌟ puteune, puteone *al. var. ll.*]. *cf. in passo faciendo*: PLIN. nat. 14, 82 *quidam uvas* tunsas ... leniter exprimunt; dein, quantum expressere, adiciunt vinaceis a. -ae). SCHOL. Verg. Bern. georg. 1, 379 *terra calorem intrinsecus cogente* accidit, ut hieme a. -a calidior sit (*sim.* BREV. EXPOS.; *cf. p. 2753, 63 sqq.*). *masc. pro subst.* (*vix de puteariis; de puteorum custodibus sim. cogitat Väänänen, Latin vulg. inscr. pomp.,* ^{3}*1966, 97; an de incolis vici a puteo appellati?*): CIL IV 642 (*in programmate*) putiani.

puteārius, -ī *m.* *a* puteus. [*val.* puţar, *hisp.* pocero, *port.* poceiro, *fort. etiam francog. vet.* puissier, *med.* putier. *cf. M.-L. 6873. Wartburg IX 627. Corominas*^{2} *IV 629. C. S.*] [*e coni. dub.*: LIV. 44, 33, 1 sequi ⌞se -os⌟ ad mare ... iussit *dux* (*Madvig*; sed utrarios *trad., ut edd. rec. praeferant* se utrarios. *cf. Funck, Arch. Lat. Lex. 8, 1893, 395 et Gloss.* utr(i)arius: *ἀσκοποιός*).]

i. q. puteorum fossor, φρεωρύχος: PLIN. nat. 31, 49 depressis puteis sulpurata vel aluminosa occurrentia -os necant (*sec. Vitr. 8, 6, 12* homines ... fodientes). *v. L.*

*?***pūtēfacio** *non nisi e coni. p. 2775, 69* (*cf. falsam var. lect. p. 2778, 42*).

pūtēns *pro adi. v. p. 2749, 40.*

***pūteo,** -ēre. [-o *ita ut* pūs (*q. v.*) *exhibet radicem indogerm.* *pū *'putidum fieri'; verbum primarium inde formatum servatum est in vet. ind.* pū́-yati, *lituan.* pū́-ti, *lett.* pū-t, *periit autem in lat.; cuius vice derivatum est a part.* *pū-to- *verbum novicium* -o. *inde in lat. orta est radix secundaria* pūt (-ēre, -or, -idus, *ut e. g.* cal-ēre, -or, -idus). *forma* putr-ēre, -ēscere *sec.* puter *novata est; cf. Leumann, Gramm. 1977, 554. Fo.*] *de origine*: VARRO ling. 6, 96 -ere (potare *trad.*) a *πύθεσθαι. scribitur* pudit *pro* -et *p. 2749, 10.* NOT. Tir. 103, 30 -et. *affertur inter verba II^{ae} coniug.* CHAR. gramm. p. 476, 3, *inter ea, quae formam act., sed vim pass. habent, ibid.* p. 469, 1. *formas stirpis perf. v. sub* putesco. *de notione v. sub 1b. legitur singulis binisve locis apud ?*PLAVT. *l. 63,* NOVIVM, *?*CIC. *p. 2749, 20,* HOR. *al., paulo saepius inde a* VET. LAT. [*v. sub* putesco. *C. S.*] [*confunditur in codd. c.* putare *l. 63. p. 2749, 25. 31.*]

i. q. putidum esse: **1** *proprie*: **a** *notione originaria significatur status corruptione depravatus*: PLAVT. Most. 146 (*iuvenis se comparat aedibus, cf. p. 2775, 67*) tigna umide ⟨iam⟩ -ent (putant *var. l.; v. app. crit.*). SCRIB. LARG. 186 leporis marini gustus est non absimilis illotis piscibus aut etiam -entibus. PERS. 3, 73 fidelia -et in locuplete penu (SCHOL. *ad l.* 2 tanta ... dapium abundantia, ut etiam putescant epulae). AVG. in euang. Ioh. 49, 1 (*cf. p. 2749, 10*) resuscitavit *Lazarum* -entem, sed tamen in cadavere -ente adhuc erat forma membrorum. in psalm. 33, serm. 2, 25 (*subest Luc. 16, 20*) exsecratur corpus *Lazari mortui* sputo, -ent vulnera (*antea*: ulcerosus). PLIN. phys. Bamb. 10, 6 (*4* purulentas auriculas) *remedium* infunditur auribus -entibus atque dolentibus. **b** *accedit notio male olendi, foetendi* (*de struct. v.* CHAR. gramm. p. 386, 28 [= IDIOM. cas. gramm. IV 572, 8] -o stercus [*ut p. 2749, 15. 30*] et stercore [*ut p. 2749, 2. 12. 35*]. *iuxta* olere *p. 2749, 1* [*opp.* bene o. *p. 2749, 34*]; *de notione v. p. 2749, 3. 13 et* GLOSS.^{L} I Ansil. PU 423 sq. -et: male olet. fetet.

[Rey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

GLOSS. -o: *ὄζω σαπρόν. al.*): HOR. epist. 1, 19, 11 (*5* vina ... oluerunt mane Camenae) non cessavere poetae nocturno certare mero, -ere diurno (*item respicitur os foetidum*: SERV. georg. 2, 134 'olentia ora': -entia, id est *δυσωδίαν* oris. CHIRON 146. ROMVL. fab. 70, 5 rec. gall. [*sim. cett.*] *leo carne pastus* coepit ... quaerere, si ei os -ret [feteret, f⟨r⟩agratur *var. ll.*]. *al. ibid.; cf. p. 2758, 39*). QVINT. inst. 6, 3, 64 (*inter iocos e contrario*) dixit M. Vestinus, cum ei nuntiatum esset ⟨*aliquem* necatum esse⟩: 'aliquando desinet -ere' (*si recte suppl.*). VET. LAT. exod. 7, 18 (cod. 100) -bit flumen, et no⟨n⟩ poterint Aegyptii bibere aquam (*gr. ἐποζέσει, Vulg.* computrescent). Ioh. 11, 39 (cod. 5. *al.*) iam -et, quadriduanus est *Lazarus* ([*scrib.* pudit cod. 20; *gr. ὄζει, cod. 4. al. et Vulg.* fetet]. AVG. in euang. Ioh. 22, 7. Ps. AVG. serm. [Corp. Christ. 9, 355 sqq.] 1, 9 Lazarum ... quadriduano cadavere iam -entem. *cf. l. 30. p. 2748, 67*). SCHOL. Hor. epod. 10, 2 'olentem Mevium': -entem (*cf. p. 2758, 33*). HIPPOCR. aphor. 5, 11 si sputum *pthisicorum* ... grave -et (*gr. ὄζῃ*). *al.*

2 *per similitudinem vel tropice adhibetur ad indicandum taedium, contemptum eorum, qui*: **a** *fastidiunt, quae parum stimulant animum luxuriosum ventremve obesum*: NOVIVS Atell. 91 (*nisi ad 1*) -ent pantices, *sc. venter mulieris obesae* (*aliter vol. X 1, 237, 58*). CIC. ac. frg. 11 quibus etiam alabaster plenus unguenti ⌊-ere⌋ videatur (⌊ ⌋ *Pius*; putre esse *Plasberg, sim. alii, sec. var. ll. codd. Nonii* [*ubi edd.* putrere]). HOR. sat. 2, 2, 42 -et aper ..., mala copia quando aegrum sollicitat stomachum. IVV. 11, 121 *sine fastu allata* nil damma sapit, -ere videntur unguenta atque rosae. HIER. epist. 26, 5 (*sim.* 130, 16, 6) tritum est ... proverbium, ultroneas -ere (putare *var. l.*) merces; unde ... *quaedam* reticemus, ut avidius velis audire (*v. Otto, Sprichw. n. 1102*). **b** *damnant, repudiant, quae prava, foeda sunt, sc.: carmina inepta*: SCHOL. Hor. epod. 10, 2 cuius *Mevii* carmina -ant (*cf. p. 2759, 1*). *peccata, peccatores* (*usu christ.*): AVG. epist. 157, 15 p. 464, 11 cum ... euangelica praecepta homo praevaricat, velut quatriduanus mortuus -et (*cf. l. 10*). c. Faust. 10, 3 p. 312, 3 quid aliud possent -ere (putare *var. l.*) confossa cadavera mortuorum? (*i. haeretici ut*: in psalm. 21, enarr. 2, 2 dixit Paulus [*II Cor. 2, 15*] Christi bonum odorem esse omnes fideles; ... *contra dicunt Donatistae* 'Africa sola bene olet, totus mundus -et'. 80, 14 l. 21 vulpes ... haereticos significant, ... odore ... tetro -entes). in psalm. 37, 9 (*ad p. 2778, 5*) habeat aliquis sanum olfactum animae, sentit quomodo -ant peccata (*seq. p. 2772, 52*). *ibid. iterum* (*opp.* fragrat). 37, 24 *filius luxuriosus propter peccata sua* non solum mortuus erat, sed et -bat. QVODV. symb. 2, 6, 11 *anima* merito peccatorum iam -et (*12* animae peccatis obrutae et fetentis).

part. praes. **pūtēns,** -entis *pro adi.* (*subst. l. 43; superl.* -issimus *l. 45; exempla potiora, cf. e. g. l. 3*): **1** *potius proprie, i. q. foetidus, male olens*: ANTH. 761, 63 *Orion,* quem fudit -s urina deorum. AVG. in euang. Ioh. 18, 10 renuntiant nares ... cordi odora et -ia. ARNOB. IVN. in psalm. 77 l. 38 *panis angelorum* non habens -es atque stercoreas digestiones. PASS. Chrysanth. (BHL 1787) p. 165 *martyr* perfusus est lotio -issimo; ipsa aqua -s ... est in nectareum odorem conversa. **2** *potius translate, i. q. contemnendus, foedus*: CARM. c. pag. 37 (*loco nondum sanato*) *Numa edocuit* pecudum ... cruore polluere ... busti⟨s⟩ -bus aras (*cf. p. 2758, 72*).

deriv.: putesco, putidus, putor; *cf.* puticulus.

compos.: nariputens; *cf.* oriput(i)us, *?*putefacio. *Rey.*

puteolānus, -a, -um. *a* Puteoli. *i. q. ad Puteolos pertinens; exempla ad Onom. relegavimus (cf. e. g. p. 2627, 2. 2714, 9) praeter cibum quendam more Puteolanorum factum*: CATO agr. 162 tit. salsura[m] ⌊pernarum⌋ ofellae -ae (⌊ ⌋ *om.* capp. 170; *estne hic insertum, quia in ipso capite mentio fit pernarum, non ofellarum?* ⟨et⟩ ofellae *ed. princ.; verba tituli iterantur ab edd. quibusdam* 162, 1). *De Seta.*

alii *haeretici* sunt **puteorītae,** qui puteos colunt *eqs.* FILASTR. 20, 1 (*v. p. 2754, 21; ad rem cf. p. 2756, 67 sqq.*). *a* puteus (*quod terminatione gr. praeditum est ad aliarum sectarum exemplum, cf. e. g. Filastr. 1, 1* ofitae, *12, 1* musiritae). *v. L.*

puter, -tris, -tre *et* **putris,** -tre. [*e formis* putreo = puteo (*q. v.*) *et similibus elucere videtur adi.* -r *cum* pūtēre *vocibusque cognatis coniunctum fuisse, quamquam discordant vocalia stirpium* (pŭt-er : pūt-ēre); *cum etiam notiones non nihil inter se distent, quaerendum est, possitne* -r *'marcidus, friabilis' alterius originis esse ac* pūtēre, *sed deesse vid. voces conferendae. non liquet. Fo.*] *scribitur* bu- ORIBAS. *p. 2751, 3,* -ter- ROMVL. *p. 2751, 56 et* PLIN. phys. Sang. p. 198 l. 8. NOT. Tir. 103, 38 putr[a]e. *nom. sing. masc.* -r *non nisi* VARRO *p. 2751, 59,* -tris COLVM. *p. 2750, 36,* LVCAN. *p. 2750, 73,* PERS. *p. 2752, 14. al.; desunt compar. et superl. de notione et differentia*: NON. *p. 2758, 28* (*a* putidus *distinguens*). GLOSS. -e: *ψαφαρόν, εὐδιάλυτον.* GLOSS.^{L} I Ansil. PU 454 sq. -e: dissolutum. corruptum. *al.; cf. p. 2750, 19. 22. 2752, 4. legitur in versu singulis locis apud* LIV. ANDR., VARRONEM, *paulo saepius inde a* LVCR., VERG. (*deest e. g.* VAL. FL.); *in orat. soluta singulis binisve locis apud* VARRONEM, LIV., SEN. *rhet.,* VAL. MAX., *paulo saepius inde a* CELSO, SEN. *philos.* [*sard. centr.* pudre, *cors.* putru, *prov. vet.* poire (*'pus' ut hisp.* podre), *port.* podre; *abiit e. g. in cambr.* pwdr. *cf. M.-L. 6875. Wartburg IX 622. Corominas*^{2} *IV 673. C. S.*] [*confunditur in codicibus imprimis c.* patr- (*restit. l. 55. 66. p. 2752, 2; falsa var. lect. p. 2751, 28. 2752, 10. al.*), putrid- *saepius, e. g. p. 2751, 16. 2752, 9. 16.*]

i. q. soliditate carens, marcidus (*illustrantur fere res corp. praeter e. g. l. 51. p. 2752, 16 [de iis, quae putredine efficiuntur vel eam afferunt, v. l. 70. p. 2751, 54. 75. 2752, 5. al.; accedit abl. causae l. 35. p. 2751, 11. 60. 63. al.]; neutr. pro subst. v. l. 41. p. 2751, 2. 18. al.; laxius, sc. cum contemptu, adhibetur de rebus, quae foedae, pravae sim. putantur, v. l. 33. 50. p. 2751, 5 sq. al.; prorsus abest notio mali odoris* [*iuxta ponitur* fetidus *p. 2752, 18,* pessimi *vel* taetri odoris *l. 67. 71*]): **I** *respicitur status dissolutione, corruptione sim. effectus*: **A** *de terra, harena sim. non conglutinata, non densa et de locis tali solo praeditis* (*iuxta ponitur e. g.* gracilis *l. 20* [*cf. p. 2752, 3*], pinguis *l. 20. 24. 35 sq.,* solutus *l. 26. 36; opp.* densus *l. 27*): LIV. ANDR. trag. 33 (*aliis est* carm. frg. 40, *minus probabiliter*) celsosque ⟨in⟩ ocris arvaque -ia et mare magnum (STAT. Theb. 4, 241 *Elei* curribus ... -ia a. lacessunt). LVCR. 5, 142 -bus in glebis terrarum (VERG. georg. 1, 44 *vere novo* Zephyro -is se g. resolvit [SERV. -is: ... solubilis]. COLVM. 10, 7 pinguis ager -is g. ..., qui ... fossus gracilis imitatur harenas. SIL. 8, 392. *al.; cf. p. 2752, 28*). VERG. georg. 1, 215 *semina medicae* -is accipiunt sulci ([SERV. auct. -es: subacti]. EVSEB. GALLIC. hom. 22, 5 fruges -bus s. ... creduntur. *cf.* STAT. silv. 5, 3, 55 fossa, *vol. VI 1, 1210, 12*). 2, 204 presso pinguis sub vomere terra, et cui -e solum – namque hoc imitamur arando – optima frumentis (2, 262 optima -i arva s.: id venti curant gelidaeque pruinae *eqs.* COLVM. 2, 10, 22 s. -e et solutum [*opp.* densa ... humo]. STAT. Theb. 7, 811 *aqua* exedit ... -e s. *al., e. g. p. 2592, 39*). Aen. 8, 596 -em ... quatit *equorum* ungula campum (*sim.* 11, 875). AETNA 207 *monte dirupto omnia* congeries operit saxorum et -is harenae (424 excocto defecit robore pumex: in cineremque -esque iacet *lapis molaris* dilapsus h. COLVM. 1 praef. 24 in Africa ... -es h. fecunditate vel robustissimum solum vincunt. LVCAN. 8, 830 in ... -es solvaris h., *Aegypte fecunda.* 9, 699. STAT. silv. 4, 3, 126 foedum nemus et -es h. *via levare. al.*). PROP. 4, 3, 39 quae tellus sit lenta gelu, quae -is ab aestu (STAT. Theb. 4, 728 sole -is ... t. 6, 507). COLVM. 2, 2, 5 ager ... pinguis ac -is. 2, 2, 25 terram pinguibus harenis -em velut cinerem solutam (5, 6, 6 cribro -em t. ... incernemus. 5, 9, 3. *cf. l. 41. p. 2752, 18*). 5, 9, 7 incendantur scrobes, ut eos ignis -es efficiat, quos sol et ⟨p⟩ruina facere debuerit. 10, 90 -ia ... ubera campi. LVCAN. 3, 507 *ignis* saxa ... solvit, et ... -i fluxerunt pulvere cautes. 9, 434 nullā -is *terra Libyca* radice tenetur. 9, 526 qui *fons* -ia terrae alligat et ... unda conectit harenas. PLIN. nat. 19, 161 locis (19, 187 l. -bus et macris). SIL. 4, 583 alius per lubrica surgens ... -i luctatur caespite. STAT. Theb. 9, 467 -es ... ripas *fluminis.* MART. 7, 67, 7 -i lutulenta de palaestra *exit Philaenis.*

B *de corpore animantium eiusque partibus* (*anima l. 51*): **1** *senio confectis vel morte corruentibus* (*cf. l. 63. p. 2751, 31*): LVCR. 3, 584 *num dubitas, quin* tanta mutatum -e ruina, *i. discessu animae,* conciderit corpus? (*sublucet imago domus corruentis ut*: 3, 773 metuit *anima* conclusa manere in c. -i, et domus ... ne fessa ... obruat. *ceterum*: CVRT. 9, 3, 10 *veterum militum* c. exsanguia, ... cicatricibus -ia). HOR. epod. 8, 7 *feminae vetulae* mammae -es. PROP. 4, 5, 69 animam ... -em expirare. SCRIB. LARG. 201 os scabrum aut -e vetustate vitii. MART. 4, 53, 3 *vides* senem, cui cana -isque stat coma. Ps. QVINT. decl. 4, 11 ut -es artus foedet pudenda canities. AVSON. 13, 86 (127 S.), 1 uxoris gravidae ⌊-ia⌋ inguina lambis (*Avantius*; patria *trad.*). *al.*

2 *vitio, morbo corruptis* (*putredine creantur vermes e. g. l. 75, cf. p. 2752, 10. 31 et* PLIN. nat. 26, 142): **a** *proprie* (*exempla selecta inde a* CELSO): OV. met. 15, 365 de -i viscere *taurorum* ... nascuntur apes. fast. 1, 379 examina -i de bove. MANIL. 5, 673 -is turbae strages (*i. pisces mortui ut*: COLVM. 8, 17, 12 tabentes halleculas ... -emque sardinam. MART. 3, 77, 5 -i cepas allece *vorare.* IVV. 14, 132). SEN. contr. exc. 6, 6, 1 -e corpus et venenis tumens (SEN. dial. 6, 11, 4 *hominem esse c.* infirmitatis suae conscium ..., tenuissimis causis ... morbidum, -e, causarium. APVL. apol. 44, 7 c. -i et morbido. FIRM. math. 1, 7, 20. *cf. l. 48. p. 2752, 23*). VAL. MAX. 6, 9 ext. 5 -es ... artus et tabido cruore manantia membra *crucifixi* (SIL. 13, 464 ⌊-es⌋ a. medicamina servant [patris *trad., v. app. crit.*]. STAT. Theb. 12, 138). CELS. 4, 22, 5 -is sanies pessimique odoris (STAT. Theb. 12, 568). 5, 22, 2 *mel* -em ... carnem continet (*al.* CHIRON 697 donec se omnis ⌊c.⌋ -is repurget [cura *trad.*]. 721). 5, 26, 33^{D} post ustionem -is ulceris (*al.* PERS. 3, 114. PLIN. nat. 26, 142 -ia u. ..., sordida. 33, 85 -ia u. et taetri odoris. MARCELL. med. 4, 50). OCTAVIA 513 stillante sanie per -es vultus gravi. LVCAN. 8, 690 summota est capiti tabes ..., -isque effluxit ab alto umor. PLIN. nat. 8, 134 *irenaceorum* -bus spinis atque deciduis (*sc. tabefactis eorum urina*). AVG. in epist. Ioh. 4, 3 cum *Iob* sederet in stercore -is vermibus. serm. 22A, 3 ut *diabolus,* qui seduxerat

[Clementi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Adam immortalem, a -i homine *Iob* vinceretur (*sublucet notio p. 2752, 19 illustrata*). ALC. AVIT. carm. 3, 242 aegri *Lazari* ... -ia vulneris (patria *var. l.; cf. Luc. 16, 20* ulceribus plenus). ORIBAS. syn. 3, 120 Aa (= La) p. 874 ⌊faciat ad -ia oculorum⌋ (*om. gr.*). *al.* *ictu illato* (*vix addas p. 2750, 50*): STAT. Theb. 1, 437 *pugilum* lacera ora -esque sanguineo videt imbre genas. APVL. met. 6, 30, 5 -es ... pedes fugere possunt, ambulare nesciunt (*6, 26, 1* claudum *asinum*). **b** *in imag. (compar. l. 15) respicitur status animae (societatis), quae malis, peccatis afficitur* (*cf. D2*): LVCAN. 2, 141 nimis iam -ia membra recidit *Sulla in proscriptionibus* (AVG. epist. 157, 22 timendum est ..., ne plura *m. ecclesiae* putrescant, dum -bus parcitur). FIRM. err. 18, 8 gravi veneno -es artus ... vivificat *Christus epulis suis* (23, 1). PRVD. c. Symm. 1, 17 (*respic. idololatria*) latebram tabentis vulneris ... -i de pure peresam. AVG. in psalm. 34, serm. 1, 11 tu -is es intus, unde iste vermis, *i. malitia,* processit. POMER. 2, 7, 2 *qui* corrigi noluerunt, tamquam -es corporis partes debent ferro excommunicationis abscidi (putridae, putrescentes *var. ll.*). ANTH. 217, 25 (*22* grave vulnus *amoris* ... nullo sanabile ferro) ne ... -es violentia nervos dissecet. *al.* *neutr. pro subst.*: AVG. in epist. Ioh. 6, 8 *deus* novit, quousque -e est. in psalm. 33, serm. 2, 20. 40, 6 *medicus, i. deus, non* errat, ut sanum pro -i secet. PS. AVG. serm. ed. Mai 97, 3 ⌊-ia⌋ quaeque secturus *Iona in civitate Ninive* (⌊ ⌋ *cf. vers. gr. Ephr. in Ionam [BHG 941g] 11* ἔλκη). *al.*

C *de rebus structis, paratis (ab hominibus praeter l. 42) fere vetustis* (*iuxta ponitur* vetus *l. 41. 49, cf. l. 73; opp.* novus *l. 35*): **1** *de aedificiis, navibus sim.* (*cf. p. 2752, 3*): LVCR. 2, 1145 (*in imag.*) moenia mundi *aetate* expugnata dabunt labem -isque ruinas. HOR. epist. 1, 10, 49 post fanum -e Vacunae. PROP. 2, 25, 7 -is ... in vacua requiescit navis harena (*item de nave*: LIV. 35, 26, 6 *navem* -em ... et vetustate dilabentem. SEN. contr. 7, 1, 8 navigium ... -e [patrem *var. l.*], resolutis compagibus. PRVD. perist. 11, 73 carinam. CORIPP. Ioh. 1, 363 prorae). 4, 9, 28 -is ... casa. SEN. dial. 4, 28, 4 defungendum est domicilium -e sortitis (*in imag. respicitur corpus infirmum; item* aedificium -e: epist. 30, 2 in -i a. 58, 35 prosiliam ex a. -i ac ruenti). epist. 12, 1 tam -ia sunt ... saxa *villae dilabentis* (CLAVD. 20, 277 -bus iam propugnacula s. longo corruerant aevo). LVCAN. 7, 398 monimenta ... rerum -ia. 7, 403 -is ... ruitura domus. LEX met. Vipasc. II 11 pro ... -i materia colonus cuiusque putei novam ... subicito. CIL VIII 20266 (*a. 379/83*) ductum therma⟨rum⟩ ... lignis -b(us) constitutum. CARM. inscr. Ital. X 2, 81, 4 (*saec. VI med.*) -ia tecta *ecclesiae.* **2** *varia exempla*: VERG. georg. 3, 562 nec telas *e lana vitiosa confectas* possunt attingere -is (*item de stamine, fune sim.*: STAT. Theb. 3, 642 *vidi* Lachesin -i vacuantem saecula penso. CE 1109, 2 [*saec. I²*] Parcarum -ia fila querens. APVL. met. 1, 16, 6 -is ... et vetus funis dirumpitur). PROP. 3, 6, 33 -is ... in vacuo texetur aranea lecto (*cf. Hom. π 35* κακ' ἀράχνια). 4, 5, 24 secta ... ab Attalicis -ia signa toris (*locum obscurum quidam ad l. 39 trahunt*). CVRT. 10, 1, 31 clipeum ... -em *in sepulcro Cyri* (*item de armis*: LACT. inst. 1, 21, 46 scutis vetustate iam -bus. CLAVD. 21, 135 galeae). PETRON. 136, 1 fracta est -is sella. STAT. silv. 4, 3, 141 (*loq. Sibylla*) nec iam -bus evoluta chartis ... perlustra mea dicta (*item de chartis*: 4, 9, 10 rosum tineis situque -em *libellum*). MART. 9, 73, 2 luto -e vetusque solum *calcei.* *al.*

D *de variis rebus; pertinet ad*: **1** *dissolutionem corporeorum*: **a** *de actionibus, viribus, qualitatibus* (*vix est, quod cogites de vi activa q. e. putrefaciens*): VARRO Men. 467 *Pierides* tenent cana -i gelo montium saxa (SIL. 4, 749 -i ... gelu liquentibus undis ... restagnant arva). AETNA 527 levitas -is (*i. lapidis, cf. vol. VII 2, 1225, 77*). SIL. 5, 495 fragmine -i ramorum ... fefellerat arbor *ascendere temptantes.* ROMVL. epist. Aesop. 4 rec. W *opus, quod* non -is vetustas perdat. MAR. VICTOR. aleth. 2, 168 *ut tellus germina edens* -i dissolverit arva meatu. **b** *de rebus corporeis*: VARRO rust. 1, 8, 4 quem *palum* cum infimum terra solvit, -r evertitur (*item de ligno*: 1, 41, 1 *surculum* tenellum ... *aqua* facit -e. SEN. Oed. 534 tendit quercus ... -es situ annosa ramos. COLVM. 4, 26, 1 partes *pedamentorum* ... -es. LVCAN. 3, 414 situs -ique ... robore pallor [*cf. vol. X 1, 140, 46*]. 9, 966 -es robore trunci. PLIN. nat. 11, 151 aridi ... caudices -esque vetustate. STAT. Theb. 9, 533 procumbit ... -i ... robore quercus. *al.*). VERG. georg. 1, 392 testa ... ardente ... scintillare oleum et -is concrescere fungos ([*explicat* SERV. *favilla* in lucernis residet et quasdam velut fungorum imitatur imagines. *cf. gr. Arat. 976 μύκητες. huc pertinet* GLOSS.ᴸ II Philox. PU 91 -es f.: ψαφαροὺς κομαρίνας]. *item illustrantur residua*: PLIN. nat. 33, 86 chrysocolla umor est ... per venam auri defluens crassescente limo ...; nihil aliud chrysocolla *est* quam vena -is). OV. met. 7, 585 vulgus erat stratum, veluti cum -ia motis poma cadunt ramis (GELL. 13, 2, 5 *uvida p.* non matura mox fiunt, sed -ia). SEN. nat. 3, 26, 7 ut *fontes* non tantum lutum, sed folia testasque et quicquid -e iacuit, expellant. COLVM. 8, 17, 5 nocet -is unda *piscibus* (*antea*: veteres *aquas*). PLIN. nat. 9, 131 *purpurae genus* lutense -i limo ... nutritum. 15, 80 -i eius *caprifici* tabe. 22, 56 ex cuius *lotometrae* semine simili milio ⌊-i⌋ fiunt panes (*Jan coll. p. 2776, 10*; porri *trad.*). SIL. 3, 643 -is resoluto pondere moles ([patris, patens *sim. var. ll.*]. *item de saxis*: PLIN. epist. 10, 39, 2 *theatrum rimis hiat*; in causa ... lapis ... gracilis et -is. SERV. Aen. 3, 576 'liquefacta saxa': -ia, decocta in modum calcis. *cf. p. 2750, 29 sq. 40*). STAT. Theb. 3, 582 fessa -i robigine pila. 6, 234 *bustorum* -es ... cineres (*item de bustis, favillis sim.*: 12, 419 exanimes ... favillae -bus in foveis [*nisi per enallagen iungas c.* favillae]. INSCR. Année Épigr. 1978 n. 44 [*Romae; saec. II in.*] *ne* moveas -em favi⟨llam⟩ *defuncti*). CLAVD. rapt. Pros. 1, 176 *ventus subterraneus* -ia ... populatur ... antra (putrida *var. l.*). CYPR. GALL. exod. 627 -ia (patria *var. l.*) ... vitiantur verme polenta (*respic. p. 2753, 2*). MARCELL. med. 15, 99 faeculae -is *tantum.*

2 *corruptionem animi, morum* (*cf. B2b*): HOR. carm. 1, 36, 17 omnes in Damalin -is deponent oculos (*in imag. tabescunt amore ut*: PERS. 5, 58 ille in venerem -is [putret, -it *var. ll., cf. p. 2777, 7*; SCHOL. Pers. 5, 57, 4 enervis ..., infirmus]. *cf. p. 2751, 17*). BACHIAR. repar. laps. 16 abscinde a te ⌊-em⌋ consuetudinis voluntatem (putridae *var. l.*). SIDON. epist. 4, 14, 3 -ium conscientiarum ultro squalens ulcus. 6, 1, 1 *ego* -is et fetida reatu terra.

II *respicitur ipsa proprietas naturalis, ut vergat in vim q. e. caducus, corruptibilis sim.* (*apud Christ. respicitur infirmitas carnis de terra factae et peccato obstrictae, cf. p. 2750, 13. 2751, 8*): LVCR. 2, 860 *ut constent* fragosa -i, cava corpore raro. PHAEDR. app. 31, 6 (*loq. papilio*) levitas -is et volito cinis. SEN. dial. 6, 11, 1 -e ... fluidumque corpus ... sperasti tam imbecilla materia *eqs.* (epist. 120, 17 nos c. tam -e sortiti. *cf. p. 2750, 48*). MART. 12, 61, 9 *poeta* carbone rudi -ique creta scribit carmina. TERT. patient. 10, 5 nos -es, vasa fictilia (*cf. e. g. psalm. 2, 9* tamquam vas figuli confringes eos). POTAM. tract. 1 l. 18 C. *Lazarus mortuus* iacuit ..., quia de terrena labe confectus, -is gleba, marcesceret. PRVD. apoth. 816 corruptela -is nascentem *animam* ... carnis concipit. 1026 *cum deus* impresso ... -es sub pollice duceret artus. ham. praef. 51 venam -em (*v. p. 2628, 70*). AVG. epist. 140, 21 (*respic. Iob 25, 6*) filium hominis vermem natum de putredine quasi -em (*antea*: putredinem pro mortalitate posuit).

deriv.: putramen, putredo, putreo (putrio), putrilago, putruosus; *vix etiam* putrenum.

compos.: putrificatorius, putrimordax. *Clementi.*

pūtēsco, -tuī, -ere. *a* putere. *scribitur in codd. rec. etiam* -tisc-, *ut* NOT. Tir. 103, 33 -it. [*a* -ere *vel a* putere: *val.* puți, *it.* putire, *langob. vet.* pudir, *sic.* puriri, *sard. mer.* pudèsciri, *francog. vet.* puir, *rec.* puer, *prov., cat., hisp. vet.* pudir. *cf. M.-L. 6876. Battisti-Alessio IV 3159. Wartburg IX 623. Corominas² III 338. C. S.*] [*confunditur passim c.* putr-, *v. l. 45. 50. 58. al.*]

i. q. putidum fieri (*proprie praeter l. 52*): **1** *notione originaria, sc. mero respectu corruptionis, consumptionis*: **a** *-unt res variae*: CATO agr. 3, 4 si in terra et tabulato olea nimium diu erit, -et, oleum foetidum fiet ([*cf. 3, 2* ne corrumpatur]. 64, 1 [putr- *var. l.*]). 98, 2 ligneam supellectilem ... si ungues *amurcā,* non -et. CIC. frg. inc. I 22 mare movetur ventis, ne -at (*item de aquis*: VITR. 1, 4, 12 *paludes* stando -unt et umores graves et pestilentes ... emittunt. CELS. 2, 30, 3 *astringit aqua* dura, id est ea, quae tarde -it [putr- *var. l.*]). VARRO rust. 1, 34, 1 quod *mala tempestate* ... -ere semina soleant (putr- *var. l.*). AVG. civ. 21, 4 p. 493, 4 in terra umida ..., ubi ligna -rent (*opp.* ut nullo umore corrumpantur *carbones*). SCHOL. Pers. 3, 73, 2 *v. p. 2748, 66.* *translate*: AVG. serm. 70A, 2 coll. Morin p. 370, 5 non in vobis tumescat superbia, sed -at. **b** *-unt corpora, carnes animantium* (*in compar. l. 73*): CIC. fin. 5, 38 animum illi pecudi, *sc. sui,* datum pro sale, ne -ret (putr- *fere trad.; ad 2 trahit* NON. *p. 2758, 28, sed cf. Varro rust. 2, 4, 10* quae servaret carnem. *idem dictum Chrysippi laudatur* nat. deor. 2, 160). Tusc. 1, 102 Theodori *philosophi* ... nihil interest, humine an sublime, *sc. in cruce,* -at (putr- *var. l.; cf. p. 2777, 61*). VARRO ling. 5, 25 -bant ... cadavera proiecta (PAVL. FEST. p. 216. *cf.* HOR. sat. 2, 3, 194 cur Aiax ... -it ..., gaudeat ut populus Priami ... inhumato? [*opp. 187* humasse]). LVCR. 3, 871 hominem indignarier ipsum, post mortem fore ut ... -at (putes *fere trad.*). TERT. anim. 32, 1 *Empedocles* ut piscis, ne aliqua sepultura ⌊conditiore -ret⌋, assum se maluit in Aetnam praecipitando (⌊ ⌋ conditio reput- *codd., edd. vet.; iocose respici vid. garum; sim. luditur e. g. 33, 4 animae* funus inter cocos ...; condimentis Apicianis ... humatur). resurr. 53, 3 *Lazari* caro ... conputruit in dedecorationem, caro ... -uit in ⌊corruptionem⌋ ([-ne *var. l.; postea*: foetere]. AVG. civ. 21, 4 p. 492, 6 *deus* dedit carni pavonis mortui, ne -ret. *ibid.* p. 492, 11. 21, 7 p. 502, 15 sq. *nulla dubitatio* de c. non -ente pavonis, cum -uerit et Platonis). VET. LAT. psalm. 37, 6 (*v. p. 2778, 8*). ARNOB. nat. 7, 17 p. 362, 17 cum et ipsa *corpora taurorum* ... futura sint stercora et ... -ant. AVG. c. Iulian. op. imperf. 3, 57, 4 cum tu mortuus iaceas et tamquam vermescente putredine sic inquieta loquacitate -as. ORIBAS. syn. 9, 49 add. Aa p. 371 si ... fuerit apostima facta et -uerit *eqs.*

2 *accedit notio mali odoris, ut sit fere i. q. foetere* (*fort. addas l. 67.*

[Rey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 2752, 72): HOR. sat. 2, 4, 66 muria ..., qua Byzantia -uit orca. VET. LAT. exod. 16, 20 (cod. 102) *manna* ebullivit vermes et -uit (*gr. ἐπώζεσεν, Vulg.* conputruit).

compos.: com-, exputesco; *cf. ?*putefacio.

putestās *v.* potestas. *Rey.*

※**puteus,** -ī *m.* (puteum, -ī *n. v. l. 27*). [*de origine nihil constat; vox primitus significasse vid. id quod fossum est. sunt qui cognatum putent* puticulus (*q. v.*), *sed qua formatione cum* -us *coniungi possit, non liquet* (*cf. enim* Puteolī, *quo servatum vid. deminutivum vocis q. e.* -us). *Fo.*] *de origine*: VARRO ling. 5, 25 *umor,* si quamvis deorsum in terra, unde su[m]mi 'pote', -us; nisi potius, quod ⟨A⟩eolis (*i.* -es) dicebant, ut ⌞πύταμον (*pro πότ-*), sic *πύτεον,* a⌟ 'potu', non, ut nunc, *φρέ⟨αρ⟩* ([⌞ ⌟ potamon sic pot*u*ra⌟ *trad.*]. *ab eadem voce gr. derivatur* 6, 84 -us, quod sic graecum antiquum, non, ut nunc, *φρέαρ* dictum. frg. Gell. 1, 18, 2). AVG. dialect. 6 p. 11, 3 -us, quod eius effectum potatio est, creditur dictus (ISID. *p. 2754, 65*). ARNOB. IVN. in psalm. 68 l. 27 -us a potando dicitur (GLOSS.[L] I Ansil. PU 429 pute⟨u⟩s: per 'u'; a p. dictus). *scribitur* pot- *hic illic in codd. rec., e. g.* ITIN. Anton. Plac. rec. A 32 (*cod. G*). GREG. TVR. glor. mart. 61 (*cod. 1a; al. ibid., v. Krusch, ed. 1885, 919*), *probatur fort.* GRAMM. suppl. 301, 1 potum, poteum ... per o *scribendum (cf. l. 11 sqq. 41); improbatur autem l. 17.* *abbrev.* put *et fort.* p CIL XIV *p. 2754, 3 sq.* NOT. Tir. 114, 12 -us. *de genere: numeratur inter masc.* CAPER gramm. VII 101, 12 hic pluteus, -us ... masculina sunt. NON. p. 216, 36 -i sunt genere masculino (*affert p. 2754, 36*) ...; neutro Varro (*p. 2754, 33*). DVB. NOM. gramm. V 586, 17 -i generis masculini, ut Cato et Varro (*sine exemplis*). 587, 7 (*contextu turbato additur*: -a ... aquarum Italis fontanas appellari certum est); *neutr.* -um (*teste* NON. *l. 24*) *agnoscendum est p. 2754, 33, trad.* FRONTIN. *p. 2755, 65.* CIL VI 29958 sq. (*saec. I/II*). 15593 (*saec. II*[1]). POMPON. dig. 19, 1, 14 (*masc. var. l. ut*: PHILO quaest. in gen. 4, 193 [*sed masc.* 4, 195. *al.*]. CASSIOD. Ios. antiq. 1, 174. 261 [*sed masc.* 1, 212. *al.*]). VLP. dig. 19, 1, 17, 8 (-a *del. Mommsen*). VET. LAT. Ioh. 4, 11 (cod. 4). *al., e. g. l. 26.* *voc. sing.* putee *exstat* VET. LAT. *p. 2756, 27.* VITAE patr. 3, 28 o -e, -e (*gr. λάκκε, λάκκε* [*Nau 1907 p. 60 n. 27*] *ut*: 6, 2, 17 [*gr. 19, 21*]). *de notione et differentia v. imprimis l. 44. p. 2754, 52.* *legitur inde a* PLAVTO, CATONE (*sec. l. 25*), CIC., LVCR. *per totam latinitatem.* [*val.* puţ, *it.* pozzo, *pedem.* poss, *sard. centr.* puttu, *raet. or.* pots, *occ.* puots, *francog. vet.* puz, *rec.* puits, *prov.* (*vet.*) puts, *cat.* pou, *hisp.* pozo, *port.* poço; *accedunt varia deriv.; abiit saepe in linguas finitimorum, e. g. theod. vet.* phuzi, *anglosax.* pytt. *cf. M.-L. 6877. Battisti-Alessio IV 3046. Wartburg IX 626. Corominas*[2] *IV 629. C. S.*] [*falso trad.* -um *pro* podium ROMVL. fab. 51, 16 rec. W; *non huc pertinet* CIL X 2244 -o, *ubi legendum est* Putio(lanorum), *cf. Parma, Libitina 2004 (v. Année Phil. 2005 n. 17313), 441 sq.*]

significatur scrobis sim. in altitudinem depressus (*cf.* GLOSS. -um, -us: *φρέαρ, quod gr. resp., nisi aliud indicavimus. quae in contextu variant vel disting., v. imprimis p. 2754, 25; addas e. g.* fovea *p. 2755, 10,* scrobis *p. 2755, 55. 59*). *iungitur cum verbis, sc.* -um deprimere *vol. V 1, 613, 78 sq.,* -um (ef)fodere *vol. V 2, 197, 51 sqq. VI 1, 993, 5 sqq., sim. al.*; de *vel* ex -o extrahere *vol. V 2, 2065, 27 sqq.,* haurire *vol. VI 3, 2567, 77 sq., sim. al.; cum adi. (cf. l. 55), e. g.* altus *vol. I 1779, 26 sq. et saepius* (*cf. infra l. 75*), brevis *p. 2754, 51 et* IVV. 3, 226, iugis *l. 63 et* CIC. div. 1, 112, perennis *p. 2754, 30. 2756, 22,* profundus LACT. epit. 35, 4 AMM. 19, 8, 8 SEDVL. op. pasch. 4, 18. *al.,* siccus VET. LAT. II Macc. 1, 19 (recc. L, V). AMM. 25, 8, 18 (*cf.* siccatus AMBR. hex. 2, 3, 12 p. 52, 9). *accedit gen. indicans, quid -us contineat, p. 2754, 9 sqq. 2756, 4. 35. al.* (*cf. adi. p. 2755, 74 sq.*).

I *proprie* (*paulo laxius simul comprehendi videtur -i saeptum e. g. p. 2754, 7. 28*): **A** *generatim*: **1** *respicitur usus -orum sollemnis, sc. aquatio*: **a** *exempla varia selecta*: PLAVT. Amph. 673 ni ego illi -o ... animam omnem intertraxero, *sc. aquam hauriendo.* Poen. 1153 *servos* ego iam detrudam ad molas, inde porro ad -um (*sc. ad aquam hauriendam; alii coll. p. 2754, 68 sq. intellegunt carcerem, sed exspectes praepos.* in, *non* ad). CIC. nat. deor. 2, 25 etiam ex -is iugibus aquam calidam trahi, et id maxime fieri temporibus hibernis (*cf.* LVCR. 6, 840 frigidior ... in -is aestate fit umor. 6, 847. SEN. nat. 4, 2, 26 hieme calorem sub terris contineri: ideo ... esse ... tepidiorem -is aquam. *sim. al.*). BELL. Afr. 51, 5 locus depressus erat -ique ibi [nonnulli] fieri complures poterant. CARM. Char. gramm. p. 363, 13 (*saec. I a. Chr.?*) extractam -o situlam. CIL XI 804 (*v. p. 2747, 28*). VITR. 8, 1, 6 deprimendus est -us in eo loco *idoneo* et, si erit caput aquae inventum, plures circa sunt fodiendi et per specus in unum locum omnes conducendi (*cf.* CIL X 3018 [*saec. I med.*] aquam ... specus et -orum novis bracchiis ampliatam). 8, 6, 12 *nonnumquam vapores e terra* perveniunt ad fossionem -orum et ibi homines offendunt fodientes (*inde* PLIN. nat. 31, 49 *p. 2748, 43*). SEN. nat. 3, 7, 3 siccissimis locis -i in altum acti ... inveniunt aquarum uberes venas ..., ut scias illic ... esse ... vivam aquam. PLIN. nat. 2, 219 (*antea p. 2756, 24*) eadem natura Hispali oppido uni -o, ceteris vulgaris. CIL XIV 2567[a-e] (*aet. Dom.?*) aqua Aug(usta); put(eus) p(ublicus) (*cf., si recte solvitur,* 4147 aquae ductus per p(uteum) p(ublicum). *an respic. usus sub B2 illustratus?*). POMPON. dig. 19, 1, 14 (*locus insertus ad explicandum Vlp. dig. 19, 1, 13, 31* putealia) id est, quo -um operitur (*cf. l. 12 sq.*). CIL VI 552 (*a. 164*) nymphas posuit, -um inst⟨ituit⟩ *quidam.* XIV 2 (*a. 197; in puteali*) hic -us factus omni sumptu *quorundam.* VET. LAT. gen. 21, 19 (Aug. loc. hept. 1, 66) *Agar* vidit -um aquae vivae (*al., cf. e. g. p. 2756, 35*; VVLG. -um a. *tantum ut*: VET. LAT. Sirach 50, 3 remanaverunt -i aquarum [*gr. ἀποδοχεῖον ὑδάτων, λάκκος*]. PS. PHILO antiq. 10, 7 -um a. consequentīs [*sc. Iudaeos in eremo, cf. I Cor. 10, 4*]. *al.*). 29, 2 (cod. 100, *sim.* VVLG.) lapis ... erat magnus super os -i (29, 3 [*ibid.*] *pastores* devolvebant lapidem desuper os -i ... et iterum reponebant eum super os -i. AMM. 23, 6, 17. *al.*). prov. 5, 15 (Ambr. hex. 3, 12, 49 spir. 1, 16, 162. *al.*) bibe aquam de tuis vasis et de -orum tuorum fontibus (VVLG. b. a. de cisterna tua et fluenta -i tui). Ioh. 4, 6 (cod. 11. 14) erat ... ibi -us Iacob; Iesus ergo fatigatus ex itinere sedebat super -um (*gr. πηγὴ ... πηγῇ, cod. 4. al. et Vulg.* fons ... fontem). SOL. 7, 28 (*e Varrone*) *in Boeotia esse* -um pestilentem, cuius liquor mors est. CET. FAV. 3, 2 aquae ... fontanae aut sponte profluunt aut saepe de -is abundant. FILASTR. 20, 1 *puteoritae* -os colunt in altum fodentes deque eis haurientes quasi aquam salutis. GROM. p. 305, 15 si ... super se cavum habuerit *terminus,* -um finalem significat (*item -us est pro termino*: p. 360, 15. 361, 6 -um, si in fine invenis, pro termino habebis). *et saepe.*

b *exempla potiora rem illustrantia*: **α** *in contextu variant vel disting. similia* (*cf.* SYNON. Cic. p. 415, 23 amnis. fluvius. flumen. ... undae. ... -i. ... litora. p. 425, 7 fontes. -i. lacus. ... stagna. ... cisternae): VARRO ling. 6, 22 *die Fontanalium* et in fontes coronas iaciunt et -os coronant (OV. met. 7, 568 f. et fluviis -isque capacibus haerent *sitientes.* VITR. 8, 6, 12. FEST. p. 157 manalis f. appellatur ab auguribus -us perennis. PLIN. nat. 2, 219 f. inclusus ad -i modum. 31, 82 e -is ac f. aquam in salinas *ingerere.* FRONTIN. aq. 4, 1. *et saepius; v. etiam l. 58 sqq.*). frg. Non. p. 217, 2 de stativis aquis, ut sunt lacus et stagna et ⌞-a⌟ et maria ([⌞ ⌟ -i *trad., sed v. p. 2753, 24*]. CELS. *l. 46.* AMBR. spir. 1, 165 [*allato Vet. Lat. Ier. 2, 13* contritos lacus] Christus ... non ad l., sed ad -um sedere consuevit [*cf. l. 17*]. *al.; v. etiam l. 53 sqq.*). VERG. georg. 3, 329 ad -os aut alta greges ad stagna iubebo ... potare ... undam (PLIN. nat. 19, 172 *sisymbrium* laetissimum nascitur in -orum parietibus et circa piscinas ac s. 34, 123 in Hispaniae -is s. ve. *al., v. iam l. 33*). VITR. 10, 16, 11 *Massilitani* piscinam fecerunt ... eamque e -is ... impleverunt (CIL VI 8413, 9 [*saec. I med.*] -us et p. cum aditu comm(uni) de pub(lico). PLIN. nat. *l. 38.* PLIN. epist. 5, 6, 25 in area p. *tepidior* est, in proximo -us, ex quo [*sc. hauriens*] possis rursus adstringi [*sim. p. 2748, 19*]. PALLAD. 1, 34, 2 si fons desit, aut inprimendus est -us aut ... p. ... construenda. AMBR. Isaac 4, 25 *ecclesiastes* [*2, 6*] pro -o piscinas posuit. *al.*). CELS. 2, 18, 12 aqua levissima pluvialis est, deinde fontana, tum ex flumine, tum ex -o ...; gravior his ex lacu (SEN. dial. 5, 15, 4 vides illud mare, illud f., illum -um? libertas illic in imo sedet. DIOSC. 4, 136 p. 62, 12 *echinus* nascitur in f. et circa -a [*gr. 4, 141 παρὰ ... χρήναις*]. *al.*). COLVM. 10, 25 *horto* vicini ... sint amnes ... aut fons inlacrimet -i non sede profunda (PLIN. nat. 19, 60 [*in eadem re*]. AVSON. 6 [320 S.], 25 fons ... -usque brevis, tum [tam *Green*] purus et a.). *al.*

β *definitiones, explicationes sim.*: HIER. in Os. 1, 1 l. 21 inter -um et lacum, id est cisternam, hoc interest, quod -us perpetuas aquas habet et de vivo fonte manantes; cisterna ... aquas suas externas et adventitias possidet. RVFIN. Orig. in num. 12, 2 p. 99, 13 (*ad* num. 21, 18) 'principes ... fodere' dicuntur '-um', hoc est quasi in terrae mollitie altitudinem quandam demergere. AVG. in euang. Ioh. 15, 5 (*inde* GLOSS.[L] I Ansil. PU 430 [cod. Paris.]; *ad Ioh. 4, 6* fons Iacob) -us erat; sed omnis -us fons, non omnis fons -us: ... si in promptu et superficie sit *aqua,* fons tantum dicitur; si autem in alto et profundo sit, ita -us vocatur, ut fontis nomen non amittat. EVSTATH. Basil. hex. 4, 4, 4 -us aquae collectio est manu facta, in profundam cavationem liquore dilapso. CASSIOD. in psalm. 54, 24 l. 399 (*ad p. 2756, 45*) -us ... dicitur hiatus patens, in terrae sinibus excavatus, aquas continens humanis usibus attributas. ISID. orig. 13, 21, 5 -us est locus defossus, ex quo hauritur aqua, a potatione dictus. *al.*

2 *respicitur usus -orum alienus, sc. recipiunt vel emittunt*: **a** *homines*: **α** *detinendos, coercendos* (*cf. p. 2753, 61*): PLAVT. Aul. 347 *coquos fures* vincite, verberate, in -um condite! (*de iisdem*: 365 hoc faciam, ut in -o cenam coquant: inde coctam sursum subducemus corbulis). ZENO 1, 4, 17 *Ioseph invenitur* patiens, cum in -um dimittitur (*cf. LXX gen. 37, 24 λάκκον. de eodem*: GREG. M. moral. 6, 29 l. 22 somniatorem in -um deponunt *fratres*). CARM. adv. Marc. 3,185 (*respic. Ier. 38,6 sqq.*) in ... luto -i famis hausit tabida membra (*cf. 184* carcere; *de Ieremia ut*: GREG. M. moral. 25, 17 l. 145 sq. propheta Ieremia in -um misso ..., qui ut levetur ex -o *eqs.*). **β** *consulto salientes, sc. fere ad mortem voluntariam ob-*

[*Kruse*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

eundam (*cf. p. 2754, 47*): PLAVT. Commor. frg. 1 saliam in -um praecipes. CIC. prov. 6 constat nobilissimas virgines se in -os abiecisse et morte voluntaria necessariam turpitudinem depulisse (*cf.* HIER. adv. Iovin. 1, 41 p. 271[B] *filiae Phidonis* invicem se conplexae praecipitaverunt in -um, ut virginitatem morte servarent). APVL. met. 8, 22, 4 *mulier a marito decepta* laqueum sibi nectit ... seque per altissimum -um ... praecipitat. AMM. 28, 6, 14 *fugiens quidam* in -um aquis vacuum sese coniecit. AVG. epist. 173, 4 quod te in -um, ut morereris, misisti, utique libera voluntate fecisti. *al.* **γ** *casu fortuito lapsos*: HOR. ars 458 si *poeta* veluti merulis intentus decidit auceps in -um foveamve. LIV. 27, 16, 4 in -um apertum ex equo praecipitasse. CE 1157, 4 (*e Venetia; saec. I med.*) hunc *puerum* casus -i detulit ad cineres. QVINT. inst. 7, 2, 48 in -o mortuus est inventus *quidam*. GAIVS inst. 3, 219 si quis alieno servo persuaserit, ut ... in -um descenderet, et is ... descendendo cecideri⟨t⟩. TERT. nat. 2, 4, 18 Thales, ⟨dum t⟩otum caelum examinat et ambulat oculis, in -um cecidit (*cf.* anim. 6, 8 sic Thales in -um). AVG. epist. 167, 2 cum quidam ruisset in -um, ubi aqua tanta erat, ut eum magis exciperet, ne moreretur, quam suffocaret, ne loqueretur. *al.* **δ** *trucidandos, necandos* (*corpora occisorum proiecta l. 22*): VAL. MAX. 9, 6 ext. 2 Hannibal ... Acerranorum senatum ... in profundum -orum abiciendo *prodidit fidem* (*cf. p. 2748, 6*). HYG. astr. 2, 4, 3 Icarum interfectum in -um deiecerunt *pastores inebriati* (*item in -um proiciuntur mortui*: GREG. TVR. Franc. 3, 6 in -um iactare *corpus regis interfecti. al.; aliter, sc. c. respectu sepeliendi, l. 47*). VET. LAT. I Macc. 7, 19 (rec. L, *sim.* V) *dux* quosdam ... mactavit in -um magnum (rec. B iugulavit eos ad -um illum m.). AMM. 25, 8, 18 *Iovianus notarius* praeceps actus in -um siccum obrutus est saxorum multitudine superiacta. AVG. in euang. Ioh. 11, 15 ecce Marculus de petra praecipitatus est! ecce Donatus Bagaiensis in -um missus est! *al.*

b *res*: VERG. georg. 1, 485 -is manare cruor *non* cessavit (*inter prodigia ut*: CLAVD. 18, 5 -os ... cruore mutatos. OROS. hist. 7, 27, 4 [*respic. exod. 7, 14 sqq.*] sanguinem vulgo vel manasse de -is vel in fluminibus cucurrisse). PLIN. nat. 9, 80 (*e Trebio Nigro*) *extrahere* aurum, quod deciderit in altissimos -os. 15, 66 (*inde* PALLAD. 3, 25, 18) in -os cisternasve ⟨uvas⟩ in fictilibus vasis ... mergi (*sec. Colum. 12, 44, 6* in aqua fontana vel cisternina). AVG. epist. 47, 4 si quid sacrificiorum in fontem vel -um proiciatur. ISID. orig. 20, 15, 4.

c *animalia*: PHAEDR. 4, 9, 3 cum decidisset vulpes in -um inscia (*de eadem*: 4, 9, 11 vulpecula evasit -o nixa celsis cornibus *hirci*). PLIN. nat. 29, 75 (*inde* ISID. orig. 12, 4, 36) si in -um cadat *salamandra*. 36, 161 cum ferae decidere in -os. AMPEL. 2, 6 *canis* aquam anhelans in -um se proiecit. HYG. astr. 2, 4, 4 hunc *Icari canem* in -um se deiecisse dixerunt. VET. LAT. Luc. 14, 5 (cod. 3, *sim. al. et* VVLG.) asinus aut bos si ceciderit in -um (*pendet e. g.* AVG. c. Adim. 2 p. 117, 20. quaest. euang. 2, 29B congruenter hydropicum animali, quod cecidit in -um, conparavit). *al.*

B *speciatim de scrobibus fossis*: **1** *ad varios usus*: VARRO ling. 5, 25 *dicti sunt* a -is 'puticuli', quod ibi in -is obruebantur homines *sepeliendi* (*v. p. 2757, 37 sqq. et* SCHOL. Hor. sat. 1, 8, 10 ['commune sepulcrum'] soliti ... erant carnifices -os in Esquilina via facere, in quos corpora mittebant [*cf. ibid. 1, 8, 8*]. *aliter l. 22*). rust. 1, 57, 2 quidam granaria habent sub terris ⌊speluncas⌋ ..., alii ... ⌊-os⌋ (⌊ ⌋ *utrumque comprehendere vid. Plin. nat. 18, 306* scrobibus. *cf.* COLVM. 1, 6, 15 *in provinciis quibusdam* -orum in modum ... exhausta humus editos a se fructus recipit. *aliter l. 33*). VERG. georg. 2, 231 *ad soli densitatem recognoscendam* alte ... iubebis in solido -um demitti omnemque repones rursus humum *eqs.* (*cf. 235* scrobibus). PLIN. nat. 2, 183 in Syene ... solstiti die medio nullam umbram iaci -umque eius experimenti gratia factum totum inluminari (*in eadem re*: SERV. ecl. 3, 105). 5, 57 *Nili* auctus per -os mensurae notis deprehenduntur. SOL. 2, 47 cum *in nidis faciendis* -os excitarent *aves Diomedeae* (*antea*: scrobes [*sec. Plin. nat. 10, 126*]). **2** *ad aquae ductus fodiendos, curandos* (*cf. Ginouvès, Dict. méthod. de l'architect. III, 1998, 182; hucine p. 2754, 3?*): LEX Quinctia (Frontin. aq. 129, 11) aquam sumere haurire ..., dum ne qui -us ne[q]ve foramen novum fiat. VITR. 8, 6, 3 *in aquae ductu sub terra fodiendo* -i ita sint facti, uti inter duos sit actus (*inde Plin. nat. 31, 57* lumina). FRONTIN. aq. 89, 4 *aquarum* splendor ... minimum pluvia ⌊inquinatur, si -a exstructa et obtecta⌋ sint (⌊ ⌋ inquinatus ... obiecta [*vel* abi-] *cod.; loco multis suspecto, cf. vol. X 1, 2469, 46 sq.*).

3 *ad operam fodinarum*: PLIN. nat. 17, 45 *creta argentaria* petitur ex alto, in centenos pedes actis plerumque -is. 33, 66 *aurum* -orum scrobibus effoditur aut in ruina montium quaeritur. 36, 161 *lapis specularis* -is in Hispania effoditur e profunda altitudine. 37, 24 (*e Cornelio Boccho*) depressis ad libramentum aquae -is, *sc. ad crystallum eruendum* (*sim.* 37, 127). *al.* LEX met. Vipasc. I 1, 2 conductor ex pretio -orum, quos proc(urator) metallorum vendet, cen⟨tesimam ab emptore accipito⟩ (*sim.* 2, 6). 9 tit. usurpationes -orum sive pittaciarium. II 2 -i argentari ex forma *legis* exerceri debent (14 qui -os a. ⟨aget⟩. *cf. ibid.* qui -os aerarios aget *eqs.*). 3, 1 qui ex numero -orum quinque unum ad venam perduxerit. 9, 1 venas, quae ad -os prolatae ⟨i⟩acebunt, ... in officinas vehere. 11 -i omnes diligenter fulti destinatique sunto. *al. in his legibus.* VVLG. gen. 14, 10 vallis ... Silvestris habebat -os multos bituminis (*pendent e. g.* HIER. quaest. hebr. in gen. p. 22, 13 in qua *valle salinarum* fuerunt ante -i bituminis. RVFIN. Orig. in num. 12, 2 p. 98, 19).

II *tropice*: **A** *in proverbiis vel facetiis*: PLAVT. Cas. 882 *in cubiculo* tamen tenebrae ... erant tamquam in -o (tam[en] ... [tam]quam *Spengel; cf.* Most. 769 *non* mi umbra hic usquamst, nisi si in -o quaepiamst). Mil. 1150 sqq. non tu scis, quom ex alto -o sursum ad summum escenderis, maxumum periclum inde esse ab summo ne rusum cadas? (1152) nunc haec res apud summum -um geritur (*cf. Otto, Sprichw. n. 1494 et* HOR. epist. 2, 2, 135 rupem et -um vitare patentem). Most. 380 miserum est opus, igitur demum fodere -um, ubi sitis fauces tenet. SEN. epist. 76, 31 colossus magnitudinem suam servabit, etiam si steterit in -o. PETRON. 42, 7 neminem nihil boni facere oportet: aeque est enim ac si in -um conicias (*cf. Otto, Sprichw. n. 400 et* SCHOL. Pers. 4, 47, 3 puteal [*v. p. 2748, 2*] ... dictum, quod ibi debitor creditori dans bona sua tamquam in -um mittat [*sim.* 4, 47, 10]). OPT. PORF. 30, 3 -um puto te ..., Quinte: quanto altus magis es, tam mage despiceris.

B *vario usu*: **1** *metonymice de aqua puteali*: HOR. epist. 1, 15, 15 *dic mihi,* collectosne bibant *ibi* imbris -osne perennis iugis aquae (IVVENC. 2, 263 [*respic. p. 2754, 17*] hunc ... Iacob ... -um cum prole bibebat). PLIN. nat. 2, 219 in ripa Baetis oppidum est, cuius -i crescente aestu minuuntur, augescunt decedente. 31, 82 *sal* fit et -is in salinas ingestis (*cf. p. 2754, 32*). VET. LAT. num. 21, 17 (Hier. epist. 78, 40, 2) cecinit Israhel carmen hoc: 'ascende, -e' (VVLG. ascendat -us. *cf.* HIER. *ibid.* 4 canentes carmen in aquis -i).

2 *in imagine, translate, allegorice respiciuntur*: **a** *varia*: SEN. nat. 1, 14, 1 *inter ignes caelestes* sunt ⟨p⟩utei, cum velut corona cingente introrsus ingens (igne(u)s *fere trad.*) caeli recessus est similis effossae in orbem specu (*item respicitur similitudo formae*: SIDON. carm. 2, 252 [*describuntur Hunnorum vultus*] in -is ... puncta *oculorum* profundis [*cf. 247* cavernis]). VET. LAT. cant. 4, 15 (Ambr. in psalm. 118 serm. 17, 32, 1. *al.*) *sponsa est* fons hortorum, -us aquae vivae (VVLG. -us aquarum viventium. *explicationes v. imprimis sub c*). HIER. in Nah. 2, 8 l. 229 ('Nineve quasi piscina aquarum') non ait scriptura, quod aquae Ninive sint ... quasi aquae -orum, sed quasi aquae piscinae, ut quomodo in Hieremia (*2, 13*) populus arguitur, qui ... fodit sibi lacus contritos. VVLG. prov. 23, 27 fovea ... profunda est meretrix et -us angustus aliena. OP. imperf. in Matth. 1 p. 621[in.] '-i' (*v. p. 2754, 16*) ..., quamvis et alterum interiorem habent intellectum, tamen in prima facie 'uxores' significantur (*cf. postea*: convenienter Bersabee 'septimus -us' interpretatur, quia et septima exstitit uxor *David*). *al.* **b** *loca inferna, interitus, mors sim.* (*ipse diabolus l. 63 sq.*): VET. LAT. psalm. 54, 24 (cod. 300, *sim. al. et* VVLG.) tu ..., deus, deduces eos *inimicos* in -um corruptionis. 68, 16 (*ibid.*) neque absorbeat (me *add. man. alt.*) profundum neque coartet super me -us os suum. apoc. 9, 1 (Tycon. in apoc. 180. *al.* = VVLG.) data est ei *diabolo* clavis -i abyssi (9, 2 [*ibid.*]. TERT. adv. Hermog. 11, 3 *diabolus* in -um a. relegatus. PRVD. ham. 833 -o ferventis a. *al.; cf.* VICT. VIT. 3, 36 ad demergendum te in abysso -i sulphurantis [*postea*: gehennam]). HIL. in psalm. 68, 15 (*ad l. 46*) in -o ... infernae mortis sedem significari et psalmus alius (*sc. l. 45*) testis est. PS. AMBR. symb. Westra p. 415, 4 quos *haereticos* uno gurgite communis error involvit et ⌊inferni -o⌋ mors una demergit ([in infernum -um *var. l.*]. CARM. adv. Marc. 2, 205. EVSEB. GALLIC. hom. 6, 6 l. 102 [*inde* CAES. AREL. serm. 167, 5] ardens i. -us. *al.*). RVFIN. Orig. in num. 12, 2 p. 98, 26 si ... veneris ad haereticam sententiam, si veneris ad amaritudinem peccati, venisti ad '-os bituminis' (*v. l. 4*). AVG. epist. 173, 4 (*Donatistae*) te in -um, ut morereris, misisti. IVLIAN. epit. in psalm. 68, 16[c] (*ad l. 46*) '-um' inimicorum insidias ac dolos vocat, ita ut vitari non possint; cui si obstruatur os, ei, qui intra -um conclusus fuerit, nullus evadendi exitus datur. COMM. apol. 440 *gentes* infamant: 'in -um misimus illum *Christum*' (*sim.* 443. 447). EVCHER. form. 8 l. 981 -us: diabolus vel infernum (*seq. p. 2757, 2; cf.* ARNOB. IVN. in psalm. 68 l. 27 -us pro diabolo hoc loco positus est). CASSIOD. in psalm. 68, 15 l. 374 (*ad* prov. 18, 3) -us ... est terrae altius excavata profunditas, in quem per allegoriam vere incidunt peccatores. *al.* **c** *fons salutis, vitae aeternae, sc. de fide, ecclesia, Christo sim.* (*cf. p. 2754, 22*): CYPR. epist. 69, 2, 1 (*ad l. 35*) -us ... aquae vivae si unus est (*sc. ecclesia*) ..., vivificari et sanctificari foris positus ex illa aqua non potest. AMBR. spir. 1, 16, 166 fideles ad -um (*i. aquam vivam, ecclesiam, veram fidem*), infideles ad lacum. HIER. in Is. 7, 22, 9 (*ad schismaticos*) non fodistis -os, qui vitales haberent et aeternas aquas, sed lacus contritos. RVFIN. Orig. in num. 12, 1 p. 97, 24 (*ad* num. 21, 16) ad hunc ... -um, id est ad fidem Christi nos convocat lex. AVG. bapt. 5, 27, 38 p. 294, 17 ipse *dominus* est ... fons signatus, ⌊-us aquae vivae⌋ (*sec. l. 35; cf.*

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

c. Faust. 22, 87 p. 692, 2 sponsa illa ecclesia est, quae vocatur '-us a. v.'). EVCHER. form. 8 l. 981 -us: ... et in bonam partem in genesi (*sc.* 46, 1): 'ad -um iuramenti', id est ad aquam fidei. *al.* **d** *profunditas vel arcana scientiae, significationum sim.*: LACT. inst. 3, 28, 13 quasi in -o quodam ... veritatem iacere demersam (*sec. Democritum ut*: 3, 28, 14 [*opp.* in summo montis excelsi vertice vel ... in caelo]. 3, 30, 6. *cf. p. 1747, 2*). GAVDENT. serm. 16, 9 sanctarum lectionum -us altus est et ego hauritorium verbi non habens aquam vivam sitientibus vobis ... ministrare non possum. AMBR. epist. extra coll. 14, 78 vetus scriptura quasi -us profunda et obscurior, unde cum labore haurias. Isaac 4, 26 (*ad p. 2756, 35*) -us tibi videtur tamquam in profundo sita mystica esse sapientia. *ibid.* (*ad* Ioh. *p. 2754, 16*) ad mysticam doctrinam hunc referri -um. RVFIN. Orig. in num. 12, 1 p. 94, 27 (*ad p. 2754, 15*) accipiendum est verbum dei -us quidem, si profundi aliquid mysterii tegit, fons autem, si ad populos abundat et effluit. 12, 2 p. 99, 19 istos ... 'reges' (*num. 21, 18*), qui tam profunda possunt et tam abscondita -i perscrutari, merito apostolos dixerimus. IVST. VRGELL. in cant. 95 (*ad p. 2756, 35*) fons: patens eruditio populorum; -us: profunditas doctrinarum. *al.*

deriv.: putealis (*et* puteal), puteanus, putearius, puteorita; *cf.* puticulus.

compos.: putilucus.

cf. Onom. ((Ad) Putea, Centum Putea *sim.*, Puteoli). *Kruse.*

[mantisyna tripoda **puthis** pot⟨a⟩ putiis pota putaisa *eqs.* CIL IV 9231, 2. *in serie verborum graphio scriptorum latet fort. Πύθιος aliaque graeca.*]

putiālis *v.* putealis.

[*πολύκνημον· ... Ῥωμαῖοι* **πουτιαλογονθρια** DIOSC. gr. Vind. 3, 94. *nomen herbae corruptum* (*'fort. κουνιλάγω νόστρα' Wellmann in app.*).]

putiānus *v.* puteanus. **putīcius** *v.* ?poticius.

pūticulus (put-?), -a, -um. [*non aliter atque aetate Varronis, qui prosodiam vocis ignorasse vid., etiam nunc dubitatur, utrum* pūtēre *conferendum sit an* puteus; *per* -culo- *indicari vid. formatio deminutiva, sed* puti- *vix coniungi potest cum* puteus. *si sepulcra a cadaveribus appellata putes, vocem fort. revocare possis ad adi. ind. vet.* pŭti- *'putescens'; minus probabiliter cogites de adi. a* pūtēre *derivando* (*coll. formatione quidem singulari* ridiculus *a* ridēre), *ut significetur scrobes, 'qui (quae) putere facit'. Fo.*]

notione parum dilucida (v. supra) non nisi plur. pro subst. vel masc. -i *vel fem.* -ae (*cf.* scrobes *m. et f.*) *in appellatione loci, quo sepeliuntur cadavera* (*ad rem v. Coarelli, Lex. topogr. urb. Rom. IV 173 sq.; cf. supra p. 2755, 47*): VARRO ling. 5, 25 extra oppida a puteis -i, quod ibi in puteis obruebantur homines, nisi potius, ut Aelius (STILO, *v. frg. 32 Funaioli*) scribit, '-ae' (-i *K. O. Müller*), quod putescebant ibi cadavera proiecta, qui locus publicus ultra Exquilias (*quae seq., v. sub* putilucus. *laudato Aelio eadem refert* vetustissimum genus sepulturae *indicans* FEST. p. 217 [*v.* PAVL. FEST. p. 216]). GLOSS. -i: qui cadavera proiciunt (*correctius ibid.* quo c. proiciuntur).

pūtidē *v.* putidus. *Bk.*

pūtidiusculus, -a, -um. *a* putidus (-ior) *deminutive. i. q. paulum putidus, sc. in commendando* (*respic. elocutio tumida, blanda sim.*): CIC. fam. 7, 5, 3 (*Caesari*) totum ... hominem tibi ... trado ... in manum tuam istam et victoria et fide praestantem; simus enim -i, quam⟨quam⟩ per te vix licet.

pūtidulus, -a, -um. *a* putidus *deminutive.* [*coniciebatur olim* -us (*vel* putre-, putridulus) AMM. 22, 16, 16 (pitredulis *trad.*, trepidulis *Heraeus*).]

i. q. quodammodo putidus; non nisi translate de homine odioso: qui ineptias dicit: MART. 4, 20, 4 (*antea p. 2674, 47*) *utramque mulierem* ferre ... *non* possis ...; altera *anus* ridicula est, altera *pupa* -a. *qui flagitia committit* (*vi demin. detersa*): HIST. AVG. Opil. 14, 1 cum eius ... crudelitatem morum viderent *homines,* hominem -um in imperio ferre non possent *eqs.* *Wk.*

***pūtidus,** -a, -um. *a* putere. NOT. Tir. 103, 32 -um. *compar.* -ior *raro inde ab* HOR. *p. 2758, 24, superl.* -issimus *apud* CIC. *p. 2759, 4,* PETRON. *p. 2758, 65. 2759, 7. al. corripitur* pŭ- *in dactylis p. 2758, 36. 43. 48. al. de notione v. p. 2758, 5. 28 sqq. 56 sqq. legitur in versibus fere humilioribus inde a* PLAVTO, CAECIL., AFRAN., VARRONE (*in altioribus* PRVD., CARM. *p. 2758, 43,* SEV. MALAC.), *in prosa orat. inde a* CATONE, CIC., VARRONE (*deest e. g. rerum scriptoribus*). [*ad vim male olendi spectant sard. centr.* púdidu, *francog. med.* pouttet *'mustela putorius', hisp. vet.* pudio (*et deriv. quaedam, e. g. it. vet.* putidore, *raet. or.* pudiése *'cimex'*), *ad vim q. e. molestus, pravus francog. vet., med.* put; *inde potius quam a* 2. putus *francog. vet.* pute, putain, putayne, putine *'scortum', quae voces abierunt in it. vet.* putta(na), *cat., hisp., port.* puta; *accedunt compos. et deriv. multa. cf. M.-L. 6878. Battisti-Alessio IV 3159, 3160. Wartburg IX 632. Corominas² III 338, IV 700. C. S.*] [*confunditur in codd. rec. saepius c.* putridus, *v. e. g. p. 2758, 8. 12. 22. 2779, 28.*]

i. q. statum corruptum, depravatum exhibens (*accedit abl. respectus l. 31, causae l. 22. 23, cf. praepos.* ex *l. 34; neutr. pro subst. l. 43; iuxta* putridus *p. 2777, 21*): **I** *proprie* (*sc. de iis, quae sensibus percipiuntur*): **A** *notione originaria, sc. mero respectu corruptionis, dissolutionis* (*cf.* NON. p. 152, 18 -um: putre [*affert l. 7 sqq. 20*]. GLOSS. -us: *σεσηπώς*): **1** *vario usu*: PLAVT. Trin. 526 *in agro pessimo* vinum, prius quam coctumst, pendet -um (*cf.* VARRO Men. 523 -as uvas ... extendit *avarus in cena*). CAECIL. com. 6 conducit navem -am ([putr- *var. l. et pars edd., sed v. l. 5*]. CATO orig. 65 in n. -as atque sentinosas commeatum ponere). CATO agr. 37, 2 (*inde* PLIN. nat. 17, 55) eam *ulvam* substernito ovibus ..., frondem -am. 157, 3 *brassica* vulnera ⌊-a⌋ canceresque purgabit (putr- *var. l.*). CATVLL. 17, 10 (*9* lutum) -ae ... paludis ... vorago (*cf.* IREN. 3, 24, 1 [*in imag.*] *haeretici* de caeno -am bibunt aquam [putr- *var. l.; opp.* de corpore Christi ... nitidissimam fontem]). TAB. cer. Herculan. 11 (*loco manco*) cereum -um et filum. CHIRON 203 potio ex loteo -o ([putr- *cod. Basil.; Veg. mulom. 1, 17, 19* veteri]. 559). MARCELL. med. 29, 46 ova -issima. CASS. FEL. 40, 2 ⌊-um⌋ et purulentum ... flegma (putr- *var. l.; nisi ad B*). *al.* **2** *cum affectu loquentis, qui taedium, indignationem sim. ostendit*: PLAVT. Bacch. 821 *senex* tantist quantist fungus -us. Rud. 1324 quadringentos *nummos dabo.* :: tramas -as. AFRAN. com. 14 paries pictus -us. CIC. Pis. 19 (*de Pisone*) istius pecudis ac ⌊-ae⌋ carnis consilio ... niti volebam (putr- *var. l.*). HOR. epod. 8, 1 rogare longo -am te saeculo (PORPH. deformis ac -a. *de anu libidinosa ut*: PRIAP. 57, 2 turbā -a facta saeculorum [putr-, pudica *var. ll.*]). sat. 2, 3, 75 -ius multo cerebrum est ... Perelli *temere credentis pecuniam* (*74* insani est; PORPH. insanus).

B *accedit notio male olendi* (*fere cum taedio, indignatione sim. praeter e. g. l. 34 sqq. 46; iuxta ponitur* (graviter) olens *l. 33. 46, opp.* bene olere *l. 42. de notione cf. l. 57 et* NON. p. 161, 17 -um: non putre, sed odoris mali [*affertur Cic. p. 2752, 55*]. GLOSS. -us: *ὀζόμενος. δυσώδης.* GLOSS.^{L} I Ansil. PU 440 -us: fetidus. *al.*): VARRO ling. 5, 25 *locus Puteolorum dictus* a putore ..., quod -us odoribus ... ex sulphure. APVL. met. 8, 23, 4 gingivas ... -is scalpebat digitis (*antea*: manum ... faetore sordentem). PORPH. Hor. epod. 10, 2 olentem *Mevium* ... pro -o (*respicitur sudor ut*: SCHOL. *ad l.* caro ... ex pinguedine -a. 10, 21 -um ..., quia superflua caro solet incalescens ... generare putorem. PS. SORAN. quaest. med. 120 *typhodes febres* cum sudore ... -o). ANTH. 205, 8 patitur -o (putr- *var. l.*) sub coniuge coniunx (*11* nam *os* turpe est fetore. *item respicitur os foetidum*: ROMVL. fab. 70, 7 rec. gall. *leo simium* interrogat, si -um haberet os [*rec. vet.* si puteret, *W* foetitum]. SIDON. epist. 3, 13, 4 *parasitus* ore spirans caenum ..., loquens venenum, facit ambigi, -ior ... an facinorosior existimetur). SCHOL. Hor. sat. 1, 3, 40 ('polypus Hagnae') *meretrix* -is naribus (*cf. Watson, 2003, ad Hor. epod. 12, 5*). AVG. enchir. 7, 20 bene olere *putatur,* quod -um est. CARM. de Iona 46 pars *nautarum* maris interni ⌊-um⌋, *i. sentinam,* grave odore ... egerit (⌊ ⌋ *neutr. pro subst.*; puteum *var. l.*). AVIAN. fab. 13, 9 (*taurus ad hircum*) non te ..., -e, ... tremo (*12* hircus olens). SORAN. p. 61, 9 res ⌊-as et graviter olentes⌋ naribus *apponere* (⌊ ⌋ *gr. p. 112, 5 δυσώδεσιν*). p. 100, 12 odor -us ibi nascitur, *sc. in ulcere.* SEV. MALAC. euang. 8, 64 (*62* taetrum ... odorem) -um quarto sub lumine corpus *Lazari* ([*cf. Ioh. 11, 39* iam fetet]. 8, 79). *al.* *in compar. vel imag. de peccato*: PRVD. perist. 2, 286 peccante nil est taetrius, nil tam leprosum aut -um (putr- *var. l.*); ... cicatrix criminum olet *eqs.* AVG. in psalm. 50, 8 l. 53 *vulnus* nudum foedius et -ius est.

II *translate respicitur, quod pravum, ineptum, molestum iudicatur* (*cf. l. 18. 49; adhibetur non nisi conviciose; iuxta ponitur e. g.* ineptus *p. 2759, 7,* molestus *p. 2759, 3,* odiosus *p. 2759, 3. 7; opp.* elegans *p. 2759, 9,* probus *l. 62. de notione cf.* NON. p. 460, 26 -um, non solum ab odore faetido ..., sed et quod auribus triste, insuave, austerum, rancidum est, -um dici posse [*affert p. 2759, 13*]. SYNON. Cic. p. 414, 6 amarus. ... molestus. odiosus. invisus. -us. *al.; huc vergunt e. g. l. 32. 40. 45*): **A** *generatim*: **1** *de hominibus* (*cf. imagines l. 18 sqq.*): PLAVT. Bacch. 1163 homo -e, amator istac fieri aetate audes (PETRON. 54, 1). CATVLL. 42, 11 moecha (*al. in eodem carm.; opp. 24* proba). 98, 1 in te ... dici pote, -e Vecti, id quod verbosis dicitur et fatuis. CALV. carm. frg. 3 Tigelli -um caput venit (VERG. catal. 6, 2 Noctuine, -um c. 12, 1). PETRON. 34, 5 -issimi servi. **2** *de rebus, actionibus* (*cf. p. 2759, 20*): CIC. Att. 1, 14, 1 vereor, ne -um sit scribere ad te, quam sim occupatus (*item in locut. c. inf.*: CAEL. AVR. acut. 3, 4, 28 phlebotomari ... noxium atque -um iudicamus. *ibid. iterum*). SEN. epist. 96, 5 isti *milites,* quos -a quies ... molliter habet. MART. 3, 50, 8 -us est, ... *quinquies* si mihi ponis aprum (*cf. p. 2749, 22*). 12, 39, 2 odi te, quia bellus es, Sabelle: res est -a, bellus et Sabellus (*an de figura, ut ad B2 pertineat?*). TERT. apol. 23, 14 ex ... fumo et -is rogis pecorum ... intellegi *deos esse daemones* (*cf. p. 2749, 48*). CONC. Carth. a. 424/425 p. 170 l. 30 taetriore ... ac -iore obstinatione *haeretici* (putr- *var. l.*). SCHOL. Pers. 3, 77, 1 eorum *morum barbarorum* quidam dici -i solent.

[Rey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *speciatim in dicendo, scribendo pertinet ad*: **1** *argumentum* (*cf. p. 2758, 66*): CIC. de orat. 3, 51 haec *explicata* satis spero vobis ... molesta et -a videri (*postea*: odiosiora). Att. 2, 9, 1 sciat *Pompeius,* ... quam bonam meis ⌊-issimis⌋ orationibus gratiam rettulerit; quarum exspecta ... *παλινῳδίαν* (⌊ ⌋ *Turnebus*, putissimis *trad.; cf. p. 2757, 50*). HOR. sat. 2, 7, 21 (*ad servum castigantem*) non dices hodie, *i. Saturnalibus,* quorsum haec tam -a tendant (SCHOL. rancida, inepta, odiosa). PETRON. 73, 2 -issimam eius *Trimalchionis* iactationem ... effugere. SCHOL. Hor. sat. 2, 8, 1 Nasidienus ... in aliis elegans, in enumeratione ... lautitiarum suarum -us. HIER. epist. 70, 3, 2 mercedem, *i. poenam,* linguae -issimae *accipere.* adv. Pelag. prol. 2 l. 8 *haereticus* tam elinguis et sic sermonis -i, ut *eqs.*
2 *stilum, pronuntiationem sim.* (*cf. p. 2758, 71*): CIC. orat. 27 cum etiam Demosthenes exagitetur ut -us (*opp.* inclinata ululantique voce more asiatico canere. *cf. l. 24 et* NON. *p. 2758, 57*). off. 1, 133 *Catuli optime loquebantur*; sonus erat dulcis, litterae neque expressae neque oppressae, ne aut obscurum esset aut -um. IVL. VICT. rhet. p. 105, 32 verbum cariosius aut figura -ior. HIER. epist. 57, 6, 3 *Hilarius e graeco vertens non* adsedit litterae ... et -a rusticorum interpretatione se torsit (106, 30, 2. *cf. l. 28*). AVG. ord. 2, 4, 13 (*in imag.*) *carmen figuris nimis conditum* acre -um rancidum fastidibo (putr- *var. l.*).

adv. **pūtidē.** *compar.* -ius *l. 29 sq.; superl. deest. i. q. modo putido; adhibetur non nisi technice in arte rhet. ad illustrandum genus pravum, inelegans sim.*: **1** *eloquendi*: CIC. Brut. 284 eos, qui nec inepte dicunt nec odiose nec -e, attice ... dicere (*opp. 283* scienter eleganterque). SEN. epist. 75, 1 quis ... accurate loquitur, nisi qui vult -e loqui (HIER. adv. Rufin. 2, 9 tam -e et confuse l. *Rufinus* [*antea*: licentia figurarum ..., modorum et temporum perturbatio]. 3, 16). HIER. adv. Rufin. 1, 19 nolens transferre -e (pure *var. l.*), sensum magis secutus sum.
2 *pronuntiandi*: CIC. de orat. 3, 41 nolo exprimi litteras -ius, nolo obscurari neglegentius *eqs.* (*inde* IVL. VICT. rhet. p. 96, 24 [*postea opp.* sonus ... rectus et simplex]). SCHOL. Pers. 1, 32, 3 *dicit aliquis* versus -e, cum vox eius videatur emitti per nares (*sim.* 1, 33, 3).

deriv.: putidiusculus, putidulus.

compos.: ori-, perputidus. *Rey.*

[putis CIL IV 9231, 3. *obscurum, v. p. 2757, 23.*]

*?***putilia:** *μονα* GLOSS.^{L} II Philox. PU 92. *corruptum; 'forsitan* putitia: *μωρά?' ed. in app.* (*coll. Paul. Fest. p. 216* Putitium, *v. supra p. 322, 22*). *cogitare possis de forma demin. vocis q. e.* buttis (*cf.* buticula, butticella), *si e glossario medii aevi liceat conferre Gloss.* putiglia: flascha.

putillus, -a, -um. [*a* 2. putus, *ut vid., deminutive. Fo.*] *i. q. parvus, pusillus* (*non nisi de pullis avium*): PLAVT. Asin. 694 (*in imag.; blandiloquentis est*) dic igitur me⟨d⟩ aniticulam, ... monerulam, passerculum -um. VARRO Men. 568 ad quos cum volucres venit *mater* ⌊-os⌋ usque ad limina *nidi* (⌊ ⌋ *Bücheler,* pusillos *Scaliger*; ut illos *vel* apud illos *trad.*).

cf. Onom. *Wk.*

putilūcus, -a, -um. *a* puteus *et* lucere (*cf.* astrilucus, noctiluca) *iocose fictum pro* puticulus, *q. v.* VARRO ling. 5, 25 (*antea p. 2757, 39 sqq.*) itaque eum *locum sepulturae* Afranius '-os' (= AFRAN. com. 430; cuticulos *trad., corr. Laetus*; petilucos *vel* cupilucos *Ribbeck*) ... appellat, quod inde suspiciunt ⌊per puteos⌋ (perputos *cod.*) lumen.

pūtio *v.* 1. potio. **putior** *v.* 1. potior. **pūtīsco** *v.* putesco.

putissimum *v. p. 354, 41.* **putītius** *v. ?*poticius. *Bk.*

1. [x]**puto,** -āvī, -ātum, -āre. [*a* 1. putus *'purgatus' (q. v.), prius notione corp. q. e. purgare vel desecando purgare (sc. arbores sim.); tum prisca iam aetate et litteris adhuc carente adhibitum est notione incorp., maxime in locut.* rationem -are (*sc. de actione computantis, singula recensentis, v. p. 2761, 45*); *unde orta est notio deliberandi, arbitrandi sim.; derivata huius verbi duobus ordinibus divisae sunt paucis modo ad utrumque pertinentibus vocibus* (putātio; dē-, ex-, sup-putāre); *tamen una et eadem Romanis visa est vox (cf. p. 2761, 31); itaque vix est, quod de duobus verbis* -andi *cogites, quamquam cautius iudicant Ernout-Meillet, Dict. [4]1959, 548. Fo.*] *derivari videtur a* putus PAVL. FEST. *p. 2761, 4 sq.* (*sed vice versa* NON. p. 27, 19). *scribitur in codd. ant. etiam* pot- VLP. dig. 39, 2, 24, 4 CENS. 3, 3 OROS. hist. 3, 1, 18 GREG. TVR. Franc. 4, 21 p. 154, 11. *al.; c. apice* -ó TAB. Vindol. II 311 I 8. NOT. Tir. 24, 26 -at. *p. p. p.* -tus *perperam active adhibitum*: FRG. fab. (Pap. Corp. 40) 2 luppus autem auditus anucellam vere dictu⟨m⟩ -tus (*Babr. 16, 4 νομίσας*). *de mensura*: -a *in locut. p. 2768, 25. 2770, 1 illustrata corripitur* PERS. 4, 9 (-ŏ *var. l.*). MART. 2, 44, 2. 3, 26, 5. 9, 95[b], 5 (3). PRIAP. 37, 6. *al., longam retinent* OV. met. 10, 354. 14, 488 MART. 4, 29, 10. *al.* (*cf.* SERV. Aen. 2, 651 ['contra'] adverbia in a exeuntia modo producunt ultimam litteram, excepto '-a' ..., apud Ennium et Pacuvium brevia sunt [*v. Vahlen ad Enn. frg. inc. 30*]. PRISC. gramm. III 65, 22 quamvis quidam '-a' quoque adverbium esse accipiant ideoque Persium id corripuisse); *sim.* -ŏ *e. g.* OV. epist. 2, 105 met. 2, 566 MART. 1, 5, 2. PRIAP. 40, 2 (-a *var. l.*), -ō *non nisi* PRIAP. 12, 2. *de notione* (*v. etiam p. 2761, 31 sqq. 2762, 26 sqq.*): VARRO ling. 6, 63 disputatio et computatio e[t] propositione -andi, quod valet purum facere (**[***seq. p. 2728, 32*]. PAVL. FEST. p. 216 [*antecedit p. 2761, 5*] aurum quoque -tum dici solet, id est expurgatum, et ratio -ta, id est pura facta [*inde* GLOSS. -tus]). GELL. 7, 5, 6 sqq. -are ... veteres dixerunt vacantia ex quaque re ac non necessaria ... auferre et excidere et, quod esse utile ... videretur, relinquere; (7) sic namque arbores et vites et sic rationes etiam -ari dictum; (8) verbum quoque ipsum '-o', quod declarandae sententiae nostrae causa dicimus, non significat ... aliud, quam id agere nos in re dubia ..., ut decisis amputatisque falsis opinionibus, quod videatur esse verum ..., retineamus. NON. p. 369, 21 sqq. -are: colligere, conferre (*affertur* PLAVT. *p. 2761, 48*); ... purgare, rarefacere (VERG. *p. 2761, 3*); ... aptare (TITIN. *p. 2761, 18*); ... animo disputare (PLAVT., ENN., CAECIL., VERG. *p. 2762, 3. 6. 10. 14*); ... aestimare (TER., CIC. *p. 2766, 53. 64,* LVCIL. *p. 2762, 45*). *legitur inde a* PLAVTO, ENN., CATONE *per totam latinitatem.* [*notione sub IA illustrata: dial. Curictarum* potuor, *it.* potare, *sard. centr.* pudare, *prov.* po(u)da, *cat., hisp., port.* podar *et deriv. quaedam; ad evitandam confusionem c.* putere *substitutum est saepe* taliare. *cf. M.-L. 6869. Battisti-Alessio IV 3041. Wartburg IX 621. Corominas[2] IV 585. C. S.*] [*confunditur cum* potes AFRAN. com. 79 (*cf. falsam var. l.* -ans *pro* potens LVCAN. 9, 1040, ut -a *pro* utpote *e. g.* PASS. Macc. 3, 3 SVLP. SEV. chron. 1, 52, 3 [*v. et p. 2770, 58*]); *falsa var. l. pro* pudet *p. 2473, 48 sq.; falso trad. pro* imputare *vol. VII 1, 728, 18 sq.,* mutare SEN. contr. 9, 1, 13.]

materiam sic digerendam esse censuimus:

CAPVT PRIVS: *vi originaria.*

I *proprie pertinet ad demenda ea, quae abundant*: **A** *struct. primaria i. q. putum reddere, purgare: l. 66* (*desecando, succidendo praeter p. 2761, 18*). **B** *struct. inversa i. q. purgando tollere: p. 2761, 22.*

II *translate*:

A *servato respectu ad purum redigendi fere i. q. recensere examinando, discernendo*: **1** *per computationem: p. 2761, 44* (*imprimis* rationem -are). **2** *vario modo: p. 2761, 73* (*sc. disputando vel deliberando; fort. perlustrando p. 2762, 19*).

B *vi deflexa abiit in notionem aestimandi sim. vel opinandi sim.*:

1 *accedit praedicamentum*: **a** *cum acc. praedic.: p. 2762, 38* (*peculiaria structurae p. 2763, 12*). **b** *cum praepos.: p. 2763, 56.* **c** *cum gen. vel abl. pretii: p. 2763, 69.*

2 *sine praedicamento*:

a *notione sollemni*: **α** *cum acc. c. inf.: p. 2764, 7* (*de iuris consultis p. 2764, 33, de magistratu, populo sim. p. 2765, 11; inf. gerund. in circumlocut. p. 2765, 2*). **β** *cum nom. c. inf.: p. 2765, 33.* **γ** *cum solo inf.: p. 2765, 59.* **δ** *cum enunt. secund. p. 2766, 8, primar. p. 2766, 38.* **ε** *cum acc. pron. vel adv. vel absolute: p. 2766, 49* (ut -o *p. 2766, 70*). **ζ** *struct. mancae: p. 2767, 27* (*subauditur et acc. et inf. p. 2767, 68*).

b *peculiaria notionis*: **α** *cum solo acc.; i. q. agnoscere p. 2768, 11, ?respicere p. 2768, 19.* **β** *cum struct. verbali: p. 2768, 23* (*imperat.* -a(te) *i. q. pone, finge p. 2768, 25*; -are *i. q. necessarium ducere, pro concesso habere p. 2768, 57*; -ari *i. q. videri p. 2769, 16*).

appendix *ad IIB locutionum fere extra structuram sententiae positarum, quae vergunt in usum interiectionis vel locut. adv.*: **1** *non certa proferentis, sc.* -o: *p. 2769, 36.* **2** *exemplum vel explicationem inducentis, sc.* -a *vel* ut -a: *p. 2770, 1.* **3** *interrogationem augentis, sc.* -as, -atis, -amus: *p. 2770, 64.* **4** *affirmationem augentis, sc.* -as: *p. 2771, 43.*

CAPVT ALTERVM: *notione a verbo composito recepta i. q. deputare: p. 2771, 51.*

CAPVT PRIVS: *vi originaria*: **I** *proprie de actione corp., quae pertinet ad demenda ea, quae abundant, inquinant* (*in re rustica praeter p. 2761, 21; cf.* GLOSS. -tum: *κεκλαδευμένον*): **A** *sec. structuram primariam pro obi. est, quod onere, inquinatione liberatur, i. q. putum reddere, purgare* (*addidimus usum absol. p. 2761, 8; disting.* amputare *p. 2761, 15. 17. al., cf. lusum verborum p. 2767, 42*): **1** *-atur desecando, succidendo* (*notionem testantur* VARRO *aliique l. 1 sqq.; cf.* GLOSS. -o: *κλαδεύω*): CATO agr. capp. 35 vinea arboresque ut matur[a]e -entur (43 de v. et arboribus -tis. agr. 32, 1 vineas arboresque ... -are. 33, 2 v. -tam circumfodito. *al.* VARRO rust. 1, 36 arbustaque. PLIN. nat. 18, 230. *al.*). 52 olea quo tempore -etur (COLVM. 11, 2, 41 iisdem diebus). agr. 32, 1 arbores hoc modo -entur *eqs.* (*l. 71 sq. supra.* 37, 5 de

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vinea et a. -tis sarmenta degere. *al.* VARRO rust. 1, 27, 3 hieme. COLVM. 2, 8, 2. *al.*). 44 olivetum (*ibid. bis.* COLVM. 5, 9, 15). VERG. georg. 2, 407 *rusticus* vitem ... fingit ... -ando ([*explicat* NON. *p. 2760, 12*]. PAVL. FEST. p. 108 putum est ... purum; unde -are vites dicimus, hoc est detrahere, quae inpedimento sunt ad fructum. p. 216 putus ... pro puro, unde -tae v. [*v. p. 2721, 19*]. COLVM. 2, 8, 2 v. aut arborem. *al.* DON. Ter. Andr. 442, 1 quia -are purgare est, unde et arbores et vites -are dicimus. *al.*). COLVM. 4, 10, 1 -andi ... duo sunt tempora (*absolute ut*: 4, 24, 21 post largos fructus parcendum est vitibus et ideo anguste -andum. PLIN. nat. 14, 88 [*opp.* ex inputata vite]. *al.*). PLIN. nat. 17, 215 pergulas (*cf. Colum. 11, 2, 32* deputari). MENOL. Colot. Mart. (Inscr. Ital. XIII 2 p. 287) ⌞vineae pedamin(a)⌟ in pastino -antur (⌞ ⌟ Vall. Mart. [*ibid.* p. 293] v. et p.). *al. in imagine*: HIER. in Is. 5, 16, 9 vineam Iazer et Sabama ..., urbes quondam validissimas, Assyrio -ante succisas *esse*. PAVL. NOL. epist. 24, 10 (*respic. Ioh. 15, 5* ego sum vitis) nec ad ignem amputabimur ira, sed ad fructum -bimur disciplina purgante nos euangelicae falcis acie. AVG. in psalm. 134, 7 (*de Iudaeis sec. Rom. 11, 17*) arbor olivae -ta est, non amputata. *al.* **2** *-atur vario modo*: TITIN. com. 23 qui non reddet *fulloni lanam* ... -tam recte ([*explicat* NON. *p. 2760, 13*]. VARRO rust. 2, 2, 18 ne l. *agnorum* inquinetur, quo minus vel infici recte possit vel lavari ac -ari). PAVL. FEST. p. 216 aurum (*v. p. 2760, 3*).

B *sec. structuram inversam pro obi. intellegitur, quod demitur, i. q. purgando tollere* (*cf.* putamen; *exempla potiora, cf. l. 4. 36*): CALP. ecl. 2, 44 teneras salices ... aut oleastra -are et gregibus portare novis. ISID. orig. 17, 5, 32 -are est virgam ex vite supervacuam resecare ...; -are enim dicitur purgare, id est amputare. *potius de errore scribae cogites in cod. pessime scripto*: VET. LAT. Marc. 9, 45 (cod. 1) si pes et scandaliziat te, -a eum (a(m)puta *man. tertia, ut e. g. cod. 3 et Vulg.* [*et ipse cod. 1 loco gemino 9, 43*], abscide *cod. 5. al.; gr. ἀπόκοψον*).

II *translate de actione mentis* (*oculorum fort. p. 2762, 19*). *variae notiones explicantur sec. usum proprium sub I illustratum p. 2760, 1 sqq. 5 sqq. et* NON. p. 27, 27 (*allatis Plauto et Varrone p. 2780, 65. 67. 70*) rationes ea causa -ari dictae sunt, quotiens ex his fraudis aut falsi ... aliquid separatur; et ipsum namque, dubitantes cum dicimus '-o', significamus nos in rebus incertis ... falsis opinionibus nos fieri ambiguosos. DON. Ter. Ad. 796, 2 -are est ... falsa et cassa a veris et utilibus resecare, unde arborum purgatores putatores dicuntur. SERV. auct. Aen. 8, 522 -bant: cogitabant; unde et arbores -ari dicuntur, quia diu deliberatur, quid eis adimi debeat, quid relinqui; -are est et discernere et in partes redigere, inde disputare. *v. post alios Dahinten, Die Verbalausdrücke für den Begriff des Glaubens im Lat., 1930, 7 sqq.*

A *servato respectu ad purum, ad liquidum redigendi, fere i. q. recensere examinando, discernendo sim.* (*accedit praepos.* cum *l. 48. 51. 53. p. 2762, 3. al.*): **1** *per computationem* (*cf. p. 2762, 38*): **a** rationem, rationes -are (*aliter p. 2762, 3; respicitur res pecuniaria praeter l. 56; explicatur l. 33. p. 2728, 32 sq.; e coni. dub.* PLAVT. Amph. 670 [dictare *trad.*, duct- *Lambinus*]): PLAVT. Aul. 527 miles aes petit; itur, -atur r. cum argentario (*529* ubi disputata est r. cum a.; *cf.* NON. *p. 2760, 11*). Most. 299 vel r. -a: triginta minas pro capite tuo dedi. Trin. 417 r. -at. CATO agr. 2, 5 rationes -are argentariam, frumentariam ...; r. vinariam, oleariam, quid venierit, quid exactum siet *eqs.* 5, 3 r. cum domino crebro -et *vilicus*. AFRAN. com. 79 ne tu summatim r. -es (potes *var. l.*). CIC. Att. 4, 11, 1 ut rationes cum publicanis -rent *Pompeius et Crassus* (SCHOL. Cic. Bob. p. 157, 26 ut cum iis *p.* r. -retur lege Sempronia). SCAEV. dig. 40, 5, 41, 7 an r. per eum *servum* gesta ita -ari debeat, ut *eqs.* AVSON. app. A 6 II. praef. (420 S.) l. 6 si r. -anda est oppugnationis decennis. *in appellando munere publico* (*sub imp. Hadr. et Antoninis; cf. Pflaum, Les carrières proc. équestres I, 1960, 383*): CIL VIII 7059, 11 legato divi Hadriani ad rationes civitatium Syriae -andas (7039 [*sub Ant. Pio?*]. *cf.* INSCR. Année Épigr. 1956 n. 123 [*Lambaesi; aet. imp. M. Aur.*] proc(uratori) provinc(iae) S. ad r. -andas). INSCR. Afr. Cagnat 281, 13 leg(ato) Aug(usti) rationibus -andis trium Galliarum (*qui fort. fuit cos. suff. a. 176*). **b** *exempla cetera*: PLAVT. Poen. 734 (*loco interpol.?*) quia centum nummis minus dicetur. :: bene -as (*ad p. 2766, 49 trahunt alii*). VARRO Men. 52 cum ... ⌞-ret⌟, quantum sumpti fecerit (⌞ ⌟ mut- *fere trad.*). CIC. Att. 12, 2, 2 si quaeris, quid -em: ego fructum -o (*luditur c. notione opinandi; cf. Shackleton Bailey ad l.*). TAC. hist. 3, 2, 3 si numerus militum potius quam legionum -etur. CYPR. GALL. gen. 514 prolem *Abrahae* ... numerare -ando. exod. 367 si summa -etur temporis emensi. PS. AVG. serm. ed. Mai 123, 1 *in caelo* non -antur dies, nec heri nec hodie nec cras nominatur. MACR. Sat. 1, 13, 5 *v. p. 2745, 42*. MONTAN. epist. 2, 1 -asne, quanta tibi apud deum maneat merces?

2 *vario modo*: **a** *disputando cum alio* (*absolute* PLAVT.): PLAVT. Amph. 592 quo id ... pacto potest nam – mecum argumentis -a – fieri? TER. Phorm. 718 rem ipsam -asti ([DON. pro disputasti]. Ad. 796 mitto maledicta omnia, r. ipsam -emus [*coll.* VERG. *l. 14 explicat* DON. *ad l.* 2 tractemus, purgemus]). **b** *deliberando secum* (*cf.* NON. *p. 2760, 13; absolute* CIC.): PLAVT. Cas. 555 quom eam mecum rationem -o (TER. Ad. 208 frustra egomet mecum has r. -o. LACT. inst. 1, 3, 1 nemo, qui quidem sapiat r. que secum -et, *deum* non unum esse intellegat). ENN. scaen. 340 ibi quid agat secum, cogitat parat -at. TER. Haut. 485 quod quoique quomque inciderit in mentem, volet neque id -bit, pravom an rectum sit; petet. Eun. 632 dum haec -o, praeterii ... villam (*cf.* DON. *ad l.* 1 id est aestimo [*coll.* VERG. *l. 14*]. 2 an *ἀφαίρεσις* pro reputo? -amus enim instantia, reputamus praeterita). CAECIL. com. 41 non haec -as, non haec in corde versantur tibi? CIC. Lig. 30 'erravit, lapsus est, non -vit' ... ad parentem sic agi solet; ad iudices: 'non fecit, non cogitavit' (*postea*: apud parentem loquor 'erravit, temere fecit'). VERG. Aen. 6, 332 *Aeneas* multa -ans sortemque animo miseratus iniquam ([SERV. reputans, cum animo pertractans]. 8, 522 m. ... dura suo tristi cum corde -bant [SERV. auct. *v. p. 2761, 38*]. SIL. 7, 519 m. -ans secum ut remeavit ab urbe). VVLG. Ios. 22, 25 *discidium timuimus*; -vimus itaque melius et diximus *eqs.* CYPR. GALL. gen. 657 dum ... secum ... -at, quid deinde sequatur. CORIPP. Ioh. 7, 230 animis tam dura -ans. *?**c*** *perlustrando, explorando* (*si recte ed.*): ITIN. Alex. 51, 114 *quosdam nave praemisit,* uti ⌞circum -to⌟ oceano comperta nuntiarent (⌞ ⌟ *una voce cod.*, circumlustrato *Hausmann, alii alia*).

B *vi deflexa abiit in notionem iudicandi, aestimandi vel opinandi, arbitrandi, censendi* (*pro subi. sunt nimirum animantes [reflexive p. 2766, 27], ratione minus definita e. g. p. 2764, 17. 22. 26, res p. 2764, 40. 2765, 16 et e. g.* IVVENC. 3, 260 fama. FILASTR. 133, 1 *haeresis*. CORIPP. Ioh. 8, 462 Romanum imperium). *testimonia notionis*: PAVL. FEST. p. 54 censere ... significat -are. p. 66 duco ... pro -o. NON. *supra p. 2760, 14*. DON. Ter. Andr. 367, 2 quae ... opinamur, -amus, quae -amus, incerta sunt. CHAR. gramm. p. 389, 13 qui -at, omni genere errat, qui suspicatur, aliquid pervidit. AVG. in psalm. 118, serm. 24, 7 (*ad 118, 119*) 'deputavi' vel '-vi' vel 'existimavi' ..., multis enim modis nostri interpretati sunt unum graecum verbum, quod est *ἐλογισάμην*. DIFF. Suet. p. 287, 6 -at, qui dubitat (*disting.* existimat; opinatur; arbitratur; suspicatur. *item al., v. e. g. vol. IX 2, 723, 16 sqq.*). SYNON. Cic. p. 413, 15 arbitror. existimo. -o. credo *eqs.* p. 445, 2 sic fertur. ... videtur. ducitur. -atur. existimatur. GLOSS. -o: *νομίζω. οἴομαι.* -a: *δόξον. al.*

1 *accedit praedicamentum, ita ut praevaleat notio aestimandi* (*adhibita computatione p. 2763, 63. 70*): **a** *cum acc. praedic.* (*in struct. acc. duplicis, nisi hic illic subaudire malis inf.* esse *coll. p. 2764, 41; addidimus* necesse -are *p. 2763, 14,* satis -are *l. 61; exempla selecta*): **α** *usu sollemni pro praedic. ponuntur*: ① *varia*: PLAVT. Asin. 837 sq. an tu [esse] me tristem -as? :: -em ego, quem videam ... esse maestum. Trin. 448 neque te derisum advenio neque dignum -o ([*cf. Aul. 224* arbitror]. TER. Haut. 741 dignam me -as, quam inludas? LVCIL. 890 dignam me ut vobis -em. *al.*). 811 quid illum -as, natura illa? 1171 metuo ..., ne te leviorem erga me -es. PS. PLAVT. Cas. 5 qui utuntur vino vetere, sapientis -o (RHET. Her. 4, 44, 57 [*postea*: s. sunt existimandi]. *al.*). TER. Andr. 277 me ignavom (Hec. 853). 958 -are hoc verum ([*v. p. 2764, 15*]. LVCIL. 488 somnia ficta v. -ant. PS. SALL. rep. 2, 4, 5 quae v. atque utilia factu -es. LABEO dig. 19, 1, 51, 1. *al.*). Haut. 77 humani nihil a me alienum -o (COLVM. 3, 3, 1. *al.*). 900 quid agit? :: mitto iam osculari atque amplexari; id nil -o (*cf. p. 2763, 71*). Eun. 1081 quod ... primum -o (Ad. 858 quae tibi -aris p. LVCIL. 1337 commoda ... patriai p. -are. SALL. Catil. 36, 4 otium atque divitiae, quae p. mortales -ant). Ad. 43 quod fortunatum isti ⌞-ant⌟ (DON. *ad l.* 5 bene dicit is, cui displicet aliena sententia). 99 qui ... nihil rectum -at (DON. *ad l.* 1 hoc verbum imperitorum est. *cf. p. 2763, 17*). LVCIL. 695 aut quod animum induxit semel et utile omnino -at. 805 si hoc bellum -as. RHET. Her. 1, 1, 1 ut ars difficilior cognitu -retur. 1, 3, 5 honestum causae genus -atur (esse -atur *var. l.*), cum ...; turpe genus intellegitur, cum *eqs.* (*nisi ad p. 2763, 33*). 4, 22, 30 ne ... patres conscripti circumscripti -entur. VARRO Men. 194 quod ... satis si⟨bi⟩ vix -ant ([*locum corruptum emend. alii aliter*]. CATVLL. 42, 15 non est ... hoc s. -andum. LIV. 6, 37, 4 quod quisquam s. -et, si plebeiorum ratio comitiis consularibus habeatur. LVCAN. 10, 525. *al.*). CIC. S. Rosc. 112 quem fidelem -at. 119 qui ita vixerunt, tales ... -antur, ut, quicquid dicerent, nemo esset, qui non aequum -ret (PROP. 2, 3[a], 22 [*loco corrupto, v. Fedeli, 2005, ad l.*]. *al.; cf. e. g. p. 2763, 38*). 143 nihil indignum -at (147 nisi hoc i. -as. Tusc. 3, 26. *al.*). de orat. 1, 221 quae -antur ... mala ac molesta et fugienda. fam. 2, 11, 2 ea ... certissima -bo, quae ex te cognoro. LVCR. 3, 231 nec ... haec simplex nobis natura -anda est. SALL. Catil. 3, 2 quae sibi quisque facilia factu -at. NEP. Them. 1, 1 pauci pares -entur. VERG. ecl. 1, 19 urbem ... -vi ... nostrae similem. OV. am. 2, 8, 14 quod decuit reges, cur mihi turpe -em? (IAVOL. dig. 45, 1, 107 stipulationem. *al.; cf. p. 2763, 15*). *al.* ② *subst.*: TER. Andr. 92 *Pamphilum* -bam ... magnum exemplum continentiae. Hec. 214 tu, ... quae me ... lapidem,

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

non hominem -as (CIC. S. Rosc. 135 ut omnes despiciat, ut h. prae se neminem -et. *al.*). LVCIL. 457 naumachiam licet haec ... -are. 481 multa homines portenta in Homeri versibus ficta monstra -ant. 902 favitorem tibi me, amicum, amatorem -es. RHET. Her. 1, 6, 10 de eo, quod adversarii firmissimum sibi adiumentum -arint. 2, 16, 23 eam *necessitudinem* satis idoneam causam -ari. 4, 16, 23 viri fortis est, qui de victoria contendant, eos hostes -are (CIC. Phil. 14, 9. *al.*). CIC. S. Rosc. 84 quem populus Romanus ... sapientissimum iudicem -bat. Tull. 9 *ut* id ... nefarium ... facinus -retur. Balb. 7 nisi honos ignominia -anda est. CATVLL. 16, 13 vos ... male me marem -atis? PVBLIL. sent. Q 54 quod senior loquitur, omnes consilium -ant. HOR. epist. 1, 6, 31 virtutem verba -as. MELA 1, 46. *al.*

contristavit eum? [*gr. 15, 10 μὴ ἄρα*]. *al.*). AVG. conf. 8, 11, 26 -asne sine istis poteris? PETR. CHRYS. serm. 10, 2 -asne caelestes taliter appellat iste virtutes, aut homines dei aptat in filios? (*item in interrog. disiunctiva e. g.* VITAE patr. 6, 4, 15 -asne intellexit ... an non? [*gr. Nau 1907 p. 54 n. 13 εἰ ἐνόησεν ... ἢ οὔ*]). VEN. FORT. laud. Mar. 179 dic, virgo, -asne videbas angelicos cursus ire redire? *al.* **β** *forma* -as: VET. LAT. Luc. 18, 8 (cod. 8. *al.* = VVLG.) filius hominis veniens -as inveniet fidem in terra? (*gr. ἆρα,* cod. 14 -atis, *4. al.* numquid, *om. 5*). SERV. ecl. 8, 6 ubi ubi es, ... -as, umquam erit tempus, quo *eqs.*? AVG. in euang. Ioh. 43, 7 amat aliquis vestrum pecuniam; -as invenio aliquem, qui non amet? EVOD. Aug. epist. 158, 8 -as non ita sunt animae humanae, *ut eqs.*? (CONC.^{S} I 5 p. 265, 18 -as ergo non sentis obloqui te vane? [*cf. p. 152, 33* nonne; *gr. I 1, 6 p. 125, 13 ἆρ' οὖν*]. EVGIPP. Sev. 1, 5 [-asne *var. l.*]. *al.*). CONC.^{S} I 2 p. 43, 35 quid videtur ... synodo de nuper lecta epistola? -as videtur et ipsa consona esse fidei ... an non? (*gr. I 1, 2 p. 31, 16 ἆρα φαίνεται ... ἢ οὔ*). *al.* **γ** *forma* -amus (-amusne *l. 18; apud* AVG. *praeter l. 20*): AVG. in epist. Ioh. 6, 7 quos invenimus exauditos ...? invenimus, -amus, aliquem nequam ... exauditum a deo? in euang. Ioh. 69, 2 -amusne, possumus dicere '...'? (c. Faust. 21, 16 p. 590, 7 -amusne respicitis, quam inmaniter blasphematis? *al.* GREG. M. dial. 1, 2, 12 -amusne vir iste venerabilis ... imitatores suos in virtutibus non reliquit?). serm. 112, 2 'uxorem duxi ...', -amus non istae sunt excusationes, quae impediunt omnes homines? *al.*

b *quaeritur de singulis partibus orationis, sc. per pron. vel adv. interrog.*: **α** *forma* -as, *quae interrogationi: inseritur* (*postponitur l. 32*): VET. LAT. Matth. 18, 1 (cod. 3. *al.* = VVLG.) quis -as maior est in regno caelorum? (*cod. 2. al.* quisnam, *4. al.* quis utique, *5* quis nunc, *9* quis; *pro gr. ἄρα ut*: 24, 45 [cod. 7. *al.* = VVLG.] quis -as est fidelis servus? [*cod. 2* ergo, *4. al.* nam, *5. al.* enim]. CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 69, 5 qui ... ⌊-as⌋ sic temerarii facti sunt? [⌊ ⌋ *om. e. g. I 2 p. 54, 23*]. CASSIOD. hist. 1, 13, 14. *al.*). HIER. tract. in psalm. I p. 146 l. 141 quis est -as de sanctis, qui mecum resurget? TRACT. Pelag. 6, 13, 2 p. 152 si ... consiliarios habuisset, quid fecerat -as? VEN. FORT. Mart. 3, 479 illa -as quanto rutilabant ora sereno? *al.* *anteponitur*: HIER. in psalm. 81 si autem deos diiudicat, -as de peccatore quid faciet? tract. in Marc. p. 353, 9 tres video; -as de quo loquitur? AVG. in psalm. 133, 3 -as quis est? *al.* **β** *forma* -amus (-amusne *l. 38*): AVG. in psalm. 70, serm. 2, 6 l. 24 quid est, per superbiam velle esse similem deo? quid, -amus, ut *eqs.*? 121, 7 quaerebamus ..., quo ascendat qui cecidit ...; -amusne quo ascendit? COLLECT. Arian. hom. 24, 2 septem panibus saturantur omnes; quare, -amus, iste scribtus sit numerus? (*item c. coni.*: FACVND. defens. 11, 7, 3 *si* invenirent ..., quemadmodum -amus ... ventilarent? *al.*). VEREC. in cant. 7, 13 l. 22 quid, -amus, est malum hoc? *al.*

4 *auget affirmationem forma* -as (*interrogantis aut exhortantis [indicat. pro imperat.]; quod dici* verbo ... minus ... latine coniuncto *testatur* AVG. *infra*): AVG. in psalm. 123, 8 ('fortasse pertransiit anima nostra aquam') *'fortasse' minus apte positum est*; quod Punici dicunt iar ..., quando dubitant, hoc Graeci *ἄρα,* hoc Latini (-e *var. l.*) possunt vel solent dicere '-as', cum ita loquuntur: '-as, evasi hoc'; ... '-as' usitate dicitur, latine non ita dicitur *ideoque scriptum est 'fortasse'*; ... quare dicunt '-as'? quia magnitudo periculi vix facit credibile, quod evasit.

CAPVT ALTERVM: *notione a verbo composito recepta i. q. deputare, tribuere* (*si quidem agnoscenda; vix huc p. 2765, 25*): APVL. mund. 26 p. 348 *rex Persarum* alios praefecerat ceteris muneribus (urbibus *trad.*); ... pars ... urbibus (muneribus *trad.*) praefecti -bantur, et ceteri ... observationi singularum rerum appositi erant (*cf. gr. 398a24 καθεστήκεσαν*). HIST. AVG. Diad. 2, 1 dabimus ... per cuncta quinquennia hoc, quod hodie -vimus (-bimus *var. l.; an per ellipsin, sc.* dandum esse?). Alex. 34, 2 *nanos* singulis civitatibus -vit alendos singulos.

deriv.: putamen, putatio, putativus, putator (-trix); *cf.* putatorius.

compos.: am-, circum- (*cf. et p. 2762, 20*), com-, de-, dis-, ex-, im-, inter-, op-, per-, post-, re-, super-, supputo; im-, semiputatus.

2. pūto *v.* poto. *Ramminger.*

⁂pūtor, -ōris *m.* *a* putere. NOT. Tir. 103, 31 -r. *de notione*: ISID. orig. 10, 148 -em (pud-, paed- *var. ll.*) ... foetorem dicit. GLOSS. -r: *ὀσμὴ σαπρά. δυσωδία.* *legitur singulis locis apud* CATONEM, VARRONEM, PLIN. nat. *al., paulo saepius inde ab* ARNOB., *quindecies apud* AVG.; *in versibus non nisi* LVCR. *p. 2772, 15 sqq.* [*val.* putoare, *genav. vet.* puor, *Bilitione* pudore, *francog.* pueur, *prov., cat., hisp. vet., arag.* pudor. *cf. M.-L. 6883. Wartburg IX 639. C. S.*] [*confunditur in codd. passim c.* pudor (*restit. p. 2772, 30 et* CHIRON 193 CASS. FEL. 32, 11); *forma* putror *nusquam tradi vid.*]

i. q. status putidus (*vel id, quod inde efficitur; propter -em nascuntur vermes p. 2772, 15. 18. 43*): **1** *mero respectu depravationis, corruptionis*: **a** *carnis vel corporis morbosi, mortui sim.*: **α** *proprie*: CATO agr. 157, 3 *brassica* omnem -em adimet (*antea*: ulcera purgabit). PLIN. nat. 20, 144 *mentastri foliis* sanari elephantiasin ... fortuito ..., propter ⌊-em⌋ facie inlita, conpertum est (⌊ ⌋ *Sillig,* pud- *codd. et edd. plerique; an ad l. 37?*). ARNOB. nat. 5, 14 p. 268, 2 ne -e corpus *Attidis* dissolveretur. HIER. in Is. 16, 59, 5 l. 33 G. ('conterens *ova* inveniet putridum', *cf. supra p. 2744, 46 sqq.*) statim ⌊-em⌋ taeterrimum foetore cognoscet (pud- *var. l.*). PHILIPP. in Iob rec. long. 16 p. 658^{D} *Iob* -is sanie liquescebat. MARCELL. med. 9, 42 -em sordesque auriculae optime curat cucurbitae ... sucus (9, 126 et dolori et -i et vulneri medetur a.). 27, 30. SCHOL. Ter. Bemb. Ad. 588 solvuntur ... carnes -e. **β** *meton. de re corrupta* (*corruptibili l. 13; exempla potiora, sc. plur.*): PASS. Thom. 45 *leprosi* compago membrorum sub uno cortice vulnerum plena -bus (pud- *var. l.*) scaturrit. AVG. in euang. Ioh. 8, 2 *anima,* cum ... adest corpori, ... *tamquam sal* condit quodammodo -es: corruptibilis est enim omnis caro *eqs.* (*cf. p. 2752, 55*). EVOD. fid. 24 *solem* in omnibus stercoribus et -bus radios suos expandere.

b *terrae*: LVCR. 2, 872 *vermes nasci,* -em cum sibi nacta est ... ex imbribus umida tellus (*item respicitur terra umiditate resoluta*: 2, 929 terram ... cum -r cepit ob imbres. 6, 1101. ARNOB. nat. 2, 7 p. 72, 17 utrumne illum *hominem* tellus uliginis alicuius conversa -e tamquam vermes animaverit).

2 *c. respectu foetoris, mali odoris, qui fere e corruptione, squalore sim. oritur* (*iuxta est* foetor *l. 36. 57. al.*, odor taeter *l. 35 [opp.* o. blandus *l. 34], in iunctura abundanti l. 39 [cf. l. 6. 18]; nota imprimis* -em eructare *l. 54,* exhalare *l. 48. 58. 60* [*ipse -r* exspirat *l. 42*]): **a** *proprie -em exhalant*: **α** *res variae* (*cf. l. 57*): VARRO ling. 5, 25 *Puteoli dicuntur* a -e (*cf. p. 2758, 31; in eadem re*: PAVL. FEST. p. 219 Puteolos dictos putant ab aquae calidae -e. *cf. Strabo 5, 4, 6 δυσωδίας*). HIL. coll. antiar. p. 128, 14 *cum clericos* clausos carcere et squalore et -e conficerent (*sim.* MVTIAN. Chrysost. hom. 1, 4 p. 242$^{med.}$ -em ... et tenebrarum caligines *in carcere* non ... sustinere [*gr. p. 18 δυσωδίαν*]). FILASTR. 11, 1 ut ⌊-e⌋ Aegyptios defatigent *ranae* (⌊ ⌋ *Sichardus,* pud- *trad.; fort. subest exod. 8, 13 sq.*). SERV. Aen. 7, 84 mephitis proprie est terrae -r, qui de aquis nascitur sulphuratis ...; -em non nisi ex corruptione aëris nasci. HIER. vita Hil. 18, 6 non sentis ... -em teterrimum et in cicere, *sc. cibo nobis donato,* foetere avaritiam? AVG. in euang. Ioh. 15, 21 blandis odoribus delectari, -esque respuere. CAEL. AVR. acut. 2, 10, 71 (*antea*: odoribus ... taetris). CAES. AREL. serm. 234, 3 sine oleo lucerna: fumigare potest, foetorem vel -em reddere potest, lucem vero habere non potest. *al.* **β** *caro, corpus*: APVL. met. 4, 3, 10 *nisi asini alvus* fimo fistulatim excusso quosdam ... liquoris aspergine, alios -e nidoris faetidi ... abegisset. PORPH. Hor. epod. 12, 3 -em corporis tui *non* ferre (*de eadem femina male olente*: SCHOL. Hor. epod. 12, 5 dicit se nec -em narium, *i. polypum,* nec hirc[or]um *in alis* ferre. 12, 6). ARNOB. nat. 7, 16 p. 360, 13 -r qui ex coriis *victimarum* ... expirat ardentibus. HIL. myst. 1, 40, 2 quod et vermis et -r est *e manna* (*postea*: esse ea ... faetida. *cf. p. 2753, 2*). CHIRON 368 *si iumentum* -em per nares gravem ostendit (*Veg. mulom. 2, 109, 1* foetorem). AVG. civ. 19, 12 p. 376, 12 dissidentibus exhalationibus *cadaveris* et nostro inconvenientibus sensui – id enim est, quod in -e sentitur *eqs.* OROS. hist. 5, 4, 9 tabescentium ... cadaverum -es exhalabantur. *al.*

b *in imag. apud Christ. respicitur foetor peccatorum, pravitatis*: AVG. op. monach. 28, 36 ut, qui illorum *hypocritarum* -bus praefocantur, in odore vestro bono reficiantur (*subest II Cor. 2, 15 sq. ut e. g.* in psalm. 37, 9 -i peccatorum contrarius erat odor *Christi*). in psalm. 37, 9 l. 15 avertimus a -bus nostris olfactum (*postea*: nisi ad nos oleant ... mala nostra). 48, serm. 1, 1 venenati ... cordis est ista sanies, eructans in deum -em blasphemiae (*haereseos ut*: OROS. apol. 2, 3 [*l, 6* fetor ... oris eorum] temperando ... -i [pud- *var. l.*] satisfacere). CAES. AREL. serm. 45, 3 conpara ... foetorem cloacae et cogitationes luxuriae et vide, quae pars maiorem possit exhalare -em ...; graviorem -em reddunt cogitationes luxuriosae (*utrobique* foetorem *var. l.*). 79, 3 peccatum *tamquam vulnus* ... -em (pud- *var. l.*) teterrimum exhalare cognoscitur. VISIO Pauli rec. P 16 p. 100, 14 (*antea*: v(a)e tibi, ... anima, pro operibus tuis) -r eius pertransivit ad ... angelos (*rec. A* pudor, *Sang.* fetor). *al.* *Clementi.*

putrāmen, -inis *n.* *a* puter. *i. q. res putris* (*non nisi plur. et in imag. vel compar. de partibus corporis putredine affectis*): CYPR. epist. 59, 15, 2 neque ... sic -a (puta-, sputa- *var. ll.*) quaedam colligenda sunt, ut, quae integra et sana sunt, vulnerentur (*3 ut schismatici recepti* bona intus ingenia corrumpant). laps. 14 aperiendum vulnus *animae* est et ... -bus amputatis ... curandum (putredinibus *var. l.*). AMBROSIAST. in I Cor. 4, 14 rec. *γ apostolus* agit ut medicus salutaris, qui ⌊-a⌋ abscidens dolorem inlatum spe ... mitigat (⌊ ⌋ puta-, putredinis *var. ll.; rec. α exhibet* putrim [putram, putridum *var. ll.*], *quod vix recte agnovit ed.* [*tamquam subst. ut* febris, sitis *sim.?*]).

putrēdinōsus (-trid- *p. 2773, 1* [*bis*]), -a, -um. *a* putredo (*cf.* gravedinosus). *i. q. putredine plenus*: HIPPOCR. mul. 7 l. 118 multa et maleolida et -a procedent ex ... matrice (*gr. πυώδεα ut*: 8 l. 142 ulcera

[Wk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

matricis non cum foetore nec ... -a). 9 l.175 *menstrua* colerica vel -a vel tenera vel alba (*gr. ἰχωροειδέα*). *Wk.*

putrēdo, -inis *f.* *a* puter. *scribitur* putre- *in cod. vet.* Aa ORIBAS. eup. 2, 1 *K* 100 p.461. 4, 75, 2 p.596, potre- syn. 6, 8, 1 p.11, 9. *al.*, potri- syn. 9 add. 73 p.346; *in codd. rec. passim* putre- *vel* putri-. *de notione*: AVG. nat. bon. 20 -o *vulneris* sine dolore, quae specialiter corruptio dicitur (*sim. ibid. iterum*). MACR. Sat. 7, 16, 17 -o ... est ..., cum defluxio ... soliditatem carnis in umorem resolvit. GLOSS. III 603, 14 morbus: (a)egritudo, -o. *adde p.2774, 64sq.* *legitur inde ab* APVL., VET. LAT., CYPR., SOL. (*frequentat* CAEL. AVR. [*30ies*]), *in versibus non nisi* ANTH. 205, 3 PRVD. cath. 9, 31 perist. 10, 500.

I *notione originaria*: **A** *usu communi significatur status putris* (*ad B2 vergunt e. g. l. 22. 27. 37; iuxta ponitur e. g.* aegritudo *p. 2774, 25,* corruptio *l. 47. p. 2774, 25. al.,* foetor *l. 28. 42. p. 2774, 66,* nidor *l. 35. 68,* tabes *l. 21,* vermis *l. 33. 42. p. 2774, 34 et saepe*): **1** *proprie de tali statu*: **a** *corporis animantium, carnis sim.* (*cf. l. 6sq.; per prosopop. l. 55*): **α** *respiciuntur singula, quae affecta sunt vitio morboso vel morte*: APVL. met. 9, 13, 2 *muli* cervice⟨s⟩ cariosa vulnerum -e follicantes. flor. 15, 19 *corpus* infandi morbi -e in ... scabiem solutum ... humavit (*cf.* AVG. civ. 22, 12 p.589, 19 *ut naufragorum* carnes in umorem -o dissolvat. epist. 102, 5 Christi corpus non dissolutum tabe atque -e. VEREC. in cant. 6, 1 l.40 *Herodis* caro ... in vermium est -e resoluta [*respic. act. 12, 23*]). CYPR. mortal. 14 quod ... membrorum partes contagio morbidae -is amputantur. SOL. 27, 32 ictus sepium -o sequitur (FVLG. RVSP. epist. 18, 7 -o ... s. mortem. *cf.* CAEL. AVR. gyn. 2, 105 si ... -o consecuta ... ulcus fuerit *eqs.*). 56, 19 monstra ... -e tabefacta ([*cf. Plin. p. 2777, 68*]. EVGIPP. Sev. 6, 4. *cf.* GREG. M. moral. 11, 43 caro tabescit in -e). POTAM. tract. 1 l.43 C. si ... *mortuum* corpus omne ad foetoris maculam sui de -e relaxetur (ALC. AVIT. hom. 4 p.107, 1 -e relaxatas, fetentes tempore ... exequias *Lazari.* VEN. FORT. vita Germ. 49). HIER. hom. Orig. in Luc. 13 p.78, 3 in emortuam carnem serpens -o penetret (CASSIOD. hist. 10, 13, 7 [*gr. Sozom. 8, 16, 6 σηπεδών*]). interpr. Iob 7, 5 (*loq. Iob*) concrescit corpus meum -e vermium (*gr. σαπρίᾳ,* VVLG. induta est caro mea -e). RVFIN. hist. 1, 8, 7 verenda ... -e corrupta scatere vermibus ([*gr. σῆψις*]. *sim.* 1, 8, 9 [*gr. σηπεδών*]). 8, 16, 5 carnes ... graviorem ex corruptione nidorem -is exhalabant (*gr. κατασαπεῖσαν*). THEOD. PRISC. gyn. 30 vulneribus internis -o frequentius sociatur. PLAC. med. 7, 5 rec. *β apri fel* -em aurium emendat. CAEL. AVR. chron. 2, 11, 126 vulnerationis ... differentiam dicimus sive -is vel defricationis, cum adiuncto humore purulento sanguis excluditur. 5, 11, 140 *vomitus* gingivas in -em mittunt. gyn. 2, 106 ea, qu(a)e -e fuerunt alienata. PETR. CHRYS. serm. 19, 5 recedente anima mox corpori fetor, corruptio, -o, vermis, cinis ... succedunt. DIOSC. 2, 92 p.216, 19 radix lupini ... stomachi -es tollit (*gr. 2, 109, 2 ἄσην*). FVLG. RVSP. epist. 18, 7 (*antea p.2774, 61*) nullam sensit caro eius *Christi mortui* -em. ORIBAS. eup. 4, 46, 2 Aa p.563 si *ulcus* cum odore fuerit pessimo et -e (*gr. σηπεδονῶδες,* La cum ... -em). syn. 7, 51 add. Aa p.199 est ... elefantia -o cotis (*i.* cut-) ex qua[e]dam corruptione (*Ab* putritudo). CASSIOD. hist. 6, 15, 5 *linguae* defluxerunt consumptae -e (*gr. Theodoret. 3, 7, 4 σηπεδόνι*). GREG. M. moral. 11, 43 (*antea l. 27*) *superbi mortui* iacent in -e. *al.* alumna -is (*sc. musca, vermis; cf. p. 2775, 45*): OROS. hist. 7, 27, 7 in quarta plaga (*exod. 8, 24*) muscae caninae fuerunt, revera alumnae -is vermiumque matres. **β** *respicitur natura corruptibilis, caduca: corporis humani* (*cf. p. 2774, 30*): ARNOB. nat. 5, 14 p.268, 8 seiunctum ab lege -is mortale corpus ... durare. VVLG. Iob 17, 14 -i dixi: pater meus es, mater mea et soror mea vermibus (*per prosopop.; explicat* GREG. M. moral. 13, 50 ab ipsa -e et cum ipsa in hunc mundum venimus *eqs.*). GREG. M. dial. 1, 4, 4 quae *virgo* iuxta carnis huius -em speciosa videbatur. *radicis*: DIOSC. 2, 146 p.234, 10 *zingiber,* quem multi *in vasis* condiunt pro -e[s] (*gr. 2, 160 διὰ τὸ εὔσηπτον. cf. Plin. nat. 12, 28* celeriter ... cariem sentit).

b *variarum rerum, quae corruptione depravantur, dissolutione infirmantur*: ARNOB. nat. 6, 16 p.328, 6 *deorum* signa ... -is modo carie relaxari. PALLAD. 2, 15, 17 beneficio solis et venti durescunt, quae in -em transiebant (*ligna ut*: 12, 15, 3 contra celerem -em ... provideri. HIER. in Os. 5, 12 l.338 consumit ... -o vel caries ligna. EVSEB. GALLIC. hom. 59, 6. CASSIOD. Ios. antiq. 3, 134 arca *dei* ... ex lignis ..., quae nequaquam -em sustinerent [*gr. σῆψιν*]). 12, 20, 3 si aliquod animal forte deciderit et oleum -e ac nidore vitiarit *eqs.* HIER. epist. 61, 3, 3 sentinae -o. AVG. civ. 10, 8 p.414, 13 *manna* nulla -e violatum. serm. 361, 11 unde ... terra pinguificatur, nisi de -e terrenorum? *ibid.* quod horrebas in -e stercoris, in arboris fecunditate ... miraris. MACR. Sat. 1, 17, 57 *exhalatio terrae umidae* corrumpebat omnia vi -is. MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p.29, 32 frumenti -o. *al.* *quae soliditate carent* (*cf. p. 2774, 12*): RVRIC. epist. 1, 17 p.369, 24 *incurrimus semitam* caeno voraginosam, ... *et* caballorum pedes ... soli -o non sustinet.

2 *in imagine vel translate respicitur pravitas sim.* (*infirmitas l. 11*): **a** *quorumlibet peccantium vel facinorum*: PS. AMBR. paenit. 3 p.974^{C} *paenitentia non* patitur vulnus tuum tenere -em. HIER. interpr. Iob 8, 16 (*nisi ad B2b*) *impius* humidus est *quasi planta virens* ..., et de -e eius germen eius ascendet (*gr. σαπρίας*). AVG. in Iob p.519, 22 ut *homines* ... confiteantur deo -em peccatorum (GREG. M. moral. 4, 62 *si* nulla peccati -o corrumperet *eqs.; cf. l. 68; aliter p. 2775, 21*). serm. 278, 6 *antidotum* contra omnes -es, contra omnium peccatorum venena. CASSIAN. inst. 10, 7, 8 *eos,* qui vacare operi nolunt, iubet *Paulus* ... velut membra otii corrupta -e desecari (*cf. II Thess. 3, 6*). CONC.^{S} I 5 p.380, 3 'telas araneae texunt *impii*' (*Ies. 59, 6*): videte ... -is malitiae iudicium ...; tela araneae infirmitatis argumentum est (*gr. I 1, 7 p. 82, 31 σαθροῦ. cf. I 4 p. 78, 1* fragilitatis). PETR. CHRYS. serm. 19, 5 (*antea p. 2773, 42*) discedente deo ... venit in anima perfidiae fetor, corruptio criminum, vitiorum -o, conscientiae vermis *eqs.* FVLG. RVSP. epist. 4, 4 *homo vulneratus* suorum vulnerum -em compuncti cordis humilitate consideret. GREG. M. in euang. 20, 13 l.284 ut ea *corda* ... terreni amoris -o nulla corrumpat. *al.* *in exclamatione*: AVG. conf. 2, 6, 14 o -o *facinoris,* o monstrum vitae et mortis profunditas! **b** *haereseos vel haereticorum*: DIDASC. apost. 47, 26 *perversos,* cum insanabile haberent vulnus, eiecimus *ex ecclesia, ne* ... velut scavia (*i. scabies*) transeat aut serpeat -o et omnes maculet. AVG. bapt. 6, 8, 12 verba eorum *haereticorum* -em operantur, cum corrumpunt mores bonos. VINCENT. LER. comm. 28, 5 cum primum ... erroris -o erumpere coeperit, ... statim ... damnetur. CONC.^{S} I 2 p.13, 8 (*antea*: corruptionem orthodoxiae) aegritudo ... adfinis -i ... Arrii. I 4 p.143, 4 *Cyrillus* propriam -em monstrans (*postea*: impia dogmata). IV 1 p.109, 32 anima aegrotans ... dogmatum -e insanabilem habet passionem (*Migne gr. 77, 344^{C} σηπεδόνι*). *al.*

B *metonymice significatur*: **1** *quod natura sua corruptum est, sc. corpus hominis mortale* (*usu christ.; sublucet notio l. 1 illustrata*): VET. LAT. Sirach 19, 3 qui se iungit fornicariis, erit nequa -o et vermes hereditabunt illum (*gr. σήπη*). HIER. interpr. Iob 25, 6 *si* nec stellae sunt mundae ante eum *deum,* quanto magis homo, -o, aut filius hominis, vermis? (*gr. σαπρία, sim.* VVLG. *al.; explicat e. g.* AVG. *p. 2752, 31*). VVLG. Iob 13, 28 (*loq. Iob*) quasi -o consumendus sum (*explicat* GREG. M. moral. 11, 64 dum carnis suae corruptione conteritur). AVG. conf. 4, 3, 4 ut homo sine culpa sit, caro et sanguis et superba -o, culpandus sit autem *deus.* serm. 283, 1 quid est caro infirma, quid est nisi vermes et -o? CAES. AREL. serm. 168, 5 quando hominem vermem et -em dignatur *deus* in statum angelicum promovere. *al.*

2 *quod corruptione efficitur* (*exempla potiora, v. p. 2773, 13 et cf. p. 2779, 45; iungitur cum praepos.* in *c. acc. l. 45. 47. 61. al. [cf. p. 2773, 40. 63], c. abl. l. 65 et e. g.* AVG. c. Faust. 2, 5 p.259, 6 [*cf. p. 2773, 22. 27*]): **a** *caro vitio corrupta, ulcus, tabes sim.* (*in imagine l. 66*): LACT. mort. pers. 33, 8 *imperator aegrotus* comestur a vermibus et in -em corpus ... solvitur. POTAM. tract. 1 l.47 C. (*antea p. 2773, 28*) recedente ... anima ... tota materies *corporis* ... in -em relaxatur. VEG. mulom. 2, 44, 2 neque tumorem neque -em lavabis. HIER. tract. in psalm. I p.39 l.148 toto corpore *Iob* vermes fluebant et sanies et -o. PRVD. perist. 10, 500 recens cruor scalpella tinguit, dum -o abraditur. AVG. epist. 104, 7 medici cum vident secandam urendamque -em *eqs.* serm. 41, 4 l.128 (*verba irridentis*) quae vita post mortem? quae memoria -is? qui sensus cineris? CAEL. AVR. chron. 4, 8, 117 si -o apparuerit, quam Graeci 'nomen' appellant. DIOSC. 2, 83 p.211, 28 ut ⌞-es vulnerum⌟ detergere possit *lolium* (*gr. 2, 100 νομῶν καὶ σηπεδόνων καὶ γαγγραινῶν*). 4, 56 p.30, 14 ⌞vulnera oris et -es⌟ tollit *medicamentum* (*gr. 4, 60, 2 νομὰς τὰς ἐν στόματι*). ORIBAS. syn. 9 add. Aa p.346 tales -es extrahire *e matrice.* EPIPHAN. Avell. 244, 8 sucum *sardii* medi⟨ci⟩ super ⌞tumores ac -es⌟ linientes (*Migne gr. 43, 293^{C} οἰδήματα*). COMMON. patr. 2, 5 *monachus* aperuit ... sepulcrum *mulieris* ... et de pallio suo tersit ⌞saniem -is⌟ eius (⌞ ⌟ *gr. 5, 26 ἰχῶρας,* VITAE patr. 5, 5, 22 cruorem -is). FVLG. RVSP. epist. 18, 6 in tantum corpus corrumpitur, ut in -em ac pulverem redigatur (*seq. p. 2773, 44*). GREG. TVR. Mart. 1, 7 erupit ab ore eius *muti* rivus sanguinis cum -e (*cf. p. 2779, 49 et* GREG. M. moral. 3, 33 sanies ... -o est sanguinis. GLOSS.^{L} I Ansil. PU 456 -o: sanies). PASS. Petr. Paul. brev. 13 ubi *Nero* cognovit eum *Simeonem mortuum* iam in fetore et -e versum, partes corporis ... obrui praecepit. *al.* *in imag.*: AMBR. in Luc. 5, 27 (*antea p. 2776, 51*) aufer ..., Iesu, potenti machaera tua meorum -es peccatorum (BACHIAR. repar. laps. 11 *vermis conscientiae* totas ... -es p. consumat. CAES: AREL. serm. 58, 2 per paenitentiam ... p. suorum -es curare. *al.; cf. l. 6*). AVG. conf. 9, 8, 18 nonne protulisti ... tamquam medicinale ferrum ... et uno ictu -em illam praecidisti, *sc. matris vinulentiam*? *al.* **b** *variae immunditiae* (*in imag. p. 2775, 4; addasne l. 5?*): PS. MAR. VICTORIN. phys. 19 cum solem ... immunda sordium, sentinas paludium, -es caeni astringere videamus. HIER. tract. in Marc. p.324, 8 inter ipsos flores et cadavera et -es ⌞habere⌟ (*in-*

[Rey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

trans., i. esse). RVFIN. Orig. in num. 3, 1 p. 13, 14 *ut manna non comestum* vermes et -es generaret (*exod. 16, 20*). EVSTATH. Basil. hex. 3, 4, 10 lapis ... sincerus inventus nec alicuius -is admixtione foedatus (*gr. σηπεδόνι*). OP. imperf. in Matth. 15 p. 718[extr.] (*in imag.*) proiice ... abs te avaritiae sordes, periurii stercora malitiaeque -em, et lavasti faciem, id est conscientiam tuam. CAES. AREL. serm. 45, 3 super ... cloacam vermibus plenam ... stare et eorum -em ventilare. 70, 1 *si vas* unum habeat -em et aliud aromata (*antea*: sicut caenum).

3 *quod corruptionem infert alicui*: VVLG. prov. 12, 4 mulier diligens corona viro suo, et -o in ossibus eius, quae confusione res dignas gerit. 14, 30 vita carnium *est* sanitas cordis; -o ossuum, invidia. Os. 5, 12 (*loq. deus*) ego quasi tinea Ephraim et quasi -o domui Iuda (*explicat* HIER. *ad loc.* l. 343 non quo deus tinea sit vel -o ..., sed quo sustinentibus poenas haec ... videatur). EVSTATH. Basil. hex. 2, 4, 4 quam *Manichaeorum sectam* -em quis ecclesiarum nominans non peccabit (*gr. σηπεδόνα*).

II *notione sec.* putor, putidus *novata significatur malus odor, foetor* (*in imag. l. 20*): VET. LAT. Ioel 2, 20 (cod. 173; *loq. deus*) ascendet -o *hostis exterminati* (*duobus commatibus comprehensis ut cod. 175* fae⟨tor⟩, *gr. σαπρία ... καὶ ... βρόμος* [*i. βρῶ-*], VVLG. fetor ... et ... -o). HIER. in Is. 2, 3, 24 ('erit pro suavi odore fetor'; *in imag.*) pro bono odore virtutum ... habebunt -em peccatorum. VVLG. Am. 4, 10 (*loq. deus*) ascendere feci -em castrorum vestrorum in nares vestras (*explicat e. g.* HIER. *ad l.* ut sua peccata cognoscant et putere sentiant). OP. imperf. in Matth. 29 p. 784[extr.] accenso ... thymiamate suavis fragrantia exit, commoto autem stercore -o gravis prodit. *al.*

appendicula stilistica et syntactica: **1** *pendet gen.*: **a** *indicans, qua re -o constet, efficiatur*: APVL. flor. 15, 19 morbi (VEN. FORT. vita Radeg. 4). PS. MAR. VICTORIN. phys. 19 caeni. AMBR. in Luc. 5, 27 peccatorum (*v. p. 2774, 68*). AVG. in psalm. 50, 11 l. 33 facinoris. serm. 361, 11 stercoris. CASSIAN. inst. 10, 7, 8 otii. CAEL. AVR. chron. 1, 1, 33 corruptionis (GREG. M. moral. 7, 22. *al.; vice versa l. 44*). PETR. CHRYS. serm. 19, 5 vitiorum (GREG. M. dial. 4, 38, 3. *al.*). GREG. M. in euang. 10, 6 l. 133 luxuriae. *al.* **b** *indicans, quid -e afficiatur*: APVL. met. 9, 13, 2 vulnerum (RVFIN. Orig. in lev. 7, 2 p. 375, 17. *al., e. g. p. 2774, 16. 54*). VEG. mulom. 2, 66, 1 ulceris (AMBR. in psalm. 37, 56, 1 CAEL. AVR. chron. 4, 3, 61). HIER. hom. Orig. in Ezech. 5, 1 p. 372, 19 animae. VVLG. prov. 14, 30 ossuum. RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 14, 4 corporum (HIER. in Hab. 3, 14 l. 943. *al.*). AVG. c. Faust. 2, 5 p. 259, 6 carnium (DIOSC. 1, 143 p. 72, 2 carnis. GREG. M. dial. 1, 4, 4. *al.*). PS. APVL. herb. app. 117 l. 2 oris (PLIN. phys. Bamb. 31 tit. 31, 7). CONC.[S] IV 1 p. 109, 32 dogmatum. EVSTATH. Basil. hex. 2, 4, 4 ecclesiarum. *al.*

2 *pendet subst. e gen.* -is (*sc. fere illustrans morbum eiusve indicium*): CYPR. mortal. 14 contagio (CASSIAN. conl. 20, 9, 1 POMER. 2, 7, 2). RVFIN. hist. 8, 16, 5 nidorem. AVG. epist. 205, 9 corruptionem (FVLG. RVSP. epist. 18, 7). serm. 162A, 7 coll. Morin p. 104, 12 vermes (serm. 278, 4. *cf.* in psalm. 93, 19 l. 71 vermiculus). ALC. AVIT. epist. 7 p. 38, 5 humore (GREG. M. in euang. 40, 2 l. 27). COMMON. patr. 2, 5 saniem. *al.*

deriv.: putredinosus.

[putrēdulus *v. p. 2757, 53.***]** *Rey.*

putrefacio, -fēcī, -factum, -ere *et* putrefīo, -fierī. *a* putrere, putrescere *et* facere. NOT. Tir. 103, 40[a-c] -it. -fecit. -tum. *de formis: praes. pass.* -fieri *inde ab* IVL. VAL., ARNOB., NON.; *perf. act. non nisi forma* -fecit *l. 51 et* FVLG. RVSP. psalm. abeced. 233 CAES. AREL. serm. 86, 4. *metitur* pūtrē- LVCR. 2, 898, pūtre- PRVD. perist. 10, 1035. *de notione*: NON. p. 62, 3 frac[c]escere, tamquam ... -fieri vetustate. GLOSS. -o: *διασήπω*. -tum: *διασαπέν. adde p. 2776, 39. legitur in versu fere singulis locis apud ?*PLAVT. *l. 67,* LVCR., OV., AVSON., PRVD. (*quater*), *in prosa orat. admodum raro inde a* VARRONE, LIV., VAL. MAX., *frequentius apud* PLIN. nat. (*decies*), AMBR. (*sexies, ut* AVG.).

i. q. efficere, ut quid putrescat, putrem facere, efficere (*longe praevalent formae pass.; act. de animantibus p. 2776, 6. 9 sq. 19, imbre l. 68, sole p. 2776, 35, medicamento p. 2776, 52, aetate, iniquitate sim. p. 2776, 30. 53. al.; per abl. indicatur causa e. g. l. 71. p. 2776, 6. 29. 61 [cf. p. 2776, 4], pars affecta p. 2776, 49; adhibetur p. p. p. pro subst. neutr. p. 2776, 14. 52; iuxta ponitur e. g.* corrumpere *p. 2776, 42. 58,* dissolvere *p. 2776, 18. 32. 40,* percoquere *p. 2776, 3; gr. resp. σήπω, σήπομαι, nisi aliud indicavimus*): **1** *proprie*: **a** *usu sollemni -fiunt*: **α** *varia*: PLAVT. Most. 112 venit imber, ... tigna ⌊-it⌋, per⟨dit⟩ operam fabri (⌊ ⌋ *codd., def. Questa, Numeri innumeri, 1984, 278 sqq.*; pute- *Ritschl, Opusc. II 618 sqq.*). LIV. 42, 3, 7 *templi* nudatum tectum patere imbribus -endum. VLP. dig. 37, 11, 1, 11 linum, *quo testamenti tabulae ligantur,* ... ruptum vel vetustate -tum vel situ vel casu. IVL. VAL. 3, 47 l. 1117 imbres influxere adeo ... continui, uti ..., quaecumque usui sunt ad militiam, -fierent. VVLG. Iac. 5, 2 divitiae vestrae -tae sunt (*cf. p. 2778, 26; pendet* PALLAD. hist. mon. I 40, 4 p. 314[A] -tas ... opes vestras ... servatis). VITAE patr. 5, 10, 42 capsa plena vestibus, si dimissa fuerit, tempore longo -fiunt vestes in ea. *respicitur digestio* (*cf. p. 2778, 32*): ARNOB. nat. 7, 29 p. 379, 17 post solidos victus *bibitur vinum* ..., quo -fiat facilius ac percoquatur cibus. **β** *res naturales*: LVCR. 2, 898 haec *ligna et glaebae,* cum sunt quasi -ta per imbres, vermiculos pariunt (*cf. p. 2772, 15 sqq.*). LIV. 21, 37, 2 ardentia ... saxa infuso aceto -unt *milites, sc. ut pateat via.* COLVM. 3, 12, 1 umorem terrae iusto maiorem -ere deposita semina (PALLAD. 1, 33, 1 umor ... praestabit stercori, ut, si qua insunt spinarum s., -fiant. *al.; cf.* 3, 10, 3 sata -fient recepto umore, nisi *eqs.*). 3, 18, 5 quae *animalia* -unt crura vitium. PLIN. nat. 13, 108 incolae capita *loti herbae* in acervis -unt (*sc. putrescere sinunt*). 31, 34 *aqua* septies -ta ([*v. p. 2778, 42*]. BOETH. top. Arist. 127a18 sq. neque vinum est a. -ta, sicut Empedocles dicit '-tam in ligno a.'). *al.* PALLAD. 10, 9 *ut lupinus* vomere -fiat excisus. AMBR. exc. Sat. 2, 55 miraris, quemadmodum -ta solidentur, dispersa coeant *eqs.* FVLG. RVSP. incarn. 51 *quaedam muscae* de -tis (patr- *var. l.*) herbis vel carnibus oriuntur. GREG. TVR. Franc. 7, 14 p. 336, 16 *rex* iussit super capita euntium proici ... stercora, -tas (-ta *var. l.*) astulas, paleas ac faenum putridine dissolutum *eqs.* PRISC. LYD. solut. 9 p. 95, 28 *morsus viperarum* ostendunt saniem ..., ex qua -unt partim incisos cito. **γ** *caro, corpus animantium*: VARRO rust. 2, 5, 5 ex hoc *bove* -to nasci ... apes. 3, 16, 4 apes nascuntur ... ex bubulo corpore -to (TAC. ann. 6, 19, 3. PLIN. epist. 7, 27, 11 *ossa,* quae c. aevo terraque -tum nuda ... reliquerat. HIL. in psalm. 65, 7). OV. met. 15, 389 cum clauso ⌊-ta⌋ est spina sepulcro (pate- *var. l.*). VAL. MAX. 9, 2 ext. 11 donec *homines cadaveribus pecudum inserti* intus -ti laniatui sint animalibus, quae tabidis in corporibus nasci solent. PLIN. nat. 29, 88 *remedio sunt* aranei ... in oleo -ti. 32, 117 ⌊strombi in aceto -ti⌋ lethargicos excitant odore (⌊ ⌋ *item* 32, 129). *al. apud eundem.* SVET. Cal. 27, 4 offensus -ti cerebri odore. VET. LAT. psalm. 37, 6 cicatrices (*v. p. 2778, 7*). AVSON. 13, 115 (108 S.), 2 ulcera ... scabie -ta (CASS. FEL. 40, 1 *si pthisicorum* iuvenalis aetas *fervore suo* ... -at et sordidet u. *cf.* GREG. TVR. Andr. 15 ulceribus -ti *captivi* [*postea*: carnes exesae]). RVFIN. symb. 40 caro, quae -ta dissolvitur aut in pulverem vertitur (THEOD. PRISC. log. 107 umor ex -tis ... c. SCHOL. Verg. Bern. georg. 3, 560 *c. pecorum corrupta* superposita igni aut -fit aut durescit, non coquitur. MACR. Sat. 7, 16, 20 *solis calor* -it carnes aestate. ORIBAS. syn. 2, 44 tit. La p. 113, 20 quae -unt ⌊carnes⌋ [*om.* Aa; *gr. σηπτικά*]. *al.; cf. l. 15*). PRVD. cath. 10, 42 cadavera ... tumulis -ta iacebant (OROS. hist. 5, 11, 3). OROS. hist. 5, 11, 3 taetrum ... odorem ⌊tabida et -ta⌋ congeries *locustarum mortuarum* exhalavit (⌊ ⌋ *inde* GLOSS.[L] Corp. T 30). 7, 28, 12 -to introrsum pectore et vitalibus dissolutis, cum ... etiam vermes eructaret *Galerius.* CASS. FEL. 32, 1 *dentes* -ti ... et nigri et in parva frusta comminuti. *al.* *-fiunt mala corporis medicamentis tollenda*: THEOD. PRISC. eup. faen. 29 corrumpentur ... faciliusve -fient choerades, si *eqs.* (*v. app. crit.*). CASS. FEL. 12, 2 verrucas illines, et -tae cadunt radicitus. ORIBAS. syn. 7, 43, 1 La p. 184.

b *poetice et hyperbolice dicitur -fieri: contagium cum re putri*: PRVD. ham. 357 (*354* nil luteum de fonte fluit) dum liventes liquor incorruptus harenas praelambit, -ta inter contagia sordet. *qui perfunditur liquore putri*: PRVD. perist. 10, 1035 *taurobolii* imber tabidum rorem pluit, ... quem sacerdos excipit ... et veste et omni -tus corpore (*1046 sq.* inquinatum talibus contagiis, tabo ... sordidum).

2 *in imagine vel translate*: AMBR. in Luc. 5, 27 etsi urit cauterium mandati, tamen -ta carnis exurit (*seq. p. 2774, 67*). AVG. in psalm. 36, serm. 2, 3 tuum corpus premit adversitas *eius, qui te opprimit,* illius animum -it iniquitas (util. cred. 7, 17 -tum tabe huius mundi a., qualis omnium stultorum est). 45, 3 l. 34 -ta est medulla conscientiae. FVLG. aet. mund. p. 177, 1 videsne enervatum ... imperium et lascivienti desidia *Caesarum* ... -tum? CANON. Turner II 1 p. 101 rec. V qui in pecudes vel in masculos aut olim ⌊-ti⌋ sunt aut (h)actenus hoc vitio corrumpuntur (*postea*: lepra criminis infecti; ⌊ ⌋ *rec. VI* polluti). VITAE patr. 5, 10, 42 (*antea p. 2775, 75*) *si non agimus, bonae* cogitationes in corde nostro ... -fient. CASSIOD. hist. 9, 3, 15 *Vitalem* apostolicis dogmatibus enutritum, postea tamen hoc languore, *i. haeresi,* -tum (*gr. Theodoret. 5, 4, 1 τὴν νόσον δεξάμενον*). GREG. M. moral. 22, 16 l. 84 (*antea*: sic ... profectus est hominum, sicut incrementa ... arbustorum) si ... adhuc arbor in semine est, metuendum est, ne ipsa scientiae cognitione -fiat. *al.*

deriv.: putrefactio.

putrefactio, -ōnis *f.* *a* putrefacere. *i. q. actio putrefaciendi, sc. carnem morbo vel morte*: AVG. epist. 33, 5 (*in imag.*) *hominum* vulnerum, *sc. iniuriarium,* -e etiam dolorem perdidimus. CAEL. AVR. chron. 3, 4, 52 oris foetor aegrotantes afficit cum gingivarum -e et defluxione. ORIBAS. eup. 4, 45 La p. 560 sine -em et sine mordicationem medicamen (*Aa p. 561* sine molestia; *gr. 4, 44, 5 ἄλυπον*). CASSIOD. in psalm. 15, 10 l. 200 *psalmista* corruptionem, id est -em, iuste negat fieri, quae generaliter carnem vastat humanam (*sim.* 29, 10 l. 160).

putrefio *v.* putrefacio. *Zissos.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[putrenum: gandi (*anglosax.*) GLOSS. *corruptum; vix accipias pro* putrinum *a* puter *derivando*; putridum *Goetz dubitanter.*] *Wk.*

putreo, -ēre *et* putrio, -īre. *a* puter. *de formis: inter verba II^ae coniug. affert* CHAR. gramm. p. 476, 5, *inter verba nec activa nec passiva* PS. ASPER gramm. suppl. 50, 25 (-it *var. l.*); *formas IV^ae coniug. v. l. 7. 17. 19. 25 (fort. et l. 23; in var. lect. l. 5. 14), stirpis perf. v. sub* putresco. *de notione*: SCHOL. Pers. 5, 57, 5 -it (-et *var. l.; v. p. 2752, 14*), id est putrescit, conficitur. GLOSS. -o: *σήπω*. -et: putridum ⟨est⟩. [*v. sub* putresco. *C. S.*]

i. q. putrem esse (vel etiam putrem fieri, v. e. g. l. 14 sq.): aetate, infirmitate sim.: PACVV. trag. 340 quamquam annisque et aetate hoc corpus -et. ACC. trag. 56 quamquam exanguest corpus mi atque annis -et. *corruptione, morte sim.*: IREN. 5, 7, 2 granum tritici seminatur et -et in terra (-it *var. l.*). HIER. hom. Orig. in Ezech. 11, 2 p. 425, 21 (*cf. 17, 9 σαπήσεται*) fructus eius *vitis* ... -at et arescant omnia, quae de ea oriebantur. AVG. in psalm. 31, enarr. 2, 21 cor (*in imag., v. p. 2778, 67*). SERM. de conf. diab. 110^r -ire feci Lazari corpus (*Migne gr. 86, 392^A κατέσηψα*). HIPPOCR. num. sept. 27, 19 umores ..., cholera matura⟨ta⟩ de cholere (*i.* calore), ⌞-iunt⌟ et maturantur (*cod. G,* nutr- *A*). GALEN. ad Glauc. 2, 3, 1 cod. Vindoc. fol. 34^ra *uti* medicaminibus, quibus ... -entia vel putrida curantur vulnera (*cf. Oribas. syn. 7, 27, 5 Aa p. 166* putrida et putida; *gr. σηπόμενα*). CORIPP. Ioh. 6, 757 altum tremulo ⌞-et⌟ sub gurgite caenum (*Bekker,* nutrit *cod.; an legas* -it?). *decoctione, maceratione sim.*: ANON. med. ed. Piechotta 136 *mala cydonea* mittes in melle, ut tandiu ibi decocantur, ut -iant.

deriv.: putresco, putribilis, putridus. *compos.*: putrefacio.

putrēscens *v. l. 45.* *van den Berg.*

putrēscibilis, -e. *a* putrescere. *i. qui putrescere potest*: PHILIPP. in Iob 17 p. 662^B Adam, qui corruptione factus est -is. CASSIOD. Ios. antiq. 8, 280 p. 243 quem *deum* non manus de -i silva fecerunt (*gr. φθαρτῆς*).

compos.: imputrescibilis. *Wk.*

⁂**putrēsco,** -truī, -ere. *a* putrere. *scribitur et* pot- *in cod. vet.* Aa ORIBASII, *ubi etiam* -isc- *ut hic illic in recc.* NOT. Tir. 103, 40 -it. *formae stirpis perf. raro occurrunt inde a* VET. LAT. (*ubi* -ierunt *p. 2778, 5. 26*). *legitur in versu fere singulis locis apud* LVCR. (*bis*), HOR., GERM., MART. *al., in prosa orat. inde a* VARRONE, VITR.; *frequentatur a* COLVM., PLIN. nat. [*a* -ere *vel a* putrere: *francog.* pourrir, *prov.* poirir, *cat., hisp.* pudrir, *hisp.* podrecer (*cf. port.* apodrecer). *cf. M.-L. 6885. Battisti-Alessio IV 3160. Wartburg IX 639. Corominas² IV 672. C. S.*] [*confunditur c.* putescere *l. 60. 63. al., v. p. 2752, 41.*]

i. q. putrem fieri (*indicatur causa -endi per abl. e. g. l. 56. p. 2778, 60, quid -endo efficiatur, per praepos.* in *c. acc. l. 52. 57. p. 2778, 53. al. [cf. abl. result. l. 52. 73. p. 2778, 15. al.]; in iunctura abundanti iuxta* incipere *l. 54. p. 2778, 12; part. praes.* -ens *adhibetur pro subst. p. 2778, 19 et* PLIN. nat. 15, 79, *vergit in vim adi. q. e. putrescibilis sim. p. 2778, 11. 39. 51; fere pro syn. est e. g.* corrumpere *l. 62. p. 2778, 8. 9,* laxare *l. 54,* putrefacere *p. 2778, 42,* solvere [resolv-] *l. 56. 57. 66; opp.* durare *l. 52 sq. et* MACR. Sat. 7, 16, 16): **1** *proprie*: **a** *de terra, saxis sim., quae soliditate carent, dissolvuntur*: LVCR. 5, 307 non lapides ... vinci cernis ab aevo, non ... -ere saxa? 5, 832 aliud -it et aevo debile languet, ... aliud *eqs.* GERM. frg. 3, 27 grandine durantur pluviae, nive grando -it. SEN. nat. 3, 15, 3 in quaedam ... terra umorque -unt (liqu- *var. l.*), sicut bitumen ([*opp. 2* durentur]. 3, 29, 6 *t.* incipiet ... -ere, dehinc laxata ire in umorem). COLVM. 2, 10, 26 *locum* proscindito ... et eum tota hieme -ere sinito. 3, 11, 7 *tufum* gelu nec minus ... -ere caloribus ac resolvi. 11, 3, 56 solum. DRAC. laud. dei 2, 423 pinguis ... in cineres -it gleba solutos.

b *de carne, partibus corporis corruptis, morbosis sim.*: VARRO rust. 2, 5, 16 lapides substernendi *sunt* ..., ne ungulae *vitulorum* -ant (putesc- *var. l.*). VAL. MAX. 6, 2 ext. 3 (*sec. Cic. p. 2752, 57*) mea ... nihil interest, humine an sublime, *sc. in cruce,* -am *insepultus* (*sim.* SEN. dial. 9, 14, 3). CELS. 5, 26, 31^B ulcus nigrum est, quia caro eius corrupta est; idque vehementius etiam -endo (putesc- *var. l.*) intenditur, ubi vulnus humidum est. 5, 26, 34^A carnis ... paulum est ..., quod -ret. SEN. epist. 95, 16 inde, *sc. propter luxuriam cenae,* ... decolor vultus tabesque in se -entium (*v. app. crit.*). MELA 3, 84 *Phoenix moriens* solvitur ...; dein -entium membrorum tabe concrescens ipsa ... renascitur (AVG. in Gal. 56, 14 GREG. M. dial. 3, 15, 7). PLIN. nat. 6, 205 infestari eas *amnes* beluis, quae expellantur adsidue, -entibus (*cf. Sol. p. 2773, 26*). 20, 59 -entia ulcera aut quae serpunt (24, 38 [*inde* PLIN. med. 3, 4, 16]. 24, 126 u. recentia et serpentia ac -entia. *al. apud eundem.* ORIBAS. syn. 3, 121 Aa p. 874 *si* u. in oculis ... -ent [*gr. νομάς*]. *al.; cf. p. 2778, 21 et* PLIN. epist. 6, 24, 3 maritus ex diutino morbo ... ulceribus -bat). 22, 108 ut -ere corpora non sinat *mel* (PS. QVINT. decl. 6, 3 ARNOB. nat. 5, 7 p. 257, 17. *al.*). 25, 165 si sanguine gingivae -ant (CAEL. AVR. chron. 5, 2, 49 cum ... g. -ant, dentes moveantur. ORIBAS. eup. 1, 52 Aa p. 422 [*gr. εὐσήπτους ... καὶ ... βιβρωσκομένους*]). 31, 93 intestinis piscium ... sale maceratis, ut sit illa -entium sanies (*i. garum*). 32, 76 psilotrum ... faciebat *medicus* in aceto enecans *ranas* -entes. *al.* MART. 6, 93, 5 pullus abortivo ... cum -it in ovo. VET. LAT. psalm. 37, 6 (cod. 300, *sim. al.*) computuerunt et -ierunt livores (*gr. προσώζεσαν καὶ ἐσάπησαν, Rufin. Orig. in psalm. 37, 6 hom. 1, 4* foeterunt et putrefactae sunt cicatrices, *Aug. in psalm. 37, 9* computruerunt et putuerunt l.; VVLG. -uerunt et corruptae sunt c.). MAR. VICTORIN. in Gal. 6, 8 est eius *carnis* exitus, ut corrumpatur, -at, pereat (AVG. catech. rud. 27, 10 putantes, quod c. ista, quia -it, resurgere non potest. in psalm. 38, 18 l. 37 mortales estis, ecce c. -entem portatis [*postea*: mortalem c.]. 97, 6 l. 13 c. *Iob* ... percussa est, coepit -ere, scatere vermibus. *al.; cf. p. 2777, 64*). HIER. in Is. 11, 38, 21 l. 16 G. tumens corpus cocto et -ente pure completur. PRVD. perist. 4, 131 (*torquetur martyr*) dum -entes tenuat medullas tabidus umor. AVG. in psalm. 21, enarr. 2, 8 Iob ... -ens vermibus (serm. 22A, 3. *al.*). 62, 6 l. 37 omnia *mortua,* quae discerpuntur et in favillas quasdam -unt. MARCELL. med. 8, 102 viperam ... -ere permittes, donec ex ea vermiculi nascantur (*Plin. nat. 29, 120 v.* putrefacta). *al. part. praes. pro subst. neutr.* (*masc. v. p. 2777, 65*): PLIN. nat. 26, 145 *medicamentum cohibet* herpetas ... ac nomas ac -entia. 27, 81 -entia ... et gangraenas sanat *herba.* 27, 88 *gnaphalium* inlinitur et -entibus ulcerum (31, 104. 32, 127. 35, 189). 32, 126.

c *de rebus variis* (*accedunt adv.* celeriter *l. 41. 46,* cito *l. 44,* facile *l. 54, sim. al.*): **α** *quaelibet exempla*: HOR. sat. 2, 3, 119 vestis ... -at in arca (VET. LAT. Iac. 5, 2 [Priscill. tract. 1, 19 Ps. Aug. spec. 22] -ierunt et tiniaverunt v. vestrae [*gr. σέσηπεν, cf. p. 2775, 73*]). VITR. 6, 4, 1 in bybliothecis *ad orientem spectantibus* libri non -ent. CELS. 7, 4, 4^B *ne* linum -at, *quo fistula constringitur* (*cf.* VEN. FORT. vita Pat. 3, 11 *ne tunicae* stamen ... imber ... filo -ente solveret). COLVM. 8, 6, 2 sal, quemadmodum non patitur -ere, ita minuit ova. 9, 13, 12 favos. PLIN. nat. 11, 277 ocius ... -unt adflata *halitu ursi.* HIER. in Gal. 4, 27 l. 9 priori cingulo -ente alium lumbis suis balteum ... contexit (*subest Ier. 13, 7*). *al. -unt cibi sumpti in ventre*: CELS. 1 praef. 20 alii *medici* ... teri cibum in ventre contendunt; alii ... -ere; alii ... concoqui (*ibid.* 21). SEN. epist. 95, 25 pestilentes ... ructus sunt ...; scias -ere sumpta, non concoqui. **β** *de umoribus* (*cf. p. 2752, 49*): VITR. 2, 9, 4 intra, *sc. in arboribus,* concrescentes -unt *umores.* PLIN. nat. 9, 160 *ostrea* proveniunt ... -ente limo. 16, 220 alii *vermes pariuntur* -ente suco ipsa materie ([*Theophr. hist. plant. 5, 4, 5 σήψεως*]. 19, 43 rhizias atque caulias, vilior illo ac -ens *s.* 19, 44 s. ipsum in vasa coiectum admixto furfure ...; ni ita fecissent, -entem [*gr. ibid. 6, 3, 2 ἄσηπτον ... διαμένει*]). 31, 34 pluvias ... aquas celerrime -ere (*ibid.* a., quae septies putrefacta [pute- *var. l.*] purgata sit, ... amplius non -ere. MAX. TAVR. 65, 2 a., cum servatur diutius, ... -it et fetet. ORIBAS. syn. 4, 41, 7 Aa p. 4, 33 cito -unt [*gr. εὐσηπτότατον, La p. 44* putribilis).

γ *de lignis, herbis sim.*: VITR. 4, 7, 4 *cum trabes* perflatum venti *non* recipiunt, concalefaciuntur et celeriter -unt. COLVM. 2, 14, 7 ut *in stercore* herbarum semina culmis ... inmixta -ant (PLIN. nat. 18, 196. PELAG. in I Cor. 15, 38 p. 222, 10 s., cum -erint, in amplius reformentur. *al.*). 3, 1, 7 pluviis aut continuis roribus -unt *vites* (4, 24, 22 fit, ut ... v. ... -at umoribus. *al.* PLIN. nat. 14, 28 *v. visulla* solo ... pingui -it. 14, 33 *v.* rara, parva, -ens in ea *Italia*). 3, 2, 22 umoribus ..., priusquam defluant, -unt *fructus* (5, 5, 14. *al.* PALLAD. 10, 18 tit. *vitis,* cuius f. umore -it. 10, 18, 1). *al.* PLIN. nat. 15, 14 bonitas ... tarde -entium *olivarum* in amurcam. 16, 197 *abies* pessima Parnasia et Euboica, quoniam ... -entes ... facile (*Theophr. hist. plant. 5, 2, 1 σήπεσθαι*). 19, 103 cepae. *al.* TAC. hist. 5, 7, 2 eo *halitu lacus* ... fetus segetum ... -ere reor. AVG. serm. 361, 11 folia -uerunt, nova nascuntur. *al.*

b *in imag. vel translate respicitur corruptio animae, morum, quae fit vitiis, peccatis*: SEN. benef. 4, 6, 3 unde *est tibi* ista quies, in qua -is ac marces? PACIAN. epist. 1, 3, 6 -entia vitiis tempora. HIER. hom. Orig. in Ier. 7 p. 641^C cum peccaverimus ..., proiectos relinquet *nos deus* ... et ... -emus (*subest* VVLG. Ier. 13, 9 -ere faciam superbiam Iuda). VVLG. prov. 10, 7 memoria iusti *erit* cum laudibus, et nomen impiorum -et. AVG. conf. 6, 15, 25 vulnus ... -bat (*antea*: morbus animae *libidinosae* meae). epist. 130, 8 ne in eis *deliciis* -endo moriatur *cor* (in psalm. 31, enarr. 2, 21 iam iustificatus *es* ...; -uerat ... cor tuum, cum esset in terra; ... sursum cor, ne putreat. serm. 19, 6 cor nostrum ibi ponamus, ubi -ere non potest saecularibus curis. *al.*). 157, 22 *v. p. 2751, 10.* COMM. apol. 72 (*68* priusquam veniant clades, providete saluti) *ignavus* sic erit ut perna minime salfacta: -at. CASSIOD. in psalm. 37, 23 l. 417 (*subest l. 5*) salvatus exsultat, qui pridem ulcerum tabe -uerat. GREG. M. in euang. 10, 6 l. 128 mortuam ... carnem -ere est hoc mortale corpus fluxui luxuriae deservire. *al.*

deriv.: putrescibilis.

compos.: com-, im-, op-, perputresco; putrefacio. *van den Berg.*

putribilis, -e. *a* putrere. *compar.* -ior *p. 2779, 14.* *i. quod*

[Wk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

putrere potest, sc. condicioni putrescendi obnoxium, non durabile est (*iuxta* fragilis *l. 5; de corporeis praeter l. 14*): PAVL. NOL. epist. 30, 6 *deus* imagines nostras non in tabulis -bus ..., sed in tabulis carnalibus cordis tui pinxit (*respic. II Cor. 3, 3*). PS. PAVL. NOL. epist. app. 1, 7 non ... ligno -i neque stipula fragili ... super arenam aedificium collocasti, sed super *Christum* (AVG. civ. 21, 7 p. 502, 25 ut ... imputribiles de *l.* -bus fiant *carbones* [*inde* ISID. orig. 19, 6, 3]. serm. 114B, 7 coll. Dolbeau 1996 p. 439 l. 133 noli tu perversae superbiae l. esse -e [*in imag.; cf. 1 p. 435 l. 18* adhuc l. imputribilia caeduntur ..., adhuc arca *salutis* fabricatur]). AVG. serm. 42, 2 pro *rebus* mortalibus (temporalibus *var. l.*), pro -bus ... reddit *deus* aeterna, incorruptibilia (*cf.* 177, 10 non facultates -es [putredinis *var. l.*], non bona transeuntia *apprehendere,* sed veram vitam). 107, 10 nudus ... a pannis et -bus pannis, intus vestitus *iustitiā*. ORIBAS. syn. 4, 41, 7 La p. 44 *aqua* (*v. p. 2778, 44*). CAES. AREL. serm. 164, 2 -ior est anima mali divitis quam caro pauperis *Lazari*: nihil sanum habet (*respic. Luc. 16, 20*).

compos. : imputribilis. *Wk.*

[putricavus *perperam legebatur* LVCR. 2, 860 (*v. p. 2752, 22*).**]**

putrid- *v. etiam* putred-. **[putridulus** *v. p. 2757, 53.***]**

***putridus,** -a, -um. *a* putrere. *scribitur* po- *in cod. vet.* Aa ORIBASII, *sc.* eup. 4, 11, 1 p. 535 syn. 3, 35, 17 p. 859. *al.* (*sed* pu- syn. 1, 9, 6 p. 47, 17. 2 add. p. 142, 25. *al.*), -tre- *ibid.* syn. 2 add. p. 844. 3 add. p. 896. *al. et hic illic in codd. rec.* NOT. Tir. 103, 39 -itum. *compar. deest (cf. l. 58), superl. v. l. 48.* *legitur in prosa orat. singulis binisve locis apud* CIC., SEN. *philos.,* PLIN. nat., VET. LAT., *paulo saepius apud medicos et auctores christ.; in versu non nisi* CATVLL. *l. 65* (*de* CAECIL. *v. p. 2758, 8*). [*val.* putred, *dial. it.* prutə (*Sora*); *a* *putricalium (< *putricus *pro* -dus) *e. g. val.* putregaĭŭ. *cf. M.-L. 6887. Wartburg IX 643. C. S.*] [*confunditur in codd. c.* putidus *l. 36. 51. 69. al., c.* putris *saepius, v. infra et p. 2750, 4.*]

i. q. putrens, putredine depravatus, affectus (*per morsum tinearum l. 73; iuxta ponitur* foetens *l. 48,* morbidus *l. 60,* olendus *l. 44,* putrescens *p. 2780, 4,* vetus(tus) *l. 67. p. 2780, 3; in iunctura abundanti l. 45; adhibetur pro subst. l. 57. 69. p. 2772, 4 et* GREG. M. moral. 20, 14): **1** *de corpore animantium eiusve partibus, quae corrumpuntur:* **a** *morbo, morte:* **α** *proprie:* CIC. Pis. 1 non pilosae genae, non dentes -i *Pisonis nos* deceperunt (putidi *var. l.; cf. l. 61*). SEN. rem. fort. 5, 3 tu -us *iacebis post mortem* ([putris *var. l.*]. *item praedicat.*: PS. ORIG. tract. 1, 18 hic mortuus ..., immo -us [-os *trad.*] iacet). CHIRON 185 humor per nares -us ... propter pulmonis corruptionem (610). HIER. epist. 77, 6, 2 *describam* de exesis ac -is carnibus vermiculos bullientes? (CAEL. AVR. acut. 2, 36, 190. OP. imperf. in Matth. 10 p. 685[med.] *sal c.* -am ... non potest tenere incorruptam [*cf. Matth. 5, 13*]. *al.; cf. l. 54*). tract. in psalm. I p. 256 l. 21 pedem ... cancerosum et -um. AVG. serm. 278, 4 *aegrotus* positus in ulcere -o. HIPPOCR. mul. 1 l. 641 *e matrice* -ae vel male olendae ... procedent putridines (*gr. aliter*). ORIBAS. syn. 3, 35, 17 tit. Aa p. 859 ad vulnera pessima ... et -a ([*gr.* σηπεδονώδη]. 7, 11, 8 Aa p. 142 [*gr.* σηπεδόνας]. *al. apud eundem; cf. l. 55*). PASS. Pont. Cim. 8 *ut Christus* leprosis -issimis ... atque foetentibus carnibus nitorem cutis mirabiliter restauraret. DIFF. Suet. p. 290, 10 sanies *est* cruor -us. *al.* **β** *in imag. et compar. respiciuntur:* *cibi, quos fastidiunt deliciosi* (*cf. p. 2749, 17*): SEN. nat. 3, 18, 3 pro -o his *delicatis* est piscis occisus (putido *var. l.*). *peccata sim., quibus homo corrumpitur* (*cf. p. 2780, 5 sq.*): HIER. in Ezech. 2, 7, 3 l. 610 *deus* quasi ... medicus incidere cupiens -as carnes (in Ier. 1, 55, 6 corrigere ... errantem et -as resecare c. 6, 7, 7). in Ion. 3, 4 l. 69 D. paenitentiam flagitabat *Iona,* ut ... -a vulnera ... curarentur. RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 114, 20 *episcopum mittere* sicut medicum ad languentem, quin potius ... -um. GREG. M. moral. 10, 11 tanto quisque patientius ferramentum medici tolerat, quanto -um conspicit esse, quod secat. 24, 41 *transfigere* -um sinum vulneris (*antea*: vulnus superbiae). FACVND. defens. 9, 5, 42 *haeretici* tamquam -a (putria *var. l.*) et morbida membra praecisi. *al.* *varia contemnenda*: VVLG. prov. 25, 19 dens -us et pes lapsus, qui sperat super infideli. Is. 14, 19 tu, *rex Babylon,* ... proiectus es ... quasi cadaver -um (AVELL. 2, 12 vermes, *i. discipuli,* qui de eius *Arii* ⟨-o⟩ c. nascerentur [putredinis *sim. var. ll.*]).

b *longo tempore, senectute*: CATVLL. 64, 351 *matres Troianae* -a (putria *Pighi*) ... infirmis variabunt pectora palmis. CHIRON 486 (*inde* VEG. mulom. 2, 71, 2) loteum vetus -um.

2 *de variis rebus*: **a** *corporeis*: PLIN. nat. 23, 88 si quid in nucleo -i (putidi *var. l.*) fuerit, totus modius *caryini* deperit. VET. LAT. IV reg. 8, 11 (cod. 93, *sim. al.*) posita erant munera, usquedum -a fierent (*deest gr. et Vulg.*). ITIN. Anton. Plac. rec. A 24 aquae -ae, ubi missus est Hieremias propheta ([*cf. Ier. 38, 6* lutum]. ORIBAS. eup. 4, 11, 1 Aa p. 535 [*gr. et La aliter*]). HERM. Pal. sim. 8, 1, 6 aridas et veluti a tinea -as *virgas* (*sim.* vulg.; *gr.* βεβρωμένας). VVLG. Iob 41, 18 lignum -um (GREG. M. moral. 34, 19 sq.). Ier. 38, 12 veteres pannos et haec ... -a. MARCELL. med. 4, 38 vermes, qui in arbore cava vel -a nascuntur. DIOSC. 4, 79 p. 45, 10 qui *myces* ... -o ferro ... nascitur (*gr. 4, 82, 1* κατιωμένοις). GREG. M. epist. 1, 4 l. 11 (*8* vestustam navim ... confractam) tempestate quassatae -ae ... tabulae sonant (1, 41 l. 17 [*9* putrescentem navim]). *al.* **b** *incorporeis* (*in imag.*): HIER. hom. Orig. in cant. 1, 2 p. 30, 18 peccatum odoris est -i, virtus spirat unguenta (*cf.* tract. in Marc. p. 338, 15 *paenitendo* peccata nostra -a unguentum efficiuntur). AVG. c. Faust. 13, 6 *fabula, i. doctrina Manichaeorum,* continens initium truncum et medium -um et finem ruinosum. *Clementi.*

putrificātōrius, -a, -um. *a* puter *et* facere (*cf. e. g.* purificatorius). *i. quod putrefacit, dissolvit* (*sc. mala cutis, cf. p. 2776, 43*), σηπτικός: CASS. FEL. 13, 2 *stigmata* tolluntur ... medicamento discoriatorio ...; est enim causticae et septicae virtutis, id est incensoriae et -ae.

putrilāgo, -inis *f.* *a* puter (*cf.* salsilago). *i. q. status putris vel id, quod putredine affectum est*: NON. p. 21, 24 caries est vetustas vel -o. GALEN. ad Glauc. 2, 1, 7 cod. Vindoc. fol. 26[vb] (*antea*: consumere putrentia) vulneribus ... adhibemus ignem ad ... -es extenuandas (*scrib.* -illag- *ut* cod. Cass. fol. 74[b]; *gr. non resp.*).

putrimordāx, -cis. *a* puter *et* mordax. *i. qui mordendo putredinem efficit* (*respic. animal venenosum*): BOETH. top. Arist. 140a4 *definitio obscura est,* si *quis* non positis nominibus utitur, ut Plato ... falangio ⟨-x⟩ aut medulla ossigena *dicit* (*syntaxi turbata, v. app. crit.*; ⟨ ⟩ pueri mordax *var. l.; gr.* σηψιδακές).

putrio *v.* putreo. **1. putris** *v.* puter.

[2. putris *v. p. 2772, 70.***]** **[putritūdo** *v. p. 2773, 47.***]**

[*de forma* **putror** *pro* putor, *quam afferunt lexica nonnulla, v. supra p. 2771, 70.***]**

putruōsus, -a, -um. *a* puter (*cf. etiam Leumann, Gramm. 1977, 341*). *i. q. (admodum) puter, putredinosus* (*corruptione l. 33, sed mire [coll. p. 2750, 11] pro gr. δυσώδης l. 32* [*exspectes* πυώδης, *cf. p. 2772, 75*]): CAEL. AVR. chron. 2, 14, 204 *in ulceribus est* conicienda sordis magnitudo, ut, si fuerit -a, quam Graeci dysoden appellant, tunc *remedio vehementiori* ... utemur (*cf.* 2, 14, 205 si plurimum -um apparuerit ulcus ex his, quae feruntur).

putuinus *v.* pituinus.

[putulus, *sc. a* 2. putus, *vix recte coni. loco vexato* STAT. silv. 1, 6, 64 (-os *Havet, v. Rev. Arch. 19, 1912, 427*); *cf. supra p. 2532, 66.***]** *Wk.*

1. putus, -a, -um. **[***et notione et litteris in mentem vocatur radix indogerm.* *pū (< *puə̯) *'purgare', quae servata est in* pū-rus (*q. v.*); pū- *vero exspectes etiam in part. per* -to- *formato, cf. vet. ind.* pū-tá-. *analogiae cuiusdam causa oriri potuit* pŭ-, *fort. ad vitandam homonymian*: pūto- *clare distinctum est a* *pūto- *'putidus'* (*in* pūteo, *q. v.*). *Fo.***]** *plur. non legitur.* **[***per se positum contra usum sub 2 illustratum trad.* CIC. Att. 2, 9, 1 (*v. p. 2759, 5*). VARRO rust. 2, 2, 10 (*v. p. 366, 21*); *e coni. dub.* CATVLL. 102, 4. SVET. vita Hor. p. 46, 1 (*v. vol. X 1, 1075, 70*); *falsa var. l. pro* purus AVG. serm. 47, 9.**]**

fere i. q. purus: **1** *de origine et notione* (*v. et l. 61*): VARRO ling. 6, 63 *'putare'* valet purum facere; ideo antiqui purum '-um' appellarunt (*cf.* GELL. 7, 5, 5 his ... assentimus, qui '-um' esse dicunt a 'putando' dictum et ob eam causam prima syllaba brevi pronuntiant, non longa, ut existimasse Alfenus videtur [*v. l. 53*]. NON. p. 27, 19 a putando). ALF. Gell. 7, 5, 1 quaesitum ... est, quid esset 'purum -um'; respondi ... '-um' esse valde purum, sicuti novum 'novicium' dicimus ... augere ... volentes ... significationem (*obloquitur* GELL. 7, 5, 2 sq. si esset 'puricium', tum sane videretur dici quasi novicium). PAVL. FEST. p. 24 'amputata' ... ab eo, quod antiqui '-um' pro puro dicebant (*sim.* p. 108. 216 [*v. p. 2761, 4 sq.; inde perperam* GLOSS. putatus: antiquitus pro puro *eqs.*]).

2 *de usu; vox prisca extra asyndeton bimembre* purus -us (p. ac -us *l. 65*) *servata non est; adhibetur:* **a** *de rebus*: ALF. Gell. 7, 5, 1 (*e foedere prisco*) ut Carthaginienses quotannis populo Romano darent certum pondus 'argenti p. -i' (*explicat* GELL. 7, 5, 9 sq. -um dictum est quasi exputatum excoctumque omnique aliena materia carens omnibusque ex eo vitiis detractis emaculatum et candefactum; [10] scriptum est autem 'p. -um' ... cum in multis aliis veterum libris, tum in *Ennio et Varrone* [*sc. l. 71 sq.*]). VARRO Men. 98 mea ... hecatombe p. ac -a. **b** *de hominibus* (*sc. veris, propriis; cf. Otto, Sprichw. n. 1492*): PLAVT. Pseud. 989 cognosce signum *epistulae.* :: oh! Polymachaeroplagides p. ⟨-us⟩ est ipsus (⟨ ⟩ nut- *vel* mut- *P*). 1200 p. -us hic sucophanta est. VARRO Men. 245 (*de sapiente*) solus rex, ... solus formonsus, ... p. -us. 432 amiculam ... sine osse et nervis, sine pelle, sine pilis, p. -am, proceram *eqs.* **c** *deficiente contextu*: ENN. scaen. 78 ⟨...⟩amidio p. put⟨us⟩ (*e* FEST. p. 217). VARRO Men. 91 p. -um (*e* GELL. *l. 64*). *Funari.*

2. putus, -ī *m.* [*syllaba prima eadem est ac in aliis vocibus, quae significant parvulum, prolem sim., e. g.* puer, pūsus (*q. v.*); *suffixi ratione habita* -us *congruere vid. maxime cum* *putlo- *'filius'* (*in osc.-umbr.* puklo-,

[Bk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vet. ind. putrá-). *Fo.*] [*a* pūttus *var. dial. it. vet., e. g. venet.* putto, *vicet., mutin.* puto, *Bergomi* put; *a* pŭttus *prov.* poutoto *'puella',* poutino *'pisciculus'; a deriv.* *putulus *val.* puchiu *'cimex' (cf.* puchĩos *'admodum parvus'); v. etiam p. 2757, 71. cf. M.-L. 6889sq. Battisti-Alessio IV 3161. Wartburg IX 645. C. S.*]

i. q. puer, parvulus: GLOSS.^{L} II Philox. PU 99 -i: *μικροί.* 101 -us: *μικρὸς αὐτός* (*'an μ. ἀρχαίως?' ed., qui confert Fest. p. 217* [*v. p. 2780, 71*]). *e coni. dub.*: PLAVT. Men. 40 (-o *pro* huic *Havet, v. Rev. Arch. 19, 1912, 427*). VERG. catal. 7, 2 (pūtus *pro* pot(h)us, *v. supra p. 322, 5sqq.*).

[*f.* **puta** *non nisi in var. l. falsa pro* puto PRIAP. 40, 2.]

deriv.: putillus.

3. pūtus *v.* 2. potus. **pūtzīnus** *v.* pusin(n)us.

puvio *v. vol. X 1, 819, 11. 46.* [**puulva** *v. p. 2626, 3.*]

pux- *v.* pyx-. **py-** *v. etiam* pi-. *Bk.*

pyalis, *acc.* -idem *f., πυαλίς. i. q. arca, sarcophagus*: CIL III 7564 (*saec. I?*) *filii defuncti* corpus in -em parentes eius ponendum *curaverunt.*

pyalus *v.* pyelus.

pyanepsiōn *m., πυανεψιών* (*-νοψ-*). *nomen mensis cuiusdam*: POL. SILV. fast. Nov. (Inscr. Ital. XIII 2 p. 274) pr. *November* vocatur ... apud Athenienses -on (-nops- *ed.*, penespion *et* panepsion *codd.; item Athenis*: GLOSS.^{L} I Ansil. PI 35 [mens. p. 109] pianeption ... Martius mensis dicitur. *adde* GLOSS. III 210, 21 [*tit.* menses Anthiocensium, *immo* Athen-] -on: Aprilius). GLOSS.^{L} I Ansil. PI 36 (mens. p. 111) pianeption Perinthiorum lingua Iulius mensis dicitur.

pȳciss- *v. ?*pygisso. **pycmē** *v.* pygme.

[**pycmon** *v. l. 35.*] [**pycmona** *v. l. 39.*]

[**pycnītis** *olim ed.* PS. APVL. herb. 72 l. 10, *fort. corrupte e* lychnitis.]

pycnocomon, -ī *n., πυκνόκομον. scrib. etiam* pyg-. *nomen herbae medicinalis incertae spissas comas habentis* (*v. André, Les noms de plantes, 1985, 211*): PLIN. nat. 26, 57 (*inde* 1, 26, 36) *alvum* solvit ... -on, erucae foliis crassioribus *eqs.* (*addasne* DIOSC. *vol. X 1, 2579, 14?*). 26, 125 *furunculis* remedio sunt -i folia trita (*v. l. 34*). 26, 128 suppurationibus imponuntur -i folia ... vel semen (26, 145). MARCELL. med. 28, 65 pyc⟨noco⟩mon.

pycnōma *n., πύκνωμα, et inde* **pycnōmus** *m. scrib. fere* pyg- *vel* pig-. *t. t. metr.; significatur pes syllabarum spissitudine praeditus, sc. tribrachys* (*explicat Keil in app. ad* gramm. VI 45, 9): *neutr.* -a: DIOM. gramm. I 479, 2 *tribrachyn* nonnulli -a (-mona *codd.*), plerique chorium nuncupant. PS. BASS. gramm. VI 307, 10. *masc.* -us: VICTORIN. gramm. VI 207, 17 (*inde* AVDAX gramm. VII 335, 3) tribrachus, idem qui brachysyllabus sive -us (epi- *fere trad.*). PS. MAR. VICTORIN. gramm. VI 45, 9.

pycnostȳlos, -on *adi., πυκνόστυλος* (*quod gr. alibi non legitur*). *scrib. etiam* pic-, pyg-, pig-, -stil-; *v. l. 48. t. t. architect., i. q. columnis crebris praeditus* (*hic illic fort. pro subst. fem.* [*sc.* aedes] *vel neutr. [certe l. 53]; disting.* araeo-, dia-, eu-, systylos): VITR. 3, 3, 1 species ... aedium sunt quinque ...: -os (-nast- *fere codd.*), id est crebris columnis, systylos paulo remissioribus *eqs.* 3, 3, 2 -os est, cuius intercolumnio unius et dimidiatae columnae crassitudo interponi potest. 3, 3, 10 aedibus araeostylis ...; in diastylo ...; in -o. 3, 3, 11 -is ... propter crebritatem et angustias intercolumniorum tumidam ... efficiet speciem *crassitudo scaporum.* 3, 4, 3 columnae disponendae ... in -o, quemadmodum -a *supra scripta sunt.*

pycnōticus, -a, -um, *πυκνωτικός. scrib.* pig-. *t. t. med., fere i. q. densitatem faciens* (*sc. poros obturans*): DIOSC. 1, 43 p. 26, 4 *oleum myrtinum* sudores (a)egris conpescit; est enim stipticum et -um (*gr. 1, 39, 2 στύψεως ἢ πυκνώσεως*). 3, 22 p. 386, 1 virtus est illi *aloe* stiptica, exerantica et -a (saporifera, *i.* sop-, *var. l.; gr. 3, 22, 3 ὑπνωτικήν, πυκνωτικήν* [*ὑπ. ut dittogr. del. Wellmann*]. *cf. Plin. nat. 27, 16* spissare, densare).

pycra *v.* picra (picros).

pycta (-ēs), -ae *m., πύκτης. scribitur* pyc- *in titulis l. 74. p. 2782, 7,* pic- *saepe in codd. rec.* NOT. Tir. 107, 70 -a. *formae sollemnes* -a, -ae *certe inde a* PHAEDRO (*gen. plur.* -arum *l. 71. p. 2782, 27, sed* -orum *l. 71; desunt acc. sing., dat. et abl. plur.*); *nom. sing.* -es *p. 2782, 8sq. 17, acc.* -en *p. 2782, 6, abl.* -e *p. 2782, 5.* [*confunditur in codd. c.* pictor *p. 2782, 3. 9,* pugil *p. 2782, 4; olim coni.* -es *pro* pthisicus SEN. contr. 1, 3, 11.]

i. q. athleta, qui pugnis certat, pugil sim. (*disting.* pugiles *l. 74; rem illustrant* AMBR. in psalm. 36, 55 *quidam* caestibus adversum se decernunt et dilaceratis capitibus cruciantur; hi -ae feruntur [*disting.* palaestae *et* pammacharii]. GLOSS. -ae: quibus raduntur capita et caedunt se corio crudo. V 274, 32 caestos: arma -orum [-arum GLOSS. Leid. Hessels 43, 54]): **1** *proprie* (*adde p. 2782, 27sqq.; fort. meton. de munere l. 74*): CIL X 1074^{d}, 6 (*Pompeiis; ca. a. 2/1 a. Chr.*) *duumvir dedit* in foro ... ⌞pugiles⌟ catervarios et -as (⌞⌟ *sc. non graeco more pugnantes [cf. Jüthner-Mehl, RE suppl. IX 1313sq.] ut*: TERT. ieiun. 17, 7 saginentur p. et -ae Olympici). PHAEDR. 4, 26, 5 victori laudem cuidam -ae ut scriberet *Simonides* ([*de eodem Quint. inst. 11, 2, 11* pugili]. *item laudantur, honorantur*: PLIN. nat. 7, 51 exemplum ... Nicaei nobilis -ae [pictoris *var. l.; inde* SOL. 1, 79, *ubi* pugile *var. l.*]. 7, 152 consecratus est vivus ... Euthymus -a). SEN. nat. 4 praef. 8 *quendam esse* longiorem ... Apollonio -e. PLIN. nat. 29, 141 Musaeum -en (-em *var. l.*). CIL IV 387 *quendam* aed(ilem) Capito rog(at), scr(ibit) Fructus -a. MART. 11, 84, 14 in vetuli -ae qualia fronte sedent *stigmata.* TERT. anim. 46, 9 Leonymus -es. scorp. 6, 5 -es ipse non queritur dolere se. FIRM. math. 7, 26, 4 -ae (pictor(es) *var. ll.; disting.* cursores). 8, 8, 1 *constellatio facit* -as, ⟨pam⟩macharios (*v. vol. X 1, 181, 6sqq.*; pyctomacharios *ed. Ald.* [pic- *Monat*]. *item disting.* pammacharii *p. 2781, 70 et* EXPOS. mundi rec. D 32 p., ... athletas luctatores, ... ⌞-as⌟ [*rec. E* calopectas; *v. app. crit. et Rougé ad l.*]). HIST. AVG. Heliog. 25, 7 gladiatores ... et -as. *de statuis* (*e coni. dub. p. 1377, 59*): PLIN. nat. 36, 36 laudatos ... Dercylidis -as (pycias *var. l.*, Pythias *edd. vet.*). **2** *translate vel in compar. respicitur certamen: gallorum*: COLVM. 8, 2, 5 cuius *lanistae gallorum* ... patrimonium ... victor gallinaceus -es abstulit. *hominis spiritale*: AMBR. in psalm. 36, 56, 4 *Paulus* quasi bonus -a non aerem, sed aerias potestates ... verberabat (*v. I Cor. 9, 26*).

deriv.: pyctalis.

pyctālis, -e. *a* pycta. *scrib. etiam* pic-. *i. q. ad pyctam pertinens, sc.* certamen -e: SERV. Aen. 5, 282 in ⌞-i⌟ ... c. (⌞⌟ *singulari suprascr. in parte codd.*). 5, 373 *Amycus* a Polluce victus est -i c.

pyctēs *v.* pycta.

[**pycticus** *vix recte coni.* GLOSS.^{L} I Ansil. PI 62; *cf. vol. X 1, 2105, 31.*]

pyctiones *v. l. 29.* [**pyctomachārius** *v. l. 11.*]

*?**pyctonīcēs:** qui vincunt in pict[ur]arum (*i.* pyct-) certamine GLOSS.^{L} III Abstr. PI 5 ([*v.* GLOSS. IV 143, 13]. *trad.* pictiones *ut locis geminis similiter depravatis in* GLOSS. [*ubi* pyctiones *coni. Schoell; cf. Heraeus, Arch. Lat. Lex. 12, 1902, 52 adn.*] *et* GLOSS.^{L} I Ansil. PI 45. 138, *sed* 61 *exhibetur* piet[i]onices). *si recte restit., a πυκτονίκης, quod gr. alibi non legitur.*

[**pyelē,** *sc. gr. πυέλη, vix recte edebatur olim* APVL. flor. 9, 21; *cf. vol. X 1, 115, 67sqq.*]

pyelus, *acc.* -um, *πύελος* (*πύαλος*). *nec de genere (fem. ut gr.?) nec de forma vocis e coni. restituendae satis constat; cogitare possis etiam de* pu- *vel* pi- (*de gr.* y *et vocalibus pro ea substitutis in cod. A Plauti v. Studemund, Apographum, 1889, 524*) *vel* -aɪ-. [*vix recte coni. pro* lectus PLAVT. Bacch. 108.] *i. q. alveus lavationi aptus, labrum*: PLAVT. Stich. 568 ibo intro ...; poste ibo lavatum in -um (pilum *trad.*).

pyera *v. p. 2521, 50.* **pyg-** *v. etiam* pyc-. **pȳga** *v.* puga.

pȳgargus, -ī *m., πύγαργος. e gr. πυγή et ἀργός derivatur* SCHOL. Iuv. 11, 138, 1 (*antea l. 48*). *scribitur etiam* pig-, phyg-, phig- (*v. l. 56*), fig-. *non nisi nom. et acc., sc. formis lat. praeter acc. gr.* -on *l. 56 (fort. pro nom. l. 51); haud recte trad. nom. sing.* -is *l. 53.*

significatur animal partibus posterioribus albis praeditum: **1** *quadrupes caprae vel cervo similis* (*de quo parum constat; explicatur l. 51 et* SCHOL. Iuv. 11, 138, 1 -us fera est in specie cervi, quae retriores partes albas habet. FRG. Bob. gramm. VII 542, 28 -us: caper cum candidis clunibus [*sim.* GLOSS. -us: ovis cum albis c. graece dicta]. GLOSS. II p. XII -on: damma): PLIN. nat. 8, 214 *capris similes* sunt dammae et -i et strepsicerotes ...; haec transmarini situs mittunt (*fort. hinc pendet* POL. SILV. chron. I p. 543, 13 pilargis, *cf. l. 62; aliter vol. X 1, 2136, 26*). IVV. 11, 138 aper et -us (pygracus *var. l.*) et Scythicae volucres *caeduntur ad cenam* (*item -i comeduntur*: VET. LAT. deut. 14, 5 [cod. 100. *al.*] cervum ... et -um *eqs.* [*scrib.* phigargoum; *gr. πύγαργον,* VVLG. -on]). SYMM. epist. 9, 144 *ad ludos ornandos* addaces ... et -os ... mihi opto praestari *ex Africa.* **2** *avis: e genere aquilarum*: PLIN. nat. 10, 7 *conversatur aquilarum* secundi generis -us (-chus, -pus *al. var. ll.*) in oppidis et in campis, albicante cauda (*cf. Arist. hist. anim. 618b19 πύγαργος. ad rem v. Capponi, Ornithologia lat., 1979, 82sq.*). *?chenalopex*: SCHOL. Iuv. 11, 138, 2 (*v. l. 54*) si -us (pyla- *trad.*) avis genus *est,* ⌞chenalopex⌟ appellatur (claga-, daga- *codd.; v. ed. p. 280 ad l.*).

puellam invitare ad †**pȳgiciaca** sacra PETRON. 140, 5 (*scribitur* pig-). *de adi. cum gr. πυγή vel πυγίζειν coniungendo cogitant multi* (*variis formis, e. g.* pygesiacus); *aliter e. g. Bücheler coniciens* Aphrodisiaca.

*?**pȳgisso,** -āre, *πυγίζειν. i. q. pedicare sim.*: CIL IV 3994 L. Caesius pycissas (*Solin in novo suppl. CIL IV, sc. nom. pro voc.; an* -a(n)s? Pycissus *Mau cognomen agnoscens*). *graeca sunt* CIL IV 2425 Dos -za (*Zangemeister dubitanter intell. Δὼς πυγίζει, cf. 1492 et ind. gramm. p. 256; sec. tab. XXXIX 14 legendum vid.* -zae, *ut rectius Jahn subesse susp. δὸς πυγίσαι, sc. coll. Priap. 3, 9*). 3202 *πυγίζ(ε)ι.*

pygmaeus, -a, -um, *πυγμαῖος. scribitur in codicibus saepius* pigme-. *de masc. pro subst. cogitare possis praeter p. 2783, 7sq.*

i. q. ad pugnum pertinens; cum respectu: virtutis pugnandi,

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fere i. q. fortis sim.: HIER. in Ezech. 27, 11 l. 957 (*Vulg.* filii Aradii ..., sed et Pigmei) *si Aradii* -i sunt, hoc est bellatores et ad bella promptissimi *ἀπὸ τῆς πυγμῆς*, quae graeco sermone 'in certamen' vertitur. *mensurae, fere i. q. brevis* (*de gente illa nominisque explicatione v. Onom.; hic attulimus exempla vim generalem illustrantia*): ANTH. 190, 3 *es* mixtus longis -us in armis, ne te deprensum grus ... voret (*dub. an obscene, v. Zurli, 2007, ad l.; cf. 1* formae ... ludibria, *2* parvus). LVX. anth. 296 tit. in clamosum -um corpore et furiosum (*1* corpore par ... es ... cicadis). 310 tit. in pantomimam -am, quae Andromachae fabulam ... saltabat (*3* brevior Pygmaea virgine).

pygmē, *abl.* -ē *f.*, *πυγμή*. *i. q. certamen pugnis peragendum, pugilatus sim.*: CIL VI 10154, 7 -e (pycme *var. l.*), *v. vol. X 1, 190, 83.*

[pygmona *v.* pycnoma.**]** **pygno-** *v.* pycno-.

[pygolithon *falso trad.* CAEL. AVR. chron. 1, 4, 93; *pro* r(h)igolyton?**]**

[*genibus* superposita ossa rotunda **pygonoides** vocantur PS. SORAN. quaest. med. 52 p. 255, 1 (*vix recte coni. Rose*; piconoides vel pygonatides [*vel* pig-] *codd. Lincol. et Lond.*, quae pigonatides *Carnot.*; ⟨e⟩pigonatides *rectius Fischer per litteras*).**]**

pygr- *v.* picr-.

pyla (pylē), -ae *f.*, *πύλη*. pil- *codd.* GLOSS. V 133, 11 -e: porta graece (GLOSS.^{L} I Ansil. PI 107 -e: p.). 321, 26 -ae: petr(a)e mirae magnitudinis (*vix ad vol. X 1, 2135, 75 sqq.; spectare vid. potius ad angustias montibus inclusas; appellationes singulorum locorum v. in Onom.*). [*ad vol. X 1, 2131, 24 spectant* GLOSS. -a: thothor *vel* thotthur (*anglosax.*).]

[pylōn ... caro *falso trad. pro* cichlon ... c. ORIBAS. syn. 4, 17, 3 La p. 19 (*gr. κιχλῶν, Aa* turdus; *locum notione avis turdi addas vol. III 1049, 64 sqq.*).**]**

pylōrus, -ī *m.*, *πυλωρός*. *acc. gr.* -*όν* CELS. *t. t. med., sc. de ventriculi orificio inferiore* (*explicatur* CELS. 4, 1, 7 ima ventriculi pars ... in summum intestinum coartatur; hanc iuncturam -*òν* Graeci vocant, quoniam portae modò in inferiores partes ea, quae excreturi sumus, emittit): CAEL. AVR. chron. 2, 1, 10 -o (perulo *trad.*) paralysi vitiato cibus nulla digestione mutatur. 4, 6, 86 fit ... ulceratio ... in tenuissimis intestinis, ut -o, nestidi, typhlo ⟨en⟩tero (*sim. iuxta ponuntur* 5, 10, 101). 5, 10, 100 *puris collectio* in -o, ... constituta.

cf. Onom.

※**pȳr,** -os *n.*, *πῦρ*. [*e gr. Massiliensium: e. g. dial. in regione q. d. Isère* empurá *'inflammare', delph. med.* ēpurá *'inflammare (etiam ira)', prov.* empurá, *massil.* empurar; *cf. subst.: delph. med.* ēpura *'excitatio',* ēpurow *sim. al., fort. et francog. med.* empuse *'larva meridiei'. cf. Wartburg IX 646. C. S.*]

1 *i. q. ignis (in codd. saepius litt. lat.* [*etiam* pi-] *quam gr.): non nisi in explicationibus gramm. vel gloss., e. g. l. 62. p. 2785, 47. vol. VII 1, 289, 1. X 1, 2191, 25.* **2** *plur.* -a *fere i. q. febres*: TAB. devot. Audollent 110a, 7 (*Raurani Aquitaniae; saec. III?*) Sosio deliria, Sosio -a, *sc. patiatur sim.*, Sosio cottidie doleto *eqs.* (*sic Egger, Sitz. Ber. Wien. Ak. 240, 4, 1962, 12 sqq.*). **3** *iunctura* pyros achne (*trad. etiam uno verbo; gr. resp. πυρὸς ἄχνη*) *pro nomine herbarum* (*ad rem v. André, Les noms de plantes, 1985, 212*): PLIN. nat. 13, 114 granum Cnidium, quod aliqui linum vocant, fruticem vero thymel⟨a⟩ean, alii chamelaean, alii -os ach⟨n⟩en *eqs.* (*inde* 1, 13, 35 granum Cn. sive th. *eqs.; de eadem herba*: DIOSC. 4, 167 p. 83, 8 timelea aut camelea aut pirosagnen *eqs.*). DIOSC. 4, 166 p. 82, 23 camelea aut pirosagne aut coccu(m) Cnidiu(m) *eqs.* *Breimeier.*

1. ※**pyra,** -ae *f.*, *πυρά*. *scribitur* pir- PASS. Theclae C a 22 p. 57, 8. SCHOL. *p. 2784, 29.* GLOSS. *l. 59 (loco dub.* CE 2165, *v. vol. X 1, 2195, 21) et passim in var. ll., e. g.* VET. LAT. II Macc. 10, 36 (recc. B, P), pur- *in var. lect. p. 2784, 23 et loco dub.* CE 2079, 2 (*cf. Zucker, Eranos 23, 1925, 206 sq.*). NOT. Tir. 59, 17 -a. *de genere*: GLOSS. V 133, 21 (*confusione quadam*) -um puto generis feminini: 'erecta ingentia -a'. *de notione et differentia*: SERV. Aen. 6, 177 ('aram ... sepulchri') -am dicit, quae in modum arae construi lignis solebat (*inde* ISID. orig. 20, 10, 9, *qui addit*: *πῦρ* enim ignis dicitur. *cf. l. 70 et* GLOSS.^{L} I Ansil. AR 19 aram: sepulchri -am). 11, 185 -a est lignorum congeries, rogus cum iam ardere coeperit dicitur, bustum vero iam exustum vocatur (*eodem modo disting.* rogus ISID. diff. 1, 444 orig. 20, 10, 9; *vice versa*: SERV. auct. Aen. 3, 22 exstructio lignorum r. *dicitur,* subiectio ignis -a. GLOSS.). CLAVD. DON. Aen. 11, 200 p. 436, 4 primo ... -ae dicuntur et rogi, ubi vero arserunt, busta vocitantur (*cf. l. 64*). PROB. app. gramm. IV 203, 20 (*v. vol. X 1, 2195, 13 sqq.*). DIFF. Suet. p. 288, 9 -a *paratur* sacrificiis, rogus defunctis (*sim.* gramm. suppl. 284, 13. *al.*). GLOSS. -a: *πυρά*. rogus, ignis. ara lignis altioribus conposita *eqs.; sim. al.* *legitur in* BELL. Afr., Hisp. *et inde a* VERG., OV.; *frequentant poetae.* [*falsa var. l. pro* 2. pira SERV. Aen. 3, 233, *pro* pyla *p. 2784, 7; restit.* ENNOD. epist. 5, 8, 6 vers. 11 p. 132, 19.]

I *fere i. q. strues, congeries lignorum sim. (equinarum sellarum p. 2784, 12) sive incensa sive incendenda, ad cremandum apta* (*de -ae qualitate v. l. 5. 12. 26. 43. 46. 48. 51. 65. 73. al.; saepe coniungitur c. erigere vel struere eiusve compositis):* **A** *c. respectu usus*: **1** *generatim*: **a** *-a cremantur animantes vivi* (*una cum rebus suis l. 6. 11*): **α** *qui mortem sibi consciscunt*: Ⓘ *devicti sim.*: BELL. Afr. 91, 2 lignis congestis maximam in medio foro -am construxerat *Iuba,* ut ... una cum liberis ... cunctaque gaza regia cremaretur. Hisp. 33, 3 sq. -am sibi extruxit *Scapula*; ... (4) -am incendere *iussit libertum* (pylam *var. l.*). SIL. 13, 297 *Virrius* ascendit ... -am ... et subici iubet ocius ignes (*278* rogus). FLOR. epit. 4, 12, 45 gladio et -a, in quam se percussus inmisit *barbarus oppressus.* IVST. 1, 3, 5 ⌞extructa incensaque⌟ (instructa ingenti *var. l.*) -a et se et divitias suas in incendium mittit *Sardanapallus* (*sim.* OROS. hist. 1, 19, 1. *cf. l. 30*). IORD. Get. 213 *Attilam regem* equinis sellis construxisse -am seseque ... flammis inicere voluisse. Ⓘⓘ *afflicti doloribus variis:* *Dido*: VERG. Aen. 4, 494 (*Dido sorori*) -am tecto interiore sub auras erige ([SERV. sub specie sacrificii praeparat morti exequias. CLAVD. DON. 4, 645 p. 413, 8 constructam altius -am]. *sim.* 4, 504 -a penetrali in sede sub auras erecta [*v. app. crit.*]. SIL. 8, 52). OV. met. 14, 80 in ... -a sacri sub imagine facta incubuit ferro. SIL. 2, 422 -am super ingentem stans saucia Dido. 8, 103. 132. IVST. 18, 6, 6 -a ... instructa (exstructa *var. l.*) velut placatura viri *Acherbae* ⌞manes⌟ ... -am conscendit (⌞ ⌟ *cf.* SERV. Aen. 4, 36 ut ... placaret m. mariti ..., exaedificata -a se in ignem praecipitavit. auct. Aen. 1, 340 quam -*am* se ad expiandos prioris mariti m. extruxisse fingebat). DRAC. laud. dei 3, 514 -am (puram *var. l.*) manibus propriis construxit ut aram. *al.* *Hercules* (*inde Liv. 36, 30, 3* quem *locum* Pyram ... appellant. *sim. Plin. nat. 25, 49*): OV. met. 9, 231 arboribus caesis, quas ardua gesserat Oeta, inque -am structis (*cf.* PS. LACT. PLAC. fab. Ov. 9, 4 qui *Philocteta* eius -am struxerat). TERT. nat. 2, 14, 9 hunc vos de -a in caelum suble⟨vastis⟩ (*antea*: rogo). SCHOL. Hor. epod. 3, 17 nisi -am sibi in Oeta ... fecisset. Ⓘⓘⓘ *varii*: OV. Ib. 311 in ... -am tecum carissima corpora mittas, quem finem vitae Sardanapallus habet (*cf. l. 11*). 518 quod ... ferunt Brotean fecisse cupidine mortis, des tua succensae membra cremanda -ae. LVCAN. 3, 240 *Indi* suas struxere -as vivique calentis conscendere rogos (*cf.* HEGES. 5, 53, 1 p. 410, 25 insilire laetos ardentem -am *sapientes Indorum*). DRAC. Orest. 451 pronuba flamma fuit, thalami rogus et -a lectus. Romul. 10, 106 Phoenix ..., cui ... balsama amomum informant ... -am (*107* rogos).

β *qui puniuntur sim.*: Ⓘ *quilibet*: VITR. 7 praef. 9 alii *scripserunt* Zmyrnae vivum in -am coniectum *Zoylum* (*postea*: merenti digna ... poena). AVSON. 26, 115 (302, 45 S.) *Cyrus iubet* destrui ardentem -am *Croeso structam.* MACR. Sat. 1, 11, 20 *quidam* senem ... iugulavit et in constructam -am coniecit. *allegorice*: VVLG. Ezech. 24, 9 vae civitati sanguinum, cuius ego grandem faciam -am. Ⓘⓘ *martyres*: VIGIL. TRID. ad Ioh. 7 l. 189 sacratis facta -a de trabibus. PRVD. perist. 3, 13 crepitante -a ... terruit aspera *Eulalia* carnifices. 6, 67 flammante -a ... minister ... construxit facibus rogum supremis. 10, 846 inmanem -am texebat ustor ... pinu arida (*852* rogo). 11, 68 sit -a, quae multos devoret una reos. MAX. TAVR. 105, 2 destructa ecclesiae fabrica -am de eius trabibus construentes. PASS. Theclae B a 22 p. 58, 9 ascendit super -am (*item* B b p. 58, 15, *aliae recc.* ligna; *gr. τῶν ξύλων*). *al.*

b *-a cremantur mortui*: **α** *in bello sim. occisi*: VERG. Aen. 6, 215 *Teucri* pinguem taedis et robore secto ingentem struxere -am (*cf.* SERV. Aen. 6, 226 -ae ingentis, quia ... pro qualitate personae -ae fiebant). 11, 185 curvo in litore ... constituere -as (CLAVD. DON. *ad loc.* p. 434, 10 hoc est loca, quibus incendi funera potuissent). 11, 204 Latini innumeras struxere -as. VAL. FL. 3, 333 *Minyae* innumeras ... decorant ... -as et corpora (temp- *var. l.*) ... summa locant (*337* aggere, *348* rogi). SIL. 10, 535 funereas ... -as certamine texunt (*post pugnam Cannensem ut*: 560 sublimem eduxere -am). HOMER. 647. 1048 -a construitur, qua bis sex corpora Graium quadrupedesque adduntur equi *eqs.* *al.* **β** *quilibet*: OV. fast. 2, 534 est honor et tumulis: ... parva ... in ⌞exstructas⌟ munera ferre -as (exstinctas *var. l., fort. recte; cf. Bömer ad l.*). Ib. 36 *prius* fraterno veniet concordia fumo, quem (quam *var. l.*) vetus accensa separat ira -a, quam *eqs.* STAT. Theb. 5, 314 (*loq. Hypsipyle mortem patris fingens*) arcanis tecti in penetralibus alto molior igne -am (*316* rogum). silv. 3, 3, 134 collectae ... -am struxere pharetrae *Amorum.* VET. LAT. II par. 16, 14 (cod. 91) fecerunt ei *Asa* incensionem -ae magnam valde (*aliter cod. 109 et Vulg.; gr. ἐκφοράν*). GAVDENT. serm. 17, 32 corpora aliorum congesta ad -am trahebantur. SIDON. epist. 3, 13, 5 devolutum *cadaver* reddere -ae ... pollinctor exhorret. CE 1034, 2 (*Romae*) feci ..., puella, funus et extructa inposui ipse -a.

2 *speciatim -a fungitur altarium vice* (*cf. l. 14 sqq.*): STAT. Theb. 4, 465 *Manto* omnes ter circum acta -as ... spirantia reddit viscera (*cf. 413 sq.* manes elicitos). 6, 86 aeriam truncis nemorumque ruina ... cumulare -am, quae crimina caesi anguis et infausti cremet atra piacula belli (*cf. 118 sq.* geminas hanc tristibus umbris, ast illam superis ... aras).

[Clementi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *cetera exempla*: VITR. 2, 9, 15 turris ... alternis trabibus transversis uti -a inter se composita alte. ENNOD. carm. 1, 4, 103 quaecumque -ae subducitur arbor. epist. 7, 16, 1 p. 185, 5 (*in compar.*) facilius est ignem in -as animatum lingua conprimere quam silentium ... servare (*cf. Symm. epist. 1, 31, 2* ardentes favillas ore conprimere). *translate*: ENNOD. opusc. 3, 137 p. 366, 17 quis *quaerat* candelae praesidium, ubi caminis indesinentibus fidei -a succenditur? *al.*

II *fere i. q. ignis* (*gr. resp.* πυρά): VET. LAT. II Macc. 1, 22 (rec. P) accensa est -a magna (*recc. L, X, V* ignis, *B, M* flamma). 7, 5 (rec. P) -ae admoveri spirantem et assari (*recc. L, X* igni, *sim. V; aliter B, M*). 10, 36 (rec. B, *sim.* M, P) succenderunt turres et -as succendentes vivos comburebant sceleratos (*recc. L, X* ignibus; *aliter V*). VVLG. act. 28, 2 accensa ... -a reficiebant nos omnes propter imbrem ... et frigus. SEDVL. op. pasch. 1, 17 rogos vincti truduntur in medios -ā iuvenes non audente contingere.

deriv.: pyrula. *cf. Onom.*

2. pyra *v.* 2. pira. *Clementi.*

pyracantha, -ae (-ēs) *f.*, πυράκανθα. *nomen herbae* (*v. André, Les noms de plantes, 1985, 211*): PLIN. nat. 24, 114 (*inde* 1, 24, 70 -a) ⌊-ae⌋ bacae contra serpentium ictus bibuntur (⌊ ⌋ pyrr(h)ac(h)ante(s), tirrachanthae *var. ll.*). DIOSC. 1, 17 p. 14, 2 balsamu arbor est ... in eodem statu [a]ut piracantes (*gr. 1, 19, 1* κατὰ μέγεθος ... πυρακάνθης). *loco dub.*: DIOSC. 1, 103 p. 52, 7 oxiacantu, id est damamen (*obscurum*), alii vero ⌊piantem⌋ vocaverunt aut pirena (⌊ ⌋ piracantem *Bulhart in exemplari nostro sec. gr. 1, 93* οἱ δὲ πυρῆνα, οἱ δὲ πυρακάνθην [*Salmasius,* πιτυάνθην *trad.*] καλοῦσι). *Breimeier.*

pyrallis *f.*, πυραλλίς. *nomen animalium: generis avium* (*columbarum? ad rem v. Capponi, Ornithologia lat., 1979, 436sq.*): PLIN. nat. 10, 204 *inimicitiis dissident* turtur et -s (*sec. Arist. hist. anim. 609a18* τρυγίον καὶ -ς). *generis insectorum* (*e coni. dub. vol. X 1, 2191, 7; ad rem v. Janssens, Latomus 9, 1950, 283sqq.*): PLIN. nat. 11, 119 (*sec. Arist. hist. anim. 552b10sqq., qui tacet de nomine*) in Cypri aerariis fornacibus et medio igni maioris muscae magnitudinis volat pinnatum quadrupes; appellatur -s, a quibusdam ⌊pyrotocon⌋ (pyroto *fere trad.*, pyrausta, pyrota *edd. vet.; corr. Mayhoff ex indice* 1, 11, 42 ignium animal, -s [-ali *var. l.*] sive pyrotocum [*Mayhoff sec. cod. M* -locum; *cett.* pirotoe *sim.*]. *cf. Sen. nat. 5, 6* verum est animalia igne generari). GLOSS. III 258, 32 (*in cap.* de volatilibus) ἢ πυραλλίς: ignicula, -s (*cf. 30sq.* vespa. fucus, *33* culex).

cf. Onom.

pȳramida *v.* pyramis. **[pȳramidālis** *v. l. 42.*]

[pȳramidātus *falsa var. l. pro* hamatus CIC. nat. deor. 1, 66.]

[pȳramidicus, *sc. abl.* -īs, *falso ed. olim pro* pyramidis BOETH. arithm. 2, 4, 2 l. 15 (pyramidalibus *coni. Furlanetto*).] *Spoth.*

⁂**pȳramis,** -idis (pȳramida, -ae *l. 50sqq.*) *f.*, πυραμίς. *de origine*: SCHOL. Hor. carm. 3, 30, 1 *-um mole* in acumen educta in modum flammae sursum surgentis, unde et nomen est inditum (*cf. p. 2786, 53*). ISID. orig. 3, 12, 6 -s est figura, quae in modum ignis ab amplo in acumen consurgit; ignis enim apud Graecos πῦρ appellatur (*sim.* 15, 11, 4. *cf. p. 2786, 50sq. et e. g. Amm. 22, 15, 29*). *scribitur* pir- VET. LAT. I Macc. 13, 28 (rec. X; pyro- rec. V). HIST. AVG. Sept. Sev. 17, 4 *et passim in var. ll.* *genus masc. v. l. 67. p. 2786, 53.* *formae decl. I^ae occurrunt sing.: acc.* -am BOETH. arithm. 2, 23, 4 l. 22 (-em, -a *var. ll.*). 2, 24, 2 l. 6 (-em, -um *var. ll.*) *et hic illic in var. l., abl.* -a *ibid.* 2 capp. 21 (*in var. l.*); *plur.: gen.* -arum *p. 2786, 57, acc.* -as (*nisi sec. gr.*) *e. g.* CE 270, 1 (*a. 106*). ANTH. 87, 3 (*cod. Salmas.*). *al.* (-es *non nisi p. 2786, 8. 25. 40*), *abl.* -is BOETH. arithm. 2 capp. 22 (-bus *cod. unus, ut* 2, 23, 6 l. 56). 24. 2, 4, 2 l. 15. *prima syllaba longa esse firmatur metro e. g. l. 69. 71.* *de notione*: SOL. 32, 44 (*inde* ISID. orig. 15, 11, 4) -es turres (*cf. p. 2786, 6*) sunt fastigatae ultra excelsitatem omnem, quae fieri manu possit: itaque mensuram umbrarum egressae ⌊nullas habent umbras⌋ (*sim. p. 2786, 17sqq.*). GLOSS. -es: graece sepulcra antiquorum. *v. et l. 67sq. 70.* *legitur inde a* VARRONE *p. 2786, 35sqq.*, CIC. *p. 2786, 46sq.*, HOR., PROP. [*loco dub.* CONC.^{S} II 5 p. 82, 18 (*pro* pyra?), *corrupto* ENNOD. carm. 2, 135, 3; *aet. recentioris est* PS. BOETH. grom. p. 405, 12 sq. peramus *et* perramus.]

i. q. πυραμίς (*quod infra gr. resp.*): **1** *proprie de monumentis*: **a** *sepulcralibus*: **α** *regum Aegyptiorum* (*cf.* ISID. orig. 15, 11, 4 -es genus sepulchrorum quadratum et fastigiatum; ... hos Aegyptus habet. GLOSS. -as: sepulcra Aegyptiorum): HOR. carm. 3, 30, 2 exegi monumentum aere perennius regalique situ -um altius (PORPH. -es regum Aegyptiorum sepulchra sunt adeo ingenti mole saxorum ... structa, ut inter septem miracula habeantur [*inde* SCHOL. *l. 44*]). PROP. 3, 2, 19 -um sumptus ad sidera ducti (*item respicitur moles ingens -um*: STAT. silv. 5, 3, 50 Cyclopum scopulos ... atque audacia saxa -um. TAC. ann. 2, 61, 1 instar montium eductae -es [*antea*: miraculis]. ANTH. 417, 3 -as ... ausas vicinum attingere caelum. SOL. 32, 44 *v. l. 57*). MELA 1, 55 -es tricenum pedum lapidibus extructae, quarum maxima, tres namque sunt, quattuor fere soli iugera ... occupat *eqs.* (*antea*: alia ... mira). LVCAN. 8, 697 cum Ptolemaeorum manes ... -es claudant indignaque mausolea. 9, 155 -um tumulis evolsus Amasis. PLIN. nat. 1, 36, 17 opera mirabilia in terris: Sphinx Aegyptia, -es, Pharos, labyrinthi *eqs.* (*item -es numerantur inter celebria*: 5, 61 in Libyco turres, quae -es vocantur, et labyrinthus. MART. 10, 63, 2 Mausoli saxis -umque. HIST. AVG. Sept. Sev. 17, 4 Memfim et Memnonem et -es et labyrinthum. *cf.* -um miracula: MART. 8, 36, 1 regia -um ... m. epigr. 1, 1 barbara -um sileat m. Memphis. AMM. 22, 15, 28 -es ad m. septem provectae [*v. app. crit.*]. *cf. etiam l. 14. 20. p. 2785, 71; sim. l. 2. 15. p. 2785, 74*). 36, 75 -es in eadem Aegypto, regum pecuniae otiosa ac stulta ostentatio (*cf.* FRONTIN. aq. 16, 1 -as ... otiosas). 36, 78 -s amplissima ex Arabicis lapicidinis constat. 36, 81 sq. in -e maxima est intus puteus ... *tot* cubitorum; ... (82) haec sunt -um miracula *eqs.* 36, 103 -as regum miramur. CE 270, 1 (*a. 106, in -e Memphitica; ad fratrem mortuum*) vidi -as sine te. 270, 4 nomen Decimi Gentiani -e alta ... exst⟨et⟩. HYG. fab. 223, 7 -es in Aegypto, quarum umbra non videtur, altae pedes *tot* (*in eadem re*: ANTH. 417, 4 -as, medio quas fugit umbra die. AVSON. Mos. 313 ipsa suas consumit -s umbras. CASSIOD. var. 7, 15, 4 [*inter septem miracula*] -es in Aegypto, quarum in suo statu se umbra consumens *eqs.; adde p. 2785, 59sq.*). RVFIN. hist. mon. 18, 5 loca illa, in quibus Iosef fertur recondidisse frumenta, quos et thesauros Iosef vocant, alii vero -as quas dicunt ipsas esse (*cf. gen. 41, 47* horrea). *al.* **β** *quorumlibet mortuorum* (*equorum l. 25*): PLIN. nat. 8, 155 Agrigenti conplurium equorum tumuli -es (-as *var. l.*) habent. 36, 31 supra *mausolei* pteron -s altitudine⟨m⟩ inferio- rem aequat. VET. LAT. I Macc. 13, 28 (rec. L, *sim.* X, B, V) *Simon* statuit septem -as unam contra unam patri et matri et quattuor fratribus (*huc pertinet* SVLP. SEV. chron. 2, 25, 2 septem ... illas -as nobilissimi operis). SERV. Aen. 11, 849 ut super cadavera aut -es fierent aut ingentes collocarentur columnae (*inde* ISID. orig. 15, 11, 4). SCHOL. Hor. epod. 9, 25 levati cineres *Scipionis* ... de -e in Vaticano constituta. CLAVD. 5, 448 qui *superbus* sibi -as, qui non cedentia templis ... extruxit culmina. CIL VIII 19174 (= INSCR. Alger. II 6826; *in sepulcro formā -is erecto*) monimentum, quod appellatur -s. *al.*

b *quibuslibet*: VARRO frg. Plin. nat. 36, 92 sq. *supra basin labyrinthi regis Porsennae* -es stant quinque ... ita fastigatae, ut in summo orbis aeneus ... sit inpositus ...; (93) supra quem orbem quattuor -es insuper singulae stant ...; supra quas uno solo quinque -es (*cf.* PLIN. nat. 36, 87 *cum labyrinthus Aegyptius* templa omnium Aegypti deorum contineat superque Nemesis XL aediculis incluserit -es complures). BALB. grom. p. 97, 12 cuius *solidi* longitudinem et latitudinem et crassitudinem metimur, ut parietum structuras, pilarum -um aut lapidum materias. EPIST. Alex. p. 217, 12 -es ..., quae numinibus ab antiquis Indorum ... sunt aedificatae.

2 *per similitudinem transfertur*: **a** *ad figuram geometricam, sc. solidam* (*de qua fusius agit* BOETH. arithm. 2, 21–24; *in compar. l. 60*): CIC. nat. deor. 1, 24 vel cylindri vel quadrati vel coni vel -is *forma.* 2, 47 conum ... et cylindrum et -em. GELL. 1, 20, 3 metae triangulae, quas -as appellant. APVL. Plat. 1, 7 p. 195 prioris ... ⌊formae⌋ tres species exsistere: -em, octangulam et vigintiangulam sphaeram (⌊ ⌋ *cf. antea: trigoni,* qui sit anguli recti, imparibus ⟨lateribus⟩). *ibid.* -em figuram ignis in se habere ...; mobilem -is formam igni dedit *deus aedificator mundi* (*sim. respic. ignis forma*: CHALC. comm. 20 *p. 2787, 1.* CASSIOD. inst. 2, 4, 6 -es, qui in modum flammae consurgunt [*item* ISID. orig. 3, 7, 5, *quo loco -is figura inserta est*]. *cf. p. 2785, 45*). CHALC. comm. 20 -is anguli productiores sunt in acumine. MART. CAP. 6, 721 subiacenti trigono -s imponitur (poram- *var. l.*). CLAVD. MAM. anim. 1, 25 p. 90, 2 in adspectandis planarum figurarum vel cuborum vel -arum rationibus. BOETH. arithm. 2, 21, 1 l. 4 in solidis, qui *numerus* vocatur -s, profunditatis esse principium. 2, 21, 2 l. 7 est ... -s alias a triangula basi in altitudinem sese erigens, alias a tetragona, alias a pentagona *eqs.* *al.* *in compar.*: CASSIOD. in psalm. praef. 17 l. 31 *ecclesia* resplendens in modum pulcherrimae -is (*postea*: huic schemati ... compararis). **b** *ad partem in medio tecto tholi sub flore positam* (*in architectura*): VITR. 4, 8, 3 flos ... tantam habeat magnitudinem, quantam habuerit in columna capitulum, praeter -em. **c** *ad sinum vestis pene erecto tentum* (*Fischer in plagulis; alii de ipso pene cogitant*): PRIAP. 63, 14 libidinoso tenta -s nervo. **d** *ad calicem floris*: ANTH. 87, 3 una dies ostendit spicula florum, altera -as nodo maiore tumentes, tertia *eqs.* ?**e** *ad aquam vi confluendi in formam -is elatam*: RVT. NAM. 1, 567 conum -is coeuntia flumina ducunt, *sc. Arnus et Ausur* (*de eisdem fluminibus cf. Strabo 5, 2, 5* συμπεσόντες δ'εἰς ἓν ῥεῖθρον μετεωρίζουσιν ἀλλήλους ταῖς ἀντικοπαῖς κτλ.; *sunt autem, qui de triangulo cogitent*).

cf. Onom. *Kruse.*

pȳramoīdēs *adi.*, πυραμοειδής. *i. q. pyramidis speciem exhibens*: CHALC. comm. 20 quando iuxta ... Platonem (*Tim. 56^B*) ignis ...

[Spoth - Bk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

forma et figura -es esse dicatur, id est in modum pyramidis excrescat (*cf.* 326 ignem, qui est -es [-mides *var. l.*]).

pȳrāt- *v.* pirat-. **[pyrausta** *v. p. 2785, 33.***]**

pȳrēn *et* pȳrēnē (-a), *acc.* -ēna *f.* (*v. l. 9. 12*), *πυρήν* (*m.*). *de origine v. l. 9.* [*obscurum*: GLOSS.^{L} I Ansil. PI 201 (med. p. 57) ⌞⟨p⟩iren⌟: pira (*'h. e. πυρήν?' ed.*).]

